BAC. 1304

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/veteraromanorumi00wess

VETERA ROMANORUM
ITINERARIA,
SIVE
ANTONINI AUGUSTI
ITINERARIUM,
ITINERARIUM HIEROSOLYMITANUM,
ET
HIEROCLIS GRAMMATICI SYNECDEMUS.

VETERA ROMANORUM
ITINERARIA
SIVE
ANTONINI AUGUSTI
ITINERARIUM
ITINERARIUM HIEROSOLYMITANUM
ET
HIEROCLIS GRAMMATICI SYNECDEMUS.

L. F. D. B. inv.

P. Tanié Schulp.

VETERA ROMANORUM
ITINERARIA,
SIVE
ANTONINI AUGUSTI
ITINERARIUM,
CUM
INTEGRIS JOS. SIMLERI, HIERON. SURITAE,
ET AND. SCHOTTI NOTIS.
ITINERARIUM HIEROSOLYMITANUM;
ET
HIEROCLIS GRAMMATICI SYNECDEMUS.
Curante
PETRO WESSELINGIO,
Qui & suas addidit adnotationes.



AMSTELAEDAMI,
Apud J. WETSTENIUM & G. SMITH.
MDCCXXXV.

VETERA ROMANORUM
ITINERARIA,
SIVE
ITINERARIUM
CUM
INTEGRIS POSTII, SIMLERI, HUBSCHII, SCHEYBII,
ET ALIORUM NOTIS.

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE

PRINCIPI

GUILIELMO CAROLO

HENRICO FRISONI,

DEI GRATIA ARAUSIONENSIUM ET NASSOVIORUM PRINCIPI, GELRIAE, FRISIAE, GRONINGAE AGRORUMQUE ADJACENTIUM AC DRENTIAE GUBERNATORI ET MILITIAE SUPREMO PRAEFECTO, ILLUSTRIS FRISIORUM ACADEMIAE CURATORI HONORARIO MAGNIFICENTISSIMOQUE, &c. &c. &c.

AMPLIS-

AMPLISSIMIS OPTIMISQUE EJUSDEM ACADEMIAE CURATORIBUS,

D. HESSELO DOMINICO ERNESTO AB AYLVA,
TERRITORII WESTDONGERANI PRAEFECTO, PLURIMISQUE HONORIBUS ILLUSTRI, &c. &c.

D. DUCONI MARTENAE A BURMANIA,
AGRI WIMBRITZERANI PRAETORI, SUMMIS DIGNITATIS GRADIBUS EXCELLENTI, &c. &c.

D. MARTINO BLOCQ A SCHELTINGA,
PRAEFECTURA SCHOTERLANDICA AMPLISSIMISQUE MAGISTRATIBUS EGREGIE PERFUNCTO, &c. &c.

D. ULBONI SIXMAE AB ANDLA,
SUPREMAE FRISIORUM CURIAE PRAESIDI GRAVISSIMO INTEGERRIMOQUE, &c. &c.

P. WESSELINGIUS.

DEDICATIO.

Quae vobis offero consecroque, Princeps Serenissime Amplissimique Curatores, vetusta Romanorum Itineraria, multis fortasse non satis digna vestris videbuntur personis, etsi vestra plurimum ab eorum judicio discrepet sententia: minimae lucis radios in tenebris gratissimos esse, cumque densissimis vetus Geographia sit incincta, nihil opis, quo caligo illa dispelli disjicique possit, negligendum scitis. Saepenumero egregiam rerum etiam dispositionem & accuratissimum ordinem, qui inter Romanos domi militiaeque obtinebat, & stupenda magnitudinis victoris ejus populi opera demirati estis; quae singula, sicubi alias, in his praecipue eminent. Viae admirabili ausu & successu per vastissimi imperii provincias lapide & glarea munitae signantur, inque illis mansiones & mutationes, ubi aut interquiescere aut ad cursum vehicularem jumenta mutare, quibus festinato opus erat, poterant. Laudamus principum regumque curam, qui ditionis suae regiones in civium commodum viis, multo labore stratis, distinxere; qua re licet egregie de suis fuerint meriti, longissime tamen a Romanorum magnificentia absunt: quid enim illi par aut secundum hac in parte ostendi poterit? Persae quidem illis

in hoc genere exempla dedere; at quantula ad Romanam amplitudinem eorum induſtria? Hic ab urbe Roma per ſaxa, ſaltus, montes, gentes ac nationes barbaras in ultimam Germaniam, Galliam, Hiſpaniam & toto diviſos orbe Britannos viae continuantur, illarumque compendia per easdem provincias deſcribuntur: hic ab eadem urbe in remotiſſimas Orientis regiones atque intimam Africam qui ſine periculo & recto itinere properari poſſit, monſtratur: quae cum meritiſſimo praedicaveritis, haud facile quisquam peritior invenietur, qui veſtram opinionem improbaverit: praeſertim cum in Academia, quae vobis multo cariſſima eſt, & ſub veſtro patrocinio fuerint procurata, atque ab eo quidem, quem prolixo favore proſequimini ac nuper admodum publice orantem frequentes ad majora excitaſtis, quique hanc grati animi tabellam ſuspendere geſtit. Accipite ergo, Princeps Celſiſſime Nobiliſſimique Curatores, hanc meae erga vos obſervantiae teſſeram & patimini vobis perſuaderi, votorum meorum eam eſſe ſummam, ut diutiſſime nobis ſalvi perennetis, quo veſtris auſpiciis res publica & literaria in optimum ſtatum vertat. Franequerae Friſiorum Kal. Auguſti CIↃIↃCCXXXIV.

BENE-

BENEVOLO LECTORI

S. D.

P. WESSELINGIUS.

ANTONINI ITINERARIUM, quod doctissimorum virorum curis & meo qualicunque labore nitidius prodit, necessitatem mihi, ne a tralaticio praefandi more dissentiam, imponit: prorsus enim in ipso limine atque operis introitu, priusquam ejus ductu provincias obire incipias, quid de auctore sentiam, quamque in eo vulgando viam fuerim ingressus, monendus es. De scriptore Itinerarii, ut ab eo ordiamur, si quaesiveris, variae & sibi discrepantes virorum praestantium opiniones sese offerent: videbis Julio Caesari, M. Antonio, Antonino Pio, Caracallae, Ammiano Marcellino, Marciano Heracleotae, Aethico atque aliis acceptum referri, sed conjecturis multo incertissimis. Et Caesari quidem Julio Felix Malleolus in *Dialog. de Nobilit.*, sine dubio ob Aethici praefixam Cosmographiae praefationem, quam postmodum examinabimus, adscripsit: Joan. Cuspinianum, ut idem faceret, vetus movit codex, *Itinerarium Julii Caesaris* in fronte gerens; cujus aetate cum sine controversia sit posterius, ex eadem praefatione eum repetitum esse titulum arbitrer: neque aliud opiner de Antonio, cui MSS. Blandinianus, Pithoeanus, Parisinus, Vossianus atque alii plures vindicant; par enim ra-

tio est. Antoninum Pium libello multi inscripsere, in eam opinionem *Antonini Augusti* nomine, quo codex Vaticanus & Regius Suritae superbiunt, impulsi; tum etiam, quod Jo. Annius Viterbiensis fragmentum dederit Itinerarii, *Antonini Pii* titulis ornatum, & Luitprandus *Adversar. C.* 172. Fuldae se vetustissimas membranas, *Antonino Pio* tributas, vidisse auctor sit: quae Adversaria, cum ex nugivendi impostoris Hieron. de Higuera incude prodierint, juxta atque Annium, satis utique a nobis confixum, aestimamus; MSS. audiendi forent, si in Antonini Imp. aetatem omnia convenirent, quod secus esse, parebit evidentissime. Pro Caracalla Hieron. Surita pugnavit, sollicitus propterea crebra *Diocletianopoleos*, *Maximianopoleos* & *Constantinopoleos* mentione: pugnat autem telo obtuso & quod facile eludas atque exeas; nam quod plura Britanniae itinera a vallo initium sumant, id nunquam effecerit, tametsi vallum Severi Imp. intelligas, ut Antonini Caracallae opera jussuve confectum credamus Itinerarium: tantum inde coegeris, non exsuperare id Severi Imp. aetatem. De Ammiano Marcellino Ph. Cluverio *L. II. Germ. Ant. C.* 5. suspicio nata est, quoniam is, plane uti Itinerarium, plerasque Galliarum urbes, quae capita nationum fuerunt, ipsarum nationum & gentium vocabulis appellare consuevit; qua re, etsi ad Ammiani aetatem demitti videatur, necdum tamen Itinerarii auctor erit: potuit enim alius sui temporis morem aeque observare ac Ammianus. Had. Junius *Bataviae* suae p. 263. Marcianum Itinerario auctorem dedit, qui, Stephano in Ἄμισσα teste, τὰ ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς ἀφεστήκυιας πόλεις sive Itinerarium ab urbe Roma in nobilia oppida scripsit; quam conjecturam vir egregius sine dubio damnasset, si Marciani reliquias cum hoc Itinerario contendisset: diversum enim genus & discrepans utriusque institutum est. Restant Jul. Honorius atque Aethicus; quorum Honorio Julio Jo. Ger. Vossius *De Philolog. C.* 11. dare voluisse videtur ob veteres libros, in quibus exaratum fuisse profitetur, *Julio Honorio utriusque artis*; quae, cum incertum sit, utrum Cosmographiae, quae citra dubium hujus Julii est, an Itinerario fuerint praescripta; neque enim vir eruditissimus hunc scrupulum exemit, de sola dein Cosmographia & ejus codice Thuanaeo locutus; non satis valida videbuntur ad alia opinatos commovendos. Aethico praeter Jos. Simlerum Barthius & alii

plures

plures contribuunt: & Barthius quidem *L. XLV. Adverſar. C.* 13. Itinerarium partem Cosmographiae facit: generalem enim quandam orbis deſcriptionem primo Aethicum odornaſſe, dein finem operi Itinerario feciſſe: cujus opinionis cauſſam ſi rogaveris, Cosmographiam illam accipies, ſimilis argumenti libellum, & ſcriptores vetuſtos, qui eum Itinerarii auctorem appellavere: quæ, quantumvis, prima fronte plauſibilia videantur, talia tamen non ſunt, quibus ſtatim concedas: nam & Cosmographia Aethici in plerisque ab Itinerario diſcrepat; habet ſane præcipuas provinciarum urbes, ſed nec omnes, neque ulla fere M. P.; diſtinguunt præterea utrumque libellum, licet iisdem in ſchedis inveniatur, ſtudioſiſſime MSS., uti Pithoeanus & Pariſienſis, cujus excerptis fuimus uſi; neque huc usque ullus mihi innotuit codex, in quo Itinerarium Aethico fuerit tranſcriptum: laudat quidem vir ab eruditione & humanitate inſtructiſſimus Jo. Alb. Fabricius, ſed fide Barthii, codicem, in quo *Antonini Aethici* fuerit nomen *L. I. Bibl. Latin. C.* 10.; ubi vero Barthius id fuerit profeſſus, quamvis non ignorem eum *L. XLV. Adverſ. C.* 13. Itinerarii ſcriptorem *Aethicum Antoninum* appellandum eſſe pæne decreviſſe, ſæpe fruſtra quæſivi. Jam quod Flodoardus & Hugo Flaviniacenſis Aethico Itinerarium adjudicarint, factum ex ea cauſſa cum N. Bergerio *L. III. Viar. Milit. C.* 6. autumo, quoniam in manu exaratis libris Aethici Cosmographiam excipere ſolebat; quæ non infrequens errandi fuit occaſio: memini ſane beneficio viri clariſſimi J. P. D'Orville manu ſcriptum verſare codicem, qui *Itinerarium Antonini* fronte præferebat, Aethici Cosmographiam & Notitias veteres aliaque complexum; fortaſſe ex alio tranſumptum, qui Itinerarium olim habuerat. Atque hæ præcipuæ intra hos ducentos annos virorum præſtantium de Itinerarii ſcriptore conjecturæ fuerunt: a quibus priusquam diſceſſero, inſerenda eſt J. Gothofredi ſententia, quam ad *L.* 10. *C. Theod. de Metat.* dixit, ceteris, ſi certa foret, palmam præreptura: *Cujusmodi*, inquit, *togati ſeu menſores limitum ab Imperatoribus ſubinde miſſi fuerunt: & quidem ſub hoc ipſo Theodoſio Juniore, ut oſtendit Itinerarium Antonini vel Antonii Auguſti, qui & ipſe togatorum horum numero fuit; cujus manuſcripto Regio hæc quoque continentur: In quinto decimo anno regni Imperatoris Theodoſii præcepit*

ille MISSIS ſuis provincias orbis terræ in longitudinem & latitudinem menſurari. Mox, Duodecim verſus prædictorum MISSORUM de Imperatore Theodoſio:

> *Hoc opus egregium, quo mundi ſumma tenetur;*
> *Aequora quo montes, fluvii, freta, portus & urbes*
> *Signantur: cunctis ut ſit cognoſcere promptum,*
> *Quidquid ubique latet: Clemens genus, inclyta proles,*
> *Ac per ſecla pius, totus quem vix capit orbis*
> *Theudoſius princeps venerando juſſit ab ore*
> *Confici, ter quinis aperit dum faſcibus annum:*
> *Supplices hoc famuli, dum ſcribit, pingit & alter,*
> *Menſibus exiguis, veterum monumenta ſecuti,*
> *In melius reparamus opus, culpamque priorem*
> *Tollimus, ac totum breviter comprendimus orbem,*
> *Sed tamen hæc tua nos docuit ſapientia Princeps.*

Si enim Antoninus è menſoribus fuerit, a Theodoſio Imp. in provincias miſſis: ſi verſus illi Itinerario fuerint præfixi, auctor & tempus libri, in hunc ordinem digeſti, in obſcuro non erunt: quo minus tamen in his ſecure acquieſcam, pauca faciunt; nam Antoninum ſive Antonium inter menſores fuiſſe Theodoſii incertiſſima doctiſſimi viri conjectura eſt, & cui nullum in Regii MS. verbis præſidium: verſus præterea aliud opus requirunt; neque enim in Itinerarium quadrabit,

> *Aequora quo montes, fluvii, freta, portus & urbes*
> *Signantur; cunctis ut ſit cognoſcere promptum*
> *Quidquid ubique latet.* ——— ———

ea quippe fruſtra hic quæſiveris. Reſpiciunt, niſi me omnia fallant, *Codicem Miſſorum Theodoſii*, non Itinerarium: id verba ipſa ſuadent & Cl. Salmaſius, qui ſæpius in *Plinianis Exercitationibus* eo Codice ad partes vocato, palam p. 58. aſſeverat, Theodoſii Miſſos XV. ejus Imperatoris anno orbis Romani provincias metiri inſtituiſſe; quod ipſum evidentiſſime liqueret, ſi plura ex illis ſchedis Jac. Gothofredus excerpſiſſet; editas enim habemus, ut contendendi

dendi sit facultas, ab Emm. Schelstrateno *tom. II. Antiq. Ecclesiast. p. 525.* Quarē cum nihil admodum nos juverit vir consultissimus, & multo, quam fuimus ante, incertiores nos dimiserit, videamus ecquid spei in illis sit scriptoribus, qui ante instauratas seculis superioribus literas vixere: horum pauciſſimi, quantum rescire licuit, Itinerarium suis in libris memoravere, nec minus tamen quam ceteri discordes. Primum sibi locum ætatis & meritorum prærogativa Flodoardus vindicabit, L. I. Histor. Rhemens. C. 1. *Aethicus*, inquit, *etiam in Cosmographia sic memorat: A Mediolano per Alpes Cottias Viennam M. P. M. CCCIX. Inde Durocortorum M. P. M. CCCXXXIII., quæ fiunt Leugae CXXI. Item a Durocortoro Divodorum usque M. P. M. LXII. Item alio itinere a Durocortoro Divodorum usque M. P. M. LXXVIII. Item a Durocortoro Treveros usque Leugae XCIX. Item a Bagaco Nerviorum Durocortorum Rhemorum usque M. P. M. LIII.* Quæ singula cum Itinerarium suis quæque locis servet, non dubium est, quin Flodoardus auctorem ejus Aethicum fuerit arbitratus; nec alia Hugoni Flaviniacensi in Chron. Virdunensi, quod Labbeus *tom. I. Bibl. Nov.* inseruit, sententia, siquidem p. 79. *Has autem omnes*, ait, *conjectiones Aethicus in Cosmographia excludens in Itinerario mundi vocat eam Virodunum, ob virorum fortium industriam, longe lateque celebratam.* Diversam ab utroque amplexus est opinionem in Cameracensi Chronico L. I. C. 3. Baldericus, *Liber*, inquiens, *qui jubente Julio Caesare ex Senatus consulto a prudentissimis viris de Cosmographia inscribitur, ubi quidem totius orbis Romani universa famosa distinguit loca, Cameracum etiam intromittit, & quanto a Bagaco castro distet, id est, XVIII. millibus, evidenter ostendit.* Quem si audiveris, Itinerarii auctorem habebis longe nobilissimum. In alia omnia abit Chronographus Ferrarienſis, nuper admodum a L. A. Muratorio *tom. VIII. Scriptor. Ital.* provulgatus: *Ante Christi*, ait p. 474., *nativitatem per annos XXX. & amplius decreto Senatus Romani in Europa, Asia, & Africa M. Antonii consulis Romani studio facta est divisio itinerum de distantiis, quæ erant inter præcipuas civitates, imperio Romano subjectas, ut de ipsis distantiis omnibus per scripturas constaret: & ex iis scriptis confectus est codex, qui Itinerarium appella-*

pellatur, quem perlegi non ſemel, & reliqua, quæ ad Anton. Itin. p. 281. exſcripta dedi. Atque hæc medii ævi, quos vocant, ſcriptores de Itinerario; quæ utique ad conturbanda omnia quam veritatem eruendam aptiora ſunt. Ut videas tamen, quid eos in hos fluctus & præcipitia conjecerit, ſuus hic locus Præfationi, quam Cosmographiae præſcripſit Aethicus, neceſſario eſſe debet: *Itaque Julius Caeſar*, inquit, *biſſextilis rationis inventor, divinis humanisque rebus ſingulariter inſtructus cum Conſulatus ſui faſces erigeret, ex ſenatus conſulto cenſuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentiſſimos & omni Philoſophiæ munere donatos. Ergo a Julio Caeſare & M. Antonio Conſulibus orbis terrarum metiri cœpit, id eſt a Conſulatu ſupraſcripto usque ad Conſulatum Auguſti III. & Craſſi, annis XXI. menſibus V. diebus IX. Zenodoxo omnis Oriens dimenſus eſt, ſicut inferius demonſtratur. A Conſulatu item Julii Caeſaris & M. Antonii usque in Conſulatum Auguſti X. annis XXIX. menſibus VIII. diebus X. a Theodoto ſeptemtrionalis pars dimenſa eſt, ut evidenter oſtenditur. A Conſulatu ſimiliter Caeſaris usque in Conſulatum Saturni & Cinnae a Polyclito meridiana pars dimenſa eſt annis XXXII. menſe I. diebus X., ſicut definita monſtratur. Ac ſic omnis orbis terræ intra annos XXXII. a dimenſoribus peragratus eſt, & de omni ejus continentia perlatum eſt ad Senatum.* Hactenus Aethicus; in cujus verborum ſententiam ſi penetrare volueris, ſcitu fuerit opus, uno eodemque tempore menſores eos eſſe emiſſos, quod pulcre admonuit C. Barthius *L. XLV. Adverſar. C.* 13., omnesque adeo annorum ſummas a Conſulatu Caeſaris & Antonii eſſe inchoandas: id res ipſa & finiti utrimque termini requirunt. Præterea ſcripſiſſe Aethicum videri, *usque ad Conſulatum Auguſti IV. & Craſſi, annis XIIII., menſibus V. diebus IX.*; nam Barthius, qui Auguſto in III. Conſulatu Craſſum collegam dedit, & Panvinio erroris dicam ob Meſſalam Corvinum Auguſto in eo magiſtratu additum impegit, ipſe coarguendus eſt: Onuphrium abſolvunt Faſti veteres & tabula marmorea in Theſaur. p. CCXCIX. Deinde, *usque in Conſulatum Auguſti X., annis XX.*; numeri enim vitio librariorum uno pæne denario auctiores ſunt. Tum, *usque in Conſulatum Saturnini & Cinnae, annis XXV.*; qui Conſules Anno

V. C.

v. c. ıɔccxxxv. nomen dedere. Novi Barthium de Anno v. c. ıɔccxlıı. cogitaſſe ob Faſtos Græcos, qui eo Coſſ. *Saturninum* & *Rubellium*, cui *Cinnae* fuiſſe cognomen ſuſpicatur, edunt: at illi Coſſ. fuere ſuffecti, & *Rubellii* nomen manifeſto vitioſum eſt, ex *REBILO* natum, ſicuti compoſitis inter ſe Capitolini & Collotiani marmoris fragmentis egregie Panvinius oſtendit: Caninio vero Rebilo *Cinnae* additum fuiſſe cognomentum, nemo præter Barthium dixit: Sentium autem Saturninum & Lucretium Cinnam eo, quem finivi, anno Conſules proceſſiſſe præter Faſtos Hieronymus in Chron. atteſtabitur, cum Virgilium Sentio Saturnino & Lucretio Cinna Coſſ. Brundiſii obiiſſe adfirmat. Denique, *ac ſic omnis orbis terræ intra annos XXV. a dimenſoribus peragratus eſt.* In quibus ita refingendis ipſam me aſſecutum eſſe veritatem, nemo, ſi Julio & M. Antonio Coſſ. Annum v. c. fuiſſe ıɔccx. meminerit, inficias iverit. Jam cum Itinerarium Aethici plerumque jungeretur Cosmographiæ, ſicuti nunc quoque connexum eſt in Pithœano codice, de quo N. Bergerius *L. III. Viar. Milit. C. 6.* & in Pariſienſi, modo a priore is diſcrepet, quo uſi fuimus, utique ſuſpicio Flodoardo & Hugoni Flaviniacenſi, Cosmographiam & Itinerarium ejusdem eſſe ſcriptoris fœtus, naſci potuit: & tanto quidem facilius, quod Hugo Flaviniacenſis, cum Cosmographiæ partem *Itinerarium mundi* facit, in ſuo libro junctos eos libellos ſe habuiſſe ſignificet. Ad hoc, cum Aethici Præfatio Julio Cæſare & M. Antonio Coſſ. orbis Romani dimenſionem inchoatam fuiſſe referat, quid demirabimur, Balderi-cum Tornacenſem Julio Cæſari Cosmographiam & junctum illi in MSS. Itinerarium tribuiſſe, aut Chronici Ferrarienſis ſcriptorem M. id Antonio adſcripſiſſe? præſertim cum Chronici ejus verba evidentiſſime Aethici Præfationem redoleant. Indidem porro *Antonii Auguſti* titulum, quem Pithoeanus, Pariſienſis noſter, & Blandinianus MSS. oſtentant, repetere ſoleo, in *Antonii Auguſtalis*, ut in Aegid. Schudii membranis, & *Antonini Auguſti* nomina deinceps ab aliis commutatum, qui M. Antonium *Auguſti* cognomine haud unquam inſignem fuiſſe noverant: neque enim ulla veri ſpecie ſe commendare poteſt N. Bergerii conjectura, qua Itinerarium ejusque prima initia in Julium Cæſarem & Auguſtum, qui vias publicas, oppida, colonias, manſiones mutationesque ſignari juſſerint, rejicit; ita ta-

* * *

men,

men, ut Antoninus Pius, aut alius ejus nominis, atque insecuti Imp. de suo ævo plura addiderint: Aethicus enim, quem fundum hujus opinationis vir doctus & Jo. Ger. Vossius *L. I. Hist. Lat. C.* 13. habuerunt, vereor, ut persuadere hoc possit. Ecquis enim crediderit, Plinium, scriptorem diligentissimum, præterire Zenodoxi, Polycliti & Theodoti mensorum operam voluisse, si quæ hac in re extitissent? Et qui potuit Theodotus, homo Græcus, in intimam Germaniam, quam *septemtrionalem partem* Aethicus appellat, Romanorum armis nondum domitam, penetrare eamque mensurare? Non negavero, fuisse in Romanorum manibus Itineraria & tabulas, è quibus, ut apud Propertium est, *pictos ediscere mundos* potuere: at nostrum ad antiquissimam eam ætatem posse admoveri, non putem. Quid ergo, dices? Equidem Magno Constantino Itinerarium, quemadmodum manibus id nunc terimus, recentius esse autumavero: id ut agnoscerem, *Constantinopolis*, *Diocletianopolis*, *Maximianopolis* ipsaque *Heraclea*, quæ olim Perinthus erat, suis quæque locis intextæ, a me impetraverunt: ea quidem urbium nomina H. Surita a recentiore manu adjecta esse, sibi atque aliis persuasit, qui cum nullam Legionibus *Joviae* & *Herculeae*, a Diocletiano & Maximiano sine controversia dictis, & ejusdem nominis mansionibus litem moverit, nedum *Heracleae*, quod Perinthi cognomen ante Aurelianum notum haud fuisse patefeci, aut *Candidianae*, a Candidiano, Galerii Maximiani filio, appellatæ, consultius ab ea sibi opinione caviſſet: præcipue quod plura seculi IV. indicia passim exstent atque emineant. Quem enim fugit, more tum receptissimum fuisse, ut per Gallias nationum nomina urbibus, quæ gentium erant capita, inderent, utque pro Augusta Rauracorum, *Rauracos*, pro Augusta Suessionum, *Suessiones*, pro Durocortoro Rhemorum, *Rhemos*, pro Augusta Taurinorum, *Taurinos*, sicuti sæpissime in Itinerario, dicerent? Recte propterea Ph. Cluverius *L. II. Germ. A. C.* 3. hoc ursit. Ad hæc omnia accedit, pleraque urbium & mansionum nomina hic esse, ut Grammatici loquuntur, *monoptota*; quæ consuetudo etsi Constantino sit prior, post ejus tamen ætatem maxime invaluit, ut ex Consentio in *Arte p.* 2031. & ejus ævi scriptoribus colligas. Tametsi vero hodierna Itinerarii dispositio & structura non videatur ultra seculum quartum posse escendere, ejus initia atque origi-

originem antiquiora arbitrer: quod ut apparet, nihil neceſſe fuerit, ut Romanos in provinciis, quas occupaverant, vias lapidibus & glarea muniviſſe, oſtendam; neque etiam, ut de curſu vehiculari multis agam: pervulgata ea omnia ſunt. Id negligere non debeo Auguſti generum Agrippam orbem terrarum, per ſua ſpatia menſuratum, in tabula ſpectandum propoſuiſſe apud Plinium *L. III. N H. C. 2.*; id enim argumento nobis eſt, Auguſto principe terrarum quandam dimenſionem fuiſſe inſtitutam; quam rudem fuiſſe credibile eſt, ſiquidem plures ejus partes nondum ſatis eſſent exploratæ. Italia omnis in ſuas erat deſcripta vias: via Egnatia, qua per Macedoniam in Orientem pergebant, jam olim, ſicuti Strabo L. VII. p. 322. ait, βεβηματισμένη καὶ μίλιον ἑκάστου κατεσημασμένη per M. P. erat diſtincta & columellis milliaribus ornata: Aureliam, ne de aliis dicam, in Hiſpaniam verſus continuarant. Multa tamen ad omnes Imperii plagas reſtabant, nondum in ordinem redacta. Sequentibus annis diligentior opera huic rei a Dionyſio, Strabone, Mela, Plinioque eſt impenſa; ut mirum non ſit, Metium Pompoſianum depictum orbem terræ in membrana, quod de eo Suetonius *Domitian. C. 10.* refert, circumtuliſſe. Poſt dein Marinus Tyrius & Ptolemaeus ingenti auſu, licet ſucceſſu non ubique felici, quod in tanta operis vaſtitate facile utrique condonabitur, ulterius ſunt progreſſi. Qua in re haud parvo illis adjumento continuæ victoriarum acceſſiones domitæque a Romanis gentes & nationes fuerunt: totam pæne ſub Domitiano penetraverant Britanniam: Trajanus fines Imperii in Daciam usque promoverat, & per Armeniam, Meſopotamiam Arabiamque victricia ſigna circumtulerat. Jamque adeo Ariſtides de Romanis jure aſſeverare potuit tom. I. p. 394. καὶ τὸ Ὁμήρῳ λεχθὲν,

Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων, ——

ὑμεῖς ἔργῳ ἐποιήσατε, καταμετρήσαντες μὲν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ζεύξαντες δὲ παντοδαπαῖς γεφύραις ποταμοὺς, καὶ ὄρη κόψαντες, ἱππήλατον γῆν εἶναι, σταθμοῖς τε τὰ ἔρημα ἀναπλήσαντες, καὶ ἀμφίτῃ καὶ τάξει πάντα ἡμερώσαντες· *Et quod Homerus cecinit,*

Terra etiam communis erat, ——

id vos opere compleviſtis, terramque omnem dimenſi pontibus variis fluvios junxiſtis, montesque excidiſtis, ut equitabilis fieret terra,

& ſolitudines diverſoriis repleviſtis, cunctaque diætæ atque ordinis beneficio manſuetiora feciſtis. Revera enim ejus tempore, finibus Imperii longe latéque prolatis, menſurata omnia & in uſum curſus vehicularis viæ manſionibus ſtabulisque diſtinctæ erant: quæ ut cognitiora eſſent, probabile fit, in tabulas quasdam fuiſſe relata: in commodum enim Legionum & cohortium, ex uſu temporis nunc in hæc nunc illa loca commeantium, neceſſaria prorſus ea res fuit: & qui quæſo ab Imp. Alexandro edici, quod de eo prodidit Lampridius C. 45., potuit: *Itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet; illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, &, ſi Dii voluerint, in prima manſione manſurus: deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativæ, deinde ubi annona eſſet excipienda, & id quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur.* Quo inquam modo hæc milites prænoneri potuerunt, niſi manſiones ſtativæque in membranis fuiſſent ante ſignatæ? Quo in genere Acholii opera Alexander Imp. uti potuit, *qui & itinera hujus principis ſcripſit*, Lampridio C. 64. teſte; nimirum ut magnus Alexander ſuos βηματιστὰς ſive itinerum menſores habuit; cujusmodi Bæton fuit, qui τὰ βήματα τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας ſive manſiones Alexandri itinerum apud Athenaeum *L. X. Deipnoſoph. C.* 12. in literas retulit; ita Imp. Alexandro Acholius dediſſe videtur, ut ejus itinera, quæ tamen partem vitæ Alexandri, nam & eam ſcripto conſignaſſe Salmaſius monuit, facerent, enarraret. Forte etiam Acholius ex metatorum fuit numero, qui agmen præcedentes locum caſtris legere ſolebant, ſicuti Vegetius *L. II. R. M. C.* 7. docet, & fuſe Jac. Gothofredus ad L. 4. *C. Theod. de Metator.* Præterea ducibus itinera locorumque ſitus cognita eſſe debuerunt, ut ſine periculo agmen ducere, atque ubi interquieſcendum eſſet, ſcirent: ſtudioſe propterea Vegetius *L. III. R. M. C.* 6. exercitus præfecto præcipit, ne proficiſcens patiatur incurſum, *Primum itineraria omnia regionum, in quibus bellum geritur, pleniſſime debere habere perſcripta: ita ut locorum intervalla non ſolum paſſuum numero, ſed etiam viarum qualitates perdiſcat: compendia, diverticula, montes, flumina, ad fidem deſcripta, conſideret; usque eo, ut ſolertiores duces itinera provinciarum, in quibus neceſſitas geritur, non tantum adnotata, ſed etiam picta habuiſſe*

buisse firmentur, ut non solum consilio mentis, verum adspectu oculorum viam profecturis eligerent. Quibus quæ hanc in rem dixi, egregie firmat, pariterque duplicis generis Itineraria, *adnotata* & *picta*, de quibus postmodum quæram, fuisse ostendit: hic negligi Ambrosius, ejusdem rei causa a Jos. Simlero excitatus, non potest, Itinerariorum usum egregie adstruens Comment. *in Psalm. CXVIII.*; *Miles*, inquit, *qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro arbitrio viam carpit, nec voluntaria captat compendia, ne recedat a signis; sed Itinerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud*, & reliqua, quæ Simleri tibi Præfatio repræsentabit; quibus gemina in eundem Psalmum Hilarius commentatus est: apparet enim, in bellum ituris Itineraria, in quibus mansiones mutationesque erant notatæ, fuisse data. Quare cum ad cursum vehicularem atque expeditiones militares Itineraria fuerint necessaria; habuerintque Romani & itinerum mensores & Itineraria jam olim, fieri potuit, ut ex eorum numero nostrum fuerit; quod paullatim, sicuti in simili genere assolet, novis urbium titulis locupletatum est. Severi Imp. tempora & Caracallae ob plura Britanniæ itinera a vallo, ut bene H. Surita animadvertit, exsuperare non potest: nec multum infra Constantini M. ætatem demitti; quod rariora sint oppidorum cognomina, quæ tum invaluere: nusquam hic *Constantina*, quo cognomine Cirta, Numidiae urbs, a Constantino apud Victorem Schotti C. 40. condecorata est; nusquam *Nice* in Thracia, quod nomen Ostudizum Constantio principe, teste Hilario, induerat; nusquam *Constantia*, quo titulo Antaradus a Constantio fuit appellata, ut plura alia missa faciam. Quis vero ejus auctor cujusve jussu primum fuerit digestum, prorsus ignoro; ut nec alii, qui conjecturis indulgere, valido tibicine defectis, noluere: in quorum numerum & M. Velserum *L. III. Rer. Aug. p.* 214., & Guil. Burtonum *Comment. ad Itin. Britan. p. 6.* referrem, nisi uterque nimium Aethici Præfationi fidisset. Rectius instituit Th. Galeus, & ei pæne assensus Jo. Horsleus *L. III. Britan. Rom. C.* 2. Habes de Itinerarii auctore; quæ omnia ad *Itinerarium Maritimum* translata nolim: sunt sane ejus fragmenta, neque enim integrum ad nos devenit, egregia: cujuscemodi est, quo *portus* & *positiones navium* ab urbe Roma in Galliam describuntur, & reliqua: at his serior

ætas haud pauca aliunde adstruxit, ex Hispalensi Isidoro & poëtarum scholiis deprompta; novi Isidoro familiare admodum esse, ut aliorum verba transscribat & pro suis utatur; tamen ex illius & similium fontibus ea hausta esse, quoniam poëtarum fabulas illustrare aptiora sunt, nec insularum situm proprie spectant, quam hinc mutua sumpta arbitrari malim. Cum vero Vegetius inter *adnotata* & *picta* Itineraria distinguat, non alienum ab instituto sermone fuerit, si cujusmodi nostrum sit habendum, inquiramus. Et *pictum* quidem sine controversia illud est, quod è Peutingerorum schedis M. Velserus vulgavit: in eo compendia, diverticula, montes, flumina, rudiore licet opera, descripta cernimus, præstantissimo ævi veteris monumento & in plerisque Itinerarii nostri simillimo, unde & multam illi lucem adspergit & vicissim indidem recipit. Geminum olim & germanum versavit Guido Ravennas; ei enim Geographiam esse attribuendam, quam a Placido Porcherono & Jac. Gronovio editam lectitamus, doctissimo *Dissert. Chorograph. Ital. medii ævi* scriptori *p. X.* accredo. Id si Peutingerorum Tabulam cum urbium enumerationibus, quas Ravennas ille passim orditur, contenderis & inter se comparaveris, perspicue cognosces: videbis enim pleraque omnia, quæ in Asia atque Africa ex Castorio Romanorum Cosmographo & Lolliano, in Europa ex Libanio & Aristarcho Græcorum philosophis, & Maximo sive Maximino & Marcomiro Gothorum philosopho, & nescio quibus aliis, excerpsisse sese adjurat, ex ejusmodi Tabula esse descripta, hominemque adeo ad fraudem obtegendam Geographos & scriptores, nunquam fortasse natos, esse commentum: quorum certe è numero est *Pentesileus*, quem L. IV. C. 4. Colchidem, Amazonum patriam, enarrasse adfirmat, deformatus, etsi impudenter, ex nobilissima femina, quæ apud Virgilium

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens. ——

Nam quod ibidem Ptolemaeum regem & philosophum Roxolanorum patriam, per quam præter alia flumina transierit *fluvius maximus Vistula*, Oceano mergendus, exposuisse auctor est, id omnes ineptias superat. Quæ res etsi auctoritatem illi minuit, non efficiet tamen

tamen, uti Geographiæ ſtudioſis utilis eſſe deſinat: habet enim plurima ex integriore Tabula, quam quidem Peutingerorum eſt, derivata, præcipue in Africa, Hiſpania & Britannia. *Pictum* vero noſtrum cum non ſit, apertum eſt ex eorum genere eſſe, quæ *adnotata* Vegetius nuncupat: haud dubie quod viæ militares, urbes & manſiones, milliaque paſſuum, quibus diſtinguuntur, prorſus uti in noſtro, fuerint tantum *adnotata* & deſcripta: in quorum cenſum referri etiam Hieroſolymitanum oportet, hac in parte Antoniniano, ut vocant, ſimile; neque enim ullum inter id & noſtrum diſcrimen, ſi manſionum & mutationum nomina, ubique cum cura adpoſita, & majorem locorum catalogum, in noſtro neglectum, exceperis: quæ poſterior differentia ſitne a primo auctore an deinceps orta, non habeo adfirmare; licet nullus dubitem, quin plures manſiones & mutationes, quam Antoninianum nunc præſert, publicis in viis fuerint; Tabula atque Hieroſolymitanum illud Itinerarium id manifeſtant; nec aliud Romanorum conſuetudo, qua iter diurnum XX. M. P. habebatur legitimum, ut præter Ictorum fragmenta Vegetius *L. I. R. M. C.* 9. indicat, feret: & tamen ſæpe urbes manſionesque XXX. XL. L. M. P. aut eo amplius disjungi obſervabis, præteritis, ubi ſtrigandum aut interquieſcendum fuerat, ſtationibus: ſed hæc cum ſparſim variis locis tetigerimus, miſſa faciemus, ubi addiderimus, noſtro Itinerario egregie ad fraudem inſtruendam eſſe uſum Anaſtaſium, ſeu quis alius auctor eſt *Epitomes Chron. Caſinenſium*, quam L. A. Muratorius *tom. II. Script. Ital. p.* 351. vulgavit: opes enim Caſinenſium ſuorum quo jure quave injuria ut adaugeret, Juſtinum I. prodidit, plurimas urbes S. Benedicto dono dediſſe, quas dein nunc ex hac nunc illa Itinerarii parte, in primis ex Africa, Sicilia, Sardinia, Epiro atque Aſia excerpit, ſed tanta ſtultitia atque impudentia, ut fines provinciarum paſſim migret, *portumque Veneris* mari Adriatico adſtruat, atque ex urbibus pro arbitrio villas & prædia ædificet: quæ ſi attenderint per Gallias Benedictini, homini ex aliis etiam rebus, a clariſſimo Muratorio productis, ſuſpectæ fidei haud multum in notiſſima lite de reliquiis S. Benedicti & Scholaſticæ tribuent. At hoc illi viderint; nos ad ea potius accingimur, quæ hanc Itinerarii editionem ſpectant: ubi ne vetuſtas & quæ noſtram anteceſſerunt, operoſe

roſe commemorem, otium mihi Schottus fecit, rectiſſime admonens, Aldinam, Juntinam & Lugdunenſem, utpote ex eodem rivulo emanantes, corruptiſſimas eſſe: caſtigatior & omnium ante eam diem optima Chriſtophori eſt Longolii, Pariſiis anno CIↃIↃXII. provulgata; hanc excepit Joſiae Simleri Baſileae anno CIↃIↃLXXV., ex Pithoeano & Aegidii Schudii MSS. procurata, & ſcholiis, haud ſane ſpernendis, inſtructa; qua tamen multis de cauſſis potior ea eſt, quam And. Schottus initio ſuperioris ſeculi Coloniæ Agrippinæ prodire juſſit, complexa & ipſius animadverſiones & præſtantiſſimum H. Suritae commentarium. Omnia illa & Simleri & Suritae & Schotti bona fide retinuimus, id ſolum dolentes, doctiſſimi H. Suritae notas adfectas tantum in Schotti manus incidiſſe; quod commentarius ipſe, haud raro interpolatus ac conturbatus, tibi clariſſime oſtendet. Fuiſſet ceteroqui ſi quis alius H. Surita ad inſtaurandum hoc Itinerarium multo aptiſſimus, quippe ab eruditione incredibili & egregio judicio paratus; præſertim ſi Tabulæ Peutingerorum, cujus ductus in his tenebris magni utique faciendus eſt, illi copia fuiſſet. Poſt Schottum rara eſt virorum doctorum in integrum Itinerarium opera: illud quidem P. Bertius ſuo Ptolemaeo anno CIↃIↃCXVIII. adjunxit, ſed ex Schotti editione, cum ipſis librariorum peccatis, expreſſum; quod cum primo intuitu Ph. Cluverius non animadvertiſſet, acri atque acerba oratione Bertium *L. I. Sicil. Ant. C. 7.* ob unam alteramve vocem additam mutatamve, ac ſi ille ei rei præcipuus auctor eſſet, perſtrinxit. Inſertum dein eſt ſub ſeculi ſuperioris finem ab Emm. Schelſtrateno *tom. II. Antiq. Eccleſ. p. 569.*; qui quamvis Simleri Schottique editionem verſaſſe non videatur, ſolo uſus Lugdunenſi edito, bene tamen de eo, præbita omnibus MS. Vaticani, cujus veſtigiis preſſe inhæret, tractandi uſurpandique copia, meritus eſt. Etſi vero poſt Schottum nullius præcipua in totum Itinerarium opera fuerit collocata, non defuit tamen magnus eorum numerus, qui ferente occaſione medicam illi manum admovere. Atque hic, ut egregios viros Abr. Ortelium, Car. a S. Paullo & Chriſt. Cellarium, qui ſinguli ſæpius ſua ope id dignati ſunt, præteream, maximopere prædicandum eſt Ph. Cluverii ſtudium, quo in Germania, Italia vicinisque inſulis haud paullo caſtigatius eſt factum; nec minus L. Holſteinii ſolers induſtria,

qua

qua diligentiſſime, quæ Cluverius in Italiæ itineribus admiſerat, & perperam ab Ortelio fuerant poſita, emendata ſunt. Sperni quoque ſedula Paulli Merulae cura non debet, quam in *Cosmographiæ* libris in Hiſpaniæ, Galliæ atque Italiæ itinera inſumpſit; neque ea, quam Aegid. Schudius & Joſ. Simlerus, etſi Schotto priores, ad itinera Alpina, Guillimanus ad Helvetica, P. Bertius & Menſo Altingius ad Germanica adhibuerunt. Galliam Had. Valeſius in *Notitia*, provinciæ Narbonenſis partem atque ejus maritima Honorat. Bouche in *Chorographia & Hiſtor. Provinc.*, opere egregio, alia ejusdem provinciæ Guil. Catellus in *Hiſtor. Languedociæ*, quam vocant, Aquitaniam Arn. Oinehartus in *Vaſcon. Notitia* & Pet. Marca in *Beneharnenſi Hiſtor.* in clariore luce poſuerunt. Hiſpaniæ itinera præter Ambroſ. Moralem idem Marca in *Marca Hiſpan.* & Rodericus Carus in *Hiſpalenſ. Antiq.*, Luſitanica A. Reſendius & qui ſcholia ejus *Antiquitatibus* addidit, Vaſconcellus, pluresque alii examinarunt. Britanniæ operam addixerunt Guil. Burtonus, Th. Galeus & nuper admodum in *Britan. Roman.* Jo. Horsleus. Quorum omnium & plurium aliorum ſcripta me conſuluiſſe atque inde obſcurioribus lucem accendere fuiſſe ingreſſum libens profiteor: neque enim ſine hujusmodi ducibus in denſioribus tenebris, quibus Itinerarium obſeptum eſt, tuta via foret, vel ſic tamen ſatis ſalebroſa & præcipitiis atque incilibus interciſa. Quo vero inſtituti noſtri ratio exploratior ſit, addere libet, ſecutum me eſſe ſtudioſiſſime manu exaratorum librorum veſtigia: reſtituiſſe ubique urbibus ſuos caſus & inflexiones, quibus vim H. Surita fecerat, & quo Grammaticorum decretis melius responderent, accuſandi caſum impegerat: ſuſtuliſſe aſteriſcos, qui in Schotti editione Regium Suritae MS ea parte mutilum eſſe innuebant; ut ſuſpicio defectus, quæ multis inde nata eſt, tolleretur. Notas, prout res atque animus ſeſe dabant, nunc productiores nunc breviores adjunxi: ſi quid mutandum videretur, in illis, ne quis in orationem inſertis conjecturis in fraudem induceretur, tentavi: in illis itidem de virorum, multo me eruditiorum, opinionibus ſententiam dixi libere, nulli, ſi petulantis ingenii unum atque alterum, qui acriorem cenſuram promeruerant, ſepoſueris, gravem futuram: multa præterea veterum ſcriptorum verba aut explicare aut conſtituere ſum adniſus; qua in re ſicuti etiam in finium regundorum judicio ſi præter opinionem aberraverim, æquiorum & ab humanitate non prorſus alienorum veniam

* * * *

mihi

mihi promitto: nihil nisi veritatem sectatus sum; & sicubi teneri ea non potuit, verosimilia probavi, facile & læto animo passurus, si in alia omnia, ubi ita videbitur, concesseris. Ne quid autem in vitiosissimo libro sine manu exaratorum codicum auxilio molirer, præcipua cura fuit, ut MSS. mihi copia fieret; neque ea de spe decidi. Prædicare enim satis egregiam non possum operam, quam viri eruditione & humanitate spectabiles mihi præstiterunt: Celeb. P. Burmannus Vossiani codicis, quem dives Lugdunensis Bibliothecæ Gaza servat, apographum, atque excerpta ex N. Cusani schedis, a G. Mercatore ad Cambdenum missa atque ex hujus libro Londinii Anno CIↃIↃCXV. descripta, ex eadem Bibliotheca mecum communicavit; ex qua itidem in meos usus vir Cl. Fr. Oudendorpius quæ Is. Vossius editioni Schotti ex binis membranis, quas Parisienses certis indiciis suspicatus sum, alleverat, exscripta ad me transmisit: quibus cum plane similia sint, quæ D. Richardsonus in margines ejusdem editionis conjecerat, nunc in Collegio S. Petri apud Cantabrigienses asservatæ, è Vossiano exemplari transumpta fuisse, credibile fit: habui ea beneficio humanissimi Marklandi. Neque defuit mihi, omnibus promptissima, qui rei literariæ prodesse student, Jo. Albert. Fabricii opera; quippe rogatus ut ejus mihi libri potestatem faceret, cujus in Bibliotheca Latina meminerat, extemplo Lugdunensem editum, variantibus, quas vocant, lectionibus oppletum, ad me ablegavit. Præterea sæpe mihi succurrit variis ultro manu descriptis libris subministratis, vir Cl. J. Ph. D'Orville, &, qui in meliores nunc transcriptus est sedes, Herman. van de Wall, oraculorum divinorum, cum inter vivos ageret, apud Amstelodamenses interpres egregius: cui ceterisque omnibus plurima me debere, grata mente profiteri nunquam desinam; uti neque collegæ & amico meo Tib. Hemsterhusio, qui sub injusto onere fatiscentem sublevavit, & plurima, quæ in meis tanquam emblemata splendebunt, suppeditavit, ingratumque laborem perlegendorum, quæ formis descripta erant, ut ab operarum peccatis magis immunia essent, haud recusavit. Atque hæc de instituti ratione; in quibus tabulas fortasse scriptas desiderabis; quas etiam, si mei res fuisset arbitrii, addidissem, ex observationibus, passim in operis decursu factis, corrigendas: sed hæ aliud tempus aliamque occasionem exspectant. Tui reliqua sunt judicii; quod, ut honestum hominem decet, si reddideris, nihil reformidabo. sin, nihil morabor. Vale.

ITINE-

ITINERARIVM PROVINCIARVM OMNIVM IMPER. ANTONINI AVGVSTI.

ANTONINI AVG. ITINERARIVM.] *Vetuſtiſſimus Codex bibliothecæ Philippi II. Regis Catholici* maritimas ſtationes *Itinerario prætulit terreſtri: & in ea parte ita legitur:* IMPERATORIS ANTONINI AG. ITINERARIVM MARITIMVM. *In Itinerarii vero hoc meo exemplari nullum* Antonini *nomen exſtat: neque titulus libelli: ſed* freti Gaditani, Mauretaniæ, Africæ, & Hiſpaniæ *nomina deſcripta apparent. Poſtea vero quæ ſequuntur* COLVMNAE HERCVLIS, *& reliqua, ex vetuſtiſſimo codice bibli. Regiæ tranſcripſimus. In Codice bibli. B. pervetuſta manu ita legitur:* Incipit itinerarium provinciarum omnium Antonii Auguſti: *atque item in C H. Long. ut ea ſequi libuerit,* Antonini *nomine ex vetuſtiſſimo exemplari recepto: nam quæ in utroque verba leguntur;* IN PRIMIS PROVINCIAE AFRICAE, *ea rejicienda cenſuimus, uti temere adpoſita: utpote quæ neque in Cod. bibli. Reg. legantur, & Auctori repugnent; cum à Mauritania Tingitana, longe ab Africæ Provinciæ regione ſemota Provincia, exordium ſumitur. In Cod. Bibli. Neap. initium Itinerarii deſideratur. Reliqua vero ſic interpungenda arbitror.* Columnæ Herculis ad Tingim Mauritaniæ: id eſt, ubi Bacuetes, Macenites barbari morantur. Per maritima loca Carthaginem uſque M. P. XVIII. XLIX. *nam lib. Bibli.* R. AD TINGI MAVRITANIA *habet, Bibli. Bland.* à Tingi Mauretaniæ, *quemadmodum in Hadriani Auguſti nummis legi videmus: ſed nos vetuſtiſſimi exemplaris lectionem libenter amplectamur. Suſpicari enim libet depravatam eam lectionem eſſe: nam, ut apparet, menſuræ itinerum,* non à Tingi, *ſed* ab exploratione *ducuntur: cum ab ea Tingim uſque mox* CLxxiv. *M. P. numerentur. Iſidorus tamen & Artemidorus, quos Plinius L. 5. C. 6. vetuſtos laudat autores, à Tingi Canopum uſque menſuras itinerum perduxere: Compendiaria forte via: cum hæc Antonini, ex manſionum diverticulis, atque flexionibus, neceſſario multo longior fuerit. Numeri vero* xviij. xxxix. *in C. Bibli. Reg. leguntur: & in reliquis manu ſcriptis & excuſis deſiderantur: quibus* decies & octies centena & triginta novem millia *deſignari manifeſtum apparet: ſed legendum videretur pro* XXXIX. XLIX. *ut ratio milliariorum ſummæ univerſorum, quæ adponuntur, itinerum, conſtet: tot enim millia paſſuum continet. Plinii tamen vetuſtis exemplaribus L. 5. C. 6., Toletano præſertim melioris notæ adſtipulante, legimus Polybium, & Eratoſthenem, diligentiſſimos exiſtimatos, ab Oceano ad Carthaginem magnam, XI. M. P. feciſſe: cum qua ſumma Marcianus Capella itidem congruit. Jam, quod ad Herculis Columnas attinet, Plinius de ea re L. 3. C. 1.* Proxima autem, *inquit,* impoſiti montes coërcent clauſtra, Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ: quam ob cauſam indigenæ Columnas ejus Dei vocant, creduntque perfoſſas, excluſa antea, admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem. *Pomponius Mela quam ob cauſam deſcriptionem totius orbis ab* Tingitana *Provincia ſit exorſus refert.* Nunc, *inquit, L. 1. C. 4.* exactius oras, ſituſque dicturo, inde eſt commodiſſimum incipere, unde terras noſtrum pelagus ingreditur: & ab iis potiſſimum quæ influenti dextra ſunt: *Et paulo poſt. C. 5.* Hinc in noſtrum mare pergentibus læva Hiſpania, Mauritania dextra eſt. *Eam rationem* Itinerarii *auctor ſecutus, à Mauritaniis Orbis terrarum Provincias incipit. Strabo verò & eum Plinius imitatus, ab Europa, juſtiore de cauſa.* Primum, *inquit Plinius L. 3. C. 1.* de

COLVMNAE HERCVLIS.

A TINGI MAVRETANIAE, ID EST, VBI BACVETES, ET MACENITES BARBARI MORANTVR.

Europa, altrice victoris omnium gentium populi, longeque terrarum pulcherrima : quam plerique merito, non tertiam portionem fecere, verum æquam, in duas partes ab amne Tanai ab Gaditanum fretum, universo orbe diviso. SVRITA.

ANT. AVG. ITIN.] Libelli titulum, quem ex Blandiniano codice Surita produxit, unus ex Christianissimi Regis MSS. quoque præfert. Eundem invenit in Pithoeano libro N. Bergerius, neque aliter Vossianus. Simlerus in Schudi schedis *Antonio Augustali* inscriptum animadvertit. Veteres, quos libello usos observavi, varie citant. Chronici Casinatis scriptori L. 11. C. 52. *Itinerarium totius orbis* dicitur. Si Flodoardum consulas L. 1. Hist. Rhemens. C. 1. *Cosmographiæ* titulum auctoremque Æthicum habebit. Eodem nomine notus fuit Balderico L. 1. Chron. Cameracensis C. 3. qui tamen Julio Cæsari tribuit. Abit hinc Hugo Flaviniacensis in Virdunensi Chronico, *Itinerarium* hoc *mundi* Æthico adscribens. Cum omnibus his dissidet Chronographus Ferrarienſis, nuper à Cl. Muratorio tom. VIII. scriptorum Italiæ insertus. In eo est *Codex, qui Itinerarium appelletur*, quique M. Antonii Consulis jussu fuerit confectus. Quid aliud hinc colligas, quam de auctore inscriptioneque libelli hos omnes in incerto fuisse? Dicam alias hanc discordiam ex præfatione Æthici Cosmographiæ videri natam. Lubens vero reprehendi, quod Surita repulerat, Mauretaniæ, probantibus MSS. lapidibusque. PROC. PROVINC. MAVRETANIAE TINGITANAS dabunt Marmora Oxonienſia p. 132. WESSELING.

BACVETES] *Ita legitur in Cod. Bibl. Reg. Ptolomæi libri* Βακκᾶται *legunt: & Bibl. Bl.* Baccavates: *CH. Long.* Baccanates: *nos vetustissimi exemplaris lectionem præferendam duximus: præsertim cum ad Græcam Ptolomæi proxime accedat.* SVR.

BACVETES] In duobus Parisiensibus libris *Bacavetes*, in tertio pariter ac Vaticano *Baccavates* invenitur. Verum barbaræ gentis nomen *Bacuates* fuisse existimaverim. Hac ducunt Ptolemæus Juliusque Honorius Jac. Gronovii p. 20. *Flavius Malda —— inter Barbares & Vacuates vergit in mare.* Voluit enim *Malva* & *Bacuates*. In anonymo scriptore Generationum Adami, quem Cangius Paschali Chronico addidit, *Baccuates* appellantur, quare perperam in ipso Chronico Μακκαῆι, & in ejusdem generis libello Scaligeri *Macuaci*. Manifesta res est ex Labbei Bibliotheca tom. 1. pag. 302. ubi ordine recensentur, *Mauri, Baccuates, Massenes, Gætuli, Afri, qui & Barbares.* Præfuisse his videtur memoratus in lapide Gruteriano p. MXXV. 7., quem correctiorem dedit Montfauconius Diar. Ital. C. 26. PRINCEPS GENTIVM BAQVATIVM. Scio Illust. Scaligerum ad Eusebium Baquates hos cum Bagaudis, pessimis post Diocletiani ætatem in Gallia latronibus, composuisse. Ego vero Ptolemæum ceteroſque audire malim, qui Bacuates in Mauretania incoluisse tradiderunt. WESS.

ET MACENITES] *Desideratur ea vox in lib. Bi. Re. cum in Bl. & CH. Long. ita legatur. In Ptolomæi libris* Μακαυῖται *legimus. Xiphilinus ex Dione in Severo*, Macenitas *ad inferiorem Mauritaniam conlocat: & Atlantem montem in* Macenitide *esse, non longe ab Oceano docet.* SVR.

ET MACENITES] Credo depravate *Massenes* appellari in Labbeano Scriptore, cujus verba exscripsi. Synesius Epist. 129. Μακέδες in Africa agnoscit, qui Μακαυῖται videri possent, ni à Mauretania longissime disjuncti ad Pentapolitanos pertinuissent. Jac. Gothofredus ad L. Unic. C. Th. de Satur. & Subafrens. Synesii *Macetas* in Mazaces commutavit, quos Græci in Africa non noverunt. Μάζικες ex Palladio in Chrysostomi vita p. 195. & aliunde noti sunt. Vide an Macetæ Μακέται iidem fuerint ac Βακκάται, quos in Marmarica Ptolemæus habet. Firmat hanc opinionem Epiphanius τῷ Μαρκότῳ Pentapoli ac Marmaricæ adjungens Hæresi LXVI. C. 83. WESS.

M. P. XVIIII. XLVIIII.] *Vetustissimo lib. Reg. ea nota ita describuntur. MILIA PASSOS xviij xxxviiij. reliquis omnibus desiderantur.* SVR.

M. P. XVIIII. XLVIIII.] Exulant quoque e nostris libris hi numeri. consummatos esse apparet ex itineribus, quæ subjiciuntur. Neque recte tamen illis inclusa putem CLXXIIII. M. P., quæ

TVR, PER MARITIMA LOCA CARTHAGINEM VSQVE. M. P. XVIII. XLVIIII.
AB EXPLORATIONE, QVAE AD MERCVRIOS DI-

quæ inter explorationem & Tingin interſunt. Nulla eorum in itinere à Tingi ad urbem Carthaginem ratio eſſe poteſt. Hoc miror, N. Bergerium L. III. Viar. Milit. C. 46. negare ſuſtinuiſſe XVIII. XLVIIII. M.P. æquare CIↃ IↃCCCXLIX. M. P. Eo homines ſumus ingenio, ut ad res multo leviſſimas ſubinde adhæreſcamus. Rectius animadvertit, hos numeros nullo modo naſci ex M. P., quæ ſingulis urbibus manſionibusque adponuntur. Illa duntaxat CIↃ IↃCCXLV. dant, ſuntque argumento, aut numeros ſeptem itinerum eſſe vitiatos, aut millia paſſuum, urbibus addita, non ſatis eſſe ſana. Crediderim his illiſque labem aliquam eſſe importatam. Hoc mihi perſuaſerunt veteres editiones ſcriptique libri paſſim in diverſa abeuntes. Atque hinc decernere cum Bergerio nolim, inter primam manſionem Carthaginemque tantum CIↃ IↃCCXLV. M. P. interfuiſſe. WESS.

AB EXPLORATIONE] In exemplaribus duobus MSS. legitur *Baccavates* & *Macanites*: in Pariſienſi *Baccanates* & *Macenites*: à Ptolemæo *Bacuatæ* & *Macanitæ* nominantur. Sed hoc levius eſt. Verum Exploratio Mercurii totum hunc locum obſcurum & ambiguum facit. Promontorium Mercurii propre Carthaginem collocatur à Strabone, Ptolemæo, Mela, Plinio: ſinum enim Carthaginienſem efficiunt duo promontoria, Apollinis unum verſus occaſum, in quo Utica, alterum Mercurii ad Orientem, in quo Clupea civitas. Atque hujus promontorii mentionem facere Antoninum quidam judicant, ut iter à Tingi uſque ad hoc promontorium deſcribat. Atque in Pariſienſi exemplari & MSS. Pithœi legitur, *Ad Explorationem, quod Mercurius dicitur.* Sed huic lectioni repugnat particularis manſionum enumeratio: nam ea Carthaginem tantum perducitur: deinde alia itinera verſus occaſum ponuntur: poſt plura itinera ponitur iter à Carthagine Clupeam, quam diximus in promontorio ſitam, ſed Mercurii non fit mentio, & diſtantia ponitur LXXXV. M. P. hic autem CLXXIV. M. P. Deinde ſi hanc ſententiam ſequamur, nullum initium itineris ponitur ab Antonio, nam ponit Tingi uſque CLXXIII. M. P. Sed unde initium ſumat hoc iter non exprimit. In exemplari MSS. Ægidii Schudi & in Veneta editione legitur, *Ab Exploratione:* & poſtea, *A Mercurios Tingi M. P. CLXXIIII. manſionibus his.* Itaque Mercurii exploratio initium itineris ponitur in extrema Mauritania Tingitana ad Oceanum, ubi Baccavates & Macanites barbari habitant. Hanc lectionem ſi ſequamur, nihil erit obſcuritatis in hac enumeratione itineris, niſi quod dubitatur, quænam ſit Mercurii exploratio, cujus nulla à Geographis mentio fit. Forte tamen ſpecula hæc fuit in Atlante minore. nam Salam urbem, quæ primo loco hic enumeratur, Ptolemæus non longe ab Atlante minore ponit. SIMLERVS.

AB EXPLORATIONE] *In Re. lib.* AB EXPLORATION. QVOD MERCVRIOS DICITVR *legitur, & in reliquis manuſcriptis & vulgatis libris* Quod Mercurios dicitur. *Mihi videtur legendum,* Quæ ad Mercurios dicitur, *ut ſit, ab explorationis manſione, quæ ad Mercuri dicebatur: id eſt, quæ ad Mercurii Templum, aut promuntorium ſita erat. quemadmodum* ad Martis *hoc itinerario prodetur: nam infra in vetuſtiſſimo Regio exemplari* ad Mercuri *legitur. Conſtat enim duplicem unius itineris hac lectione fuiſſe manſionem,* ad Mercuri, *primam* explorationis, quæ ad Mercuri *dicebatur, ex qua initium itineris ducitur, per CLxxiiij. millia paſſuum Tingin uſque: & alterius, quæ tantum* ad Mercuri *vocatur, ex qua Tingin uſque xviij. millia paſſuum numerantur, e qua explorationis manſioni nomen inditum fuiſſe, minime ſit veriſimile, cum ab exploratione ad Mercuri manſionem Tingi proximam CLVI. M. P. interſint. Ejus vero explorationis, quæ in* Bacuetibus, *aut* Macenitis *hoc conſtitui videtur Itinerario, mentionem nullam apud vetuſtos auctores repperi: ut mihi primo aditu in ipſo limine hæſitandum ſit, nec quo me vertam, videam, & implicatus hæream, utpote cum turpe ſit primam Itinerarii manſionem, quam celebrem & inluſtrem eſſe oportebat, ignorare. Conjecturis igitur tantummodo ducemur ad ſuſpicandum, in re, quæ pro clariſſima & maxime teſtata ab Itinerarii auctore proditur, ut forte eo loci* præfectura legionis militum exploratorum *conſtituta fuerit: quemadmodum in* Notitia Provinciarum Roma-

DICITVR, TINGI VSQVE. M. P. CLXXIIII.
RVSADDER. M. P. CCCXVIII.
CAE-

ni Imperii *videmus ejuſmodi Legionum præfecturas recenſeri. Niſi velimus ſuſpicari explorationis illius fama præclara celebratæ Hannonis Pœnorum ducis monumentum aliquod in ea regione extitiſſe, de qua Pomponius Mela*, L. 3. C. 9. Dubium, *inquit*, aliquamdiu fuit, eſſetne ultra pelagus: caperetne terra circuitum: an exhauſta anfractu, ſine fine ſe Africa extenderet. Verum etſi Hanno Carthaginienſis exploratum miſſus à ſuis, cum per Oceani oſtium exiſſet, magnam partem ejus circumvectus, non ſe mari, ſed commeatu defeciſſe retulerat. *Plinius itidem eadem de re proditum reliquit*, Fuere, *inquit* L. 5. C. 1., & Hannonis Carthaginienſium ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis, explorare ambitum Africæ juſſi, quem ſecuti plerique è Græcis, noſtriſque, ad alia quædam fabuloſa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum memoria ulla, nec veſtigium exſtat. *Feſtus Avienus* de Ora Maritima, *cum urbes Europæ ad Gaditanum fretum recenſet, manſionis* Mercurii *è regione in Africa meminit, ut forte ea manſio ſit, quæ à Tingi xviij. M. P. abeſt.*

—— Porro in iſto litore
Stetere crebræ civitates antea
Phœnixque multos habuit hos pridem locos.
Inhoſpitales nunc harenas porrigit
Deſertæ tellus, orba cultorum ſola
Squalent, jacentque Veneris abdito jugo
Spectatur Herma ceſpitis Lybici procul.

Præterea cum minime tenuis ſcrupulus reſideat, quod Mercurii manſio *hoc eodem itinere geminetur, valde ſuſpicor legendum eſſe* AB EXPLORATIONE, QVAE AD MERCVRI DVCITVR, TINGIN VSQVE M. P. CLXXIIII. *ut iter deſignetur in extrema ora ad Oceanum, ab ea exploratione, quæ ad Mercuri manſionem, Tingi proximam, ducebatur, & Tingin uſque perducitur, & plures fuiſſe explorationes intelligamus: ut ſit* Explorationem ducere, *quemadmodum ab eodem Itinerarii auctore* limitem ducere. *ut infra ad iter, quod limitem Tripolitanum per Turrem Tamalleni* à Tacapis Leptim magnam ducit. SVR.

AB EXPLORATIONE] *Explorationem ducere*, quomodo *limitem vallumve ducere* uſurpant, Latinum hominem unquam adhibuiſſe vix opiner. If. Voſſius ad Scylacem pag. 123. locum hunc explorationem appellatum fuiſſe, cenſuit, quod latentia ſub aquis ſaxa bolide ſua nautica præternavigantes explorare cogerentur, ne naufragii periculum ſubirent. Eam ob rem Mercurio, hujus rei indici, ſaxum id ſive promontorium fuiſſe dedicatum. Videri quoque Romanos promontorium Hermæam *ad Mercuri* cognominaſſe. Ego vero vellem vir doctiſſimus attendiſſet, hanc manſionem longiſſime à promontorio Hermæa fuiſſe diſparatam. Illud Hiſpaniæ oris erat obverſum: hæc Atlanti monti appoſita. Quare, quæ de bolide ſcripta ſunt, ſibi habeat. Mihi arridet Simleri priorque Suritæ opinatio, fuiſſe ibi exploratores collocatos, eoſque loco nomen feciſſe. Plane uti urbs Ancal, quæ haud longe Sala fuit disjuncta, *Dar almorabetin*, quod vertunt *manſionem ſpeculatorum*, nuncupata eſt, docente Nubienſi Geographo p. 77. Qui vero hujus *explorationis* præter Ravennatem meminerit, novi neminem. WESS.

TINGI VSQVE] Hæ duæ voces abſunt ab utroque Cæſarauguſtano & Valentino. SCHOTTVS.

TINGI VSQVE] Habent noſtri omnes. Scripſi vero *Tingi* ob concordem librorum conſenſum. Hier. Surita, ut omnia Grammaticorum decretis accomodarentur, paſſim urbium manſionumque nomina, quæ ſexto caſu erant inflexa, in quartum mutavit. ſed enim immerito. Conſtat urbium nomina Latinitate labente ſexto caſu, ac ſi eſſent indeclinabilia, fuiſſe prolata. Conſentius in Arte p. 2030. *Interdum*, inquit, *efferuntur novo modo, & quaſi monoptoto, ut Curibus, Trallibus, Turribus, Sulcis, Servitis, Tigavis.* Dabo in ſequentibus exemplorum abunde. Vide interea loci Salmaſii commentarios ad Trebellii Pollionis Claudium C. 12. & Fl. Vopiſci Probum C. 18. WESS.

TINGIN VSQVE M. P. CLXXIIII] *In li. Re. & Ll. & Long. idem milliariorum numerus congruit. cum in Neap. Cxxviiij. perperam legatur.*

CAESAREA MAVRETANIAE. M. P. CCCCXCIII.
SALDIS. M. P. CCXVIII.
RVSSICCADE. M. P. CCCXVIII.
HIP-

tur. Illud tamen mirum videri debet, in omnibus exemplaribus, unico vetuſtiſſimo excepto, ineruditum, ne dicam ineptum aliquem virum, notas illas M. P. millia plus minus *fuiſſe interpretatum: cum confirmare hoc liquido poſſimus, vias eas certis, & conſtantibus lapidum dimenſionibus fuiſſe demetatas: ut inepti ac ſtupidi ingenii ſit,* plus minus *pro M. P. transferre.* SVR.

TINGI VSQVE M. P. CLXXIIII.] Noſtrorum librorum excerpta *millia plus minus.* Idem codex Pithœanus oſtendit N. Bergerio. Immo in eo & Pariſienſi noſtro ſatis antiqua manu appictum erat: *Nota quod M. P. M. ſignificat millia plus minus.* Liber Vaticanus cum Regio Suritæ hic congruit. Deinceps vero quando omnium milliarium ſumma itineribus præponitur, ſemper fere *millia plus minus* edit. Equidem recte tradi putem, certam definitamque fuiſſe viarum menſuram, neque exiſtimem tamen ignoratam fuiſſe veteribus illam formulam. Aliud edoctus ſum à Gregorio M. L. 7. Ep. 6. *In territorio Lunenſi milliario ab urbe eadem plus minus ſecundo.* Aliud quoque monet tabula marmorea, quam Fr. Blanchinus in Anaſtaſii præfatione explicuit. In ea ineſt FND. PVBLICA. IN. INT. VIA. LATINA. M. PL. M. XI. pluraque alia ad hanc formam. Vix quoque putaverim, Romanos itinera ita dimetiri potuiſſe, ut inter urbes milliarium ratio ſemper conveniret, neque centeni paſſus aut deficerent, aut excederent. Urbes ipſi in Provinciis invenerunt. Fieri potuit, ut in dimenſione inter hanc illamve urbem XXX. M. P. invenirentur, nec quicquam ſummæ ſupereſſet deeſſetve. Sed factum haud dubie ſæpe eſt aliter. Centeni paſſus in Itinerario neglecti ſunt. Quid ſi ergo, cum ſummatim paſſuum millia proponuntur, *plus minus* addiderint, ut centenos paſſus, qui ſpreti ſunt, indicarent? Atque ea fortaſſe cauſſa eſt, quamobrem in melioris notæ codicibus, ſummæ, quæ itineri præponitur, *plus minuſve* addatur, non item ſingulis manſionibus. N. Bergerius L. III. Viar. Milit. C. 10. aliud arbitratur. Animadverterat collecta paſſuum millia itineribuſque præfixa ſæpe plura minorave eſſe, quam itinera per urbes manſioneſque diviſa edant. Inde Itinerarii auctorem generali ſummæ *plus minuſve* adfixiſſe. Mihi commentum non placet. Illa diſcrepantia librariis debetur, non auctori. WESS.

RVSADDER M. P. CCCXVIIJ] *Ita in Re. legimus. At in Bl.* Ruſader *M. P. M. cccxxviiij. Ne.* Ruſſadon millia plus minus CCXXVIIII. *atque itidem CH. Long. Tamen quod numerorum ſummæ inter ſe conveniant, & recte ſubducantur, atque univerſali ſummæ conſentiant, vetuſtiſſimi codicis lectionem præferimus. Illud præterea admonendum duximus, in Toletanæ Bibliothecæ codice Plinii, L. 5. C. 2.* Ruſaddir oppidum, & portus *legi. Alterum Plinii exemplar,* rurſus addit oppidum & portus. SVR.

CAESAREAM MAVRITANIAE M. P. CCCCXCIII.] *Reg. habet. Bland. vero* Ceſare Mauretaniæ M. P. M. CCCCXXIII. *Neap.* Ceſaree Maëtenee millia plus minus CCCCXXIII. *CH. Long.* Cæſare Mauritaniæ mpm 423. *ſed vetuſtiſſimi Cod. lectionem præferendam duxi: cum ejus ratio cum reliquis ſummis conſtet.* SVR.

CAESAREA MAVRETANIAE M. P. CCCCXCIII.] Vaticanus codex nihil hic cum Regio diſſidet. Si vero ad calculos fedeas, paſſuumque millia colligas omnia, videbis XXI. M. deeſſe, quæ ſuo quæque loco ex MSS. addenda putem. WESS.

SALDIS M. P. CCXVIII.] *Lib. Blan.* Saldis *M. P. CCxviiij. Bibli. Reg. & N.* Seldis M. P. XVIII. *Longolianum Blandiniani Codicis lectionem habet. Plinio L. 5. C. 2.* Salde *Coloniæ Auguſti in Cæſarienſi Mauritania: ut legendum videatur, plurium numero* Saldæ: *quemadmodum apud Ptolomæum* Σάλδαι κολώνιαι: *Marciano enim & Saldæ produntur.* SVR.

SALDIS M. P. CCXVIII.] Uterque codex amplius CCXVIIII. & ſic novenarium Romanos expreſſiſſe, VIIII. in amphitheatri ambitu Romæ obſervabis. SCHOTT.

SALDIS M. P. CCXVIII.] Unis paſſuum millibus iter ipſum minus eſt. SALDAS invenies apud Gruterum p. XIV. 9. Vide, ſi tanti putes, Probabilium meorum C. 24. WESS.

RVSICCADEM M. P. CCCXVIII.]

HIPPONE REGIO. M. P CCXV.
CARTHAGINE. M. P. CXIII.

LITORA MANSIONIBVS HIS.

AD MERCVRIOS. M. P. CLXXIIII.

SA-

Re. Ruſiccade M. P. CCCXVIII. *Bl.* Ruſiccade M. P. XVII. *Neap.* Ruſiccade M. P. M. CCXVII. *Lectio tamen vetuſtiſſimi lib. ſummæ univerſali congruit. Ptolomæo Africæ Provincia* Ρασίκαδα. *Plinius L.* 5. *C.* 3. Numidiæ *attribuit: &* Ruſiccade *in vetuſtis codicibus legitur.* SVR.

RVSICCADE M. P. CCCXVIII.] Vaticanus habet CXVII. M. P. ceteri vetereſque editiones cum Neapolitano Suritæ conſpirant. Iter ipſum dat tantummodo CCXII. M. P. ſcripta Peutingeri Tabula CCXXVI. M. P. quæ cum in ſcriptis quoque reperiantur, ea hic ſubſtituenda arbitrer. WESS.

HIPPONEM REGIVM M. P. CCXV.] *Codex Reg. Neap. & Longolianus hunc numerum præferunt: Blandinianum vero exemplar,* CXV. SVR.

HIPPONE REGIO M. P. CCXV.] Cum Blandiniano noſtri libri prioreſque editiones conſentiunt. Peutingerana Tabula CXIV. M. P. habet. Iter ipſum, quod ſuo loco leges, aliquot millibus auctius eſt. WESS.

CARTHAGINEM M. P. CXIII.] *Reg.* CXIII. *habet, numerum nempe ſummæ univerſali congruentem: at reliqua exemplaria* CXCIII. SVR.

CARTHAGINE M. P. CXIII.] Sic quoque in noſtris. In ſchedis Voſſii *Karthagini*, quæ tamen infra vulgatum ſervant. Vaticanus librarii ſocordia XCIII. M. P. Plura millia ſcripta tabula manſioneſque, infra memoratæ, edunt. WESS.

LITORA MANSIONIBVS HIS] *In Reg.* Litorania manſionibus ſic: *In Blandiniano & Longoliano deſiderantur. in Nea. tamen* Manſionibus his *tantum legitur: cum tamen in* Maritimis ſtationibus *ejuſdem Antonini* ab Hydrunte litoratia *legatur*, litoraria *ſcribendum duximus.* SVR.

LITORA MANSIONIBVS HIS] Mihi eadem non eſt confidentia. Et cur *litora* improbari hic debent? Ducit iter ſecundum litora Oceani Tingin, monetque vocem eſſe retinendam. Voſſii liber vocem non agnoſcit. WESS.

MANSIONIBVS HIS] Abſunt hæ voces ab utroque ſcripto codice. SCHOTT.

MANSIONIBVS HIS] Noſtri recte ſervant. Erant manſiones loca, amplis ædificiis inſtructa, in quibus omnes, qui curſu publico utebantur, *manere* ſive pernoctare poſſent. Græci, μονὰς aut σταθμὸς appellant, ut Chryſoſtomus Epiſt. 9. & 126. Addita horrea & ſtabula erant, ut iter facientes annonæ & jumentorum copiam haberent. Præponebantur illis ex corpore curialium aliqui, qui ad omnia attenderent. *Præpoſitos manſionum* appellat L. 21. C. Th. de Decurionibus. Ut vero omnibus rite inſtruerentur, curare Rectores Provinciarum ſolebant, indicante Symmacho L. 11. Ep. 27. Diſtabant fere manſiones dieſ itinere, une *manſio* pro intervallo, quod uno die abſolvi poteſt, poni ſolet. Inde in lapide, quem L. Pignorius Epiſt. 27. dedit, Martina veniſſe dicitur DE GALLIA PER MANSIONES L. Hinc quoque *geminatas manſiones* Lactantii de Mort. Perſec. C. 45. Amp. Cuperus recte explicuit. Plura lege in Commentario Jac. Gothofredi ad L. 4. C. Th. de offi. Rect. Prov. & L. 9. de Annona & Tribut. WESS.

AD MERCVRI M. P. CLXXIIII.] *Reg.* ad Mercurios. *Bl. & Neap.* A Mercurius, *& Longolianum Bibl. Re. lectionem præfert: nos vero uti ſupra monuimus*, Ad Mercuri *legendum credimus: nam paulo poſt in vetuſtiſſimo codice* Ad Mercuri *legitur. Explicat enim per ſingulas manſiones, iter illud, quod ſupra* ab exploratione, *à qua iter* ad Mercuri *propoſuit*, Tingin uſque *ducebatur, quod quidem totidem CLxxiiij M. P. confici videmus* Tingin uſque. SVR.

AD MERCVRI M. P. CLXXIIII.] Scripti libri *ad Mercurios.* Vide hic Scholia Baſilienſis editionis. SCHOTT.

AD MERC. M. P. CLXXIIII.] Mirus eſt librorum hic conſenſus. *ad Mercurios, ad Mercurius* præferunt. Rectene Hier. Surita prius mutaverit non affirmaverim. Quid ſi plures Hermæ inibi fuerint, indeque loco nomen venerit *ad Mercurios?* PAGANI PAGI MERCVRIALIS in lapide Africano apud Fabrettum ad Colum. Trajani p. 38. memorantur, ſed hinc fuiſſe

SALACONIA.	M. P. XVI.
THAMVSIDA.	M. P. XXXII.
BANASA.	M. P. XXXII.
FRIGIDIS.	M. P. XXIIII.
LIX COL.	M. P. XVI.

TA-

fuiſſe non dixerim. WESS.

SALACONIA] Mela, Plinius & Ptolemæus oppidum Salam nominant, ſitum juxta ejuſdem nominis fluvium, & ſolitudinibus vicinum. Equidem dubito, an pro Salaconia legendum ſit Sala colonia. Sed Plinius hanc non numerat inter colonias. *Sellam* vel *Selam* hodie nominari ajunt. SIML.

SALACONIA] *In Reg. legitur* Salaconia M P XVI. *atque itidem in Ne. Blandinianum & Longolianum* Salacona *habent: cujus manſionis nullam apud auctores mentionem reperi.* SVR.

SALACONIA] Putem rem pervidiſſe Simlerum. Neque cohibere nos ab aſſenſu Plinius debet, cum Itinerarium poſt ejus ætatem ſcriptum & Salam miſſa colonia videatur. Mirum vero eſt librarios omnes in hanc lectionem conjuraſſe. *Villam Salaconiam* inveni in Anaſtaſio, cui Epitome Chron. Caſinenſis tribuitur, edita tom. II. ſcriptor. Italiæ. Sed ea hinc ſumpta eſt. Ineptus enim ille ſcriptor Juſtinum I. fingit, maximam Africæ partem Caſinenſi monaſterio donaſſe. Studioſe vero hinc urbium nomina excerpſit. Non diſſimile peccatum admiſſum infra eſt, pluribus MSS. *Ruſadder Conalia* pro *Colonia* edentibus. Sala appoſita erat cognomini fluvio, quem Σάλην Philoſtratus L. V. Apollonii Vit. C. 1. appellat. Scio Gottfrid. Olearium locum aliter accepiſſe. Sed verba relegenti apparebit, virum doctiſſimum aberraſſe. Prope mare erat teſte Mela L. III. C. 10. non proxime, ut multi volunt. neque enim eodem exſtructum eſt loco oppidum *Sale*. Nubienſis Geographus ſitum monſtrabit p. 77. *Urbs Sala nova appoſita eſt ad mare, at priſcis temporibus vocabatur Saleh, diſtabatque à mari duobus milliaribus, eratque ſita ad flumen Aſmir, quod Salam novam attingit.* WESS.

THAMVSIDAM M. P. XXXII.] *Reg.* Thamuſida, & XXXII. *numerum*: *Bland. & Longolianum* Thamuſida MPMXXXIII. *Ne.* Thamuſida mpmxxxii. *Ptolomæo inter mediterraneas urbes* Ταμυσίδα. SVR.

BANASA] Plinius hanc Valentiam cognominatam ſcribit, LXXV. M. P. à Lixo diſtantem. ſed ab Antonio hic tantum L. M. P. numerantur: apud Ptolemæum differentia longitudinis eſt XV. ſcrupulorum, latitudinis decem ſcrupulorum. Moletius *Fanzaram* hodie nominari ſcribit. Leo Africanus *Fanzaram* X. M. P. à *Sela* diſtare ſcribit. hic autem LXV. M. P. diſtantia ponitur, quare Moletio aſſentiri non poſſum. SIML.

BANASA] *R.* Bonaſa *habet. At Bl. & Lon.* Banaſe. *Nea.* Rauaſa: *In vetuſtis Plinii exemplaribus L. 5. C. 1. ab Lixo tertiam Auguſti Coloniam Lxxv* M. P. Banaſam, Valentiam *cognominatam, legimus: & ſtatim, præter* Banaſam *coloniam à Lixo L. M. amnem* Subur *defluere magnificum & navigabilem. Ptolomæo* Βάναστα. SVR.

FRIGIDIS.] Liber Notitiarum nominat *Friglas.* SIML.

FRIGIDIS] *R.* Frigidis MP. XXIIII. *& Bl.* Frigidis MP. XXXIIII. *atque item in reliquis exemplaribus: ſed vetuſtiſſimi exemplaris lectionem libenter agnoſcimus, quod certa ratione cum univerſa ſumma, quæ* CLXXIIII. *conficitur, conſentiat. Illud tamen advertendum occurrit, in* Notitia Provinciarum *ſub diſpoſitione Comitis Tingitaniæ inter limitaneos recenſeri Tribunum cohortis* Friglenſis Friglis, *ut forte in alterutro horum auctorum ſit mendum.* SVR.

FRIGIDIS] Ego ſecundum Itinerarium pronuntiaverim. *Frigidis* magno conſenſu libri præferunt. habet quoque Ravennas, quamquam Pſeudo-Anaſtaſius *Frigulion.* WESS.

LIX COLONIA] Ptolemæo *Lixa*, Melæ *Lixo*, Plinio *Lixos*. Strabo videtur Lixum cum Tingi confundere. Multa de hac ſcribit Plinius, qui coloniam à Claudio Cæſare factam tradit. Hanc Gerhardus Mercator hodie *Larach* nominari ait. Jacob. Caſtaldus *Lariſſam*, Moletius *Baſram.* SIML.

LIX COLONIA] *In Reg.* VX. Colonia MPXVI. *Bl.* LIX. Col. MPM. XVI. *atque itidem in Neapolitano & Longoliano. Plinio, L. 5.*

TABERNIS.	M. P. XVI.
ZILI.	M. P. XIIII.
AD MERCVRI.	M. P. VI.
TINGI COLONIA.	M. P. XVIII.

A

L. 5. *C.* 1. *consentientibus manuscriptis exemplaribus*, Colonia a Claudio Cæsare facta Lixos. *Strabo L.* 17. *p.* 825. *auctor est Eratosthenem* Λιξὸν *appellavisse contra* Gades, *octingentorum stadiorum trajectu diremptum. Ptolomæo, & Stephano* Λίξα. SVR.

LIX COLONIA] Lixus quoque apud Silium est L. v. 400.

Audit Tarteſſos latis distermina terris:
Audit non parvo divisus gurgite Lixus.

Ego revocavi veterem scripturam *Lix Col.* ex MSS. & Ravennate. Ptolemæus, ut ex codice Coisliniano apparet, L. IV. C. 13. & L. VIII. scripsit Λίξ. Stephanus varie appellat. Λίγξ, Λύγξ, Λίξα eadem apud eum urbs est. Posita fuit ad amnem cognominem, quem *Luccos* nunc vocant; Nubiensi *Ulcos* dicitur. WESS.

TABERNIS] Tabernarum in Mauritania Tingitana meminit Notitiarum liber. SIML.

TABERNIS] *Manuscripta exemplaria & Longolianum* Tabernis MPXVI. *habent. Sub dispositione ejusdem Comitis Tingitaniæ Tribunus cohortis iij. hastatorum* Tabernis *recensetur.* SVR.

ZILI.] Ptolemæo *Zilia*, Straboni *Zelis*, Plinio Zilis, XXXII. M. P. à Lixo distans. noster tantum XXX. numerat. Moletius *Arzillam* nominari ait. Jac. Castaldus *Alzer.* Sed Zilia ad Oceanum ponitur veteribus, cum Alger ad Mediterraneum mare posita sit. SIML.

ZILI] *Cum vetustissimo exemplari Blandinianum & Longolianum conveniunt* Zili *legendo. At in Neapolitano* Sili. *Straboni L.* 17. *p.* 827. *exterius mare navigantibus à Linge* Zelis, *&* Tiga *urbes, & postea* septem fratrum monumenta. *Plinio L.* 5. *C.* 1. Zilis Regum ditioni exempta: & jura in Bæticam petere jussa. *Illud tamen admonere placet in optimo Plinii manuscripto exemplari Toletano* Zuli *legi: atque item in duobus aliis vetustis manuscriptis:* SVR.

ZILI] Memorat Hub. Goltzius in Thesauro inscriptionem, in qua fuerit, COL. CONSTANTIA ZILI AVGVSTA. Servat nominis reliquias Arzila, Arabum articulo tantum aucta. WESS.

AD MERCVRI] In itinere à Tocolosida Tingi ponitur etiam *ad Mercurios* XVIII. M. P. à Tingi, sed illic in Parisiensi editione adnotatur, quædam exemplaria habere *Ad Marios:* quam lectionem hic quoque retinere malim differentiæ caussa: est enim hic locus alius à *Mercurii exploratione*, cujus ab initio mentio facta est. SIML.

AD MERC.] *Ita in vetustissimo codice legitur: quod nobis lucem adhibuit, ut reliquis in locis eodem modo legendum arbitrati simus. Reliqua manuscripta, & Longolianum* ad Mercurios *habent.* SVR.

AD MERC.] Sic quoque Vaticanus, Vossianus & Parisienses libri. Fortasse vera est Suritæ suspicio. nam Simleri opinionem scripti libri improbant. Arbitratus supra est Surita, hanc mansionem eandem esse ac *Herma* Avieni, quod demiror. nihil enim commune *Herma* cum Mercurio habet. Festus vocem explicat.

post in occiduum diem
Sacrum superbas erigit cautes jugum.
Locum hunc vocavit Herma quondam Gracia:
Est Herma porro cespitum munitio,
Interfluumque altrinsecus munit locum.

plura dabit S. Bochartus L. 1. Chan. C. 37. WESS.

TINGI] Urbs notissima apud Geographos, à Claudio Cæsare Colonia facta est, & *Julia Traducta* appellata, ut Plinius tradit: à Lusitanis hodie *Tangiara* nominatur. SIML.

TINGI] *Bl.* Tingi Colonia *M. P. x. at reliqui manuscripti & Long.* XVIII. *præferunt: eamque secuti sumus, quod universæ summæ apposite congruat.* SVR.

TINGI] De Tingi dicere supervacuum est post diligentem operam, quam illi impendit Seldenus ad Marmora Oxonienſia pag. 141. Hodierna Tangia unis passuum millibus veteri Tingi abest, Abulfeda teste. WESS.

A TINGI LITORIBVS NAVIGATVR VSQVE AD PORTVS DIVINOS.] *Re.* A Tingi coribus, *pro* à Tingi litoribus. *In Bl. eæ voces* à Tingi litoribus *desiderantur: quod plerumque in eo exemplari lacunæ sint in iis versibus, qui*

A TINGI LITORIBVS NAVIGATVR VSQVE AD PORTVS DIVINOS.

AD SEPTEM FRATRES.	M. P. LX.
AD ABILEM.	M. P. XIIII.
AD AQVILAM MINOREM.	M. P. XIIII.

AD

qui milto deſcribendi erant. in Longoliano à Tingi litoribus navigatur uſque ad Portus divinos *legitur : niſi quod ea nomina ſunt interverſa. eandemque lectionem Ne. præfert, excepto quod* dimnos *pro* divinos *tranſcriptum eſt.* SVRITA.

AD SEPTEM FRATRES M. P. LX.] *Conſentientibus in hanc lectionem exemplaribus manuſcriptis, & Longoliano Henrici Stephani : id advertere licet,* Septem fratrum (*quæ Strabo, L.* 17. p. 827. *vocat*) monumenta, *& quos* Septem Fratres *à ſimili altitudine appellari Pomponius, & Plinius* L. 5. C. 2. *tradunt, qui freto immineant, Abilæ monti juncti, certam ab Antonino manſionem, & Ptolomæo montem deſignari. Pomponius :* montes ſunt alti, qui continenter & quaſi de induſtria in ordinem expoſiti, ob numerum, ſeptem, ob ſimilitudinem, fratres vocantur. *Arcem eo loco conſtitutam Procopius libro* 1. *C.* 1. *de bello Vandalorum perhibet : prodit enim ad Gades, & alteram Herculis columnam* Septenſem *arcem poſuiſſe, ob ſeptem adparentes in eo loco montes, & Libro* 2. *C.* 5. *arcem eam* Septum *vocatam tradit.* SVR.

AD SEPTEM FRATRES M. P. LX.] Forte olim *Septium.* Tu adi Procopium. SCHOTT.

AD SEPTEM FRATRES M. P. LX.] Procopio L. VI. de Aedif. Juſtin. C. 7. Φρούριον Σέπτον dicitur. *Septa* Iſidoro Chron. Gothico aera DLXIX. atque ita poſterioris aevi ſcriptores frequenter. Ptolemaeus Lucenſis L. XIV. Hiſt. Eccl. C. 4. *Hujus etiam Pontificis tempore gens Saracenorum innumera in loco, qui dicitur Sarepta venit, & inde transfretantes de Africa, univerſam occupant Hiſpaniae regionem.* Sic edunt. verius MSS. *ad ſepta.* In Notitia Leonis Imp. inter Mauretaniae ſecundae urbes recenſetur Βεπτὸν εἰς τὸ μέρος τῆς Ἱσπανίας. vertitur, *Benepota in parte Hiſpaniæ.* utrumque male. ſcriptum fuerat Σέπτον *Benepota* urbs Mauretaniæ Cæſarienſis fuit, ut ex Notitia Epiſcoporum Africæ novimus. vide quoque Iſidorum L. XV. Origin. C. 1. WESS.

AD ABILEM M. P. XIIII.] *Recte in R. legimus. in Blandiniano verò,* Ad Abillem MP. XXIIII. *& item in Neap. At in Longoliano* Adabilem MPM. XXXIIII. *Ptolomæo* ἕπτα ἄδελφοι ὄρος : *& ſtatim ſubdit in interno mari, quod Hibericum appellat,* Ἀβίλη στήλη. *Pli. in vetuſtis exemplaribus L.* 3. *C.* 1. utrinque impoſiti montes coërcent clauſtra, Abila Africæ; Europæ Calpe, laborum Herculis metæ : quam ob cauſam indigenæ columnas ejus Dei vocant. SVR.

AD ABILEM] Appoſite prorſus Feſtus Avienus in Ora Maritima.

Sunt pervia porro ſaxa prominentia
Abila atque Calpe. Calpe in Hiſpano ſolo,
Mauruſiorum eſt Abila; namque Abila vocant
Gens Punicorum, mons quod altus barbaro eſt,
Id eſt Latino, dici ut auctor Plautus eſt.

Scripſi *pervia ſaxa* ſecutus Jan. Vlitii conjecturam, quem vide ad Nemeſiani Cyneget. verſ. 251. WESS.

AD AQVILAM MINOREM] In Pariſienſi exemplari & MSS. Schudi duæ Aquilæ commemorantur, quarum Major diſtat à Minore XV. M. P. ſed in exemplari Pithœi Major omittitur, atque ita melius numeri reſpondent ſummæ itineris Ruſader uſque. SIML.

AD AQVILAM MINOREM M. P. XIIII.] *Ita in R. legitur, at in Blandiniano & Longoliano* XXIIII. *habetur : & in Ne. eæ duæ manſiones* ad aquilam minorem, & majorem *prætermiſſæ ſunt : totidemque* MP. XIIII. *in R.* ad majorem aquilam *adhibentur : & in Blandiniano* XXIIII. *Longolianum* XIIII. *habet. ſed tanquam incuria erratum fuerit inter excudendum, emendatur* XXIIII. SVR.

AD AQVILAM MINOREM] Vaticanus in M. P. cum Blandiniano conſentit. In N. Cuſani ſchedis utraque *Aquila* non invenitur. Pariſienſium codicum duo accedunt Regio Suritæ. Non auſcultandum ergo eſt Simlero aquilarum

AD AQVILAM MAJOREM. M. P. XIIII.
AD PROMVNTORIVM BARBARI. M. P. XII.
TAENIA LONGA. M. P. XXIIII.
COBVCLA. M. P. XXIIII.
PARIETINA. M. P. XXIIII.
PROMVNTORIVM. M. P. XXV.
AD

alteram hinc exterminanti. Fortasse ab aquilæ signo mansionibus his nomina nata sunt. Non dissimili insignis illa fuit, de qua in Zachariæ Pontificis vita Anastasius Bibliothecarius, *Exarchus*, inquit, *usque ad Basilicam beati Christophori, positam in loco, qui vocatur ad Aquilam, quinquagesimo fere milliario à Ravennatium urbe*, & reliqua. WESS.

PROMVNTORIVM BARBARI] Hoc forte illud est, quod Ptolemæus *Oleastrum* vocat. Quod autem mox simpliciter *Promontorium* Antonius nominat, Ptolemæo est *Sestiarium*. SIML.

AD PROMONTORIVM M. P. XII.] *Ita habetur in R. & Longoliano: nisi quod Longolianum* XV. *legit. Bl. & Neap.* ad Promuntorium Barbari; M P. XV. *legitur, Sed ita in vetustissimo Regio distinctum apparet, ut initialibus majoribus literis post eam Promuntorii mansionem, ita adscriptum sit* Barbiti, *quod non negligendum fuit: tametsi suspicer* Barbari *legendum seorsum esse: ut eo loci Barbaror. eorum regionem initium sumere doceat, quos supra* Bacuetes *&* Macenites *nominat: aut forte uti in Blandiniano, & Re.* ad Promuntorium Barbari, *nam Promuntorium quod* Cotes *appellarunt, extremæ Mauritaniæ occidentem versus imminebat: quod Plinius L. 5. C. 1. Oceani extimum, à Græcis* Ampelusiam *cognominatum perhibet. Nunc nostri* Cabo de Espartel *vocant.* SVR.

PROMVNTORIVM BARBARI] Scripti libri & veteres per quintam vocalem in secunda syllaba *Promuntorium* à prominendo. V. Had. Turnebum L. XIII. Advers. C. 18. SCHOTT.

BARBARI] Quod Surita in Regio suo invenit BARBITI id mihi nusquam occurrit. Libri omnes *Barbari* vocabulum Promuntorio annectunt. Vide an appellatum ita sit à barbaris inibi incolentibus. Jul. Honorius in Mauretania *Barbares* locat, qui forte iidem ac *Beraberes*, quo nomine Mauretaniæ Tingitanæ incolas insignes fuisse ex Anonymo Andalusiano ostendit Ant. Pagi in Critica sua An. 707. WESS.

TAENIAM LONGAM M. P. XXIIII.] *Manuscripti omnes cum Longoliano* Tenia longa M. P. XXIIII. *habent: sed Ptolomæo* Ταινιόλογγα: *ut* Tæniam Longam *legendum videatur.* SVR.

TENIA LONGA] Recte Surita. Appellare Græci solent ταινίας *tænias* littorum tractus in mare procurrentes. Eustathius suo tempore φασκίας *fascias* vocari docet ad Dionysii Periegesin ℣. 64. In Themistii Orat. X. pag. 137. invenio λεπτὴν ταινίαν ἐς τὸ τέναγος προιοῦσαν καὶ τελευτῶσαν εἰς ὄχθον ὑψηλόν. *Tæniam exiguam ad paludes pertinentem & in editiorem collem desinentem.* Dio Chrysostomus Orat. V. p. 83. ejusmodi tænias brevibus, quæ periculis plenum navigantibus mare reddunt, conjungit: Βράχεα δὲ, inquit, καὶ διθάλαττα καὶ ταινίαι μακραὶ μέχρι πολλοῦ διήκουσαι παντάπασιν ἄπορον καὶ δύσκολον παρέχουσι τὸ πέλαγος. Plura ex Strabone, Athenæo & Stephano observaveram, quæ quoniam Melch. Guilandinus occupavit, adi ejus commentarium in Plinii aliquot capita p. CXI. nec Polybium neglige L. IV. 41., cujus indicium debeo Hemsterhuisio nostro. WESS.

COBVDAM M. P. XXIIII.] *In Re.* Cubula *legitur. At in Blandiniano & Longoliano* Cobucla *scribitur: cui lectioni cum proximè accedat Ne. qui* Cobuda *habet, eam præferendam duxi.* SVR.

COBVCLA] *Cobucla* in nostris quoque obvium est. Solus Cusani *Coduba.* Nugator Anastasius in Epitome sua *Cobucle* habet. WESS.

PARIETINA] Neque hanc præteriit Anastasius. Ravennas eam memorat loco minus opportuno. *In qua Mauritania Gaditana*, inquit L. III. C. II., *plurimas civitates fuisse legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est Parietina, quæ ad littus maris magni ponitur prope prædictum flumen Malba, longe à portu Sigense.* Eum Ptolemæus & Itinerarium erroris coargunt, *Malvam* flumen longius removentes. WESS.

AD SEX INSVLAS M. P. XII.] *Unum exem-*

AD SEX INSVLAS.	M. P. XII.
PROMVNTORIO CANNARVM.	M. P XXX.
PROMVNTORIO RVSSADI.	M. P. L.
RVSSADDER COL.	M. P. XV.
AD TRES INSVLAS.	M. P. LXV.
FLVMEN MALVA.	M. P. XII.

FLV-

exemplar N. XXII. *habet : cum vetuſtiſſimum & Blandinianum & Longolianum* XII. *legant.* SVR.

AD SEX INSVLAS] Libri veteres *Ad inſulas.* Forte è prima ſyllaba *in* factum eſt VI. SCHOTT.

AD SEX INSVLAS] Non auſim hoc ſequi. Quamquam obſcuriores ſunt ſex hae inſulæ, probantibus eas libris eximere non ſuſtineo. Plurima hinc eradenda forent, ſi aliorum ſilentium juſta cauſſa eſſet. Mendax Anaſtaſius ſemel iterumque has *ſex inſulas* commemoravit. Voſſii liber XXII. M. P. apponit. WESS.

PROMVNTORIO CANNARVM] Credo poſtremam vocem eſſe ex Suritæ conjectura. Editiones pleræque *Cannar* aut *Canar.* ſcripti libri variant. Vaticanus prius approbat. Pariſienſium duo *Camiar.*, tertius *Cann.* Cuſani liber *Carnas.* Quid verius ſit, in tam pertinaci veterum ſilentio profiteri non poſſum. WESS.

PROMVNTORIVM RVSADDI M. P. L.] *In vetuſtiſſimo* Ruſaddi *tantum legitur, & in Bl.* Promuntorio Ruſaddi M. P. L. *atque in Ne. & Longoliano.* SVR.

PROMVNTORIO RVSSADI] Fortaſſe huic promuntorio à ſequenti urbe nomen eſt. Ptolemæus L. IV. C. 6. Ῥυσάδιον ἄκρον *Ruſſadium Promuntorium* ponit in interiore Libya ad Oceanum. Solo ergo nomine huic reſpondet. WESS.

RVSADDER] Pariſienſe exemplar habet *Conalia*, cum quo Manuſcriptum exemplar conſentit. Et Schudus legit *Colonia.* Ptolemæus *Ruſſaderum* vocat. Plinius *Ruſadir oppidum & portus.* Moletio *Melilla* vel *Melela.* Jac. Caſtaldo Arcadia. SIML.

RVSADDER COL. M. P. XV.] *Ita in R. omnium vetuſtiſſimo, ut ſit* Ruſadder Coloniam. *In Bl. interverſis literis* Ruſadder Conalia, *pro* Colonia, *atque item in Longoliano: niſi quod* Ruſader *legitur: Verum cum in Ptolomæi exemplaribus* Ῥυσάδιον *legatur, ſuſpicor legi oportere* Ῥυσάδδιρ κολ. SVR.

RVSSADDER COL.] Ptolemæi ſcripturam mutare non auſim. Videtur productionem Græcam vocabulo appegiſſe. Codex Coiſlinianus Ρυσάδειρον præfert. Anaſtaſius *Ruſſader cum fluvio Malna* pro *Malva* hinc hauſit. *Ruſadder* verum & ego putaverim. In Plinii MSS. L. V. C. 1. Ruſaddir L. Holſtenius invenit. *Conalia*, quod omnes fere libros invaſit, quin recte Æg. Schudus mutaverit non eſt dubitandum. WESS.

FLVMEN MALVA] Plinio *Malvana fluvius navigabilis.* SIML.

FLVMEN MALVA M. P. XII.] *Conſentiunt exemplaria omnia, mirumque in Plinii L. 5. C. 2. vetuſtis etiam manuſcriptis,* Maluanæ fluvium navigabilem *haberi: cum Ptolomæo itidem* Μαλλῶα *ſit. Jam flumen* Malua *accuſandi caſu accipi certum eſt: quemadmodum Grammatici docent, à Salluſtio in Hiſtoriis prodi,* inter lævæ mœnium, & dextrum flumen Turia: *tametſi non me præterit Priſcianum aliter prodidiſſe. Præterea, quod in Antonino habetur, id flumen Mauritanias duas* dirimere, *id propriè verbum eſt Geographiæ auctoribus uſurpatum, uti Pomponio, Aegæum ab Iönio mari* dirimi *proditur: & eidem, in Vetuſto exemplari, L. 2. C. 3.* in litore flexus Mecybernæus inter promuntoria dirimit Canaſtræum, & portum, qui copos dicitur: *Non* dividit, *ut Aldini præferunt libri. Idem Ptolomæus tradit: ad ejus enim, & Antonini tempora, eæ Provinciæ, quæ diu Regum nomina obtinuere, ut* Bogudiana extima *appellaretur, itemque* Bocchi, *quæ poſtea* Cæſarienſis, *ſævitia C. Cæſaris Germanici filii, in duas diviſæ fuerant, ut Plinius L. 5. C. 1. memorat: Dion item à Claudio Imperatore in* Tingitanam, & Cæſarienſem *diviſas tradit. A Sexto Rufo Breviarii Cap. 4. traditur poſtea tres Mauritanias ex duabus effectas,* Sitifenſis *nomine addito, &* Tingitanam *Hiſpaniæ contributam:* Cæſarienſem *verò, &* Sitifenſem *ſub diſpoſitione, ut à Notitia Romani*

FLVMEN MALVA DIRIMIT MAVRETANIAS DVAS. INCIPIT CAESARIENSIS.

LEMNIS.	M. P. XXII.
POPLETO FLVMEN.	M. P. XXX.
AD FRATRES.	M. P. VI.
ARTISIGA.	M. P. XXV.
PORTV CAECILI.	M. P. XII.
SIGA MVNICIP.	M. P. XV.

POR-

Imperii traditur, viri ſpectabilis vicarii Africæ, Conſulares Provincias contributas : Præſidialem verò Tingitaniam *ſub diſpoſitione ſpectabilis vicarii Hiſpaniarum.* SVR.

INCIPIT CAESARIENSIS] Aberat ab utroque MSS. vetere. SCHOTT.

LEMNIS M. P. XXII.] *In vetuſtiſſimo Codice* Lemnis *legitur, cum reliqui, & item Longolianus* Lemennis *ſcriptum præferant.* SVR.

LEMNIS] *Lemnis* Vaticanus liber & Epitome Anaſtaſii comprobant. *Lemennis* eſt in Voſſiano. WESS.

POPLETVM FLVMEN M. P. XXX.] *Ita in vetuſtiſſimo legitur exemplari* Popleto Flumen: *cum reliqua* Poleto flumen *ſcriptum præferant : diverſorii utrumque nomen, à nemine, quod ſciam, traditum : ſicuti & innumera ejuſdem modi in hoc Antonini Commentario reperiri eſt neceſſe. Jam illud admonendum judico, cùm in omnibus exemplaribus* flumen *legatur, conſequens eſſe, nomina quæ in hoc Itinerario recenſentur, accuſandi, cum milliariorum numeri illis ſubdantur, apponi opportere, non auferendi caſu : quemadmodum in omnibus codicibus ſæpe adponuntur : quod inſcitia librariorum, qui in ſumma earum rerum ignoratione, temporum vitio, verſabantur, accidiſſe arbitror : alioqui* Popleto flumine *ſcribendum erat: quod ad reliquos hujus Itinerarii nominum caſus præmonuiſſe hoc loco viſum eſt : exceptis tamen his, quæ declinationi caſuum non ſubduntur.* SVR.

POPLETO FLVMEN] Schottus in Valentino invenit *flumine.* Noſtri *Popleto flumen.* Quæ vero Surita hic in medium attulit, ut aliis approbaret cauſſam mutatarum in urbium nominibus terminationum, ea non magni valoris ſunt, & jam dudum reprehenſa à Claud. Salmaſio & Guil. Burtono. Supra diximus locorum nomina, ac ſi unius tantummodo caſus eſſent, ſæpe fuiſſe prolata. Fronto apud Conſentium in Arte p. 2031. *Et illæ veſtræ Athenæ Dorocorthoro.* Addit Grammaticus. *Apparet nominativo caſu poſuiſſe Dorocorthoro. ſive igitur dicas hæc urbs, ſive hic vicus, ſive hoc oppidum, nominativi caſus erit Dorocorthoro.* Simili modo *Sacerdos Eccleſiæ Vercellis* in vita Ambroſii C. 47. quæ Paullino tribuitur, & *Suſis Metropolis regionis Elamitarum* apud Hieron. ad Daniel. C. 8. & *civitas Vercellis* in ejuſdem Epiſt. 17. quod temere mutatum eſſe infra oſtendam. Haud raro viris doctis, ut hic Hieron. Suritæ, neglecta Conſentii obſervatio fraudi fuit. Exemplis nunc parco, daturus longe plurima ſuo quæque loco. Eſt in Peutingeri tabula manſio *Popleto* VIIII. M. P. à Thamugadi, prorſus alia atque hæc. WESS.

ARTISIGAM M. P. XXV.] *Re.* Artiſiga *habet : cum reliqua omnium exemplaria* Artifica *ſcriptum præferant.* SVR.

ARTISIGA] *Artifica* Vaticanus Pariſienſesque libri oſtentant: neque aliter invenit Anaſtaſius. WESS.

SIGA MVNICIPIVM] Plinius ſcribit, Sigam exadverſo Malacæ in Hiſpania Syphacis regiam fuiſſe. Idem Strabo aſſerit. Mela *parvam urbem* vocat. Moletio eſt *Seren*, Caſtaldo *Humain.* SIML.

SIGAM MVNICIP. M. P. X.] *In omnibus libris* municipii *nomen* Sigæ *adjiciitur: cum Plinius L. 5. C. 2. oppidum ex adverſo* Malacæ *in Hiſpania ſitæ* Syphacis regiam *in Cæſarienſi memoret, atque item Marcianus : Ptolomæus vero* Coloniam. *Dirutas à Romanis fuiſſe* Zamam, & Sigam *Strabo auctor eſt L. 17. p. 830.: & hanc itidem* Syphacis regiam *fuiſſe.* SVR.

SIGA MVNICIPIVM] In Periplo Scylacis Σίγη, πόλις ἐν τῇ πελαγίᾳ. Nunc *Areſgol* eſſe Mariana cenſet L. 11. Hiſt. Hiſp. C. 23. WESS.

POR-

PORTV SIGENSI.	M. P. III.
CAMARATA.	M. P. XII.
AD SALSVM FLVMEN.	M. P. XII.
AD CRISPAS.	M. P. XXV.
GILVA COLONIA.	M. P. V.
CASTRA PVERORVM.	M. P. XXIII.
PORTVS DIVINOS.	M. P. XVIII.
PORTVM MAGNVM.	M. P. XXXVI.
QVIZA MVNICIP.	M. P. XL.

AR-

PORTV SIGENSI] *Portu Sigaeo* Valentinus. SCHOTT.

PORTV SIGENSI] *Portu Sigenſi* habent noſtri. Solus Voſſianus *Signenſi.* Ravennas L. V. C. 4. *Portum Sigenſe.* WESS.

AD SALSVM FLVMEN M. P. XII.] *Legitur in vetuſtiſſimo exemplari: cum reliqua* ad Salum flumen M. P. XV. *habeant: quare æſtimandum viris doctis relinquo: præſertim cum in ea regione* Accapa fluminis *oſtii Ptolomæus meminerit.* SVR.

AD SALSVM FLVMEN] Omnes, quos videre licuit, *Ad Salum flumen xv. M. P.* neſcio an poſtponi his debeat unus ille Regius Suritæ codex. Eſt quidem in Plinii MSS. L. V. N. H. C. 1. *Salſum flumen*, verum hinc longiſſime remotum, Æthiopiam alluens. *Camarata*, quæ præcedit, nuſquam mihi occurrit, niſi in Anaſtaſio, *Camaruta*, *Camarataque* appellante. WESS.

AD CRISPAS M. P. XXV.] *R. & N. hoc pacto ſcriptionem præferunt, cum Bl. xxii. præferat & Longolianum: ſed milto xxv. numerum adjecit.* SVR.

AD CRISPAS] Cæſar Auguſtanus. SCHOTT.

AD CRISPAS] Anaſtaſius *Chriſpas*, ceteri vulgatum ſervant. WESS.

GILVAM COLONIA M. P. V.] *R.* Silva Colonia M. P. V. *Bl.* Gilua Colonia M. P. VI. *Ne.* Cilua Colonia M. P. XI. *& Longolianum.* SVR.

GILVA COLONIA] Plinius *Gilvam* præteriit, ejus, ut videtur, ætate nondum coloniam. Non diffitebor veniſſe mihi in mentem, Gilvam reddi debere Dioſcoridi L. II. C. 71. ſcribendumque adeo eſſe: Ἕτερος ᾧ ἐν τῇ Γίλβῃ τῆ Μαυρεζιάδος ἐυρίσκεται, ablegato, quod Sambucus amplexabatur, Λιβύῃ τῆ Μαυρεζιάδος. Nec auſim tamen hoc eſſe verum præſtare, quantumvis vulgato melius. WESS.

CASTRA PVERORVM M. P. XXIII.] *Reg.* MPVI. *Bl.* XXIII. *Ne.* XXVI. *Longolianum* Gilua Colonia mpm. V. *& ſupra* Giluæ *nomen milto* Silva *appoſitum.* SVR.

CASTRA PVERORVM] Scripti libri editique *Caſtra Puerum xxvj. M. P.* Solus Anaſtaſius *Caſtra ſuorum.* WESS.

PORTVS DIVINOS] Ptolemæo & Straboni *Deorum portus.* Diſtat autem à Siga DC ſtadiis, ut Strabo L. XVII. p. 829. tradit. Antoninus numerat XCVIII. M. P., quæ faciunt ſtadia DCCLXXXIIII. Moletio eſt portus *Mazaga.* SIML.

PORTVS DIVINOS M. P. XVIII.] *Omnia exemplaria in illo milliarium numero conſentiunt. Strabo poſt* Siga DC. *ſtadiis* Deorum portum *diſtare auctor eſt: Ptolomæo item* Θεῶν λιμὴν *appellatur: ut forte in Antonini Itinerario utrobique* Portum Divinum, *non* Portus divinos *ſit legendum.* SVR.

PORTVS DIVINOS] Suritæ ſuſpicionem adfirmat Ravennas L. III. C. 8. *Portum Divinum* & *portum Magnum* memorans. Accedunt quoque Vaticanus & Lugdunenſis editio. WESS.

PORTVS MAGNVS] Hic cognomen à ſpatio accepit, ut Mela L. I. C. 5. Scribit & Plinius L. V. C. 2. oppidum civium Romanonorum. Ptolemæo forte *Fretum magnum.* Maſaquibir. SIML.

PORTVM MAGNVM] Vero prorſus ſimile eſt, Ptolemæi Πόρτον μέγιον eundem atque hunc eſſe. Vix tamen ipſius *portus Deorum* Θεῶν λιμὴν, niſi aberraſſe eum à vero velis, componi cum *portu Divino* poterit. Ponitur enim inter Quizam & Arſenariam. WESS.

QVIZA] Ptolemæo *Buiza.* Plinio *Quiza Xenitana peregrinorum oppidum.* Moletio eſt *Oranum.*

ARSENARIA. M. P. XL.
CARTENNA COL. M. P. XVIII.
LAR CASTELLVM. M. P XIIII.
CARTILI. M. P. XV.
GV-

ranum. SIML.

QVIZA MVNICIP. XL.] *Ejuſdem modi lectionem præferunt Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum exemplar: cum in Regio legatur* Quita: *quod nomen rejiciendum duximus: Plinii vetuſtis omnibus exemplaribus ſuffragantibus, in quibus ita legimus L. 5. C.* Quiza Xenitana peregrinorum Oppidum. *Ferdinandus Pintianus noſter recte emendat in Ptolomæi Theſi Cæſarienſis Mauritaniæ oppidum illud, quod* Βεΐζα *legimus, unius tantum converſione literæ* Κεΐζα *eſſe: Eundem enim ſitum inibi obtinere videmus juxta* Portum magnum *& Arſenariam, quo à Plinio & Antonino collocantur. Nam & in Ptolomæi vetuſta verſione Latina, quæ Paulo II. Pont. Max. dedicata eſt, & Ulmæ, anno Mccccl xxxvi. excuſa,* Cuiſa Colonia *legitur: quod proximè ad* Quizam *acceſſit.* SVR.

QVIZA MVNICIP.] Verum vidit Pintianus. Ptolemæi codex Palatinus Κεΐζα κολώνια. Scriptoribus Chriſtianis fere *Quidia* ſolet appellari, unde Notitia inter Mauretaniæ Cæſarienſis patres recenſet *Tiberianum Quidienſem.* Victori tamen Vitenſi L. V. Perſec. Vand. C. 15. *Quiza*, nam quem editi libri *Creſconium Presbyterum Myzentinæ civitatis* nuncupant, is in pluribus neque infimæ notæ MSS. *Quizitanæ civitatis* dicitur, Theod. Ruinarto indice. Ego quare ſperni id debeat, nihil cauſſæ exputare poſſum. WESS.

ARSENNARIA] Plinio *Arſennaria, Latinorum oppidum.* Ptolemæo *Arſenaria colonia.* Ponitur autem à Ptolemæo Deorum portus inter Arſenariam & Quizam. hodie *Arzen.* SIML.

ARSENARIAM M. P. XL.] *Ptolomæo item* Ἀρσενάρια κολώνια. *Plinius qui eam itidem* Quizæ *adnectit*, Latinorum oppidum *appellat: &* III. M. P. *à mari ſejungit.* SVR.

ARSENARIA] In Mela L. II. C. 6. Manuſcripti *Arſinna* præferunt, teſte Iſ. Voſſio. Notitia inter Mauretaniæ Cæſarienſis Epiſcopos *Philonem Arſinnaritanum* habet. WESS.

CARTENNA] In Pariſienſi editione legitur *Gorſenna.* Sed Ptolemæus, Mela, Plinius *Cartennam* vocant. Moletio eſt *Muſtigam.* Caſtaldo *Mazzagran.* aliis *Carcello.* SIML.

CARTENNAS COL. M. P. XVIII.] *Legit R. cum reliqua exemplaria* Cartenna Colonia *præferant. Quin etiam Plinio, L. 5. C. 2. in vetuſtis manuſcriptis* Cartenna Colonia. Auguſto legio ſecunda. *Tamen cum à Ptolomæo* Καρτέννη *plurium numero prodantur, minimè negligendam vetuſtiſſimi exemplaris cenſuimus lectionem: quanquam in eo* Cartenas *ſimplici* n *tranſcriptum apparet. Marcianus* Poſt Sigam in litore, *inquit*, quoque Cartenna. SVR.

CARTENNA COL.] Singularem numerum noſtri omnes in hac colonia probant. Facit cum Ptolemæo Auguſtinus Epiſt. 93. Ed. Nov. *Niſi quiſquis hoc audierit, Cartennas venerit, vel in viciniam Cartennenſium, mundari omnino à delictis ſuis non poterit.* Ex hac colonia fuerunt Martyres *Cartennenſes*, qui perperam in vetuſtiſſimo indice, quem Mabillonius vulgavit, IV. Non. Februarii *Carterienſes* dicuntur. Victor *Cartennæ Mauritaniæ civitatis* Epiſcopus ſcriptis in Arianos libris ex Gennadio notus eſt. Martiani MSS., quorum excerptis utor, *Carnennæ, Carnennea.* unde *Cartennæ* refingendum arbitror. WESS.

LAR] Forte *Carepula* Ptolemæo, & Cartili eidem *Carcoma.* SIML.

LAR CASTELLVM M. P. XIIII.] *In Re.* Caſtelliar, *cum Bl.* Lar Caſtellum MPXXIIII. *præferat. & Ne.* Lar Caſtellum MPXXIII. *Longolianum*, Lar Caſtellum MPXX. SVR.

LAR CASTELLVM] Codex Chriſtianiſſimi regis *Jar M. P. xxiiij.* ceteri in eundem paſſuum numerum conſpirant, præter N. Cuſani librum, qui *Lar* M. P. XXIII. Anaſtaſius *Jear.* Ravennas recte *Lar Caſtellum.* Salluſtius *oppidum Laris* memorat Jugurth. C. 90., quod aliud eſſe infra oſtendam. WESS.

CARTILI M. P. XV.] *Ita habet R. At Bl. & Neap.* Cartili M. P. XII. *In Longoliano* Carcili MPXII. SVR.

CARTILI] Vulgati ſcriptique codices magno conſenſu, *Cartili. M. P. xij.* WESS.

GVNVCVS] Ptolemæo *Lagnutum.* Plinio *Gunugi colonia.* Errat Moletius, qui Apollinis pro-

GVNVGVS.	M. P. XII.
CAESAREA COLONIA.	M. P. XII.
TIPASA COLONIA.	M. P. XVI.
CASAE CALVENTI.	M. P. XV.
ICOSIVM COLON.	M. P. XXXII.

RVSGV-

promontorium Gunugi dictum ſcribit Plinio; cum tamen Plinius poſt Gunugi ponat promontorium Apollinis, & in eodem Cæſaream oppidum. Eſt autem aliud hoc promontorium ab eo, quod Carthaginienſem ſinum facit, & quoque Apollinis nomen habet. SIML.

GVNVGVS M P. XII.] *Ita in vetuſtiſſimo legimus codice. Blandinianum exemplar, & Longolianum* Gunucus *habent: & Neapolitanum* Camicus. *Codex Plinii Toletanus L. 5. C. 2.*, Gunigu; *& is quem Regium vocamus,* Gumugu, *Cæſarauguſtanus* Gynugu: *& in alio item manuſcripto,* Gumugii. *Parmæ excuſus ante centum annos, nempe anno Mccccl xxx. ita habet.* Item Colonia ejuſdem, deducta cohorte prætoria, Gunugii, promontorium Apollinis. *Ex vetuſtiſſimi tamen lectione nihil mutamus, præſertim Blandiniano, & reliquis exemplaribus ferme eandem obtinentibus,* G *in* C *verſa. Ptolomæo, cum juxta Apollinis promuntorium & Cæſaream conſtituatur,* Καυκκὶς *videtur eſſe: ut forte legendum ſit* Γαυγὺς. SVR.

GVNVGVS] Variant libri, *Ganucus, Gunucus & Canucus* oſtentantes. Ravennas recte L. V. C. 4. *Gunugus.* Notitia in Mauretania Cæſarienſi *Auxilium Gunugitanum* agnoſcit. Eſt quidem à Sirmondo *Gunagitanus*, ſed Laudunenſi codice refragante, uti Ruinartus monuit. WESS.

CAESAREAM COLONIAM M. P. XII.] *In vetuſtiſſimo codice Regio legitur* Cæſarea Colonia M. P. XII. *Reliqua* MPXXII. *habent.* SVR.

CAESAREA COLONIA] Aberat Cæſarea Carthagine intervallo, quod vir expeditus XXX. dierum ſpatio abſolvere poterat, teſte Procopio L. II. Belli Vand. C. 5. Qua Tipaſam iter erat, portam habebat *Tipaſitanam*, cujus in Actis S. Marcianæ, à Bollando IX. Jan. magni operis editis, mentio eſt. Nunc Afris *Alger.* vide Leonclavii Pandect. Hiſt. Turc. C. 227. WESS.

TIPASAM COLONIAM M. P. XVI.] Tipaſa Colonia M. P. XVI. *legitur in Regio, & Blandiniano, ac Longoliano. In Ne.* Tipaſſa. *Plinii exemplaribus L. 5. C. 2.*, Oppidum novum & Latio dato, Tipaſa. *Ptolomæo item Τίπασα & eodem modo apud Ammianum libro* XXIX. SVR.

TIPASA COLONIA] Hujus Coloniæ nomen varie ſcribitur. In Ammian. Marcellino ex ſcripto codice *Tipoſa* publicatum eſt. Victori Vitenſi L. V. Perſ. Vand. C. 6. *Typaſenſis majoris Mauritaniæ civitas* dicitur. Optatus Milevitanus L. II. Schiſm. Donat. C. 18. *Thipaſam Cæſarienſis Mauritaniæ civitatem* appellat, quamquam recentior Lud. El. du Pin editio *Tipaſa*, quod ſolum rectum eſſe Plinius & Ptolemæus oſtendunt. WESS.

CASAE CALVENTI] A Ptolemæo inter Tipaſam & Icoſium ponitur *Via.* Moletio *Briſch.* SIML.

CASAS CALVENTI M. P. XV.] *In vetuſtiſſimo* Caſæ Caluenti M. P. XV. *legitur, cum reliqua exemplaria & manuſcripta, & excuſa typis* Calbenti *habeant.* SVR.

CASAE CALVENTI] Noſtri quoque *Calbenti.* Anaſtaſius *Caſe Calbeati.* Non improbem Regii codicis ſcripturam: viſum ſæpe libariis eſt has literas invicem confundere. Fortaſſe *Caſæ Calventi* à poſſeſſore conditoreve nomen impetrarunt. *Caſis Sabinæ*, quarum Epiſcopus in Collatione Carthaginienſi C. 198. occurrit, ex ſimili cauſſa nomen fuiſſe inditum arbitrer. Vide vero quam ſtudioſe P. Bertius, Simleri notas evolverit, illi ad Ptolemæi L. IV. C. 2. adſcribens, ac ſi opinatus fuerit, inibi locandam eſſe manſionem Antonini *Ad Gallum gallinaceum* ubi Ptolemæi *Via* eſt. WESS.

ICOSIVM COL. M. P. XXXII.] *Vetuſta exemplarea* Icoſum *habent: atque item à Veſpaſiano Imperatore* Latio donatum Icoſium *perhibet Plinius L. 5. C. 2., ex vetuſtis Toletano, & Cæſarauguſtano exemplaribus: ut in excuſis haud rectè* Icoſion *legatur. Marcianus item* Icoſium *atque* Coloniam. *Solinus Cap. 25. qua ratione* Icoſio *nomen impoſitum ſit commemorat.* SVR.

ICOSIVM COLON.] Mira quadam metamorphoſi ex Icoſio urbem *Leoſitam* formavit Car. à S. Paullo, deceptus corrupta Sirmondi

Africæ

RVSGVNIAE COLON.	M. P. XV.
RVSVBBICARI.	M. P. XXIIII.
CISI MVNICIP.	M. P. XII.
RVSVCCVRO COL.	M. P. XII.
	IOMNIO

Africæ Notitia, in qua inerat *Victor Leoſitanus.* Urbi nomen & urbem Epiſcopo reſtituit Th. Ruinartus ex Laudunenſi codice, *Icoſitanum Victorem* memorante. WESS.

RVSGVNIAE] Ptolemæo *Ruſtonium*, Plinio *Ruſconiæ Colonia Auguſti.* In Conciliis *Ruſgonienſis* vel *Rugonienſis* Epiſcopus memoratur. Caſtaldo nunc *Breſca.* SIML.

RVSGVNIAS COL. M. P. XV.] *Codex vetuſtiſſimus Regius* Ruſguniæ col. M. P. XV. *habet Blandinianum & Longolianum* Rungoniæ M. P. XV *Neapolitanum* Ringoniæ M P X V. *Plinii codex Toletanus, & tres alii manuſcripti L. 5. C 2. facili converſione G literæ in C,* Colonia Auguſti Ruſconiæ. *At in Parmenſi typis excuſo* Ruſguniæ: *quæ nos res admonuit, ut vetuſtiſſimi exemplaris lectio præferenda aliis eſſet. Ptolomæo* Ρεστόνιον *videtur eſſe: ut forte* Ρεσγόνιον *legi oporteat, Marciano* Ruſconiæ. *Illud advertendum in his regionibus* Thapſum, Zamam, & Acholam *Jugurthino, & Civili Cæſariano bello deletas à Strabone perhiberi.* SVR.

RVSGVNIAE COLON.] Excerpta codicum veterum *Rungoniæ*, neque aliter Anaſtaſius. In Martiani ſcriptis libris *Ruſgoniæ.* Ravennas recte *Ruſguniæ* L. V. C. 4. *Numerianus Ruſgunienſis* Provinciæ Mauretaniæ Cæſarienſis legatus adfuit Concilio Carthaginienſi ſub Bonifacio. Varie vocem fuiſſe ſcriptam oſtendit Steph. Baluzius ad Collat. Carth. C. 180. quem adi. WESS.

RVSVBBICARI M. P. XXIIII.] *In vetuſtiſſimo codice Regio* Ruſub vicario M. P. XXIIII. *legitur. In Blandiniano & Longoliano* Ruſubbicari M. P. XXIIII. *Neap.* Ruſubicari. *In omnibus, quæ quidem viderim, Plinii exemplaribus vetuſtis L. 5. C. 2.* Ruſicorum civitate honoratum à Claudio *legitur. Ptolomæo videtur eſſe* Ρεσινίσαι: *nam ſtatim poſt* Ruſtonium *id oppidum admovetur. Ammianus libro* XXIX. C. 5. Subicarenſis Caſtelli *meminit: ut forte eo loco* Ruſubbicarenſe *caſtellum legendum eſſe videatur.* SVR.

RVSVBBICARI] Abiit in eaſdem cogitationes ad Ammianum Valeſius, monetque in Africæ Notitia eſſe inter Mauretaniæ Cæſarienſis Epiſcopos *Paullinum Rubicarienſem*, corrupte pro *Ruſubicarienſi*, quod ut verum ſit, fieri poteſt. Sed quid ſi melior ſit Notitiæ ſcriptura, reddique Ammiano debeat *Rubicarenſe Caſtellum*, aut contra ex Ammiano in Notitia *Subicarienſis?* Suſpicatus hujuſcemodi quid Th. Ruinartus eſt: neque ego video, quid hæc urgenti jure reponi poſſit. nam multa oppida & caſtella, aliis indicta, in Notitia atque Ammiano Marcellino inveniri nemo negabit. *Ruſubbicari* hoc loco rectum eſt. Id noſtri libri agnoſcunt. Ravennas *Ruſuvicarus*, Anaſtaſius *Ruſubiſcarim*, male uterque. Notus ex Collationis C. 197. Conſtantius Epiſcopus *Ruſubicarienſis* eſt. WESS.

CISI MVNICIP. M. P. XII.] *Habet R. & Neap. Blandinianum vero & Longolianum* MPXV. *Ptolomæo videtur eſſe* Κίσση. SVR.

CISI MVNICIP.] Tabula ſcripta *Ciſſi Municipio XII. M. P.* Ravennas *Cyſi Municipium.* In Anaſtaſio invenies *Cuſi.* Ptolemæi & Tabulæ ſcripturam conſtabiliunt Notitiæ Eccleſiaſticæ. Ex Collatione Carthaginienſi C. 208. notus eſt *Flavoſus Ciſſitanus* & ex Notitia Africæ *Reparatus Ciſſitanus* inter Mauretaniæ Cæſarienſis patres. WESS.

RVSVCCVRO] *Ruſoccora* Ptolemæo, Plinio *Ruſucurium civitate honoratum à Claudio.* In Conciliis nominatur Epiſcopus Ruſucunenſis & Ruſocurienſis & Ruſuccurienſis. Moletio nunc *Garbellus.* SIML.

RVSVCCVRVM COL. M. P. XII.] *Vetuſtiſſimum exemplar*, Ruſccuru Col. M. P. XII. *Blandinianum* Ruſuccuro Colonia M. P. XII. *Neap.* Ruſuccoro Colonia M. P. XII. *Longolianum* Ruſuccuro Colonia M. P. XII. *Plinii Toletanum exemplar.* Ruſicorum civitate honoratum à Claudio: *atque item tria alia vetuſta exemplaria. Ptolomæo videtur eſſe* Ρεσικόρα: *nam ſtatim, quemadmodum in Antonini Commentario, ſubſequitur* Ἰόμνιον: *quorum omnium conlata ſcriptione* Ruſuccurum *legendum viſum eſt. Marciano* Ruſcurius *eſt.* SVR.

RVSVCCVRO COL. M. P. XII.] Quæ Colo-

IOMNIO MVNIC. M. P. XVIII.
RVSAZIS MVNIC. M. P. XXXVIII.
SALDIS COLON. M. P. XXXV.

MV-

Colonia hic dicitur, in Actis S. Marcianæ Municipium eſt: *Erat beata Martyr Marciana civis Ruſuccuritani Municipii:* ſic enim recte Bollandus legit pro *Ruſueguritani*, quod codices offerebant. Neque inſolens eſt, ut eadem urbs modo colonia modo municipium dicatur. Vide exempla ab Ill. Spanhemio congeſta in Orbe Romano p. 91. In Plinio Harduinus *Ruſucurium* dedit ex Parmenſi editione. Ego vero perperam id factum arbitror. Monuit Lucas Holſteinius ſcriptos Plinii libros *Ruſuccurum* & *Ruſucurum* edere. Cur ergo dubitemus, probaſſe Plinium ac reliquiſſe *Ruſuccurum*, quod Itinerarium cum Tabula Peutingeri ac Notitiis Eccleſiaſticis confirmant? Pari modo in Ptolemæo ſcribendum exiſtimem: codex enim Coiſlinianus Ρυσικκόρου oſtentat, manu nos ad Ρυσόκκορον ducens, neque aliter à Martiano profectum eſſe MSS. oſtendunt, *Ruſuscurrus* offerentes. Quid? Si credere licet conjecturæ Jac. Gronovii, viri Doctiſſimi, in Epiſt. ad Magliabequium, *Ruſucoron* Livio L. xxx. C. 10. non ignorata fuit. Placuit illi, ubi nunc legitur: *Die ſegni navigatione abſumpto, ſub occaſum ſolis in portum, Ruſcinona Afri vocant, claſſe appulere.* Viſum, inquam, illi eſt, *Ruſucurona* veniſſe a Livio, additque, locum, qui Livio *Ruſucuron* fuerit vocatus, poſteriores variis modis extuliſſe videri. Sed enim, pace manium viri egregii dictum ſit, Ruſuccurum Plinii cum Livii verbis componi non poteſt. Portus, ſive eum *Ruſcinona* ſeu *Ruſucurona* Afri appellarint, Uticam inter & Carthaginem fuit. Hoc rerum ſeries apud Livium requirit. Claſſis hoſtium Uticam Carthagine petebat. Die ſegni navigatione conſumpto ad portum Ruſcinona appulit: poſtero die Romanos ad Uticam invadit. Taceo longius Ruſuccurum Carthagine fuiſſe diſparatum, nec ſegni navigatione unius diei eo potuiſſe perveniri. WESS.

IOMNIO. In alio exemplari *Ionium.* Sed a Ptolemæo quoque Iomnium vocatur. Moletio *Caſſon.* SIML.

IOMNIVM MVNIC. M. P. XVIII.] *Regium atque idem vetuſtiſſimum exemplar* Iomnio munic. M. P. XVIII. *Blandinianæ Bibli.* Ionium municipium M. P. XVII. *Neap.* Lomnium municipium M. P. XVI. *Longolianum* Ionium municipium M. P. XVII. *& miniatulis litteris emendatur* Lomnium: *ut haud dubiè* Iomnium *legi oporteat, Ptolemæo adſtipulante, uti ſupra docuimus.* SVR.

IOMNIO MVNIC.] Prorſus uti Suritæ libri, ita noſtri variant: alii *Iomnium*, alii *Lomnio*, quod Ravennas agnoſcit, cum Tabula *Lominio* præferat. Haud dubie rectum eſt *Iomnium.* Hinc fuiſſe videtur *Honoratus Epiſcopus Iommitenſis* in Collatione C. 208. El. du Pin *Jonnitenſis* refingens, quod Ionnium ſit in Ptolemæo & Antonino, in errore verſatur. Verum erit *Iomnitenſis.* WESS.

RVSAZIS] Ptolemæo *Ruſazus*, Plinio *Ruzaſus Colonia Auguſti.* Moletio hodie *Carbona.* SIML.

RVSAZIS MVNIC. M. P. XXXVIII.] *Legitur in Regio: in Blandiniano & reliquis* Ruſaxis municipium M. P. XXXVIII. *In Plinii manuſcriptis omnibus L. 5. C. 2.* Ruſazus Colonia Auguſti: *& apud Marcianum perperam* Ruſarus *pro* Ruſazus. *Ptolemæo item* Ρυσιζις. SVR.

RVSAZIS MVNIC.] Ex Vaticano codice Schelſtrate *Ruſaxis*, quod in noſtris quoque conſpicitur, edidit. In Tabula eſt *Ruſahu*, literis H & Z, ut ſolet in Tabula, confuſis. *Ruſaſſim* habet Anaſtaſius, Ravennas vero in Gronovii editione *Ruſu viſmune* pro *Ruſazis Munic.* Huc refert Th. Ruinartus *Idonium Ruſaditanum* ex Notitia. Moris enim Afri eſt & D invicem permiſcere. WESS.

SALDIS] Hanc Plinius coloniam ab Auguſto factam ſcribit. Moletio eſt *Bugia.* Caſtaldo *Algier.* Gerardo Mercatori *Tadelis.* SIML.

SALDAS COLONIAM M. P. XXXV.] *In Reg.* Saldis Colonia M. P. XXV. *Reliqua exemplaria* XXXV. *quam lectionem, quod proximè ad ſummam* CCXVIII. M. P. *quæ à* Cæſarea Saldas uſque *tributa ſupra fuere, accedat, amplectimur.* SVR.

SALDIS COLON.] Sita hæc colonia fuit in Mauretania, quam Sitifenſem appellant. *Bugiam* nunc eſſe volunt, quam incertus Chronici Caſſinenſis ſcriptor, editus à Muratorio tom.

MVSLVBIO. M. P. XXVII.
COBA MVNICIP. M. P. XXVIII.
IGILGILI COLON. M. P. XXXVIII.
PACCIANIS MATIDIAE. M. P. XXXV.
CHVLLI

V. Script. Italiæ, anno MCLII. *Buceam nobiliſſimam urbem*, cujus rex in urbe Conſtantina fuerit ſuſpenſus, vocat. WESS.

MVSVLVBIVM M. P. XXVII.] *In Re. legitur* Muſulubio M. P. XXVII. *At in Blandiniano* Muſlubio M. P. XXVII. *In Nea.* Muſlubio M. P. XXVIII. *& item in Longoliano: ſed in emendatiobus xxvij. correctum apparet.* SVR.

MVSLVBIO] In noſtris eſt *Muſlubio*, Cuſani codex *Muſiubio*. Vaticanus in paſſuum quoque numero cum Regio Suritæ conſentit. Tabula XXVI. M. P. Saldis disjungit, *Muſiubioque Horreta* appellat. Ravennas, qui Tabulam exſcribere adſuevit, *Muſluvion Orea* L. v. C. 4. Unde apertum eſt fuiſſe in Tabula Peutingeri *Muſlubio horrea*, indicarique eo loci horrea fiſcalia, de quibus infra, conſtituta fuiſſe. Inter Sitifenſis Mauretaniæ Epiſcopos Notitia numerat *Victorem Horrenſem*, qui fortaſſe huc referendus. In MSS., quo uſus eſt vir doctus, cujus olim Fabricii exemplar fuit, adſcriptum erat: *hic XI. M. ſuperſunt.* WESS.

COBA] Hæc in quibuſdam exemplaribus ante Muſlubium ponitur, in aliis id ſequitur: à Ptolemæo *Chobai* appellatur. SIML.

COBA MVNICIP. M. P. XXVIII.] *Legitur in Regio, Blandiniano, & Longoliano: cum in Neapolitanâ Bibl. exemplari* Cobo *legatur: videndum, an Ptolemæo id oppidum ſit, quod* Χόβαι *ſcribitur.* SVR.

COBA MVNICIP.] *Coba* quoque nugator Anaſtaſius cum Vaticano libro. Pariſienſium unus Neapolitano exemplari conſentit. *Cobo* Cuſani ſchedæ. Ravennas & Tabula *Choba*. Si hinc fuerit *Maximus Covienſis*, uti volunt, locum & dignitatem obtinens inter præſules Mauretaniæ Sitifenſis in Notitia, verior erit Itinerarii ſcriptura. WESS.

IGILGILI COLONIA] Nomen hujus coloniæ alibi *Igigili* ſcribitur: a Plinio & Ptolemæo *Igilgili*. Ab hac Marcellinus denominat litus *Igilgitanum* in Sitifenſi provincia. Moletio hodie *Gigeli*, vel *Gigel*. SIML.

IGILGILI COLON. M. P. XXXVIII.] *Reg.* Igirgili Colon. M. P. XXVIII. *Blandinian.* Igilegili Colonia M. P. XXXVIIII. *& item Longolianum: excepto quod milto* XXXVIII. *corrigitur. Neapolitanum* Igiligili m p m XXXVIII. *habet. Plinii Toletanum exemplar L. 5. C. 2.* Igilgi: *Cæſarauguſtanum* Gilgili: *& duo alia manuſcripta exemplaria* Gigili *& apud Marcianum* Igilgili: *atque item Ptolemæo in ſinu Numidico* Ἰγιλγίλ. *Ammianus libro 29. C. 6.* Defertur, *inquit*, ad Sitifenſis Mauritaniæ litus, quod Igilgilitanum accolæ adpellant. SVR.

IGILGILI COLON.] *Igilgitanum* in Ammiano ex Gelenii conjectura eſt, probata à Valeſio ob *Domitianum Igilgitanum* ex Notitia. Ego Holſteinio Suritæque acceſſerim, *Igilgilitanum* amplexis. Huc ducunt ſcripti Antonini libri, quorum Vaticanus & Voſſianus *Igilegili*, Pariſienſium unus *Igiſegili* præferunt. Tabula vero & Ravennas prorſus ut Ptolemæus *Igilgili:* neque aliud offert *Urbicoſus Epiſcopus plebis Eguilguilitanæ* in Collatione Carth. C. 121. WESS.

PACCIANAS MATTIDIAE M. P. XXXV.] *Re.* Paccianis Mattidiæ M. P. XXXV. *Blandinianum* Paciauis Matiduæ M. P. XVIIII. *In Neapolitano* Paccianis mandre mpm. XXIIII. *Longolianum verò* Paccianis Matidiæ MPM. XXIIII. Mattidiæ *cujuſdam magni nominis mentio fit ab Ælio Spartiano in Hadriani Cæſaris vita C. 5.* Poſt hæc, *inquit*, Antiochia digreſſus eſt ad inſpiciendas reliquias Trajani: quas Tatianus, Plotina, & Mattidia deferebant. *In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Comitis Tingitaniæ inter Limitaneos recenſetur Tribunus cohortis* Pacatianenſis Pacatiana: *adſentiente itidem vetuſto exemplari.* SVR.

PACCIANIS MATIDIAE] Manſionem hanc à Matidia nomen accepiſſe apparet, licet incerta ſit cauſſa. Fieri poteſt, ut ob beneficium, ejus ope impetratum, hanc illi gratiam retulerint incolæ. Merita ejus in Afros exſtitiſſe non inepte inde colligas, quod aliis locis nomen fecerit. *Ruſibricari Matidie* in Cæſarienſi Mauretania Tabula habet, hic vero mendoſe *Paccianis Matitie*. Fueritne hæc Marcianæ ſororis Trajani filia an neptis conſtituere non

CHVLLI MVNIC. M. P. LX.
RVSICCADE. M. P. L.
PARATIANIS. M. P. XXV.
CVLVCITANIS. M. P. XVIII.

TA-

non auſim. Utraque nota eſt ex lapide Reineſiano Claſſis tertiæ XVIII. & XIX. Anaſtaſius hinc duas manſiones fecit *Pactianim*, *Matidian*, ſtolide donationem Juſtini Imp. augens. Recte tamen *Matidiam*, non *Mattidiam*, quod ſcripti & lapides improbant, ſcripſit. Id negligendum non eſt noſtros omnes, præter Vosſianum, qui XXXIIII. M., cum Tabula conſentire in XXIIII. M. P. WESS.

CHVLLI MVNICIPIVM] Plinio *Cullu*: Ptolemæo *Cullu* & Collops Magnus. Moletio *Alcolo*. SIML.

CVLLI MVNIC. M. P. XXIIII.] *Habet R. Bl.* Chulli municipium M. P. LX. *& item Ne. Longolianum* Chuli municipium mpm LX. *Plinii cod. Toletanus in Numidiæ regione L. 5. C. 3.* oppida Chullurii ſiccade: *ut plane legendum indicet*, Oppida Chullu Ruſiccade: *ex Cæſarauguſtanis* Chulluru ſichade, Culluru ſiccade, & Culluru ſicade. *ut haud dubiè* Chulli aut Chullu *legendum in Antonino videatur. Ptolemæo in Africæ ſitu* Κολλόψ μέγας. ἡ Κέλλε. *Solinus*, Dein Chullu, purpurario fuco, Tyriis velleribus comparata. *Cap.* 29. SVR.

CHVLLI MVNICIP.] Omnium librorum, quos vidimus, conſenſu *Culli*, *Chuli* aut *Chulli Municipium M. P. LX.* Tabula *Chullu* cum eodem paſſuum numero. Neque viſum eſt his reluctari. Retulit ad hoc municipium Joan. Vaillantius tom. 1. Col. p. 169. nummum, qui præfert una parte AEL. MVNICIP. COEL., quod eo indice erit, *Ælium Municipium Coëlli*, ſeu *Coëllitanum*: arbitratur præterea MVNICIPIVM T. AEL. HADRIAN. AVG. CIVILITANVM ex Gruteri lapide Theſ. p. CCCLXII. 1. hoc ipſum eſſe. Ego de utroque dubitaverim. *Civilitanos* ſive *Cibilitanos* in Bætica habet Plinius L. IV. C. 22. A municipio, Cullu Plinii ævo dicto, quo modo Hadriani tempeſtate *Coëllitanus* formari potuerit, non video. Rectius hinc fuiſſe dixeris *Victorem Cullitanum* in Collatione C. 126. neque audiendus eſt El. du Pin, illum *Cululitanis* tranſcribens. Χολλὴ in Punicis Appiani occurrit p. 95., verum ea Acholla eſt, ut Jac. Gronovius ad Melam L. 1. C. 7. animadvertit. Nunc *Colo* eſt, ſive *Alcolo*, Arabum articulo addito. Vide quoque Salmaſium ad Solinum p. 229. WESS.

RVSICCADE] Duæ ſunt urbes hujus nominis in Africa: una in Mauritania, cujus Mela L. 1. C. 5. meminit, *Ruſicada & Siga parvæ urbes.* altera, cujus hic fit mentio, quam Mela & Ptolemæus in Africa minore, Plinius in Numidia recenſet. SIML.

RVSICCADEM M. P. LX.] *R.* Ruſiccadem MP. LX. *Bl. & Lon.* Ruſiccade MP. L. *Ne.* Ruſiccade M. P. L. SVR.

RVSICCADE] Noſtris omnibus ineſt *Ruſiccade M. P. L.*, neque aliter ſcripta Tabula, quæ coloniam fuiſſe addit. Liber Fabricii monet, MSS. addere, *hic IIII. M. ſuperſunt.* Plinii tempore hanc dignitatem nondum tenuiſſe ex L. V. Hiſt. Nat. C. 3. apertum eſt. *Victorem Ruſiccadenſem* memorat Optatus L. 1. C. 13. Reddam hanc urbem Auguſtini Epiſt. LXXXVII. *Neque de Rucatenſi Epiſcopo*, inquit, *veſtro, qui cum Firmo pactus perhibetur incolumitatem ſuorum*, ſic Lovanienſes ediderunt. Notarunt Benedictini in optimæ notæ manuſcriptis aut *Ruſicazenſi* aut *Ruſicatenſi* obvium eſſe. An dubitabimus *Ruſiccadenſi* unice verum videri, ſcriptis libris huc ducentibus? alluebat urbem fluvius Tapſus, ut Vibius docet. In Mela nunc una tantum eſt *Ruſiccade.* Nam quæ L. 1. C. 5. Simleri ætate lectitabatur, recte inde ablegata eſt. Lege Iſ. Voſſii commentarium. WESS.

PARATIANAS M. P. L.] *Re.* Paratianis M. P. L. *Bl.* Parationis MPXXV. *Ne.* Paramanus mpm. XXV. *Longolianum*, *Blandiniani lectionem præfert: & miniatulis literis* Paratianis *emendat.* SVR.

PARATIANIS] Verum eſſe putaverim manſionis nomen *Paratianis*, quantumvis Pariſienſium librorum unus edat *Pavatianis.* Ceteri cum ipſa Tabula conſpirant, & XXV. M. P. Ruſiccadem hinc removent, ut nimium Regio ſuo codici Hieron. Surita tribuiſſe videatur. WESS.

CVLLICITANIS] Vel *Cullitanis.* SIML.

CVLVCITANAS M. P. XXV.] *Habetur in*

TACATVA. M. P. XXII.
SVLLVCO. M. P. XXII.
HIPPONE REGIO COL. M. P. XXXII.
AD

Reg. Culucitanis MPXXV. *In Blandiniano* Culitanis MPXVIII. *& item in Lon. ſed milto emendatum apparet* Cullicitanis: *quemadmodum in Neapolitan. legitur.* SVR.

CVLVCITANIS] Peritiſſimus harum rerum Ortelius hanc manſionem eandem cenſuit ac Ptolemæi *Collopem parvum.* Sed obſtant Tabula & ordo hujus itineris. Præponitur conſtanter Tacatuæ, cui Κόλλοψ μικρός à Ptolemæo ſubjungitur. Confundi hanc à multis cum Culuſitana merito ægre fert H. Noriſius Animadverſionibus in Garnerii notas. Certiſſimum eſt ex Notitiis Eccleſiaſticis Culuſitanam fuiſſe in Pronconſulari provincia, cum hæc in media ſit Numidia. Ravennati L. V. C. 4. *Culucia* dicitur. Peutingeri Tabula propius ad verum *Culucitani*; noſtri omnes aut *Cullicitanis* aut *Cullititanis*, ſejunguntque à ſuperiore XVIII. M. P. Tabula XVI. M. P. WESS.

TACATVA] Vel *Jacata.* Ptolemæo *Tacatia*, Plinio *Tacatua.* Moletio *Suchaicada.* SIML.

TACATVAM M. P. XVIII.] *Re.* Tacatua MPXVIII. *Bl.* Tacata M. P. XXII. *& item Ne. Longolianum vero* Tacata mpm XXII. *Plinii vetuſta exemplaria L. 5. C. 3. in Numidiæ deſcriptione*, At in ora Tacatua, Hipporegius. *Ptolemæo* Ταγατύη. SVR.

TACATVA] Variant ſcripti libri. Ex Vaticano Schelſtrate *Taccata* dedit: in noſtris aut *Tacatia* eſt aut *Tacata. Tacatra* Cuſani codex. Rectius Tabula *Tacatua*, quæ pariter ac ſcripti editique XXII. M. P. à Cullicitanis ſeparat. Nihil contra hunc conſenſum Regius Suritæ poterit, cujus XVIII. M. P. ex ſuperiore manſione huc migrarunt. Impoſuerunt huic urbi Epiſcopum Creſcentium viri doctiſſimi L. Holſteinius & Harduinus ad Plinii L. V. C. 3., quem Africæ Notitia *Tacaratenſem* appellat, reprehenſi propterea à Th. Ruinarto, urbem *Tacaratam* ex Collationis C. 121. in Numidia inveniente. SVR.

SVLLVCO] Vel *Sullucto.* SIML.

SVLLVCVM M. P. XXII.] *Habet Re. at Blandinianus* Sullucco M. P. XXII: *& item Lon. & milto* Sullucto *corrigitur. Neap.* Sullucio mpm XXII. SVR.

SVLLVCV] Præcipui noſtrorum librorum *Sulluco*, unus Pariſienſium *Sullucto.* Schedæ Cuſani *Sullucito.* Oppidum Africæ maritimum Σύλλεκτον *Sullectum*, ad quod Beliſarius appulerit, deſcribit Procopius L. 1. Bel. Vand. C. 17. ſed ejus nulla hic haberi ratio poteſt, ſiti infra Leptim & Adrumetum. Tabula ſcripta *Sublucu*: an *ſub lucum* voluit? ut à vicino luco nomen habeat. Verum id eſſe poteſt. Retinui tamen, quod codices dabant. WESS.

HIPPONE REGIO] Moletio *Bona.* SIML.

HIPPONEM REGIVM COL. M. P. XVIII.] *Re.* Hippone Regio col. M. P. XVIII. *& reliqui* M. P. XXXII. *differunt.* SVR.

HIPPONE REGIO COL.] Summa concordia libri noſtri *Hippone Regio* M. P. XXXII. Tabula unis paſſuum millibus ſummam adauget. Veteribus Græcis atque Latinis Ἵππων Βασίλικὸς, *Hippo Regius.* Silius Italicus L. III. 259.

Et antiquis dilectus regibus Hippo.

Seriore ætate Procopius L. II. Bel. Vand. C. 4. Ἱππονεγέγιον. Victor vero Vitenſis L. 1. Perſ. Vand. C. 3 *Civitas Hipporegium.* Aberat Carthagine itinere dierum decem, Procopio teſte. Æternum nomen urbi conciliavit Auguſtinus, qui in Leporii Libello Emendationum *Epiſcopus Hipponereienſis regionis*, poſtrema puto voce abundante, appellatur. Arabes ex Hippone *Bonam* fecerunt, quo nomine nunc eſt; Incertus Caſſinenſis Chronici auctor An. MCLIII. *Rex Rogerius cepit civitatem, quæ quondam Ippone regium dicebatur.* Romualdus Salernitus præſul, eadem narrans, *Bonam* à Rogerio occupatam tradit. Imminet urbi mons excelſus, ferri metallis celebris, de quo Nubienſis p. 88 WESS.

AD DIANAM M. P. XXXII.] *Habet Re. Blandinianum* ad Dianum MPMXXXII: *& item Longolianum, ſed milto* ad Dianam *emendat.* SVR.

AD DIANAM] *Ad Dianam* veriſſimum eſt, atque ita Vaticanus & Pariſienſes libri, quorum unus XXII. M. P. tantummodo edit. Fuit

AD DIANAM.	M. P. XXXII.
NALPOTES.	M. P. XL.
THABRACA.	M. P. XXIIII.
HIPPONE ZARITO.	M. P. LX.

TV-

Fuit inibi Dianæ fanum, quod Tabula pictum ostendit, separatum Hippone XXX. M. P. Habet Collationis C. 198. *Fidentium Episcopum Dianensem*, qui utrum hinc fuerit, non satis est certum. Appositum hoc fanum viæ est publicæ, quod Diana viarum esset præses teste Augustino L. VII. Civ. D. C. 16. WESS.

NALPOTES M. P. XL.] *Statim ab diversorio* ad Dianam *vetusta exemplaria, & Longolianum hanc lectionem præferunt: uno excepto vetustissimo Regio: in quo* Tuniza MPXV. *ejus loco legitur: cum reliqua exemplaria post Hipponem* Diarrhytum Tuneizam *conlocent: vetustissimum verò ea parte* Tunizæ *loco* Tuna *habet: atque ea ratione exemplariorum reliquorum consensum laudare placet.* SVR.

NALPOTES] Assentior codici Regio Suritæ, licet omnes libri, quorum nobis usus fuit, *Nalpotes* aut *Halpotes*, ut Vossianus, præferant. Moveor Ravennatis auctoritate, Dianam inter & Tabracam *Tunizam* locantis L. V. C. 5. Ad hoc, Tabula hoc loco *Tuniha XV. M. P.* offert, H & Z. solito more confusis. Quæ sequitur Hipponem Diarrhytum in Itinerario Tuniza, ea *Thinissa* sive *Tinissa* est, uti dicetur. Credo hujus esse mentionem in Usuardi Martyrologio VIII. Idus Novemb. *Toniza Africæ natalis S. Felicis.* Paria leges in Martyrum indice Hieronymiano, quem Luc. d'Achery vulgavit. *Nalpotes*, quod hinc exturbare non ausus fui, unde in libros migraverit, quidve velit, juxta cum illis novi, qui ignorant. WESS.

THABRACAM] Plinio *Tabracha oppidum civium Romanorum.* Aliis *Tabraca.* Stephano & Polybio *Tabathra.* Moletio *Bugio.* SIML.

THABRACAM M. P. XXIIII.] Thabraca M. P. XXIIII. *Blan.* Thabraca M. P. XXX. *& item Longolianus. Neap.* Tabraca mpm XXX. *In Plinii exemplaribus omnibus L. 5. C. 3., corruptum id nomen habetur: Cum rectè Ptolemæi Græca exemplaria cum Antonini vetustis codicibus consentiant,* Θάβρακα *enim habent.* SVR.

THABRACA] Urbis vocabulum codicum plures adspirantelitera ornant: unus Parisiensium eam detrahit, non male. *Cabraca* satis mendose Peutingeri tabula, nec accuratior Martiani *Tabrachia*, quæ tamen ex scriptis est mutanda; *Tabracca* enim edunt. Urbi adjacebant silvæ, simiis fertiles, monente Juvenalis Scholiaste Sat. X. 194.

Et tales adspice rugas
Quales umbriferos ubi pandit Tabraca saltus.

In ea Gildonem, tyrannidem inter Afros occupantem, fuisse captum Claudianus L. I. Laud. Stilic. 357. docet.

Prædonem lembo profugum, ventisque repulsum
Suscepit merito fatalis Tabraca portu.

Vide quoque in Eutropium L. I. 410. WESS.

HIPPONE ZARYTO] Græcis Hippon Ἀφρῖνος propter aquarum irrigua. Hodie Biserta. SIML.

HIPPONEM ZARRHVTVM M. P. LX.] *Reg.* Ippone Zarito MP. LX. *& Bl.* Hippone Zarito MP. LX. *atque itidem Neapolitanus, & Longolianus. Plinius L. 5. C. 4. in Provincia, quæ proprie* Africa vocatur, Diarrhytum *dictum, propter aquarum irrigua tradit. Jam verò observatum à doctis viris video* Zarrhytum, *pro* Diarrhyto *in Anton. Itinerario reperiri, uti* Zeta *fit, quæ* diæta: *& apud Cyprianum & Pontium Paulinum pro* Diabolo Zabolus, *& in Hymno festi dedicationis Michaëlis Archangeli, quem canit Ecclesia: & nos etiam addimus apud Isidorum, cum de* Ebuso *Insula fit mentio,* Zanium *pro* Dianio *Hispaniæ oppido scriptum. Admonendum præterea cum hujus oppidi fiat ab Antonino mentio, videri apud Plinium in ea parte, qua hunc* Hipponem dirutum *vocatum docet,* Dilutum *legi debere: uti ab aliis emendatum apparet. tametsi in vetustis omnibus, quæ viderim, exemplaribus,* dirutum *legitur: neque rejiciendam eam dictionem puto, contra Pintianum.* SVR.

HIPPONE ZARITO] In aliis *Hippone Zarrhyto* editum video. Valentinus codex *Zarito.* Zarrhytum vero pro Diarrhytum διχαικῶς propter aquarum irrigua. Æolica enim dialecto Z pro Δ, sic *Zeta* pro *Diæta* apud Jurisconsulto-

TVNIZA.	M. P. XX.
MEMBRONE.	M. P. X.
VTICA.	M. P. VI.
AD GALLVM GALLINACIVM.	M. P. XII.
CARTHAGINE.	M. P. XV.

ITER

rum filios & Plinium minorem L. v. Epist. 6. Et Zabulus, pro Diabulus apud Cyprianum. Ζάνυκτος pro Διάνυκτος, ζάπλυτος pro Διάπλυτος, & id genus alia. V. Turnebum L. XXIIII. Advers. C. 4. SCHOTT.

HIPPONE ZARITO] Suritæ judicium, amplexi *Hipponem Dilutum* in Plinio, merito improbavit Harduinus. *Diarrhytum* e Plinii calamo exiisse multis ante eum annis S. Bochartus L. I. Can. C. 24. indicavit. Afris receptissima fuit literarum Z & D. permutatio. Augustino L. VII. de Bapt. C. Donatistas C. 35. in omnibus MSS., Benedictinis commonentibus, *Petrus ab Hippone Zarito* dicitur, quem Concilium sub Cypriano Carthaginiense *Petrum ab Hippone Diarrhyto* appellat. Arabes occupatam a se urbem *Benizert*, quam Nubiensis p. 88. à Tabarca, Tabraca est Latinorum, M. P. LXX. removet, nuncuparunt. WESS.

TVNIZA] Ptolemæo *Thinissa*. Item in Concilio Carthaginiensi *Tinisa*. Moletio nunc Tamacrati. SIML.

TVNIZAM M. P. XX.] *Hoc loco Re.* Tuna *habet, cum supra, uti monuimus*, Nalpotis *diversorii loco* Tuniza *adposuerit: manifesto, ut arbitror, librarii errato. Bl.* Tunciza M. P. XX. *& item Nea. Longolianus, & Aldinus, manifesto errato*, Iuneiza *habent. Ptolemæo* Ἱππὼν Διάῤῥυτος: *& statim subditur* Θινίσσα, *ut haud levis suspicio injecta sit, hanc* Tunizam *eam esse urbem, quæ Straboni* Τύνις *nomine, in Carthaginiensi sinu constituitur: quam Livius Libro* 30. *C.* 9. *ab Carthagine abesse ferme* XV. M. P. *docuit, quæ nunc* Tunez *appellatur: neque is numerus, quem longe Antonini numeri exsuperant, me ab ea deterruerit opinione: cum directum iter à Livio expositum appareat: & in hoc itinerario id sit advertendum, vias deflecti pro situ urbium, aut oppidorum, quibus Proconsules Provincias obire consueverant.* SVR.

TVNIZA] Tunetis situm, quem ex Livio H. Surita designavit, confirmat Polybius L. XIV. C. 10. Ὁ δὲ Τύνης ἀπέχει μὲν τῆς Καρχηδόνος ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. nam CXX. stadia æquant XV. M. P. Fuit ergo urbs proxima Carthaginem, idque haud obscure Polybius & Livius condocuerunt. Id vero falso dixeris de hac Tuniza, longeque pejus eam composueris cum Tunete. Tunes situs erat ultra Carthaginem, inter eam & Maxulam, ut ex scripta Tabula apertum est. Tuniza cis eam urbem. Peutingerana Tabula *Tumsa M. P. XX.* ab Hippone Diarrhyto separat, plane ut Itinerarium. Errarunt librarii in voce pingenda: pro *Tumsa* invenit Ravennas *Tunissa*. In libris nostris *Tuneiza* conspicitur. Ego verum mansionis nomen *Tinisa* fuisse arbitrer. Hoc dat Concilium Carthaginiense sub Cypriano, in quo *Venantius à Tinisa* sententiam de hæreticis denuo baptismi lavacro tingendis dixit. Scio in nuperrima St. Baluzii editione *Timisa* fuisse vulgatum, nec tamen certum utrum ex scriptis libris. Idem Lovanienses in Augustino L. VII. de Baptis. habent, sed libris veteribus renitentibus, uti Benedictini monuerunt. Notitia inter Proconsularis provinciæ Episcopos *Dalmatium Tinnisensem* recenset. Th. Ruinartus eum huic urbi non male imposuit. WESS.

MEMLONEM M. P. X.] *Bl.* Memlone M. P. X. *habet: cum reliqua* Membro M. P. X. *præferant exemplaria, & typis excusa. Jam vero quod Ptolemæus* Ἀπόλλωνος ἱερὸν *circa hæc loca conlocet, æstimandum an forte* Ad Apollinis *legendum sit, ut diversorium, juxta Apollinis fanum, indicet.* SVR.

MEMBRONE] Non accedo Suritæ. *Membrone* aut Membro, quod libri summo consensu præferunt, verissimum est, comprobaturque à Ravennate & Tabula, in qua errantis librarii vitio *Membione X. M. P.* Habet hujus urbis præsulem in Proconsulari Provincia Notitia *Bonifacium Membrositanum:* neque caussa erat, quamobrem Th. Ruinartus hæreret, *Memblositanus* ne an *Membresitanus* in Notitia fuisset, cum optimi coloris sit vulgatum. Nam quod ipse cum St. Baluzio in Proconsulari Provincia oppidum *Memblosam* collocavit, id ex corrupta

ITER AB TOCOLOSIDA TINGI. M. P. CXLVIII. Sic
VOLVBILIS COL. M. P. III.
AQVIS DACICIS. M. P. XVI.
GILDA. M. P. XII.
VOPISCIANIS. M. P. XXIII.
TRE-

pta natum eſt Carth. Collatione, quæ cap. 133. *Theaſium Epiſcopum plebis Membloſitanæ* vocat, qui revera Membroſitanæ multitudini præpoſitus fuit. Forte & huc pertinet *locus Memplonitanus*, ſive *Memblotutanus*, cujus L. 1. Mirac. S. Stephani cap. 5. & L. 11. cap. 4. mentio eſt. De Membreſſa dicam alias. WESS.

VTICA M. P. VI.] Urbem hanc Catonis morte nobilitatam Appianus in Punicis p. 68. Carthagine LX. ſtadiorum intervallo disjungit: ἑξήκοντα σταδίους ἀπὸ Καρχηδόνος ἀφεστῶσα: minus ex vero. neque enim LX. ſtadia reſpondere poſſunt XXVII. M. P., quæ Tabula librique ſcripti inter utramque urbem interponunt. Auguſtus ejus incolas civitatis R. jure donavit, ut in Dione L. XLIX. p. 458. leges. Hinc MVNICIPIVM IVLIVM VTICENSE in nummis Joan. Vaillantii dicitur. Tranſiit deinde in jus coloniarum, quod miratum fuiſſe Hadrianum Imp. Gellius ſignificat L. XVI. Noct. At. cap. 13. Tabula *Uticam Coloniam* appellat. Juris Italici facta eſt a Severo & Antonino, ut ex L. ult. ff. de Cenſibus cognoſces. WESS.

AD GALLVM GALLINACIVM] Hoc loco inter Uticam & Carthaginem à Plinio & Ptolemæo ponuntur *Caſtra Cornelia*, quorum etiam Mela & Cæſar meminere. SIML.

AD GALLVM GALLINACIVM] Non eadem ſunt *Caſtra Cornelia* atque hæc manſio. Caſtra ea propius Uticam fuere. Cæſar L. II. B. C. cap. 24. *Abeſt directo itinere ab Utica paullo amplius paſſuum mille. Sed hoc itinere eſt fons, quo mare ſuccedit: longe lateque is locus reſtagnat: quem ſi quis vitare voluerit, VI. millium circuitu in oppidum perveniet.* Videtur huic loco nomen eſſe inditum à ſigno galli gallinacei. Non diſſimili ex cauſſa villa Cæſarum fluvio Tiberi impoſita, juxta nonum lapidem Flaminiæ viæ, *Ad Gallinas* dicebatur. v. Plinium L. XV. cap. ult. & Suetonium in Galba cap. 1. WESS.

ITEM AB PTOCOLOSIDA TINGI. M. P. CXLVIII.] *Sic Reg.* Item ab Ptolocoſida Tingi M. P. CXLVIII. *In Blan. deſiderantur tria prima verba, quòd miniatulis litteris deſcribenda relinquebantur: & pro reliquis hæc remanſerunt* Tigin m p m VIII. *Sic in Nea. B.* Item abdo Coloſida Tingi mille plus minus CLXVIII. Sic *in Longoliano interverſis verbis:* Item Abdo Coloſida Tingi mpm VIII. *Ptolemæo in Mediterraneis Tingitaniæ Provinciæ* Τοκολόσιδα: *nam hoc itinere, cum iter maritimum Carthaginem uſque confectum eſſet, redit ad mediterranea Tingitaniæ.* SVR.

ITER AB TOCOLOSIDA TINGI] Eundem paſſuum numerum, quem in Neapolitano Surita invenit, Pariſienſes edunt, verum omnes *Tocoloſida*, ut Ptolemæus, excepto Cuſani, in quo ineſt DOCOLOSIDA. Mendoſe Ravennas L. III. cap. 11. *Tocoloſion.* ITEM, quod paſſim libri habent, ex ITER natum eſt. correxi id auctoritate codicis Fabricii. WESS.

VOLVBILIS COL.] Plinius *Volubile* oppidum à Banaſa XXXV. M. P. & à Lixo quinquaginta M. diſtare ſcribit. Moletio *Feſſa.* SIML.

VOLVBILIM COL. M. P. III.] *Reg.* Bolubilis col. MP. III. *Reliqua exemplaria* Volubilis & MP. IIII. *habent. Ptolemæo* Οὐολοβίλις *inter mediterraneas Tingitaniæ Provinciæ urbes. Plinius L. 5. C. 1.* à Banaſa Volubile *oppidum* XXXV. M. P. *numerat: & tantundem ab utroque mari diſtare confirmat.* SVR.

VOLVBILIS COL.] *Volubilis* eſt & apud Melam L. III. cap. 10. Qui *Fezam* eſſe opinantur, à vero aberrant. Plinius Volubile oppidum ab utroque mari, Atlantico & Mediterraneo, XXXV. M. P. diſtare ait. Id vero falſo dixeris de *Feza*, V. Nubienſem p. 78. God. Henſchenius Fezæ nomen Prudentio poëtæ non ignotum fuiſſe cenſuit, qua de re alibi commodius. WESS.

GILDA] Ptolemæo *Silda.* SIML.

GILDAM M. P. III.] *Exemplaria omnia* Gildæ *nomen præferunt: ut apud Ptolemæum in mediterraneis Tingitaniæ Provinciæ* Γίλδα *ſit legendum pro* Σίλδα. *Stephano* Γίλδα πόλις Λιβύης. SVR.

VOPISCIANIS] *Vipotianis* vel *Vipoſcianis.* Ptolemæi *Ptiſciana* forte, quamvis hæc inter

Vo-

TREMVLIS.	M. P. XVIIII.
OPPIDO NOVO.	M. P. XII.
AD NOVAS.	M. P. XXXII.
AD MERCVRI.	M. P. XII.
TINGI COLONIA.	M. P. XVIII.
A CARTHAGINE CIRTA.	M. P. CCCXXI.
SITIFI.	M. P. C.
	CAE-

Volubilem & Sildam ab eo ponatur. Moletio *Rubea petra.* SIML.

VOPISCIANAS M. P. XXIII.] *Reg.* Vopiscianis M. P. XXIII. *Blandinianum exemplar & Longolianum* Vipotianis *habent: & in Neapolitan.* Vipoſcianis mpm XXIIII. *Placet vetuſtiſſimi exemplaris lectio. quod à* Vopiſco, Vopiſcianæ aquæ, *ſive ejuſmodi quippiam, diverſorio nomen dederit. Ab eo loco, ad diverſorium, cui* Perdices *nomen fuit inditum, ab optimo exemplari deſtituti ſumus: quod omnia in eo deſiderentur: quare miniatis aſteriſcis loca ea includere placuit.* SVR.

VOPISCIANIS] Ex Vaticano codice Schelſtrate *Vipocianis* vulgavit. *Vipoſcianim* in nugatore Anaſtaſio invenio. Ceteri fere accedunt optimo Suritæ libro. *Ptiſcianam* Ptolemæi ſitus hinc removet; recte eam Iſ. Voſſius cum Melæ *Priſciana* L. III. cap. 10. componendam exiſtimavit. Aſteriſcos, indices defectus codicis Regii, quos H. Surita appingi juſſerat, induxi ubique, ut erroris occaſionem præciderem omnibus, hiatum manſionumque interitum indicari arbitratis. WESS.

TREMVLIS M. P. XVIIII.] *Blandinianum & Longolianum exemplar* Tremulis M. P. XVIIII. *præferunt: Neapolitan. verò* Tremulis mpm. XXVIII. SVR.

OPPIDO NOVO] Ptolemæo arbitror eſſe *Oppinum.* Recenſet quidem *Oppidum novum* in Cæſarienſi provincia. ſed id, cujus hic eſt mentio, in Tingitana eſt. SIML.

OPPIDVM NOVVM M. P. XII.] *Omnia exemplaria* Oppido Novo M. P. XII. *habent. Plinio in deſcriptione Tingitanæ provinciæ L. 5. C. 2.* Oppidum Novum, *& Ptolemæo in mediterraneis ejuſdem provinciæ, in Cæſarienſi, nomine* Ὀππιδόνεον, *ut* Ὄππιδον νέον *legendum ſit, & libro 8.* Oppidi *maximum diem deſignat, tanquam celeberrimæ urbis provinciæ Cæſarienſis. Pintianus noſter haud ſcio quàm rectè,* Tipaſam, *& Oppidum Novum, tanquam unam urbem accipi docet: ut* Tipaſa, Novum *vocetur* Oppidum & Latio donatum. SVR.

OPPIDO NOVO] Conjecturam H. Suritæ, in Ptolemæo legentis Ὄππιδον νέον, Coiſlinianus codex, id manifeſto præferens, adfirmat. Quod vero ex Plinio & Ptolemæo *oppidum novum* in Mauretania Tingitana locat, id invitis illis accidit. Uterque in Cæſarienſi habet. Credo ipſum Suritam id dein animadvertiſſe, neque obſcurum eſſe poteſt verba ejus relegenti. Abeſſe ergo ab hoc loco debet *Oppidum novum* Plinii & Ptolemæi, in alio itinere rectius infra advocandum. Ravennas in Tingitana L. III. cap. 11. *Oppido novo.* WESS.

AD MERCVRI] Joſ. Simlerus *Ad Merios* edi juſſit, idque in Pariſienſium librorum uno ſcriptum exſtat: ſed vitioſe, & contra reliquorum concordiam, *Ad Mercurios* offerentium. vide quæ ad hanc manſionem dicta antea ſunt. WESS.

A CARTHAGINE CIRTA.] Paſſuum millia, quæ ex ſuis Surita dedit, noſtri probant. Lugdunenſis Simlerique editio CCCXXXII. M. P., quæ cum ipſo itineris intervallo conſentiunt: nec tuto tamen in his acquieſcere poteris, Itinerarii codicibus ſecum invicem diſcordantibus. CIRCA pro CIRTA in pleriſque libris eſt, neque aliter plures Salluſtii & Martiani codices ſcribunt. WESS.

CAESAREA. M. P. CCCI.] Iter ipſum, ſi ad calculos ſedere velis, plura tibi paſſuum millia dabit. Nec quicquam tamen libri mutant. Voſſianus CCC. tantum habet. WESS.

VNVCA.] Quædam exemplaria *Vnaca* habent: alia *Utica.* Poſtea in aliis itineribus rurſus Unucæ fit mentio, quæ XXI. M. P. Carthagine diſtat. Cum autem major ſit Uticæ diſtantia juxta Ptolemæi numeros, malo hic Unucæ nomen ſervare. SIML.

VNVCAM M. P. XXII.] *Blandinianum* Vnaca

CAESAREA. M. P. CCCI. Sic.

A CARTHAGINE.

VNVCA. M. P. XXII.
SICILIBRA. M. P. VII.
VALLIS. M. P. XV.
COR-

Vnaca. M. P. XXII. *& item Longolianum: sed milto supra id nomen corrigitur* Vtica XXII. *N.* Vinca vel Vtica mpm. XXIII. *Cum infra* Vnucæ *nomen non semel omnia retineant exemplaria, & ipsum vetustissimum tribus itineribus nihil mutandum: præsertim supra ab* Vtica *Carthaginem.* XXVII. M. P. *numerantur: ut videndum sit an pro* Vnicam, Vticam *sit legendum.* SVR.

VNVCA.] Doctissimus Surita secum ipse dissidet. Non est in *Uticam* commutanda, sed *Inucam*, quo modo Tabula legit, XX. M. P. Carthagine separans. Cardinalis Norisius Animadvers. in Garnerium hanc in Ecclesiasticis scriptoribus *Oculam* appellari adfirmat: Estque *Procerii Oculensis* in Collatione C. 128. mentio. Præfert deinde *Inucam* ex Tabula scripta, eamque aliam esse atque *Oculam* vere monet. Vide vero ut vir perspicacissimus in Garnerii peccatis ruspandis hic hominem sese ostenderit. Inucam & Oculam distinguit. Oculam & Unucam eandem esse decernit. Et tamen Tabula Inucam ab Unuca nihil omnino discrepare manifestat. Ponitur inter *Pertusa* & *Sicilibbam*, plane ut alibi Itinerarium. Quare potius fuisset notasse, *Inucam* Unucæ videri præferendam ob Tabulam & *Valentinianum Inucensem Episcopum* ex Collatione C. 187. Putem hanc quoque urbem Anastasio Bibliothecario in Vita Silvestri esse restituendam. Constantinum M. ait huic pontifici dedisse, *Et transmarina infra partem Africae, Massam Vincis in territorio Micaria præstantem solidos LXXX.* MSS. *vincis, inutis, territorio Inutano.* An fuit *Massam Inucis in territorio Inucano?* WESS.

SICILIBRA.] Hæc in Conciliorum libro *Sicilibba* nominatur. SIML.

SICILIBRAM M. P. VII.] *Bl.* Sicilibra M. P. VII. *N.* mpm. XXIII. *Longolianum* VII. *& milto emendatur* XXIII. *Alio itinere ab Hippone Regio Carthaginem* Sicilibræ *nomen vetustissimum etiam exemplar apponit: & ab ea* Unucam *in Blandiniano & reliquis exemplaribus* M. P XIII. *adnumerantur. In Carthaginiensi Concilio Prætextatus* Sicilibrensis *Episcopus subscribit: & in Carthaginiensi D. Cypriano, præside Cornelio Pontif. Max. Satius* à Sicilibra, *non* Sicilippa *sententiam ferre merito videtur.* SVR.

SICILIBRA.] Conspirant in *Sicilibra* libri nostri. Unus Parisiensium VIII. M. P. ab Inuca separat, quæ in XIII. M. P. convertenda existimaverim. Tot enim alio itinere occurrunt, nec pauciora Tabula ostendit. Verum urbis nomen *Sicilibba* fuit, ut ex Ravennate, Tabula & Ecclesiasticis Scriptoribus in aperto est. *Quadratianus Episcopus plebis Sicilibbensis* notus est ex Collationis C. 198. neque aliter aut Augustinus, aut Carthaginiense Concilium sub Cypriano, quod perperam Surita præside Cornelio Pontifice M., qui jamdudum fatis concesserat, scribit celebratum, legunt. WESS.

VALLOS M. P. XV.] *Omnia, quæ viderim exemplaria hoc loco, & infra* Vallis *habent: & in eis vetustissimum exemplar: &* Vallos *significari apparet ex eo itinere quod ab Antonino infra à* Tuburbo *per* Vallos Tacapas *ducitur.* Vallos *autem* fossam *significare, de qua Plinius.* L. 5. C. 4. Ea, *inquit*, pars, quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem & novam, discretas fossa, inter Africanum sequentem & Reges, Thenas usque perducta: *ejusmodi enim fossa in Britannia ab Antonino, & aliis auctoribus* Vallum *appellatur:* Vallum & Vallos *dici satis ex Cæsaris Commentariis apparet.* SVR.

VALLIS.] *Vallis*, quod editi scriptique cum Tabula & Ravennate probant, justum est. Tabula in passuum numero dissentit, XI. M. tantummodo inter Sicilibbam & hanc mansionem interponens. Qui *Vallim* eam cum viro Docto ad Africae Notitiam appellant, aberrant à vero. *Vallorum* nomen accepisse videtur, sive quod ad Vallum accubaret, seu aliunde. Est ejus mentio in Codice Theodosiano. Lex enim

COREVA. M. P. XX.
MVSTI. M. P. XXVIII.
LARIBVS COLONIA. M. P. XXX.
ALTIEVROS. M. P XVI.
ADMEDERA COLONIA. M. P. XXXII.

THE-

septima de jure Fisci pro posita dicitur *VI. Kal. Jul. Vallis Constantio & Juliano Coss.* Quod vero Luc. Holsteinius *Ullitanum* sive *Villitanum* Numidiæ ex Notitia Episcopum in *Vallitanum* commutet, id injuria fieri existimem. Valli in Proconsulari erant, non Numidia. Rectius cum Th. Ruinarto huc referes *Restitutum Episcopum plebis Vallitanæ*, qui Concilio Carthaginiensi sub Bonifacio subscripsit. WESS.

COREVA M. P. XX.] *Blandinianum*, Coreva *legatur: quo loco Re. & item reliqui codices* Corruva *habent: & à* Vallis *totidem, XX. M. P. numerantur.* SVR.

COREVA] Tabula adspirationem addidit, eademque passuum millia agnoscit. Anastasius in Epitome *Corbam*, Ravennas L. III. C. 5. *Corebam* appellat, neque aliter in scriptis nostris & editis libris. WESS.

MVSTI M. P. XXVIII.] *Ita legitur in manuscriptis exemplaribus: cum infra in R & reliquis* Coreva Musti M. P. XXVI. *numerentur. Ejus oppidi nullam reperi mentionem à Geographis fieri. At Vibius Sequester*, Bagrada, *inquit*, Africæ, juxta oppidum Musti: ubi Regulus serpentem longum P. CXX. exercitu adhibito interfecit. SVR.

MVSTI] Fuit hæc urbs in Proconsulari provincia. *Victorianus Episcopus plebis Mustitanæ* est in Collationis C. 121. cujus inibi quoque adversarius memoratur *Felicianus Mustitanus.* Utrumque ad hanc urbem pertinere Cardinalis Norisius Animadversionibus in Garnerium ostendit. Est ceteroqui urbs cognominis in Numidia, cujus præsul *Antonianus Mustitanus* in Notitia recensetur. In Tabula mendose *Mubsi* cum XXVII. M. P. vicini erant Mustitani Assuritanis, qua de re commodius alibi. WESS.

LARIBVS COLONIA] Supra posuit *Lar Castellum* prope Cartennam. Sed colonia, cujus hic meminit, alia est à castello. Nam hoc in Mauritania Cæsariensi jacet, colonia autem in Numidia, & circiter DC. M. P. à Cæsarea distat. Castellum autem tantum LVI. M. P. Meminit hujus oppidi Sallustius in Jugurthino, ac scribit Marium ibi stipendium & commeatum locasse. In Concilio Carthaginiensi, quod sub Cypriano convenit, nominatur *Hortensius à Laribus* Episcopus. SIML.

LARIBVM COLONIAM M. P. XXX.] *Exemplaria omnia* Laribus *habent, & numerum* XXX. M. P. *describunt. Ptolemæo in mediterraneis Africæ provinciæ Cirtensium urbibus* Λαρὶς *constituitur: & in Carthaginiensi Concilio D. Cypriano assidente sententiam profert Hortensianus* à Laribus. *At Procopius de Vandalorum bello L. 2. C. 23.* Laribi *oppidi mentionem facit.* SVR.

LARIBVS COLONIA] Imprudenter in Suritæ editione *Laribum* contra omnium librorum judicium correctum fuit. Procopium ἐν τῇ πόλει Λαρίβῳ scribentem vocis productio fefellit. Eadem fraudi fuit multis in Victore Vitensi L. II. pers. Vand. C. 6. namque ubi nunc legis: *Reor ego illas duas ollas, Siccensem & Larensem duas esse civitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata:* ibi plures, illique optimæ notae, MSS. *Sicca Veneria & Laribus duas esse*, præferunt, quod ego verum putaverim. Simlerus *oppidum Laris* ex Sallustii Jugurth. C. 90. huc advocavit. Aberat id à Capsa paucorum itinere dierum. Tabula, quæ librarii peccato *Larabus* habet, supra Capsam locat, sed alio itinere. Nec tamen ea *Capsa* Sallustii est, sed provinciæ Byzacenæ, ut infra dicam. WESS.

ALTIEVROS M. P. XVI.] *Omnia in eo consentiunt, quæ vidi, exemplaria: neque alibi ejus sive diversorii, sive oppidi mentionem reperi.* SVR.

ALTIEVROS] Vaticanus codex cum Lugdunensi & Simleri editionibus *Altieuros.* Tabula Peutingeri *Altuburos.* Unde aut *Altuburos* aut *Altiburos* cum H. Norisio hic recipiendum est. Notitiæ non conveniunt. Carthaginienſis Collatio C. 128. inter Catholicos transcribit Basilium Episcopum *plebis Altibu-*

THEVESTE COLONIA. M. P. XXV.
ALTABA. M. P. XVIII.
IVSTI. M. P. XVIII.
MERCIMERI. M. P. XXIIII.
MACOMADIBVS. M. P. XXIIII.
SI-

tiburitanæ. Africæ Notitia inter Proconſularis Provinciæ patres numerat *Vindemium Altuburitanum.* WESS.

ADMEDERA COLONIA] Ptolemæus *Ammædera.* In Concilio Africano *Ammædera.* SIML.

AMMEDERAM COLONIAM M. P. XXXII.] Ad Mederam *in Blandiniano legitur: & Neap. Longolianoque: ſed milto in hoc additum* Almedera. *Ptolemæo* Ἀμμαιδαγα: *In Carthaginienſi Concilio, cui D. Cyprianus præſedit, Felix* ab Ammeclera *ſententiam tuliſſe perhibetur: uti ego arbitror, pro* Ammedera. *Oroſius de rebus ab Arcadio, & Honorio geſtis. L. 7. C. 36.* Ardalio *fluminis nomen eſſe perhibet, quod inter* Thebeſtem & Amederam *civitates fluit, ubi Maszezel Gildonem fratrem, divina victoria parta, profligarit.* SVR.

ADMEDERA COLONIA] Reſtitui in integrum, quod ſcripti editique dant, *Admedera.* Idem habet Tabula. Coloniam fuiſſe Hyginus de Limit. Conſtituend. p. 163. adfirmat: *Quibuſdam coloniis poſtea conſtitutis, ſicut in Africa Admederæ, decumanus maximus & cardo maximus à civitate oritur.* Vulgo *Ammederam* fuiſſe appellatam colligas ex Ptolemæo, & Eccleſiaſticis ſcriptoribus. *Speratus Epiſcopus plebis Ammederenſis* eſt in Collationis C. 126. WESS.

THEBESTE COLONIA] In aliis exemplaribus *Theveſte*, vel *Thabeſte:* ſimiliter in Conciliorum ſubſcriptionibus varie hoc nomen ſcribitur. SIML.

THEVESTE COLONIAM M. P. XXV.] *In omnibus exemplaribus* Thebeſte *legitur: atque item infra in vetuſtiſſimo. ſed cum idem, & Blandinianum, magnæ itidem vetuſtatis exemplar,* Thebeſte *etiam habeat, & Ptolemæo* Θεβέστη *ſit, videtur* Theveſte *legendum.* SVR.

THEVESTE COLONIA] *Thebeſte* in noſtris quoque conſpicitur. *Colonia Thebeſtina* in Actis S. Criſpinæ apud Th. Ruinartum p. 449. Τεβέστη Procopio. In Gruteri lapide p. DC. 10. ORIVNDI EX AFRICA. COL. THEVESTE. A Libero patre conditam volebant. Hieronymus Præfat. L. 11. Comment. ad Galatas. *Prætereo Thebas Liberi, quas in Africa condidit, quæ civitas nunc Thebeſtis dicitur.* Aberat Carthagine ſex dierum itinere, ut apud Procopium L. 11. Bel. Vand. C. 21. leges. WESS.

ALTABA M. P. XVIII.] Africæ Notitia *Avum Altabenſem* habet. Sed is huic urbi Epiſcopus non fuit, quippe inter Mauretaniae Cæſarienſis præſules locum obtinens. Hæc in Numidia fuit. Quare cognomines has urbes fuiſſe dicendum erit. Sequentem manſionem nuſquam inveni. WESS.

MERCIMERI] *Marcemeni* vel *Mercimeri.* SIML.

MERCIMERI M. P. XXIV.] *Ita habet Bl. & Long. & in hoc milto additum* Marci Marcimeri. *Neapolitanum exemplar* Mancimem. SVR.

MERCIMERI] In Pariſienſium uno & Vaticano *Marcimeri:* Anaſtaſius in Epitome *Marcymanim.* Tabula manſionem hanc non habet. Ponit quidem in itinere à Theveſte XXXXVII. M. P. *Flavia Marci*, ſed ea alia atque hæc eſt. G. de l'Iſle in Africæ Tabula, Optato Milevitano præfixa, *Marcimeni* mutat in *Maximiani*, quo nomine ſedes Epiſcopalis in Africa fuit: jure vero hoc fieri, non ſine cauſſa dubites. Quo enim teſte cognoſcemus, hic locum obtinuiſſe *Maximianum?* Taceo non abſurde ex vita S. Fulgentii C. 29. collegiſſe Th. Ruinartum, Maximianenſem Epiſcopatum haud longe diſparatum fuiſſe à Ruſpenſi. Ego certi aliquid finire non auſim. WESS.

MACOMADIBVS] Et *Macomadibus* vel *Marcomadibus. Caſſius à Macomadibus Epiſcopus* nominatur in Concilio Carthaginienſi. *Macomades* vero plures fuerunt in Africa. Prima, quae hic commemoratur, in Numidia LIII. M. P. Cirta. Altera in Byzacena Provincia XVII. M. P. à Tenis: hujus meminit Plinius. Ptolomæus *Macodamani* appellat. Tertia in Tripolitana, ultra Leptim magnam, quam noſter *Macomadibus Syrtis* nominat. Atque forte eſt *Machomaca villa* Ptolemæo. Hu-

SIGVS. M. P. XXVIII.
CIRTA COLONIA. M. P. XXV.
MILEVM. M. P. XXV.
IDICRA. M. P. XXV.

CVI-

jus meminit liber Notitiæ in Tripolitana Provincia. SIML.

MACOMADES M. P. XXIIII.] Macomadibus *exemplaria manuſcripta præferunt: & Longolianum* Moconiadibus: *& milto emendat* Macomadibus. *Plinio L. V. C. 4. in excuſis exemplaribus in* Bizacena *Africæ regione*, Macomades: *in manuſcriptis autem, interpunctis litteris, ejus nominis veſtigia apparent manifeſta. Ptolemæo in Situ Syrtis paruæ videtur eſſe* Μακόμαδα. *In Carthaginienſi Concilio tempore Cornelii Papæ Caſſii à* Macomadibus *ſententia exſtat.* SVR.

MACOMADIBVS] Recte Simlerus de tribus Macomadibus. Accurate de illis quoque diſputavit H. Noriſius in Animadverſionibus in Garnerium. Hinc fuit *Pardalius Macomadienſis*, quem Notitia inter Numidas ponit. WESS.

SIGVS] Hæc etiam *Iſigus* & *Eſigus* nominatur ab Antonino. SIML.

SVGVS M. P. XXVIII.] Sigus *manuſcripti codices:* & Sugus *legendum infra docebimus.* SVR.

SIGVS] Hoc loco omnes noſtri libri *Sigus* approbant; Inferius vero uno itinere Vaticanus *Figus*, Pariſienſium unus *Eſigus* præfert, cum in alio ſit *Eſigeis*. In altero itinere denuo vulgatum comprobant. *Sigus* ſcripta Tabula adfirmat itidem. Si tamen liqueret, huic urbi Epiſcopum fuiſſe *Victorem Suggitanum*, quem Notitia commemorat, *Sugus* cum Surita & Ruinarto amplexarer. Sed enim quis hoc verum præſtabit? *Creſconium Epiſcopum Siguitanum* ex Collatione Carthaginienſi C. 209. non ignoramus. Nec ea tamen nobis confidentia eſt, ut eum huic urbi præſediſſe pro comperto habeamus. Id tuto adfirmaveris, alterum utrum huc videri referendum. WESS.

CIRTAM COLONIAM M. P. XXV.] *In eam lectionem manuſcripta conſentiunt exemplaria, & Græci item ſine adſpiratione* Cirtam *edunt, ſed eam ob cauſam in hunc locum deducimus, ut Plinii teſtimonio appareat, eam urbem* Sittianorum *cognomine, ab Ruſiccade* 48. M. P. *diſtare: quam Pomponius L. I. C. 6. procul à mari, ea tempeſtate* Sittianorum *coloniam, quondam Regum* Jubæ & Syphacis *domum, cum foret opulentiſſima. In Commentario Africani belli C.* 25. P. Sittius interim, & Rex Bogud conjunctis ſuis copiis, cognito Regis Jubæ egreſſu, propius ejus regnum copias ſuas admovere. Cirtamque oppidum ejus regni opulentiſſimum adorti, paucis diebus pugnando capiunt. *Egregiam in eo bello operam P. Sittium Cæſari navaſſe Dion lib. 43. p. 242. pluribus commemorat: ut forte cum* Sittianorum *gens ejus urbis civitatem in fidem cepiſſet*, Sittii *ejus patroni fuerint, more majorum.* SVR.

CIRTA COLONIA] *Cirta Sittianorum* dicta à militibus Sittianis, qui, poſtquam multa egregie pro partibus Cæſareanis ſub P. Sittio in Africa geſſerant, eo deducti ſunt. Appianus L. IV. Bel. Civil. p. 996. Alio ornata nomine eſt Conſtantini M. tempore. Victor Schotti C. 40. *Cirtaque oppido, quod obſidione Alexandri ceciderat, repoſito exornatoque, nomen Conſtantina inditum.* In Chriſtianis ſcriptoribus poſt eam tempeſtatem frequentari hoc titulo adſuevit. Arabes *Coſantinam* appellant, vocabulo leviter deturpato. Nubienſis *Coſantinam* a *Mila* removet XVIII. M. P., ejuſque ſitum deſcribit p. 83. Hodiernæ urbis figuram in Amp. Cuperi notis ad Lactantii Mort. Perſec. C. 44. expictam, atque alia eam illustrantia, videbis. WESS.

MILEVM] Ptolemæo forte *Miræum*. Hæc eſt, ut arbitor, civitas Milevitana, ubi Concilium contra Pelagianos eſt habitum: Etſi ſunt, qui Melitæ habitum tradunt, quod mihi non probatur. *Polliculus à Mileo* interfuit Concilio Carthaginienſi. SIML.

MILEVM M. P. XXV.] *In Blandiniano, & Neapolitano legitur. Longolianum vero* Milleum *habet. Ptolemæus item in mediterranea regione inter* Ampſaga *flumen*, & Thabraca *oppidum, ſtatim à Cirta Julia* Μίλεον *conlocat: ut forte Antonini* Mileum *ſit. In Carthaginienſi Concilio, tempore Cornelii Pontificis, & Divi Cypriani, Pollianus à* Mileo *Epiſcopus ſententiam protulit.* SVR.

MILEVM] Verum urbis nomen *Mileum* eſt, unde

CVICVLI. M. P. XXV.
SITIFI. M. P. XXV.
PERDICES. M. P. XXV.
CEL-

unde Milevitanus formatur. Nam Carolum à S. Paullo Mileum à Milevo discernentem diu est quod viri Doctissimi deferendum putaverint. Optatus, qui ab hac Milevitanus dici solet, L. I. Schis Donat. C. 13. *Et homicida Purpurius Limatensis, qui interrogatus de filiis sororis suæ, quod eos in carcere Milei necasse diceretur.* Scripta Tabula *Mileu Colonia*, quomodo apud Augustinum L. VII. de Baptis. *Pollianus*, quem male Simlerus *Polliculum* appellat, *à Mileu* in plerisque MSS. nuncupatur. Collationi I. & VIII. Concilii Constantinopolitani II. adfuit *Restitutus Episcopus Ecclesiæ Mileon Provinciæ Numidiæ.* WESS.

IDICRA] Vel *Idicria* aut *Idicra* aut *Idicla*. Exemplaria namque in hoc nomine variant. SIML.

IDICRAM M. P. XXV.] *Habet Blandinianum & Longolianum: sed hoc* Idicriam *emendat. Neapolitanum vero exemplar, immane quantum ab ea lectione dissentit:* Liberia *enim in eo legitur.* SVR.

IDICRA] Idem in nostris libris dissidium est plerisque *Idrica* porrigentibus. *Idicra* tamen Vossii schedæ. Codex Vaticanus hoc loco *Perdices* habet, Idicra inferius hujus sedem occupante. Mihi *Idicra* verior est visa ob Notitias Ecclesiasticas. Famosus & scelerum notis insignitus *Felix* est *Idicrensis* Donatianæ factionis popularis in Optati L. II. Schism. C. 19. WESS.

CVICVLI.] *Civiculi* vel *Cuiculi:* atque sic etiam in Conciliorum libro notatur. SIML.

CVICVLIM. P. XXV.] *Habet Blandinianum exemplar. Longolianum* Civiculi: *& miniatis litteris emendatum* Ciuculi. SVR.

CVICVLI] Rectum est *Cuiculi.* In Carthaginiensi Concilio sub Cypriano pro hæreticis denuo tingendis sententiam dixit *Prudentianus à Cuiculi.* Adfuit quoque Collat. I. Concilii Constantinopolitani II. *Crescionius Reverendissimus Episcopus Cuiculi.* WESS.

SITIFI.] Procopius, *Sitifis metropolis Zabes regionis Mauritaniæ.* Ab hac civitate nomen accepit Sitifensis Mauritania, quæ proprium præsidem habuit sub dispositione Viri Spectabilis Vicarii Africæ. Hæc quibusdam videtur à Ptolemæo nominari *Sittici colonia.* Ego tamen malim id de Cirta Sittianorum colonia intelligere. Neque obstat, quod in secunda tabula Cirtam Juliam nominat: nam duarum Cirtarum Plinius meminit, quarum alteram, Siccam coloniam cognominatam, magis mediterraneam facit. Mela vero Cirtam Sittianorum coloniam procul à mari sitam fuisse tradit. Nomen accepit à P. Sittio, cujus meminere Sallustius in Conjuratione Catilinæ C. 21. Hirtius de bello Africo C. 36. Dio L. XLIII. p. 242. Appianus L. IV. de bellis Civilibus p. 996. SIML.

SITIFI M. P. XXV.] *A Ptolemæo Σίτιφι κολωνία Cæsarienst Maurinaniæ est attributa: quæ postea Sitifensi provinciæ nomen dedit: uti ex Rufo Festo, Ammiano, Notitia Romani Imperii, & Isidoro apparet. Procopius de bello Vandalico libro* II. *C.* 20. Zabem *regionem supra montem Auraſium, ad Mauritaniam pertinentem*, Sitiphin *metropolim obtinere memorat, Romanorum Imperio, nempe Constantinopolitano, tributariam.* SVR.

SITIFI] Recte Surita. Simlerus varie peccat. *Sitici coloniam* sumpsit ex corrupta Ptolomæi Tabula, quam Ptolomæum ignorasse Græca loquuntur. Duas Cirtas Plinium memorasse, secus est. Verba è L. V. C. 3. sunt: *Cirta, Sittianorum cognomine: & alia intus Sicca.* Colonia scilicet: designat enim *Siccam Veneriam.* Nimis secure P. Bertius ad Ptolemæi sui marginem similia adscripsit. WESS.

PERDICES M. P. XXV.] *Ex hoc loco vetustissimum exemplar Regium suæ integritati est restitutum: reliquaque in hac voce & numero consentiunt.* SVR.

PERDICES] Libri magna concordia *Perdices*, at inferius alio itinere pari consensu *Perdicibus.* Quare eos peccare dubium non est, qui cum viris doctis ad Africæ Notitiam & Collationem Carthaginiensem *Perdicem* appellitant. Hinc *plebs Perdicensis*, cujus Episcopum Silvanum in Collationis C. 121. habes, dicta est. WESS.

CELLAS.	M. P. XXVIII.
MACRI.	M. P. XXV.
ZABI.	M. P. XXV.
ARAS.	M. P. XXX.
TATILTI.	M. P. XVIII.
AVZA.	M. P. XLIIII.
RAPIDI.	M. P. XVI.
	TIRI-

CELLAS M. P. XXVIII.] *Legitur in Re. Reliqui vero* XVIII. *habent.* SVR.

CELLAS] In paſſuum numero diſſentiunt libri, aliis XXV. M., aliis XVIII. M. hanc à ſuperiore manſione diſjungentibus. Omnes tamen *Cellas* probant, damnatis, quæ priores editiones inſederant, *Callis*. Eſt in Procopio L. II. Bel. Vand. C. 17. locus quem Romani Κέλλας Βαλέρας nominabant: ſed is in Numidia erat, *Cellarum Veterum* nomine inſignis. Plures per Africam *Cellæ* diſperſæ erant, rusticis inhabitatæ. Ab his *Circumcelliones* titulum reportarunt. Auguſtinus L. I. cont. Creſconium C. 28. *Quis enim neſcit hoc genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus otioſum, crudeliſſimum in mortibus alienis, viliſſimum in ſuis, maxime in agris territans & victus ſui cauſſa Cellas circumiens rusticanas, unde & Circumcellionum nomen accepit.* Ex his Cellis Epiſcopus fuit *Creſciturus Cellenſis*, quem Notitia inter Mauretaniæ Sitifenſis præſules numerat. WESS.

MACRI M. P. XXV.] *In unico N.* Matri *pro* Macri *legitur.* SVR.

MACRI] Rectum eſt *Macri*. Anaſtaſius hinc *Macrim* formavit. Haud longe à deſertis Mauretaniæ locis abfuit. Victor Tununenſis ſub Conſulatu Zenonis Auguſti: *Hunericus Vandalorum Rex perſecutioni per totam Africam inſiſtens, Tubunnis, Macri, Nippio, aliiſque eremi partibus Catholicos relegat.* Huc refero *Ferocem Epiſcopum Macrienſem*, qui Concilio Carthaginenſi III. ſubſcripſit. vide & Collat. C. 206. WESS.

SABI M. P. XXV.] *Ita legitur in Re. cum reliqua* Zabi *habeant &* M. P. XXX. SVR.

ZABI] Libri omnes, quos inſpicere datum eſt, *Zabi* M. P. XXX. Neque eſt cur hoc ſpernamus. *Zaben* regionem in Sitifenſi Procopius L. II. B. V. C. 20. memorat, hinc forte dictam. Huic manſioni Epiſcopus præfuit *Felix Zabenſis*, notus ex Optato L. II. Schiſ. D. C. 18. nam quin recte ex codice S. Germani Th. Ruinartus & El. du Pin in locum *Diabenſis* id ſubſtituerint, dubium eſſe non poteſt. WESS.

ARAS M. P. XXX.] *R. legit, reliqua vero* M. P. XVIII. SVR.

ARAS] Nullus noſtrorum codicum eſt, qui XXX. M. P. receperit: XVIII. M. omnes. *Donatus Epiſcopus Arenſis*, qui traditores in ſua plebe haberi negat, eſt in Collationis C. 201., & C. 208. *Secundus Arenſis*. El. du Pin, utrumque Numidiæ adſcribens, à vero longius receſſit: alteruter ad Sitifenſem referendus eſt WESS.

TATILTI] *Tatilli* vel *Tatildi.* SIML.

TATILTI M. P. XVIII] *Cum optimo exemplari Regio conſentit in hac lectione pervetuſtum Blandinianum. Quin & Longolianum eandem præfert. niſi quod* Tatilli *emendat, quemadmodum legitur in manuſcripto Neapolitano.* SVR.

TATILTI] Pariſienſes, Vaticanus editique libri *Tatilli*. Idem in ſuis Anaſtaſius invenit. Alibi hujus ſequentiumque nomina mihi ſeſe vix objecerunt. WESS.

AVZAM M. P. XLIIII.] Auza M. P. XLIIII. *habetur in R. cum reliqua præferant* XLVII. SVR.

AVZA] Unus Pariſienſium *Auza M. P. XLVIII.* ceteri una paſſuum millia detrahunt Videtur eſſe Taciti An. IV. C. 25. *Auzea*, ut Clar. Cellarius jam monuit. WESS.

RAPIDI M. P. XVI.] *Regium, & Blandinianum ac Longolianum: ſed in hoc* XV. *emendatum: quemadmodum in Neap. legitur.* SVR.

RAPIDI] In eodem Pariſienſi codice XV. M. tantummodo. Nugator Anaſtaſius *Raridem* legit. WESS.

TIRINADI M. P. XV.] *Habetur in R. Cum reliqua* Tiranadi *præferant.* SVR.

TIRINADI] Noſtri fere *Tiranadi*, Voſſianus *Tirada*, ſed dein in *Tiranada* mutat. WESS.

CAPVT CILLANI] In libro Notitiarum men-

TIRINADI. M. P. XXV.
CAPVT CILANI. M. P. XXV.
SVFASAR. M. P. XVI.
AQVIS. M. P. XVI.
CAESAREA. M. P. XXV.
ITER A SITIFI SALDAS. M. P. LXXIX. Sic.
HORREA. M. P. XVIII.

LES-

mentio fit *limitis Caputcellenſis* in Mauritania Cæſarienſi & in Africa. SIML.

CAPVT CILAM. M. P. XXV.] *Habet R. cum Blandinianum exemplar & Neapolitanum* caputcillam *habeant. Longolianum* Caput Cillani: *ut forte legendum ſit* Caput Cilani: *aut æſtimandum an caput fluminis deſignet: ut apud ipſum Antoninum* Caput Thyrſi: *& in Hiſpaniæ deſcriptione*, caput Anæ. *In notitia præterea Romani Imperii ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Africæ conſtituitur* Præpoſitus Limitis Caput Cellenſis: *& item ſub diſpoſitione viri ſpectabilis, & Præſidis provinciæ Mauritanæ Cæſarienſis.* SVR.

CAPVT CILANI] In Anaſtaſii Epitome *Caput Cilani* invenio, eoque modo noſtri codices. Si in Cæſarienſi Mauretania fluvius *Cilanus* eſſet, non dubitarem Suritæ accedere. Ego eum nuſquam reperi. *Limes Caputcillenſis* & *Fortis Caputcillenſis* in Notitia inter Mauretaniæ Cæſarienſis Præſules *Caputcillam* videntur conſtabilire: neque enim a *Capite Cillani* recte id formaveris. Tutius arbitratus ſum vulgatum retinere, quoad melior lux affulgeſcat. WESS.

SVFASAR] Forte *Succabar:* Plinio & Ptolemæo *Zuchabar.* Marcellino *Sugabarritanum municipium Transcellenſi monti acclive.* SIML.

SVFASAR M. P. XVI.] *Habetur tantum in exemplari regio* Sufus, *cum omnia exemplaria* Sufaſar *habeant: & eam præferendam lectionem eſſe minimè dubito. Cum in hoc ipſo exemplari Regio infra* Sufaſar *habeatur.* SVR.

SVFASAR] Ex Vaticano Schelſtrate dedit *Sufar*, intra vero *Sufaſar. Sufuſar* liber N. Cuſani. Ravennas L. III. C. 8. *Sufaſa*, una litera demta. *Reparatus Epiſcopus plebis Sufaſaritanæ*, qui in Collationis C. 135. Catholicis accenſetur, *Sufaſar* veriſſimum eſſe oſtendit. Simleri ſuſpiciones damnantur à Notitiis Eccleſiaſticis, *Sufaſaritanum* & *Sugabarritanum* Epiſcopos diſcernentibus. V. Collationis C. 135. & Th. Ruinartum ad Notit. Mauretaniæ Cæſarienſis. WESS.

AQVAS M. P. XVI.] *Re.* Aquis M. P. XVI. *atque item Blandinianum & Longolianum: In Ne.* mpm. XV. *Forte balnea deſignat, quæ à Ptolemæo in mediterraneis Cæſarienſis provinciæ ὕδατα θέρμα. Nam ſolo* aquarum *nomine à Latinis* Calidæ, *aut* Balnea *deſignabantur. Hinc apud Ciceronem* pro Plancio C. 27. unus ex iis qui ad aquas veniſſent. Ex aquis Bibilitanorum *apud eundem Antoninum ſatis apparet Balnea deſignari: & pluribus aliis locis.* SVR.

AQVIS] Prorſus ad Suritæ mentem Ravennas L. III. C. 8. *Aquis Calidis. Aquenſem* Epiſcopum Januarium ex Notitia huic manſioni imponunt. *Aquitaniam civitatem*, cujus metropolitanus Creſcens CXX. Epiſcopis præfuiſſe dicitur in Victoris L. I. Perſ. Vand. C. 7., eandem atque hanc St. Baluzius ad Collat. Carth. C. 135. opinabatur. Mihi ea non eſt confidentia. WESS.

HORREA] Veteres editiones & Pariſienſes libri *Orrea.* Vaticanus *Horrea M. P. XXVIII.* Videntur hæc & ſimili nomine manſiones ab horreis fiſcalibus appellatæ. Paſſim per Africam ſparſa erant horrea, in quæ annona inferebatur, Romam deportanda. Eorum non Ammianus tantum meminit L. XXVIII. C. 1. *Cum Africam Proconſule regeret, Carthaginienſibus victus inopia jam laſſatis, ex horreis Romano populo deſtinatis frumentum dedit:* ſed in legibus ſuis Imperatores. L. 16. C. Theod. de Suſceptoribus ad Chilonem Africæ Proconſulem: *Frumenta, quæ horreis inferantur, pro inlationis modo illico apocharum cautionibus annotentur. Non autem oportet in horreis fiſcalibus niſi fiſcalia frumenta conſtitui.* & L. ult. Erant quoque, quibus horreorum & frumenti cura erat commiſſa. *Præpoſitos horreorum* appellat Lex 49. C. Th. de Decurionibus, ſicuti munus

LESBI.	M. P. XVIII.
TVBVSVPTVS.	M. P. XXV.
SALDAS.	M. P. XVIII.
ITER A LAMBESE SITIFI.	M. P. CII. Sic.
TADVTTI.	M. P. XVIII.
NOVA SPARSA.	M. P. XXXII.
GEMELLAS.	M. P. XXVII.

SITI-

nus ipſum *Præpoſituram horreorum* L. 8. de Suſcept. Præter hæc horrea, alia in provinciis erant, in quibus annona aſſervabatur, militibus dividenda, de quibus Freherus ad Auſonii Moſellam ỳ. 300. WESS.

LESBI M. P. XVIII.] Fuit in Mauretania Sitifenſi, ut Notitia Africæ docet. Hic Epiſcopi partes egit *Romanus Leſvitanus* in Collationis C. 198. memoratus. Imprudenter ergo Car. à S. Paullo urbem *Lesvitam* nobis obtruſit. WESS.

TVBVSVPTVS] *Tubuſuttus* & *Tubuſuptus* Ptolemæo Plinio & Ammiano oppidum Ferrato monti proximum. Præpoſitus *limitis Tubuſubditani* ſub diſpoſitione V. S. Comitis Africæ limetanei recenſetur in libro Notitiarum. SIML.

TVBVSVPTVM M P. XXV.] *In optimo exemplari* Tubuſuptus *legitur: Cum reliqua facili errato* Tubuſuttus *retineant. Plinius in Mauritaniæ Cæſarienſis deſcriptione in manuſcriptis exemplaribus L. 5. C. 2.* Intus, *inquit*, colonia Auguſta, quæ item Succubar, item Tubuſuptu. *Ptolemæo* Τυβάσυπτ@. *Ammianus libro 29. C. 5.* ad Tubuſuptum progreſſus oppidum Ferrato contiguum monti. *In Notitia Provinciarum, ſub diſpoſitione Comitis Africæ, inter limitaneos recenſetur Præpoſitus limitis* Tubuſubditani: *in vetuſto itidem exemplari.* SVR.

TVBVSVPTVS] Libri varie vocabulum ſcribunt. Vaticanus modo *Tubus juttus*, modo *Tubus vetus*. Pariſienſes *Tubuſuttus*. Anaſtaſius *Tubuſuttam*. male omnes. Verum pervidit Surita. Collationi Carthaginienſi adfuit *Florentius Epiſcopus à Tubuſuptu* C. 187. Ravennas L. III. C. 8. *Item ſuper aliam partem, ſupra jam dictam civitatem Saldas, eſt civitas, quæ dicitur Tubuſubros.* Noſtram intelligit. Ferrato monti appoſitam fuiſſe Tabula quoque indicat. Pertinet is à colonia Ruſuccuro Saldas uſque. Deeſt hæc civitas Martiano L. VI. p. 216., ſed contra MSS. fidem: ſic enim illi: *ceteraque civitates, atque Igilgitubuſubtu*, &c. Dederat Capella *Igilgeli*, *Tubuſubtu*. WESS

ITEM A' LAMBESE SITIFI M. P. CII.] *Sic omnibus conſentientibus exemplaribus. Ptolemæo inter Numidiæ novæ, Africæ provinciæ, urbes* Λαμπάισα λεγιὼν τρίτη σεβάστη. *In Carthaginienſi Cornelii Papæ tempore Januarii à* Lambeſe *Epiſcopi extat ſententia.* SVR.

ITER A' LAMBESE SITIFI] Vide hic ſtuporem Anaſtaſii, qui *Alambeſem* urbem nobis commentus eſt. Fuit *Lambeſe* in Numidia & coloniæ dignitate illuſtris. *Privatum veterem hæreticum in Lambeſitana colonia damnatum* Cyprianus Epiſt. 55. notat. v. Probabilium meorum C. 24. WESS.

TADVTTI] *Taducii* vel *Tadutidum*. Ptolemæo forte *Thumudromum*. SIML.

TADVTTI M. P. XVIII.] *Regium exemplar habet: cum in reliquis* Taducii *legatur. At in eo itinere, quod à* Tamugadi Lamasbam *ducitur, idem exemplar* Tadutti *item retinet: cum reliqua* Taduditi *habeant: ut meritò Regii exemplaris lectio præferenda videatur. Illud præterea monendi ratio appetit, ut videant docti viri, an id oppidum, quod* Θάβλις *Ptolemæo poſt* Lampæſam *in ea Theſi conſtituitur, cum hoc Antonini convenire poſſit.* SVR.

TADVTTI] Ex Vaticano dedit Schelſtrate *Tadutti*, nec longe hinc abeſt Pariſienſium unus, *Tadutii* edens. *Taducu* liber Cuſani. Tabula *Thadute* habet. *Thunudromum*, hoc verum coloniæ nomen, ſive *Thynidrumenſe oppidum*, ut Plinio dicitur L. V. C. 4., ut cum hac manſione conveniat, non patiuntur numeri Ptolemæi. De *Thubuti* quoque dubitaverim. Propius ad eam accedit Tabulæ *Thabudeos*. WESS.

NOVAM SPARSAM M. P. XXXII.] *In Concilio Carthaginienſi cui D. Cyprianus præſedit Rogatiani Epiſcopi à* Nova *exſtat ſententia.* SVR.

NOVA SPARSA] Incertum eſt, præfueritne

SITIFI. M. P. XXV.
ITER A THEVESTE PER LAMBESEM SITIFI. M. P. CCXII. Sic.
TIMPHADI. M. P. XXII.
VEGESELA. M. P. XX.
MASCVLA. M. P. XVIII.
GLAVDI. M. P. XXII.
TA-

ritne huic *Rogatianus à Nova.* Varia per Africam & ipſam hanc Numidiam loca fuere, quibus *Nova Novarum*que inditum fuit cognomentum. Haud longe à Teveſte *Nova* in Tabula conſpicitur, cui Rogatianus Epiſcopus eſſe potuit. Ego in medio relinquo, certus huc ſine alterius injuria transferri poſſe *Felicem Nobaſparſenſem*, quem Notitia inter Numidas tranſcribit. WESS.

GEMELLAS] Limitis *Gemellenſis* mentio fit in libro Notitiarum. SIML.

GEMELLAS M. P. XXVII.] *Reg* XXXVIII. *habet: reliqua omnia* XXVII. *quo numero ſummæ ratio conſtat. In eodem Concilio Carthaginienſi Lictei à* Gemellis *Epiſcopi ſententia exſtat: & in Notitia provinciarum ſub diſpoſitione Comitis Africæ recenſetur inter limitaneos Præpoſitus Limitis* Gemellenſis. SVR.

GEMELLAS] Refert & Car. à S. Paullo Litteium Epiſcopum ad has *Gemellas*. Luc. Holſteinius coloniam fuiſſe ex nummo Ligorii, in quo inerat ÆLIA HADRIANA GEMELLINA, arbitratus eſt. Mihi exploratum non eſt, ad has an alteras Gemellas, de quibus in itinere à Telepte Tacapas, pertineat: nam alteras *Gemellas* ab his diſcrepaſſe, quod ſubdubitare viſus eſt ad Notitiam Africæ Th. Ruinartus, extra dubium eſſe debet. Illæ erant in Byzacio: hæ in finibus Numidiæ & Mauretaniæ Sitifenſis. In Indice Martyrum Hieronymiano, quem L. d'Achery publicavit, a. d. XI. Kal. Feb. mentio eſt loci in Africa *Ad Gemellas*, de quo nihil certi finio, cum præter Gemellas, quas dixi, plures in Tabula occurrant. WESS.

LAMBESEM SITIFI. M. P. CCXII.] In Pariſienſium uno M. P. CCXXII., librarii peccato. Una paſſuum millia ſummæ deficient, ſi ſingula numerare inſtituas, ſed ea explebimus. WESS.

TIMPHADI M. P. XXII.] *Habent vetuſta exemplaria: cum in Regio legatur* Tinfadi. SVR.

TIMPHADI] *Tinfadi* dat quoque Vaticanus, Lugdunenſisque editio. Alii aut *Tinphadi* aut *Timphadi*. WESS.

MEGESELA M. P. XXII.] *In regio habetur exemplari: cum reliqua* Vegeſela *habeant*. SVR.

VEGESELA] *Vegeſela*, ut in omnibus eſt, quos conſulere licuit, verum urbis nomen eſt. Carthaginienſi Concilio ſub Bonifacio pro Januario Muſculitano ſubſcripſit *Januarius Epiſcopus Vegeſilitanus Provinciæ Numidiæ*. Ad hanc Numidiæ urbem referenda ex Paſſione S. Marculi *poſſeſſio, cui Vageſelæ nomen eſt*. Sic edidit Joan. Mabillonius in Analectis p. 182. Nov. Edit. Sed obloquitur codex Corbeienſis, *Vegeſele*, teſte Ruinarto, porrigens. Quare laudem meritus eſt El. du Pin, qui in repetita Paſſionis ejus editione hoc expreſſit. WESS.

MASCVLA M. P. XVIII.] *Regium* Muſcula M. P. XVIIII. *habet. Blandinianum, & Longolianum* Maſcula XVIII. *Neapolitanum* Maſtula XVIIII. *Attamen cum in eodem Carthaginienſi Concilio Confeſſor Clarus à* Maſcula *ſententiam ferat, placet eâm præferre dictionem: atque item numerum* XVIIII. *quod eo ſummæ univerſæ ratio conſtet*. SVR.

MASCVLA] Quin rectum ſit *Maſcula*, dubitari non debet. XVIIII. M. P. in Vaticano quoque invenit Schelſtrate, & nos in Voſſii Cuſanique ſchedis. Celebris provinciæ Numidiæ urbs fuit. Ex ea originem habuit Archinimus, de quo Victor L. I. P. Vand. C. 15. *Sed nec quendam Archinimum nomine Maſculanum debeo præterire*. Id mireris *Maſculanum* appellari, cum Afri à Maſcula Maſculitanus formarint. Equidem, cum in MSS. plurimis *Maſculam* aut *Maſculan* legatur, Victorem putaverim urbis nomen ſexto caſu poſuiſſe, quomodo in Plauti Mercatore *hoſpes Zacyntho* pro Zacynthio, ſimiliaque alibi. WESS.

GLAVDI] *Claudi* vel *Cludi*. SIML.

GLAVDI M. P. XXII.] *Habet Regium exemplar:*

TAMVGADI.	M. P. XXII.
LAMBESE.	M. P. XIIII.
DIANA.	M. P. XXXIII.
NOVA PETRA.	M. P. XIIII.
GEMELLAS.	M. P. XXII.
SITIFI.	M. P. XXV.
ITER A TVRRI CAESARIS CIRTA.	M. P. XL. Sic.
SIGVS.	M. P. XV.

CIR-

plar: *Blandinianum & Neapolitanum* Claudi: *Longolianum* Cludi: *ſed* Claudi *nomine miniaceo corrigitur.* SVR.

GLAVDI] Amplectuntur codices noſtri cum prioribus editionibus *Claudi.* Fors fuit, ut à *Claudio* cognomentum manſioni advenerit. WESS.

TAMVGADI M. P. XXII.] *In Regio exemplari* Gamugadi *habetur: ſed cum in reliquis* Tamugadi *legatur, & ipſum Regium exemplar in Itinere à* Lambeſe *Cirtam* Tamugadi *edat, haud dubiè id adponendum nomen. In Carthaginienſi Concilio tempore Cornelii Papæ ſententiam tuliſſe Novatum à* Tamugade *legimus. Procopius de Bello Vandalico libro* 2. *C.* 13. *urbem* Tamugadim *Mauruſios ad ſolum vertiſſe memorat, ne hoſtibus ſtatio eſſet ad expugnandum Auraſium montem, qui dierum iter decem à Carthagine diſtaret.* SVR.

TAMVGADI] Urbs hæc Auguſtino Ep. 204. N. E. *Thamugadis. Quod tales homines apud Thamugadem prius edicto admonendos putaveris. Thamugadi* eſt L. 2. C. Th. de Honorariis codicillis. Paſſio S. Mammarii in Analectis Joan. Mabillonii p. 178. *Tamugadi.* vide quæ notavit St. Baluzius ad Geſta de traditore Silvano L. 11. Miſcellaneorum p. 480. WESS.

DIANA] Eadem forte, quæ poſt *Diana Veteranorum* nominatur. Supra etiam poſt Hipponem Regium ponitur *Ad Dianam*, vel, ut alii legunt, *Addianum.* SIML.

DIANA M. P. XXXII.] *Regium exemplar* XXXII. *cum reliqua* XXXIIII. *habeant: ſed cum numero* XXXII. *totius univerſæ ſummæ ratio appareat, eam amplectimur. Illud præterea advertendum in Neapolitan.* pro Diana Dama *legi.* SVR.

DIANA] Editi pariter ac manuſcripti M. P. XXXIIII. ſolus Vaticanus unum aufert. Templum Dianæ huic manſioni nomen fecit, ut alias dicam. WESS.

NOVA PETRA] Caſtellum fuit, cujus ſitum adſcribam ex Paſſione S. Marculi inter Analecta Mabillonii, p. 183. *At vero poſtquam exquiſitum atque truculentum genus mortis invenit, ſtatim eum ſecum ad Caſtellum Novæ Petræ, quod ardui montis præcipitio & nomine & vicinitate conjunctum eſt, ſub artiſſima militum proſecutione perduxit.* Eſt quidem a Mabillonio *Novæ Portæ*, ſed, ut reſcripſi, inveni deinceps in Paſſionis editione, quam Optato El. du Pin adjunxit. Huc quoque refero *Petrenſes* martyres, quorum in vetuſto Carthaginienſi Calendario, p. 167. Analectorum eorundem, memoria conſecrata eſt. Petra Palæſtinæ & Petræ inſulæ Italiæ, quas vir doctiſſimus Martyrum eorum cauſſa memorabat, nihil omnino ad Afros. WESS.

GEMELLAS M. P. XXII.] *Vox* Gemellas *in Regio deeſt exemplari, numero tamen* XXII. *adpoſito. Supra jam conlocata eſt.* SVR.

ITEM A TVRRI CAESARIS] *R.* It Turres Cæſaris *habet: Blandinianum vero & Neapolitanum* Item à Turris Cæſaris: *Longolianum* Iter à Turri Cæſaris. Turrium *nomine, ſuburbana priſcis illis temporibus, aut prædia in Africa nuncupari, quemadmodum apud noſtros Cæſar-Auguſtæ moris eſt, Livii teſtimonio didicimus. Libro enim* XXXIII. *C.* 48. *de Annibale*, Obverſatus, *inquit*, eo die in foro avertendæ ſuſpicionis cauſa, primis tenebris veſtitu forenſi, ad portam cum duobus comitibus ignaris conſilii eſt egreſſus. Cum equi, quo in loco juſſi erant, præſto fuiſſent, nocte via cita regionem quandam agri Vocani tranſgreſſus, poſtero die mane inter Achollam, & Thapſum ad ſuam turrim pervenit. SVR.

ITER A TVRRI CAESARIS] Malim credere *Turrim* hanc ad hoſtes arcendos fuiſ-

ſe

CIRTA.	M. P. XXV.
ITER A TAMVGADI LAMASBAM.	M. P. LXII. Sic.
TADVTTI.	M. P. XXVIII.
DIANA VETERANORVM.	M. P. XVI.
LAMASBA.	M. P. XVIII.
ITER A LAMASBA SITIFI.	M. P. LXII. Sic.
ZARAI.	M. P. XXV.

PER-

se exstructam. Sparsæ enim hac fini per provincias locis opportunis turres erant. Ammianus L. XXVIII. C. 2. *At Valentinianus magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnem à Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens & castella, turresque assiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo.* De Africæ turribus nullus dubitabis, si apud animum tuum *turrim regiam* Jugurthæ, apud Sallustium C. 103. *turrimque Euphrantæ*, Strabonis L. XVII. p. 836. *turrim Tamalleni* infra in itinere à Tacapis Leptim, pluresque alias, passim in Tabula conspicuas, consideraveris. Vide tamen Gothofredum ad L. XIII. C. Th. de Operibus publicis: pæne præterieram *A turris* in nostris esse. WESS.

SVGVS M. P. XV.] *Habet R. reliqua vero* Esigus *& supra* Sigus: *neque vetustissimi exemplaris lectionem negligendam visum est: præsertim cum infra in Itinere à Musti Cirtam* Sugus *idem exemplar habeat: & reliqua* Sigus: *totidemque* M. P. XXV. *adnumerentur.* SVR.

SIGVS] Vaticanus *Figus* sine passuum numero: in ceteris magna discrepantia. Rem supra declaravi. WESS.

A TAMVGADI LAMASBAM M. P. LXII.] *Habent exemplaria omnia.* Lamasbæ *fit mentio in Concilio Carthaginiensi, cui D. Cyprianus præsedit: in eo enim Pusillus à* Lamasba *sententiam protulit.* SVR.

TAMVGADI] Simlerus cum Lugdunensi editione LXXII. M. P. adnumerat, scriptis adversantibus. Lamasba, Numidiæ urbs, Tabulæ est *Lamasbua.* Stupor Anastasii ex sequenti itinere *Alamasmam* exsculpsit. Urbis Episcopus in Collatione modo *Lamasvensis* modo *Lamasbensis* dicitur, solito exscriptorum peccato. v. C. 128, & 187. WESS.

DVANA VETERANORVM. M P. XVI.] *In R. quam lectionem retinendam duximus, cum reliqua omnia* Diana veteranorum *præferant.* SVR.

DIANA VETERANORVM] Non assentior doctissimo Suritæ, *Duana* ex Regio suo probanti. Omnes alii *Diana.* Fuit inibi fanum Dianæ, in Tabula expictum Lambesem inter & Lamasbam, ex quo *Ad Dianam* mansio ibidem dicitur. Supra *Diana* tantummodo appellabatur, hic *Veteranorum* additum nomen indicio est, veteranos eo loci aut incoluisse, aut in stationibus fuisse. Neque mirandum est, figuram templi Dianæ in Tabula, sub Christianis Imp. compositæ, conspici. Certum enim est, superstitiosum fictorum numinum cultum satis diu in Africa floruisse. Lege, si videbitur, quæ de Cœlesti Afrorum dæmone, Salvianus scripsit L. VIII. Gubern. p. 163. WESS.

ZARAT M. P. XXV.] *Vetusta exemplaria omnia, & Longoliani libri* Zarai *præferunt: pro qua dictione ego* Zarat *substituendam sum arbitratus, Apulei loco admonitus. Is enim priore Apologia* p. 289. *adversus Aemilianum accusatorem hæc subdit.* Attamen parce, Aemiliane, pauperatem cuipiam objectare, qui nuper usque agellum Zarathensem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestivum himbrem triduo exarabas, *Et paulo post.* Neque hoc eo dixi, quo me patriæ meæ pœniteret, etsi adhuc Syphacis oppidani essemus: quo tamen victo ad Masiniſſam regem concessimus munere populi, ac deinceps veteranorum militum dono conditi, splendidissima colonia fuimus: in qua colonia patrem habui loco Principis duumviralem, cunctis honoribus perfunctum. Cujus ego locum in ea repub. exinde, ut participare curiam cœpi, nequaquam degener, pari spero honore & existimatione tuear. Cur ergo illa protuli? ut mihi tu, Aemiliane, minus post hac succenseas, potius-

PERDICIBVS.	M. P. XII.
SITIFI.	M. P. XXV.
ITER A CALAMA RVSVCCVRO.	M. P. CCCXCIIII. Sic
AD RVBRAS.	M. P. XX.
AD ALBVLAS.	M. P. XXX.
AD DRACONES	M. P. XIIII.
AD REGIAS.	M. P. XXIIII.

TA-

que ut veniam impertias, ſi per negligentiam forte non elegi illud tuum Atticum Zarathe, ut in eo naſcerer. SVR.

ZARAI] Non auſim ſpreta librorum omnium auctoritate *Zarat* recipere. *Zarai* ſeſe mihi approbavit. Adfuit Collationi Carthaginienſi *Creſconius Epiſcopus plebis Zaraitenſis*, in C. 128. relatus. Ne quid diſſimulem tamen, *Zaras* Tabula præfert, ſed ortum, ut ego quidem putem, ex *Zarai*, vitio ſcripturæ, quo modo *Taray* N. Cuſani codex. *Zarathe* Apuleji eadem recte viſa viris eſt doctis, quæ Ptolomæi in Mauretania *Zarattha*. Vaticanus liber paſſuum millia unis auget. WESS.

PERDICIBVS] Sic dant MSS., idque adeo contemnendum non erat: unus Pariſienſium appinxit XV. M. P. WESS.

ITEM A CALAMA] *Gala*. Ptolemæo *Galapha*. SIML.

ITEM A CALA RVSVCCVRVM P. M. CCCXCIV.] R. Item à Calamaru Succurru M. P. CCXCIV. *Reliquorum tamen exemplarium lectionem retinemus, quod numeri ſingulares* CCCXVIII. *ſummam conficiant.* SVR.

ITER A CALAMA RVSVCCVRO] *Cala* miro conſenſu omnes noſtri. Simlerus edi juſſit *Calab*, haud ſcio unde; receptum id quoque eſt in Tabula Africæ G. de l'Iſle. Mihi verior viſa eſt codicis Regii ſcriptura. *Calama* Epiſcopo Poſſidio nobilis eſt: verum ea alia atque hæc eſt, Hipponi Regio proxima, ut ex Auguſtino L. XXII. Civ. D. C. 8. apertum eſt. Hæc in mediterraneis Mauretaniæ Cæſarienſis poſita fuit, putemque eam eſſe, quam in eadem Mauretania *Celamam* Κελαμώ Ptolemæus appellat. Paſſuum millia plura dedit Surita, quam generalis ſumma poſtulabat. In notis ſcribere voluiſſe videtur CCCXCVIII. WESS.

AD RVBRAS] Hinc fuiſſe exiſtimaverim *Sanctos Rubrenſes*, quorum memoria conſignata eſt a. d. XV. Kal. Feb. in vetuſtiſſimo Calendario Carthaginienſi. Multa Joan. Mabillonius, vir longe doctiſſimus, Analectorum ſuorum p. 167. congeſſit, ut, unde domo fuerint, conſtitueret, quæ, ſi hujus loci fuiſſet recordatus, haud dubie una litura induxiſſet. WESS.

AD ALBVLAS.] Manſionis quoque meminit Ravennas L. III. C. 8. Hinc dictum volunt *Tacanum Albulenſem*, quem Notitia Mauretaniæ Cæſarienſis patribus annumerat. WESS.

AD DRACONES] *Ad Drachonos* vel *Dracones*. SIML.

AD DRACONOS M. P. XIV] *Omnia exemplaria* ad Draconos *habent: cum Reg.* ad Dracones *præferat: tamen cum alias Græco caſu nomina aliqua edantur in hoc Itinerario, retinemus eam lectionem.* SVR.

AD DRACONES] Variant noſtri quoque. *Drachones* Vaticanus. Pariſienſium unus *Dracones*, quo modo Ravennas L. III. C. 9. Alii *Draconos*. Mihi *Ad Dracones* verius eſt viſum. Forte è ſtatua tabulave picta nomen ortum. Simile eſt in lapide 177. C. 2. Fabretti. LAETVS PVBLICVS POP. ROMANI AQVARIVS VETERIS CASTELLI VIAE LATINAE CONTRA DRACONES. WESS.

AD REGIAS.] Huic impoſuit Th. Ruinartus Epiſcopum Victorem, quem Notitia inter Mauretaniæ Cæſarienſis patres *Regienſem* appellat. WESS.

TASACCORA] Reſtitui hoc in integrum, expulſo Suritæ *Taſagora*, obſecutus veteribus libris. Ravennas *Taſacora* & *Taſagora*, quorum poſterius illi flumen eſt, per Cæſarienſem Mauretaniam in mare excurrens. *Pœquarius Taſaccurenſis* ex Notitia, quod dedimus, firmat. WESS.

CASTRA NOVA] Habet hæc *Caſtra* Ravennas L. III. C. 9. Sed in Tingitana, quam inibi

TASACCORA.	M. P. XXV.
CASTRA NOVA.	M. P. XVIII.
BALLENE PRAESIDIO.	M. P. XX.
MINA.	M. P. XVI.
GADAVM CASTRA.	M. P. XXV.
VAGAL.	M. P. XVIII.
CASTELLVM TINGITII.	M. P. XVIII.

TI-

inibi cum Cæsarienſi fere confundit: nam quæ ipſi Mauretania Gaditana dicitur, ea revera Tingitana eſt. His præfuit *Caſtris* Vitalis *Caſtranobenſis*, ut in Notitia appellatur. WESS.

BALLENE PRAESIDIO] *Ballene præſidium* vel *Pellenæ*. SIML.

BALLENE PRAESIDIO M. P. XX] *Reg.* Ballene præſidio M. P. XX. *& item Neap. Bland. vero* Ballene præſidio M. P. XXV. *Longolianum*, Ballene præſidio mpm. XV. *& milto emendat* XX. SVR.

BALLENE PRAESIDIO] Ex Vaticano Schelſtrate vulgavit *Ballene*. In Pariſienſibus exemplaribus *Pellenæ*. *Ballene Præſidio* Voſſii & Cuſani liber. Idem invenit exemplaris Fabriciani poſſeſſor primus in MSS. Mihi quid verius ſit, in aperto non eſt. Cogitandum eſt, utrum à *Bellene è principibus Mazicum*, de quo Ammianus L. XXIX. C. 5. præſidio huic nomen ſit datum. WESS.

MINA] Ptolemæo *Miniaria*. SIML.

MINA] Habet in Cæſarienſi Mauretania fluvium cognominem Ravennas L. III. C. 8. *Secundinus Epiſcopus plebis Minenſis provinciæ Mauritaniæ* ſubſcripſit Concilio Carth. ſub Bonifacio, ut Th. Ruinartus monuit: in Notitia eſt *Minnenſis*. WESS.

CADAVM] vel *Cadauni* caſtra. SIML.

GADAVM CASTRA M. P. XXV] *Legimus quemadmodum in R. habetur. Reliqua* Cadaum *habent*. SVR.

GADAVM CASTRA] Caſtrorum meminit Ravennas L. III. C. 9. ſed *Cadum* vocans. Anaſtaſio *Caddaum*: ceteri omnes *Cadaum*. Quid verius eſſe debeat, non facile dixerim. WESS.

VAGAL] Vel *Vagai*. In libro Conciliorum *Bigai*, & apud Auguſtinum *Bagai*. Aliud eſt *Vagenſe oppidum* apud Plinium. Ptolemæo *Vagæ*. SIML.

VAGAL M. P. XVIII.] *Re.* Vaga: *reliqua* Vagal: *atque ita legendum apparet: ut id oppidum ſit quod in Cæſarienſi eſt Ptolemæo* Οὔαγα: *&* Οὔαγαλ *forte corrigendum: nam aliud videtur Ptolemæo oppidum in Africa provincia inter* Myræum *&* Lares, Οὔαγα. *Silius Italicus lib.* 3. 259.

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. SVR.

VAGAL] Libens ad Ptolemæi Οὔαγα Bagaienſe Concilium referrem, cujus multo frequentiſſima mentio eſt in lite Donatiſtica, ni ex Auguſtino Concion. II. in Pſalmum XXXVI. oppidum *Bagai* in Numidia fuiſſe appareret: Idem facile colligas ex Procopio L. II. B. Vand. C. 19. urbem ait Βάγαϊν haud longe ab Abiga fluvio, qui ex Auraſio monte defluit, fuiſſe. Uterque vero & mons & flumen in Numidia. L. Holſteinius id Concilium *Vagæ* conveniſſe cenſuit, ſed errans. Diverſa oppida fuiſſe *Bagai* & *Vaga* recte monuit H. Noriſius L. II. Hiſt. Pelag. C. 8. Auguſtinus enim. L. VI. de Baptiſmo Synodo Cypriani adfuiſſe oſtendit *Felicem à Bagai* C. 19. & *Liboſum à Vaga* C. 37. Hoc obiter. Redeo in viam. *Vagal* verum eſſe *Miggin Epiſcopus Vagalitanus* in Collatione Carth. C. 208. ſignificat. WESS.

CASTELLVM TINGITII] Caſtellum *Tingitu* vel *Tingiani*. Hoc forte id eſt, quod Marcellinus *Caſtellum Tingitanum* vocat. SIML.

CASTELLVM TINGITANVM.] *De* Tingitano Caſtello *Ammianus libro* 29. C. 5. Ad Tingitanum Caſtellum progreſſus per Ancorarium montem Mazices in unum collectos invaſit. SVR.

CASTELLVM TINGITII] *Tingitii* probant libri omnes. *Tingitanum*, quod Surita edi juſſit, nullus agnoſcit. Neque auſim ego *Tingitanum* Ammiani *Caſtellum* huc revocare. Longius noſtrum à Tingitana remotum eſt. Gennadius C. 78. *Voconium Caſtellani Mauritaniæ oppidi Epiſcopum* memorat, qui utrum huic an alii præfuerit, non finiverim. Ego, quod MSS. dabant, repellere nolui. WESS.

TIGAVDA MVNICIPIO.	M. P. XXII.
OPPIDO NOVO COL.	M. P. XXXII.
TIGAVA CASTRA.	M. P. II.
MALLIANA.	M. P. XVI.
SVFASAR.	M. P. XVIIII.
VELISCI.	M. P. XV.
TANARAMVSA CASTRA.	M. P. XVI.
TAMARICETO PRAESIDIO.	M. P. XVI.
RAPIDA CASTRA.	M. P. XVI.

RV-

TIGAVAS MVNIC. M. P. XXII.] *R.* Tigavas municipio M. P. XXII. *Bl.* Tigauta municipio M. P. XXII. *& emendat* Tigauda: *Ne.* Tagauda municipio mpm XXII. *Librarius Longolianus* Tigauda, *cum emendatione vocis* Tagauda. *Ptolemæo in Cæsarienſi* Τίγανα. SVR.

TIGAVDA MVNIC.] Miro conſenſu exemplaria *Tigauda Municipio.* Solus N. Cuſani *Tigaudu.* Exploratum mihi nequaquam eſt, quid præſtet. Amplexus tamen ſum quod tot libri offerebant. WESS.

OPPIDO NOVO] Hoc aliud eſt, atque id quod ſupra habuimus. Meminit hujus Ptolemæus Plinioſque, cujus verba recte conſtituit Harduinus Emend. VI. ad L. V. C. 2. In Notitia urbis noſtræ Epiſcopus *Benantius Oppidonebenſis*, aut *Oppidonobenſis*, quod in Halleri codice Ortelius vidit, dicitur. WESS.

TIGAVA CASTRA] Ammian. Marcellinus L. XXIX. C. 5. *Tigavias* nominat. Plinio *Tigavæ.* SIML.

TIVAGAS CASTRA M. P. II.] *Habet Re. Reliqui, quorum lectionem proſequimur*, Tigava. *Pl. L. 5. C. 2. tamen in Cæſarienſi Mauritania Civitates* Timici, *&* Tigavæ: *quare vetuſtiſſimi exemplaris lectionem retinemus, plurium numero: præſertim vetuſtis codicibus in eam lectionem conſentientibus.* SVR.

TIGAVA CASTRA] Hinc fuiſſe videtur *Palladius Tigabitanus*, cujus apud Auguſtinum Lib. de geſtis cum Emerito C. 1. mentio eſt. Ἐξέχοντες τῆ Θιγαβενσίας πόλεως, *Primores Civitatis Thigavenſis* in Codice Canon. Eccleſ. Africanæ C. 97. In Pariſienſi libro LI. M. P. ſunt. WESS.

MALLIANA] Μανλιάνα in Palatino Codice Ptolemæi. *Mallianenſis* ſubdiaconus Victorinus notus eſt ex Auguſtini Epiſt. 236., in cujus extrema pagina leges: *Si & alios, quos illic novit eſſe, manifeſtaverit vobis, non ſolum in Malliana, ſed & ipſa tota omnino provincia.* WESS.

SVFASAR] Conſtanter ſcripti atque editi XVIII. M. P. De urbe dictum ante eſt. WESS.

VELESCI] *Viliſci* ſive *Veleſcum.* SIML.

VELISCI M P. XV.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Veliſci M. P. XVI. *& item Longolianum: ſed miniaceis litteris* Veleſci *corrigit. Neapolitanum* Veleſti M. P. XVI. SVR.

VELISCI] In noſtris eadem diſcordia. *Veleſci, Veliſci M. P. XVI.* WESS.

TANARAMVSA] Poſt hanc manſionem ponitur in Schudi exemplari & Aldino *Tramaricitum præſidium* M. P. XVI., quod in aliis omittitur. Deinde *Rapida caſtra*, quæ in aliis ante *Viliſcum* ponuntur. SIML.

TANARAMVSA CASTRA M. P. XVI.] *Reg. liber. Reliqua* Taranamuſa caſtra. M. P. XVI. SVR.

TANARAMVSA CASTRA] Libri noſtri probant *Tanaramuſa*, neque aliter in ſuo invenit Anaſtaſius. Car. à S. Paullo hinc fuiſſe arbitratus eſt Mauretaniæ Cæſarienſis Epiſcopum, quem Notitia *Ternamunenſem.* In eaſdem cogitationes abiit St. Baluzius, *Cernamunenſem* Epiſcopum Sarmentium in Collat. C. 180. commutans in *Ternamunenſem.* Vide quæ Vir doctus inibi notavit. WESS.

TAMARICETVM PRAESIDIVM M. P. XVI] *Reg.* Tamariceto præſidio M. P. XV. *In manuſcriptis & Longoliano id deſideratur nomen: cum Aldini excuſi* Tramaricito præſidio M. P. XVI. *habeant.* SVR.

TAMARICETO PRAESIDIO] *Tamaricito præſidio* unus Pariſienſium: alter præteriit, cumque eo Simlerus. Vaticanus, & Lugdunenſe

RVSVCCVRO COLONIA.	M. P. XII.
ITER RVSVCCVRO SALDIS.	M. P. CVII. Sic.
TIGISI.	M. P. XII.
BIDIL MVNICIPIVM.	M. P. XXVII.
TVBVSVPTVS.	M. P. XL.
SALDIS COLONIA.	M. P. XXVIII.
ITER SALDIS IGILGILI.	M. P. CLIX. Sic.
AD OLIVAM.	M. P. XXX.
AD SAVA MVNICIPIO.	M. P. XXV.

SITI-

ſe exemplar ut Aldi liber. *Præſidium* hic caſtellum ipſumque locum adſignificat, in quo milites præſidio erant. Recte in Gloſſis. *Præſidium*, ὀχύρωμα. Cæſar. L. III. B. Civ. 45. *In his cum legio Cæſaris* IX. *præſidium quoddam occupaviſſet, & munire cœpiſſet.* Ubi Daviſium inſpice. *Rapida caſtra* cum ipſo hoc præſidio mihi ſe nuſquam objecerunt. WESS.

RVSVCCVRO COL. M. P. XVI.] Paſſus hi ſunt à Surita. Noſtri libri ſumma concordia XII. M. P.; Ego in integrum reſtitui. WESS.

ITEM RVSVCCVRO SALDAS M. P. CVII.] *Reg. hac in parte corruptè legit:* Item Ruſuccur Saldis M. P. XXVIII. *Blandinianum* & *Neapolitanum* Item A Ruſuccuro Saldis M. P. CVI. Sic. *At univerſalis ſumma* CVII. *deducitur.* SVR.

ITER RVSVCCVRO SALDIS] Habent Codd. *à Ruſuccuro. Saldis* male mutatum eſt, ut ſupra obſervatum. Liber Vaticanus M. P. XCVII. WESS.

TIGISI] Ptolemæo *Tigis.* SIML.

TIGIS M P. XII.] *Habet Regium exemplar: cum alia* Tigiſi *habeant. Ptolemæo in Mauritania Cæſarienſi* Τίγις. SVR.

TIGISI] Ego *Tigiſi* præfero, probatum veteribus libris & editionibus. *Tigiſi*, quod in Vaticano erat, huc ducit. Tabula *Tigiſi* XII. M. Ruſuccuro ſeparat, vulgatumque ſtabilit. *Paſſitanus Tigiſitanus* eſt inter Mauretaniæ Cæſarienſis præſules in Notitia. Celebre quoque nomen reportavit ex controverſia Donatiſtica *Secundus Tigiſitanus.* Sed is Numidiae primas ea tempeſtate obtinebat, urbique *Tigiſi* præerat, quam Cananæi, Joſuæ arma fugientes, condiderant, teſte Procopio L. II. B. Vand. C. 10. Fallitur enim egregie Joan. Seldenus ad Marmora Oxonienſia p. 139. & de Dis Syris Prolegom. C. 2., quique eum magno numero ſequuntur, *Tigiſin* Procopii, Numidiæ urbem, cum *Tingi* confundentes WESS.

BIDIL MVNICIPIVM M. P. XXVII.] *Re.* Bada municipium M. P. XXVII. *At Blandinianum & Neapolitanum exemplar, & Longolianum* Bidil municipium M. P. XXVII. *habent. Ptolemæo videtur eſſe* Βαδιλ: *ſed placuit* Bidil *opponere.* SVR.

BIDIL MVNICIPIVM] *Bidil* libri quoque noſtri oſtentant: nec multum diſſidet *Bidi* in Cuſani ſchedis. Credo tamen vitioſum eſſe, & in *Bida* tranformandum. *Bidda Municip.* Ravennas. *Syda* mendoſe Tabula. *Bidenſem Epiſcopum* in Cæſarienſi Mauretania patribus Notitia annumerat. *Præpoſitum limitis Bidenſis* ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Africæ Limitanei Imper. Occidentis Notitia ſiſtit, ubi G. Pancirollus hujus municipii oblitus non eſt. WESS.

AD OLIVAM] Habet quoque Tabula cum XXX. M. P., ſed quæ poni videntur inter *Ruha*, quod *Tubuſuptus* eſt, ut recte Ampl. Altingius in MSS. notis ad Tabulam, obſervavit, & Olivam, cum Saldis repeti deberent. Fuit in Sitifenſi Mauretania hæc manſio. *Lucium Olivenſem Epiſcopum* habes in Collat. Carth. C. 215. Videndum eſt, an hinc dictus ſit *fundus Olivetenſis*, ſic enim jubent MSS., non *Livetenſis*, apud Auguſtinum Epiſt. 105. WESS.

AD SAVA MVNIC.] A ſava: hoc in Conciliorum libro videtur nominari *Auſafa.* SIML.

AD SAVA MVNIC. M. P. XXV.] *Habet Reg. cum Blandinianum & Neapolitanum* à Sava municipio M. P. XXV. *retineat.* Σαυᾶ *fluminis oſtii meminit Ptolemæus in Cæſarienſi: ſed oppidi nullam mentionem reperi.* SVR.

AD SAVA MVNICIPIO] Edunt libri quoque noſtri *A Sava:* unde Anaſtaſius in Epi-

tome

SITIFI COLONIA.	M. P. XXIIII.
SATAFI.	M. P. XVI.
AD BASILICAM.	M. P. XVI.
AD FICVM.	M. P. XV.
IGILGILI.	M. P. XXXIII.
ITER A LAMBESE CIRTA.	M. P. LXXXIV. Sic.
TAMVGADI.	M. P. XIIII.
AD ROTAM.	M. P. XXX.

AD

tome ſua *Aſanum*, loco *Aſavum* formavit. *Ad Sava*, quod Tabula itidem probat, verum eſt. Th. Ruinartus aliique viri docti *Aſſaſenſem* ex Notitia Epiſcopum, & *plebem Aſſabenſem* huic municipio tranſcribunt. Ego cum illis paria non fecerim. Si *Safenſis* aut *Sabenſis* utrobique lectitaretur, res foret alia: ſic enim Afri ab ejuſmodi manſionibus repetita vocabula inflectunt. *Ad Albulas*, *Albulenſis*. *Ad rotam*, *Rotenſis*. *Ad ficum*, *Ficenſis*. non *Adficenſis*. Municipium nomen habet à *Savo* flumine, ad quod appoſitum fuit. Simleri *Auſafa* ex Cypriano & Auguſtino ab aliis cum hoc municipio quoque compoſitum eſt; quam recte non dixerim. WESS.

SATIFI] In quibuſdam exemplaribus ſe ordine ſequuntur, in aliis *Ad Baſilicam* interponitur. Ego dubito, an Sitifi colonia tantum ponenda ſit, idque priore loco ante *Baſilicam*. Nam alio itinere à Sitifi Saldas eadem, quæ hic, diſtantia ponitur M. P. LXXIX. *Satafi* autem prorſus omittendum: nam & alibi in primo itinere à Saldis Igilgilim diſtantia numeratur per Cobam & Muſlubium XCIII. M. P. Hic autem CLIX. M. ponuntur. Etiamſi vero aliud iter ſit, tamen nimia videtur diſtantia. SIML.

SATAFI M. P. XV.] *In Re.* M. P. XX. *ſed Blandiniani, & Neapolitani ſequimur lectionem, qui numerum* XVI. *apponunt. atque eo ratio ſummæ apparet. Poſt* Sitifi *Coloniam in R. ſtatim ſubditur* Satafi M. P. XVI. *At in Blandiniano & Neapolitano* Ad Baſilicam M. P. XVI. *interjicitur inter* Sitifi Coloniam, & Satafi. SVR.

AD BASILICAM] In Pariſienſium uno eadem eſt trajectio. Ceteri nihil diſſident. Equidem hoc loco manſionum ordinem non moverim, nedum *Satafi* cum Simlero exiſtimem inducendum. Fuiſſe hoc nomine in Sitifenſi provincia urbem, *Feſtus Satafenſis* in Notitia clamat. Aliud hic iter per loca mediterranea Igilgilim verſus deſcribitur. Tabula eaſdem manſiones, *Satafi* excepta, edit. Non ergo morari quemquam debet major locorum intercapedo, quæ Saldas inter & Igilgilim hoc itinere conſpicitur. WESS.

AD BASILICAM] Aut hic aut in Tabula manſionum facta eſt tranſpoſitio. Tabula paſſuum millia ſervat, ſed *Ad Baſilicam* propius admovet Igilgili. *Ad ficum* longius diſparat. Voſſianus hanc manſionem præteriit. *Baſilicæ* quæ fuerint, non eſt ut hic doceatur. WESS.

AD FICVM M. P. XV.] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum. At in Nea.* XVI. *habetur.* SVR.

AD FICVM] Tabula XV. M. P. tantum. *Felix Epiſcopus Ficenſis* in Collationis Carth. C. 215. memoratur. Pertinere eum ad Mauretaniam Sitifenſem ex Notitia in aperto eſt. WESS.

AD ROTAM] Vel *Rota*. Hæc à D. Auguſtino Cont. Creſconium L. III. *Rotaria* nominatur. SIML.

AD ROTAM] *Felix à Rotario* eſt apud Optatum L. I. Schiſ. Don. C. 14. Si verum vidit Simlerus, referendus ad hanc manſionem erit *Victor Epiſcopus Rotarienſis*, qui Donatiſtis accenſetur in Collat. Carth. C. 187. Ego amplio, & uberius lumen exſpecto. WESS.

AD LACVM REGIVM] Nuſquam invenire memini hunc lacum. *Quintianus Epiſcopus à Lacu dulce* eſt in Collationis C. 187. ſed ubi fuerit incertum manet. El. du Pin cum ignotam ejus eſſe poſituram profeſſus eſſet, mutata ſententia inter Proconſulares tranſcripſit, nulla addita cauſſa. In uno Pariſienſi eſt *Ad Lacum regio*. WESS.

ITEM A MVSTI CIRTAM M. P. XXXII.] *Habent manuſcripta exemplaria, & Longolianum,*

AD LACVM REGIVM.	M. P. XX.
CIRTA COLONIA.	M. P. XX.
ITER A MVSTI CIRTA.	M. P. CXCIX. Sic.
SICCA.	M. P. XXXII.
NARAGGARA.	M. P. XXX.
THAGVRA.	M. P. XX.
TIPASA.	M. P. XXXIV.

GA-

num. Eandem apparet esse hanc Siccam, *quæ ab Antonino paulo post* Sicca Veneria *cognominatur: & Ptolomæo item inter Numidiæ novæ urbes* Σίκκα Οὐενερέα, *& libro* 8. Siccam Veneriam *ab Alexandria occasum versus horis* 2. *distare prodidit. Plinio L.* 5. *C.* 3. *etiam in Numidiæ descriptione, cum ab Rusiccade in mediterraneis* Cirtam Coloniam *collocat*, & alia, *inquit*, intus Sicca. *Procopius Lib.* 2. *C.* 24. *de bello Vandalorum* Siccam Veneriam *trium dierum iter à Carthagine distare prodit.* SVR.

SICCA] Non repetam, quæ de *Sicca* dixi in Probabilibus C. 3. Cur Veneria sit dicta, declarabunt Valerii Maximi verba L. II. C. 6. 15. *Siccæ enim fanum est Veneris, in quod se Matronæ conferebant, atque inde procedentes ad quæstum, dotes corporis injuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo conjugia junctura.* Vide Seldenum Synt. II. de Dis Syris C. 7. WESS.

NARAGGARA] Ptolemaeo *Narrangara.* SIML.

NARAGGARA M. P. XXX.] *Habent duo optima exemplaria, Regium, & Blandi. In Ne. legitur* Nanragara: *& in Lon.* Narragara. *Ptolemaeo item in Nova Numidiæ descriptione juxta Theveste* Ναράγγαρα, *quam male vertes in* Narangara: *cum potius* Naraggara *traduci debeat: & item apud Liuium lib.* 30. *C.* 29. *legendum*, Scipio haud procul Naraggara urbe, *non* Nargara, *quemadmodum Carolus Sigonius in veteribus libris reperiri tradit: & apud Polybium L.* 15. *C.* 5. πρὸς τὴν πόλιν Μαρραγὸν: *neque recte ab eo traditur hanc urbem à Ptolemaeo* Ναρραγὼν *nominari: cum in Græcis libris, Colonienſi & Parisienſi excusis,* Ναράγγαρα *legi appareat. In vetustissimo præterea Titi Livii exemplari Cœnobii* Aulæ Dei *Carthusianorum ad Gallici ripas in Cæsar-augustano agro, his diebus exædificati, legitur* Scipio haud procul Naraggara urbem: *ut minime dubium sit, quin ita sit scribendum Græcis & Latinis exemplaribus contestantibus.* SVR.

NARAGGARA] Probant *Naraggaram* nostri quoque libri, nec aliter Tabula, nisi quod XII. M. P. Sicca separet. Notitia in Proconsularis provinciæ Episcopis *Maximinum Maraggaritanum* recenset. Eum non satis provide huc retulit Th. Ruinartus, incertus utrum vulgatum retineat, an *Naraggaritanus* amplexetur. In prius tandem inclinat ob Polybii Μαρραγὸν, quod vitiosum esse ex Livio recte Surita patefecit. Est sane non extra difficultatem, quod *Naraggara* locum in Numidia obtinuerit, *Maraggaritanus* vero Proconsularis provinciæ urbi præfuerit. Ego tamen *Naraggaritanum* in Notitia admiserim: urbs enim *Maraggarita*, unde Car. à S. Paullo repetebat, ejus auspiciis est condita. Subscripsit Synodicæ Epistolæ in Concilio Lateranensi sub Martino *Benenatus gratia Dei Episcopus Ecclesiæ Naraggaritanæ* inter Proconsularis provinciæ patres. Fuerit itaque oportet urbs cognominis in ea provincia, quod in Africa non fuisse insolens exempla confirmant. WESS.

THAGVRA] Vel *Thigura.* SIML.

TAGORA M. P. XX.] *R.* Tagora *habet. Blandinianum* Taigura: *& adspirationis notæ adjecta est, ut esset* Thaigura, *aut* Thigura. *Neapolitanum* Thagura, *& Longolianum* Thigura: *Sed in ea scriptionis varietate, vetustissimi Regii exemplaris manum præferre visum est.* SVR.

THAGVRA] Locum hic dedi *Thaguræ*, jubentibus libris obsecutus. Tabula non longe abit, *Thacora* præferens. In Martyrologiis Rhabani & Romano Non. Decembris signatus est natalis Julii & sociorum in Africæ civitate *Thagura.* Usuardus *Thagora. Crispina Thagarensis* hanc patriam habuisse videtur, de qua pluribus Th. Ruinartus ad Acta sua Martyrum sinceriora p. 449. Adde S. Petiti L. III. Var. Observ. C. 1. p. 55. WESS.

TIPASA] Hæc Numidiæ urbs. Supra me-

GASAVFVLA. M. P. XXXV.
SIGVS. M. P. XXXIII.
CIRTA. M. P. XXV.
ITER A CIRTA HIPPONE REGIO. M. P. XCIIII. Sic.
AQVIS TIBILITANIS. M. P. LIIII.
AD VILLAM SERVILIANAM. M. P. XV.
HIPPONE REGIO. M. P. XXV.
ITER AB HIPPONE REGIO CARTHAGINE. M. P. CCXVIII. Sic.
ONEL-

minit alterius Tipaſæ, quæ tantum XVI. M. P. à Caeſarea diſtat, Mauritaniæ oppidum Latio datum, cujus Plinius meminit. SIML.

TIPASAM M. P. XXXIII.] *R.* Tipaſa XXIV. *habet, cum reliqua* XXXV. *retineant: & XXXIV. legendum apparuit, ut numerorum ſummæ conveniant.* Tipaſam *juxta* Juliam *Cæſaream conlocat Ptolemaeus, cujus Ammian. Marcell. lib.* 29. C. 5. *mentionem facit.* SVR.

TIPASA] Recte vidit Simlerus hanc *Tipaſam* in Numidia fuiſſe. *Tipaſenſem* Epiſcopum in Numidia habet Africæ Notitia. Collationi I. Conc. Conſtant. II. adfuit *Firmus Religioſiſſimus Epiſcopus Tipaſon Africæ provinciæ.* Ammiani *Tipaſa* ad Mauretaniam pertinet, ut monitum ſuo loco. Pæne neglexeram, diſſidere libros in paſſuum millibus. Scripti noſtri XXXV. M. P. Lugdunenſe exemplar XXV. M., a quibus haud multum abeſt Tabula, Thaguram inter & Tipaſam XXIII. M. P. interſerens. WESS.

GASAVFVLAM M. P. XXXV.] *Re.* Gaſaufula M. P. XXXV. *cum in manuſcriptis, & excuſis, quæ viderim, exemplaribus ejus diverſorii nomen deſideretur. At in Concilio Carthaginienſi, cui præſedit D. Cyprianus, Sylvanum Martyrem à* Gauzafala, *ita enim legitur in excuſis ejus Concilii libris, ſententiam tuliſſe legimus.* SVR.

GASAVFVLA] Exulat è noſtris libris *Gazaufula* XXXV. M. P. Suum tamen hic locum tueri poteſt. Habet Tabula ſcripta, cui *Gaſaupala* dicitur. Ravennas vitioſe *Gauſaparas* L. III. C. 6. Procopius Γαζόφυλα appellat L. II. B. Vand. 15. Οἳς ἐπὶ σὺν χωρίῳ Γαζοφύλοις, δυοῖν μάλιστα ἡμέραιν ὁδῷ Κωνσταντίνης ἀπέχουσι Recte de duorum dierum itinere à Conſtantina ſive Cirta: neque enim longius eſt, quod Itinerarium interjecit. Sed *Gazophyla* in *Gazaufula* abire debent. Pari modo legitur in melioribus Cypriani & Auguſtini editionibus. WESS.

SVGVS M P. XXIII.] *Habet R. cum reliqui* Sigus M. P. XXXIII. *retinuerint: ut meritò prætulerimus vetuſtiſſimi exemplaris lectionem, quæ tam proxime cum ſumma convenit numerorum.* SVR.

SIGVS M. P. XXXIII.] Noſtri conſtanter. Eadem in Tabula videbis. Contra hunc ego conſenſum non ibo. WESS.

AQVIS TIBILITANIS] Egregie hic Tabula conſentit. Dictæ videntur à *Tibili*, quamquam ab ea urbe paullo remotiores. Nam El. du Pin *Tibilin* & *Aquas Tibilitanas*, duo diverſa fuiſſe oppida negans, non eſt audiendus. Tabula manifeſto diſtinguit. *Marinus ab Aquis Tibilitanis* eſt apud Optatum L. I. cont. Donat. C. 14. ubi vide à viro docto notata. Videntur ibi *Thermæ* fuiſſe, ut ex figura, quam Tabula expreſſit, colligas. WESS.

AD VILLAM SERVILIANAM. M. P. XV.] *Habet R. at reliqui & manuſcripti & excuſi* ad Villam Serviliam. SVR.

AD VILLAM SERVILIANAM] Egregius hic eſt Regius Suritae codex. *Ad villam Servilianam* cum XV. M. P. Tabula quoque, ſed ab Hippone XXX. M. P. Nobiliſſimæ gentis Serviliæ villam fuiſſe, cognomentum argumento eſt. WESS.

ITEM AB HIPPONE REGIO CARTHAGINEM M. P. CCXVIII.] *Habetur in Reg. qua ſumma numerorum ratio conſtat: in reliquis* CCXXVIII. SVR.

ITER AB HIPPONE REGIO CARTHAGINE] Aſſentiuntur optimo Suritae libro Pariſienſes. Vaticanus CCXXVIII. ſed perperam. Tabula ad ſummam, quam retinuimus, proxime accedit. WESS.

ONELLABA] Peutingeri ſcripta Tabula Odia-

ONELLABA.	M. P. L.
AD AQVAS.	M. P. XXV.
SIMITTV COLONIA.	M. P. V.
BVLLA REGIA.	M. P. VII.
NOVIS AQVILIANIS.	M. P. XXIIII.
VICO AVGVSTI.	M. P. XVI.
CLVACARIA.	M. P. XXX.

TV-

Odiana, quod Ampl. Altingius in *Ad Dianam* mutandum cenſuit: *Onellabam* componit cum *Onellana* Tabulæ, quod ego vehementer miror. *Onellana* VI. M. P. aberat ab *Uthica* ſive *Uthina*, unde hæc amplius CLXXX. M. P. diſparata fuit. Mihi dubium nullum eſt, quin *Odiana* eadem ſit manſio, quæ *Onellaba:* numeri ſitusque plane conveniunt. Utrum vero rectius ſit, qui poſſum conſtituere? WESS.

AD AQVAS] Tabula mire hic Itinerario conſentit. Aquæ calidæ fuerunt, ut figura Tabulæ indicat. WESS.

SIMITV COL.] Ita etiam nominatur ab Auguſtino & in Conciliorum libro. Plinius vocat *Simituenſe oppidum civium Romanorum.* Ptolemaeus *Simiſchi.* SIML.

SIMITTV COL. M. P. V.] *Habetur in Regio & Blandiniano: in Neapolitano vero* Sumicto Colonia, *& Longoliano* Simitu. *Forte id oppidum Plinio L. 5. C. 4.*, Simittuenſe *nuncupatur: & Ptolemaeo inter nova Numidiæ oppida* Σιμίττθ. SVR.

SIMITTV COLONIA] Ad Plinii *Simituenſe oppidum* proxime venit *Simituenſis Epiſcopus Adeodatus*, qui Concilio Carthaginienſi An. CCCCXIX ſub Aurelio interfuit. Novimus *Adeodatum plebis Simidicenſis* in Collat. C. 135. memorari, & à Joan. Garnerio cum hoc componi, ſed perperam; nam *Simidica* & *Simitu* duo diverſa oppida, duo quoque diverſi *Adeodati* fuerunt, ut H. Noriſius Animadv. in Garnerium oſtendit. Recte huc refertur *Benenatus Epiſcopus plebis Simittenſis* ex Collat. Carth. C. 126. In Tabula mendoſe *Sunitu Colonia.* WESS.

BVLLAM REGIAM M. P. VII.] *Apud Ptolemaeum haud recte* Βυλλαρέα *pro* Βύλλα Ρήγια: *nam libro VIII.* Bullam Regiam *ab Alexandria occaſum verſus horis duabus diſtare prodidit: atque eidem Ptolemaeo alia videtur eſſe* Βυλλαρίτα *ſub Carthagine, inter* Bragada *flumen, &* Tritonem. SVR.

BVLLA REGIA] Ptolemaei *Bullaria* in Numidia ponitur. *Bullam* vero *Regiam* in Proconſularem Notitia transfert. Verum Plinius L. V. C. 3. Numidiæ urbibus accenſet. Idem ex Procopio L. I. B. Vand. C. 25. apparet. *Campos Bullenſes* memorat Auguſtinus Epiſt. 65. Βύλης πεδίον Procopius. *Therapium à Bulla*, qui Concilii Carth. ſub Cypriano pars fuit, huc refert Ch. Cellarius. Mihi dubium eſt, ac pæne inclino in alteram *Bullam*, quam inter urbes ſuas Proconſularis provincia habebat. Hinc fuit Epigonius, qui in Concil. Carth. III. p. 501. Edit. Labbei perperam *Epiſcopus Bullenſis regionis* dicitur. WESS.

NOVIS AQVILIANIS] Vel *Novili Aquilianis.* SIML.

NOVAS AQVILIANAS M. P. XXIIII.] *Codex R.* Novis Aquitanis M. P. XXIIII: *alii manuſcripti & Longolianus* Novis Aquilianis M. P. XXXIII. SVR.

NOVIS AQVILIANIS] Sine controverſia rectum eſt *Novis Aquilianis*, quod in omnibus noſtris ineſt, & Tabula confirmat. Ravennas L. III. C. 6. *Novis Aquis.* WESS.

VICO AVGVSTI] In libro Conciliorum *Vicus Caeſaris.* SIML.

VICO AVGVSTI] Si vel maxime verum eſſet, quod Simlerus hic prodit, *Vicum Caeſaris & Vicum Auguſti* eundem fuiſſe, maneret tamen dubium, ſitne hic *Vicus, Caeſaris vicus*, cum alius eodem nomine infra ſit inter Aquas regias & Adrumetum. Plura cum eo devenero. Habet hoc quoque loco Tabula cum XVI. M. P. WESS.

CLVACARIA.] *Avacaria* vel *Avicaria.* Ptolemaeus *Avitta.* SIML.

CLVACARIA M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar; & reliqua* Avacaria: *& vetuſtiſſimi Regii lectionem retineri placet.* SVR.

CLVACARIA] Ego retinendam quoque

TVBVRBO MINVS. M. P. XV.
CIGISA. M. P. XXVIII.
CARTHAGINE M. P. XVIII
ITEM ALIO ITINERE AB HIPPONE REGIO CARTHAGINE. M. P. CCXXVIII. Sic.
TAGASTE. M. P. LIII.
NARAGGARA. M. P. XXV.
SIC-

censui, quantumvis in noſtris omnibus *Avaearia* legatur. Nam rectum eſſe, decurtata Tabulæ ſcriptura *Cluacar* indicio eſt. Ravennas vitioſe *Chulcar*. WESS.

TVBVRBO MINVS] Ptolemaeo *Tobros*. Conciliorum libro *Tuburbo*. SIML.

TVBVRBO MINVS M. P. XV.] *Habet Regium exemplar*: *alia* M. P. XVI. *Plinio L.* 5. *C.* 4. Tuburbi & Uthinam colonias Africæ eſſe *in manuſcriptis exemplaribus*. *Ptolemaeo* Θυβάρρων. *Duplex fuiſſe, cognomen ab Antonino additum ſatis indicat*. Minus *omnium exemplarium conſenſu, niſi* Mun. *legendum ſit, ut* municipium *intelligas*. SVR.

TVBVRBO MINVS] Non eſt pro *Minus* legendum *Mun.*, ut *Municipium* intelligas. Certa atque explorata res eſt, duplex hoc nomine oppidum in Proconſulari fuiſſe, *majus* & *minus*. Utrumque in Tabula ſcripta exſtat. Utriuſque memoria in Eccleſiaſticis notitiis eſt conſervata. In Martyrum Indice Romano Notkerique a. d. III. Kal. Aug. in Africæ civitate *Tuburbo Lucernaria* paſſæ traduntur S. Virgines Maxima ejuſque ſociæ: utrum vero cum *majore minore*ve componi debeat, mihi non apparet. Quid? in Mauretania hoc nomine urbem fuiſſe oportet, ſi S. Perpetua & Felicitas in Mauretaniæ civitate *Tuburbitanorum* mortem pro religione obierint, ſicuti Notkerus in Martyrologio ſuo Nor. Martii ſcripſit. Sed enim hoc negitavit H. Valeſius ad earum Acta, pæneque perſuaſit Th. Ruinarto in Act. Sincer. Martyrum p. 90. Vide, ſi tanti eſt, Joan. Mabillonium ad Kalendarium Carthaginenſe p. 165. Id negligere non debui, Tabulam non XV. M. P. ſed XVI. à Cluacaria diſparare, eundemque in Vaticano codice prioribuſque editionibus conſpici numerum. WESS.

CIGISAM M. P. XXVIII.] *In Reg.* Cigiſæ *loco lacuna apparet*, & *numerus* XXVIII. *permanſit. Blandinianum vero*, & *Neapolitanum exemplar* & *Longolianum* Cigiſa M. P. XXXVIII. *habent*. SVR.

CIGISA] Cum hac vir doctus ad Africæ Notitiam comparavit *Ziggenſem* Epiſcopum, qui dignitatem obtinet inter Proconſularis provinciæ patres. In eadem eſt *Cigiſa*, a qua minus recte formaveris *Ziggenſem*. *Sigiſa* ſcriptum oſtendit Vaticanus: Tabula *Ciciſa*, nec amplius XVIII. M. P. Carthagine disjungit. Voſſianus codex M. P. XXXVIII. dat. WESS.

ITEM ALIO ITINERE AB HIPPONE REGIO CARTHAGINEM M. P. CCXXVIII.] *In Re. vox* Carthaginem *deſit*: & *ſumma numerorum eſt* CCVIII. *In Blandiniano & Longoliano omnia eodem modo leguntur. In Neap.* CCXXVI. SVR.

ITEM ALIO ITINERE AB HIPPONE REGIO CARTHAGINE] In noſtris nullus hic diſſenſus. Lugdunenſis editio hoc modo. *Ab Hippone Regio Carthagine hic uſunt ſuper M. P. CCXXVIII.* Satis, ut nemo ambiget, vitioſe. Notatum in codice, unde deprompta ea ſunt, fuerat, ſingulas manſiones, ſi P. M. numerentur, ſummam edere duobus millibus ampliorem, ſolenni in hoc librorum genere formula, *hic II. ſunt ſuper*. Et vere adſcriptum id illi codici fuit; dant enim manſiones ejus ſingulæ CCXXX. M. P. Jam, credo, vides, unde vitium id inoleverit editioni Lugdunenſi. WESS.

TAGASTE] Ita etiam in Conciliorum libro. Plinio *Tageſtenſe oppidum*. SIML.

TAGASTE M. P. LIII.] *Habet Re. Reliqui* LIIII. *Ut Plinio L.* 5. *C.* 4. *inter oppida libera Africæ provinciæ*, Tagaſtenſe oppidum *ſit: non* Tageſtenſe, *nec* Tagaſenſe: *neque* Tageſenſe: *quemadmodum in Toletano exemplari legitur*, & *Cæſar-auguſtano: nec* Tagecenſe, *uti in manuſcripto alio*. *In Concilio* 7. *Carthaginienſi, Alypium Epiſcopum* Tagaſtenſem *ſubſcriptione decreta firmaſſe legimus*. SVR.

TA-

SICCA VENERIA.	M. P. XXXII.
MVSTI.	M. P. XXXIIII.
MEMBRESSA.	M. P. XXXV.
SICILIBBA.	M. P. XVII.
VNVCA.	M. P. XIII.
PERTVSA.	M. P. VII.

CAR-

TAGASTE] Semper fere in nupera operum Auguſtini editione *Thagaſte.* Urbs hæc cive Auguſtino nobiliſſima eſt: Ipſe L. II. Confeſ. C. 3.. patrem ſuum, *municipem Thagaſtenſem, admodum tenuem*, laudat. Vide Samuelis Petiti L. III. Var. Lect. C. 1. p. 48. WESS.

MEMBRESSA] Similiter Auguſtinus & Procopius. Liber Conciliorum *Membraſſa.* Scribit autem Procopius oppidum hoc diſtare à Carthagine XXXVII. M. P. S. hic XIII. & S. plura numerantur. Arbitror autem numeros hic vitioſos eſſe, quandoquidem cum aliis locis noſtri auctoris non conſentiunt: ſupra enim inter Unucam & Sicilibram poſuit VII. M., hic ponit XIII. P. M. SIML.

MEMBRESSAM M. P. XXXV.] *Regium, Blandinianum, & Neapolitanum exemplar habent* Membreſſa: *& Longolianum* Membraſſam. *In Concilio Carthaginienſi, cujus ſæpius fit mentio, ſententiam protulit Confeſſor Lucius à* Membreſſa. *Et Procopius de Bello Vandalico lib. 2. C. 15.* Membreſſam *urbem* CCCL. *ſtad. à Carthagine diſtare prodidit.* SVR.

MEMBRESSA] Non hoc loco, ſed ſupra in numeris vitium eſt, ut ibi docui. Quid Simlerus in Procopio legerit, meum non eſt arbitrari. Hoc ſcio ejus CCCL. ſtadia accurate numeris Itinerarii, modo recte conſtituantur, reſpondere. Solet Procopius VII. ſtadia unis paſſuum millibus æquare. Ita L. I. B. Vand. C. 17. *Decimum*, ſive lapidem decimum Carthagine abeſſe ait ſtadiis LXX. & L. I. B. Perſici C. 15. *Ad Octavum* Satala disjungit ſtadiorum LVI. intervallo. Cum vero Membreſſa diſparata Carthagine fuerit ad L. M. P., uti ex Tabula & Itinerario liquet, quid ultra ad Procopii ſtadia CCCL. adhæreſcimus? Urbs haud longe à Bagrada fluvio fuit poſita, ut ex eodem Procopio cognoſcimus. In Carthaginienſi Concilio ſub Cypriano *Lucius à Membreſſa* pro hæreticis de integro Baptiſmi lavacro tingendis ſententiam dixit. Adverto quidem Joan. Fellum, virum egregium, *Membreſſa* damnata *Membloſam* præoptaſſe in Cypriano. Ego vero factum nollem. *Membloſitanus* in Collatione Epiſcopus librarii peccato eſt natus, uti ſupra oſtendi. Credidero hanc urbem Martyrologio Hieronymiano V. Idus Febr. eſſe reddendam. *Et ad Membras Ammonis, Aemiliani, Laſſae, Didymi.* Sic in MSS. invenit Henſchenius, ut leges ad IX. Januarii magni operis. Nec aliter vulgavit Luc. d'Achery, qui *Ad Mandras* corrigit. Ecquid verius putaveris, *Ad Membraſam Ammonis, Aemiliani? Membraſam* pro Membreſſa dixiſſe quoſdam, ex Surita & Simlero videre licebit. WESS.

SICILIBBA M. P. XVII.] Sic priores editiones, & ſcripti quidam quos hic duces habui. WESS.

VNVCAM M. P. XIII.] *In exemplaribus manuſcriptis Bl. & Neapolitano habetur: atque item in excuſo Longoliano: cum hac in Regio deſiderentur.* SVR.

VNVCA] Noſtrorum nullus hinc ablegavit. Tuetur quoque Tabula, in qua rectius *Inuca*, ut ſupra dixi. WESS.

PERTVSA] Alias *Percus.* SIML.

PERTVSAM M. P. VII.] *Re.* Pertuſa M. P. VI. *B.* Percuſa M. P. VII. *Ne.* Pertuſa M. P. VII. *Longolianum* Percus mpm. VII. *& Pertuſa corrigitur. In Hiſpaniarum provinciarum deſcriptione alterius* Pertuſæ *fit ab Antonino mentio, quam ipſum retinere nomen indicavimus.* SVR.

PERTVSA] Rectum eſſe *Pertuſa* libri Tabulaque clamant. Hujus Epiſcopum *Martialem Pertuſenſem* ex Concilii Bagajenſis Actis memorat Auguſtinus L. III. in Creſconium. Videtur autem huic manſioni nomen eſſe natum aut à petra, per quam tundendo via erat patefacta, aut à compitis pertuſis. Horum meminit Perſius Sat. IV. 28.

Qui quandoque jugum pertuſa ad compita figit.

Ubi Scholiaſtes. *Compita ſunt loca in quadri-*

CARTHAGINE.	M. P. XIIII.
ITER A THENIS THEVESTE.	M. P. CLXXV. Sic.
OVISEE.	M. P. XXV.
AMVDARSA.	M. P. XXV.
AVTENTI.	M. P. XXV.
SVFETVLA.	M. P. XXX.
VEGESELA.	M. P. XXX.

ME-

viis, quasi turres, ubi sacrificia, finita agricultura, rustici celebrant. Merito pertusa, quia per omnes quatuor partes pateant. Petram pertusam ad viam Flaminiam egregie descripsit Procopius L. II. B. Goth. C. 11. Est præterea *Petræ pertusæ* in limitibus Virdunensis comitatus mentio in veteri libello, quem in Supplementis Rei Diplomaticæ p. 100. Joan. Mabillonius vulgavit. Quodcunque tandem elegeris, mihi persuasum est, ex simili causa *villam pertusam* ad viam Lavicanam esse appellatam apud Anastasium Bibliothecarium in vita Gelasii Papæ. WESS.

ITEM A THENIS THEVESTE M. P. CLXXV.] *Habet Re. constatque summa ratio: cum Blandinianum, & Neapolitanum falso* CLXX. *habeant: Aldinum* CLXXV. *Strabo circa parvæ Syrtis initium* Thenam *urbem statuit: Antoninus infra* Coloniam *cognominat. Ptolemaeo item juxta Syrtim parvam* Θέαννα. *Plinius L. 5. C. 4. in Africæ descriptione* Thenæ, *inquit*, Macomades, Tacapæ. SVR.

ITER A THENIS THEVESTE] Coloniam *Thenas* fuisse ex tabella ahenea in Gruteri Thesauro p. CCCLXIII. apparet. A. DECURIONIBUS. COL. AELIAE. AVG. MERC. THAENIT. *Civitas Thenestina* est in Optato L. II. Schism. Donat. C. 18. modo ne *Thebestina* sit. Concilium *Thenitanum* laudat Ferrandus Breviarii sui Canone 79. Hoc addo, in uno Parisiensium librorum, cui Vossianus consentit, M. P. CLXX. esse, ceteros cum editis consentire. WESS.

OVISEE M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar: Bland. & Lon.* Ovisce: *Ne.* Anisce. SVR.

OVISEE] In nostris aut *Ovisce* aut *Oviscæ* conspicitur, nec quicquam adjungere possum. WESS.

AMVDARSA M. P. XXV.] *Habet Re. Bl.* Amurdasa *& item Neap. & Longolianus.* SVR.

AMVDARSA] *Amurdasa* in Pseudo-Anastasio & nostris omnibus est. Retinui tamen vulgatum ob *Liberatum Amudarsensem*, quem Notitia Byzacenis annumerat. Esse *Amudarsam* in Ptolemaeo L. IV. C. 3. Car. à S. Paullo, eumque secuti plures viri docti tradiderunt. Mihi, nisi oculi parum prospexerint, inibi visa non est. WESS.

AVTENTI M. P. XXV.] *Habet Bl. Neap. & Longol. exemplar: at in optimo illo Regio id nomen, & ejus numeri desunt.* SVR.

AVTENTI] Fuit in Byzacena. *Optatus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Autentensis* cum patribus ejus provinciæ subscripsit Synodicæ Epistolæ in Lateranensi Concilio sub Martino. Huc referendum arbitrabatur J. Fellus, Oxonienſis Episcopus, *Saturninum ab Avitinis*, qui Carthaginiensi Synodo, cui Cyprianus præsedit, adfuit. Ego vero audacius id, pace viri præstantissimi dictum esto, putaverim, crediderque præfuisse eum urbi Avittinæ, notæ satis ex Ptolemaeo & Tabula, vicinæque Tuburbo majori. WESS.

SVFETVLA] Hæc in Conciliorum libro *Suficula* & *Sufecula* nominatur. SIML.

SVFETVLA] Non dubium est, quin Simlerus in corruptos inciderit libros. *Sufetula* Cypriano, Collationi Carthaginiensi, Victori Vitensi, aliisque omnibus recte dicitur. Vide Th. Ruinartum ad Notitiam. WESS.

VEGERSALA M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar, & reliqua* Vegesela. SVR.

VEGESELA] Verum nomen est *Vegesela*, habentque scripta atque edita exemplaria. Id considerandum, sitne eadem atque illa, quam supra habuimus. Eruditissimus Norisius affirmantium partibus accedit in Animadversionibus in Garnerium, opinatus in finibus Byzacii Numidiæque fuisse positam. Negant Baluzius & El. du Pin V. C., quibus me comitem addere non recuso. Itineris hujus ordo nostram Vegesselam in Byzacena collocat: altera Numidiæ est, ut ad eam est monitum. Urbis situm confirmat egregie Collationis C. 133. Profite-

MENEGESEM.	M. P. XX.
THEVESTE	M. P. XX.
ITER AB AQVIS REGIS SVFIBVS.	M. P. XLIII. Sic.
MARAZANIS.	M. P. XV.
SVFIBVS.	M. P. XXVIII.
ITER AB ASSVRIS THENAS.	M. P. CXCII.
TVCCA TEREBINTHINA.	M. P. XV.

SV-

fitetur enim Donatus Cillitanus Vegeſelam eſſe in ſua dioeceſi. Epiſcopum vero Cillitanum in Byzacena fuiſſe ex Notitia conſtat, & alio loco oſtendetur. WESS.

MENEGESEM M. P. x.] *Id nomen, numerique in Regio deſiderantur: quæ in Bland. & Long. habentur. In Neap.* Mengeſte mpm. xx. *Infra in omnibus exemplaribus ab Antonino* Meneggerii *fieri mentionem apparet.* SVR.

MENEGESEM] *Menegeſem* noſtri non improbant. Fortaſſe leve vitium voci importatum eſt: *Menepheſem* in Byzacio Procopius ponit L. II. B. Vand. C. 23. Ἐλθόντι ἐς χωρίον Μενεφέσι, ὃ ἔστιν ἐν Βυζακίῳ. Si eandem eſſe aliunde liqueret, non dubitarem ita refingere. Nunc uberius lumen exſpectabo. WESS.

ITEM AB AQVIS REGIS SVFIBVS M. P. xx.] *Omnia exemplaria* Regis *habent pro* Regiis. *In Concilio 7. Carthaginienſi Maximianus* Aquæ regienſis *Epiſcopus ſubſcripſiſſe memoratur.* SVR.

ITER AB AQVIS REGIS SVFIBVS] *Regis* in noſtris itidem ineſt. Vaticanus errore librarii *Aquis reſis.* Verum videtur *Aquis regiis. Aquis regienſis civitas* dicitur Victori Vitenſi L. V. C. 5. *Liberatum Aquarum regiarum* Notitia Byzacenis patribus accenſet. WESS.

MARAZANIS] Apud Cyprianum nominatur *Marazana.* SIML.

MARAZANIA M. P. XV.] *Habet Regium exemplar. alia vero* Marazanis. SVR.

MARAZANIS] Sic quoque noſtri, quorum conſenſum ſequi placuit. Concilium *Marazanenſe* Fulgentius Ferrandus Breviarii Canone 44. memorat. WESS.

SVFIBVS] Vetuſtæ editiones & MSS. *A Sufibus* præferunt: male, credo. Referre huc ſolent Synodum *Suphetanam* in vita Fulgentii C. 29. & *Sufetanum* Epiſcopum ex Notitia. WESS.

ITEM AB ASSVRIS THENAS M. P. CLVII.] *Ita habetur in Regio, conſentientibus ſtationum numeris: rejecto diverſorio* Septimuniciæ, *cui in reliquis* M. P. XX. *attribuuntur, vetuſtiſſimi illius libri lectionem retinendam judico. Reliqua exemplaria* M. P. CXCII. *habent: cum* M. P. CLXXXII. *numerum ſtationes illæ conficiant. Ad has Antonini Aſſuros attinere videtur oppidum illud, quod Ptolemaeo in nova Numidia eſt Ἀσσῦρος. ſed nihil temere ſtatuo.* SVR.

ITER AB ASSVRIS THENAS] Non aſſentior Suritae, paſſuum numeros hic immutanti. Miro conſenſu omnes præferunt libri M. P. CXCII. Fateor ſummam eam juſto eſſe majorem; nec auſim tamen mutare, nedum *Septimuniciam* ex hoc itinere exterminare: prorſus enim neceſſaria eſt, ut oſtendetur. Putem ſcriptorem codicis Pariſienſis animadvertiſſe ſummam paſſuum ampliorem eſſe, quam oportebat, adſcribentem margini hujus itineris, *II. ſunt ſuper.* Rectius monuiſſet X. M. P. redundare. Ἀσσῦρον Ptolemaei eandem atque noſtram eſſe, quantumvis Harduinus idem fuerit opinatus, mihi nondum perſuaſi. Ponitur inter Naraggaram & Siccam, unde hæc longiſſime fuit diſparata. *Confeſſor Victor ab Aſſuris* in Carthaginienſi Concilio ſub Cypriano, hinc eſt profectus. Id prætermittere non debui, ſcriptos vulgatosque libros oſtentare *Ab Aſſuras* præter Cuſani tamen, qui *Aſſura:* ſcripſit Cyprianus epiſtolam *plebi apud Aſſuras conſiſtenti*, quæ in nupera St. Baluzii editione eſt LXXV. unde colligas haud obſcure, formam vocabuli ab *Aſſuro* Ἀσσῦρος Ptolemaei diſcrepare. WESS.

TVCCA TEREBINTHINA] Hæc forte eſt, quæ in Concilio *Tuccabori* nominatur. SIML.

TVCCAM TEREBENTHINAM M. P. XV.] *Re.* Tucca Terebent in M. P. XV. *Blan.* Tucca Terebenthina M. P. XVI. *Neap.* Tacca Terebentina M. P. XV. *Longol.* Tucca Terebentina m. p. m. XV. *Plinio L. 5. C. 2. oppidum* Tucca *impoſitum mari, & flumini Ampſagæ in Caſarienſi. Ptole-*

SVFIBVS.	M. P. XXV.
SVFETVLA.	M. P. XXV.
NARA.	M. P. XV.
MADASSVMA.	M. P. XXV.
SEPTIMVNICIA.	M. P. XXV.
TABALTA.	M. P. XX.
MACOMADIBVS.	M. P. XV.
THENIS.	M. P. XVII.
ITER A TVBVRBO PER VALLOS TACAPAS	M. P. CCCVIII. Sic. VAL-

Ptolemaeus in eadem Cæsarienſi Tuccam *item conlocat: & duas alias in* Africa *provincia, unam inter urbes Numidiæ novæ: & alteram inter* Thabracam *urbem*, & Bagrada *fluvium. Dion libro* 48. *p.* 421. *Tuccæ oppidi Numidiæ, uti ego arbitror, meminit.* SVR.

TVCCA TEREBINTHINA] Urbes quatuor, Tuccæ nomine inſignes, Africa habuit, ut H. Noriſius Animadverſ. in Garnerium monuit. MVNICIPIVM LIBERVM THVGGA eſt in lapide apud Sponium in Miſcellaneis, invento in monte, IX. milliaribus à Tunete diſſito. Illi præpoſitus fuit *Paſcaſius Epiſcopus Tuggenſis*, ex Collationis C. 187. notus. Sed ea nihil ad Tuccam utpote alio nomine & ſitu. *Tuccabori*, cujus Epiſcopus Fortunatus Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano ſubſcripſit, ad *Tuccam*, qua de agitur, retulit quoque Fellus, Simlerum ſecutus. Ego incertum arbitror, nihil ceteroqui dubitans, quin à terebinthis, quas in Africa plures fuiſſe Dioſcorides L. I. C. 91. commonefecit, huic Tuccæ cognomen venerit. Urbs fuit Proconſularis provinciæ. Φρέαρ Τέκκα Procopio L. VI. Aedif. C. 5. WESS.

SVFETVLA] *Sufetulæ* & *Naræ* locorum ordo in exemplaribus variat. SIML.

SVFETVLAM M. P. XXV.] *Habent exemplaria omnia: quod oppidum ſtatim* Sufibus *adjicitur. In Bland. vero* Nara *interjicitur inter* Sufibus, & Sufetulam. *Privatum à* Sufibus *in Concilio Carthaginienſi, Cypriano Præſide, ſententiam tuliſſe legimus. In Concilio verò* 7. *Carthaginienſi Jucundus* Sufetulenſis *Epiſcopus ſubſcripſit.* SVR.

SVFETVLA] Excerpta noſtra ordinem manſionum non movent. De utraque dictum ſuo loco. WESS.

NARA] Hujus Epiſcopum Notitia Africæ inter Byzacenos patres *Victorem Narenſem* nuncupat. WESS.

MADARSVMA M. P. XXV.] *Reg.* Madarſuma *habet: Blandinianum* Mada ſumma, & *paullo poſt unica dictione* Maduſſama: & *Longolianum* Mada ſumma: *Ne.* Mada ſumina, *ſed paullo poſt in itinere à* Tuburbo *per* Vallos Tacapas *in optimo exemplari* Adarſuma *legitur:* & Madarſuma *retineri placet.* SVR.

MADASSVMA] Codex Vaticanus & quibus nos utimur, *Madaſuma, Madaſumma, Mandaſumma* & *Maduſſama*, quod in Voſſiano conſpicitur. Prius in Anaſtaſii Epitome quoque obvium eſt. A penultimo proxime abeſt *Mandaſumitanus Epiſcopus Primilianus* in Collatione C. 187. In Africæ Notitia *Madaſſuma*, quam ſtabilit Leonis Imp. Notitia, ſed leviter corrupta. Μαδάσζβα enim pro Μαδάσζμα edit. Atque hoc verum arbitratus ſum, locoque ſuo reddidi. Urbs fuit provinciæ Byzacenæ. WESS.

SEPTIMVNICIA M. P. XXV.] Reſtitui hanc, quam ejecerat Surita. Omnes libri retinendam ſuadent, neque aliud ſequens iter. Juſto brevius intervallum erit Madaſſumam inter & Tabaltam, ſi Septimuniciam exturbaveris. Et quanquam in excerptis noſtris Vaticanoque ſit libro *Septiminitia*, alterum tamen prætuli ob regium Suritae codicem, & concilium *Septimunicienſe*, quod Ferrandus Breviarii Canon. 56. & paſſim memorat. WESS.

TABALTA] In libro Conciliorum *Thasbalte*. Hinc forte dictus eſt limes *Tablatenſis* in libro Notitiarum, cujus præfectus erat ſub diſpoſitione Comitis Africæ. SIML.

TA-

VALLIS.	M. P. XVIII.
COREVA.	M. P. XX.
MVSTI.	M. P. XXVI.
ASSVRAS.	M. P. XXX.
TVCCA TEREBINTHINA.	M. P. XII.
SVFIBVS.	M. P. XXV.
SVFETVLAM.	M. P. XXV.
NARA.	M. P. XV.
MADASSVMA.	M. P. XXXII.

SEP-

TABALTA M. P. XX.] *Habet Reg. poſt* Madarſuma: *cum reliqua* Septiminiciam *interjiciant, ut admonuimus, non admiſſam eo itinere in optimo exemplari. Bland. lib.* Thabalta. *Neap.* Tabalta. *Longolianum vero* Tubalta: *& milto* Tabalta. *In eo Carthaginienſi Concilio, cui D. Cyprianus martyr præſedit, Adelphum à* Tasbalte *ſive à* Thabalta *ſententiam tuliſſe traditur. In Notitia præterea Romani Imperii ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Africae, Præpoſitus limitis Tablatenſis memoratur. ut forte legendum ſit* Tabaltenſis. SVR.

TABALTA] Tranſiit in Simleri ſententiam Epiſcopus Oxonienſis ad Cyprianum ſuum. Mihi ea nondum ſe approbavit. Malim cum aliis huic manſioni Epiſcopum dare *Innocentium Thebaltenſem*, qui præter ceteros ſectæ Donatiſtarum Epiſcopos adfuit Concilio Cabarſuſſitano Anni CCCXCIII. WESS.

THENAS M. P. XVII.] *Habent manuſcripta exemplaria: cum infra* Thenis Colonia Macomades municipium M. P. XXVIII. *deſignentur.* SVR.

THENIS] Vitium his numeris inoleviſſe non dubitandum eſt, forte tamen amplioribus. Has Macomades Tabula ſcripta *minores* appellat, quod ad Syrtim minorem eſſent. Poſitæ erant in finibus Byzacii & Tripolitanæ provinciæ. Id ex hoc itinere & Plinio L. V. C. 4. colligitur. Nam Byzacii urbes recenſens, *Ruſpina*, inquit, *Thapſus. Inde Thenae, Macomades, Tacapae, Sabrata.* Ex illis enim Thenae in Byzacio, Tacapae in Tripolitana erant. Vide Animadverſiones H. Noriſii in Garnerium. WESS.

ITEM A TVBVRBO PER VALLOS TACAPAS M. P. CCCVIII.] *Habent Regium, & Blandinianum ac Longolianum, atque eam ſummam minores numeri liquido conficiunt. Neap. perperam habet* CCCXVIII. *Ptolemaeo in parva Syrtis ſitu pro* Καπὴ *legendum videtur* Ταχάπαι *& apud Plinium item plurium numero L.* 5. C. 5. inde Thenae, Macomades, Tacapae. SVR.

ITER A TVBVRBO PER VALLOS TACAPAS] Pæne verum vidit Surita. Codices Ptolemaei Palatinus & Coiſlinianus Ταχάπη, quod ſatis rectum eſt. Tabulæ *Tacape Colonia.* In Procopio Τάχαπα L. VI. Aedific. Juſtiniani C. 4. Itineris hujus initium eſt in Tuburbo minori. Quod ad paſſuum multitudinem attinet, eam libri noſtri adprobant, Vir doctiſſimus Th. Galaeus in Commentario ad Iter Britanniarum p. 5. *Iter à Tuburbo per Vallos* legit, an ex ſcripto libro non addit: placuit tamen hoc ob Fabriciani libri conſenſum. WESS.

MVSTI] Præcepimus ſupra quædam. Mustitanos atque Aſſuritanos fuiſſe vicinos, niſi aliunde conſtaret, ex Auguſtino, qui frequens in illis eſt conjungendis, ſatis appareret. Pauca illius exſcribam ex L. I. in Petilianum C. 15. *Ecce in Muſtitana & Aſſuritana civitate ſuperſunt adhuc in vita & in hac provincia, qui ſe disjunxerunt, & à quibus disjuncti ſunt.* Sic ea legenda ſunt. WESS.

TVCCA TEREBINTHINA] Paſſuum millia hic juſto pauciora ſunt. Simleri editio XX. M. præfert, qui numerus in uno Pariſienſium eſt. Ceteri omnes XII. M., quæ in XV. M. P. ob prius iter commutanda videntur. WESS.

NARA] *Naras* plerique omnes libri. Addit Lugdunenſe & Simleri exemplar M. P. XVI. & ſcriptum Voſſii; haud bene. WESS.

MADASSVMA] Credo in paſſuum millibus hic peccatum eſſe. Præcedens iter XXV. M. à Nara ſeparat. Libri nihil adjuvant. WESS.

SEPTIMVNICIA. M. P. XXV.
TABALTA. M. P. XX.
CELLIS PICENTINIS. M. P. XXX.
TACAPIS. M P. XXX.
ITER A CARTHAGINE IN BYZANTIO SVFETVLA VSQVE. M. P. CLXXII. Sic.
VNVCA. M. P. XXII.
VAL-

SEPTIMVNICIA M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Septiminitia: *& Neapol.* Septimuncia. *Longolianum* Septiminia: *& milto emendat* Septiminitia. SVR.

SEPTIMVNICIA] Rectum esse diximus, quod Surita vulgavit In uno Parisiensium est *Septimunitia*, reliquis *Septiminitia* ostentantibus. WESS.

TABALTA M. P. XX.] *In Notitia provinciarum sub dispositione Comitis Africae inter limitaneos praepositus limitis* Tablatensis *recensetur.* SVR.

TABALTA] Est inter Mauretaniae Caesariensis Episcopos in Notitia *Tablensis.* Ad ejus urbem L. Holsteinius *limitem Tablatensem* revocavit. G. Pancirollus in Itinerario nostro *Tablatam*, mansionem cursus publici, inesse tradit ad Notitiam Imp. Occidentis p. 106. Si invenerit in scripto aliquo libro, vero erit proxima Simleri Suritaeque opinatio. Sed nihil ille de manuscripto. WESS.

CELLIS PICENTINIS] Forte *Cellis Byzacenis.* In itinere à Carthagine Thenas *Cellae vicus* nominatur. Haec forte est *Zella* Strabonis. SIML.

CELLAS PICENTINAS M. P. XXX.] *Regium habet, quod negligendum non erat,* Cerdis Picentinis. *Blandinianum*, Cellis Picentinis M. P. XXX. *Neap.* Cellis Pitencinis: *& Longolianum item*, Cellis Picentinis, *& milto emendatur* Pitencinis: *quare non vereamur pro* Cerdis, Cellas *substituere.* SVR.

CELLIS PICENTINIS] Assentior Suritae. *Cellis Picentinis* libri edunt. Simleri conjecturae nullo sunt fultae tibicine. Cur enim *Byzacenae* hae *cellae?* Fuisse quidem videntur in Byzacii & Tripolitanae provinciae finibus, nec ea tamen justa caussa est, quamobrem invitis codicibus obtrudas *Byzacenarum* nomen. Memini alias dicere, vicis & Cellis per Africam à possessoribus conditoribusque nomina esse indita. PICENTINI ex Thesauro Gruteri non sunt ignoti. Neque male his Episcopum dabis *Fortunium Cellensem*, qui inter Byzacenos Synodicae in Concilio Lateranensi sub Martino subscripsit. Nec remorabitur quemquam *Vici* titulus infra his *Cellis* appositus. Cui enim in rebus Ecclesiasticis callenti ignotum est, pagis, vicis & cellis apud Afros saepe Episcopos fuisse praepositos. *Zella* Strabonis L. XVII. p. 831. utrum tuto componi cum *Cellis* his possint, dubium est: Geographus enim propius Thapso admovet. Id secure dixero, *Donatianum Episcopum plebis Zellensis* in Collationis C. 135 ad Zellam referri debere, neque adeo erroris immunem esse El. du Pin, negantem usquam Zellae fieri mentionem, & *Zellensem* in *Telensem* Episcopum convertentem. Peccat quoque Quesnellus, qui Concilium *Zellense* in *Telense* mutavit. Sed hunc jam refutavit Pagi ann. CCCCXVIII. Criticae n. 64. WESS.

ITEM CARTHAGINE BYZACIO SVFETVLAM VSQVE M P. CLXXII.] *Sic Reg.* Item à Carthagine in Bizancio. *Blandinianum*, Item à Carthagine in Bizantio Sufetula usque M. P. CLXII. *& eodem modo Neapolitanum, & Longolianum exemplar. Varro rerum rusticarum libro primo C.* 45. Bizacii oppidi *mentionem fecisse videtur, non regionis*, In Syria ad Garanda, & in Africa ad Byzatium item ex modio nasci centum: *Nam exemplar Bessarionis Cardinalis Niceni* ad Biratium *legit, & in altero Caesar-augustano* ad Byzatium: *& utrumque in bibliotheca coenobii* Aulae Dei, *Caesar-augustani territorii asservatur: ut haud dubie* ad Byzacium *sit legendum: quemadmodum Petrus Victorius observavit. Strabo libro secundo à Getulis deinde Syntas, &* Byzacios *recenset, usque ad Carthaginiensem regionem. Plinius*, Libyphaenices, *inquit, L. 5. C. 4.*, vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. P. circuitu, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis

VALLIS.	M. P. XXII.
COREVA.	M. P. XX.
MVSTI.	M. P. XXVI.
ASSVRAS.	M. P. XX.
TVCCA TEREBINTHINA.	M. P. XII.
SVFIBVS.	M. P. XXV.
SVFETVLA.	M. P. XXV.
	ITER

colis fœnus reddente terra. *Et libro decimo ſeptimo, capite quinto, in vetuſto exemplari Caeſar-auguſtano :* contra in Byzacio Africae illum centena & quinquagena fruge fertilem campum. *Ptolemaeo Libophoenicum à meridie* Βυζακίτις χώρα : *etſi male* Βυζακίτις *in excuſis legitur : quin & oppidum ejusdem ferme nominis ſub Adrumeto ab eodem ſtatuitur* Βυζακίνα. *Marcianus Plinii verba transfert. A* Rufo *praeterea* Feſto *inter ſex Africae provincias* Byzacium *cenſetur, uti conſularis provincia. Notitia praeterea Romani Imperii ſub diſpoſitione viri ſpectabilis vicarii Africae* Byzacium *&* Numidiam *Conſulares provincias deſignat : praeſidiales vero Tripolitani limitis regionem, & Mauritanias* Sitifenſem, *&* Caeſarienſem. *Iſidorus* L. XIV. Orig. C. 5. Byzacina, *inquit,* regio ex duobus nobiliſſimis oppidis nomen ſortita eſt, ex quibus unum Adrumetum : *cujus me rei originem minime aſſequi plane confiteor.* SVR.

ITER A CARTHAGINE IN BYZANTIO SVFETVLA VSQVE] Addidi praepoſitionem ex MSS., quam non omittendam Salmaſius dudum monuit. Erat Sufetula in Byzacio, ſive, ut libri omnes, *Byzantio:* Veteres non improbaſſe hanc ſcripturam, ex Stephano adparet, qui Βυζάντιον, & veteri monumento, in quo inerat PER PROVINCIAS PROCONSVLAREM ET NVMIDIAM BYZANTIVM AC TRIPOLIM, quamquam nunc BYZACIVM editum eſt in Theſauro p. CCCLXI. & CCCLXIII., ut Illuſt. Scaliger ad Varronis à Surita productum locum commonefecit. Idem praeferunt vetuſtae P. Oroſii editiones L. I. C. 2. Neque aliter reperies in L. I. §. 2. Cod. de Praef. Praet. Afr. Habet quoque Martianus Capella L. VI. p. 216., ut taceam de ſcriptis Plinii libris, de quibus Salmaſius ad Solinum p. 226. Non erit ab inſtituto ſermone alienum, ſi quaeratur, ecquae urbs tali fuerit nomine? Negavit vir magnus ad Solinum, haud obſcure erroris arguens & Varronem & Stephanum. Ego vero cum his errare non inhoneſtum putaverim : tanto minus, quod Ptolemaeus numerum augeat, qui in Byzacio *Byzacinam* poſuit. Nec ſpernenda hic Collatio Carthaginienſis, quae *Saturum Byzacienſem* memorat, utique urbis Epiſcopum. Addo PATRONVM COL. BYZACENAE ex Inſcriptione Reineſii Claſ. VI. 122. Quae tandem illa, cum plures in Byzacena provincia fuerint, niſi hoc nomen dignitatemque urbs geſſerit ? Ab ea toti provinciae nomen eſt impoſitum. WESS.

VNVCA M. P. XXII.] In Lugdunenſi Simlerique editione paſſuum millia XX., nec plura in Tabula aut Voſſii libro invenies. Unus Pariſienſium librorum ob defectum duorum millium toti paſſuum ſummae appoſuit *II. ſunt minus.* WESS.

ASSVRAS] A Ptolemaeo ponitur *Aſſurus.* Sed id aliud oppidum eſt, nam in Numidia citra Carthaginem ad occaſum ponitur. At hoc in Byzacena ultra Carthaginem. Plinius meminit L. V. C. 4. *Azuritani oppidi.* In Concilio Africano nominantur Epiſcopi *Victor ab Aſſuris* & *Felix ab Accura*, quae forte eſt Aſſura. SIML.

ASSVRAS] Bonum factum Simleri eſt, *Aſſurum* & *Aſſuras* diſcernentis. Sed *Felix ab Accura*, uti Auguſtino L. VI. de Baptiſ. contra Donatiſtas C. 40. dicitur, aliorſum pertinet. In Cypriano *ab Amaccura* legitur, unde viri egregii Fellus & Baluzius recte, *à Bamaccura* formarunt. Nota ea urbs eſt ex Collatione, cujus Cap. 126. inſpice. In numeris aut hic aut ſuperiore itinere error eſt admiſſus, nec ullus tamen in libris diſſenſus. WESS.

TVCCAM TEREB.] Simlerus & Lugdunenſes XXII. M. P. adpoſuerunt, contra libros noſtros. Vide ſuperiora. WESS.

ITER A CARTHAGINE PER ADRVMETVM SVFETVLA

VSQVE.	M. P. CXC. Sic.
VINA.	M. P. XXXIII.
PVTPVT.	M. P. X.
HORREA CAELIA.	M. P. XXXII.
ADRVMETVM.	M. P. X.
	VICO

PER ADRVMETVM SVFETVLAM VSQVE M. P. CXC Sic.] *In exemplari Regio pro* CXC. *interverſis literis* CCX. *legitur. Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum* CXC. *cujus ſumma ratio minoribus numeris congruit.* SVR.

PER ADRVMETVM SVFETVLA VSQVE] Nihil hic Vaticanus codex cum Regio Suritae diſcordat. ceteri vulgatum ſervant. WESS.

VINA M. P. XXXIII.] Vel *Viva.* SIML.

VINA M. P. XXXIII.] *Habent Regium, & Neapolitanum exemplar. Blandinianum & Longolianum* XXXII. *ſed in Longoliano milto corrigitur* XXXIII. *Infra* Vina civitate *legitur, &* Putput XII. M. P. *numerantur. vide an ea ſit, quæ Ptolemaeo* Κόυινα *colonia.* SVR.

VINA] Pertinuit ad Proconſularem provinciam. *Fructuoſus Vinenſis Epiſcopus* ſynodicæ illius regionis præſulum ſubſcripſit in Concilio Lateranenſi ſub Martino: in Tabula *Vina vicus,* ſeparaturque à *Pupput* millibus XVIII. WESS.

PVTPVT] Vel *Pupput.* Liber Conciliorum *Pupput.* SIML.

PVTPVT M. P. X.] *Habet Regium exemplar. In reliquis* Putput *habetur. Infra* vici *cognomine ab Antonino cenſetur. At Marciano* L. VI. p. 216. *inter oppida recenſetur.* Hic oppida, *inquit,* Puppup, Adrumetum, Leptis, Ruſpinae, Thapſus: *quæ nomina cum reliquis cum ex Plinii deſcriptione decerpta ſint, ipſe* Puppup *adjecit.* SVR.

PVTPVT] Excerpta noſtrorum librorum *Pupput,* quod Notitiæ Eccleſiaſticæ adfirmant. Frequentiſſima enim illis *Epiſcopi Puppitani, plebis Puppitanae, Eccleſiæ Puppitenſis* eſt mentio. Vide Ruinarto notata ad Notitiam Africae. In ſcripto Martiani libro eſt *Puppud. Pulpud,* quod Priſcianus ex Livii L. CXIII. ſervavit, fortaſſe ad hoc exemplum eſt mutandum. Nam *Pulpu* Ravennatis ad *Pulpud* Livii ſtabiliendum nihili eſt: ſua ille exſcripſit ex Tabula, cujuſmodi illa Peutingeri eſt. Ea vero *Pudput,* ſi ſonum attendas, nihil omnino à Putput diſcrepans. WESS.

HORREA CAELIA M. P. XXXII.] *In Regio* Orrea Celia. *Blandinianum, & Longolianum,* Horrea caelia M. P. XXXIII. *Neap.* Horrea celia mpm. XXXIII. *ſed numerus* M. P. XXXII. *appoſite cum reliquis ſummam* CXC. *conficit. Infra* vicum *fuiſſe ex Antonino apparet. In Concilio Carthaginienſi* VII. *Hilarium Epiſcopum* Horreocaelenſem *ſubſcripſiſſe apparet: & item in Carthaginienſi, cui præſedit* D. *Cyprianus, ſententiam tulit Tenax Epiſcopus ab* Horreis caeliae. Caelii *vero nomen, cum* ae *itidem ſcribi conſueviſſe, ex vetuſto nummo videmus æreo: cujus hæc eſt inſcriptio.*

IMP. CAES. D. CAEL. BALBINVS AVG.

LIBERALITAS

AVGVSTORVM.

SVR.

HORREA CAELIA] Horrea hæc, quæ in Byzacio fuerunt, à Caeliis nomen habent, quomodo HORREA AOTHENIANA, HORREA IABASIANA, aliaque in lapidibus, quorum epigrammata Gudius ex Ligorio excerpſit p. XVII. Eſt in Codice canonum Eccleſiae Africae Ἱλαελιανὸς ἀπὸ Ὀρρεοκελίων C. 27. De Horreis dictum eſt alias. WESS.

ADRVMETVM] In veteri codice ubique ſcribitur cum adſpiratione. Alii Adrumetum malunt. Urbs notiſſima ex ſcriptis veterum, hodie *Machomedia.* SIML.

ADRVMETVM M. P. X.] *Habent Regium & Blandinianum: male Neapolitanum* Hadrumetum, *& qui* Adrumentum *ſcribunt. Appiani libri* Punic. p. 29. Ἀδρύμηϑον: *Polybii* L. 15. C. 5. Ἀδρύμηϑα. *Ptolemaei* Ἀδρύμιτϑον. *Stepha.* Ἀδρύμης Ἀδρύμητος *omni genere deducit.* SVR.

ADRVMETVM] Pariſienſes libri ſemper *Hadrumetum.* In Vaticano Schelſtrate & addita adſpiratione & ſine ea invenit. Male adjungi

VICO AVGVSTI.	M. P. XXV.
AQVIS REGIIS.	M. P. XXV.
MASCLIANIS.	M. P. XVIII.
SVFETVLA.	M. P. XXXVI.
ITER A TVSDRO THEVESTE.	M. P. CXCV. Sic. VI.

adjungi non dixerim ob Inſcriptionem Theſ. p. CCCLXII. COLONI COLONIAE CONCORDIAE VLPIAE TRAJANAE AVGVSTAE FRVGIFERAE HADRVMETINAE. In Cypriano Epiſt. 45. *de Hadrumetina Colonia* edidit Baluzius. Procopio L. II. B. Vand. C. 23. Ἀδράμητος eſt: quare male L. VI. Aedif. Juſtiniani C. 6. nunc legitur Ἀδράμυτος. Byzacii erat Metropolis, ut ibidem docet. Plura de variata vocis ſcriptura dabit Ch. Cellarius L. IV. C. 4. p. 134. WESS.

VICVM AVGVSTI M. P. XXV.] *In Concilio Africano D. Cypriano præſide, Januarius à* Vico Caeſaris *ſententiam fert.* SVR.

VICO AVGVSTI] Si certum foret *Vicum Caeſaris* & *Auguſti vicum* eundem fuiſſe, nota poſthæc eſſet Epiſcopalis Januarii ſedes, quam inter ignoratas Car. à S. Paullo tranſcripſit. Nunc res ſecus habet. Vici per Africam frequentes fuere, à conditoribus poſſeſſoribusve appellati. Alium *Auguſti vicum* ſupra habuimus. In Tabula *Vicus Aurelii*, *Vicus Valeriani*, *Avidu vicus*, pro *Avidii*, memorantur. *Vicus Ammoniae* eſt in Victore Vitenſi L. I. Perſ. Vand. C. 13., ſine juſta cauſſa in *Ammonis* à Th. Ruinarto mutatus. Quid ergo impediet, quo minus *Vicum Caeſaris* in Africa fuiſſe agnoſcamus? Nunquam certe laudavero ſuſpicionem Felli, qui Januarium *Novae Caeſaris*, quæ in Numidia erat, impoſuit, nedum Pamelii, *Vico Caeſaris Juliam Caeſaream* deſignari exiſtimantis: aberat ab Aquis regiis XXXV. M. P. Vide itinera ſequentia. WESS.

MASCLIANIS.] In Concilio Africano II. nominatur Numidius Epiſ. *Maſclianitanus.* In quibusdam exemplaribus *Maſſylitanus* & *Maxulitanus.* SIML.

MASCLIANAS M. P. XVIII.] *Reg.* Masclianis. *& item Blandinianum & Neapolitanum. Longolianum* Masdianis: *& milto correctum* Masclianis. *In Concilio Carthaginienſi Præſide D. Cypriano, Julianus* a Marcelliana, *ſive* à Masclianis *ſententiam tuliſſe fertur.* SVR.

MASCLIANIS] Non ex vero Surita arbitratus eſt, *Marcellianam* & *Maſclianas* nihil diſcrepare. Traxit quidem in partes St. Baluzium ad Collationis C. 208. nec tamen is in nupera Cypriani editione quicquam mutavit, ullumve codicis diſſenſum adſcripſit. Diverſas eſſe urbes Marcellianam & Maſclianas ex Collationis Cap. 133. & 208. Th. Ruinartus dudum oſtendit. WESS.

SVFETVLAM M. P. XXXVII.] *Reg.* Sufetula M. P. XXXVI. *habet & Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum* M. P. XXXVI. *At cum paulo poſt Maſclianis Suſetulam* M. P. XXXVII. *&* XXXVI. *numerentur, & eo numero rectè ſumma conficiatur,* M. P. XXXVII. *hoc loco adpoſuimus.* SVR.

SVFETVLA] Noſtri pariter XXXVI. M. P. In itinere vero, quod hinc tertium eſt, unus Pariſienſium XXXV. M. in alio XXX. WESS.

TVSDRO] Vel *Tyſdrum*, aut *Thyſdrum.* Nam utroque modo à veteribus ſcribitur. SIML.

ITEM A TVSDRO THEVESTE M. P. CXCV.] *Sic R.* Item à Thuſdrete M. P. CXLV. *Blandinianum* Item à Tuſtro Teveſte MPM. CXCV. ſic. *In Neap. aliquot verſus deſiderantur. Salluſtii vetuſtiſſimum exemplar* Tiſdrum *habet: Commentarii Africani* C. 76. Tiſdram *pro* Tysdrum. *Et in fine ejus Commentarii,* Tyſdritanos, *inquit*, propter humilitatem civitatis, certo numero frumenti multat: *Ptolemaeo* Θύσδρος, *& Regium exemplar* Thuſdrum *etiam aſpirat.* SVR.

ITER A TVSDRO THEVESTE] Edidit ex Vaticano codice, noſtris approbantibus, Eman. à Schelſtrate *à Tuſdro Teveſte M. P. CXCV.* Rectum id eſſe, multa docent. Concilium Teleptenſe ſub Zoſimo: *Etiam cum eſſemus Tuſdrum, ſicut mecum recolit memorialis auditio veſtra.* Inſcriptio in Britannia reperta, & Actis Philoſophicis inſerta à Rog. Galaeo V. C., AIMILIVS. CRISPINVS. PRAEF. EQ. Q. NATVS. IN. PRO. AFRICA. DE. TVSDRO. Tertulliano ad Scapulam *Thiſtrum*

VICO AVGVSTI.	M.P. XXXI.
AQVIS REGIIS.	M. P. XXXV.
MASCLIANIS.	M. P. XVIII.
SVFETVLA.	M. P. XXXVI.
CILIO.	M. P. XXV.
MENEGGERE.	M. P. XXV.
THEVESTE.	M. P. XXV.
ITEM ALIO ITINERE A THEVESTE TVSDRVM.	M. P. CLXXXV. Sic.
MENEGGERE.	M. P. XXV.
CILIO.	M. P. XXV.
SVFETVLA.	M. P. XXV.

MAS-

appellatur, male credo: *Ut Cincius*, inquit, *Severus, qui Thiſtri ipſe dedit remedium, quomodo reſponderent Chriſtiani, ut dimitti poſſent.* Alii *Tyſdrum* malunt. Litem inter Tyſdritanos & Adrumetinos de æde Minervae meminit Agennus de Controv. Agror. p. 74. Salluſtii locus, quem Surita innuit, videtur in Jugurtha eſſe C. 63., ubi nunc *Tiſidium* editur, neque abſurde, uti in Probabilibus C. 3. oſtendi. Addo diſputatis, Tiſidii videri apud Optatum L. II. Schiſ. Donat. C. 19. memoriam conſervatam, quamquam *Tyſedim* corrupte edunt. *Thixmidam*, quam Salluſtio ibidem vindicavi, perperam ſollicitari Priſcianus L. VI. argumento eſt. *Ergo Capſa*, inquit, *& Thala oppidum & Thirimida ſimiliter fœminina figurate neutris ſunt conjuncta.* Sic habet editio anni DXXVIII., quæ nunc inter manus eſt, recte ſatis, modo unam literam detraxeris. Nam ex Salluſtio ea oppidorum nomina eſſe deprompta, quiſque videt. Sed è diverticulo in viam redeo. WESS.

AQVIS REGIIS M P. XXXV.] Auctius hoc eſt intervallum millibus X., ut priora itinera indicant. *Aquis regiis*, ſicut ſcribendum ſupra arbitrabamur, hoc loco unus Pariſienſium aperte præfert. WESS.

CILIO M. P. XXV.] Sic libri præſtantiores. *Cilicio*, quod Lugdunenſis Editio & liber Pariſienſis dat, vitio librarii debetur. Victor Tununenſis poſt Conſulatum Baſilii V. C. anno III. *Stuzas tyrannus gentium multitudine ordinata Solomoni Magiſtro militiæ & Patricio Africae Aeducique Romanae ducibus militiæ Cilio occurrit.* Fuit in Byzacio. Notitia ejus provinciæ Epiſcopis accenſet *Fortunatianum Cilitanum.* WESS.

MENEGGERE] Supra *Menegeſem* XX. M. P. à Theveſte disjunxit. Videturque Surita ſuſpicatus, prorſus eſſe eandem. Equidem non arbitror: nam & à Theveſte longius diſſita hæc manſio fuit, & à Sufetula. WESS.

ALIO ITINERE A THEVESTE TVSDRO] Totum hoc iter in quibuſdam exemplaribus invertitur, A TVSDRO TEVESTE, mutato etiam ordine manſionum. SIML.

ITEM ALIO ITINERE A THEVESTE TVSDRVM M. P. CLXXXV.] *Codex Regius* CLXXV. *Blandinianum & Neapolitanum* CLXXXV. *& ſummæ ratio* CLXXXV. *numerum conficit.* SVR.

ITEM ALIO ITINERE A THEVESTE TVSDRVM] In noſtris quoque CLXXXV. M. P. Unus Pariſienſium notavit, *III. ſunt minus.* & tamen ſummam ille auget, Aquas regias contra verum Maſclianis removens XXXVIII. M. P. WESS.

AQVIS REGIIS M. P. XVIII.] Sic rectè Editiones Lugdunenſis & Baſilienſis. Surita XVII. M. appoſuerat. Pejus Pariſienſis, uti dictum eſt. WESS.

GERMANICIANAM M. P. XXIIII.] *Re. exemplar* Germaniciana M. P. XXIIII. *Blandinian. & Neapolitanum* Germaniciana mpm. XXII. *atque item Longolianum. In eodem Concilio Africano Jambus Epiſcopus* à Germaniciana *ſententiam tulit.* SVR.

GERMANICIANA] Iverunt viri docti in diverſas opiniones ob *Jambum à Germaniciana.* Oxonienſis Epiſcopus in Cypriano ſuo ad *Novam Germaniam*, Numidiae urbem, retulit. Hoc

MASCLIANIS.	M. P. XXXVI.
AQVIS REGIIS.	M. P. XVIII.
GERMANICIANA.	M. P. XXIIII.
ELIAE.	M. P. XVI.
TVSDRO.	M. P. XVIII.
A SVFIBVS ADRVMETVM.	M. P. CVIII. Sic.
MARAZANIS.	M. P. XXVIII.
AQVIS REGIIS.	M. P. XX.
VICO AVGVSTI.	M. P. XXXV.
ADRVMETVM.	M. P. XXV.
A SVFETVLA CLYPEA.	M. P. CCXVI. Sic.

MAS-

Hoc Th. Ruinarto parum placet, decernitque in ea urbe Numidiae Epiſcopum egiſſe, unde *Germanienſis* in Notitia eſt. Ego vero hujus rationem expeto. Vero id ſimile eſſe vir doctus ait. Quidni ego veri opiner ſimilius, Jambum hanc *Germanicianam*, ut Surita cenſuit, incoluiſſe? certe nominum concordia vix requirit aliud. WESS.

ELICES M. P. XVI.] *Regium exemplar* Elie M. P. XVI. *Blandinianum* Elices mpm. XIIII. *atque item Longolianum. Neapolitanum* Elites mpm. XIIII. *Vox* Elices *mire placet: ac Regium exemplar male affectum reor: quod Columella crebros ſulcos aquarios à nonnullis* Elices *vocari, libro ſecundo* C. 8. *doceat, ut ejus rei ergo nomen diverſorio inditum fuerit.* SVR.

ELIAE] Plus ſæpe eſſe in uno, quam in turba, boni, Regius Suritae liber oſtendit. Omnes conſpirarunt in *Elices* aut *Aelices*, cum verum unice ſit *Eliae* aut *Aeliae*. Illud probat Tabula Peutingeri, hoc Ravennas L. III. C. 5. Cum Tabula conſentit Regius codex Notitiæque Eccleſiaſticae. *Faſcinullus plebis Elienſis* eſt in Collatione C. 126. Africae Notitia inter Byzacenos *Donatianum Elienſem* recenſet. *Eliae* reſcripſi, hos omnes audiendos ratus. WESS.

A SVFIBVS] Sic Edit. Ant. cum ſcriptis noſtris, inducta vocula *Item:* abeſt præterea duobus ſequentibus itineribus. Millia paſſuum adſcribunt CIX. Lugdunenſe & Simleri exemplar. Excerpta librorum Pariſienſium vulgata retinent. WESS.

MAZARA M. P. XXVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Marazanis mpm. XXVIII. *Neapolitanum* Maratanis mpm. XVIII. *Longolianum*, Ab Arazanis mpm. XXVIII. *Vi-ſum tamen eſt vetuſtiſſimi exemplaris lectionem ſequi.* SVR.

MARAZANIS] Non ſequor hic Suritae judicium. *Marazanis*, quod omnes, præter Cuſani librum, qui *Marcitanis*, probant, verum eſſe ſuperiora itinera vincunt. Nugator Anaſtaſius hinc formavit *Marazanim.* WESS.

A SVFETVLA CLIPEA M. P. CCCXVI.] Numerus hic falſus eſt, nam alibi à Carthagine Sufetulam ponuntur CLXXII. M. P. & Clupea tantum LXXXV. M. P. à Carthagine diſtat: & quidem inter Carthaginem & Sufetulam poſita eſt. Praeterea ſi manſionum numeri in hoc itinere in unam ſummam conjungantur, tantum CCXV. M. P. faciunt Arbitror autem manſionum quoque numeros vitioſos eſſe, id quod perſpicitur, ſi eos cum ſuperioribus itineribus conferamus. SIML.

ITEM A SVFETVLA CLYPEAM M. P. CCXVI.] *Regium exemplar* Clypea: *Blandinianum item* Clypeam mpm. XXVI. *Neapolitanum & Longolianum* A Sufetula Clypea mpm. CCCXVI. *Exemplaria Plinii L* 5, *C.* 4. Clypea *edunt. Ptolemaeo* Κλυπία. *Prima belli Punici primi pramium fuit: pr.maque, ut Florus eſt auctor L.* 2. *C.* 2. *à Punico litore, quaſi arx, & ſpecula procurrit. Liberum oppidum Plinio in promuntorio Mercurii. Caeſar belli civilis commentario ſecundo: C.* 23 appulit ad eum locum, qui appellatur Aquillaria Hic locus abeſt à Clupeis XXII. M. P. habetque non incommodam ſtationem: & duobus eminentibus promuntoriis continetur. *Vetuſta enim exemplaria* Clupeis *plurium numero habent, ſed paulo poſt eadem & excuſa* ad Clupeam *habent: ut veriſimile non ſit tribus verſibus ejus nominis genus Caeſarem va-*

MASCLIANIS.	M. P. XXXVI.
AQVIS REGIIS.	M. P. XVII.
VICO AVGVSTI.	XXXV.
ADRVMETVM.	M. P. XXV.
HORREA.	M. P. XVIII.
PVTPVT.	M. P. XXX.
CVRVBI.	M. P. XXVI.
VEL NEAPOLI.	M. P. XII.

CLY-

variaſſe: quod admonere libuit, propterea quod vetuſti Antonini codices Clypeis *legunt.* SVR.

A SVFETVLA CLYPEA] Errorem eſſe in paſſuum millibus vere vidit Simlerus. Unus Pariſienſium ſummam nimium auget, CCCXVII. M. P. apponens. Ceteri cum Suritae editione nihil diſſident: viſumque fuit eos ſequi. Quæ plura diſputat Simlerus, non magni ſunt ponderis. Falſum enim eſt Clupeam fuiſſe mediam inter Carthaginem & Sufetulam. Poſita hæc erat in Byzacio, diverſisque itineribus inde aut Carthaginem aut Clupeam tendebant. Urbis nomen libri varie edunt. Duo Pariſienſes *Clipea.* Vaticanus & Tabula *Clipeis. Clypeis* Ravennas: ut pæne incertum ſit, quid itinerarii auctor dederit. Neque multum hoc refert, cum ipſi veteres in numero vocis variarint. Eandem diſcordiam, quam in Caeſare notavit Surita, invenies in Commentario belli Africani C. 2. & 3. Urbis Epiſcopum Notitiæ Eccleſiaſticæ *Clipienſem* appellare amant. In Procopio L. II. B. Vand. C. 11. ἐν Κλιπέᾳ leges. Quæ indicio ſunt, conſenſiſſe librarios in eam vocalem contra verum, quod *Clypeam* aut *Clupeam* deſiderat. Cauſlam nominis exponit Silius L. III. 243.

Tunc qua Sicanio præcinxit litora muro,
In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.

ubi vide Cl. Drakenburgio notata. WESS.

AQVAS REGIAS M. P. XVII.] *Manuſcripta tria exemplaria, atque item Longolianum* Aquis Regis M. P. XVII. *cum ſupra* Maſclianis Aquas Regias XVIII. M. P. *numerentur.* SVR.

VICVM AVGVSTI M. P. XXXV] *Exemplaria manuſcripta* M. P. XXXII. *cum eadem paulo antea bis,* Aquis Regiis Vicum Auguſti M. P. XXXV. *connumerent: quam lectionem retinendam arbitror.* SVR.

PVTPVT M. P. XXX.] *Habetur in exemplaribus manuſcriptis & Longoliano: cum ſupra ex* Putput vico Horrea Caelia XXXII. M. P. *deſignentur.* SVR.

CVRVBIM M P. XXVI.] *Regium exemplar* Curubi M. P. XXVI. *Blandinianum* Curubi M. P. XXVII. *& Neapolitanum item At Longolianum* Curubi M. P. XXVII. vel Neapoli M. P. XII. *ut à* Putput *duo itinera deſignari videantur: Nam & Blandinianum ſtatim ſubdit* vel Neapoli mpm. XII. *ſed in Regio ea dictio,* vel *non habetur. Plinius, L. 5. C. 4.;* & liberum Clupea in promuntorio Mercurii. Item libera Curubis, Neapolis. *Ptolemaeo item ordine* Κυρόβις & Νεάπολις *colonia.* SVR.

CVRVBI] Muratos hic eſſe verſus & Curubim male Neapoli, cum fuerit inter eam & Clupeam, præponi, monuit Ch. Cellarius V. C. L. IV. C. 4 p. 147. Suadent hoc Plinius & Ptolemaeus cum Itinerario maritimo. Jubet quoque Ravennas, qui L. V. C. 5. hoc ordine urbes enumerat: *Miſſua, Clypeis, Curubis, Neapolis, Pulpu.* Et, qui hoc prior eſt, Martianus L VI. p. 216. Neque ego a viro egregio hic diſſiderem, niſi MSS. Suritae ſuſpicionem confirmarent, duplex hic iter deſcribi à Pupput, alterum per Curubim Clupeam, alterum per Neapolim. Noſtri enim omnes, plane ut Longolianus & Blandinianus, *Vel Neapoli* M. P. XII. Idem in Lugdunenſi exemplari expreſſum eſt. Atque hæc opinio ex Tabula confirmatur. Ea namque Pupput XII. M. P. Neapoli disjungit. Sola XXX. M. P., quæ ſequens iter inter Clupeam & Curubim interjicit, morari poſſunt. Quid ſi vero hic diſtantia Neapolim inter & Clupeam, ſequenti Clupeam inter & Curubim indicetur? Tabula XVI. M. P. Neapolim Clupea ſeparat, quæ, qui tutum putaverit, mutare poterit. Urbs inter Proconſularis provinciæ alias celebris eſt exilio

CLYPEIS.	M. P. XX.
A CARTHAGINE CLYPEIS.	M. P. LXXXV. Sic.
MAXVLA PRATES.	M. P. X.
CASVLA.	M. P. XX.
CVRVBI.	M. P. XXV.
CLYPEIS.	M. P. XXX.
ITER A CARTHAGINE THENIS.	M. P. CCXVII.
INDE LEPTI MAGNA.	M. P. CCCCXXII.
INDE ALEXANDRIA.	M. P. DCCCCII.

A CAR-

ilio S. Cypriani, de quo Pontius in hujus Vita C. 12. adde Auguſtinum L. XXII. Civit. Dei C. 8. WESS.

CLYPEIS] Sic reſcripſi, volentibus MSS. vetuſtiſque editionibus. Anaſtaſius in Epitome hinc *Cliperim* ſibi finxit. WESS.

MAXVLA PRATES] Maxulae coloniae in ſinu Carthaginienſi meminit Plinius. Item Ptolemaeus, qui Maxulam vocat, ut proximo itinere iterum Maxula ponitur ab Antonio. hic additur nomen *Prates*. qua de cauſſa ignorare me fateor. diſtantia non eſt eadem: nam à Carthagine ad Maxula Prates ponit X. M. P. ad Maxula XVIII. M. P. Forte igitur iter unum ducit per Maxulam civitatem maritimam, alterum per campos Maxulanorum, quos *Maxula prata* vocavit, ut *Pratis* vel *Prata* legatur. Niſi alia Maxula hoc nomine priori vicina fuerit. SIML.

MAXVLAM PRATES M. P. X.] *Habet Regium exemplar* Maxula M. P. X. *Bland.* Maxſula Prates M. P. X. *reliqui* Maxula prates mpm. X: *quid tamen illud* prates *ſibi velit, aſſequi hactenus non potui. Paulo poſt* Maxulam civitatem *Antoninus cognominat, omnibus in id cognomen exemplaribus conſentientibus. Plinius L.* 5. C. 4: Colonia Carthago, magnæ in veſtigiis Carthaginis: Colonia Maxula. *In excuſis haud recte*, Maxulla: *nam Toletanum* Maxilia *habet: & duo æque vetuſta* Maxula. *Ptolemaeo* Μαζῦλα *pro* Μαξῦλα. SVR.

MAXVLA PRATES] Eadem noſtri libri, quæ Suritae, præferunt. De voce addita non abſurde diſputat Simlerus. Sed quis vera præſtabit? Id videor mihi vidiſſe, neque Suritam latuit, duas hoc nomine urbes fuiſſe, Carthagini vicinas. Diverſum, quod inter eas & Carthaginem interponitur, intervallum huc ducit. Sed maxime Ptolemaeus. Locat Maxulam poſt Catadae fluvii oſtia L. IV. C. 3. brevi vero poſt Maxulam veterem ſub Carthagine ponit, & utrique diverſam theſin appingit. Quando vero Maxulae veteris poſitura huic bene convenit, cogitandum eſt, ſintne in *Prates* vocabuli *Veteris* reliquiæ? WESS.

CASVLA M. P. XX.] Haud ſcio an referri huc debeat inſcriptio, quam ex antiquiſſimo Hilarii codice Vaticano Joan. Mabillonius L. V. Rei Diplom. p. 355. inſeruit: *Contuli in nomine Domini Jeſu Chriſti apud Kaſulis conſtitutus anno xjv. Traſamundi regis.* Africae urbem indicari nulla eſt dubitandi cauſſa. ſed & ſimili nomine alia in Byzacena fuit, ut ex Notitia apparet. WESS.

A CARTHAGINE THENIS.] Eandem prorſus diſtantiam ponit Plinius: ponuntur autem Thenae à Ptolemaeo ad Syrtim minorem. SIML.

A CARTHAGINE THENAS M. P. CCXVII.] *Regium exemplar* M. P. CCVIIII. *cum reliqua* M. P. CCXVII. *habeant: quam lectionem præferendam Plinii auctoritate video.* Ea pars, *inquit*, L. 5. C. 4. quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem, & novam: diſcretas foſſa inter Africanum ſequentem, & Reges, Thenas uſque perducta: quod oppidum à Carthagine abeſt CCXVII. M. P. *Toletanum tamen, & tria alia manuſcripta exemplaria* CCXVI. M. P. *habent.* SVR.

INDE LEPTIM MAGNAM M. P. CCCCXXII.] *Hæc lectio Bland. & Neapolitani, Longolianique fide fulcitur, quod Regium exemplar magno ſit errore vitiatum: nam* M. P. CCXXIIII. *in eo legimus.* SVR.

INDE ALEXANDRIA] Lugdunenſe exemplar *In Alexandria*, atque ita plures è

A CARTHAGINE.

MAXVLA CIVITATE.	M. P. XVIII.
VINA CIVITATE.	M. P. XXVIII.
PVTPVT VICVS.	M. P. X.
HORREA CAELIA VICVS.	M. P. XXX.
ADRVMETVM COLONIA.	M. P. XVIII.
LEPTIMINVS CIVITATE.	M. P. XVIII.

TVS-

scriptis libris. Mihi, quamquam defendi hoc potest, vulgatum placuit. Mansiones summam paullo ampliorem, si singulas obire velis, dabunt. WESS.

A CARTHAGINE MAXVLAM CIVITATEM M. P. XVIII.] *Vetusta exemplaria* Maxula civitate M. P. XVIII. *cum supra* X. M. P. à Carthagine Maxulam *connumeret: qua in re nihil occurrit animadversione dignum, præterquam à Ptolemaeo duas* Maxulas *recenseri, unam statim à Carthagine, post Catadae fluminis ostium, quam Plinius* coloniæ *cognomine decorat: alteram inter* Bragada *flumen, &* Tritonem *paludem, quæ Μάξυλα παλαιὰ ab eo cognominatur: visusque est Antoninus* civitatis *cognomento hanc distinxisse: in utroque enim itinere, summæ ratio satis constat.* SVR.

A CARTHAGINE MAXVLA CIVITATE] Ab hac urbe litus, Carthaginem proximum, Maxulitanum, uti Ortelius observavit, dicebatur. Victor Vitensis L. I. Pers. Vand. C. 5. *Qui dum, ut moris est, ad Maxulitanum littus exissent, quod ligula vulgi consuetudine appellatur. Ligulae* nomen acceperat, quod promuntorium esset, non excellens, sed molliter in planum devexum: Ea *linguas* vocabant, Festo teste: vide Savaronem ad Sidonii Epist. 2. L. 1. & Valesium ad Ammianum L. XIV. C. 8. Præterea Martyres *Massylitani* quorum in Africa celebris memoria, huc referendi ex Martyrologio Romano V. Idus April. Scio God. Henschenium in alia omnia abire, & Fezae, urbe Tingitanae nobilissima, pro religione mortem subiisse, existimare. Ego factum nollem. Prudentius, quem corrigit, Peristeph. IV. 45.

Ingeret Tingis sua Cassianum
Fessa, Massylum monumenta regum.

Prudentius, inquam, hac ope non indiget: *Festa Massylum monumenta regum*, quod libri omnes approbant, optimum est, dictumque, uti Virgilianum hoc:

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Et quis veterum *Fessae*, seu *Fezae* potius, meminit? Urbs ea sub Saracenis demum clarescere cœpit, & ab illis est condita, sicuti ostendit Bern. Aldrete L. III. Antiq. Hispaniae & Africae C. 7. & 8. Cui porro *Massyli* & *Massylitani* eodem numero sunt? Neque obesse debet, quod à Maxula nascatur *Maxulitanus*. Constat enim promiscue dixisse: nam ejusdem urbis præsul modo *Massylitanus*, modo *Ecclesiæ Maxulitanae* nuncupatur. Vide Collationis C. 112. & Mabillonium ad Kalendarium Carthag. p. 164. Analectorum. WESS.

PVTPVT VICVM M. P. XII.] Putput Vicus M. P. XII. *in manuscriptis & Longoliano legitur: cum supra à* Vina Putput M. P. X. *attribuantur.* SVR.

PVTPVT VICVS] In Lugdunensi editione *Pupput Vicus X. M. P.*, quod, Parisiensi & Vaticano volentibus, recipiendum censui. WESS.

HORREA CAELIA VICVM M. P. XXX.] *Eundem numerum apponunt vetusta exemplaria & excusum Longolianum: cum supra* à Putput Horrea Caelia XXXII. M. P. *numerentur.* SVR.

HORREA CAELIA VICVS] Accedunt his veteres libri, quorum excerptis utimur, præter Parisiensium unum, qui, detractis XX. M., sola XII. M. retinuit. WESS.

ADRVMETVM COL. M. P. XVIII.] *Ita legitur in eisdem exemplaribus: cum supra ab* Horreis Caeliis X. M. P. *numerentur* Adrumetum usque. SVR.

ADRV-

TVSDRO COLONIA.	M. P. XXXIII.
VSVLA CIVITAS.	M. P. XXXII.
THENIS COLONIA.	M. P. XXVIII.
MACOMADIBVS MVNICIPIVM.	M. P. XXVIII.
CELLAS VICVS.	M. P. XXVI.
TACAPAS COLONIA.	M. P. XXX.
AGMA SIVE FVLGVRITA VILLA.	M. P. XXX.

GIT-

ADRVMETVM COLONIA] Eadem passuum millia editi & manu exarati servant. Coloniæ honores Hadrumeto dedit Trajanus, ut vetus lapis, cujus epigramma supra dedimus, indicio est. WESS.

LEPTIM MINOREM CIVITATEM M. P. XVIII.] *Reg.* Leptiminus civitas M. P. XVIII. *atque item Neapolitanum. Blandinianum exemplar* Leptiminus civitate M. P. XVIII. *Longolianum* Leptiminus civitate mpm. XXIIII. *& miniatulis litteris corrigitur* civitas XVIII. *Videtur* Leptim minorem *pro parva cognominare. Plinio L. 5. C. 4.* Leptis altera: *& Ptolemaeo* Λέπτις μικρά. SVR.

LEPTIMINVS CIVITATE] Restitui in integrum, quod omnes offerebant, *Leptiminus civitate.* Tabula habet *Lepte minus.* Videri hoc posset insolentius & Romani sermonis legibus adversum, nisi notum satis esset, optimos quosque sequius sæpe genus in urbium vocabulis ad prætermissam *oppidi* vocem retulisse: relege Sanctii Minervam L. IV. C. 4. p. 622. Hinc ortum paullatim, ut nomina urbium pleraque incerti haberentur generis, qua de re Consentius in Arte p. 2027. Cum vero more quodam novo, & quasi monoptoto, urbes earumque vocabula adhiberent, *Lepti minus* dixisse mirandum non est. Et ne arbitreris in Itinerariis tantummodo hos flosculos lectitari, ecce tibi *Demetrium à Leptiminus*, qui in Concilio, cui præses Cyprianus fuit, pro hæreticis de integro baptizandis sententiam dixit, & *Romanum Leptiminensem* ex Collat. C. 121. Leptis hæc *civitas libera & immunis* est Hirtio Belli Africani C. 7. In ea Præses Byzacenae aut Capsae sedem habebat. Justinianus L. 2. Cod. §. 1. de off. Praef. Praetor. *Dux vero Byzacenae provinciæ & in Capsa & in altera Lepte civitatibus interim sedeat.* Vide Salmasium ad Spartiani Severum C. 1. WESS.

TVSDRO COLONIA] Inter oppida libera Plinius L. V. C. 4. *Tusdritanum* numerat. Ptolemaeus Coloniæ titulum non addit. Unde consequitur, utriusque ætate Tusdrum colonos nondum fuisse deductos. Videndum est, utrum à Gordiano seniore, qui Tysdri Imperator est consalutatus Herodiano auctore L. VII. C. 6., Coloniae jura impetraverit? WESS.

VSVLAM CIVITATEM M. P. XXXII.] *Manuscripta & Longolianum* Vsula civitas M. P. XXXII. *Ut forte id oppidum sit, quod Ptolemaeo* Οὔσιλλα. SVR.

VSVLA CIVITAS] Sic vulgati & schedae scriptæ. ad Ptolemaei scripturam proxime accedit Tabula, in qua inest *Usilla mun.* Notitiis Ecclesiasticis visum est ab *Usula* non recedere. *Cassianus Usulensis* Concilio Carthaginiensi sub Grato adfuit. *Victorinus Usulensis* inter Byzacenos memoratur. Est tamen *plebs Usilensis* in Collat. C. 126. VSALLITANI, quos vetus inscriptio Thesauri p. DXII. Leptitanis jungit, aliorsum pertinere videntur. WESS.

THENIS COL.] In Parisiensium uno adscriptum erat, *II. sunt super.* Illene in alio libro XXVI. M. P. invenit? Coloniam fuisse supra observavimus ex veteri lapide. WESS.

MACOMADES MVNICIPIVM M. P. XXVIII.] *Supra à* Macomadibus Thenas M. P. XVII. *omnia edunt exemplaria.* SVR.

MACOMADIBVS MVNICIPIVM] Lugdunense exemplar & Vossianus codex uno versu MACOMADIBUS, altero *Municipium XXVIII. M. P.*, quasi municipium Macomadibus aliud foret. haud bene. has *Macomades minores* esse, dictum est antea. WESS.

TACAPAS COLONIA M. P. XXX.] *Regium exemplar.* Theapas col. M. P. XXX. *Reliqua* Tacapas Colonia M. P. XXX. *supra à* Cellis Picentinis Tacapas M. P. XXX. *designavit.* SVR.

AGMA SIVE FVLGVRITAM VILLAM M. P. XXX.] *Reg.* Agma sine Fulgurita villa

GITTI MVNICIPIVM. M. P. XXV.
PONTE ZITA MVNICIPIVM. M. P. XXXV.
VILLA MAGNA, VILLA PRIVATA. M. P. XXX.

FISI-

M. P. XXV. *Bland.* Acma sive Fulgurita villa M. P. & *Neapolitanum exemplar.* Acmasine Fulgurita villa M P. XXX. & *Longolianum* Acina, sive Fulgarita villa XXX. & *miniaceis litteris* Acinasine *correctum : forte Gracum nomen est:* Ἄγμα *pro fragmento, aut* Ἀκμὴ *pro incremento. Infra in itinere, quod à* Tacapis Leptim magnam *ducit* Agma *conlocat.* SVR.

AGMA SIVE FVLGURITA VILLA] In nostris eadem est discordia. Ex Vaticano edidit Schelstrate *Agma:* Vossii *Ama*, *Acma* libri Parisienses habent cum Basilienssi Lugdunensique editionibus. an à confragoso litore, in quo posita hæc villa, id nominis accepit? Graecis ejuscemodi loca Ἀγμὰς appellari ex Hesychio notum est. Nicander Alexiphar. v. 388.

Κνώδαλα φυκιόεντας ἀεὶ περιβόσκεται ἀγμάς.

An vero à fulmine, quo villa tacta reculæque ejus infractæ fuerint, cognomentum sortita est? Ἄγματα ἀμφορέων de *amphorarum fragmentis* ex veteri scriptore Suidas adfert. Hoc confirmari videtur ex *Fulguritae* titulo: Fulguritum enim id est, quod fulmine ictum, uti legitur in Festi reliquiis. Tu, quid verius sit, arbitraberis. Certi equidem nihil decreverim. Fieri quippe potest, ut Punicum hoc sit vocabulum. Habet praeterea Arabum sermo, cui multa cum Poenis communia erant, quædam huc facile transferenda, quæ in re parum liquida attingere nolo. *Fulgurita* memoratur in scripta Tabula, XXV. M. P., uti hic, à Gitti. WESS.

GITTI MVNICIPIVM] Ptolemaeo *Gichtis.* Moletio hodie *Galfanacar.* SIML.

GITTI MVNICIPIVM M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar : cum reliqua* Gitta municipium. *In Itinerario maritimo Blandinianum exemplar* Gitti de Tripoli : & *in Neapolitano* Gitti : *nam in Regio hæc vox defecit : Ptolemaeo in Syrtis parvæ thesi* Γιχθὶς : *quæ an eadem sit æstimandum.* SVR.

GITTI MVNICIPIVM] Non est caussa dubitandi, quin Ptolemaei illa urbs hæc sit. In Coisliniano codice Γιθὶς est, quod ad *Giti* vel *Gitti* prope accedit. Tabulae scriptæ dicitur *Ghti. Catulinus Episcopus plebis Gittensis* est in Collationis C. 133., ubi El. du Pin non recte notat, *incertum eff.*, *cujus ille sit provinciæ.* Fuit in Tripolitana; Colonia enim Tacapitana prima in hoc itinere ejus provinciæ urbs est. WESS.

PONTE ZITA MVNICIPIVM] Hoc forte id oppidum est, quod Hirtius de bello Africano *Zettam* nominat. Ptolemaeo *Zetha extrema.* Moletio *Scala Ris.* SIML.

PONTEZINTA MVNICIPIVM M. P. XXXV.] *Habet Regium exemplar, reliqua vero* Pontezita. *Ptolemaeus juxta hæc loca* Ζηθὰ ἄκρα *conlocat. Fuit quando suspicatus sum*, Pontem Uzitae *legendum. Nam de* Uzita *auctor Commentarii Africani C.* 41., *Dion libro xliij* p. 243. & *Ptolemaeus mentionem fecere.* SVR.

PONTE ZITA MVNICIPIVM] Non probo conjecturam Suritae. Uzita longe hinc diversa remotaque fuit, sita in Byzacena. Ex Commentario belli Africani perspicue apparet haud longe Adrumeto, Ruspina Leptique altera disjunctam fuisse: imo vero VI. M. P. à portu Leptis aberat. Audi ex C. 63. *Caesar interim celeriter per nuncios in castris, quum opera circuiret, certior factus, quæ aberant à portu millia passuum VI., equo admisso, omissis omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim.* Castra intelligit, quæ in campo proxime Uzitam erant locata, ut est C. 56. Huic Uzitae positioni assentitur Ptolemaeus L. IV. C. 3. inter urbes, quæ circa Adrumetum erant, Uzitam recensens. *Zettam*, quam ex Comm. de bello Africano C. 68. huc Simlerus advocavit, hinc quoque removerim: Ordo enim Caesaris itinerum in Byzacena & eam fuisse indicio est Hoc, quo de agimus, municipium in Tripolitana locum & dignitatem obtinuit. In scripta Tabula *Liha Municipium* pro *Zita* est. Ravennas L. V. C. 5. habet ex Tabula *Zita*, neque aliter libri vetusti. WESS.

VILLAM MAGNAM, VILLAM PRIVATAM M. P. XXX.] *Exemplaria manuscripta, & Longolianum recto casu edunt, & unicum diversorium. Mihi verisimile fit, ex duobus in*

unum

FISIDA VICVS. M. P. XXXI.
CASAS VILLA ANICIORVM. M. P. XXVI.
SABRATA COLONIA. M. P. XXX.
VAX

unum fuisse conflata : quod in hoc commentario non semel accidisse docebimus. Svr.

VILLA MAGNA, VILLA PRIVATA] Fuisse eo nomine *Villam* in Proconsulari docet *Cyprianus Episcopus Villae Magnensis*, qui Synodicæ præsulum provinciæ ejus subscripsit in Lateranensi Concilio sub Martino. In Collationis C. 133. *Augendus Episcopus plebis Villae Magnensis* Catholicis accensetur. Ex utra fuerit *Villa Magna* non est, quo certo cognoscas. Wess.

FISIDA] Vel *Pisida*. Forte *Pisidon* portus Ptolemaeo, quamvis hunc post *Sabratam* ponat. Siml.

FISIDA VICVM M. P. XXXI.] *Regium*, *Blandinianum*, & *Longolianum exemplar recto casu eundem numerum edunt*; *Neapolitanum* Fisida intus mpm. XXI. Svr.

FISIDA VICVS] Recto quoque casu in nostris libris hæc mansio expressa est. Tabula *Pisida municipium*, sed Ravennas *Fisidia*. Meminit Carthaginiensis Collatio *Ambibii Episcopi plebis Pisitensis* C. 133., quem huic fuisse præpositum, adfirmare non sustineo. Vide quæ disputarunt viri doctissimi St. Baluzius & El. du Pin ad Collationem. Simleri opinionem probavit Ch. Cellarius V. C. IV. Geog C. 3. Wess.

CASAS VILLAM ANICIORVM M. P. XXVI.] *Regium*, & *Neapolitanum exemplar edunt*. *Blandinianum*, & *Longolianum* Casa silla Aniciorum M. P. XXVII. & *in Longoliano milto* Casas villa Aniciorum mpm. XXVI. *corrigitur*. Anicia *gens ampla*, & *prapotens multis saculis fuit*. *Ausonius ad Probum*.

Qui vincit aevi injuriam
Stirpis novator Anniae:
Paribusque comit infulis

Aniciorum stemmata. *Aurelii Cassiodori variarum libro x. Ep. xj. Theodahadus Rex Maximo Domestico V. I.* Anitios quidem pæne principibus pares aetas prisca progenuit, quorum nominis dignitas ad te sanguinis fonte perducta, collectis viribus hilarior instaurata rutilavit. *Jornandis de Justiniano Imperatore de R. Get. Cap. ult:* Mathasuentam vero jugalem ejus fratri suo Germano patricio conjunxit Imperator, de quibus postumus patris Germani natus est filius, item Germanus: in quo coniuncta Aniciorum gens cum Amala stirpe spem adhuc utriusque generis Domino præstante promittit. Svr.

CASAS VILLA ANICIORVM] Gentis Aniciae maximas atque invidendas fuisse opes Ammianus L. XVI. C. 8. &, quem ibi testem produxit H. Valesius, Zosimus L. VI. C. 7. egregie docuerunt. De gente ipsa post accuratam Th. Reinesii Epist. 69. ad Rupertum operam multa dicere supervacuum arbitror. Wess.

SABRATA COL.] Syrtim minorem tangit Plinio teste. Ptolemaeo *Sabathra* vocatur. hodie *Saxambes* Moletio. Siml.

SABRATAM COL. M. P. XXX.] *Regium exemplar* Sabrata col. M. P. XXX. *Blandinianum & manuscripta alia* Sabrata colonia M. P. XXVIII. *Plinius L. 5. C. 4.* Sabrata contingens Syrtim minorem: ad quam Numidiae & Africae ab Ampsaga longitudo DLXXX. M. P. Latitudo, qua cognitum est C C. *Et alio loco L. 5. C. 5.* Item Cydamum è regione Sabratae. *Ptolemaeo inter duas Syrtes* Σαβράθα: *& alia juxta* Zetha *promuntorium* Σαβάθρα: *atque hoc quod ad Syrtis minoris descriptionem pertinet*, *Antonini* coloniam *designari arbitror*: *&* Σαβράτα *legendum non* Σαβάθρα. *Procopio libro aedificiorum Justiniani VI. C. 4.* Σαβάθρα. *Silius lib. 3. 256.*

Sabrata, tum Tyrium vulgus. Svr.

SABRATA COL.] Priores editiones cum Vaticano & Vossiano libro *Sabrata Colonia M. P. XXVIII.* præferunt. Unus Parisiensium Regio Suritae libro accedit. *Sabratam* Notitiæ Ecclesiasticæ non improbant, *Sabratenum* & *Sabratensem* hinc formantes. Vide Th. Ruinartum ad Victorem Vitensem L. I. C. 7. Corruptissimus est in hac urbe Joan. Malala in Justiniano p. 197. Ἐν οἷς παρελήφθη ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη Τρίπολις καὶ Λεπτιμάγνα, καὶ Σαβαθὰ καὶ Βιζάκιον. Intelligit, quod Edm. Chilmeadum non fugit, Leptim magnam, Sabratam & Byzacium, quas Mauritii occuparunt, victis expulsisque Afris, sive Vandalis potius. Wess.

VAX VILLA REPENTINA. M. P. XXVII.
OEEA COLONIA. M. P. XXVIII.
MEGRADI VILLA ANICIORVM. M. P. XXXV.

MIN-

VAX VILLAM REPENT. M. P. XXVII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua omnia* Vax villa repentina M. P. XXVII. SVR.

VAX VILLA REPENTINA] Haud aliter excerpta librorum noſtrorum prioreſque editiones. Villa hæc à *Repentino*, ejus, ut putem, conditore cognomen eſt nacta. Eſt in monumento Gruteriano Theſ. p. CCCXC. 2. P. CLAVDII PALLANTI HONORAT. REPENTINI LEG. PR. PR. PROVINCIAE AFRICAE memoria conſignata. Ab eo aliove ejuſdem nominis ita dici potuit. WESS.

OEEA COL.] In Concilio Carthaginienſi ſub Cypriano nominatur *Natalis à Boia*. ubi legendum, *ab Oea*. SIML.

OEEAM COLONIAM M. P. XXVIII.] *Hæc in optimo exemplari deſunt. Blandinianum & Longolianum* Oeea M. P. XXVIII. *Neapolitanum* Doca colonia M. P. XXVIII. *Ego* Oeeam *legendum arbitror: ut ea ſit de qua Pomponius L. 1. C. 7.* Ultra eſt Oeea oppidum & Cynips fluvius: *Plinius*, litore inter duas Syrtes: Ibi, *inquit L. 5. C. 4.*, Civitas Oeenſis, Cynips fluvius, ac regio. *Nam ad litus pertinere ex Ammiano libro xxviij. C. 6. conjicimus.* Leptitano, *inquit*, agro, & Oeenſi internecina populatione tranſcurſis: *ut apud Tacitum* Oeenſium *ſit legendum, libro 4. Hiſt. C. 50. non* Ophenſium. Mox, *ait*, Oeenſium Leptitanorumque diſcordias componit, quæ raptu frugum & pecorum inter agreſtes, modicis principiis jam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Oeenſis multitudine inferior, Garamantas exciverat gentem indomitam, & inter accolas latrociniis fecundam. *Nam ex Ammiano conjici videtur* Leptitanorum & Oeenſium *agros fuiſſe confines. Rem eam, de qua à Tacito mentio fit, commemorari à Plinio, plane mihi perſuaſum.* Ad Garamantas, *inquit L. 5. C. 5.*, iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis ejus puteos, qui ſunt non alte fodiendi ſi locorum notitia adſit, harenis operientibus. Proximo bello quod cum Oeenſibus geſſere initiis Veſpaſiani Imperatoris, compendium viæ quatridui deprehenſum eſt. *Facili certe errore ex* Oeenſium *voce, in Taciti Libro* Ofenſium *librarius tranſſcripſit: & poſtremo ex* OFENSIVM *ductum* OPHENSIVM. *Apulejus in Apologiis* Oeae & Oeenſium *ſæpe meminit. In Concilio Carthaginienſi, D. Cypriano præſide, Natalis à* Boea *memoratur: ego ab* Oeea *legendum arbitror. Silius eodem Africano catalogo L. 3. 257.*

——— Sarranaque Leptis:
Oeaque Trinacrios Afris permiſta colonos.

Nam quod apud Ptolemaeum lib. 4. C. 3. Ἐῶα *legitur, ego legendum arbitror* Ὀιέα: *conlocat enim in eadem regione juxta* Leptim magnam: *quæ enim Ptolemaeo* Νεάπολις ἡ καὶ Τρίπολις *eſt, ea* magna Leptis *eſt. Nam Strabo libro quinto, & aliam quandam continuo eſſe* Neapolim, *quam* Leptim *vocant, auctor eſt: ut de* magna *intelligendum eſſe ſatis appareat, cum juxta* Syrtim majorem *collocetur, &* Cynipim *fluvium: & Ptolemaeus* Cynipis *oſtio adjungit* Neapolim, Tripolim *dictam. Solinus Cap. 27.* Achaei, *inquit*, Tripolim lingua ſua deſignant de trium urbium numero, Taphrae, Abrotani, Leptis magnae: & *Plinius L. 6. C. 4.* Oppida, *inquit* Neapolis, Taphra, Abrotanum, Leptis altera, quæ cognominatur Magna: *quæ Ptolemaeus adjunxiſſe videtur nomine* Neapolis, & Tripolis. *Minime enim verſimile eſt, cum Ptolemaeus libro 8. inſignes urbes ex ſuis tabulis ſeligat, quibus noctis & diei longiſſima ſpatia definiat, &* Leptis magnae *meminerit, eam in regionum Africae deſcriptione prætermiſſam. Adde quod in vetuſta verſione, & ea quæ Romæ anno M. D. VIII. elegantiſſimis typis excuſa eſt,* Neapolis quæ & Leptis *legitur: ut* Tripolis *pro* Lepti *ſit ſubſtituta.* SVR.

OEEA COLONIA] Recte conjecit verusque adeo vates Surita fuit. Codices Coiſlianus & Palatinus perſpicue edunt: Νεάπολις ἡ καὶ Λέπτις μεγάλη. Quid vero de Euſtathio dicemus, ad Dionyſii *v.* 205. ſcribente? Ὅπ μέση τῶ Σύρτεων ἡ Νέα πόλις, ἡ καὶ Μικρὰ Λέπτις. Profecto, ſi ita reliquerit, aliud nihil, niſi egregie falſum eſſe. De Oeea poſt Suritam multa addere vix erit opus. In Vaticano codice *Occa* fuit. Unus Pariſienſium & Voſſianus

Oeea

MINNA VILLA MARSI. M. P. XXVIIII.
LEPTIMAGNA COLONIA. XXVIIII.
SEGGERA. M. P. XX.
BER-

Oea, quomodo vulgatum Lugduni exemplar præfert. Urbis nomen paullo remotioris ſæpe fraudi librariis fuit. Reddidit Apulejo id Salmaſius ad Solinum p. 227. Iſac. Voſſius ad Catullum p. 139. Plinii Panegyrico C. 70. Reſtituta eadem urbs eſt Auguſtini Epiſt. 138. ab H. Valeſio, MSS. undecim approbantibus, in quibus *Ocenſes* leguntur, teſte El. du Pin ad Collat. C. 133. Fuit etiam, qui Auguſtini Epiſtolae, quæ inter Hieronymianas 70. eſt Edit. Novae, *Oeam* vindicaret, verum invito, ſed & erroribus ſeſe induente Martianaeo. *Oea*, inquit, *ſive Tripolis non fuit oppidulum Judaeis & aliis gentibus refertum. Sed urbs Africae ampla, una ex illis, quæ teſte Solino, favebant Romanis.* Unde vero hæc? & quis Tripolim eandem atque Oeam ſive Oeeam dixit? In Gervaſio Tilberienſi Ot. Imp. p. 918. lego. *Dicitur Tripolitana à tribus civitatibus, quæ ſunt Ouaſa, Berete & Leptis magna.* imo *Oea, Sabrata & Leptis.* Præterea viſum eſt viris egregiis S. Bocharto, Loydio & J. Gronovio, urbem hanc Οἴην in fragmento Callimachi apud Stephanum in Ἀσβύστα appellari.

Οἵατε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύστεω.

Quod ſi ita eſt, non erit poeta ab errore immunis. Tritoni eam admovet, unde remota longius fuit. Malim tamen ego Callimachum erroris abſolvere, & priorem verſus vocem adjectivam eſſe, cujus vera ſententia ex perditis pendebat, arbitrari. Vide S. Bocharti L. I. Chan. C. 24 p. 479. & de Solini verbis, vitioſius in Suritae nota editis, Salmaſium. In Tabula eſt *Oſa*. WESS.

MEGRADI VILLAM ANICIORVM M. P. XXX.] *Eadem recto caſu in Regio exemplari habentur. Blandinianum* Megdil villa Anitiorum M. P. XXVI. *Neapolitanum* Megdil villa Anitiorum mpm. XXV. *Longolianum* Megdil villa Aniciorum milia plus minus XXVI. SVR.

MEGRADI VILLA ANICIORVM] Magna eſt in libris diſcordia. Lugduni *Megdia Ville Aniciorum*, Baſiliae vero *Megdii villa Aniciorum* vulgarunt. Ex Vaticano Em. Schelſtrate *Megdil*, quod in Pariſienſi quoque codice fuit, edidit. Voſſii liber *Megdi villa Aniciorum M. P. XXV.* Anaſtaſius in Epitome *Meidil.* Notus ex Collationis C. 208. eſt *Liberalis Epiſcopus Milidienſis*, quem *Meidilienſem* eſſe juberem, ſi qui liber addiceret. Fortaſſe, quæ & Hemſterhuiſii noſtri ſuſpicio, ex Punico *Migdal, turrim* notante, hæc nata ſunt. XXV. M. P. huic manſioni priores editiones ſcriptique noſtri apponunt. WESS.

MINNAM VILLAM MARSI M. P. XXVIIII.] *Regium exemplar recto caſu hunc numerum edit. Blandinianum* Minna villa Amarſi M. P. XXVIII. *atque Neapolitanum & Longolianum.* SVR.

MINNA VILLA MARSI] Lugdunenſes ediderunt *Villa Amarum.* Libri, quorum nobis uſura fuit, *Anarſi* aut *Amarſi M. P. XXVIII*, uti Voſſii, aut *Amuſi* cum ſchedis Cuſani. *Minnenſis* Epiſcopus eſt in Notitia, ſed inter Mauretaniae Caeſarienſis præſules. WESS.

LEPTIM MAGNAM COL. M. P. XXXVIIII.] *Regi.* Lepti magna col. M. P. XXVIIII. *Blandinianum*, Lepti magna colonia XXIIII. *Neapolitanum* Leptimagna colonia mpm. XXIX. *Longolianum* Lepti magna colonia mpm. XXIIII. *& milto* XXIX. *corrigit.* SVR.

LEPTI MAGNA COL.] Non aliter noſtri, neque Tabula ſcripta. Sequior aetas duo hæc vocabula in unum conflavit. Procopio L. VI. Aedif. Juſt. C. 4. Λεπτιμάγνα. & Belli Vandalici L. II. C. 21. Hinc *Victorinus Epiſcopus Leptimagnenſis* in Concilio Cabarſuſſitano. *Civitas Leptimagnenſis*, in qua Dux militum provinciæ Tripolitanae ſedem habebat, dicitur in L. 2. §. 1. Cod. de Praef. Praet. Afr. Hieronymus *urbem ſemibarbaram, poſitam in ſolitudine* Lib. I. in Jovinianum appellat. *Leptimajus*, quod Salmaſius ad Spartianum in Severi vita C. 1. memorat, nuſquam inveni. Coloniae dignitate inſignitam fuiſſe, etiam numi docent. Juris Italici facta eſt ab Imp. Severo & Antonino ut ex L. 8. §. ult. D. de Cenſibus cognoſcimus. WESS.

SEGGERA] Vel *Soggera.* In Conciliorum libro *Segermis.* SIML.

SEGGERA M. P. XX.] *Habent optima exemplaria Regium & Blandinianum: Neapolitanum vero* Soggera mpm. XX. *& Longolianum cum* Seggera *prætuliſſet, milto* Soggera *emendat.* SVR.

SEGGERA] Vulgatum noſtri probant, *Soggera*

BERGE.	M. P. XXIIII.
BASE.	M. P. XXV.
THEBVNTE.	M. P. XXX.
AVXIQVA.	M. P. XXX.
ANNESEL.	M. P. XXX.
AVZVI.	M. P. XVIII.
ASTIAGI.	M. P. XXV.
MACOMADIBVS SYRTIS.	M. P. XXX.

ISCI-

gera solus Cusani liber. *Segermis*, cujus in Concilio Carthaginiensi sub Cypriano memoria exstat, in provincia Byzacena censebatur, ut ex Notitia apertum est. In Tabula XXX. M. P. a Lepti magna conspicitur *Sigolin*, sive *Subgoli*, ut Ravennas maluit. WESS.

BASE M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar: cum* Sere *reliqua præferant.* SVR.

BASE] In excerptis librorum veterum prioribusque editionibus *Sere* obvium est. Huic, si certum esset mansionis nomen, libens Episcopum imponerem Proculum, quem Collatio Carthaginiensis C. 135. præposuit *plebi loci Serrensis.* Scio viros eruditos hunc præsulem Mauretaniae patribus, quod Notitia inter eos *Sertensem* nominat, annumeravisse. Verum Proculus *Sertensis* non fuit; duos ejus urbis alios Collatio C. 187. & 201. conservavit. Sin *Base* ex Suritae libro malueris, refer huc ex Notitia Imp. Occident. p. 104. *Praepositum limitis Bazensis.* Mansionem anteriorem inveni nusquam. Anastasius in Epitome *Bertem* appellat. WESS.

THEBVNTE M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tabunte M. P. XXX. *Neapolitanum* Tabinite mpm. XXX. *& Longolianum* Tabuncte mpm. XXX. SVR.

THEBVNTE] Anteriores editiones & schedae nostræ summa concordia *Tabunte.* WESS.

AVXIQVA M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Auziqua M. P. XXX. *& Longolianum: sed hoc milto* Auxiqua *corrigit. Neapolitanum* Auxiqua XXX. SVR.

AVXIQVA] Placet libris, quibus utimur, *Auziqua.* Simili fere nomine urbem hoc tractu laudat Lycophron ℣. 885.

Ἀυζίγδα, Κιννύφειος ἣν τέγγων ῥόος
Νασμοῖς λιπαίνει.

Ausigda, quam Cinnyphius rigans fluvius
Aquis fœcundat.

Neque longe à Cinyphio flumine hæc disjuncta mansio fuit. Parisiense exemplar huic & sequenti XXXII. M. P. adjungit. WESS.

ANNESEL M. P. XXX.] *Habent Regium & Blandinianum, ac Longolianum: Neapolitanum vero* Anesel mpm. XXX. SVR.

ANNESEL] Ex Vaticano dedit Doctissimus Schelstrate *Annezel*, Vossiano accedente: Pseudo-Anastasius in suis invenit libris *Annasel.* WESS.

AVZVI.] Ptolemaeo *Azuis.* SIML.

AZIV M. P. XVIII.] *In exemplari Regio* Auxiu: *Blandinianum* Auzui mpm. XVIII: *& Neapolitanum* Anzin M. P. XVIII. *Longolianum* Auzui M. P. XVIII. *& miniaceis litteris corrigit* Auzin. *Forte Ptolemaeo inter duas Syrtes* Ἀζοῦις. SVR.

AVZVI] Libri, quos vidimus, *Auzui.* WESS.

STIXGI M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Astiagi mpm. XXV. *atque item Long. Neap. vero* Asciagi M. P. XXV. SVR.

ASTIAGI] Omnes miro consensu *Astiagi.* An Cyri avum maternum Astyagem huic mansioni nomen fecisse opinati sunt? WESS.

MACOMADIBVS SYRTIS] Ptolemaeo *Macoma villa* ad Syrtim magnam. Libro Notitiarum in Tripolitana provincia, *Limes Macomadiensis.* SIML.

MACOMADES SYRTIS M. P. XXX.] *Regium exemplar* Macomadibus Syrtis M. P. XXX: *cum reliqua* Macomadibus Syrtis mpm. XX. *præferant. Ptolemaeus in Syrtis parvæ thesi* Μακόδαμα *collocat juxta* Tritonem. SVR.

MACOMADIBVS SYRTIS] Scripta Peutingeri Tabula *Macomada.* In Ptolemaeo vocabulum corruptissimum est. Καλουμάκουλα κώμη editi prae se ferunt. Quia tamen codex Palati-

ISCINA.	M. P. XXX.
TRAMARICIOLO.	M. P. XXXI.
AVBEREO.	M. P. XXV.
DICDICA.	XXIIII.
TVGVLVS.	M. P. XXIIII.
BANADEDARI.	M. P. XXV.
ANABVCIS.	M. P. XXV.
TINIODIRI.	M. P. XXV.

BO-

latinus Μάχυμα oſtendit, non verebor affirmare, in Ptolemaeo fuiſſe olim Μαχέμαδα. Ravennas L. V. C. 6. *Macumades majores* appellat. Atque hæc tertia eſt ejuſdem nominis urbs, in his itineribus obvia. paſſuum millia XX. libri tantummodo habent. WESS.

SCINA M. P. XXX.] *Habet Reg. exemplar. Bland. & Long.* Iſcina mpm. XXXIIII. *Neapolitanum* Iſtina mpm. XXXIIII. SVR.

ISCINA] Eorum librorum, quos uſurpavimus, nullus eſt, quin *Iſcina* offerat. In M. P. differentia major eſt. Pariſienſium unus cum Vaticano & Lugdunenſi exemplari XXXIII. M. Simlerus M. P. XXXIIII. dedit, cui comitem liber Fabricii ſe addit. Putem *Iſcina* verum manſionis eſſe nomen. Nam Ravennas L. V. C. 6. *Iſina* habet ex Tabula, quæ nunc vitioſe *Stina* edit. In primis ſuſpicionem auget Ptolemaeus, in quo Ἴσκινα L. IV. C. 3. invenies. Hoc ergo revocavi. WESS.

TRAMARICIOLO] Vel *Tramaricio*. SIML.

TRAMARICIVM M. P. XXXI.] *Reg. exemplar* Tramaricio M. P. XXXI. *Bland.* Tramaricioio mpm. XXXI. *& Neap.* Tramariciano mpm. XXXI. *In Long.* Tramaritio mpm. XXXI. *& milto corrigitur* Tramaritiono. SVR.

TRAMARICIOLO] Et hoc reſtitui, ob librorum concordiam. *Tramaricioio*, quod Fabricii adſcriptum eſt libro & in aliis invenitur, hinc natum eſt. WESS.

AVBEREVM M. P. XXV.] *Regium exemplar* Aubereo M. P. XXV. *Bland.* Aubureo M. P. XXV. *Neap.* Ambureo mpm. XXV. *Long.* Aubureo mpm. XXV. *& milto* Ambureo *emendat.* SVR.

AVBEREO] In uno Pariſienſium *Anbureo*. Credo hoc verum eſſe. Memorat Collatio C. 121. *Donatum Epiſcopum Eccleſiæ Anburenſis* ſive *Amburenſis*, quem cur hinc ablegemus, nihil eſt cauſſæ. Non ignoro viros egregios St. Baluzium, Joan. Garnerium, H. Noriſium, *Anburenſem* hunc mutaſſe in *Amporenſem*, atque ex Tripolitana in Numidiam transtuliſſe: verum omnes invita Collatione. WESS.

DIGDICA] Vel *Dictica, Dicdica*. In Conciliis *Doctitorum Epiſcopus*. SIML.

DIGDICA M. P. XXIIII.] *Habet exemplar Reg. Bland.* Dicdica mpm. XXIIII. *& Long. ſed hoc* Dictica *milto emendat. Neap.* Dictica mpm. XXIIII. SVR.

DICDICA] Conſpirant editi ſcriptique in *Dicdica*. Idem habet Ravennas L. V. C. 6. *Digida Municipium* Tabula. *Diodica*, quam in Anaſtaſii Epitome invenies, ex *Dicdica* orta eſt. WESS.

TVGVLVS M. P. XXIIII.] *Regium habet exemplar: & reliqua* Tuculus. SVR.

TVGVLVS] *Tuculus* etiam noſtri. Rectum videtur *Tagulis* ex Tabula, nam & ita Ptolemaeus, niſi quod adſpirationem addiderit. Corrigendus Ravennas, cui *Tragulis* dicitur. WESS.

BANADEDARI M. P. XXV.] *In Regio legimus exemplari, atque item in Blandiniano: niſi quod duobus diſtinguitur nominibus* Bana dedari: *in Neapolit.* Banadredana mpm. XXV. *& miniaceis literis* Benadeeladri *emendat.* SVR.

BANADEDARI] Fuerunt hoc loco Arae, quæ nomen ex Philaenis fratribus traxere, de quibus Salluſtius Jugurt. C. 79. aliique. Habet eas heic Tabula, XXX. M. P. à ſuperiore manſione disjungens. Credidero eaſdem deſignari, & ſi *Bamadedari* legeretur, paene affirmarem vocem eſſe Punicam, *aras curſorum*, ipſorumque adeo Philaenorum fratrum, indicantem. Poſſem alia in hoc genere proferre, ſi conjecturas perdere vellem. Nunc manus abſtinere potius erit, & aliunde auxilium exſpectare. WESS.

ANABVCIS] Agnoſcit Ravennas & Tabula, eadem paſſuum millia annectens. WESS.

TINIODIRI] Vel *Timoridi, Tiniodiri*. SIML.

BOREO.	M. P. XII.
TINCI AVSARI.	M. P. XXIIII.
ATTICI.	M. P. XXV.
CHAROTVS.	M. P. XXV.
CAMINOS.	M. P. XXII.

BE-

TINIODIRI M. P. XXV.] *Habetur in Regio exemplari. In Blandiniano, & Neapolitano* Tinioridi mpm. XXV. *Longolianum* Timoridi. SVR.

TINIODIRI] In noſtris par diſcordia. *Timoridi*, *Tinioridi*, quod ex altero natum eſt, præferunt. WESS.

BOREO] Promontorium hoc Syrtim majorem includere ſcribit Plinius. hodie vocatur *Caput Teiones*. SIML.

BOREVM M. P. XII.] *Regium* Bareo. *In reliquis* Boreo. Borion *promuntorium deſignat. Plinius L. 5. C. 4.* Promuntorium, *inquit*, quod majorem includit, (*de Syrtibus enim agitur*) Borion appellatur Ultra Cyrenaïca provincia. *Ptolemaeus item* Βορέιον ἄκρον τέλος τῆς Συρτέως. *At Procopius* Borii urbis *meminit* ἐν τῶν κτισμάτων *libro 6. C. 2.* & Pentapoleos *ultimam eſſe verſus Occidentem Solem*; & *eam urbem* Mauruſiis *barbaris proximam conſtituit*. SVR.

BOREO] Judaei haud longe ab hac urbe templum habebant, à Salomone, ut rumor erat, conditum, quod Juſtinianus, ipſis ad Chriſtianorum ſacra traductis, in Baſilicam cultus melioris convertit, Procopio indice. Judaeos in hoc terrarum angulo incoluiſſe ex Tabula cognoſcimus, quæ circa Iſcinam manſionem habet a Judaeis appellatam. Sed hac de re forte pluribus alias. Fuit hinc Ario addictus *Sentianus Borei* Epiſcopus, pars Synodi Nicenae I., de quo J. Gothofredus ad Philoſtorgium L. I. C. 8. In Vaticano codice Em. Schelſtrate *Boreom* invenit. WESS.

TINCI AVSARI] *Auſurianorum* meminit Syneſius. SIML.

TINCAVSARI M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Tincauſari M. P. XXIII. *cum reliqua* Tinciauſari M P. XXIIII. *edant*. SVR.

TINCI AVSARI] Frequens eſt in ſcriptoribus Seculi IV. *Auſurianorum*, Tripolitanam provinciam, Pentapolim atque Aegyptum divexantium, mentio. Syneſius in Epiſtolis & Cataſtaſi, mala hinc orta ſæpe deplorat. Ammiano L. XXVIII. C. 6. *Auſturiani* dicuntur. *Auxorianos* appellat Philoſtorgius L. XI. H. Ecc. C. 8. ubi Gothofredum vide. Omnes noſtri libri *Tinci auſari*. WESS.

ATTICI M. P. XXV.] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano legimus. At in Neapolitano* Autrici mpm. XXV. SVR.

CHOROTVM M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar* Chorotus. *Blandinianum & Longolianum* Carotus. *Neapolitanum* Carodius. SVR.

CHAROTVS] Editi ſcriptique noſtri libri *Carothus* præferunt. Pſeudo-Anaſtaſius *Canothum* habet. WESS.

CAMINOS M. P. XXII.] *Habetur in manuſcriptis, Blandiniano, & Neapolitana bibliotheca exemplaribus, & excuſo Longoliano, cum in Regio* Chaminos M. P. XXII. *legatur*. SVR.

BERONICE] *Berenice* Plinio, quondam Heſperidum vocata. Diſtat, eodem auctore, à Lepti CCCLXXXV. M. P. Sed hic longe major diſtantia ponitur, quoniam Plinius rectam diſtantiam annotat. Antonius vero iter terreſtre, qua longo ambitu circumeunda eſt Syrtis major, hodie *Bernicho* dicitur. SIML.

BERONICEM M. P. XXX.] *Omnia eadem auferendi caſu* Beronice M. P. XXX. *Straboni, Ptolemaeo, & Stephano, Graecis auctoribus* Βερενίκη: *& Plinii quoque manuſcriptis exemplaribus*, Berenice, *inquit L. 5 C. 5., in Cyrenaïcae regionis deſcriptione*, quæ & Pentapolitana regio, in Syrtis extimo cornu eſt: quondam vocata Heſperidum. *abeſſe à Lepti* CCCLXXV. M. P. *perhibet, quæ directis itineribus, & non manſionum certarum diverticulis, credibile eſt connumerari. Ptolemaeus idem illi tribuit cognomentum in* Pentapolitana *regione.* Βερενίκη ἡ πρὸς Ἑσπέριδες, *& item Stephanus*. SVR.

BERONICE] Nobiliſſimam hanc urbem, à Ptolemaei uxore Bernice nuncupatam, Βερνίκην appellat Procopius L. VI. de Aedif. Juſtiniani C. 2. *Bernicide* in Tabula leges, pro *Berenicide*, quod Silius Italicus L. III. ℣. 249. adfirmabit.

Ad-

BERONICE.	M. P. XXX.
ADRIANE.	M. P. XXVIII.
TEVCHIRA.	M. P. XVIII.
PTOLEMAIS.	M. P. XXVI.
SEMEROS.	M. P. XXXII.
LASAMICES.	M. P. XXV.

CY-

Adfuit undoſa cretus Berenicide miles.

Et Lucanus L. IX. 524.

Nam quidquid pulvere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti.

Vide ibi Oudendorpium. WESS.

ADRIANE M. P. XXVIII.] *Habent ea exemplaria, quæ à me conferuntur.* SVR.

ADRIANE] Haud plura vir doctus in veteri libro invenit, qui excerpta editioni Lugdunenſi Alb. Fabricii adſcripſit. Eadem ex Vaticano publicavit Schelſtrate, Tabula conſentiente. *Hadrianopolis* Ravennati & Tabulae dicitur; unde colligas cum Salmaſio ex earum civitatum fuiſſe numero, quas Hadrianus, quantumvis titulos in operibus haud amaret, magno numero *Hadrianopoles* appellavit. Vide Spartianum in ejus vita C. 20. Nec mutandum tamen manſionis hujus nomen, quam Ἀδριανήν Hierocles itidem vocavit. WESS.

TEVCHIRA] Eadem Arſinoë quoque dicta. diſtat Plinio à Berenice XLIII. M. P. noſter Antonius XLVI. numerat. Hodie *Tochara* nominatur. SIML.

TEVCHIRAM M. P. XVIII.] *Reg.* Theucira M. P. XVIII. *habet, atque item Blandinianum: Neap.* Thecira mpm. XVIII. *Longolianum* Theucira mpm. XVIII. *& ſupra* Therira *corrigit. Straboni L. 17. p. 837.* à Berenice *eſt urbs* Teuchira, *quam* Arſinoen *vocant.* Arſinoen Teuchiram *cognominatam,* à Berenice XLIII. M. P. *diſtare, manuſcriptis exemplaribus conſentientibus, Plinius auctor eſt, L. 5. C. 5. A Ptolemaeo itidem appellatur* Ἀρσινόη ἡ καὶ Τεύχειρα. *Stephano* Δεύτερα πόλις Παρεμβολὴ Λιβύης, ἡ πρότερον Τεύχειρα, *quamvis perperam in Aldino libro* Ταύχειρα *legitur.* SVR.

TEVCHIRA] Non eſt in Stephano Ταύχειρα improbandum. Invenies idem in Χερρόνησος: habet quoque Herodotus L. IV. C. 171. &, quod rixam præcidet omnem, vetus monumentum Th. Reineſii Claſ. VIII. 84. GN. VATINIO. L. F. VENANTO. N. TAVCHEIRA. EX AF. VETERANO. Quare non male Tabula *Tauchira col.*, ſed XXV. M. P. ab Adriane ſeparans. Pleriſque ſcriptoribus numeri eſt multitudinis, ut Herodoto, Lycophroni v. 877. Syneſio inter Epiſtolas Græcanicas, nam reliqua ejus nunc inter manus non ſunt, p. 220. 239. Munivit novis operibus urbem Juſtinianus, teſte Procopio L. V. de Aedif. Juſtin. C. 2. ubi vitioſe Ταύχιρα appellatur, quamquam mendoſius in Paſchali Chronico p. 35. Ταυχειρά. *Praepoſitus limitis Teuchitani* eſt in Notitia Imp. Occid. p. 119, qui verius *limitis Teuchirani* diceretur. WESS.

PTOLEMAIS] Antiquo nomine *Barce*, Plinio XXII. M. P. à Teuchira. hodie *Tolometa.* WESS.

PTOLEMAIDEM M. P. XXVI.] *In eum numerum manuſcripta conſentiunt recto* Ptolemaidis *caſu exemplaria: cum Plinius L. 5. C. 5. ab* Teuchira Ptolemaidem Barcem nuncupatam XXII. P. M. *abeſſe tradat. Longolianum* XXV. M. P. *numerat: &* XXVI. mpm. *emendat: à Ptolemaeo* ἐπίσημος *cognominatur haec Cyrenaica Ptolemais.* SVR.

PTOLEMAIS] Condita Ptolemais fuit, non ubi Barce ſita erat, ſed Barces portus. Recte Ch. Cellarius L. IV. Geogr. C. 2. ex Scylace id animadvertit. Addo Barcen poſt conditam Ptolemaidem ſuperſtitem fuiſſe. Diſtinguitur à Ptolemaide in Ptolemaei L. IV. C. 4. Diverſos praeterea Epiſcopos habuerunt. In Niceno I. Concilio Arianis ſeſe annumeraſſe leguntur *Zopyrus Barces* & *Secundus Ptolemaidis.* WESS.

SEMEROS] Ptolemaeo forte *Zemiſthus.* SIML.

SEMEROS] Lugduni & Baſileae manſioni huic XXXIII. M. P. appoſuerunt. Vulgata adfirmantur codicis Vaticani & Pariſienſis auctoritate. WESS.

LASAMICES M. P. XXV.] *Habet Regium exem-*

CYRENE. M. P XXV.
LIMNIADE. M. P. XXI.
DARNIS. M. P. XXIIII.
HIPPON. M. P. XXVIII.
MI-

exemplar, & infra M. P. XXVI. *Blandinianum* Lasamices mpm. XXVI. *cum infra* Lasamicos mpm. XXV. *præferat. Neapolitanum item hoc loco* Lasamices mpm. XXVI. *& infra* Lasanmicos mpm. XXV. SVR.

LASAMICES] Adjungunt excerpta, quibus utimur, utrobique XXVI. M. P., licet infra *Lasamicos* edant. WESS.

CYRENEM M. P. XXV.] *In Regio exemplari* Cirene M. P. XXV. *& in Blandiniano* Cyrine M. P. XXV. *Græci numero singulari proferunt, & item Latini auctores, & plenius plurium numero Cicero pro Plancio C.* 5. Desiderarunt te *inquit*, oculi mei cum esses Cyrenis: *& doctissimus Poeta Catullus:*

Laserpiciferis jacet Cyrenis.

SVR.

CYRENE] Eodem numero utitur in voce Obsequens C. 28. *Locustarum ingentia agmina in Africa, à vento in mare dejecta, fluctibusque ejecta, odore intolerabili Cyrenis mortiferi vaporis gravem pestilentiam fecerunt pecori.* Sic ea Julii legenda arbitrer. Mitto Lucanum, Vitruvium, Virgilium atque alios, quibus *Cyrenae* placuerunt. Vide vero an hæc urbs reddenda sit vexatissimo Gratii versui 507.

Nec saevos miratur equos terrena Cyrene.

Vulgo *Syene* editur, quam urbem cum Cyrene à librariis fuisse permixtam alibi ostendam ex Rufino de Vitis Patrum C. 1. Hoc si probaveris, non erit, ut anxie Syenensium equos, nemini veterum memoratos, anquiras. Cyrene ob equos eorumque studium celeberrima est. Pindaro Ode IV. Pythior. Ἔυιππος Κυράνα dicitur, & ἐυάρματος πόλις ἐν ἀργινόεντι μαστῷ, *urbs curribus præstans in albicante ubere terræ posita.* Recte inde Gratio *terrena Cyrene*, quippe campestris & in feracissimo atque uberrimo Libyae agro à Batto condita. Κᾶπον Ἀφροδίτας, seu *hortum Veneris* propterea idem Pindarus appellat. Nec quemquam morabitur syllabae modulus, quam ancipitem esse Graeci poetæ ostendunt, eosque secuti Catullus & Virgilius. Vide Vossium ad Catul. p. 17. Una earum urbium fuit, è quibus Pentapoli nomen est natum. Isidorus L. XIV. Origin. C. 5. *Pentapolis Graeca lingua à quinque urbibus nuncupata est, id est, Berenice, Ceutria, Apollonia, Ptolemais: ex quibus Ptolemais & Berenice à regibus nominatæ sunt.* Tu lege cum viris doctis *Teuchira* pro Ceutria, & *Cyrenen* adde ex Plinio L. V. C. 5. *Ceutria* MSS. in Martiano Capella L. VI. p. 217. itidem præferunt, hinc adjuvandi. Plura dabit Illust. Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Apollin. ℣. 94. WESS.

LIMNIADEM M. P. XXI.] *Habet Regium exemplar* Limniade M. P. XXI. *& item Bland. Neap.* Liminde mpm. XXVI. *& Long.* Limnide mpm. XXI. SVR.

LIMNIADE] Geographiae Sacrae Auctor *Lemandum* hic substituit. Non constitui in re incerta illi obloqui, malo tamen eam urbem *Lemnadum* appellare cum Theophilo Alexandrino Epist. Paschali I. *Ut sciatis*, inquit, *pro sanctis & beatis Episcopis, qui in Domino dormierunt, ordinatos esse in Lemnado pro Herone Naseam.* Propius id a *Limniade* abest, quamquam recte Car. à S. Paullo censuisse dubium existimo. *Limnide* nostri omnes præter Cusani, qui *Lamniade*, præferunt. Pseudo-Anastasius Regio Suritae libro assentitur, *Limniademque* hinc hausit. Credo mansionem à palude aliqua palustrive loco *Limnadem* fuisse cognominatam, quam vocem varie dein scriptitarunt librarii. WESS.

DARNIS] Alias *Dardanis*. Ptol. *Darnis*. SIML.

DARNIDEM M. P. XXIIII.] *Regium & Blandinianum, ac Longolianum exemplar* Darnis M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Darius mpm. XXIIII. *Ptolemaeo culpa librariorum* Δάρδανις *pro* Δαρνίς, *& statim* κατὰ τὴν ἀπὸ Δαρδάνιδος μεσήμβριαν ἐκβαλλομένην *pro* Δαρνίδος. *Supra enim in ipsis excusis* μεχρὶ Δαρνίδος πόλεως παλάλιον *legitur: & in designatione Marmaricae* κατὰ τὴν ἐκτεθειμένην διὰ Δάρνεως πόλεως γραμμήν. *Adde quod in vetusta versione latina, cujus supra men-*

MICHERA SIVE HELENE. M. P. XXX.
BADRIN. M. P. XXV.
AVSVFAL. M. P. XX.
CATABATHMON. M. P. XXV.
ALE-

mentionem fecimus, Darnis *legitur: & in excuſo Romae anno M. D. VIII.* Darnis *al.* Dardanis. *Ammianus:* Et Arſinoe eadem, quæ Teuchira: & Darnis, & Berenice: quam Heſperidas appellant *lib*, 22. *C.* 16. SVR.

DARNIS] Urbem hanc ſerior ætas videtur *Darnen* Δάρνην appellaſſe. Joan. Moſchus in Prato Spirituali C. 119. Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος τῆς πόλεως Δάρνης τῆς ἐν Λιβύῃ. Vertit Ambr. Camaldulenſis *Darnae civitatis.* atque hinc non ſine ratione dubites, ſitne in Hierocle loco Δάρνης legendum Δάρνη an Δαρνίς. Vide H. Valeſium ad Ammianum L. XXII. C. 16. ubi hanc urbem Syneſio reſtituit. Codex Vaticanus huic XXIIII. M. P. adjungit, ſequenti vero M. P. XXVIII. WESS.

MICHERAM SIVE HELENEM M. P. XXX.] *Reg.* Michera ſive Elene M. P. XXX: *& infra* Mecira. *Bland.* Mecira ſive Helen mpm. XXX. *& Longolianus. Neap.* Mechira Helen M. P. XXX. SVR.

MICHERA SIVE HELENE] Excerpta librorum, quæ inter manus ſunt, *Mecyra ſive Helem, Belen, aut Helen*, quomodo editiones priores. In Tabula *Meciris* leges. WESS.

BADRIN] Vel *Batris* aut *Baradris.* In Concilio Carthaginienſi nominatur *Dativus à Badis*, ubi quædam exemplaria habent *Badris.* Forte eſt *Batrachus portus* Ptolemaeo, hodie *Trabochio.* SIML.

BADRIN M. P. XXV.] *Habent Regium & Blandinianum exemplar & Longolianum: ſed hoc milto* Baradim *corrigit. Neapolitanum vero* Baradin mpm. XXV. SVR.

BADRIN] *Badenſis* Epiſcopus apud Cyprianum hinc ablegandus eſt: *Vadis* aut *Badae*, quarum urbium hæc à Ravennate in Tingitana ponitur, illa inter Numidiae oppida recenſetur, præfuit. *Badrim* eſt in Vaticano & Fabricii exemplari. Ceteri *Batrin*; *Barradin* Cuſani ſchedae. WESS.

CATABATHMON.] Catabathmos oppidum & vallis repente convexa, finis eſt Cyrenaicae. Quod autem hic poſt Catabathmon ponitur Alexandria, idque addito IX. M. P. numero, manifeſtum eſt mendum: ex Plinio enim L. V. C. 6. conſtat Alexandriam à Cyrenis diſtare itinere terreſtri DXXV. M. P. à Catabathmo CLXXXVI. M. Videtur autem inſcriptio hujus itineris mendoſa, in qua ponitur *iter à Leptimagna Alexandriam DCCCCII*, cum tamen manſiones poſitæ Catabathmon uſque hanc ſummam conficiant. Quia vero à Catabathmo incipiunt fines Alexandriae, utroque loco pro *Alexandria* ponendum putarem *Catabathmos fines Alexandriae.* SIML.

CATABATHMON M. P. XXV.] *In numero omnia conveniunt exemplaria. Salluſt. Jugurth. C.* 19. Catabathmon Aegyptum ab Africa dividere *tradit: ut* provincia Africa, *& tertia orbis portio intelligatur. Pompon. L.* 1. *C.* 7. A promuntorio Metagonio ad aras Philaenorum, regionem eam proprie nomen Africae uſurpare *docet*, *& C.* 8. ad Catabathmon Cyrenaicam provinciam pertinere: *& item de tertia orbis parte accipi vult.* Aſiae, *inquit C.* 9. prima pars Aegyptus inter Catabathmon & Arabas ab hoc litore penitus immiſſa. *Verum auctor Commentarii belli Alexandrini perhibet prædicari, partem* Alexandriae *dimidiam Africae eſſe: & hoc Itinerarium infra* à *Catabathmo fines Alexandriae conſtituit. Pomponius* In litore, *inquit*, Alexandria Africae conterminat. *Plinio L.* 5. *C.* 5., finem Cyrenaicum Catabathmon appellari oppidum, & vallem repente convexam *certum eſt.* SVR.

CATABATHMON] Nihil certius eſt obſervatione Simleri. Alexandria à Catabathmo longiſſime fuit disjuncta. Procopius L. VI. Aedific. Juſtiniani C. 2. Pentapolim XX. dierum itinere Alexandria removet, quod ridiculum foret, ſi urbs ea IX. tantum millibus paſſuum Catabathmo eſſet diſparata. prætereo quæ Strabo L. XVII. p. 798. de maritimo itinere à Catabathmo Parætonium atque inde Alexandriam memorat; ſola Plinii auctoritas falſi arguit Itinerarii ſcripturam, cui auxilium nullum ex libris ſcriptis oritur WESS.

ALEXANDRIA. M. P. VIIII.

ITEM ALIO ITINERE A PTOLEMAIDA IN ALEXANDRIAM.

SEMEROS. M. P. XXXIII.

LASAMICES. M. P. XXV.

CYRENE. M. P. XXV.

FINES MARMARIAE.

LIMNIADE. M. P. XXI.

DARNIS. M. P. XXIIII.

HIP-

ALEXANDRIAM M. P. VIIII.] Alexandria M. P. IX. *exemplar Blandinianum, & Longolianum* Alexandriae M. P. VIIII. *Neapolitanum.* Alexandriae mpm. VIII. SVR.

ALEXANDRIA] *Alexandriae* vocabulum ex sede sua parum tempestive huc viciniæ migravit. Deest fini sequentis itineris, unde abesse non potest. Nunquam Itinerarii scriptor urbem, quo iter est, negligere solet. Et si negligeret, daret se turpiter. Neque enim præteriri ea urbs potest, quæ iter terminat. Scio H. Suritam existimasse eandem esse *Caportim*, ultimam ejus itineris mansionem, atque Alexandriam. Sed & id novi magnum esse in ea re peccatum. Equidem, si à libris discedere animus esset, ablatam hinc Alexandriam proximo itineri subjicerem. Nunc nihil movere potius arbitror. WESS.

ITEM ALIO ITINERE A PTOLEMAIDE ALEXANDRIAM] *Reg.* Item alio itinere Ptolemaida in Alexandria. *Blandin.* Item alio itinere ab Tholomaida in Alexandriam. *Nealitanum* Item alio itinere a Phtolomaida in Alexandriam. *Longolianum exemplar*, Item alio itinere ab Ptolomaida in Alexandriam : *neque ulla mansionum summa appositа apparet.* SVR.

ITEM ALIO ITINERE A PTOLEMAIDA IN ALEXANDRIAM] Restitui loco suo præpositionem, à Surita expulsam ejectamque. Timuisse vir doctissimus videtur, ne particula in Grammaticorum præcepta incurreret. Sed facile scriptorem aetatis suæ consuetudo, quam & antiquissimi probarunt, excusabit. Notum est Plautinum, ne alia accumulem, ex Bacchidibus Act. II. 1. *Herilis patria salve, quam ego biennio, postquam hinc in Ephesum abii, te conspicio lubens.* Id mireris, conjurasse libros in *ab* & *a Ptolemaida.* an ex Ptolomaide fecerunt *Ptolemaidam*, uti ex Narbone Narbonam, Ascalone Ascalonam? *Ptolemaida* hac terminatione est in Martiano p, 217. L. VI., ubi H. Grotius videndus. *Ptolomaide* casu recto quosdam dixisse monuit Salmasius ad Fl. Vopisci Probum C. 17. WESS.

SEMEROS M. P. XXXIII.] *Hæc desunt in Reg. Blandinian.* Semeros mpm. XXXIII. *& item Neap. ac Longolianum: cum supra* à Ptolemaide Semeros M. P. XXXII. *definiantur.* SVR.

FINES MARMARIAE.] Post Cyrenem in exemplari manuscripto interponitur *Fines Sarmatae.* In impresso *Fines Samariae*, aut *Armariae*, pro quo ponendum *Fines Marmaricae.* Sed si Ptolemaeum sequamur, Darnis finis erit Cyrenaicae & initium Marmaricae : itaque post Limnidem sive Limniadem & Darnim rectius hoc interponi posset. Ac fieri potest, ut hæc notatio finium Marmaricae & Alexandriae ex margine irrepserit, cum nusquam alibi provinciarum limites notet, nisi Mauritaniae utriusque. Porro qui hic ponuntur fines, ita accipiendi sunt, quod hoc loco fines Marmaricae & postea Alexandriae incipiant. SIML.

FINES MARMARIAE] *In Regio*, Finis Marmariae. *In Blandiniano & Neapolitan.* Fines Armariae. *Longolianum* Fines Samariae, & *milto* Armariae. *Strabo gentem mari propinquam, & quæ ad Aegyptum pertineat, usque ad Cyrenem*, Marmaridas *esse auctor est: cui* fines *à Ptolemaeo designantur, qui satis appositè huic itinerario congruunt. Nam à* Darnide *urbe linea protenta, Pentapolis ab Oriente parte* Marmaricae *finitur: atque hoc loco inter Cyrenem & Limniadem Marmariae fines ab Antonino assignantur:* A Paraetonii *ferme regione ad Syrtim usque majo-*

HIPPON.	M. P. XXVIII.
PAPI.	M. P. XXIIII.
PANIVROS.	M. P. XXX.
MICHERA.	M. P. XX.
IVCVNDIV.	M. P. XL.
GEREATIS.	M. P. XXXII.
CATABATHMON.	M. P. XXXV.

FINES ALEXANDRIAE.

GERAS.	M. P. XVIII.

ZI-

majorem porrigi Marmaridas *Plinius L. 4. C. 5. asserit: Gentem* Nomadum Lybiae *esse, Pausanias in Atticis C. 7. auctor est.* SVR.

FINES MARMARIAE] Exulant ex Vaticano codice voces FINES MARMARIAE, unde quodammodo Simleri suspicio constabilitur. Quia tamen ceteri mordicus retinent, nihil causae video, quamobrem exterminari debeant. WESS

HIPPON M. P. XXVIII.] *Habet uti supra* à Darnide *Regium, cum reliqua* XXVIIII. *hoc loco praeferant, quae supra* XXVIII. *definierant.* SVR.

PAPI M. P. XXIIII.] *Regium* XIIII. *habet. Reliqua vero* XXIIII. *quorum consensu ducimur.* SVR.

PAPI] Fuit cum opinarer in *Papi* latere urbem Ἄπιν *Apin*, cujus meminit Polybius Excerp. CXV. verum re pressius examinata, opinionem repudiavi. *Apis* non longe Paraetonio fuit, ut videas ex Scylace p. 106. Edit. Gronovii. WESS.

PANIVROS M. P. XXX.] Ptol. & Straboni *Paliurus.* SIML.

PANIVROS M. P. XXX.] *Habent manuscripta, & Longolianum. Straboni L. 17. p. 838.* Paliurus vicus: *& Ptolemaeo in* Marmaricae *situ* Παλιῦρος, *ut forte ea sit, quae hoc loco* Paniuros. SVR.

PANIVROS] Habet Tabula hoc loco *Paliuris*, adeoque recte viri docti censuerunt *Paliuros* hic videri legendum. Meminit loci Lucanus, sed vocis similitudine deceptus *Palinuri* nomen imposuit L. IX. 42.

Et hinc placidis alto delabitur auris
In litus, Palinure, tuum: neque enim aequore tantum
Ausonio monumenta tenes: portusque quietos
Testatur Libye Phrygio placuisse magistro.

An à Macedonibus nomen repetemus? Suidas urbis Macedoniae Παλιούρας *Paliurae* mentionem fecit in Ἀντίπυργος, nisi tamen ibi vitium sit WESS.

MICHERAM M. P. XX.] *Reg. cum supra* Michera *sive* Elene *signasset, hoc loco* Micera *habet. Blandinianum* Mecira. *Neapolitanum* Metira. *atque item Longolianum.* SVR.

IVCVNDIV.] *Lucundui.* Ptolemaeo forte *Leucae Camini.* SIML.

IVCVNDIV M. P. XL.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Lucundiu M. P. XL. *Neapolitanum* Lacundiu M. P. XL. *Longolianum* Lucundui M. P. XL. SVR.

IVCVNDIV] Omnes fere nostri *Lucundiu* praeferunt. In Anastasio *Vicundium* invenio, quod ad Regii exemplaris lectionem proxime accedit. *Secundinus Episcopus Jucundianensis* memoratur in Collatione C. 180. Sed ille Afer fuit. Λευκαὶ Κάμινοι Ptolemaei in Marmarica mediterranea ponuntur: hoc vero iter secundum litus maris ducit. Adeo pronum & in aperto est dicere quae non sit, quam quae tandem sit profiteri. WESS.

GEREATIS] Vel *Gertatis.* SIML.

GEREATIS M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Gertatis mpm. XXXII. *& item Longolianum: & milto* Cereatis *emendat. Neapolitanum, quod proximè ad Regium accedit,* Cereatis mpm. XXXII. SVR.

GEREATIS] Libro Fabricii vir doctus *Gertatis* adscripsit. ceteri vulgatum servant, nisi quod plures apposuerint XXXIII. M. P. WESS.

GERAS.] Ptolemaeo *Zygris villa.* SIML.

GER-

ZIGILIS. M. P. XXXII.
ARISTEV. M. P. XX.
THABRASTA. M. P. XXXII.
PARAETONIO. M. P. XXVI.
EV-

GERAS M. P. XVIII.] *Manuſcripta exemplaria habent & Longolianum.* Geras *oppidum circiter* L. *ſtadia à* Peluſio *ſitum Nicephorus Calliſtus libro* 13. *C.* 17. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ aſſerit. Ptolemæo juxta Pythis promontorium* Γεραίας γένυ. SVR.

GERAS] Parvum oppidum *Geras*, de quo Sozomenus L. VIII. H. Eccl. C. 19., & ex eo Nicephorus, cum hac manſione componi non poteſt. longiſſime hinc abeſt, VIII. M. P. Peluſio, ut ex Tabula novimus, disjunctum. De eo ad Hieroclis Συνέκδημον plura. Mihi hujus manſionis nomen alibi nondum occurrit. WESS.

ZIGILIS] *Zatilis.* Ptol. *Zagylis villa.* SIML.

ZIGILIS M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. At manuſcripta & Longolianum* Zatilis mpm. XXXIII. *forte Ptolemaeo* Ζαγυλὶς κώμη. SVR.

ZIGILIS] *Zatilis* Vir quoque doctus adſcripſit Fabricii libro. Lugdunenſe exemplar *Zacilis* edit. Unde *Zagylis* levi opera feceris. Μάξιμος Ζαγύλεως eſt in Jure Graeco-Romano p. 190. Corruptum urbis nomen exſtat in Breviario Liberati C. 18. *Igitur Petrus Moggus ab Abbate Amone & Joanne Epiſcopo Magileos & ab Abbatibus monachorum inferioris Aegypti bella paſſus eſt.* Lege *Zagyleos.* WESS.

ARISTEV M. P. XX.] *Regio, Blandiniano, & Longoliano aſſentientibus. At Neapolitanum habet* Ariſteia mpm. XX. SVR.

ARISTEV] Verum eſt *Ariſteu*, ſeu potius *Ariſtaeu.* Credo enim ab Ariſtaeo, Cyrenes filio, huic manſioni nomen eſſe inditum. Solebant vitioſe id nominis una vocali ſcribere, uti exemplis, cumulate congeſtis, Thom. Munkerus ad Hyginum fabulatorem C. 161. oſtendit. Dicitur autem *Ariſteu* more Aegyptio pro Ἀελιταὶς κώμη, habetque in hoc genere multa Itinerarium, ut *Niciu*, *Iſiu*, *Ibiu*, aliaque, de quibus ſuo loco. WESS.

THABRASTA M. P. XXXII.] *In Regio legimus exemplari: Reliqua* Tanabaſtra M. P. XXII. *ſed in Longoliano milto corrigitur* Thanabriſtra. SVR.

THABRASTA] Variant libri noſtri editique: *Tanabraſta* & *Tarabaſtra Thanebeſtra* offerre ſolent. Haud ſcio an hujus mentio ſervata ſit in Vibio Sequeſtre. *Cinibs Arabiae, in quo plurima genera gemmarum inveniuntur, & camelis portantur in oppidum Tybreſtrum.* Eſt in Vibii libris non minor diſcordia. *Tibreſtum* inveni in d'Orviliano. alii *Thibreſtum* aut *Thibreſtrum* oſtentant. Utcumque fuerit, male *Cinibs*, ut in melioribus dicitur libris, *Arabiae* fluvius à Vibio perhibetur. WESS.

PARAETONIO.] *Paraconio* vel *Paracomo.* Legendum Paraetonio, quamvis altera lectio habeatur in manuſcripto exemplari. Conſtat enim ex Ptol. Strabone, Mela, Paraetonium hoc loco ſitum eſſe. SIML.

PARAETONIVM M. P. XXVI.] *Regium* Parecomo M. P. XXVI. *Blandinianum & Longolianum* Paracomo mpm. XXVI. *Neapolitan.* Paraconio mpm. XXVI. *quod ad* Paraetonio *proximè videtur accedere. Nam* Paraetonium *urbem eſſe, & incentem portum Strabo L.* 17. *p.* 798. *auctor eſt.* Menſura, *inquit Plinius L.* 5. *C.* 6. à Catabathmo ad Paraetonium LXXXVI. M. P. *Sed hoc iter diverticulis manſionum ducitur. In Ptolemaei exemplaribus* Παραιτόνιον. *At Stephan.* Παραιτόνιον, πόλις πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἣν Ἄμμωνίαν καλοῦσι. SVR.

PARAETONIO] Pari diſcordia libri noſtri. Unus Pariſienſium *Paraecomo.* Vaticano inerat *Parecomo.* Exemplari Fabricii adſcriptum à viro eſt docto *Paraconio.* Recte hinc Simlerus & Surita *Paraetonium* extuderunt, conjecturam ſtabiliente Cuſani libro, qui *Paretonio* edit. Tabula *Pretonio.* WESS.

EVTHICV.] Vel *Futicu.* forte *Leuce acte* Ptolemaeo. SIML.

EVTHICV M. P. XL.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Euticu mpm. XL. *Neapolitanum*, Eutitii M. P. XL. *& poſt* Tanabaſtra *adjicitur: Longolianum item poſt* Tanabaſtra, *milto* Euticu XL. *& ſtatim*, à Paraconio Futicu mpm. XL. SVR.

Eu-

EVTHICV. M. P. XL.
PHAEDONE. M. P. XXVI.
CAPORTIS. M. P. XVI.
ITER, QVOD LIMITEM TRIPOLITANVM PER TVRREM TAMALLENI A TACAPIS LEPTI MAGNA DVCIT M. P. DCV. Sic. A TA-

EVTHICV] Forte in variata vocabuli ſcriptura latitat portus *Phoenicus*, de quo Strabo L. XVII. p. 799. WESS.

PHAEDONE.] *Dedone* vel *Pedone*. Meminit Srabo *inſulae Pedoniae* inter Paraetonium & Alexandriam. SIML.

PHAEDONEM M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Phedone M. P. XXVI. *reliqua vero* Pedone mpm. XXVI. SVR.

PHAEDONE] Excerpta librorum, quorum nobis uſura fuit, *Pedone*, quod ſono ab inſula Pedonia non longe recedit. An inſulae, quod manſioni huic objaceret, hoc cognomentum eſt impoſitum? Notus alioqui Phaedon eſt Elidenſis, cujus nomen Plato divino illi Dialogo inſcripſit. Si verum ſervavit Regius codex, à Phaedone diceres locum appellatum. Sed hæ conjecturæ ſunt. WESS.

CAPORTIS.] Poſt hoc nomen Schudius ponit Plinthinem & Cherſoneſum minorem, inde Alexandriam. Numerat à *Caporti* Alexandriam LXII. M. P. à Paraetonio autem Caportim Antonius ponit LXXXII. M. P., Sed ſi Paraetonium ab Alexandria diſtat C. M. P., ut Plinius ſcribit, *Caportis*, quæcumque tandem illa ſit, nam neque Ptolemaeus neque Strabo meminere, tantum XVIII. M. P. Alexandria aberit. Itaque nihil interponendum, ſed Alexandriae nomen cum eodem numero apponendum erit. SIML.

CAPORTIM M. P. XVI.] *Summo conſenſu* Caportis *in omnibus, quæ conferimus, legitur exemplaribus. Sed cum hac manſione iter, quod* Alexandriam *ducebatur, finiri videamus, eum locum deſignari arbitror, quo Alexandriam conditam ferunt, in Africae parte* ab oſtio Canopico XII. M. P. *ut auctor eſt Plinius L. 5. C. 10., qui in omnibus manuſcriptis exemplaribus* Erapotes *nominatur. Strabo L. 17. p. 792., & ab eo Stephanus, Alexandriam prius* Rhacoten *cognominatam ferunt: atque haud ſcio quàm recte Pintianus noſter* Rhacotem *in Plinii libris ſubſtituat, & vetuſtorum exemplarium, quæ ad Antonini exemplaria proxime accedunt, lectionem interrumpat.* SVR.

CAPORTIS] Laudem meritus egregiam eſt Pintianus ob Plinii locum reſtitutum. *Rhacotis* eſt quoque in Taciti Hiſt. L. IV. C. 84. Pauſania Eliac. Prior. C. 21. & Clementis Alexandrini Protreptico p. 31., ambigendumque adeo non eſt de rei veritate. Debuit iter hoc finiri urbe Alexandria, ſed ea dudum in alium locum migravit, uti ſupra dictum eſt. Praeterea numeri Pliniani L. V. C. 6. ferre hic Alexandriam nequeunt: Paraetonium, ut Simlerus monuit, C. M. P. Alexandria disjungunt, quod falſum erit, ſi *Caportis* ac *Alexandria* eadem ſit. Scio Harduinum CC. M. P. in Plinio ſuo ſcribi juſſiſſe, ſed Plinio invito. Numeri, quos C. 5. & 6. finivit, damnant auctiorem illam ſummam. Jugulat eandem Tabula, non longe, ſi itineris anfractus conſideres, à Plinio C. M. P. recedens. Reliquum eſt, ut, quæ *Caportis* fuerit, quæramus. Tabula *Tapoſiri* XXV. M. P. Alexandria ſeparat. Vidit Ampl. Altingius id ſcribentium peccato ex *Taphoſiri* eſſe natum, idemque paullo turpiore flagitio in *Caportim* abiiſſe. Erat hoc loco oppidum, in quo Oſiris ferebatur ſepulchrum habuiſſe. Dictum inde Ταφόσιρις Syneſio Epiſtola inter Graecanicas quarta. Ταφόσιρις Dioſcoridi L. III. C. 27. Ταπόσιρις Straboni L. XVII. p. 799. Aberat id Alexandria itinere unius diei, teſtimonium perhibente Procopio L. VI. Aedif. Juſtin. C. 1. Amplius vero intervallum cum non ſit, quod Alexandriam inter & Tapoſirim ſive Taphoſirim interpoſuit Tabula, integrum hoc iter additis ALEXANDRIA M. P. XXV. videri poterit. WESS.

ITER QVOD LIMITEM TRIPOLITANVM PER TVRRIM TAMALLENI &c.] *Hic* Limes Tripolitanus Thamallenſis *videtur cognominari à Notitia provinciarum Romani Imperii: cujus auctor* Marianus Scotus *fuiſſe perhibetur. Nam ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Africae inter Limitaneos recenſetur Praepoſitus* Limitis Thamallenſis; *neque* Tripolitani Limitis *fit mentio.* SVR.

A TACAPIS AD AQVAS.	M. P. XVIII.
AGARIABAS.	M. P. XXX.
TVRRE TAMALLENI.	M. P. XXX.
AD TEMPLVM.	M. P. XII.
BEREZEOS.	M. P. XXX.
AVSILINDI.	M. P. XXXII.

AGMA

ITER QVOD LIMITEM TRIPOLITANVM PER TVRRIM TAMALLENI &c.] Est hujus limitis in L. 133. C. Theod. de Decurion. mentio; meminit enim *Sylvani Ducis & Correctoris limitis Tripolitani*. Huc referebam *Decurionem limitis*, quo de Publicola Vir Illust. Epist. ad Augustinum 46. novæ Edit. *In Arzugibus*, scribit, *ut audivi, Decurioni, qui limiti præest, vel Tribuno solent jurare barbari, jurantes per daemones suos.* Erant Arzuges in Tripolitana. Quoniam tamen *Arzuges per longum Africae limitem generaliter vocabantur*, uti apud Orosium lego L. I. C. 3., potuit & alii provinciæ limes, de quo in Epistola, prætendi. Ducit hoc iter secundum Tripolitanum limitem à Tacapis Leptim magnam: Initium est in Tacapitana urbe. Non sequar ergo judicium viri egregii Th. Galaei, in Comment. ad Iter Britanniae p. 5. legentis ITER QVOD A LIMITE TRIPOLITANO, &c. Erit, hoc recepto, duplex itineris principium, jungeturque limes Tripolitanus Tacapis, quod à vero recedit. Si quid hic movendum, impensius probem: ITER QVOD LIMITE TRIPOLITANO--DVCIT. Præterea numeri hic expressi, paullo ampliores sunt, quam ex itinere, per mansiones diviso, colliguntur. WESS.

A TACAPIS AD AQVAS M. P. XVIII.] *Habent Regium & Neapolitanum: Blandinianum & Longolianum* XVIIII. *cum infra* ab aquis Tacapinis Tacapas *omnia exemplaria* XVIII. *continent. Ea enim aquæ eadem, quæ* Tacapinae *vocantur, esse videntur.* SVR.

A TACAPIS AD AQVAS] Nostri omnes apponunt huic loco XVIII. M. P. *Aquae* hæ *Tacapitanae* sunt, quarum Tabulæ, quæ XVI. M. P. Tacapis separavit, figura aquas calidas balneaque inibi fuisse monet. WESS.

AGARIAVAS.] Vel *Agarlavas*. Hirtius de Bello Africano meminit *Agar* oppidi, & in libro Conciliorum *Agrae* mentio. SIML.

AGARIABAS M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar: Blandinianum* Agariavas mpm. XXX. *Neapolitanum* à Gorlanis mpm. XXX. *Longolianum* A Gariavas mpm. XXX. SVR.

AGARIABAS] Quod Simlerus ex Hirtio C. 67. & 76. memorat oppidum *Agar*, Byzacenae provinciæ fuit, ut ipse Hirtius & Notitia docent. *Agram* frustra in Africa quæsivi. Exemplaria, quæ inter manus sunt, *Agarlavas* aut *Agarlanis*. In Tabula eodem fere situ est *Augarmi*. WESS.

TVRRE TAMALLENI.] In libro Notitiarum *Thamallensis limitis* mentio fit. In exemplari Parisiensi male legitur, *Turreta Malleni*. SIML.

TVRRE TAMALLENI] Occurrit in Collatione Carthag. C. 126. *Sabratius Episcopus plebis Turre Tamallumensis*. Notitia vero inter Byzacenos ponit *Habet Deum Tamallumensem*. Unde haud male St. Baluzius opinatus est, eandem utrobique urbem indicari. Quod vero addit, non aliam esse *Turrem Tamalleni*, id vero non putem simile. Locatur enim hæc *Turris* in Tripolitana versus Leptim M. Equidem probabile semper habui, Eugenium Carthaginiensem Episcopum, quem Notitia Africae *Tamalleni* exulasse tradit, in hanc *Turrim Tamalleni* fuisse relegatum. Victor Vitensis, ut quodammodo odoratus est Theod. Ruinartus, id L. V. Pers. Vand. C. 11. persuadet. Auctor enim est, Antonium, saevissimum hominem, fuisse *in quadam civitate, proxima eremo, quæ Tripolitanae provinciæ vicinatur.* Addit dein, regem Hunericum, probe gnarum crudelitatis Antonii, jussisse ut eo Eugenius relegaretur, *in ipsis eremi partibus*, haud obscure ad *Turrem Tamalleni*, seu ut in Notitia est, *Tamallenum* nos ducens. Cum vero *Habet Deus* similiter relegatus sit in civitatem, in qua Antonius ille fuerat, ut Victor refert C. 12., an dubitabimus pro *Civitate Tamallumensi Tamallenensem* inibi refingere? Error ortus fuit, quod Ha-

AGMA.	M. P. XXII.
AVGEMMI.	M. P. XXX.
TABALATI.	M. P. XXX.
THEBELAMI.	M. P. XXV.
TILLABARI.	M. P. XX.
ADAVGMAGDVM.	M. P. XXX.

TA-

Habet Deus Episcopum egerit *Tamallumae* in Byzacio. Ea fraudi fuit librariis, adesse hoc loco oportere arbitratis. WESS.

BEREZEOS.] *Bizerentanus limes* invenitur in libro Notitiarum. SIML.

BEREZEOS M. P. XXX.] *Habetur in manuscriptis Bland. & Neap. exemplaribus: & excuso Long. cum Reg.* Adzereos M. P. XXX. SVR.

BEREZEOS] Commodius cum Pancirollo ex *Bezereos*, quod in exemplari Lugdunensi & aliis est, *limitem Bizerentanum* formaveris. Vide Notit. Imp. Occid. p. 119. WESS.

AVSILINDI.] Vel *Auxilindi.* SIML.

AVSILINDI M. P. XXXII.] *Deest in Regio hoc diversorium. Blandinianum* Ausilnidi mpm. XXXII. *Neapolitanum* Asilmidi mpm. XXXII. *Longolianum* Ausilindi mpm. XXII. *& milto corrigitur* Asiliundi mpm. XXXII. SVR.

AVSILINDI] Quod de mansione hac dicam, nihil est aliud, quam mirifice libros discrepare. *Ausilinidi* est in Vaticano. Codex Parisiens. *Ausilimdi.* Lugduni vulgarunt *Ausilendi. Ausilundi* Vossianus edit. WESS.

AGMA M. P. XXII.] *Augina* vel *Agina.* Liber Conciliorum *Aggiva.* SIML.

AGMA M. P. XXII.] *Regium exemplar* Agma M. P. XXX. *Blandinianum* Augma mpm. XXII. *Neapolitanum* Augina mpmp. XXII. *Longolianum* Agina mpm. XXII. *& milto* Augina. SVR.

AGMA] Non temere dixerim, quid verius sit. *Augma* vir doctus libro Fabricii adscripserat, estque in Vossiano. *Quintus ab Aggya* in Concilio sub Cypriano sententiam dixit. An hinc fuerit, qui cognoscam? WESS.

AVGEMMI M. P. XXX.] *Regium* Auzemmi M. P. XXX. *Blandinianum* Augemmi mpm. XXX. *Neap.* Augemi mpm. XXX. *Longolianum facili errore ex* Augemmi, Augemini M. P. XXX. SVR.

TABALATI.] In libro Notitiarum mentio fit *limitis Tablatensis:* de quo dubito an à *Tabal* Byzacenae vel *Tablata* Tripolitanae provinciae urbe nomen habeat. SIML.

TABALATI M. P. XXX.] *In Regio, Neapolitano, & Longoliano. At Blandinianum* Thabalati mpm. XXX. *In Notitia provinciarum inter Limitaneos, Praepositus* Limitis Tablatensis *sub dispositione viri spectabilis Comitis Africae.* SVR.

TABALATI] In superioribus Surita Simleruque *Tablatensem limitem* ad Tabaltam, urbem Macomadibus & Cellis Picentinis vicinam, retulerunt: alterum utrum haud dubie cum vero discordat. *Tambaia* ut hic cum G. de l'Isle legatur, nulla causa est. WESS.

THEBELAMI.] In Notitiarum libro *Thamalloma.* SIML.

THEBELAMI M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar, cum in reliquis* Themelami *legatur.* SVR.

THEBELAMI] Vaticanus & Parisiensis cum editionibus vetustis *Themelami* praeferunt. Hinc Praepositum *limitis Thamallomensis* appellatum opinarer, ni aliunde apertum esset Thamallomam in Byzacii fuisse finibus. WESS.

TILLIBARI.] Notitiarum liber *Tillibarensia Castra.* SIML.

TILLABARI M. P. XX.] *Praeferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani. In notitia provinciarum sub dispositione Comitis Africae, inter limitaneos Praepositus limitis secundanorum in castris* Tillibarensibus *recensetur.* SVR.

TILLABARI] Eadem Notitia Praepositum *limitis Tillibarensis* sub dispositione V. S. Ducis provinciae Tripolitanae ponit p. 119. Quare imprudenter G. de l'Isle hoc loco *Tibari* scribendum censuit. WESS.

ADAVGMAGDVM M. P. XXX.] *Habetur in manuscriptis Blandiniano & Neapolitano, Longolianoque: cum in Regio* Adamadum M. P. XXX. *legatur.* SVR.

ADAVGMAGDVM] In Parisiensi est *Ad Aumandum. Adaumaudum* Lugdunense exemplar, alia aliter. WESS.

TABVNAGDI.	M. P. XXV.
TRAMVSDVSIM.	M. P. XXV.
TAMASCALTIN.	M. P. XXX.
THENTEOS.	M. P. XXX.
AVRV.	M. P. XXX.
VINAZA.	M. P. XXXII.
THALALATI.	M. P. XVI.

THE-

TABVNAGDI.] *Trabunacdi* vel *Trabimagdi.* SIML.

TABVNAGDI M. P. XXV.] *Habet Blandinianum exemplar, & Longolianum. At Regium* Tabuinati M. P. XXV. *Neap.* Thrabunacti mpm. XXX. SVR.

TABVNAGDI] Omnes noſtri aut *Thrabunacti* aut *Thrabunaſdi.* Pariſienſis præterea codex hanc manſionem poſtponit ſequenti, quod in Lugdunenſi quoque eſt exemplari. ceteri ordinem ſervant. WESS.

THRAMVSDVSIM M. P. XXV.] *Blandinianum. At Longolianum* Tramiſduſim mpm. XXV. *Regium* Tharama M. P. XXV. *In Neapolitan. deeſt hæc manſio.* SVR.

THAMASCALTIN M. P. XXX.] *Habet Blandinianum: & in Regio deſideratur. Neap.* Thamaſtaltim mpm. XXX: *& Longolianum* Thamus caltin mpm. XXX. *& milto corrigitur* Tamaſcaltim. SVR.

TAMASCALTIN] *Thamaſcaltin* libri noſtri, Cuſani *Thamuſchaltin.* WESS.

THENTHOS.] *Thenteos* vel *Teutheos. Teuchitanus limes* liber Notit. SIML.

THENTEOS M. P. XXX.] *Habetur in Blandiniano, & Neapolitan. Regium* THENTEOS M. P. XXV. *Longolianum* Theuteos mpm. XXX. SVR.

THENTEOS] De *Teuchitano limite,* quem Simlerus huc vocavit, diximus ad Teuchiram. *Thenteos* in omnibus legitur noſtris. *Thinteos* Anaſtaſius. WESS.

AVRV M. P. XXX.] Liber Pariſienſis *Auri M. P. XXX. Auri* ineſt quoque Lugdunenſi exemplari: ceteri vulgatum tuentur. WESS.

VINAZA M. P. XXXII.] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum exemplar. Regium* M. P. XXXV. SVR.

VINAZA] *Triginta quinque millia* præter edit. Lugd. habet codex Pariſien. & Vatic. WESS.

THALALATI.] Hinc *Talalatenſis limes* in Notitiarum libro. SIML.

THALALATI M. P. XVI.] *Regium* THALATATI M. P. XV. *& reliqua* Talilati mpm. XVI. SVR.

THALALATI] Magno conſenſu excerptæ noſtra cum vetuſtis editionibus *Talalati,* quod veriſſimum eſſe, oſtendit Notit. Imp. Occid. p. 119. WESS.

THENADASSA M. P. XXVI.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tena daſſa mpm. XV. *Neapolitanum* Tenadaſſa mpm. XXV. *& Longolianum* Tenadaſſa mpm. XV. *& milto* XXV. SVR.

MESPHE M. P. XXX.] *Regium habet exemplar: cum reliqua* Meſpe mpm. XXX. *præferant.* SVR.

MESPHE] *Meſte* præferunt libri. Stupor Anaſtaſii in Epitome Chronici Caſinenſis hinc fecit *Merpen villam circa Alexandriam.* pæne dicerem eſſe Punicum Hebraeumque *Mitsphe ſpeculam* notans. WESS.

TELEPTE.] Hæc fuit Metropolis Byzacenae provinciæ: In Concilio Milevitano *Donatianus Teleptenſis primus,* ſeu primæ ſedis Epiſcopus ex Byzacena provincia ſubſcripſit. Hic tamen in libro Conciliorum perperam *Telepienſis, Tibulenſis* vel *Tebeſtenſis* nominatur. Sed in Concilio Carthaginienſi Honorio XII. Coſ. idem *Donatianus Teleptenſis primæ ſedis Epiſcopus provinciæ Byzacenae* nominatur. SIML.

A TELEPTE TACAPA M. P. CXLII.] *Habetur in exemplari Regio. Reliqua præferunt* A celepte mpm. CLII. *præter Neapolitanum, in quo ſumma manſionum deficit. Sed cum ſingularum manſionum numeros ſumma recte colligat Regius & Blandinianus, Regii lectio præferenda erat. In Concilio Carthaginienſi, cui D. Cypr. præſedit, Julianus à* Telepte *ſententiam tuliſſe traditur.* SVR.

A TELEPTE TACAPAS] Erat Telepte in extre-

THENADASSA.	M. P. XXVI.
MESPHE.	M. P. XXX.
LEPTIMAGNA.	M. P. XL.
A TELEPTE TACAPAS.	M. P. CXLII. Sic.
GEMELLAS.	M. P. XXII.
GREMELLAS.	M. P. XXV.
CAPSE.	M. P. XXIIII.

THA-

extrema Byzacii parte, ut Procopius L. VI. Aedif. Juſtin. C. 6. monuit. Mentio urbis eſt in Vita Fulgentii Ruſpenſis C. 1. Verba, uti legi debent, adſcribo. *Sed poſſeſſionibus ſuis ex parte per auctoritatem regiam repetitis Byzacium perrexerunt. Ibique Telepte civitate unus eorum nomine Claudius ex conjuge nomine Maria, Chriſtiana ſcilicet & honeſta femina, iſtum, cui tanta gloria debebatur, feliciter genuit.* Quod vero Simlerus obiter Teleptenſem urbem fuiſſe Byzacii Metropolim monuit, id argumentis ſtabilire conatus eſt Samuel Petitus L. III. Obſerv. Var. C. 1. p. 5. verum non bene firmis. Nam quod *Donatianus primæ ſedis Epiſcopus*, ſeu, ut in Photii Cod. LII. veriſſime Chriſt. Juſtellus legi oportere docuit, Δοναπιανὸς Τελεπτένσης ἧ πρώτης ἕδρας Βυζακίνης ἐπαρχίας, dicitur, id Metropolitanum eum non facit. *Prima* enim *ſedes* à metropoli apud Afros diverſa erat, dicebaturque *primæ ſedis* Epiſcopus, qui inter ejuſdem provinciæ alios ſenior erat. Ad hoc, Adrumetum Byzacii metropolis erat, ut ſupra ex Procopio obſervavimus. Plura hoc de negotio notarum anguſtiæ non capiunt. Tu vide de Byzacii metropoli primiſque per Africam ſedibus erudite diſputantem H. Noriſium L. I. Hiſt. Pelag. C. 23. & L. II. C. 7. Ceterum CXLII. M. P., quæ Surita ex Regio addidit, ex vetuſtis editionibus & MSS. augentur X. M. P. WESS.

GEMELLAS M. P. XXXII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. Male in Neapolitano* mpm. XXV. *In Notitia provinciarum Romani Imperii Præpoſitus limitis* Gemellenſis *recenſetur ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Africae.* SVR.

GEMELLAS] Incertum eſt, *limitem Gemellenſem* ab hac manſione appellari. *Burcaton Epiſcopus Gemellenſis* eſt in Collatione C. 206. Plerique omnes eum inter Mauretaniae Sitifenſis patres tranſcribunt, non tuto ſatis. Obliti videntur harum *Gemellarum* in Byzacio, quibus cur præeſſe non potuerit, quid tandem obſtat? Vide, quæ ad alteras Gemellas diximus ſupra. Tabula hanc manſionem XX. M. P. ſeparavit Telepte. WESS.

GREMELLAS M. P. XXV.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. In Neapolitano perperam* Gremellas mpm. XXIIII. SVR.

GREMELLAS] Aſſentiuntur Regio Blandinianoque libris qua editi, qua ſcripti. Tabula Peutingeri haud levem movet ſuſpicionem, ſupervacuas has eſſe *Gremellas* & ex *Gemellis* natas. Iter Capſam uſque ita ordinat. *Telepte XX. M. P. Vico Gemellas. XXIIII. M. P. Capſa colonia.* Interponitque adeo Capſam inter & Gemellas XXIIII. P. M., exterminatis Gremellis cum XXV. M. P. Equidem, ſi libri addicerent, eaſdem ejicerem. Nunc obſcurum eſt, uter peccarit, auctorne Tabulae an Itinerarii? WESS.

CAPSE M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Capſae M. P. XXIIII. *Blandinianum* Capſe mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Capſe mpm. XXXV. *Longolianum* Capſe mpm. XXIIII. *& milto* XXXIIII. *An* Capſa *ſit, æſtimandum: oppidum magnum, atque valens inter ingentes ſolitudines, ut auctor eſt Salluſtius Jugurth. C. 89. cujus conditor Hercules Libys memoratur. Certè in eodem Carthaginienſi Con. Donatulus à* Capſe *recenſetur.* SVR.

CAPSE] Capſa hæc longe alia eſt atque illa, de qua Salluſtius. Sita noſtra in medio fuit Byzacio, loco fertili & irriguo. Geographus Nubienſis Climate III. p. 86. *Urbs Capſa pulchra eſt, habet moenia & fluvium excurrentem, cujus aqua præſtantior eſt aqua Caſiliae: habet etiam intra ſe fontem, qui vocatur Altarmed.* Altera ſupra Numidiam erat poſita inter ingentes ſolitudines, locaque vaſta, inculta, egentia aquæ & infeſta ſerpentibus. Ad hoc, Capſen-

THASARTE. M. P. XXXV.
AQVAS TACAPITANAS. M. P. XVIII.
TACAPAS. M. P. XVII.

SARDINIAE.

ITER SARDINIAE A PORTV TIBVLIS CARALIS. M. P. CCLII. Sic.

TV-

ſenſes vicinum amnem non habebant, una modo, atque ea intra oppidum, jugi aqua, cetera pluvia utebantur, ut eſt apud Salluſtium. Mitto alia, quæ apud S. Bochartum L. I. Chan. C. 24. legi velim. WESS.

THASARTE.] *Taſarte* vel *Taſarde.* SIML.

THASARTE M. P. XXXV.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* Taſarte mpm. XXVIII. SVR.

THASARTE] Excerpta noſtra adſpirationem vocabulo detrahunt. Tabula plane ut Regius Suritae *Thaſarte.* WESS.

AQVAS TACAPINAS M. P. XVIII.] *Habent Blandinianum & Longolianum: cum Regium exemplar* Aquas Tacapitanas M. P. XVIII. *præferat. Neapolitanum* Aquas Tacapinas mpm. XXVIII. SVR.

AQVAS TACAPITANAS] *Aquis* his magno conſenſu libri apponunt XXVIII. M. P., putemque veriora. Tabula inter Thaſarte & Aquas interponit *Sileſvam*, ab illa XII. M. P. ab his vero XIX. M. disjunctam. Differentia exigua eſt, forte ex diverticulo Sileſvam verſus nata. Scripſi *Aquas Tacapitanas*, motus Regii codicis auctoritate & Vaticani, ex quo Schelſtrate vulgavit *Aquaſta Capitanas.* Ad hunc modum Epiſcopus *Tacapitanus* eſt in Notitia, & *plebs Tacapitana* in Collat. Carth. C. 133. WESS.

TACAPAS M. P. XVIII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. Neapolitanum haud recte* mpm. XVI. *ſupra enim à* Tacapis ad Aquas XVIII. M. P. *deſignantur.* SVR.

SARDINIA.] *Initialibus litteris habetur in Regio exemplari poſt* Tacapas: *quæ dictio in reliquis deficit, mihi videtur* Sardiniae *legendum: quemadmodum in eodem Regio codice* CORSICAE: SICILIAE *legitur in Blandiniano atque in Regio.* SVR.

SARDINIAE] Abeſt à libris noſtris SARDINIA. Si retinendam hoc loco cenſueris, brevi poſt abundare videbitur, nec tamen eſt, qui ibi rejecerit. WESS.

ITER SARDINIAE A PORTV TIBVLIS CARALIM M. P. CCLII. Sic.] *Regium exemplar* Iter Sardinie ad portu Tibolas Caralis M. P. CCXLII. *Blandinianum, & Neapolitanum* Iter Sardiniae à portu Tibulas Caralis M. P. CCLV. Sic. *Longolianum* Iter Sardiniae à portu Tibulas Caradis mpm. CCXXV. Sic. Caralis *ſingulari numero præferimus verſu Claudiani, in fine de bello Gildonico:*

Tenditur in longum Caralis.

Strabo libro 5. p. 224. Ἀξιόλογοι ἡ Κάραλις, καὶ Σαλκοί. *Et in Ptolemaei excuſis exemplaribus* Καραλλὶς πόλις καὶ Ακρα. *Autor Comment. belli Africani C. ult. plurium numero produxiſſe videtur.* Et poſt diem, *inquit*, tertium Caraleis in Sardiniam pervenit. *Ptolemaeo* Τίβυλα. Tibularii, *ſive ut in Ptolemaeo legimus,* Τιβυλάποι, *oram inſulæ tenent, quæ ad Septentriones vergit.* SVR.

ITER SARDINIAE A PORTV TIBVLIS CARALIS] Non erat cur Surita ſingularem numerum in *Caralis* præferret. Numero plurium Livio adhiberi ſolet, nec aliter Priſcianus extremo L. II. aut Conſentius in Arte p. 2031. Ita ſi ſumas, *Caralis* ſine ſcrupulo retineri hic poterit. Ego vero ſubvereor, ne urbis nomen, ſolito in his itineribus more, tanquam caſus haberet nullos ſit uſurpatum. Non aliter expeditur ultimi itineris titulus, *A Caralis Noram:* neque etiam hoc Sulpicii L. II. C. 55. *Lucifer à Carnalis Sardiniae* ubi male *Carnalis* pro *Caralis* editur, quamquam Κάρναλις & apud Procopium L. II. Belli Gothici C. 13. & alibi legitur. Libro Fabricii vir doctus M. P. CCLV. adſcripſit, alii CCLXV. WESS.

TV-

TVRVBLO MINORE.	M. P. XVIII.
ELEPHANTARIA.	M. P. XV.
LONGONES.	M. P. XII.
VLBIA.	M. P. XXXVIII.
COCLEARIA.	M. P. XV.
PORTV LVGVIDONIS.	M. P. XII.
	FANO

TVRVBVLO MINORE] Plinio *Turris Lybiſonis.* Ptol. *Turris Byſſonis.* SIML.

TVRVBLVM MINOREM M. P. XVIII.] *Regium* Turublo minore M. P. XVIII. *Blandinianum*, *Neapolitanum*, *& Longolian.* Turobole minore mpm. XIIII. *ſed hoc milto corrigitur* Turobolemnore. SVR.

TVRVBLO MINORE] Non auſim *Turrim Lybiſonis*, pro quo male in Ptolemaeo *Byſſonis*, ut ex Libro ejus VIII. apparet, cum *Turubulo* confundere: haud longe à Turri hac afuiſſe ex Ptolemaeo colligitur. Edit. Lug. & Baſ. cum Vaticano XIIII. M. P. præferunt, nec plura Voſſianus habet. WESS.

LONGONES M. P. XII.] *Regium* Longone P. M. XII. *At reliqua* Longones mpm. XII. SVR.

LONGONES] Anaſtaſius in Epitome hinc nobis eſt commentus *villam Longon.* WESS.

OLBIA M. P. XXXVIII.] Ptol. *Olbia civitas maritima.* SIML.

OLBIAM M. P. XXXVIII.] *Regium* Ulbia M. P. XXXVIII. *reliqua* Ulbia mpm. XXVIII. *Cicero*, *cum Q. ejus frater* PROCOS. *Sardiniae præſideret*, *ad eum ſcribens L.* 2. *Ep.* 3., A te, *inquit*, poſt illam Olbienſem epiſtolam nullas litteras accepi. *Et alia Epiſtola:* Sed quoſdam veniſſe tamen Olbia dicebant, qui te unicè laudarent. *A Plinio recenſeri eo loco L.* 3. *C.* 7. *quo* Boſenſes *memorantur*, *mihi ſit veriſimile*, *ac potius* Boſenſes *fuiſſe prætermiſſos*, *parvam civitatem*, *quam* Olbienſes. *Exemplar enim Toletanum* Bicienſes *habet*, *& alia* Vitenſes *aut* Vicenſes. *Claudiani quoque verſus* 519. *de bello Gildonico corrigendus:*

Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos:
Partem littoreo complectitur Olbia muro:

Pro illo Obuia: *quod Mariangelus Accurſius non animadvertit*, *cum recte ex manuſcriptis exemplaribus* Sulcos *emendavit ea parte*, *qua ex-cuſi* muros *prætulerant. Pauſanias in Phocicis C.* 17., *è Theſpienſibus & Attica Iolao duce manus quaſdam tranſmigraſſe*, *quæ* Olbiam *munierint*, *perhibet: &* Orgillem *etiam dictam. Stephanus inter plures Olbias* Ἐκτη, *inquit*, Σαρδόος. *Ptolemaeo* Ὀλβιάνῳ λιμήν. SVR.

VLBIA] Singulari concordia libri *Ulbia*; quidam XXVIII. M. P. ut Voſſianus, tantum addunt. *Ulbienſes* urbis hujus incolas appellat P. Oroſius L. I. C. 2. *Ex quibus Sardinia habet à meridie contra Numidiam Caralitanos: contra Corſicam inſulam*, *hoc eſt*, *ſeptentrionem verſus habet Ulbienſes.* de ſitu paria tradit Livius L. XXVII. C. 6. WESS.

COCLEARIA.] Vel *Godearia.* SIML.

COCLEARIA M. P. XV.] *Habent manuſcripta exemplaria: Longolianum vero* Goderia mpm. XV. SVR.

COCLEARIA] Vulgatum Anaſtaſius cum MSS. probat. Fieri potuit, ut à cochleis, quas hic alebant, nomen loco ſit inditum. *Cochlearia* ſive *Cochlearia* hac ſignificatione habes in Varrone L. III. de R. R. C. 14. Jam vero ex Dioſcoride L. II. C. 11. novimus, laudatiſſimas è Sardinia cochleas fuiſſe aſportatas. WESS.

PORTV LIGVIDONIS.] Vel *Liquidonis*, SIML.

PORTUM LVGVIDONIS M. P. XII.] Portu Luguidonis M. P. XII. *habent manuſcripta: & Longolianum* Portu lignidonis mpm. XII. *Ii populi videntur eſſe qui Ptolemaeo* Λυγειδωνίσιοι *cognominantur: ut* Λυγειδωνίσιοι *forte ſit legendum. Hodie nomen retinere videntur: nam regionem & promuntorium vocant* Lugodor. SVR.

PORTV LVGVIDONIS] De portu ejuſque urbe videndus Cluverius in Sardinia Antiqua p. 494. Anaſtaſius *Portum Guidonis*, quomodo & Voſſii liber, nobis obtrudit. WESS.

EA-

FANO CARISI.	M. P. XV.
VINIOLIS.	M. P. XV.
SVLCIS.	M. P. XXXV.
PORTICENSES.	M. P. XXIIII.
SARCOPOS.	M. P. XX.
FERRARIA.	M. P. XX.
CARALIS.	M. P. XIII.

ALIO ITINERE AB VLBIA CARALIS. M. P. CLXXIII. Sic. CA-

FANVM CARISI M. P. XV.] *Regium* Fano Cariſi M. P. XV. *Reliqua* Fano Cariſi mpm. XXV. SVR.

FANO CARISI] *Fanum Caniſi* ſive *Canuſi* malebat Cluverius, ductus in eam ſuſpicionem à Ptolemaeo, cui *Canuſitani* in Sardinia memorantur. Mihi, pace viri egregii dixero, non juſta ea cauſſa videtur. Oppidum *Caniſum* in Sardinia nemo invenit: & ſi à gente fanum id dictum fuit, utique *Canuſitanum* appellari oportuit. Cariſii, T. & P., in rebus Auguſti ſæpe occurrunt; ab his horumve gentilibus *Fanum* hoc videtur appellatum, aut, quod impenſius probem, à *Carinſiis*, quorum Ptolemaeus meminit. Nunc *Fani* loco nomen eſſe volunt. In numeris libri noſtri obſervant, ut XXV. M. apponant. Nec tuto tamen illis fidas, nimis ſæpenumero vitiatis. WESS.

VINEOLAS M. P. XV.] *Regium* Viniolis M. P. XV. *Bland. & Neap.* Viniolis mpm XII. *Long.* Viniolis mpm. XII. *& milto corrigitur* Viniolis. SVR.

SVLCIS] Schudius legit *Supicis portus:* meminit autem *Supicii portus* Ptolemaeus. Etſi enim *Solci porcus* & *Sulckenſe* vel *Solchenſe* promontorium in Sardinia ſunt, tamen non ſunt in itinere à Tibulis Caralis. SIML.

SVLCOS M. P. XXXV.] *Omnia manuſcripta cum Longoliano* Sulſis M. P. XXXV. *Stephanus cum Claudiano* Σύλκοι πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. *Pauſanias in Phocicis C. 17. refert Pœnos urbes duas in Sardinia muniiſſe* Carnalin *&* Syllos, *pro* Caralin *&* Sulcos. *tametſi, ut video, ſunt, qui vulgatæ lectioni adſentiantur: Auctor Commentarii belli Africani Cap. ult.* Ibi Sulcitanos quod Naſidium ejuſque claſſem receperant, copiiſque juverant, HS CM. multat, & pro decumis octavas pendere jubet. Sulcitani *Ptolemaeo maxime ad meridiem vergunt.* SVR.

SVLCIS] Non eſt ſpernenda eruditiſſimi Schudii conjectura. Oppidum *Sulcis* ſive *Sulcenſe* in auſtrali inſulæ latere erat, longe hinc diverſum. Probavit eandem Cluverius, in ea parte diſſentiens, qua *Sulpici*, invenerat enim Σολπίκι& in Vaticano Ptolemaeo, *portuenſes* ſcribendum cenſuit. Vide eum p. 495. WESS.

PORTICENSES M. P. XXIIII.] *Regium* Portienſes M. P. XXIIII. *Reliqua vero* Porticenſes mpm. XXIIII. SVR.

SARCAPOS] Vel *Scarcapos.* SIML.

SARCOPOS M. P. XX.] *Habet Regium exemplar: & reliqua* Sarcapos mpm. XX. *forte ea civitas eſt, quæ Ptolemaeo* Σκαρπιτάνοι. SVR.

SARCOPOS] Superſunt nominis reliquiæ in amne *Sarabos.* Excerpta librorum & Anaſtaſius SARCAPOS edunt: neque multum abit Ravennas L. V. C. 26. cum ſuo *Sarpach.* WESS.

FERRARIA M. P. XX.] *Omnia in eam lectionem conſentiunt exemplaria, Regio dempto: in quo* Ferralia *legitur.* SVR.

FERRARIA] A fodinis & officinis dictum eſſe dudum monuit Ch. Cellarius. Erat enim ferri ferax Sardinia. Rutilius, a viro doctiſſimo non præteritus, L. I. Itin. 351.

Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.
Qua nil uberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior ſtrictura camino:
Nec quæ Sardoo ceſpite maſſa fluit.

Servat nominis veſtigia promontorium Sardiniae *Ferratum.* WESS.

ALIO ITINERE AB OLBIA CARALIM M. P. CLXXIII. Sic.] *Regio exemplari* M. P. CLXXII. *Blandiniano* CLXXIII. *numerorumque ratio ſummæ congruit. In Neapolitano totum hoc deficit iter. Longolianum* Alio Itinere à Bublia Carallis mpm. CLXXXIII. *& CLXXIII. corrigitur.* SVR.

ALIO

CAPVT THYRSI.	M. P. XL.
SORABILE.	M. P. XLVI.
BIORA.	M. P. XLV.
CARALIS.	M. P. XLII.
A TIBVLIS CARALIS	M. P. CCXIII. Sic.
GEMELLAS.	M. P. XXV.
LVGDONEC.	M. P. XXV.

HA-

ALIO ITINERE AB VLBIA CARALIS.] Abeſt hoc quoque iter à Vaticano libro. In numeris error manifeſtus eſt, nec facile tamen ſine meliorum codicum auxilio eximendus. vide Ph. Cluverium Sard. A. p. 499. WESS.

CAPVT THYRSI] *Thyrſi* fluminis meminit Ptolemaeus. SIML.

CAPVT THYRSI M. P. XL.] *Reg.* Caput Tirſi M. P. XLIIII. *Bland. & Long.* Caput Tyrſi mpm. XL. Fontem *fluvii Thyrſi deſignari arbitror, non* Oſtium: *tametſi Ptolemaeus* Oſtii *meminit: nam* Oſtia, capita *etiam vocabantur, & Caeſar L. 4. B. G. C. 10. Rhenum multis capitibus in Oceanum influere tradidit. Supra mentio fit* Capitis Anae fluminis, *quo ab Antonino* fontem *ipſum intelligi liquet. Apud Pauſaniam in Phocicis C. 17.,* Thorſum *fluvium Inſulam mediam praterfluere legimus; uti ego arbitror, pro* Thyrſo. SVR.

CAPVT THYRSI] Iter hoc per loca mediterranea Carales ducit, ſicuti præcedens ſecundum litus. Unde omnino *Caput Thyrſi* fontem hic notare debet, ut apud Statium L. III. Silvar. 5. 21. *Caput haud penetrabile Nili,* fontes Nili. Ceteroqui non adeo inſolens eſt, ut *caput fluvii* ejus oſtium ſit. *Capita Sari fluminis,* plane ut apud Caeſarem *multa Rheni capita,* Livio L. XXXIII. 41. oſtia ſunt Sari. Imo Virgilianum verſum Georg. IV. 319.

Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis.

nihil moratus veteres interpretes de oſtio accipit Lambinus ad Horat. L. I. Od. 1., quam recte nunc non dixero. WESS.

SORABILE] Hæc forte Ptolemaei eſt *Saralapis,* ſed tum ante Thyrſum ponenda eſt. SIML.

SORABILE M. P. XLVI.] *Habent Blandinianum ac Longolianum exemplar: quo numero ſummæ ratio conſtat: in Regio* Sorabile M. P. XLV. *in Neapoilitano hoc iter defecit. Ptolemaeo* Σαραλαπὶς *in mediterraneis: nec mihi conſtat, an idem ſit.* SVR.

SORABILE] Ravennas L. V. C. 26. *Sariapis* habet, pro *Saralapis.* Si *Sorabile,* quod in Anaſtaſio quoque ſervatur, a *Saralapi* nil diſcrepet, oportet alterutum in vitio adhæreſcere. Quid ſi manſio ſit, Ptolemaeo ignota? Codex Palatinus Σάραλα πόλις habet, ſuſpicionemque auget. WESS.

BIORA.] Ptol. *Bioëa portus.* SIML.

BIORAM M. P. XLV.] *Habent Regium & Blandinianum, & Longolianum exemplar. forte ea deſignatur ſtatio, quæ Ptolemaeo* Βίοια λιμὴν, *ut ſit ſcribendum* Βίοα. SVR.

BIORA] Ptolemaei codices non conſentiunt in portus illius vocabulo, qua de videndus eſt Cluverius S. A. p. 491. *Biora,* quam libri probant, non temere mutaverim. Videtur eſſe Punicum vocabulum, *puteum* ſignificans. Neque abſurda videri debent Punica locorum in Sardinia nomina. Quis enim paullo rerum antiquarum peritior ignorat, Carthaginienſes hanc ſuo imperio ſubjectam habuiſſe. Vide S. Bochartum L. I. Chan. C. 31. SVR.

A TIBVLIS CARALIM M. P. CCXIII.] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum exemplar: cum in Regio* CXIII. *male præferatur.* SVR.

GEMELLAS M. P. XXV.] *Habent Regium & Blandinianum, ac Longolianum exemplar. In Neapolitano perperam* mpm. XII. SVR.

LVGVDONEC.] Vel *Liquidonis.* Ptolemaeus inter Sardiniae populos nominat *Liquidoneſios,* qui in editione Moletii *Luci Idoneſii* nominantur. Hodie pars Sardiniae, quæ Africam ſpectat, *Caput Lugudori* nominatur, ſicuti altera à Carali nomen habet. SIML.

LVGDONEC M. P. XXV.] *Regium* Luguinec M. P. XXV. *Blandinianum* Lugdonec mpm. XXV. *Neapolitanum* Lugudonec mpm. XXIIII. *Longolianum* Lugdonec mpm. XXV. *& milto corrigit*

HAFA. M. P. XXIIII.
MOLARIA. M. P. XXIIII.
AD MEDIAS. M. P. XII.
FORO TRAIANI. M. P. XV.
OTHOCA. M. P. XVI.
AQVIS NEAPOLITANIS. M. P. XXXVI.
CARALIS. M. P. XXXVI.
A PORTV TIBVLIS PER COMPENDIVM VLBIA. M. P. XVI.
ITER

rigit Lugudonec. *Forte legendum erat* Luguidonem CIV. M. P. XXV. *ut*, Lugui donem civitatem *designet: à qua & portus* Luguidonis *&* Luguidonesii *regio Ptolemaeo.* SVR.

LVGDONEC] Vero arbitror simillimam Suritae conjecturam. Ex diversa vocis scriptura vix certe aliud extuderis: haud recte tamen promontorium *Lugudor* huc refertur. Urbs erat mediterranea, eo fere loci posita, ubi nunc *Locomi* non longe à sinu, quem *Liasto* vocitant, conspicitur. WESS.

NAFA M. P. XXIIII.] *Et manuscripta & Longolianum in id nomen consentiunt.* SVR.

HAFA] Editum à Schotto est HAFA. Surira vero in notis, uti vides, NAFA expressit, quod & Lugduni ediderunt. prius libri probant. WESS.

MOLARIA M. P. XXIIII.] *Habet Bland. In Reg. pro ea mansione lacuna extat, & numerus* XXIIII. *tantum superest. Neap.* Molaria mpm. XXIII. *&* XXIIII. *corrigitur.* SVR.

MOLARIA] In Anastasii Epitome *Molazia*, quod vulgato præposuerim nunquam. WESS.

AD MEDIAS.] *Mediae* in Aldino exemplari & Schudii commemorantur: in aliis omittuntur. Sed ni ponantur numeri mansionum non respondent distantiæ à Tibulis Caralim, quæ hic ponitur. SIML.

AD MEDIAS] Abest hæc mansio à Suritae editione, ejusque loco asterisci sunt relicti, additis XII. M. P. Nostri codices retinent, quare restituendam arbitratus sum. Credo præterea aut hic XV. M. P. aut in sequenti mansione XII. M. esse scribenda: hæc enim inter *Molariam* & *Forum Trajani* media fuit. WESS.

FORO TRAIANI.] Quædam exemplaria *Trojani forum* appellant. SIML.

FORVM TRAIANI M. P. XV.] *Post* Molaria *altera in Regio lacuna exstat: & mansionis nomen deficit, ac tantum numerus* M. P. XII. *apparet. Blandinianum continenti ductu* Foro Trajani mpm. XV. *habet: atque item Longolianum. In Neapolitano nulla etiam lacuna* Foro Traiani mpm. XV: *& miniaceis notis* XXV. *corrigit: Procopius L.* 6. *C.* 7. *de Ædificiis Justiniani mentionem facit urbis, quam Rom.* Trajani præsidium *vocarint, ut in exemplari Græco pro* Φορὸν, Φρούριον *legatur.* SVR.

FORO TRAIANI] Rectum est *Forum Trajani*, quod & Anastasius agnoscit. Procopii Φρούριον Τραιανοῦ dudum viri docti ad hunc modum mutarunt. Est tamen in Notitia Africae inter Sardos Episcopos *Martinianus de Foru Trojani* in Editione Ruinarti, quamquam alii *de Foro Trajani.* WESS.

OTHOCA M. P. XV.] *Omnia in eam mansionis vocem & numerum exemplaria consentiunt, & infra altera mansione.* SVR.

OTHOCA] *Othoca* in Ravennate invenitur L. V. C. 26. WESS.

AQVIS NEAPOLITANIS] *Aquis Mapollinis* vel *Niapollinis.* Arbitror nomen hoc mendosum esse, & legendum *Aquis Neapolitanis*, quarum etiam Ptolemaeus meminit. Commemorantur autem Neapolitani à Plinio inter populos Sardiniae: proximo itinere similiter post *Othocam* Neapolis ponitur, quamvis minore distantia, quam *Neapolitanae Aquae.* SIML.

AQVAS NEAPOLITANAS M. P. XXXVI.] *In Reg exemplari* aquis Neapolitanis M. P. XXXVI. *cum reliqua ex certa, & minime dubia scriptura adeò detorserint, ut nisi ope Regii exemplaris corrigi minimè posset*, Aquis *enim* Niapollinis mpm. XXXVI. *habent. Neapolis enim urbis, & Neapolitanorum regionis Ptolemaeus, & Plinius L.* 3. 13. *meminere: ac à Ptolemaeo itidem* Neapolitanarum aquarum *fit mentio.* ὕδατα Νεαπολιτάνα: *ut*

ITER A TIBVLIS SVLCIS.	M. P. CCLX. Sic.
VINIOLIS.	M. P. XII.
ERVCIO.	M. P. XXIIII.
AD HERCVLEM.	M. P. XXII.
AD TVRREM.	M. P. XVIII.
NVRE.	M. P. XVII.
CARBIA.	M. P. XVI.
BOSA.	M. P. XXV.

COR-

ut exemplo ea res sit, quantis tenebris, in hoc præsertim Itinerario, inscientia librariorum offundamur: atque aliis locis indicabimus. SVR.

AQVIS NEAPOLITANIS] Videntur aquæ salubres & calidæ fuisse. Ravennati *Aquae Neapolitanorum* dicuntur. WESS.

VLBIA M. P. XVI.] Nisi numeri vitio sint fœdati, oportet primum iter miris anfractibus fuerit circumductum. Id LXXXIII. M. P. Tibulas inter & Olbiam ponit, seu, quod aliæ editiones dant, intervallum LXVIIII. M. P. Credemusne quo gressu non admodum citato facile una perveniri poterat die, eodem, si aliam viam insisteres, vix tribus quitum fuisse tendi? WESS.

VINEOLAS M. P. XXII.] *Regium exemplar* Aviniolas M. P. XXV. *Blandinianum, & Neapolitanum* Viniolis mpm. XII. *Longolianum* Viniolis mpm. XXII: *sed numero* XII. *ratio universa summæ congruit.* SVR.

ERVCIO] Vel *Erurio.* Ptolemaeo videtur esse *Ericenum.* SIML.

ERVCIVM M. P. XXIIII.] *Regium*, & *Blandinianum* Erucio M. P. XXIIII. *legunt. Neapolitanum* Eputio M. P. XXIIII. *in Longoliano* Erucio mpm. XXIIII. & *milto* Epution *corrigit. Aestimandum an id oppidum sit, quod Ptolemaeo inter urbes mediterraneas* Ἐρύκινον *appellatur.* SVR.

AD HERCVLEM] Ptolemaeo *Herculis portus.* SIML.

AD HERCVLEM M. P. XXII.] *Regium* Ab Ercule M. P. XXII. *Reliqua* Ad Herculem mpm. XXII. *Ptol.* Ἡρακλέους λιμὴν *prope* Noram *urbem.* SVR.

AD HERCVLEM.] Fuerit ne templum an statua Herculis, unde nomen huic mansioni, qua finietur ratione? Cultum olim in Sardinia Herculem fuisse eo credibilius est, quod Sardorum multi genus ab eo repetebant. Sardum insulæ conditorem Hercule prognatum fuisse, constans erant fama. Silius L. XII. 361.

Mox Libyci, Sardus, generoso sanguine fidens
Herculis, ex sese mutavit nomina terræ.

Adde Pausaniam in Phocicis C. 17. WESS.

AD TVRREM] In hujus vicinia dicitur situm esse oppidum, *Sasser* hodie dictum. SIML.

AD TVRREM M. P. XVIII.] *In ejus mansionis numerum omnia consentiunt exemplaria. Vide an colonia* Sardiniae *sit, quam unam appellat Plinius lib.* 3. *Sect.* 13. *quæ* ad Turrim Lybisonis *vocaretur. Ptolemaeo* Πύργος βίσωνος πόλις. *Hodie* Turritani *celebres.* SVR.

AD TVRREM M. P. XVIII.] Haud scio an huc pertineat, quod in Martyrologio Hieronymi Prid. Kal. Jul. legitur. *Turribus Sardiniae Crescentiani, Memmii.* Male profecto sibi & Sanctis consuluit, qui editioni D'Achery adscripsit: *Lege Caralibus.* Prius in indice Martyrum Usuardi & Romano itidem obvium est. *Turribus* habet Consentius in Arte p. 2030. WESS.

NORAM M. P. XVII.] Nure mpm. XVII. *legitur in manuscriptis, & Longoliano: & paullo post ter* Nura. *Plinio lib.* 3. *Sect.* 13. Norenses: & *Ptolemaeo* Νῶρος πόλις. *Pausanias in Phocicis C.* 17. *auctor est, post Aristaeum Iberos ex Hispania in Sardiniam transmisisse,* Norace *duce: à quo novam urbem* Noram *appellarint.* SVR.

NVRE] Nisi altera fuerit in Sardinia *Nora*, cujus tamen nulla usquam mentio, vitiosissimum hoc erit. *Nora*, de qua deinceps, propius Sulcos & Carales fuit admota. Phil. Cluverius in locum *Nure*, ut in MSS. est, *Gurulem* substituit; eum vide S. A. p. 497. WESS.

BOSAM M. P. XXV.] *Eadem exemplaria recto casu* Bosa XXV. *Ptolemaeo* Βῶσα. *Hodie urbs Sardiniae id nomen retinet.* SVR.

CORNOS.	M. P. XVIII.
THARROS.	M. P. XVIII.
OTHOCA.	M. P. XII.
NEAPOLI.	M. P. XVIII.
METALLA.	M. P. XXX.
SVLCIS.	M. P. XXX.
ITER A SVLCIS NVRA.	M. P. LXVIIII.

TE-

BOSA] Anastasius *Osam* habet : dicerem eum *Osaeam* Ptolemaei cogitasse, nisi in aperto esset, omnia illum ex Itinerario excerpsisse. WESS.

CORNOS] Vel *Carnosa*. Ptolemaeo *Cornos*, mediterraneum oppidum. Moletio hodie *Galea*. SIML.

CORNOS M. P. XVIII. *Habet Regium exemplar & Blandinianum : Neapolitanum vero* Carnos XVIII. *Longolianum* Carnosa mpm. XVIII. *& milto* Carnos *corrigitur. Ptolemaeo* Κόρνος *&* Κορνήσιοι. SVR.

CORNOS] Ravennas L. V. C. 26. *Comi*, credo pro *Corni*. Certe Anastasius simili peccato *Comnos*. Urbs olim satis ampla fuit, ut Livius L. XXIII. C. 40. indicat, *ad urbem, nomine Cornum, caput ejus regionis, confugit.*

THARROS] Vel *Tarbos*. Ptolem. *Tarre*. SIML.

THARROS M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Tharbos mpm. XVIII. *Neapolitanum* Tharphos mpm. XVIII. *Longolian.* Tharbos mpm. XVIII. *& milto* Tharphos *emendat. vide an sit, quæ Ptolemaeo* Ταρρὰς πόλις. SVR.

THARROS] Eadem libris nostris discordia inest. *Tharpos* aut *Tharbos* præferunt. rectius Ravennas *Tarri*. WESS.

OTHOCA.] Forte *Osaea* Ptolem. SIML.

OTHOCA] Urbis, quam Ptolemaeus Ὄθωκα vocat, vestigia inter Bosam & Neapolim in *Oseo* supersunt, estque adeo non omnino spernenda Simleri opinatio. WESS.

METALLA M. P. XXX.] Mansioni huic nomen esse videtur ab argenti metallis, quibus olim Sardinia abundabat. Sidonius Carm. VII. 49.

Sardinia argentum, naves Hispania defert.

Nubiensis Geographus Climat. IV. p. 167. *In hac insula Sardinia inveniuntur fodinæ argenti optimi, quod in multas Romanorum regiones distrahitur.* Ne vero metalla hæc frequenti aurilegulorum copia paullatim exhaurirentur, vetant Imp. Valentinianus, Valens & Gratianus L. 6. & 9. Cod. Theod. de Metallis aliunde metallarios in Sardiniam transportari. WESS.

SVLCIS M. P. XXX.] Sic dant MSS. observavit Consentius in Arte p. 2030. *Sulcis* ac si unius esset casus efferri. Carthaginiensibus originem urbs debet, condita in parte insulæ maxime australi. S. Bochartus ex hoc urbis situ nomen repetit, ut ex L. I. Chan. C. 31. videbis. Nunc diruta urbs est, olim ampla & Episcoporum sedes, ut ex Notitia Africæ notum est. Ex situ & quadam vocis similitudine *Palma di Solo* hac tempestate nuncupari ferunt. Vide God. Henschenium ad Kal. April. magni operis Sanctorum. WESS.

A SVLCIS NVRA M. P. LXIX.] Ptolemaeo *Nora*. unde Plinio *Norenses*. SIML.

ITEM A SVLCIS NORAM M. P. LXVIIII.] *Regium* M. P. XC. *cum duabus mansionibus in eo descriptis summa numeri* LXVIII. *ducatur. Blandinianum* LXVIII. *& ab librario eodem* LXIX. *corrigitur. Neapolitano hoc defecit iter. Longolian.* LXVIII. & LXVIIII. *emendat.* SVR.

ITER A SVLCIS NVRA] Reddidi fideliter Itinerario, quod scripti omnes approbabant. detraxit Suritae editio summæ generali sequentique mansioni una passuum millia. *Noram* alii appellant, eratque Caralibus vicina. Ravennas L. V. C. 26. *Juxta suprascriptam civitatem Caralis est civitas, quæ dicitur Nora præsidium.* Urbi æternum decus peperisset, si certum foret, Ignatium Antiochenum Episcopum inibi primam vidisse lucem. Abiit in has cogitationes Wilh. Ern. Tentzelius Exercit. III. Part. I. p. 47. Neque eas rejicere ausus fuit Joan. Ern. Grabius tom. II. Spicil. Patrum. Movit eos Abulpharagius Ignatium *Nuranien-sem* Dynast. VII. p. 119. appellans. Equidem nihil

TEGVLA.	M. P. XXXIIII.
NVRA.	M. P. XXXV.
ITER A CARALIS NVRA.	M. P. XXXII.

CORSICAE.

A MARIANA PALAS.	M. P. CXXV.
ALERIA.	M. P. XL.
PRAESIDIO.	M. P. XXX.
PORTV FAVONI.	M. P. XXX.

PA-

nihil diffiderem, ſi vel unus eſſet, qui præter Arabem Noram Ignatio patrium ſolum fuiſſe doceret. Non diffitebor, veniſſe ſæpe mihi in mentem, *Alnurani* ſcriptoris Arabis tantundem eſſe atque *Ignatium*, ſeu vocis ejus interpretamentum. Viderint peritiores. Mihi enim in his peregrinari nunc non licet. WESS.

TEGVLAM M. P. XXXIII.] *Habet Regium exemplar. Recto caſu Blandinianum & Long.* Tegula mpm. XXXIIII. SVR.

NORAM M. P. XXXV.] *Regium, Blandinianum, & Longolianum* Nura mpm. XXXV. SVR.

A CARALI NORAM M. P. XXXII.] *Regium* A Caralis Nura M. P. XXXII. *Blandinianum* Item A caralis Num. mpm. XXII. *In Neapolitano* A Sulcis mpm. XXII. *Longolianum* Iter à Caralis Num. milia plus minus. XXII. SVR.

ITER A CARALIS NVRA] Scripſi ITER A CARALIS NVRA, quod hoc velle viderentur veteres libri. ITER vir doctus exemplari Fabricii adſcripſit. ceteri ſolenni peccato ITEM: habent iidem XXII. M. P. WESS.

MARIANA.] *Miriana*, rectius *Mariana*, nam à Ptolemaeo in Corſica ponitur *Marianum promontorium* & civitas. Plinius ſcribit, in Corſicam Marianam coloniam à Mario deductam eſſe. SIML.

A MARIANA PLALAS M. P. CXXV.] *Regium exemplar* a Marianas plenas M. P. CXXVI: *cum ipſius exemplaris manſionem numeri* CXXV. *conficiant. Bland.* a Mirrana Palmas mpm. CXXV: *& ejuſdem librarii manu* a Mirraniana *apparet correctio. Neap.* a Nurnuana Palmas milia plus minus CXXV. *Long.* Amiriana Palmas milia plus minus CXXV. *Plinius l.* 3. 12. *Colonias* Marianam *à C. Mario deductam ait*, Aleriam *à Dictatore Sylla*, Aleriam *à Lucio Cornelio Scipione deletam, Florus auctor eſt.* SVR.

A MARIANA PALAS] Mirificis hic libri omnes obſiti vitiis ſunt. In noſtris eadem discordia, quæ in Suritae codicibus. Ravennas L. V. C. 27. *Martinianis*, ſed corrupte. Vide Melam L. II. C. 7. urbis parietinæ ſuperſunt, nomenque retinent. WESS.

ALERIA.] Plinius *Aleriam coloniam* a Sulla dictatore deductam ſcribit. Ptolemaeus *Valeriam* nominat. nunc *Leria* nuncupatur. SIML.

ALERIA] In numeris hic error erit, ſi Aleriae ruinæ à Mariana XXV. M. P. remotæ ſint, ut Ph. Cluverius affirmat. Aleriam primo Punico bello L. Cornelius Scipio cepit & evertit. vetuſtiſſima inſcriptio a Sirmondo & Hier. Aleandro explicita: HEC CEPIT CORSICA ALERIAQVE VRBE. Vide Florum L. II. C. 1. & quæ ibi viri docti. WESS.

PRAESIDIO.] Praeſidiarii milites ſtationem hic habuerunt, ut Corſorum rapinas prohiberent: Nam qui inſulae montana incolebant, vitam latrociniis ſuſtentabant, ipſiſque adeo feris ſæpe crudeliores erant, ut Strabo L. V. p. 224. affirmat. WESS.

PORTV FAVONI] Vel *Navoni*. Hic forte eſt *Philonii portus* Ptolemaeo. Moletio hodie *Phavona*, locus deſolatus. SIML.

PORTVM FAVONI M. P. XXX.] *Regium exemplar* Portu Faboni M. P. XXX. *Bland.* Portu Navoni mpm. XXX. *Neap.* Portu navem mpm. XXX. *Long. Blandiniani lectionem præfert, & milto correctionem* Naveni, *pro* Navoni. *Ptolemaeus* Φιλωνίε λιμήν, *ut in alterutro erratum ſit.* SVR.

PORTV FAVONI] Ex Vaticano codice Em. Schelſtrate *portu Pavoni* vulgavit. *Navoni* aliis ineſt. Unde haud male *Favoni*, cujus nominis veſtigia ſuperant, factum videtur. WESS.

PALAS] Vel *Palmas*. A Ptolemaeo Palla-

PALAS. M. P. XXV.

SICILIAE.

A TRAJECTO LILYBAEO. M. P. CCLVIII. Sic.

MESSANA. M. P. XII.

TA-

civitas in meridionali latere Corſicae ponitur. *Polo* hodie dicitur, Moletio auctore. SIML.

PLALAS M. P. XXV.] *In Regio legimus exemplari. Blandinianum* mpm. XXV: *& item Neapolitanum & Longolianum: in qua diverſitate Regii exemplaris lectionem retinendam exiſtimavimus. Ptolemaeo in meridionalis lateris deſcriptione* Πάλλα πόλις. SVR.

PALAS] Exulat hæc manſio ex Vaticano. *Palas* vir doctus adſcripſit Fabricii libro, atque ita Voſſianus oſtentat. Supra omnes fere *Palmas*. Ex hoc codicum diſſenſu ſuſpicatus eſt olim *Pallas* fuiſſe Phil. Cluverius, quem vide in Corſica Antiqua p. 506. *Palas* utrobique retinendum cenſui, quoad è libris major lux oriatur. WESS.

A TRAJECTV LILYBAEVM M. P. CCLVIII. Sic.] *Regium* Trajecto Lillibei M. P. CCLV. *Blandinianum* A Traecto Lilibeo mpm. CCLVII. Sic. *& item Neapolitanum & Longolianum: Sed ſingulares numeri recte* M. P. CCLVIII. *ſummam conficiunt: Infra in hoc itinerario* Trajectum Siciliae *vocat. Auctor Commentarii belli Alexandrini* Fretum Gaditanum *vocavit.* Legiones, *inquit* C. 56., quas in Africam ducturus erat, & auxilia mittit ad Trajectum. *Strabonis locum lib. 6. p. 266. vitio non carere arbitror, qui ex Poſidonio à Meſſana Libyleum per Valeriam* quinque & XXX. M. *intereſſe ſcribit.* SVR.

A TRAJECTO LILYBAEO] Juſtiſſima eſt Suritae de Strabonis loco ſuſpicio. Longe enim plura M. P. inter Meſſanam & Lilybaeum interſunt. Palmerius αλέ CIↃXXXV. refinxit, quo pacto numeri juſto ampliores fiunt. Eſt enim iter illud CCXL. circitur millium paſſuum. Probabilior Ph. Cluverii conjectura eſt, ſupplentis in Strabone defectum hoc modo σλέ, CCXXXV. M. P. qua in re præeuntem habuit Simlerum, ut inferius videbis. Præterea per *Trajectum* fretum intelligi non debet: Id tam late non patebat. Locus indicatur, quo fretum trajicientes appellebant. Italiae itinera ad columnam Rheginam finiuntur. Huic in adverſo litore oppoſita erat *Speculatrix turris*, de qua Strabo L. III. p. 171., ad quam, qui fretum tramittebant, curſum dirigebant. Vide Cluverium L. I. Siciliae Antiq. p. 80. Ceterum *Trajecto*, quod omnes inſedit libros, ex ſerioris ævi Latinitate eſt. Nobilem Belgii urbem, pari modo appellatam, infra videbimus. WESS.

MESSANAM M. P. XII.] *Habent manuſcripta, & Longolianum caſu recto. Strabo L. 6. p. 267.* Meſſanam *à* Rhegio ſtadia LX. *diſtare, & à* Columella *multo minus confirmat. Plinius etiam L. 3. C. 8. XII. M. P. in longitudinem Sicilienſi freto tribuit: & in latitudinem* MCCCCC. P. *juxta columnam Rhegiam.* SVR.

TAMARICIVM SIVE PALMAS M. P. XX.] *Hi verſus in Regio exemplari ita inverſi & depravati ſunt, ut veram, & germanam nobis lectionem patefaciant. Ita enim legitur,* Tavaricios ſive Palpæ Tauromae. ——— ——— ——— ——— Mas ——— M. P. XX ——— ——— ——— ——— Nium Naxo ——— ——— *In Bland. vero,* Tamaricio palmax mpm. XX. Per Tauromenium Naxo mpm. XV. *& correctum eadem manu* Naxum. *Neapolitanum habet* Tamaritio palmax M. P. XX. Per Tauromanium Naxum milia plus minus XV. *In vetuſtis Ciceronis & Plinii exemplaribus* Tauromenium, *non* Taurominium *legimus. Strabonis item, Ptolemaei & Stephani libris* Ταυρομένιον *& Priſciano libro 2.* Ταυρομενίτης *à* Tauromenio. *Plinius lib. 3. 14.*, Colonia Tauromenium, quæ antea Naxos. *ut, qui poſſint disjungi* Tauromenium & Naxos, *non videam, & vetuſtiſſimi exemplaris lectio præferenda videatur, in qua præpoſitio* et *nuſquam apparet*, Naxum & Megaram *Strabo L. 6. p. 267. ſua ætate deletas perhibet.* SVR.

TAMARICIO PALMAS] Imprudens Suritae factum eſt, quo *ſive* huic loco inculcavit. Secutus hoc Bertius eſt in Itinerarii hujus editione, quam Ptolemaeo adjunxit. Ph. Cluverius

TAMARICIO PALMAS. M. P. XX.
PER TAVROMENIVM NAXO. M. P XV.
ACIO. M. P. XXIIII.
CATINA. M. P. IX.
CA-

rius, ratus hanc immutationem à Bertio ortam esse, eum propterea haud incastigatum dimisit L. I. Sicil. An. C. 7. Sed si quid hic peccatum est, peccatum Suritae aut Schotti, quos duces Bertius habuit, imprudentia est. MSS. Parisiensis *Tamaricias Palmax:* ceteri *Tamaritio palmax* aut *Spalmax* offerunt, & *Palmas*, ut Vossii & Cusani schedae. Pseudo-Anastasius in Epitome *Tautaricopalma*. Scribam *Tamaricio Palmas*, non *Palmarum*, ut Simlerus, quod nusquam vidi, donec aliunde aliud veniat subsidium: A Tamarice & Palmis locum esse nominatum, non absurdum putem. Ex passuum intervallo ad *Nisi* amnis fluenta fuisse deprehenditur. WESS.

PER TAVROMENIVM NAXO] Urbs Naxos in Sicilia, Graecorum colonia, à Dionysio eversa est. Postea in vicino colle Tauro Tauromenium exstruxit Andromachus Timaei pater, Diodoro auctore. Quare hic libenter legerim, *Tauromenium, quæ antea Naxos.* Plinius & alii *Taurominium* vocant. nunc *Tauormina* dicitur. SIML.

PER TAVROMENIVM NAXO] Præpositionem, quam Surita induxerat, revocavimus ex MSS. Videtur indicari iter hoc per Tauromenium duxisse Naxum. Certum quidem est Naxo eversa Tauromenium in Tauro monte ab exulibus duce Andromacho fuisse exædificatam. Sed eodem prorsus loco, quo Naxos fuerat, conditam fuisse, quantumvis Plinius Tauromenium antea Naxon dictam tradat, non liquet. Strabo L. VI. p. 266. Tauromenium inter & Messanam XXX. M. P. interponit; neque plura Th. Fazellus Decad. I. L. I. C. 1. Quinque millia, quæ summam exsuperant, Naxi situm innuunt, proxime *fluvium frigidum*, *Aceſinem* Thucydidi, Plinio *Asinem* dictum. Vide Cluverium L. I. C. 7. WESS.

ACIO] Rectius *Acis*, arx prope Catinam, hodie fere nomen servans, *Jacis* dicta. Est etiam Acis fluvius, qui hodie *Frigidus* dicitur, auctore Aretio. Alii *Acilium* nominant. SIML.

ACYM M. P. XXIIII.] *Omnia* Acio M. P. XXIIII. *Hodie videtur esse* Jaci, *ut à fluvio nomen sumpserit. Silius: L. XIV.* 221.

Quique per Aetneos Acis petit æquora fines.

SVR.

ACIO] *Acio* nostri quoque probant. Anastasius in suis codicibus idem invenit, hinc *Acyum* formans. Videntur *Acin* fluvium in *Acium* commutasse. WESS.

CATANAM M. P. VIIII.] *Omnia habent* Catina mpm. VIIII. *cum* Catana *legendum sit Græcorum auctorum libris constantibus. Inde in vetustis nummis* KATANAIΩN: *& Ciceroni* Catanensis *in manuscriptis. Posidonius apud Strabonem L. 6. p. 266.* à Catana Tauromenium XXIII. M. P. *definit, totidemque hoc Antonini itinerario designantur.* SVR.

CATINA] Non temere damnem *Catina*. Salmasius ad Solinum p. 78. omnes ita Latinos scriptitasse profitetur, quod quamvis decernere non ausim, plures tamen hoc probasse scio. Ausonius in Clar. Urbib. XI.

Quis Catinam fileat, quis quadruplices Syracusas.

Nec aliter Cicero L. IV. in Verrem C. 23. aut Orosius L. V. C. 13. qui L. II. C. 14. incolas *Catinenses* appellat, ut vetusti libri arguunt. Justino *Catinienses* sunt L. IV. C. 4. Sed MSS. invitis. Optimus codex Bibliothecæ Franequeranæ semper *Cathanenses:* alter notæ non optimæ *Cathenienses. Catinenses* sunt & apud Juvenalem Sat. VIII. 16., cujus Scholiastem audiamus. *Catina oppidum Siciliae usque ad probra dissolutum notatur, unde & Bibaculus.*

Osce senex, Catinaeque puer, Cumana meretrix.

Sic ea citra dubium legenda sunt, estque prona satis & in aperto ad hanc immutationem via ex Festo in *Oscum*. WESS.

CA-

CAPITONIANA.	M. P. XXIIII.
GELASIVM PHILOSOPHIANIS.	M. P. XXI.
PETILIANIS.	M. P. XXVII.
AGRIGENTVM.	M. P. XXVIII.
CENA.	M. P. XVIII.
ALLAVA.	M. P. XII.
AD AQVAS.	M. P. XII.
AD FLVVIVM LANARIVM.	M. P. XXIIII.

MA-

CAPITONIANA] *Capitina* Ciceroni. *Capytium* Ptolemaeo. SIML.

CAPITONIANAS M. P. XXIIII.] *Regium* Capitonianis. M. P. XXIIII. *reliqua* Capitonia mpm. XXIIII. *Sed cum eadem infra* Capitonianis Catanam mpm. XXIIII. *præferant*, Capitonianas *legendum visum est. De* Capitinis *Cicero in Verrem. L. 3. C. 43.* SVR.

CAPITONIANA] *Capitonia* nostri libri. *Capitonianis* verum est confirmaturque à Regio Suritae codice & itinere, quod deinceps habebimus. Agnoscit præterea nugator Anastasius. Fortasse à CAPITONIANO, quo nomine aliquem habes apud Gruterum Thes. p. CIↃCXXX. Mihi tamen alibi visa nunquam est hæc mansio. Nam *Capytium* Ptolemaei aliud erat. Vide de eo Ph. Cluverium L. II. S. A. C. 8. WESS.

GELASIVM PHILOSOPHIANIS.] Lego *Gela sive Philosophianis.* Nam postea in itinere à Catina Agrigentum, post Capitonia similiter Philosophianis pari distantia ponitur. Cur autem Gela ita nominetur, rationem reddere non possum. SIML.

GELAM SIVE PHILOSOPHIANAS M. P. XXI.] *Regium exemplar* Gela sive Fivoso fianis M. P. XXI. *Reliqua verò* Gelasium Philosophianis mpm. XXI. *Ptolemaeo in Mediterraneis* Γέλα. *Silius L. XIV.* 218.

Venit ab amne trahens nomen Gela: *& item Claudianus.* L. 2. Rapt. Pros. *ỹ.* 58.

—— Nomenque Gelam qui præbuit urbi,

SVR.

GELASIVM PHILOSOPHIANIS] Simleri conjectura venerat in mentem viro docto, qui Fabricii exemplar cum scripto libro composuit. Sed ea non una premitur difficultate. *Gela* urbs hinc longe afuit, posita in ora maritima. Forte verior est Cluverii sententia, legentis GELENSIVM PHILOSOPHIANIS. Locum observat ad Gelae fontes fuisse inque Gelensium potestate L. II. S. A. C. 10. Placuit interea à libris non discedere. Quod Schottus ediderat *Selam sive Sophianas*, credo operarum esse peccatum. WESS.

PETILIANAS M. P. XXVII.] *Regium exemplar* Patilianis M. P. XXVII. *cum reliqua* Petilianis mpm. XXVII. *præferant.* SVR.

PETILIANIS] Videtur hinc nomen esse mansioni à *Petiliis.* M. Petilii equitis R. in Sicilia negotiantis memoria supereſt in Ciceronis L. II. Verr. 29. WESS.

CENA] Nusquam, nisi fraudem facit memoria, id mihi lectum est. Situs indicio est, eo fuisse loci, ubi nunc *Siculiana* conspicitur. *Gena* invenio in Anastasio & *Allana.* utrumque male. forte κοινὴ aut κοινὴ dicta est mansio. WESS.

ALLAVA] Diodorus in excerptis L. XXXVI. πεδὰ μὲν Ἄλλαν *flumen Albam* memorat, qui nisi sit *Alabon* circa Megaridem, accesserim Cluverio *Albam* heic loci fuisse arbitrato. Heracleae mentio, quam brevi post injicit Diodorus, huc magis quam ad Alabonem Megarensium ducit. X. M. P. aut huic, aut certe sequenti mansioni adjicienda sunt: nam XL. M. P. Agrigentum inter & Aquas erant. WESS.

AD AQVAS] Quas hic simpliciter *Aquas* nominat, has proximo itinere vocat *Aquas Larodas.* hodie *Xacca* dicuntur. SIML.

AD FLVVIVM LANARIVM M. P. XXIIII.] *Habent Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum. Regium vero* Ad Fluvium lanaricum M. P. XXIII. *& numeri* XXIIII. *summæ ratio apparet.* SVR.

AD FLVVIVM LANARIVM] Conspirant in *Fluvio Lanario* retinendo libri cum Anastasio. Visum tamen Ph. Cluverio est, eum in *Apiarium* commutare: eundem esse monet ac Selinuntem & ab apio esse *apiarium.* Equidem

MAZARIS. M. P. X.
LILYBAEVM. M. P. XII.
ALIO ITINERE A LILYBAEO MESSANA. M. P. CCC. Sic
AQVIS LARODIS. M. P. XLVI.
AGRIGENTO. M. P. XL.
CALVISIANA. M. P. XL.
HYBLE. M. P. XXIIII.
ACRIS. M. P. XVIII.
SY-

dem *apiatum* & *apiacum* hinc formari novi, non illud. Quid si à *lanariis*, quod ejus aqua in fullonia sua uterentur, sit dictus? posses de *herba lanaria* cogitare, nisi eam in saxosis & asperis locis nasci Plinius L. XIX. C. 3. traderet. Hoc tamen divinare est. Tu si Cluverium sequi constitueris, eum adi L. I. S. A. C. 18. WESS.

MAZARAM M. P. x.] *In omnibus legitur* Mazaris mpm. x. *Ptolemaeo* Μαζάρα ποτ. ἐκβολαί· *Stephano* Μαζάρη φρούριον Σελινουντίων. *Urbs enim Siciliae* Σελινοῦς *è qua, eodem auctore, cives* Selinuntii *nuncupantur.* SVR.

MAZARIS] *Mazara* nomen in nostra tempora servat. Munivit eam comes Rogerius anno CIↃLXXIII. & duobus post annis ab Afris occupatam felicissime recuperavit, teste Gaufr. Malaterra L. III. Hist. Sic. C 9. cognomen inde *Vallis Mazariae* accepit, cujus jam mentio est in Epist. Fratris Conradi anno CIↃCCLIV. WESS.

ALIO ITINERE &c. M. P. CCC.] *In Regio* CCXXVI. *& reliqua* CCCXXXVI: *& inde evenit, quod mansionis ejus numerum, qui a* Messana Tyndaridem M. P. XXXVI. *designat, qui seorsim connumerandus est, cum universa summa interseruerint.* SVR.

ALIO ITINERE A LILYBAEO MESSANA] In Vaticano & Vossiano & Parisiensi codice eadem CCCXXXVI. M. P. leguntur, quamquam hujus oræ appictum est, *hic sunt xxx. minus.* WESS.

AQVAS LARODES M. P. XLVI.] *Regium* Aquis Larodes M. P. XLVI. *Blandinianum, & Neapolitanum* Aquis larodis mpm. XLVI. *Longolianum* Aquis lorodis mpm. XLVI. *& milto* larodis *corrigitur.* SVR.

AQVIS LARODIS] *Aquis Larodis* præferunt omnes. Anastasius *Aquis Lorodis.* Tabula appellat *Aquas Labodes*, neque aliter Ravennas L. V. C. 23. In hoc dissensu libros nostros sequi placuit. *Thermae colonia* Plinio L. III. C. 8. nunc *Sciacca*, teste Fazello, dicitur. WESS.

CALVISIANA] Non procul afuit à mari hæc mansio, à CALVISIIS, uti probabile est, appellata. Habet eam Tabula, sed XLIIII. M. ab Agrigento. WESS.

HYBLAM M. P. XXIIII.] *Regium & Blandinianum* Hible mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Nible mpm. XXIIII. *Longolianum* Hible mpm. XXIIII: *& milto* XIIII. *corrigitur.* Megaram *primo* Hyblam *dictam, Strabo auctor est, & cum* Megarae *nomen defecisset*, Hyblae *permansisse, propter Hyblaei mellis præstantiam. Stephanus item* ἕκτη ἐν Σικελίᾳ ἡ πρότερον Ὕβλη ἀπὸ Ὕβλωνος Βασιλέως. *Ptolemaeus Megaram ab Hybla disjungit, tamquam diversa oppida: quod sit altera* Megara, *quam* Augustam *esse arbitrantur.* SVR.

HYBLE] Tres in Sicilia *Hyblae* fuerunt, ut Stephanus docet: Major prope Centuripas & Symaethum amnem. Parva, quæ Galeotis ac Megara dicta est: minor *Hera*, sive, ut Cluverius legendum censet, *Heraea.* Atque hæc nostra est. reliquæ enim à situ hujus longius sunt remotæ. In Tabula atque Anastasio *Nible*, sed paullo rectius alii *Hible* aut *Hyble*, ut Vossianus. WESS.

ACRIS.] Vel *Agris.* Ptolemaeo *Acreae.* Plinio *Acrenses.* hodie *Clara mons* dicitur. SIML.

ACRAS M. P. XVIII.] *Manuscripta & Longolianum* Agris XVIII. *Ego* Acras *reponendum existimo: Livius libro* 24. *C.* 36. Eques levi certamine initio cum Hippocrate Acras perfugit. *Ptolemaeo* Ἄκραιαι: *Stephanus*, Ἄκρα τῶν Συρακουσίων κτίσμα. *Ab hac statione Blandianum,*

SYRACVSIS. M. P. XXIIII.
CATINA. M. P. XLIIII.
TAVROMENIO. M. P. XXXII.
MESSANA. M. P. XXXII.
A MESSANA TYNDARIDE. M P. XXXVI.
ITER A LILYBAEO PER MARITIMA LOCA TYNDARIDE VSQVE. M. P. CCVIII. Sic.

DRE-

num, & Longolianum exemplar iter à Messana Tyndaridem mpm. XXXVI. *male interserunt: & in Regio & in Neapolitano seorsim confecto itinere proponitur.* Tyndaridis *vestigia, quæ nunc* Tendaro *nuncupantur, contemplari contigit otiose, & considerare ineunte Februario mense anni MDLI. cum* Messana Panhormum *secundum litus iter facerem. Ciceroni* Tyndaris. *Plinius L.* 2. *C.* 92. dimidiam Tyndarida abruptam, & quidquid ab Italia deerat, *confirmat, & Strabo exiguum esse oppidulum. Ptolemaeo* Τυνδάριον. *Posidonius apud Strabonem à* Mylis Tyndaridem XXV. M. P. *enumerat.* SVR.

ACRIS] Editiore loco Acrae erant positæ, unde & nomen. Silius Italicus L. XIV. 207.

Non Thapsos, non è tumulis glacialibus Acrae Defuerunt.

Agris in Tabula omnibusque est libris. Fuit ubi nunc Cœnobium *S. Maria d'Arcia*, quod contra Fazellum ostendit Cluverius L. II. S. A. C. 10. WESS.

MESSANA M. P. XXXII.] Urbem egregie descripsit Nic. Specialis L. I. Hist. Sic. C. 17. Habet etiam huc referenda Gaufr. Malaterra L. II. Hist. S. C. 2., sed qui risum omnibus debet, quando urbem à *Messe* dictam fuisse persuadere conatur. WESS.

MESSANA TYNDARIDE.] In Tabula *Tindareo* cum iisdem M. P. *Tyndaris* & *Tyndarium* appellabatur. *Tyndarides* numero multitudinis dicitur in Agnelli Pontificali libro vita S. Felicis C. 5. *paucis ibidem moratus pervenit Tindarides*, nisi si *Tindaride*, ut hic est, scripserit. Margini codicis Parisiensis appictum conspicitur, *XVIII. supersunt.* Est sane spacium inter Messanam & Tyndaridem paullo amplius in his Itinerariis expressum. Sed tot millia abundare falsum est. WESS.

ITEM A LILYBAEO PER MARITIMA LOCA TYNDARIDEM VSQVE M. P. CCXXVIII.] *Omnia exemplaria manuscripta & Longolianum uno consensu* M. P. CCVIII. *legunt: cum singulares numeri summam* CCXXVIII. *conficiant.* SVR.

ITER A LILYBAEO PER MARITIMA LOCA TYNDARIDE VSQVE] In Vaticano, Parisiensi, Vossiano aliisque libris M. P. CCVIII. Ea suo loco restitui, quantumvis singulares numeri summam edant majorem. Non pauci eorum vitiis sunt inquinati, ut ex Tabula ad cognoscendum facile est. WESS.

DREPANVM M. P. XVIII.] *Regium, & reliqua exemplaria*, Drepanis, *auferendi casu produnt. Virgilius.* Æneid. 3. 707.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit. ———

Plinii exemp. manuscriptis L. 3. *C.* 8. Drepana. *Silius: L.* 14. ℣. 269.
Sidonia & Drepane.

Ptolemaeo Δρέπανον. *Stephanus* Drepanam *Siciliensem à* Drepano *urbe Libyae distinguit. Livius libro* XXVIII. *C.* 41. ab Drepano & Eryce: *in libris Caroli Sigonii annotationibus correctis, & in antiquis calamo exaratis.* SVR.

DREPANIS] Livii meliores libri *Drepanis.* τὰ Δρέπανα Polybius L. I. C. 41. & 55. Stephanus, Δρέπανα ἐδετέρως, πόλις Σικελίας. hodie *Trapano*, quo fere modo seculo IX. urbis nomen extulit Agnellus l. c. *Drapani lustrat portus, Siculas attingit oras.* XVIII. M. P. Tabula habet. WESS.

AQVAS SEGESTANAS SIVE PINTIANAS M. P. XIIII.] *Regium exemplar* Aquis Segestanis *sive* Picianis M. P. XIIII. *Reliqua verò* Pintianis. *Plin. L.* 3. *C.* 8. Pintienses *recenset: & Ptolemaeo* Πίντια: *ut fortè in Actione* 5. C. 83.

DREPANIS.	M. P. XVIII.
AQVIS SEGESTANIS, SIVE PINTIANIS.	M. P. XIIII.
PARTHENICO.	M. P. XII.
HYCCARA.	M. P. VIII.
PANORMO.	M. P. XVI.
SOLVNTO.	M. P. XII.

THER-

C. 83. *in Verrem* Pintia *ſit legendum, pro* Plutia. SVR.

AQVIS SEGESTANIS, SIVE PINTIANIS] Pulchre & erudite Hier. Surita Ciceroni urbem reddidit *Phintiam*, ſic enim ſcribi debet. Cluverius idem opinatus eſt L. I. S. A. C. 17. oblitus credo Suritam præiviſſe. Vide Graevium ad L. III. in Verrem C. 83. Huc tamen haud recte ea urbs revocatur, utpote in alio inſulæ latere collocata. *Aquae Segeſtanae*, ab urbe Segeſta, quæ & Aegeſta, nomen habent. Laudat eas Strabo L. VI. Geogr. p. 275. &, quem ibi teſtem citavit Xylander, Diodorus L. IV. p. 231. Sunt calidæ & ſulphureæ, & ſi refrixerint, potabiles, quod uſu ſe expertum eſſe Thom. Fazellus Dec. I. L. 7. C. 4. profitetur. Unde *Pintianae* dicantur, apertum vix eſt. WESS.

PARTHENICVM M. P. XII.] *Regium exemplar* Partenico M. P. XII. *In reliquis verò* Parthenico mpm. XII. *cujus manſionis ſive oppidi manſionem nullam reperi, cum hodie nomen regionis exſtat, quæ* Parthenico *appellatur, ea via, qua ex caſtro, quod ad mare à* Panhormo *appellant*, Drepanam *iter ſit.* SVR.

PARTHENICO] Meminit Parthenici Gauſr. Malaterra L. III. Hiſt. Sic. C. 20. *Sicilienſes ergo milites ſuos, quibus jam impertierat poſſeſſiones inſulæ, quantum ſubjugaverat, apud Parthenicum & Cortitutum dimittens, Jacenſibus infeſtos fieri præcepit.* WESS.

HICCARA M. P. VIII.] *Reg.* Hicariis M. P. VIII. *Reliqua verò* Hiccara mpm. VIII. *Nunc eadem Parthenico Drepanam via*, Vicari *nomen retinere videtur. Pauſanias in Corinthiacis C. 2.*, ab Hiccaris (*ita legendum arbitror, non* Hyccaris) *Siciliae id oppidum eſſe, Corinthum Laidem deductam, à Niciae militibus captam fuiſſe, memorat.* SVR.

HYCCARA] Peccat doctiſſimus Surita: *Hyccara*, ut libri noſtri, aut *Hyccaron* omnes urbem appellant, numis approbantibus. Vide Cluverium L. II. S. A. C. 2. WESS.

PANHORMVM M. P. XVI.] *Manuſcripta & Longolianum exemplar* Panormo M. P. XVI. *Joviano Pontano recte videtur* Panhormus *aſpirari, quòd videatur dicta à navium applicatione: & in ea urbe ab* Hadriani *temporibus refert extare lapidis inſcriptionem, in quo ſcriptum apparet* REIPVBLICAE PANHORMIT. *mihi certè lapis commonſtratus fuit in ea urbe, cujus inſcriptione* Panhormus *aſpirabatur: neque memor ſum an ſit is lapis, cujus Pontanus meminit.* SVR.

PANORMO] Adſpirationem voci negant MSS., qui *Panormo*. Sponius in Miſcellan. p. 176. ſex dedit lapides, quibus PANHORMITANI inſunt. In numo gentis Domitiae apud Urſinum PANHORMITANORVM leges. Paruta vero & Vaillantius, qui eundem in Coloniis tom. 1. p. 37. expreſſit, adſpirationem non habent. Ex Latinis multi addunt, de quibus Cluverius L. II. S. C. 3. Urbem egregie deſcripſit Hugo Falcandus, ſcriptor ſui aevi prudens, in Præfatione Hiſtor. Sicul. Paſſuum millibus infra Hyccaris disjungitur XVIII. paullo verius. WESS.

SOLVNTO] Plinio *Solus*. hodie *Caſtel Solanto*. SIML.

SOLVNTVM M. P. XII.] *Regium*, & *Blandinianum* Solunto mpm. XII. *Neapolitanum* Solumo mpm. XII. *& item Longolianum. Sed* Soluto *corrigitur. Plinio lib.* 3. 14., oppida Panhormum, Solus, Himera cum fluvio, Cephaloedis. *Videntur ab eo oppido Ciceroni in Verrem L.* 3. *C.* 43. *eſſe* Soluntini, *tametſi in vulgatis* Solentini *legimus. Hodie ferme ad hæc milliaria nomen retinet*, & Solanto *nuncupatur oppidulum, quod mari alluitur.* Coephaloedis, & Aleſae *manſiones in Regio deſunt, & lacuna ſine numeris manſit: Reliqua verò* Aleſo M. P. XXVIII. *præferunt.* Aleſae *Cicero meminit in Verrem L.* 3. *C.* 83. *Et lib.* 13. Epiſt. 32. *Acilio, qui procos.*

THERMIS.	M. P. XII.
CEPHALODO.	M. P. XXIIII.
HALESO.	M. P. XXVIII.
CALACTE.	M. P. XXVI.
A CALACTE SOLVSAPRE.	M. P. VIIII.
AGATINNO.	M. P. XX.

TYN-

Siciliae praerat, M. & C. Clodios, Archagathum & Philonem commendat, quos in Alesina *civitate tam lauta, quàm nobili, conjunctissimos habebat, & hospitio, & familiaritate.* Svr.

THERMIS M. P. XXII.] Thermas intellige Himerenses, de quibus præter Cluverium erudite disputavit Cl. Drakenburgius ad Silium L. XIV. 232. Hugo Falcandus Panormo propius Thermas admovit, quam factum ab Itinerario est. *Mattheus autem Boneilus*, inquit p. 278. editionis novæ, *ita re gesta, reversus in Siciliam jam Thermas pervenerat, quod oppidum ab urbe Panormo XX. millibus distat.* Sed ejus milliaria videntur productiora. Wess.

CEPHALOEDIO] Scripti libri omnes *Cefalodo* aut *Cephalodo*. Hinc, quod vides, formavi. Graeci Latinique *Cephaloedim* & *Cephaloedium* pro arbitrio appellant. Urbem desolatam instauravit Rex Siciliae Rogerius, ut Romualdus Salernitanus in Chronico auctor est A CIↃCLIII. Hinc *nova mœnia Cephaludi* dicuntur Hug. Falcando. Ex *Cephaludio* voce decurtata nunc *Cephalu* supersest. In passuum millibus Tabula consentit. Wess.

HALESO M. P. XXVIII.] Sic est in Vaticano & Parisiensi exemplari. *Halesa* Tabula cum XVIII. M. P. Flumen Halesus appositam sibi cognominem fere urbem habet. de flumine Columella L. X. 268.

Et qua Sicanii flores legistis Halesi.

ΑΛΑΙΣΟΣ sæpe dicitur in veteri tabula, quæ in ruderibus urbis Halesae inventa fuit, apud Gruterum Thes. p. CCXII. numeri X. M. P. justo auctiores sunt, ut ex scripta Tabula cognoscimus & ruderibus urbis ad Tusam, quæ XVIII. M. P. Cephaloedio distant, docente Ph. Cluverio L. II. A. S. C. 4. Wess.

CALACTE M. P. XXVI.] Vel *Galeate*. Ptol. *Calacta*. Hinc forte dicti sunt Plinio *Calatini*. Siml.

CALATAM M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Caleate M. P. XXVI. *Reliqua* Galeate mpm. XXVI. *Ciceroni* Calacta *in Verrem L. 3. C. 43. & Epistola 37. ad eundem Acilium, Hippiam Philoxeni F.* Calactinum (*ita enim legendum apparet, non* Calatinum) *hospitem, & necessarium commendat. Ptolemaeo quoque* Κάλακτα. Svr.

CALACTE] Nostri libri *Galeate*, male. Rectius Tabula *Calacte* M. P. XII. In numis Parutae ΚΑΛΑΑΚΤΙΝΩΝ & ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ. In Cicerone refingendo verus Surita vates fuit, vellemque Ph. Cluverium, cum eadem moliretur, Suritae aliquam habuisse rationem. Rectius ille monuit, numeros esse & hic vitiosos, atque ex Tabula in XII. M. P. abire oportere. *Galatinos* Plinii L. III. C. 8., plane uti Simlerus, hinc dictos opinatus est Harduinus. at cum *Galeate* sit vitiosissimum, non dubitandum est, quin *Galatini* aliunde sint dicti. *Calatinos*, quos ex Verrinis Ciceronis in Galatinorum auxilium Jesuita adesse jussit, *Calactini* sunt. Wess.

A CALACTE SOLVSAPRE M. P. VIII.] Hoc forte est *Alontium*, quod à Ptolemaeo inter Calactam & Agathyrnum ponitur, à Plinio *Aleuntium* dictum. Siml.

A CALACTA SOLVSAPRE M. P. IX.] *Hæc in Regio desunt, nulla relicta lacuna, Blandinianum, & Neapolitanum* A Caliate solusupre mpm. IX. *Longolianum* à Galeate Solusupra mpm. VIIII. *& milto* Solusapre *corrigitur.* Svr.

A CALACTE SOLVSAPRE] Desunt quoque libro Vaticano. Habent vero Parisienses, Vossianus & quem vir doctus usurpavit, cui Fabricii exemplari differentias ejus adscribere visum fuit. Anastasius *Acusapre* legit. Cluverius fuisse putat ad ostium *Furiani* fluminis. Pæne putem *Solusapre* in diverticulo fuisse, notarique intervallum ad eam mansionem. mox vero ad Agathyrnum numeros intercapedinem indicare, quæ inter Calactam & Agathyrnum interposita erat, sic certe mutatione opus

TYNDARIDE.	M. P. XXVIIII.
ITER A THERMIS CATINA.	M. P. XCI. Sic.
ENNA.	M. P. LII.
AGVRIO.	M. P. III.
CENTVRIPA.	M. P. XII.
AETNA.	M. P. XII.

CA-

opus esset nulla. Vide tamen Ph. Cluverium L. II. S. A. C. 5. WESS.

AGATINNO M. P. XX.] *Agatinno* vel *Agantinno*. Plinio & Straboni *Agathyrsum*. Ptolemaeo *Agathyrium*. SIML.

AGATHYRNVM M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Agatinno M. P. XXVI. *Blandinianum & Neapolitanum* Agantinno mpm. XX. *Longolianum* Agantino mpm. XX. *Plinius L. 3. C. 8.* Agathirnum, Tyndaris colonia, oppidum Mylae. *Silius* L. XIV. 280. Agathyrna manus: *ut Ptolemaeo sit* Ἀγάθυρνον *non* Ἀγαθύρειον. *Strabo L. 6. p. 266. ex Posidonio* Tyndaride Agathyrsum XXX. M. P. *confici memorat.* SVR.

AGATINNO] Tabula cum libris nostris *Agatinno*, solus Cusani *Agantinno*. Rectum haud dubie *Agathyrno* est. Fortasse in vocis pronuntiatione, uti fieri amat, variatum fuit, cum Tabula & Itinerarium vulgarentur. Innumeris indiciis auctores utriusque, quicunque tandem fuerint, vulgi magis quam doctiorum consuetudinem amplexatos, perspicimus. Quam vero illa varia & mutabilis in vocabulorum sit sono, maxime si sint propria, quis est, qui ignoratum habeat? WESS.

TYNDARIDEM M. P. XXVIIII.] *Regium exemplar auferendi casu.* M. P. XXVIIII.] *qui numerus proxime ad Posidonii milliaria accedit. reliqua* Tindaride mpm. XXVIII. SVR.

TYNDARIDE] Excerpta librorum, quorum nobis usura fuit, XXVIII. M. P., Tabula Regio exemplari accedit, eosdem numeros servans. Una passuum millia à plerisque per socordiam videntur neglecta, cum vulgo XXVIIII. non XXIX. scriberetur. WESS.

ENNAM M. P. LII.] *Auferendi casu Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar praeferunt. Neapolitanum* Cima mpm. LII. *Celeberrimum Siciliae oppidum, Ciceronis, & T. Livii descriptione.* SVR.

ENNA] *Enna* etiam nostri. *Henna* veteribus placuit. Vide N. Heinsium ad Claudianum L. I. Rapt. Proserp. 122., &, qui multa de urbe erudite accumulavit, Spanhemium ad Callimachi H. in Cererem ℣. 15. Sita erat in media insula, quamobrem *umbilicus Siciliae* nominabatur. WESS.

AGVRIO M. P. III.] Plinio *Agyrium*. Ptol. *Agurium*. hodie *San Philippus Agirionis*. SIML.

AGVRIVM M. P. III.] *Regium & Blandinianum, & Longolianum* Augurio mpm. III. *Neapolitanum* Augerio mpm. III. *Ciceroni* Agyrium & Agyrinenses L. 3. *in Verrem C.* 27. *Plinio* Agyrini, *Ptolemaeo* Ἀγύριον. SVR.

AGVRIO] Passuum millia justo sunt minora: addi debuerant X. M. Namque hodie XIII. M. P. inter eas urbes fere numerant. WESS.

CENTVRIPA M. P. XII.] *In exemplaribus manuscriptis, & Longoliano. Ciceroni lib. 4. Verrem C.* 23., *plurium numero*, ut Centuripis, civitate totius Siciliae multo maxima & locupletissima, omne argentum conquireret. *Straboni item numero plurali* Κεντόριπα. *Ptolemaeo* Κεντορίπαι. SVR.

CENTVRIPA] In numero & genere hujus urbis veteres in diversa abierunt. Graeci cum plerisque Latinis numero multitudinis sequioreque genere efferunt. *Centuripae* apud Silium ex Heinsii emendatione L. XIIII. 203. dicuntur. Atque ita Scribonius Largus C. 43. *Antidotus Apulei Celsi praeceptoris, quam quotannis componebat, & genere quodam pulchre mittebat Centuripas, unde ortus erat, quia in Sicilia plurimi fiunt rabiosi canes.* Auctor Itinerarii genus neutrum videtur probasse. WESS.

AETNA M. P. XVIII.] Mons Aethna notissimus est; ejusdem nominis oppidum propinquum Centuripis Straboni, Plinio & Ptolemaeo commemoratur. SIML.

ETNAM M. P. XII.] *In Reg.* Etha mpm. XII. *Alia vero* Ethna mpm. XVII. *cum minime adspirandum videatur. Ciceroni L. 3. Verr.*

CATINA.	M. P. XII.
ITER A CATINA AGRIGENTVM MANSIONIBVS NVNC INSTITVTIS.	M. P. XCI. Sic.
CAPITONIANIS.	M. P. XXIIII.
PHILOSOPHIANIS.	M. P. XXI.
CALLONIANIS.	M. P. XXI.
CORCONIANIS.	M. P. XII.

AGRI-

C. 18. Ennenſes, & Etnenſes *diſtinguuntur: atque item Plinio: ut diverſa ſint oppida, quemadmodum & in hoc Itinerario apparet. Præterea Cicero maximam partem agri* Etnenſis Centuripinos *poſſidere L. 2. C. 45. docet: ut plane hujus* Etnae *ager intelligi debeat: quod* Agurini *inter* Centuripinos, & Ennenſes *intereſſent:* & Centuripini *continentem agrum cum* Etnenſibus *haberent, tametſi paullo poſt* Centuripinos *in omnibus fere finibus poſſeſſiones habere tradit. Strabo L. 6. p. 268. cum* Ennae *mentionem feciſſet, exile oppidum* Etnam *vocatum* Centuripis *vicinum,* Aetnam *montem conſcenſuros excipere tradit, atque eo primum montis aſcenſum inchoare. Ptolemaeo non recte* Αἰτναὶ *ut arbitror pro* Ἔτνὴ. *Stephanus* Etnam *prope Catanam Siciliae urbem eſſe memorat ab Hierone conditam, ut ſatis appareat* Ennam *multo fuiſſe vetuſtiorem.* Svr.

AETNA] Quod Surita ſcribi hic juſſerat, *Etna,* mutavi vetuſtis libris auctoribus. *Aethna* Pariſienſis codex perſpicue ſcribit. Vaticanus, & quem vir doctus, cujus olim Fabricii liber fuit, vidit, *Athena, Atna.* Factum a Surita imprudentius eſt, quod Ciceroni *Etnenſes* & Ptolemaeo Ἔτνὴν obtruſerit, cum tamen recte uterque ſcripſerit, uti ex Diodoro, Strabone, Ptolemaeo aliisque exploratiſſimum eſt. Numi AITNAIΩN in Theſ. Fridericiano Cap. V. ſect. 4. Chriſt. Sigiſ. Liebe inveniuntur. Wess.

ITEM A CATANA AGRIGENTVM &c. M. P. XCI. Sic.] *In manuſcriptis & Longoliano* XCII. *& tamen numerorum ratio ſummam xci. confecit.* Svr.

CALLONIANIS M. P. XXI.] Ita libri omnes, non *Gallonianas*, quas Suritae editio præfert. Ph. Cluverius L. II. S. A. C. 10. dictum hunc arbitratur locum ab oppido *Caulonia:* Ego vero cum ejus urbis ſitus ſit incertus & prorſus dubius, prætereaque & *Caulonia* Caulonianus aut Colonianus, uti *caupo copa, aulla olla* dant, formetur, pronior in eam partem ſum, quæ à Callonio, quicunque fuerit, repetit. Non ignoratum id nominis neque inauditum Romanis auribus fuiſſe, lapides vetuſti loquuntur. Vide Theſaurum Gruteri p. DCCCLXIII. Wess.

CORCONIANIS] Vel *Corcovianis.* videtur eſſe *Cotyrga* apud Ptolemaeum. Siml.

SOSCONIANAS M. P. XII.] *Regium exemplar* Soſconianis M. P. XII. *Blandinianum* Gorconianis mpm. XII. *Neapolitanum* Corconianis mpm. XII. & *Longolianum* Gorcovianis mpm. XII. *Regii exemplaris lectionem retinendam judico, ſi fortè vera ab ea erui poterit.* Svr.

CORCONIANIS] Miro conſenſu *Corconianis* libri omnes, vereorque ut his par ſit Regius Suritae. Mihi tutius viſum eſt hoc amplecti. In Anaſtaſii Epitome eſt *Cornoviana.* Nuſquam has manſiones in aliorum ſcriptis occurere, demirandum non eſt, cum ſero videantur inſtitutæ. Atque id, niſi fallor, auctor innuit ipſe initio hujus itineris. Wess.

SYRACVSAS M. P. CXXXVII.] *In Regio* CXXXVI. *At in reliquis* CXXXVII: *cujus ſummæ ſingularibus numeris apparet ratio.* Svr.

DAEDALIVM M. P. XVIII.] *Regium, Neapolitanum, & Longolianum* Dedalio mpm. XVIII. *Blandinianum* Beta dalio mpm. XVIII. *videtur à* Daedalo *nomen ſumpſiſſe, de quo Solinus C. 5.* Inter quos Daedalus, *inquit,* fabricæ artis magiſter, principem urbium Syracuſas habet. Svr.

DAEDALIO] Situs indicat fuiſſe in Ecnomo monte: nec tamen auſim adfirmare idem eſſe ac Phalaridis Caſtellum ſive Phalarium cum Cluverio. à Daedalo, cujus plura in hoc tractu opera, nomen eſt. Wess.

PLINTIS.] Plinio *Phyntienſes.* Ptolemaeo forte *Pintia.* Siml.

PLINTIS M. P. V.] *Habet Regium exemplar, atque item Longolianum: Blandinianum, pri-*

AGRIGENTVM. M. P. XIII.
ITER AB AGRIGENTO PER MARITIMA LOCA SYRACVSIS. M. P. CXXXVII. Sic.
DAEDALIO. M. P. XVIII.
PLINTIS. M. P. V.
REFVGIO CHALIS. M. P. XVIII.
PLAGA CALVISIANIS. M. P. VIII.
PLA-

primo Plentis mpm. v. *ac postea inducta litera, e,* Plintis. *Neapolitanum* Pluttis mpm. v. Svr.

PLINTIS] Nostris quoque omnibus *Plintis* inest. Solus Anastasius *Plineis* habet. Erudita est Ph. Cluverii conjectura *Phintiis* legentis. Verum quidem est, Ptolemaeum Φθινθίαν in Siciliae mediterraneis locasse: Cum tamen Diodorus, ex Siculis ortus, in Eclogis L. XX. παραθαλάσσιον *maritimam* esse profiteatur, forte verum vir doctissimus vidit. Eum adi L. I. S. A. C. 16. Wess.

CHALIS M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Refugio Calis mpm. XVIII. *Neapolitanum* Refugioculis mpm. XVIII. *Ego arbitror voce* Refugii *stationem designari, qua fida navibus mansio designabatur: & jam antiquitus eam dictionem continenti scriptione reliquæ adjunctam: ut in hoc ipso itinere* Apolline, Refugii *vox adjicitur, atque eas dictiones in margine adnotandas milto visum est: ut sincera vetustissimi exemplaris lectio remaneat.* Svr.

CHALIS] De *refugio* haud gravate Suritae assentior. Videntur fidæ stationes ita appellatæ, πρὸς τὸ τοὺς χειμαζομένους ἔχειν ἐν αὐταῖς κατφυγάς. *quod refugii naufragis ventoque agitatis inibi locus esset*, quæ Theophili L. II. ad Autolycum C. C. 21. verba sunt. Atque ita, quamquam sententia tralata, Cicero L. II. Offic. C. 8. *portum* & *refugium* conjungit, Dominusque Christus τῶν χειμαζομένων προσφύγιον appellatur à S. Thecla apud Basilium Seleuciensem L. I. Vitae ejus p. 102. De voce addita major oritur difficultas: libri nostri eam recipiendam monent. Anastasius *Refugiodialis* scripsit, quo ad *Dianae* amnem, de quo Solinus C. 11. duceremur, ni paullo is hinc esset remotior. *Gelis* Cluverius verum arbitratur mansionis cognomen, eamque stationem in litore fuisse haud longe à *Gela* urbe. Wess.

CALVISIANIS M. P. VIII.] *Habetur in Regio exemplari: cum Blandinianum continenter* plaga Caluisianis mpm. VIII. *habeat: Neapolitanum* Plaga Clausianis mpm VIII. *& Longolianum* plaga Caluisianis mpm. VIII. *& milto corrigitur* Clausianis: *similique ratione arbitror designari in eis litoribus malefidas stationes in ea, & reliquis dictionibus, quibus nos* Plagia *milto,* plagae *loco, adjecimus Isidori loco admoniti Etymologiarum libro xiii. C.* 16. Pelagus, *inquit*, est latitudo maris sine litore, & portu, Graeco nomine ἀπὸ τοῦ πλαγίου, hoc est à latitudine dictus: unde & Plagia, eo quod sit importuosa. Pelagus *enim altum significat Virgilio:* ut pelagus tenuere rates: *atque inde pisces* pelagii *à litoralibus distinguuntur.* Svr.

CALVISIANIS] Summa concordia libri nostri *plaga*, nihil Anastasio dissidente. Fuit cum suspicarer, vocem notare tractum maritimum, quomodo *Oceani plagas* Seneca in Hippolyto ℣. 931. & Agennus de Limit. Agr. p. 55. *plagas silvarum* dixerunt: Accedebant Graeci, πλάκα terram planam & aequam, sæpe etiam in mare prominentem appellantes. Σικανῶν πλάκας plana Siciliae litora Lycophron Alexandra ℣. 870. Ἄκραν πλάκα Συνίου Sophocles in Ajace M. ℣. 1240. verum hoc repudio. Satis ex hoc itinere, &, quod in fine habebis, maritimo, esse discrimen inter *refugium*, *plagam*, sive *plagiam* & *portum* apparet. Si *plagam* tractum maritimum accipias, ea differentia non erit aperta. Fortasse itaque verius est, quod Surita dedit, amplexique sunt Ph. Cluverius & N. Bergerius. *Plagia* stationem male fidam notat, Servio Aeneid. II. 23. auctore, nisi si *pelagiam*, quod novissima editio præfert, scripserit. Certe à pelago *plagiam* Isidorus repetit, ut alias ostendam. Recentior aetas vocis usum non refugit. *Plagia Barcinonensis* est in Chronico A. CIↃCCLXIX, quod Marcae Hispanicae

PLAGA MESOPOTAMIO. M. P. XII.
PLAGA HEREO SIVE CYMBAE. M. P. XXIIII.
REFVGIVM APOLLINE. M. P. XX.
PLAGA SYRACVSIS. M. P. XXXII.
ITER AB AGRIGENTO LILYBAEO. M. P. CLXXV. Sic.
PICINIANIS. M. P. IX.
COMICIANIS. M. P. XXIIII.
PETRINE. M. P. IIII.
PIRI-

nicae adjunxit St. Baluzius. *Litora plagiosa*, ad quæ periculum est, ne naves frangantur, semel atque iterum N. Specialis L. IV. Hist. Sicul. C. 5. pariter ac *plagias Catanensium* usurpavit. Putem, vocabulum hoc fuisse nauticum, & eorum potissimum usu tritum. Id negligere non debui, Vaticanum codicem *refugii* & *plagae* voces non agnoscere. WESS.

PLAGA MESOPOTAMIO] A duobus fluviis, quos inter media erat, dicta est. Habet hæc ora Hipparin & Oanum amnes, Dianae etiam fluvium: Inter hos fuisse videtur. Codex Vaticanus, ut hoc addam, *Mesopotamum* tantummodo offert. Anastasius *plaga Mesopotami*. WESS.

HEREO, SIVE CYMBA M. P. XXIIII.] *In Reg.* Hereo *tantum legitur: in Blandiniano* Plagereo sive Cymbae mpm. XXIIII. *Neapol.* Plagero sin Cibae mpm. XXIIII. *Longol.* Plaga reo sive Cymbae mpm. XXIIII: *& milto corrigitur.* SVR.

HEREO SIVE CYMBAE] Multum me & alios hæc statio exercuit. Cluverius L. II. S. A. C. 10. ex corruptissimis his vocabulis extudit *Plagia Heraeae sive Hyblae.* Hybla minor in Stephano Ἥρα dicitur; id vocabuli motus Itinerarii scriptura in Ἡραῖα, *Heraea* mutat, stationemque ab Hybla minore, ad cujus vicinum littus erat, cognominatam decernit. Sed cum stationis nomen sit depravatissimum, forte parum prudenter Stephanum, quod & L. Holsteinius advertit, mutatum ivit. Est præterea paullo audacius ex *Cymba* vel *Cyba* Hyblam eruere, quod tamen ferendum esset, si cetera convenirent: ad hoc, opus est, ut numeris X. M. detrahantur, si obtineat Cluverii opinio, ipso fatente. S. Bochartus, ut veriverbium *Hyblae* ex Phœnicum fontibus hauriret, in Cluverii sententiam pedibus ivit L. I. Chan. C. 29. p. 548. Hebraeis *Hebel* sive *Chebel*, Phœnicibus *Hibla* funis est, hereditasque fune mensorio divisa: adsignificavit deinde regionem tractumque terrae: Hanc vir multo doctissimus veram esse asseverat Hyblae originationem: Hyblam enim in Antonino *plagam* explicari. Vide eum p. 531. Equidem non obloquar illis, quæ de voce Hebraea scripsit: sunt enim certissima: Quod vero inde cogit, infirmissimum mihi videtur & prorsus dubium: tanto magis, quod *plaga* Hyblam, modo ea vera vocabuli sit lectio, ejusque originem vocis non explicet, ut neque *Calvisiana* aut *Syracusas*, quibus itidem annectitur. Mitto nunc, quæ de *plaga* sive *plagia* alias disputata sunt, & huic sententiae contra eunt. Hyblam Graecae originis semper arbitratus sum, & ab ὕλη repetendam, quomodo ἀδὼ pro ἀὼ Lacones, ἀβέλιος pro ἀέλιος, ἀβηδόνα pro ἀηδόνα Cretenses dixerunt. Sed hæc alius sunt loci. redeamus in viam. In Vaticano codice *Ereo* invenit Em. Schelstrate. Anastasius legit *Plaga Reosmocymbi.* Fuit hic viciniæ urbs *Motyca* sive *Motya*, indeque cognomentum sortitus fluvius *Motycanus.* An ergo ῥέος Μοτυχανῦ aut Μοτύχης, *Reos Motycani* pro *amne Motycano* depravatissimis his vocibus originem dedit? superior statio Graeci sermonis fortasse hanc defendet. sed viderint peritiores. WESS.

REFVGIVM APOLLINE.] Videtur huic esse natum nomen ab Apolline Libystino, quem eximia religione colebant apud Pachynum Siciliae promontorium, teste Macrobio L. I. Satur. C. 17. Anastasius appellat *refugium Apollinis.* WESS.

AB AGRIGENTO LILYBAEO M P. CLXXV.] Numeros milliarium in hoc itinere esse corruptos colligit inde Ph. Cluverius, quod singulares mansiones tantummodo edant summam CLXV. Credo festinasse virum diligentissimum, cum ea scriberet, nec oculis usum fuisse ad-

mo-

PIRINA. M. P. XXIIII.
PANORMO. M. P. XXIIII.
HYCCARIS. M. P. XVIII.
LOGARICO. M. P. XXIIII.
AD OLIVAM. M. P. XXIIII.
LILYBAEVM. M. P. XXIIII.

ITER AB HYCCARIS PER MARITIMA LOCA DREPANIS VSQVE. M. P. XLVI. Sic.
PARTHENICO. M. P. XII.
AD AQVAS PERTICIANENSES. M. P. XVI.

DRE-

modum perſpicacibus. Wess.

PHTIANAS M. P. VIIII.] *Regium* Pthianis P. M. VIIII. *Blandinianum* Pitianis mpm. VIIII. *Neapolitan.* Pitunanis mpm. VIIII. *Longolianum* Pitianis mpm. VIIII. *& milto* Pitinianis. *Cum Ptol. ſit*, Φθιωτίδα, *forte* Phthinthianas *legendum eſſet.* Svr.

PICINIANIS] Lugduni & Baſileae ediderunt *Picinianis*, quomodo ſchedae Pariſienſes, a quibus proxime abſunt Voſſii cum ſuo *Pitinianis*. Anaſtaſii *Pytamana* hinc natum eſt, duabus in unum literam conflatis. *Pitianis* vir doctus adſcripſit libro Fabricii: prius ob codicum conſenſum recepi. Manſio in mediterraneis inſulæ fuit, mihi pariter ac ſequens ignorata. Wess.

PETRINE.] Ptol. meminit *Petrae* oppidi. Plinius *Petrinorum*. Siml.

PETRINAS M. P. IIII.] *Regium* Petrine M. P. IIIII. *& item Neapolitanum*, *& Longolianum: Blandinianum* Petrinae mpm. IIII. *Ego* Petrinas *legendum ſuſpicor: ut ſint aquae à* Petra *oppido nuncupatae: nam Ptolemaeo eſt* Πέτρα. Svr.

PETRINE] *Petrine* noſtri omnes dant. Anaſtaſius tamen *Petrina*. Ab urbe *Petra* incolae *Petrini* dicti ſunt Ciceroni L. III. in Verrem C. 39. Ab eadem manſio hæc nomen eſt nacta. *Stagnum Petrenſe*, quod tamen ignotum hoc eſt tempore, Solinus C. 11. memorat: Aquas Petrinas, quantum recordor, nemo. Wess.

PYRAMA M. P. XXIIII.] *Regium* Pirama M. P. XXIIII. *Blandinianum* Pirma mpm. XXIIII *Neapolitanum* Pirima XXIIII. *Longolianum* Pirma: *& milto* Pirima. Svr.

PIRINA] *Pirina* editi & ſcripti libri cum Anaſtaſio probandum eſſe ſuadent: in Pariſienſi & Voſſiano *Pirma*, quod ex priore ortum eſt, conſpicitur: locus, ſitus & nomen obſcuriſſima ſunt. Wess.

HICCARA M. P. XVIII.] *Habent manu ſcripta & Longolianum: cum ſupra ab* Hiccaris Panhormum XVI. M. P. *eadem definiant.* Svr.

HYCCARIS] Eoſdem numeros codicum noſtrorum excerpta confirmant, idque recte, ut ſupra eſt monitum: ſcribunt eadem *Hyccaris*. Wess.

LONGARICVM M. P. XIIII.] *Regium* Longarico M. P. XXIIII. *& reliqua* Locarico mpm. XXIIII. Svr.

LOGARICO] Nullus librorum eſt, quibus utimur, quin *Logarico* aut *Locarico* repræſentet. Anaſtaſius vocem mutilavit, *Logaria* ſcribens. Recte monitum à Ph. Cluverio eſt, hanc fuiſſe manſionem in mediterraneis, haud procul ab *Aquis Segeſtanis* ſejunctam. Wess.

AD OLIVAM.] *Eliva* corruptiſſime Anaſtaſius legit. Fuiſſe circa Salemum urbem videtur, cujus ager hac quoque tempeſtate olearum longe feraciſſimus eſt, obſervante Cluverio L. II. S. A. C. 12. Wess.

AD AQVAS PERTICIANENSES.] Vel *Particianas*. Illud quoque obiter annotandum eſt, à Strabone quarundam Siciliae civitatum diſtantias annotari, quæ tamen cum dimenſione Antonii noſtri non conveniunt idque ob hanc cauſſam, quod Strabo navigationis circuitum, noſter vero terreſtris itineris ſpacia annotat. Attamen in diſtantia Agathyrſi & Aleſi dubito an mendum ſit. Præterea numerus ſtadiorum à Meſſana Lilybaeum per viam Valeriam mendoſus eſt apud Strabonem, ponuntur enim milliaria XXXV. cum ſint CCXXXV. ut ex ipſo Strabone & noſtro auctore colligitur. Si[illegible].

DREPANIS. M. P. XVIII.

ITALIAE.

ITER, QVOD A MEDIOLANO PER PICENVM ET CAMPANIAM AD COLVMNAM, ID EST, TRAJECTVM SICILIAE DVCIT. M. P. DCCCCLVI. Sic.

A MEDIOLANO LAVDE CIVITAS. M. P. XVI.

PLACENTIA CIVITAS. M. P. XXIIII.

FI-

AD AQVAS PERTICIANENSES M. P. XVI.] *Habet Blandinianum exemplar. Regium* ad aquas perdicianenſes M. P. XV. *Neapolitanum* ad aquas perticianenſes mpm. XIII. *Longolian.* ad aquas Perticianenſes. mpm. XVI. *& milto* XIII. *corrigitur.* SVR.

AD AQVAS PERTICIANENSES] *Aquas Perticianenſes* noſtri libri receperunt, diſſidente tamen Anaſtaſio, cui *Aqua Porticana* placuit. In locis mari proximis fuiſſe, ex capite itineris cognoſcitur. Qua vero in parte ſint oræ maritimæ, quodve nunc gerant nomen, ad finiendum haud facile eſt. Cluverius quædam L. II. A. S. C. 2. in medium attulit, quibus, ſi ita animo allubeſcat, utere: mihi dubia ſunt. WESS.

AD COLVMNAM] Hanc Plinius L. 3. C. 8. vocat *Columnam Rhegiam*, & juxta eam fretum latudinem M. D. paſſuum habere ſcribit. Meminit etiam illius Strabo, qui σηλίδα L. 6. p. 257. appellat. SIML.

AD COLVMNAM ID EST TRAJECTVM SICILIAE DVCIT M. P. DCCCCLVI.] *In Regio verba* ad columnam *non habentur, quemadmodum in Blandiniano, & Longoliano leguntur. In Neapolitano* ad Coloniam. *Cicero de* Columna Rhegia *pro Seſtio C. 8. Strabo L. 3. p. 171. Rheginos* Columellam turrem *exilem ſuper freto pro confinio locaviſſe tradit: cui è regione turris appoſita erat, quam Pelori nuncupabant. Diſtare ab urbe Rhegio ferunt* XII. M. P. *cum dimidio. Mela lib. 2. 4. in Bruttio promuntorio* Columnam Rhegiam, Rhegium, & Scyllam *ſtatuit. Plinius lib. 3. C. 5. à Sinu Paeſtano trajectum ad* Columnam Rhegiam C. M. P. *deſignat. Numerorum ſumma in Reg. perverſa eſt: habet enim* DCCCCS. *qua nota librarius defectum Numeri ſignificaſſe videtur. reliqua* DCCCCLVI. *habent.* SVR.

AD COLVMNAM] Ciceronis in Sextiana C. 8. de Gabinio verba ſunt: *Olim ne Scyllaeo illo aris alieni in freto ad columnam adhaereſceret, in tribunatus portum perfugerat.* Intelligit haud dubie columnam Maeniam. An vero per dilogiam jocularem, facta Scyllaei mentione, ad columnam Rheginam reſpexerit, uti Turnebus L. XX. Adverſ. C. 3. & Manutius ad Ciceronem arbitrati ſunt, non temere dixerim. Columna Rhegina in ipſo non fuit freto, ſed ad fretum. Strabo L. III p. 171. Καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὸν σηλίδα ἕστασιν τῶν ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ κειμένην πυργίον τι. quæ vertenda fuerant, *Sicuti Rhegini columellam poſuerunt ad fretum, turriculæ inſtar.* Idem innuit Plinius L. III. C. 5. *Dein columna Rhegia, Fretum Siculum, ac duo diverſa promontoria.* Appianus L. V. Bel. Civil. *p.* 1157. σηλίδα appellat, & à freto diſtinguit. Non eorum ignarus ſum, quæ de Authari Longobardorum rege Paullus Diaconus L. III. C. 33. ſcripſit. *Et quia ibidem intra maris undas columna quædam eſſe poſita dicitur, uſque ad eam equo ſedens acceſſiſſe, eamque de haſta ſua cuſpide tetigiſſe, dicens: Uſque hic erunt Longobardorum fines.* Sed cum ille ex rumore, ad ſe perlato, loquatur, narratioque ipſa ſatis ſit ſuſpecta, ut Camillus Peregrinus Differt. de Ducatu Benevent. animadvertit, ipſius auctoritate parum moveor: Ceteroqui abſurdum videri non debet, columnam, quæ Plinii ævo in litore erat, Paulli Warnefridi aut regis Autharis ætate aquis fuiſſe cinctam, ſi quidem maritima loca his frequentiſſime obnoxia immutationibus ſunt. WESS.

M. P. DCCCCLVI.] Ita omnes libri. Si vero ſummam ad ſingulas manſiones exigas ſedulo, eam V. M. P. ampliorem invenies. WESS.

A MEDIOLANO LAVDEM CIVITATEM M. P. XVI.] *Regium* XV. *Reliqua.* XVI. SVR.

A MEDIOLANO LAVDE] Noſtri libri XVI.

FIDENTIOLA VICVS.	M. P. XXIIII.
PARMA CIVITAS.	M. P. XV.
REGIO CIVITAS.	M. P. XVIII.
MVTINA CIVITAS.	M. P. XVII.
BONONIA CIVITAS.	M. P. XXV.

FO-

XVI. M. P. addunt, totidem Tabula. Obesse his videtur numeris auctor itineris Romani, quod insertum est Biblioth. Novæ Labbei p. 357. *Fuit*, dicitur inibi, *in civitate Mediolanensi, distatque à civitate Laudensi per XX. M.* paria Radevicus L. II. C. 27. habet. sed ea *Laus nova* est, quæ à veteri IV. M. P. fere abest. Condita Laus Pompeja à Bojis est, instaurata dein à Pompejo Strabone, ut ex Plinio L. III. C. 21. & urbis cognomine colligas. WESS.

PLACENTIA] Præcipua urbs erat Aemiliae. Procopius L. III. Bel. Goth. C. 13. πρώτη μὲν ἐστιν Αἰμιλίων τῆς χώρας, ὀχύρωμα ἰσχυρὸν ἔχουσα. πρὸς δὲ τῷ ποταμῷ Ἠριδανῷ κεῖται. *Urbium Aemiliae princeps, validis cincta operibus, ad Eridanum posita.* Coloniam fuisse, jusque Municipii accepisse aliunde notum est. In MSS. Parisiensi *Placennacium*, *Placentiacium* vero in Lugdunensi exemplari appellatur, ubi ultima vocabuli pars, CIVITATEM notans, fraudi librariis fuit. *Placentia civitas* fuit in schedis, quibus usus est vir doctus, cujus antea Fabricii liber fuit, & Vossianis, sed Cusani *Placentiacium.* WESS.

FIDENTIOLAM VICVM M. P. XXIIII.] *In hoc itinerario ab* Arimino Dertonam Fidentiae *fit mentio, cui à* Parma XXV. M. P. *tribuuntur. Ptolemaeus Placentiam*, Fidentiam, *Brixellum*, *Parmam & Regium Lepidi in Gallia Togata recenset. Plinio lib.* 3. *C.* 15. *item in octava regione* Fidentini *collocantur: quare ab Antonino hic vicus seorsim à* Fidentia *recensetur: cujus apud veteres auctores nullam reperi mentionem fieri.* SVR.

FIDENTIOLA VICVS] *Fidentiolam* eandem atque Fidentiam Cluverius & Cellarius arbitrantur, quemadmodum *Florentia* Itinerarii *Florentiola* est Tabulae. Cum tamen *Florentia* respectu alterius Florentiae *Florentiola* dicatur, non omnino absonum est Fidentiolam a Fidentia discernere: In primis cum Itinerarii auctor præiverit. Fidentiam ipse pariter ac Tabula XXV. M. P. Placentia sejungit. at Fidentiolam tantummodo XXIIII. M. Fuit præterea Fidentia ampla satis civitas, cum Fidentiola Vicus tantum dicatur. WESS.

PARMA CIV.] *Parme civitas* scripti libri. COL. IVL. AVG. PARM. est in Lapide Gruteri V. pag. CCCCXCII. Recentior aetas *Chrysopolis* titulum addidit. Donizo in Vita Machtildis L. I. Cap. 10.

Chrysopolis dudum Graecorum dicitur usu,
Aurea sub lingua sonat hæc urbs esse Latina,
Scilicet urbs Parma.

Consentit Donizoni Ravennas L. IV. C. 33. uti Leibnitius & Muratorius V. C. monuerunt. Atque hæc *Julia Chrysopolis* est in Actis S. Domini, quæ Ph. Cluverium adeo torsit L. I. Ital. A. C. 27. WESS.

REGIO CIVITAS.] Veteres pro arbitratu *Regium Lepidi*, *Regium Lepidum* appellavere. Seriori aetati *Regium* placuit. Monuit Ph. Cluverius *Forum Lepidi* olim fuisse dictum Festi Grammatici auctoritate: quare miror Cellarium nescire se, quo is auctore id fecerit, profitentem. An *Aemiliae* quoque nomen gesserit, Cl. Muratorius disquirit ad Donizonem L. II. C. 7. WESS.

MVTINAM M. P. XVII.] Tabula M. P. XVIII. atque ita auctor semel atque iterum inferius. Cusani liber *Mutinatium*, & mox *Bononiatium*, ubi *tium* ex *Civ.* natum est. WESS.

BONONIA.] Duæ civitates hujus nominis ab Antonio hoc itinere ponuntur, quarum prior, quæ post Mutinam ponitur, notissima est, & adhuc nomen servat: altera, quam post Sernicum (Aeserniam) nominat, videtur esse Bovianum Samnitum, *Boianum* Ptolemaeo dictum. SIML.

BONONIA CIVITAS] Certa hæc viri doctissimi sunt. Romani Bononiam coloniam deduxerunt Manlio Vulsone & Fulvio Nobiliore

FORO CORNELI CIVITAS.	M. P. XXIIII.
FAVENTIA CIVITAS.	M. P. X.
CAESENA CIVITAS.	M. P. XXIIII.
ARIMINVM CIVITAS.	M. P. XX.
PISAVRO CIVITAS.	M. P. XXIIII.
SENOGALLIA CIVITAS.	M. P. XXVI.
VLTRA ANCONAM.	M. P. IIII.

AN-

Coſſ. Auxit ornavitque eandem Auguſtus. Vide Caeſ. Malvaſiae Marmora Felſinea Sect. III. C. 4. WESS.

FORO CORNELI.] Sic libri. Φορόκορνήλι& ſimili modo Procopio dicitur L. II. Belli Goth. C. 19. Incolæ FOROCORNELIENSES in veteri monumento, quod notis in Ital. Ant. Cluverii p. 15. L. Holſteinius inſeruit. plane vero ut hic vetuſtus lapis Sponii Miſcel. p. 185. IIIIII VIRO FORO CORNELI. WESS.

FAVENTIAM CIV. M. P. X.] *Procopius de Bello Gothorum libro* 3. *C.* 3. Faventiam *Aemiliae urbem à Ravenna ſtad. cxx. disjunctam prodit.* SVR.

CAESENAM CIV. M. P. XXIIII.] *Procopius libro primo de bello Gothorum C.* 1. Caeſenam *à Ravenna ſtad. ccc. abeſſe prodit.* SVR.

CAESENA CIVITAS] Procopius Caeſenam φρούριον *caſtellum* appellare ſolet, quod mirum accedit Ph. Cluverio, quia πόλις *urbs* Agathiae & *Civitas* Itinerarii auctori dicitur. Putem Procopii aetate multum de veteri urbis ſplendore fuiſſe detritum, & caſtellum tantummodo fuiſſe. Certe Anaſtaſius in Vita Zachariae Papae *Caeſenae caſtrum* nuncupat, & *Ceſenatenſe*, *Ceſinacenſe* ac *Caeſenate caſtrum*, quorum pleraque vitioſa ſunt. Dicam alias plura. WESS.

ARIMINVM CIV. M. P. XX.] *Strabo* Placentia Ariminum *ſtad.* M. CCC. *aſſignat. Cicero* Philip. XII. C. 9. *Flaminiam Mutinam uſque perduxit. Et Strabo L.* 5. *p.* 217. Hic ille, *inquit*, Scaurus eſt, qui per Piſas & Lunam uſque Sabatios viam ſtravit Aemiliam: & hinc per Dertonam. *Alia verò eſt* Aemilia, *quæ Flaminiam excipit: eodem enim in Conſulatu M Lepidus, & C. Flaminius collegæ fuerunt. Victores autem Ligurum ſtravere hic quidem* Flaminiam *è Roma per Tuſciam, & Umbriam uſque Ariminum; alter reliquam porro uſque* Bononiam: *& ex ea in* Aquileiam *prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere.* SVR.

ARIMINVM CIVITAS] De Strabonis CIↃCCC ſtadiis, quibus Placentia Arimino disjungitur videndus eſt Caſaubonus L. V. p. 217. WESS.

SENOGALLIA CIVITAS] Libri vetuſti *Senegallia* edunt. *Ager Senigallienſis* memoratur à Frontino de Coloniis p. 143. quem tamen alibi *Senogallienſem* appellat. *Senegalia* eſt in Ravennate L. IV. C. 31. In Cuſani codice ſolito ſibi more *Senegallitium*. Vocabuli originem enarrat Guntherus Ligur. L. V.

Magna tamen Princeps & ſolo Caeſare digna
Caſtra movens, per eam quæ nunc Senogallia fertur.
Quod Senones illam Galli tenuiſſe putantur,
Cum premerent trepidam peregrino milite Romam.

Paria leges, ut alios miſſos faciam, in Paulli Diaconi L. II. Hiſt. Longobard. C. 22. WESS.

VLTRA ANEONAM M. P. IIII. ANCONAM M. P. XXVI.] *Hæc in Regio exemplari leguntur. In Blandiniano* Vltra Alconane milia plus minus quatuor M. P. XXVI. *Neapolitanum* Vltra Alconam milia plus minus quatuor mpm. XXVI. *Longolianum* Vltra Alconam M. P. IIII. milia M. P. XXVI. *ut meritò Regii exemplaris lectio præferatur: tametſi ea manſio* vltra Aneonam *mihi incognita ſit. Neque tamen* vltra Anconam *legendum video: cum ſtatim ab ea* Anconam XXVI. M. P. *recenſeantur. Anconam inter Italicas Gallicasque gentes quaſi terminum intereſſe Pomponius perhibet: & Plinio lib.* 3. *C.* 14. *ab* Ancona, Gallica ora incipit, Togatae Galliae *cognomine.* SVR.

VLTRA ANCONAM] Codices, quibus uſi ſumus, *Vltra Anconam M. P. M. IIII. M. P. M. XXVI.*

ANCONAM.	M. P. XXVI.
POTENTIA CIVITAS.	M. P. XVI.
CASTELLO FIRMANO.	M. P. XX.
TROENTO CIVITAS.	M. P. XXVI.
CASTRO CIVITAS.	M. P. XII.
ATERNO CIVITAS.	M. P. XXIIII.

IN-

M. XXVI. Ex Vaticano Schelſtrate publicavit *Vtra Anconam M. P. IIII. M. P. XXVI.* Editi partim hoc, partim illud ſunt amplexi. Liquet ex hac codicum concordia, exulare *Anconam*, quam optimus Suritae liber ſervavit, neglectam haud dubie, quod ejus paullo ante facta fuerat mentio. Deinde cognoſcimus, *Vltra Anconam* rectum videri, maleque adeo virum doctiſſimum *Ultra Aneonam* recepiſſe. Dicta ita eſt, quod Potentia Senogalliam profecturis ultra Anconam occureret. Vide & inferius dicta. WESS.

POTENTIAM CIV. M. P. XVI.] Potentiae *urbis in* Piceno *meminere Cicero de Har. R. C. ult. & Livius libro* XXIX. *C.* 44. *Vellejus, Pomponius, & Plinius. Altera in* Lucanis, *de qua mox hac ipſa in via, & Ptolemaeus.* Pollentia *verò in Liguribus Ptolemaeo, & carmine Claudiani celebrata prope* Aſtam *Coloniam.* SVR.

POTENTIA CIVITAS] *Potentiae*, nunc penitus deſolatæ, veſtigia ſuperſunt mille & paullo amplius paſſibus à Recanatenſi portu ut L. Holſteinius notis in Cluverii Ital. Antiq. p. 135. docuit. WESS.

CASTELLVM FIRMANVM M. P. XX.] *Plinius lib.* 3. *C. C.* 13. Caſtellum Firmanorum *meminit: eſt enim diverſum oppidum à Firmo: cujus poſtea ab Antonino fit mentio.* Firmi *Cn. Pomponius meminit in Epiſtola ad Domitium, ut in Caſtri Truentini dictione infra exponitur, & item Vellejus.* SVR.

CASTELLO FIRMANO] Caſtellum hoc Firmanorum navale fuit, ut Strabo L. V. p. 241. teſtificatus eſt. *Caſtrum nomine & natura Firmum* habes apud Luitprandum L. I. C. 9., verum id oppidum videtur eſſe Firmum. *Caſtello Firmano* MSS. omnes. WESS.

TRVENTVM CIVITAS M. P. XXVI.] *Regium exemplar* Troento M. P. XVI. *Reliqua* Troento M. P. XXVI. *Plinii lib.* 3. *ſect.* 18. *manuſcriptis exemplaribus* Truentum cum amne, *unde apud Ptolemaeum* Τρεντῦ *fluminis oſtium in regione Picenorum legendum.* SVR.

TROENTO CIVITAS] *Troento* etiam noſtri libri, quos duces ſecuti ſumus. Videtur urbis nomen inclinante Imperio ita pronuntiatum. Julius Frontinus de Coloniis p. 125. *Troento finitur, ſicut ſupra diximus de agro Teatino.* Hinc *ager Troentinus* apud eundem p. 118. & *Vitalis Epiſcopus Troentinas ex Picena regione* in Geſtis Acacii p. 436. novæ editionis Sirmondi, uti L. Holſteinius dudum vidit. WESS.

CASTRVM CIV. M. P. XII] *Habent Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum. In Regio idem numerus apponitur ſine civitatis cognomento. Ptolemaeo juxta ſinum Hadriaticum in Picenis primum* Caſtrum *recenſetur. Vellejus initio primi belli Punici* Firmum & Caſtrum *Colonis occupata tradit.* SVR.

CASTRO CIV.] Simlerus & Lugdunenſes *Caſtro novo* dederunt, ſed libris vetuſtis invitis: *Caſtro civitas* in ſuo vir doctus invenit, cujus Fabricii fuit olim exemplar. Vaticanus & Pariſienſis *Caſtro* tantum, quomodo & veteres appellare ſolent: *Caſtrocium* Cuſani & Voſſii ſchedae. *Caſtro* tamen *novo* Tabula præfert. Hinc *ager Caſtranus* apud Frontinum de Coloniis p. 121. WESS.

ATERNVM CIV. M. P. XXIV.] *Regium exemplar* Aterno vicus M. P. XXII. *Blandinianum cum Longoliano.* Aternos civitas mpm. XXIIII. *Neapolitanum*, Aternotium mpm. XXIIII. *Strabo L.* 5. *p.* 241. Aternum oppidum *cum flumine ejuſdem nominis* Piceno *vicinum memorat. Plinius & Ptolemaeus* Aterni amnis *fecere mentionem.* SVR.

ATERNO CIVITAS] *Aternocium* ſchedae Pariſienſes edunt & Voſſianae, natum inſcitia librarii ex *Aterno civ.* Nomen habet à vicino fluvio. Vibius Sequeſter, *Aternus Hadriae decurrens per Marſos, ubi & Oſtia civitas.* Sic edunt. Ergone *Oſtia civitas* eo loci eſt? Ego aut *civitatis* vocabulum, quod vetuſtus Cl.

INTERPROMIVM VICVS. M. P. XXV.
SVLMONE CIVITAS. M. P XXIX.
AVFIDENA CIVITAS. M. P. XXIIII.
SERNI CIVITAS. M. P. XXVIII.
BOVIANVM CIVITAS. M. P. XVIII.

SV-

d'Orvilii liber ignorat, induxerim, aut certe *ubi ad oſtia civitas* reſcripſerim, ut Vibius doceat, ad Aterni fluminis oſtium cognominem eſſe civitatem. *Oſtia Eterni* habet Tabula. Fluvius hic Paulli Warnefridi aetate *Piſcarius*, unde natum eſt, quod nunc gerit nomen, appellabatur, ut ex L. II. Geſt. Longob. C. 19. liquet. Wess.

ITER PROMIVM VICVS M. P. XXV.] *In Regio tribus dictionibus* Iter Promium vicus. & XXV. *adjungit Blandinianum item cum prima litera miniacea* Iter promium vicus mpm. XXV. *Neapolitanum etiam, quaſi alterius viæ initium eſſet*, Item prominu vicus mpm. XXV. *Longolianum etiam miniaceis verbis, quaſi alterius viæ iter deſignatur: ut forte manſio ſignificetur, qua iter* Promium vicum *verſus flectebatur.* Svr.

INTERPROMIVM VICVS] *Promius* ille vicus originem ſuam debet H. Suritae, aliis ignoratus: verum vici nomen fuit *Interpromium*, ut Cluverius jam animadvertit. In Tabula vitioſe *Inter primum* legitur, quod in Actis S. Comitii ſeſe inveniſſe teſtatur Lucius Camarra in Teate antiquo L. I. C. 4. *Civitatem Interpromium* appellant Acta S. Valentini & Damiani C. 2., edita XVI. Martii magni operis Sanctorum. Poſitum fuit in Marrucinorum regione ad Aternum flumen. Vide notas L. Holſteinii ad Cluverii Ital. Ant. p. 143. Wess.

SVLMONEM CIV. M. P. XXIX.] *Regium exemplar* M. P. XXVIII. *habet. reliqua vero* XXIX. Svr.

SVLMONE CIVITAS] Eadem XXVIII. M. P. conſtantiſſime libri vetuſti ſervant. Urbi famam nunquam intermoriturum Ovidius peperit. *Salmona Sermonaque* nunc vocitant: *Selmo* et *in Selmone* eſt in Chronico Vulturnenſi L. II. haud longe ab initio: *Sulmonecium* Voſſi. & Cuſani liber. Wess.

AVFIDENA CIVITAS.] *Aufidentia* fuit in ſchedis, quas inſpexit vir doctus, qui exemplari Fabricii uſus eſt; *Aufidentia civitate* Voſſianae dant: minus recte. Fuit Aufidena ad Sagrum flumen. *Aufidena muro ducta* inter urbes Samnii eſt in Frontino de Coloniis p. 125. Wess.

AESERNIAM CIV. M. P. XXVIII.] *In exemplari Regio* Serni. CIV. M. P. XVIII. *Bland.* Serni civitas M. P. XXVIII. *Neapolitanum* Sernicium mpm. XXVIII. *Longolianum* Servi civitas mpm. XXV III. *Hæc oppidorum nomina appoſitè ex Plinii deſcriptione corriguntur: cum ab eo itidem conjungantur in quarta Italiæ regione.* Colonia, *inquit lib. 3. c. 12.* Bovianum vetus, & alterum cognomine undecumanorum, Aufidenates, Aeſernini. *Ptolemaeus* Caracenis *qui ſub* Ferentanis *erant*, Aufidenam *attribuit, ac ſtatim in Samnio ab eo ſubſtituitur* Βοίανον, & Αἰσερνία. *Haud recte in Strabonis libris excuſis in fine 5.* Βοΐανον, Ἐσερνίνα: *pro* Βοιάνιον, Αἰσερνία. *Livius libro 9. C. 31. caput fuiſſe* Bovianum Pentrorum Samnitium *refert: & longè ditiſſimum, atque opulentiſſimum armis virisque.* Svr.

SERNI CIVITAS] Mira hic in libris diſcordia. Pariſienſis codex *Pernicium*, *Sernicium* in Lugdunenſi Baſilienſique editionibus eſt, Voſſiano comprobante: *Serni civitas* Vaticanus atque is, cujus excerpta ſunt in libro Fabricii. Hinc reliqua omnia ſunt nata. Quantumvis enim *Aeſernia* verum urbis ſit nomen, variarunt tamen in vocis ſcriptione veteres. *Eſernini* in Plinio ſuo Harduinus vulgari iuſſit. In Tabula *Eſernie.* Medii aevi ſcriptores *Iſerniam* appellarunt. Chronicon Vulturnenſe p. 390. *Et hoc quoque tempore tam ingens terræ motus per univerſam Beneventi factus eſt regionem, ut Iſernia tota fere à fundamentis corrueret.* Paullo aliter Paullus Warnefridi L. II. Geſt. Longobar. C. 20. *In hac ſunt urbes Teate, Aufidena, Hiſernia & antiquitate conſumpta Samnium, à qua tota provincia nominatur.* Retinet ſimile nomen hac tempeſtate, docetque non temere eſſe damnandum, quod truncatum Itinerarii auctor exhibet, fortaſſe communi uſu olim tritum. Wess.

BO-

SVPER THAMARI FLVVIVM. M. P. XVI.
AD EQVVM TVTICVM. M. P. XXII.
AD MATREM MAGNAM. M. P. XVI.
IN HONORATIANVM. M. P. XX.

VE-

BOVIANVM] *Bononia civitas* vel *Bononiatium* in excerptis codicum, quorum nobis usura fuit, legitur. Surita, qui præter solitum hic tacet, an *Bovianum* in Regio suo invenerit, an conjectura ductus id rescripserit, incertum est. Rectum id haud dubie est, dudumque observatum à Simlero. Samnii erat oppidum, Coloniae dein juribus amplificatum. *Bobianus oppidum* Frontino de Colon. p. 125., haud recte. In veteri monumento Thesauri p. CCCCIV. CVR. R. P. BOVIAN. Servavit hoc nomen sub Longobardis. Erchempertus Histor. Longobar. C. 48. edit. Ekhardi. *Per idem tempus Iserniam, Sueſſulam uno menſe, caſtrum Bovianum eodem anno capta Iſmaelitae combuſſerunt.* WESS.

SVPER THAMARI FLVVIVM M. P. XVI.] *Regium exemplar.* Super mari fluvium M. P. XVI. *Blandinianum & Neapolitanum* ſuper-Thamari fluvium mpm. XVI. *Longolianum.* Super Thamarin fluvium mpm. XVI. SVR.

SVPER THAMARI FLVVIVM] Tamarus ſupra Beneventum Calori miſcetur, nomenque in noſtra tempora retinet. *Fluvius Thamari* dicitur quemadmodum *flumen Himellae* apud Virgilium Aeneid. VII. 714. WESS.

AD EQVOTVTICVM M. P. XXII.] *Regium* Ad Equum Tuticum M. P. XXI. *Blandinianum* Ad Equum Tuticum mpm. XXIII. *Neapolitanum* Ad Equum Tutium mpm. XXII. *Long.* Ad Equum Tuticum mpm. XXII. *& milto* Tutium *emendat, & infra eadem exemplaria, Regium Blandinianum* Equotuticum *habent, atque ita ſcribendum:* Oppidulum *vocat Horatius L. 1. Eclog. 5. ℣. 87.*, quod verſu dicere non eſt. *At hoc ipſo Itinerario, quaſi juſti oppidi ratio habetur, diverſis itineribus ad eum deductis. Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum 6. Epiſt. 1. de litteris* Equotutico, *&* Brundiſio *datis memorat. Suſpicor Ptolemaeo eſſe quod Τέπικον cognominatur, inter eas urbes, quæ in Samnio ſub Pelignis cum Boviano, & Aeſernia connumerantur.* SVR.

AD EQVVM TVTICVM] Non recte Surita ſcriptos libros hic deſeruit. oppidulum *Equus Tuticus* dicebatur. Ad *Equum Tuticum* noſtri quoque libri. Vetus Scholiaſtes Horatii *Equum Tutium*, Cruquii vero *Equotutium* appellat. In Servio Aeneid. VIII. 9. *Aequum Tuticum* invenio, ad quem modum Tabula *Aequo Tutico*: Ab equo cum oppido nomen ſit, his moveri non debemus. Liber Pariſienſis XXI. M. apponit. Quod vulgo vero arbitrantur, hoc eſſe *oppidulum, quod dicere non eſt verſu* apud Horatium, ratio itineris non patitur. Id enim extra Campaniam fuit, in qua tamen Equus Tuticus: *Villa Trevici* in Campaniae finibus fuit poſita: XXIV. M. P. ab ea oppidulum id aberat, adeoque in Apulia. Vide Horatium. WESS.

AD MATREM MAGNAM] Forte à magna Deum matre, quæ hic templum habebat, manſioni nomen eſt indictum. Magna mater, ut hic, in eleganti monumento dicitur Theſaur. p. CIↃLXV. 8.

MAGNAE. MATRI.
LVCILLA.
AVG.

Magna Deum mater, materque ferarum apud Lucretium. ſed hæc alterius loci ſunt. WESS.

IN HONORATIANVM M. P. XX.] *In Regio exemplari hoc loco lacuna apparet cum numero* M. P. XX. *Reliqua verò uno conſenſu* In Honoratianum mpm. XX. *habent.* SVR.

IN HONORATIANVM] Haud aliter libri noſtri. Opinabar cum primum Itinerario huic intenderem, *In Horatianum* verius eſſe, manſionemque ab Horatii prædio nomen accepiſſe. Sed dubium & prorſus incertum hoc eſt. Villa Horatii in Sabinis fuit, eaque unica poetae. Hinc. L. II. Ode 18.

Nil ſupra
Deos laceſſo, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.

WESS.

VE-

VENVSIVM CIVITAS.	M. P. XXVIII.
OPINO.	M. P. XV.
AD FLVVIVM BRADANVM.	M. P. XXIX.
POTENTIA.	M. P. XXIIII.
ACIDIOS.	M. P. XXIIII.
GRVMENTO.	M P. XXVIII.
SEMVNCLA.	M. P. XXVII.

NE-

VENVSIAM CIV. M. P. XXVIII.] *In Regio item urbis nomen non apponitur: ſed numerus* M. P. XVIII. *Bland.* Venuſium civitas mpm. XXVIII. *Neapolit.* Venuſunitium mpm. XXVIII. *Longolianum*, Venuſium civitas mpm. XXVIII. *& emendat* XXVIIII. *In Plinii manuſcriptis exemplaribus lib.* 3. *cap.* 11. Venuſia *legimus, non* Venuſium: *& in excuſis Strabonis & Ptolemaei item* Οὐενυσία. SVR.

VENVSIVM CIVITAS] *Venuſium* probant noſtri libri: alio itinere *Venuſia* & mox denuo *Venuſio* editur. Venuſium dicitur Cruquii Scholiaſtae L. II. Eclog. I. 35. *Venuſium autem oppidum eſt, ubi natus eſt Horatius.* WESS.

OPINO M. P. XV.] *Deeſt item hujus manſionis nomen in exemplari Regio, & numerus* M. P. XV. *manſit. In reliquis uno conſenſu* Opino mpm. XV. SVR.

OPINO] Eandem diſtantiam magno conſenſu noſtri codices & editi probant. Eſt tamen vitioſa, nam alio itinere XLIV. M. Venuſiam Opino auctor ſeparat. In Iſleana Italiae tabula prius intervallum receptum eſt, mirante viro doctiſſimo, cui debemus Diſſertationem Chorographicam Italiae medii ævi, editam tomo X. Scriptorum Italiae, & neſcire ſe profitente, unde tantum ſit diſcrimen. Iſleus ſecure ſecutus hujus eſt itineris intervallum. Quæ vera ſit intercapedo inter eas urbes, cum de Opini ſitu lis ſit, conſtitutum non habeo. WESS.

AD FLVVIVM BRADANVM M. P. XXVIII.] *In Regio legitur & numerus* XXVIII. *Blandinianum, & Neapolitanum* ad fluvium Bradan mpm. XXVIII. *Longolianum* Bradant *habet, &* Bradan *milto corrigit.* SVR.

AD FLVVIVM BRADANVM] A pleriſque Suritae ſchedis noſtræ nihil abeunt. Vera eſt Regii codicis ſcriptura, quantumvis *juxta Bradam flumen* Guil. Appulus L. III. de Norman. circa finem dixerit. Quare Ph. Cluverii conjectura, *Bradanum* refingentis L. IV. Ital. Ant. C. 14. certiſſima quidem eſt, ſed ſerior. mentio hujus fluvii non infrequens eſt in ævi medii ſcriptoribus. Alexander Abbas Teleſinus L. I. de rebus Rogerii C. 13. *Comes igitur Rogerius movens ſe ad fluvium Bradanum, ubi Vadus Petroſus dicitur, caſtra figi præcepit:* illi adde Romualdum Salernitanum ad An. CIↃCXVI. In teſtamento Imp. Friderici II., quod inſertum Chronico Siciliae, edito ab Edmundo Martene Theſ. Anecd. tom. III. p. 14. *flumen Brandanum* vitioſe appellatur. WESS.

POTENTIA.] Hæc Lucaniae eſt. Frontinus de Coloniis p. 109. *Præfecturam* fuiſſe tradit. WESS.

ACIDOS M. P. XXIIII.] Mihi lecta nusquam, quod quidem reſciſcam, hæc eſt manſio. In Tabula inter Grumentum & Potentiam eſt *Anxia*, quæ propius Potentiam fuit admota, nunc *Anzi* M. P. IX. circiter ab illa urbe Phil. Cluverius L. IV. Ital. Ant. C. 14. *Acidios* in *Acirin*, quo nomine in hoc tractu fluvius fuit, ex Strabone & Plinio notus, commutandum cenſet. Fortaſſe *Acetura* eſt, nunc quoque media inter Potentiam & Grumentum. WESS.

GRVMENTVM M. P. XXVIII.] *In Regio* Grumento M. P. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Grumento mpm. XXV. *Neapolitanum* Crumento mpm. XXVIII. *Plinio Lib.* 3. *cap.* 11. *in mediterraneis Lucanorum* Grumentini: *& libro* 4. *C.* 6. *de vinis Italiae longinquis, Lucanaque antecedentibus, Thurinis.* Omnium verò eorum maximè illuſtria Meſſallae potu, & ſalute Lagariana, non procul Grumento naſcentia. *Ptolemaeo quoque in mediterraneis Lucanorum* Ποτεντία *&* Γρύμβυτον. SVR.

GRVMENTO] Situm Grumentum fuit ad Aciris & Sorae confluentes. Acta S. Laberii Martyris. *Ductus extra civitatem Grumentinam in loco, ubi connectuntur duo flumina Acer & Sora.*

NERVLO.	M. P. XVI.
SVMMVRANO.	M. P. XVI.
CAPRASIS.	M. P. XXI.
CONSENTIA.	M. P. XXVIII.
AD FLVVIVM SABBATVM.	M. P. XVIII.
AD TVRRIS.	M. P. XVIII.

AD

Sora. Debeo hoc diligentiſſimo L. Holſteinio, cujus vide notas in Ital. Ant. Cluverii p. 289. WESS.

SEMVNCLAM M. P. XXVII.] *Regium exemplar* Semucla M. P. XVII. *Blandinianum* Semucla mpm. XXVII. *Neapolitanum* Semunda XXVII. *Longolianum* Semuncla mpm. XXV. & Semunda *milto corrigitur.* SVR.

SEMVNCLA] *Semunclo* Pariſien. liber. *Semunda* Cuſani codex: *Semuncla* fuit in ſchedis, quas vidit vir doctus, cujus antea Fabricii exemplar fuit. Ph. Cluverius *Semum fluvium* corrigit. Videtur ſane *Siris* in Tabula Peutingeri *Semus* appellari. Nec tamen inde tuto hanc vocem huc tranſtuleris, cum utrobique ſitus diverſus ſit. Equidem, aliunde ſubſidium ſperans, nihil finiverim. WESS.

NERVLO M. P. XVI.] Oppidum hoc, ex Livio L. IX. C. 20. notum, *Nerulos* dicitur in Tabula. Numeri indicant, monente quoque Holſteinio, inibi fuiſſe ubi nunc *la Rotonda.* WESS.

SVMMVRANVM M. P. XVI.] *Regium exemplar* Summurano M. P. XVI. *atque item Blandinianum & Longolianum. Neap. vero* Suminorano mpm. XVI. *cum infra eadem exemplaria in numero à ſe diſſentiant. Non longè à* Summurano, *Syphei oppidi, cujus Livius L.* 30. C. 19, *meminit, veſtigia conſpici Gabriel Barrius Franciſcanus Calaber confirmat, & ex ejus ruinis* Summuranum *oppidum conſtructum conjicit, atque id* Sybarim *fluvium præterfluere.* SVR.

SVMMVRANO] Dictum eſt *Summuranum* pro *ſub Murano.* Fuit manſio oppido MVRANO vicina. Oppidi mentio eſt in lapide Theſauri Gruteriani p. CL. 7., qui plane ad Itinerarii mentem Coſentia XLIX. M. P. removet. WESS.

CAPRASAS M. P. XXI.] *In manuſcriptis & Longoliano* Capraſis mpm. XXI. *legitur. Antonini* Capraſas *Tarſiam oppidum eſſe idem Gabriel Barrius contendit, inter* Iſaurum, & Crathim *amnes.* SVR.

CAPRASIS] Accedunt ſchedæ noſtræ. In Tabula eſt *Capraſia.* Ph. Cluverius *Capraſis* ſive *Capraſiis* præfert L. IV. Ital. Ant. C. 15., quoniam eo numero Plinius L. III. C. 16. appellet: memorat ſane *oſtium Capraſiae*, ſed neque illo numero, nec hujus ſitus. Erat hoc nomine Padi oſtium, quo de agit. WESS.

CONSENTIA M. P. XXVIII.] In veteri lapide milliario, de quo paullo ante, COSENTIA dicitur, atque ita Jornandi Rer. Get. C. 30., unde & id cognoſcas Baſentinum amnem urbi fuiſſe vicinum. Caput erat Bruttiorum, teſte Strabone L. VI. p. 256. WESS.

AD FLVVIVM SABBATVM M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Ad fluvium Sabutum M. P. XXVIII. *Blandinianum* Ad fluvium Sabbt. mpm. XVIII. *Neapolitanum* Ad flumen Sabbatum mpm. XVIII. *Longolianum* ad fluvium Sabbatum mpm. XVIII. & *milto* Sabbatium *corrigitur.* SVR.

SABBATVM] Noſtri quoque. Cluverius tertiam vocabuli literam geminandam negat, quod vulgo nunc *Savato* dicatur, quæ an ſatis valida ſit cauſſa, viderint alii: arbitratur præterea *flumen Batum* Plinii L. III. C 5. in *Sabatum* eſſe convertendum: neque ego, ſi codices addicerent, ſpernerem: nam vocabulum non eſſe ſatis ſanum, ſcripti libri & vetuſtæ editiones videntur monere. Harduinus in illis *Baletum* offendit. Exemplar Pariſienſe An. CIↃIↃXI. *Balethum* edit: ne dicam, *Bati* alibi memoriam vix ſupereſſe. Fluvii *Sabbati* meminit Chronicon Caſinenſe L. I. C. 18. verum is Samnii eſt, ut Angelus de Nuce commonefecit. WESS.

AD TVRRES M. P. XVIII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum exemplar. In Neapolitano ea manſio cum numero, &, quod ſequitur* Ad fluvium Angitulam, *defecit. Idem Gabriel Barrius hanc manſionem eo pago eſſe contendit, qui in agro Nicaſtrenſi* Blaſium *cognominatur.* SVR.

AD FLVVIVM ANGITVLAM. M. P. XIII.
NICOTERAM. M. P. XXV.
AD MALLIAS. M. P. XXIIII.
AD COLVMNAM. M. P. XIIII.

ITER AB VRBE APPIA VIA RECTO ITINERE AD COLVM-

AD TVRRIS] Ex Vaticano & Cuſani libro duæ hæ manſiones exulant. Reliqui recte ſervant. Manſio hæc ſuum olim habuit Epiſcopum, ut ex Gregorii Magni L. II. Epiſt. 38. & XI. Ep. 18. apparet. Vidit hoc quoque L. Holſteinius in Notis ad Ital. Ant. Cluverii, quamquam aliud arbitratur de *Turritana Eccleſia* ad Car. à S. Paullo, eam ad Thurios non ſatis conſulto referens. Fuit circa *Amatum* fluvium, ubi nunc *Maida*, ut ex intervallo colligitur. Vide eum ad Ital. A. p. 295. WESS.

AD FLVVIVM ANGITVLAM M. P. XIII.] *Regium & Longolianum* Ad fluvium Angitula mpm. XIII. *Blandinianum* Ad fluvium Angitulam mpm. XIII. *Oppidum hodie* Angitulam *vocari ſatis conſtat: & ejuſdem nominis fluvium eſſe navigiorum capacem.* Criſſam *urbem olim Phocenſium fuiſſe* Angitulam *prope* Hipponium, *è Crotonis regione, ex Lycophrone in Caſſandra Barrius contendit.* SVR.

AD FLVVIVM ANGITVLAM] Barrii ſententiam & alii amplexi ſunt, fortaſſe non ſatis prudenter. Verba poetae ℣. 1070. ſunt.

Ἀντὶ δ' Κρίσσας ὅρων
Κροτωνιᾶίαν αὐτίπορθμον αὔλακα
Βοῶν ἀροτρεύσουσιν ὀλκάδι πτερῷ
Pro Criſſae vero finibus
Crotoniam oppoſitam terram
Sulcatrice boum arabunt penna.

Non indicat Criſſam in Italia fuiſſe, ſed in oppoſita continente Graecia. Nota eſt Criſſa Phocidis: ejus loco araturos ſignificat Crotonis agros. Ego in Lycophronis verſibus nihil invenio aliud, ſicuti neque Canterus. WESS.

NICOTERA] Diſtantia inter duo loca primum ponitur XXV. M. P. poſteriori loco XIV. M. P. atque ita habent tam impreſſi quam manuſcripti libri. Ego poſteriore loco etiam XXIV. M. P. ſcribenda puto: alioqui ſumma totius itineris non conſtabit. SIML.

NICOTERAM M. P. XXV.] *In omnibus noſtris exemplaribus* Nicotera mpm. XXV. *legitur. Locrorum Medamam vetuſtam urbem fuiſſe idem Barrius confirmat, de qua Strabo libro 6. p.* 256. SVR.

NICOTERAM] *Maſſae Nicoteranae* meminit Gregorius M. L. V. Ep. 50., Rufino Vibonenſi inſcripta. *Nicotrum* dicitur Gaufr. Malaterrae L. III. Hiſt. Sic. C. 8. Numeri, qui ſollicitum habuerunt Simlerum, in noſtris libris ſibi conſtant. Non eſt *Medama*, ſed crevit ex ejus ruinis. WESS.

AD MALLIAS M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano legitur.* SVR.

AD MALLIAS] Hanc *Ad Mallias* manſionem fuiſſe L. Holſteinius opinatur ſupra Bagnaram haud procul ab eo loco, qui nunc *li Paſſi* dicitur. WESS.

AD COLVMNAM M. P. XXIIII.] *In Regio* P. M. XIII: *reliqua vero* mpm. XIIII. SVR.

AD COLVMNAM] Sicuti hic itinera ad columnam terminantur, ita quoque in lapidibus apud Gruterum p. CL. 6. 7., in quorum altero AD COLVMELLAM, altero vero AD FRETVM AD STATVAM. In Ravennate L. V. C. 2. *Civitas Columna Regia.* at L. IV. C. 32. *Columna Rhegia.* unde pæne improbem Cluverii conjecturam, *Columnam Rhegiam* in Plinio damnantis, ac *Rheginam* ſubſtituentis. Fuit ad ripam dexteram fluvii, qui *la Catona* dicitur, unde nunc in Siciliam uſitatus eſt trajectus, ut L. Holſteinius ſcribit in notis ad Ital. Ant. Cluverii p. 301. WESS.

ITEM AB VRBE APPIA VIA RECTO ITINERE AD COLVMNAM M. P. CCCCLV.] *Regium exemplar hujuſmodi titulum præfert, & ſummam manſionum* CCCCLX. *Blandinianum confecto ſuperiori itinere* Appiam *habet, & ſubdit:* Item ab urbe recto itinere ad Columnam mpm. CCCCLV. Sic. *Neap.* Iter ab urbe recto itinere ad columnam mpm. CCCCLV. Sic. *Longol.* Iter ab urbe Appia recto itinere ad columnam mpm. CCCC. LV. Sic. *Cenſor* Appius, *ut Frontinus L. 1. de Aq. duct. auctor eſt, viam Appiam à por-*

LVMNAM. M. P. CCCCLV. Sic.
ARICIA. M. P. XVI.
TRIBVS TABERNIS. M. P. XVII.
APPI FORO. M. P. X.
TARRACINA. M. P. XVIII.
FVN-

à porta Capena Capuam uſque tantum munivit: Strabo vero, qui ætate Auguſti, & Tiberii commentabatur, Brundiſium uſque ſuo tempore peragratam tradit. Tacitus itidem viæ Appiae, Brundiſium uſque, Annal. 2. 30. meminit. Protulit, *inquit*, libellos vecordes adeo ut conſultaverit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundiſium uſque pecunia operiret. SVR.

ITER AB VRBE APPIA VIA RECTO ITINERE AD COLVMNAM] Viam Appiam primo Capuam uſque fuiſſe munitam certiſſimum eſt. Vide præter alios Diodorum L. XX. p. 773. ubi ad Capuam intervallum viæ ſtadiorum plusquam millium, Ἀφέστηκε σταδίων πλειόνων ἢ χιλίων, fuiſſe adfirmat, quod & hoc itinere comprobatur. In numeris noſtri libri conſentiunt, nec tamen aequant ſpatia manſionum, ut conferenti patebit. WESS.

ARICIAM M. P. XV.] *Regium* atricia M. P. XVI. *Blandinianum* atricia mpm. XVI. *Reliqua* atritia mpm. XVI. *In Ptolemaei, & Stephani Bizantii libris* λαπίνων Ἀρίκια, *ſive* Ἀρίκεια. *Strabo lib. 5. p. 239.* μετ' ὀλίγον δὲ τὸ Αλβανον Ἀρίκια ἐστὶν πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ σταδίοις δ' εἴσιν ὀκτὼ τῆς Ῥώμης ρξ'. *In Horatii vetuſtis exemplaribus L. 1. Eclog. 5. v. 1.*

Egreſſum magna me excepit Aricia Roma.

SVR.

ARICIA] Ariciam XVI. M. P. Itinerarium Hieroſolymitanum Roma quoque ſeparat. Nec plura agnoſcit Scholiaſtes Lucani, nuper ab Ondendorpio vulgatus, L. VI. 75. *Incluſus*, inquit, *tantum loci occupavit, ut ſedecim millia teneret. Tantum enim Aricia diſtat à Roma.* In Strabone fuiſſe videtur ὀκτὼ εἴκοσι, ut Cluverius & Holſteinius jam monuerunt: Tot enim ſtadia Dionyſius Halicar. & Philoſtratus inter utramque urbem interponunt. WESS.

TRES TABERNAS M. P. XVII.] *Manuſcripta, & Longol. auferendi caſu*, Tribus Tabernis. *Cicero ad Atticum lib. 2. epiſtol. 12.* Emerſeram, *inquit*, commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipſis Cerealibus. *Et D. Lucas in Actis Apoſt. C. 28.* Et inde cum audiſſent fratres, occurrerunt nobis uſque ad Appii forum ac Tres Tabernas. SVR.

TRIBVS TABERNIS] Non eſt obſcura harum Tabernarum memoria. Refert Victor in Epitome Severum Caeſarem ab Herculio Maximiano *Romae ad tres tabernas* fuiſſe exſtinctum. Videri poſſent prima fronte diverſae ob *Romae* additam vocem. Sed ſi Zoſimum adeas L. II. C. 10. non Romae, verum ad *tres tabernas* eum occiſum animadvertes. Id dubium eſt, quae illae *tabernae?* Illuſtris Scaliger ad Euſebium n. MMCCCXXIII. eo inclinat, ut in agro Ravennate quaerendas arbitretur, quod plures Severum Ravennae occiſum memorent. Non eſſe tamen audiendum virum maximum Anonymus Valeſii docebit, *in villa publica Appiae viæ triceſimo milliario* cuſtoditum ac dein contrucidatum referens. Fuit ergo *villa* illa *publica* III. M. P. à Tabernis. nam quod Valeſius opinatur, *tres Tabernas* XXX. M. P. Roma disjunctas fuiſſe, id ſecus eſt. Tabula, qua nititur, omnium conſenſu vitioſa eſt in intervallo inter Bovillas & Ariciam. WESS.

APPI FORVM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. X. *Reliqua* XVIII. *Cicero eodem ad Atticum libro Epiſt. II.* Ab Appii foro hora 4. dederam aliam paulo ante à Tribus Tabernis. *Horatius* Aricia forum Appii *veniſſe ſcripſit.* SVR.

APPI FORO] Libri noſtri *Api foro M. P. XVIII.* Verior tamen videtur X. M. ſumma, quam Regius habet Suritae codex. Tabula totidem agnoſcit, quamquam *Appii forum* eſt omiſſum. Vidit & hoc Cluverius, ex conjectura X. M. P. refingens. Eſt autem tanto ea melior, quod ex columnis, nunc etiam exſtantibus, manifeſtum fiat, forum hoc inter XLII. & XLIII. lapidem fuiſſe, teſtificante L. Holſteinio Not. ad Cluverii Italiam p. 219. WESS.

TARRACINAM M. P. XXVIII.] Tarracina M. P. XXVIII. *habet Regium exemplar:*

FVNDIS. M. P. XVI.
FORMIS. M. P. XIII.
MINTVRNIS. M. P. IX.
SINVESSA. M. P. IX.
CA-

Blandinianum, & *Neapolitanum* Terracina XVIII. MPM. *Longolianum* Terracina mpm. XVII. *Sed Stephano* Ταρρακίνα. *Livius libro* 4. C. 59. Anxur fuit, quæ nunc Tarracinae ſunt, urbs prona in paludes. *Ptolemaeo item plurium numero* Ταρρακίναι. *Panvinius Onufrius diligens vetuſtatis perſcrutator ab* Appi foro *ex Antonini itinerario, ante Tarracinam* Privernum *adjecit: quod oppidum, neque in vetuſtis, neque excuſis legi. Idem in librum Faſtorum* 2. *vetuſtæ inſcriptionis monumentum profert*, CVR. R. P. TERRACINENS. SVR.

TARRACINA] Credo Onuphrium de ſuo *Privernum*, quod Itineraria ignorant, eſſe admenſum. Vide Romam ejus p. 106. WESS.

FVNDOS M. P. XVI.] *Habent Blandinianum & Neapolitanum exemplar, & Longolianum auferendi caſu: & eodem caſu Regium exemplar* M. P. XIIII. SVR.

FVNDIS] Codicis Regii ſcriptura à vera diſtantia non longe abeſt, quæ XIII. M. P. fuit, ut ex alio itinere & Tabula ac Hieroſolym. Itiner. liquidum eſt. WESS.

FORMIAS M. P. XIV.] *Regium* Formis M. P. XIIII. *Reliqua* Formis mpm. XIII. *Cicero*, Ita ſe gerant, *inquit ad Q. Fratrem libro Epiſtolarum primo Epiſt. I.* 6., in iſtis Aſiaticis itineribus, ut ſi iter Appia via faceres: neve intereſſe quicquam putent, utrum Tralleis, an Formias venerint. SVR.

FORMIS] Hoc ſpernendum non eſt. vetus inſcriptio in Montfauconii Diar. Ital. p. 390. AELIVS MAXIMVS FORMIS. Quod tamen pro *Formiis* poſitum. Vide Theſaur. p. CCCXCI. 2. WESS.

MINTVRNAS M. P. IX.] *Habent Blandinianum exemplar, & Neapolitanum auferendi caſu. Longolianum*, Minturnis XIIII. *& corrigitur* IX. *In Regio defecere, nulla lacuna relicta: cum poſtea idem exemplar à Tarracina Beneventum* Formiis Minturnas M. P. IX. *aſſignet. Ad oſtium Liris amnis, circa Veſtinum, ac Falernum agrum* Minturnae colonia *Livio lib.* 10. *Cap.* 21. *Inde Horatio*, Minturnae paluſtreis *lib.* 1. *Epiſt.* 5. ℣. 4. SVR.

MINTVRNIS] Novem M. P., quæ huic & ſequenti manſioni apponuntur, bene habent. Eadem interponit Itiner. Hieroſolymitanum, & Strabo L. V. p. 233. WESS.

SINVESSAM M. P. IX.] *Regium exemplar* Sinueſſa M. P. XIIII. *In Reliquis* Sinueſſa M. P. IX. *Infra de* Sinueſſa, *ut forte hoc loco* Sueſſa *legendum eſſet in* Campanorum *mediterraneis à Ptolemaeo commemorata.* SVR.

CAPVA M. P. XXVI.] Aberat hæc urbs a Vulturno III. M. P., ſi verum tradidit Aſconius, cum nova illi fluvio ſit proxima. Veteris reliquiæ ſuperſunt in vico, quem *S. Maria di Capoa* appellitant, uti oſtendit Camillus Peregrinus in eleganti diſſertatione *dell' antico ſito di Capua.* Exuſta ea eſt anno DCCCXLII, conditaque ejus loco ad Vulturnum nova eſt poſt XII. circiter annos. Vide Joan. Abbatis Caſinenſis Chronicon. C. 2. & eruditiſſimum diſſertationis de Ital. Geographia Medii ævi p. CCLXXII. auctorem. WESS.

NOLA M. P. XXI.] Brevius facit intervallum Epiſcopus urbis hujus Paullinus Carm. ad Cytherium.

Ab urbe Capua, quæ loco ſedis meae
Bis dena diſtat millia.

Longe vero plus detrahit ſpatio, quod Romam inter & Nolam erat. Verba adſcribam ex Natal. III. S. Felicis ℣. 64.

Roma Petro Paulloque potens rareſcere gaudet
Hujus honore die, portaque ex ore Capenae
Millia profundens ad amicæ moenia Nolae
Dimittit duodena decem per millia denſo
Agmine, confertis longe latet Appia turbis.

Itinerar. Hieroſolym. a Capua Romam numerat CXXXVI. M. P. totidem fere iter hoc. Si acceſſerint millia paſſuum, quæ Capua Nolam disjungunt, major cum Paullino diſcordia naſcetur: Nec illa tamen quamtumvis *quindena decem* legeris, prorſus ſopietur. Haud equidem dubitem de mendo, quod illis inoleverit verſibus. WESS.

NVCERIAM M. P. XVI.] *Regium* Nuce-

ria

CAPVA. M. P. XXVI.
NOLA. M. P. XXI.
NVCERIA. M. P. XVI.
IN MEDIO SALERNO AD TANARVM. M. P. XXV.
AD

ria M. P. XV. *Reliqua* XVI.. *Panvinius Onufrius ex Antonino inter Nolam & Nuceriam* Neapolim *adjungit. Cum Antoninus poſtea iter ſeorſim à Tarracina Neapolim ducat. Hæc* Nuceria, Picentinorum *Ptolemæo eſt: cum aliæ tres ab eo auctore recenſeantur. Prima in* Gallia Togata, *& ſecunda in* Umbrorum *regione, & tertia* Apulorum, *quæ &* Luceria *in Livii exemplaribus. Plinius lib.* 3. 9. alluente vero Sarno amne ager Nucerinus, & IX. M. P. à mari ipſa Nuceria. SVR.

IN MEDIO FALERNO.] Quidam *Salerno* legunt, ſed male. Alii *per medium Falernum.* Indicat enim viam tranſire per Falernum agrum Campaniae. SIML.

IN MEDIO FALERNO AD TANARVM M. P. XXV.] *In Reg. poſt* Nuceriae *manſionem* ad Tanarum M. P. XXVIII. *Bland. vero & Long.* In medio Falerno ad Tanatum mpm. XXV. *Neap.* In medio Falerno ad Tanatum mpm. XXV. *Mirum certè eſt in regione, qua vix ullum reperitur, ut eſt apud poetam,* ſine nomine ſaxum, *nullam hujus, ſive oppidi, ſive fluminis à tot auctoribus fieri mentionem: ut jure merito hic à viris doctis locus ſit expendendus. Neque tamen verebor indicare, quod in primis celatum decreveram, tametſi hæc ad aliquam conjecturam faciendam fortaſſe pertinere poſſunt. Suſpicor enim* Acerras *oppidum hac ab Antonino deſignari manſione, quod à Strabone libro* 6. Acerrarum imperium, *& ejuſdem nominis Colonia,* Nolae, *&* Nuceriae *bis adjungantur. Livius item lib.* 27. *C.* 23. Nucerinos & Acerranos querentes ubi habitarent non eſſe, Acerris ex parte incenſis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad Senatum miſit: Acerranis permiſſum, ut ædificarent, quæ incenſa erant. Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare juſſis, traducti. *Arbitrabar ex eo in errorem librarios inductos, quod ex dictione* Acerras, *more ſuo, auferendi caſu* Acerris *ſcripſiſſent: & cum ab alio earum regionum forte non ignaro,* in medio Falerno *locum deſignari contigiſſet in libri margine, ut locum patefaceret, quo via, quæ Rhegium duceret per Bruttios, & Lucanos, & Samnium in Campania,* Appiae *adjungebatur,* (*cujus Strabo libro* VI. *mentionem facit continenti ſcriptione*) In medio Falerno Acerrarum *deſcripſerint: ac poſtea vigente inſcientia librariorum,* In medio Falerno ad Tanarum *emendatum ſit. Aldini libri* ad Canaram *habent. Præterea illud obſervandum videtur, plures in hoc Itinerario recenſeri manſiones, quibus* In medio *nomen ſit inditum: ut ad mediam itineris ſtationem pervenisſe, inter duo celebria oppida indicarent: quod inibi manſio conſtituta eſſet, deficiente oppido, aut vico: ſed ſi id ſignificatur, in ſequenti manſione* ad Calorem XXV. M. P. *aſſignanda erant: non* XXIIII. *ut media pars eſſet itineris nempe* M. P. L. SVR.

IN MEDIO SALERNO AD TANARVM] Noſtrorum librorum excerpta *in medio Salerno,* quod ego recipiendum arbitratus ſum. Falerni agri, circa Capuam Vulturnumque flumen, ratio hic haberi poteſt nulla. Nec *Salernum* ſine difficultate eſt. Aberat VIII. M. P. Nuceria, ut Tabula docet, hodiernaque diſtantia. Non ergo proprie *in medio Nuceriae & ad Tanarum* erat poſitum. Credo voluiſſe ſcriptorem, Salerno iter fuiſſe ad Tanarum, quæ manſio *in medio* erat ſpatio inter Nuceriam & Marcelliana. Salernum veteribus Romanis ignoratum non fuit. Quod vero nunc in ora eſt maritima, id recte Ph. Cluverius ſedem migraſſe animadvertit. Novum Salernum opus eſt Arichis Longobardi. Erchempertus Hiſtoriae Longobardicae C. 3. *Francorum territus metu inter Lucaniam & Nuceriam urbem munitiſſimam & præcelſam in modum tutiſſimi caſtri idem Arichis opere mirifico munivit & nova fabrica reparavit. Quæ civitas propter mare contiguum, quod Salum appellatur & ob rivum, qui dicitur Lirinus, ex duobus corruptis vocabulis Salernum appellabatur.* Inepta quidem hæc originatio eſt, jamque exploſa à doctiſſimo auctore Diſſertat. Chorograph. Italiae medii ævi p. CCLXXI., firmat tamen Caroli M. ætate Salernum fuiſſe inſtauratum. Quæ Surita de *Acerrarum imperio* ex Strabone notat, non bene

AD CALOREM.	M. P. XXIIII.
IN MARCELLIANA.	M. P. XXV.
CAESARIANA.	M. P. XXI.
NERVLO.	M. P. XXXVI.
SVMMVRANO.	M. P. XIIII.
CAPRASIS.	M. P. XXI.
CONSENTIA.	M. P. XXVIII.
AD SABBATVM FLVVIVM.	M. P. XVIII.

AD

capio. *Acerrarum* meminit Geographus L. V. p. 247., & 249. WESS.

AD TANARVM.] Alii *Thamarum* vel *Canarum*. SIML.

AD TANARVM] Sigonius edendum curavit, *Ad Tanarum ad Sarnum flumen*. SCHOTT.

AD TANARVM] *Tanarum* noſtræ ſchedæ. *Falerno ad Tanarum* liber Fabricii. In Frontino de Coloniis p. 137. memoratur *Tamirum oppidum*, quod Imp. Hadrianus cenſuerit. Eruditiſſimus Wilh. Goeſius id cum hac manſione compoſuit, haud puto bene. Manſio enim hæc ad fluvium fuit. In Frontino *Camerium* fortaſſe verius erit. Fluminis nomen erat *Tanager* Vibio Sequeſtre auctore. Meminit ejuſdem Paullinus Natal. III. Felicis v. 60.

Quique
Uſentem Sarnumque bibunt, qui ſicca Tanagri,
Quique colunt rigui felicia culta Galeſi.

WESS.

AD CALOREM M. P. XXIIII.] *Et manuſcripta, & Longolianum habent. Fluvium deſignari certum eſt: & hoc ſæpe in Itinerario hoc uſu venit, ut ſine cognomento dictionis* fluminis, *nomina ipſorum fluminum apponantur. Ut* Gallicum fluvium *pro* ad Gallicum fluvium & Caput Thyrſi. *Livius libro* 24. 14. Et ad Beneventum velut ex compoſito, parte altera Anno ex Bruttiis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Grachus ab Luceria acceſſit: qui primo oppidum intravit. Deinde ut Annonem III. M. ferme ab urbe ad Calorem fluvium caſtra poſuiſſe, & inde agrum populari audivit, &c. *Et libro* 25. *C.* 17. Sunt qui in agro Beneventano prope Calorem fluvium oſtendant a caſtris cum lictoribus, ac tribus ſervis lavandi cauſa progreſſum. *Et paullo poſt.* Si illis, qui ad Calorem fluvium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hoſtes potiti ſunt. *Vibius Sequeſter*, Beneventi *oppido junctum tradit fluvium* Calorem. SVR.

AD CALOREM] Et hic *flumen* addit codex Caeſarauguſtanus. SCHOTT.

AD CALOREM] Quae de *Calore* agri Beneventani fluvio H. Surita attulit, nihil ad hunc Dionyſium. Sumus in Lucania, longe à Benevento. Eſt quidem inibi amnis, quem *il Calore* nunc vocitant, in Silarum influens, nec commode tamen ſedem hic tuetur. Monuit egregius L. Holſteinius inter Marcelliana, quæ *Polla* eſt, & Nuceriam LI. M. P. à Cluverio eſſe inventa: totidem antiquiſſimus lapis apud Gruterum p. CL. 6. *Pollae* repertus interponit. Qua ergo ratione *Ad Calorem M. P. XXIIII.*] hic ſe defendent? Holſteinius ad Ital. Antiq. Cluverii p. 285. omnia tollenda arbitratur. Videri certe poſſunt ex ſuperioribus nata: Codex Vaticanus anteriorem manſionem *ad Canarum*, hanc ad *Codorum* appellat, manu pæne nos ad ejuſcemodi ſuſpicionem ducens. WESS.

IN MARCELLIANA M. P. XXV.] *Reg. exemplar* In Marcelliana M. P. XXV. *Reliqua vero* In Marcelliana mpm. XXV. SVR.

IN MARCELLIANA] A Marcello nomen accepit. Nunc *Polla* eſt, ut ante dictum. Vide Holſteinium in Ital. A. p. 292. WESS.

CAESARIANA M. P. XXI.] Vir doctiſſimus, quem tantum quod laudabam, ibi locat, ubi nunc *Caſal novo:* Convenit in eum locum intervallum. Vide p. 293. WESS.

NERVLVM M. P. XXXVI.] *In Regio* Nerulo M. P. XXIII. *Blandinianum* Nerulo mpm. XXXVI. *Neapolitanum* Nerulo mpm. XXXIIII. *Longolianum* Nerulo mpm. XXXVI. & XXXIIII. *corrigitur.* SVR.

NE-

AD TVRRES. M. P. XVIII.
VIBONA. M. P. XXI.
NICOTERA. M. P. XVIII.
AD MALLIAS. M. P. XXIIII.
AD COLVMNAM. M. P. XIIII.
A CAPVA BENEVENTO. M. P. XXXIII.
ITER A CAPVA EQVO TVTICO, VBI CAMPANIA LIMITEM HABET. M. P. LIII. Sic.
CAVDIS. M. P. XXI.
BENE-

NERVLO] Noſtri libri XXXIII. M. P. *Nerulo* adjungunt. Vulgatum verius videtur. WESS.

SVMMVRANVM M. P. XIIII.] *Regium auferendi caſu* M. P. XIII. *& Longolian. Blandinianum verò & Neapolitanum eodem caſu* mpm. XIV. *cum ſupra* Nerulo Summuranum XVI. M. P. *aſſignentur.* SVR.

SVMMVRANO] Sedecim illa millia reſpondent Lapidi milliario Gruteri p. CL. 6., Marcelliana inter & Muranum LXXIIII. M. P. ponenti, unde & veriora opiner. WESS.

AD SABBATVM FLVVIVM M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Ad Sabutum fluvium M. P. XV. *Bland.* Ad Subbatum fluvium mpm. XIX. *Neapol.* Ad fluvium Sabatu mpm. XVIII. *& Long. libri* Ad Sabbatum fluvium M. P. M. XIX. *& milto.* XVIII. *corrigitur. Supra* Conſentia *ad* fluvium Sabbatum *eadem* XVIII. mpm. *deſignantur.* SVR.

VIBONEM M. P. XXI.] *Regium exemplar* Vinoba: *& numerus milliarium deficit. Blandinianum* Vibona XXI. *atque item Neapolitanum & Longolianum exemplar. Superiori itinere ad fluvium* Angitulam *deflexit: & hoc recta via* Vibonem *ducit. Strabo poſt* Conſentiam, Hipponium *eſſe Locrorum ædificium, quod Bruttiis obtinentibus Romani eripuerint, & mutato deinde nomine* Οὐιβώναν Οὐαλέντιαν *adpellarint. Plinius lib.* 3. 10. *item* Hippo, *quod nunc* Vibonem Valentiam *adpellamus: ut corrigendus ſit Ptolemaei locus* Οὐίων Οὐαλέντια *&* Οὐίβων Οὐαλέντια *legendum.* SVR.

VIBONA] Vibona libris vetuſtis probatur, neque refragantur Tabula & Ravennas, qui *Vibona Valentia.* Manſionum ſpatia bene habent. Lapis, de quo antea, Coſentiam Valentia disjungit LVII. M. P. alter vero Locros Valentia removet XXXXV. A BIBONA AD LOCROS MILLIARIA XXXXV. eſtque argumento codicum ſcripturam non eſſe deſerendam. WESS.

NICOTERAM M. P. XVIII.] *In Regio recto caſu, ſuo more, & numeri deſunt. Reliqua* M. P. XVIII. SVR.

AD MALLIAS M. P. XXIIII.] *Hac etiam manſione in Regio numeri deſunt. Reliqua* XIIII. *Cum ſuperiori itinere* Nicotera ad Mallias M. P. XXIV. *deſignantur.* SVR.

AD COLVMNAM M. P. XIIII.] *In Regio* M. P. XVIIII. *manifeſto errato: cum ſupra* M. P. XIIII. à Malliis ad Columnam *omnia definierint exemplaria: & reliqua in eum numerum hoc loco conſentiant.* SVR.

A CAPVA BENEVENTVM M. P. XXXIII.] *Regium*, XXIII. *Blandinianum* XXXIIII.; *& reliqua* XXXIII. SVR.

A CAPVA BENEVENTO] In numeris libri noſtri conſentiunt, niſi quod uni Pariſienſium adſcriptum eſt: *uno minus.* Nihil diſſentit Itin. Hieroſolym. *Beneventum* colonia fuit, *concordiae* nomine, ut Frontinus docuit. Vetuſtus lapis inter Gudianos p. XCIII. 4. COLONIA IVLIA CONCORDIA AVG. FELIX BENEVENTVM DEVOTA MAJESTATI AVGG. WESS.

VBI CAMPANIA LIMITEM HABET] *Non habentur in Reg. exemplari: & in reliquis apponuntur.* SVR.

VBI CAMPANIA LIMITEM HABET] *Ubi Campania limitem habuit M. P. LIV.* ita Sigonius. SCHOTT.

VBI CAMPANIA LIMITEM HABET] Noſtræ ſchedae cum Suritae libris conſentiunt. Terminatam fuiſſe Campaniam ad Equum Tuticum verum eſt. *Trivicum*, quod Equo Tutico haud longe aberat, *in finibus Campaniae* poſitum erat, Schol. Horatii L. I. Eclog. V. 79. docente. Ponit & hic *finem Apuliae & Cambaniae*

BENEVENTO. M. P. XI.
EQVO TVTICO. M. P. XXI.
AB EQVO TVTICO PER ROSCIANVM REGIO. M. P. CCCCLXXVIII. Sic.
SENTIANVM. M. P. XXXIII.
BALEIANVM. M. P. XXIIII.
VE-

Itiner. quoque Hierosolymitanum. Vide Camil. Peregrinum Differt. II. de Ducatu Beneventano. WESS.

CAVDIVM M. P. XXI.] *Manuscripta* Caudis mpm. XXI. *Longolianum* Claudiis M. P. M. XXI. & *milto* Caudis. *Livio L.* 9. 1. Caudium: *unde* Caudini *populi* & Caudini *Lentulorum cognomen, ob res bene ad* Caudium *gestas. Ptolemaeo* Καύδιον. SVR.

CAVDIS] *Caudis* est in omnibus fere. *Claudiis* Itiner. Hierosolym. cui *Claudis* libri Cusani accedit. Simile peccatum in Frontino de Colon. p. 137. admissum est. *Claudium oppidum, muro ductum. Iter populo debetur per pedes L. à Caesare Augusto coloniae Beneventanae cum territorio suo est adjudicata.* Caudium esse debere ex alio Frontini loco & lapide Gudiano, quo de ante, apparet. IN TERRITORIO SVO QVOD CINGIT ETIAM CAVDINORVM CIVITATEM MVRO TENVS. Sic ibi Beneventani. Retinui quod libri dabant. Medio enim ævo hoc numero scriptores usi sunt: Leo Ostiensis L. I. Chr. Casin. C. 18. *Casale in Caudis.* & L. 2. C. 8. *In Valle de Caudis.* Fuisse Caudium, ubi nunc Arpadium conspicitur, egregie demonstravit L. Holsteinius in notis ad Ital. A. Cluverii p. 267. Idem haud obscure colligitur ex his Alexandri Abbatis L. III. de Reb. Gest. Rogerii C. 33. *Post haec quoque gradiens Vallem Caudinam expetit, ejus cupiens qualiter se haberent oppida videre, Arpadium scilicet montemque Sartium.* WESS.

AB EQVOTVTICO PER ROSCIANVM] *Regium* per Ruscianum: & *in eodem itinere* Roscianum: *Reliqua* per Roscianum. *Nunc* Rossanum *esse arbitratur Gabriel Barrius Calaber, qui sui situs, ut Plinii verbis utar, diligentissimus auctor merito est aestimandus. Is ex Procopio libro* 3. *C.* 28. *de bello Gothorum juxta* Lambulam *vallem, angustumque aditum ad litus* Russia *esse promuntorium Thuriorum, memorat. Atque eadem prodidisse Agathiam libro* 4. *Valerianum praterea Episcopum* Rossanensem *interfuisse Synodo Constantinopolitanae* VI. *sub Agathone.* SVR.

AB EQVOTVTICO PER ROSCIANVM] Procopio L. III. C. 28. Ῥωσία est τῶ Θουρίων ἐπινείου *Thuriorum navale.* at C. 30. *castellum* Ῥωσιάνον φρούριον appellat. *Rossana* est Guiliel. Appulo L. II. de Normannis non longe à fine.

Ducemque salutat
Partibus in Calabris, hinc ad loca cetera transit.
Tunc Rossana potens, Cosentia fortis in armis,
Tum quoque dives opum Geracia subditur illi.

Munitum fuisse à Rogerio testis est Gaufr. Malaterra L. III. Hist. Sicul. C. 1. *Dux vero à Sicilia in Calabriam veniens, apud Russanum ejusdem provinciae urbem dolentibus urbicolis castellum firmavit.* Servat hoc nomen in nostra usque tempora. Sigonius, quod Schottus monendum duxit, *per Ruscia Rhegium* habet. WESS.

RHEGIVM M. P. CCCCLXXVIII.] *Manuscripta* & *Longolianum*, Regio M. P. M. CCCCLXXVIII. *sed adspirandam esse* Rhegii *dictionem, etymi ratio docet ex Strabone cum* ἀπὸ τῆς ῥαγῆναι, *id est ab avellendo, nomen inditum urbi sit. Inde Plinius L.* 3. *C.* 8. Ab hoc, *inquit*, dehiscendi argumento, RHEGIVM Graeci nomen dedere oppido, in margine Italiae sito. SVR.

REGIO] Nimia sollicitudo est Suritae. *Rhegium* & *Regium* Latini dixere. Lapis Miliarius Gruteri p. CL. 6. VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM. Guil. etiam Appulus *urbem Reginam* saepe appellat. De vocis origine Straboni nihil certi constitit, ut ex L. VI. p. 258. patet. Urbem hanc *Rhegium Junii ad discrimen Regii Lepidi in Gallia Cisalpina* appellari Pandulphus Collenutius L. I. Hist. Neapol. p. 7. affirmat. Male, si ita scripserit. Ῥήγιον Ἰούλιον Ptolemaeo dicitur, *urbs* vero *Regio Julii* Ravennati L. V. C. 1. Hinc MVNICIPES RHEGINI

VENVSIA.	M. P. XII.
AD PINVM.	M. P. XII.
YPINVM.	M. P. XXXII.
CAELIANVM.	M. P. XL.
HERACLEA.	M. P. XXVIII.
AD VICENSIMVM.	M. P. XXIIII.

TV-

GINI IVLI in Thesauro p. CLXXIV. Titulum habent ab Augusto, qui urbi exhaustæ ex classe supplementum dedit, uti ex Strabone Ch. Cellarius jam monuit. Pæne omiseram, oræ codicis Parisini appictum esse, *hic VI. sunt super.* Quod falsum esse mansionum numeros obeunti apparebit: plura enim M. P. edunt. WESS.

SENTIANVM M. P. XXXIII.] *Regium* Sentianum M. P. XXXII. *Reliqua* Sentianum M. P. M. XXXIII. SVR.

VELLEIANVM M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Beleianum M. P. XXXIIII. *Reliqua* Baleianum mpm. XXIIII. *Mihi* Velleianum *aptius scribere placet: quod harum mansionum* Sentianum, Velleianum, Caelianum, *uti prædiorum, aut prætoriorum nomina ab ipsis dominis sumpta esse videantur.* SVR.

BALEIANVM] Magnus librorum in hujus nomine mansionis est dissensus. Editi vetustiores cum Vossiano *Baleianum. Balcianum* ex Vaticano Schelstrate publicavit, natum librarii peccato ex priore. *Baseianum* Parisienses præferunt schedae. *Velleianum* fieri potest, ut genuinum sit. Ego, in re dubia, quod potiores libri dabant, amplectendum censui. WESS.

AD PINVM M. P. XII.] Sic omnes libri. XXII. M. P., quæ Surita adjecit, fuerintne in libris dicere non habeo. Nomen locus accepit ab ingenti aliqua pinu, quæ viæ adposita erat. Simili modo *Ad Pirum* XII. M. P. ab Herdonia in Tabula, pluraque alia. WESS.

YPINVM] Vel *Opinum*. SIML.

YPINVM M. P. XXXII.] *Regium* Ipnum M. P. XII. *Bland.* Ypinum M. P. M. XXXII. *Neap.* Ympinum mpm. XXXII. *Long.* Ypinum mpm. XXXII. *& milto* Inpinum, *ut ex varia dictionis scriptura veram elicere minime possim.* SVR.

YPINVM] *Opinum* in suo indice Sigonius scripsit, Schotto monitore. *Impinum, Ypinum* & *Ypnum* in editis scriptisque libris conspicitur. Verum nomen est *Opinum*, quod cum *Upinum* scriberetur, varias mutationes subiit. In numeris summa codicum est concordia, nec dubium tamen est, quin vitio sint deturpati. Venusiam inter & Opinum hac tempestate XX. M. P. tantummodo enumerari Ph. Cluverius L. IV. Ital. A. C. 12. tradit. WESS.

CAELIANVM M. P. XL.] *Ptolemaeo in mediterraneis Apulorum Peucetiorum, juxta Venusiam* Κέλια. *neque affirmare ausim an ad hanc* Caelianam *mansionem quicquam pertineat.* SVR.

CAELIANVM] Unus Parisiensium *Celeianum. Cigliano* nunc vocitant. *Celia* Ptolemaei, unde *Celinus ager* Frontino de Colon. p. 127., haud longe à Botunto fuit. Ravennas L. IV. C. 35. *Juxta civitatem, quam prædiximus, Botuntos, est civitas, quæ dicitur Celia.* Vide Holsteinium p. 276. in Ital. A. Cluverii. WESS.

HERACLEAM M. P. XXVIII.] *Uno consensu legitur in manuscriptis, & Longoliano. Livius* Heracleae Tarentinorum coloniae *meminit libro VIII. C. 24. Plinius lib. 3. C. 11.* Sirin *antea vocitatam inter* Sirin & Acirin *amnes: eadem haud dubie est* Heraclea, *quæ ab Antonino* Vicensimo *adjungitur, & Straboni libro VI. p. 246.* Γεωγραφικῶν *post* Lagariam *paululum supra mare conlocatur.* Heraclea *enim* urbs *vertendum ab interprete erat, non una dictione* Heracleopolis. SVR.

HERACLEA] Vera est Suritae de Strabonis loco sententia; Ph. Cluverius eandem amplexatus est L. IV, Ital. An. C. 14., ubi de Heraclea disputat. WESS.

AD VICENSIMVM M. P. XXIV.] *Regium* ad Vicesimum M. P. XXIV. *Blandinianum* Ad Vincensimum mpm. XXIV. *Neapolitanum* Ad Vicensinum mpm. XXIV. *Longolianum* ad Vincesimum mpm. XXIV. *Gabriel Barrius* Vicenumum *appellat ex Antonino oppidum, quod nunc* Trebisatium *vocetur: ut in ea nomenclatura parum satis faciat.* SVR.

AD VICENSIMVM] Vigesimum lapidem à Thuriis intelligere oportet. Phil. Cluverius hoc situ oppidum *La Mendolata* habet: nec erat

TVRIOS.	M. P. XX.
ROSCIANVM.	M. P. XII.
PATERNVM.	M. P. XXVII.
METO.	M. P. XXXII.
TACINA.	M. P. XXIIII.
SCYLACIS.	M. P. XXII.
COCINTO.	M. P. XXII.

SVC-

tamen cur *Ad Viceſimum* ſcriptum velleſ. placuit hæc vocis ſcriptio multis. In veteri tabella Theſaur. p. CCIV. FRVMENTI PARTEM VICENSVMAM invenies. *Leges Vicenſimae*, de quibus A. Oſilius ſcripſit, memorantur Pomponio O. J. §. 44. Neque ignoti ſunt Aemilii Macri libri *ad legem Vicenſimam hereditatum*, ut vulgo non recte appellantur. WESS.

THVRIOS M. P. XII.] *In omnibus* Turios *legitur. Stephanus oppidum Italiae* Thurios, Thurias, & Thurium *cognominari tradit, ac* Thuriam. SVR.

TVRIOS] Adſpirationem noſtræ quoque ſchedae voci demunt, quamquam male. plura alio itinere. WESS.

PATERNVM M. P. XXVII.] *Habent manuſcripta & Longolianum. Idem Barrius urbem* Crimiſſam, Paternum *dictum aſſerit: & nunc* Cirum *dici: quæ poſt vaſtationem regionis, à Poenis Cretenſibus & Mauris inlatam, in* Bryaticum *translata ſit, & Abundantium* Paternenſem *Epiſcopum Synodo Conſtantinopolitanae 6. interfuiſſe ſub Agathone Papa.* SVR.

PATERNVM] Barrio aſſenſi ſunt Cluverius, Holſteinius atque alii. Viſum tamen aliud eſt Iſleo, quem ſequitur vir doctus, qui Diſſert. Chorograph. Italiae medii ævi congeſſit, ob Strabonem L. VI. p. 254. Ego ex Geographo *Crimiſam* & *Chonen* diverſas fuiſſe animadverto. At Paternum eo non fuiſſe ſitu, quo Crimiſa, indidem cognoſcere haud quivi. WESS.

METO M. P. XXXII.] *Legitur in Regio, Blandiniano & Longoliano. In Neapolitano vero* Meto mpm. XXII. SVR.

METO] Nihil diſſident noſtri libri. Legendum cum Cluverio eſt *Neeto*, quo nomine fluvius *Neaethus*, cujus originationem pete ex Schol. Theocriti Idyl. IV. 24. nunc eſt. WESS.

TACINA] Vel *Ticina*. Forte *Lacinium* SIML.

TACINA M. P. XXIV.] *In manuſcriptis & Longoliano habetur.* SVR.

TACINA] Videtur eſſe fluvius *Targines*, Plinio L. III. C. 10. memoratus. Eſt hoc tractu noſtro quoque tempore amnis, quem *Tacina* appellant. WESS.

SCYLACIS M. P. XXII.] *Scylacio* Sigonius. Vulgati *Scilacio*, & mox *Cocinto*, *Cocyntho* Sigon. SCHOTT.

SCYLACIS] Quod editum vides, in libris noſtris priſciſque editionibus eſt receptum. *Scyllacium* intellige, de quo Caſſiodorus L. XII. Variar. Ep. 15. *Scyllacium prima urbium Bruttiorum, quam Trojae deſtructor Ulyſſes creditur condidiſſe.* & dein: *Civitas ſupra Adriaticum ſinum conſtituta in modum botryonis pendet in collibus; non quod difficili adſcenſione turgeſcat, ſed ut voluptuoſe campos virentes & caerula maris terga reſpiciat.* Gaufr. Malaterra *Caſtrum Scillacium* nuncupare ſolet. Vide ejus L. I. Hiſt. Sicul. C. 33. WESS.

COCINTHVM M. P. XXII.] *Regium exemplar* Cocinto M. P. XII. *Blandinianum & Neapolitanum* Cocinto mpm. XXII. *Longolian.* Cocurto mpm XXII. *Plinius lib. 3. 6. de Italiae figura inquit*, ubi à medio excurſu Cocinthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emittens: Leucopetram dextra, Lacinium ſiniſtra. *Neque ſatis mihi liquet, an hac Antonini manſione promuntorium deſignetur, quod Plinius lib. 3. 15. perhibet longiſſimum Italiae eſſe aliquos exiſtimaviſſe. Sed cum juxta* Scyllacium Cocinthus *ab Antonino conlocetur, veriſimile fit, manſionem juxta id promuntorium deſignari. Ovid. lib. 15. Transformationum. ℣. 703.*

Scyllaeaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, levibuſque Amphyſſia remis
Saxa fugit dextra prærupta Cocinthia parte,
Zephyriumque legit, Caulonaque Nariciamque
Eyincitque fretum, Siculique anguſta Pelori.

SVR.

CO-

SVCCEIANO. M. P. XX.
SVBSICIVO. M. P. XXIIII.
ALTANVM. M. P. XX.
HIPPORVM. M. P. XXIIII.
DECASTADIVM. M. P. XXII.
REGIO. M. P. XX.
AB EQVOTVTICO HYDRVNTO AD TRAJECTVM. M. P. CCXXXV. Sic.
ECAS.

COCINTO] De manſione recte Surita. Cluverius oppidum *Caecinum* eſſe Itinerarii *Cocintum* arbitrabatur, reprehenſus propterea ab Holſteinio p. 303. *Cocinto*, quod libri præ ſe ferunt, revocandum exiſtimavimus. Nunc *Stilo* eſſe putatur, quo nomine Romualdo Salernitano jam notum fuit, ut ex Chronico An. ıɔcccclxxxı. liquet. De Ovidii verſibus vide Iſ. Voſſium ad Melam L. II. C. 4. Wess.

SVCCEIANO M. P. xx.] Abeſt hæc manſio ab editione Lugdunenſi, ſicuti ſequens à Baſileen. Libri noſtri habent, nec defuit illi, quem vir doctus conſuluit, cujus olim Fabricii fuit exemplar. *Sutteianum* Cuſani codex vocat. Wess.

SVBSICIVVM M. P. xxıv.] *Regium exemplar* Subſicivo M. P. xxıv. *Blandinianum & Longolianum* Subſcicivo M. P. xxıv. *Neapolitanum* Subcicino M. P. xx. Belifortum *oppidum eſſe Barrius affirmat. Nomen autem Ciceroni admodum uſitatum.* Subſiciva, *inquit Iſidorus*, ſunt propriè, quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſupervacua abjicit. Inde & ſubſicivi agri, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles, vel paluſtres. *Inde Plinius vetuſtorum exemplarium ſummo conſenſu* Subſiciviſque temporibus iſta curamus, id eſt nocturnis: ne quis veſtrum putet his ceſſatum horis, Subſicandi, *pro* Subſecandi, *verbo, veteres uſos fuiſſe certum eſt. De* Subſecivorum *generibus, ita enim in illis legitur libris, non* Subſicivorum, *Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: atque idem perhibet,* Domitianum *finem Subſecivorum ſtatuiſſe: & Aggenus Urbicus, per totam Italiam* Subſeciva *poſſidentibus donaviſſe, edictoque hoc univerſis notum feciſſe:* Subſecivorum *verò eam eſſe conditionem factam, quod ſilvæ, & loca aſpera in aſſignationem non venerint. De iiſdem Julius Frontinus de limitibus agrorum. Arguiè videtur Appulejus* Subſicivi *voce uti Apologia priore p.* 294. Pythagoram, *inquit*, Zoroaſtri ſectatorem, ſimiliterque Magiae peritum arbitrati, eum memoria prodiderunt, cum animadvertiſſet proxime Metapontum in litore Italiae ſuæ, quam ſubſicivam Graeciae fecerat *&c.* Svr.

SVBSICIVO] *Subſicivo* noſtris quoque ineſt, quo modo codex Memmianus in Suetonii Domitiano C. 9. *Subciſiva* ſuſe explicata dederunt Salmaſius in Solinum p. 480. & Wilelm. Goeſius in Antiq. Agr. C. 12. Wess.

ALTANVM M. P. xx.] *In manuſcriptis & Longol. legitur. Nunc* Suretum *vocari idem aſſerit Barrius.* Svr.

ALTANVM] *Altinum* unus Pariſienſium codicum. Wess.

HIPPORVM M. P. xxıı ıı.] *Omnia habent, quæ à nobis conferuntur exemplaria.* Felum *pagum eſſe idem memorat Barrius.* Svr.

HIPPORVM] Libri aut *Hypporum*, aut *Hipporum* appellant. Forte quod *ſub montibus* eſſet manſio, ὑπ' ὀρῶν appellata eſt, quæ Cluverii quoque ſententia eſt. Wess.

DECASTADIVM M. P. xxıı.] *In eiſdem legimus exemplaribus: nec video qua ratione permotus Barrius* Decalſtidium *vocet. Straboni in commemoratione Regum Alexandriae,* Ἐπὶ Σταδίου. Svr.

DECASTADIVM] Locus eſſe creditur, qui hodie incolis *Caſtitio* dicitur. Paſſuum millia xx. huc incidunt. Nec ita tamen dictus eſt manſionum, in quarum medio hic locatur, reſpectu: ab utraque longius fuit diſparatus. Wess.

M. P. ccxxxv. Sic.] *Reg. exemplar* M. P. cxlv. *Reliqua* ccxxxv. Svr.

AB EQVOTVTICO HYDRVNTO AD TRAJECTVM] Summam nimis adauget Vaticanus liber: cclxxxxv. M. P. ex eo Em. Schelſtrate vulgavit. *Trajectum* ex Hydruntino portu in Saſonis inſulam, quo de Strabo L. VI.

ECAS.	M. P. XVIII.
ERDONIAS.	M. P. XVIIII.
CANVSIO.	M. P. XXVI.
RVBOS.	M. P. XXIII.

BV-

p. 281. aut, quem *breviſſimum in Graeciam tranſitum* Plinius appellat L. III. C. 11. ad Apollinatum oppidum, intelligit. Wess.

EEAS M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Eſeas mpm. XVIII. Svr.

ECAS] Vitioſiſſimi in urbis hujus nomine libri ſunt. *Eſcas* edunt, pro *Ecas*, quod ex *Aecas* degeneravit. *Aecani* incolæ dicuntur Plinio L. III. C. 11. *Aecas* habet Hieroſolym. Itiner. *Ecas* Ravennas L. IV. C. 35. Nunc *Troja* dici ſolet, ut egregie L. Holſteinius ex Cuniferio in vita S. Secundini p. 272. condocefecit. Aſſentitur Romualdus Salernitanus Chronici An. CIↃXIII. *Hic in Apuliae finibus reædificavit civitatem diu dirutam, nuncupavitque eam Trojam, quæ antiquitus Ecana vocabatur. Ecas* vetuſtis libris inter ſeſe compoſitis, reformavi. Vide Gronovium ad Livium L. XXIV. C. 20. Wess.

ERDONIAS M. P. XVIIII.] *Regium* XVIII. *In reliquis vero* XVIIII. *Livio lib.* 24 *C.* 20. Ardoneae *nuncupantur. Plinio lib.* 3. C. 11. *in vett. exemplaribus* Herdonenſes *pro* Erdonienſes: *& male in excuſis* Hordonienſes. *Ptolemaeo in mediterraneis Apulorum Dauniorum* Ἐρδόνια. *Strabo libro vi. p.* 282. *Brundiſio Romam tendentibus duas vias fuiſſe*, una, *inquit*, mulis vectabilis per Peucetios, *qui* Poediculi *vocantur*, *& Daunios & Samnites uſque Beneventum, in qua via urbs eſt* Egnatia, *poſt eam* Caelia, *&* Neritum *&* Cauſium, *&* Erdonia. *Legendum enim* Neritum *arbitror, unde Plinio,* Neritini; *non* Netium. Svr.

ERDONIAS] Credo verius ex Strabone Harduinum Plinio L. III. C. 11. reſtituiſſe *Netinos.* Nam *Neretini*, quos eodem capite memorat, in Salentinis erant. *Ardoneas*, ſi modo Livius ita ſcripſerit, vero nomine alias appellare ſolitus, nihil ab Herdonia diſcrepare bene monuit Surita; Cluverius, cui aliud eſt viſum, notam Holſteinii commeritus eſt. *Ardona* Jul. Frontino p. 126. de Colon. dicitur, quo etiam nomine nunc inter amnes Cerbarum & Carapellam cenſetur. Wess.

CANVSIO M. P. XXVI.] Nota ſatis urbs eſt, quam medio ævo *Canuſiam* vocarunt. Vide veterem libellum Vulturnenſi Chronico inſertum de *Canuſia civitate* p. 449. *Canuſium* tamen Leo Oſtienſis in Caſinenſi Chronic. L. I. C. 60. Diſſitum eſt XXV. ſtadiis à Cannis, quinque vero dierum itinere à Brundiſio, Procopio auctore L. III. Bel. Goth. C. 18. Wess.

RVBOS M. P. XXIII.] Ruborum *nomen in Regio deeſt, & numerus* M. P. XXIII. *adponitur. In reliquis integra lectio manſit. Plin. L.* 3. *C.* 11. Rubuſtinos *populos recenſet, qui in exemplari Toletano* Rubiſini *cognominantur. Horatius* Canuſio *ſe* Rubos *veniſſe oſtendit Satyr.* 5. *v.* 94. *lib.* 1. *Sermonum.*

Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.

Quo loco miror, qui venerit in mentem Dionyſio Lambino, *egregio ejus auctoris commentatori, affirmare, eam urbem eſſe* Campaniae, *præſertim Poeta ipſo atteſtante* Canuſio, *quod* Dauniorum Apulorum *oppidum erat*, Rubos *perveniſſe*, *& qui antea prædixerat*,

Incipit ex illo montes Appulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus. ——

Svr.

RVBOS] Eſſe notat Bollandus ad vitam Laurentii Sipontini, editam die VII. Jan. qui *Rubos* cum *Rufris* Virgilii & *Rufrio* Livii idem eſſe oppidum exiſtiment: His ut neque accedit, ita nec obloquitur. Rectius L. Holſteinius in Ital. A. Cluverii p. 271. Rufrium & Rufras diſtinguit: hæ in Campania erant: illud in Hirpinis. *Rubuſtini* in Apulia incolebant, inibique eos collocat Frontinus de Colon. p. 127. *Civitas Rubi* & *Rubenſis* Epiſcopus memoratur in Chronico Lupi Protoſpatae An. CIↃLXXXII. Wess.

BVDRVNTVM M. P. XI.] *Et hujus itidem manſionis nomen in Regio deeſt exemplari numero* XI. *ſuperſtite. Blandinianum habet* Budruntus mpm. XI. *Neapolitanum exemplar* Bruduntos mpm. XI. Et *Longolianum* Bruduntus mpm. XI. *& milio corrigitur* Bruduntrus. *Plinius lib.* 3.

C. 11.

BVTVNTVS. M. P. XI.
BARIVM. M. P. XII.
TVRRIBVS. M. P. XXI.
EGNATIAE. M. P. XVI.

SPE-

c. 11. Butuntinenſes *nominat, manuſcriptis conſtantibus exemplaribus.* SVR.

BVTVNTVS] Eadem diſcordia in ſchedis noſtris conſpicitur. Verum eſt *Butuntos*, quod Tabula ſervavit. Itiner. Hieroſolym. *Botontones* cum eadem diſtantia. *Butuntum* Lupus Protoſpata An. CIↃX. appellitat: corruptum nomen eſt in Guil. Appulo L. III. de Norman. circa finem.

Legatus ab urbe
Forte Betontina fictos deferre jubetur
Rumores.

Butontina vel *Botontina*, ut apud Frontinum de Colon. p. 127. eſt, ſcripſerat. Meminit quoque Joan. Cinnamus L. IV. Geſt. Comnen. p. 159. Σκεψάμενοι τοίνυν ὁκ Βάρεως ἐις Βᾶζζαν ἦλθον, ἡμέρας ὁδὸν αὐδρὶ ὁπλοφορῶντι διέχουσαν. Vertit Tollius. *Habita ergo deliberatione, Bari ſunt Butolam profecti, iter unius diei, viro armato diſtantem*, ſatis negligenter. Βᾶζζαν venit à Cinnamo. WESS.

BARIVM M. P. XII.] *In Regio deeſt nomen manſionis: & numerus* XII. *permanſit. In Blandiniano* Varia mpm. XII. *& in libri margine eadem manu* Baria. *Neapolitanum* Varia M. P. M. XII. *& Longolianum* Vbaria M. P. M. XII. *& milto* Varia. *Horatius*, Rubis *profectus, inquit:*

Poſtea tempeſtas melior, via peior, aduſque
Bari moenia piſcoſi

Plinio L. 3. C. 11. Barion oppidum juxta Egnatiam, quod nunc ad maris litus Bari vocatur. *Tacitus An. xvj.* C. 9. Silanus tanquam *Naxum* deveheretur, Oſtia amotus, poſt municipio Apuliae, cui nomen eſt *Barium*, clauditur. *Strabo à Brundiſio* Barium DCC. *ſtadiorum ſpatium deſignat: & commune diverſorium vocat, & navigantibus & terreſtre iter facientibus. Ptolemaeo item Apulorum Peucetiorum* Ἐγνάπα, Βάριον. *Miror Jovianum Pontanum doctiſſimum veterum originum & antiquitatis aſſertorem* Baroli *voce, pro* Barii *uſum fuiſſe in proœmio, in libros* de Fortuna *à ſe compoſitos: cum Gonſalui Ferdinandi Magni res in Apulia geſtas miris extollit laudibus.* SVR.

BARIVM] Ego vero demiror, non advertiſſe Suritam, *Barolum*, de quo Pontanus, non eſſe *Barium*. Incluſit ſeſe Barulo Magnus Conſalvus, quo Nemorium Ducem ludificaretur, Galloſque viribus auctus invaderet & Regno Neapolitano exigeret. De ea ita Jovius in Conſalvi vita L. I. p. 237. *Urbs Barolum ab Heraclio Imp. ædificata fuiſſe fertur, idque facile indicat ænea pedeſtris ejus ſtatua, quæ in foro erecta conſpicitur. Portum habet jacta mole manu factum, ſed juſtæ claſſis minime capacem. Barlettam* nunc vocitant. In libris noſtris *Varia*, *Vania*. Idem in ſuis invenit Simlerus, notans, *Varia*, forte *Barium*, quod veriſſimum eſt. *Barra* vir doctus libro Fabricii adſcripſit. Nata hæc eſt diſcrepantia, quod collapſo imperio urbs *Bari* & *Vari*, ut ex Erchemperto aliiſque ad demonſtrandum eſt facile, diceretur. *Barium*, verba ſunt Scholiaſtae Cruquiani ad L. I. Eclog. V. Horatii, *civitas eſt Apuliae. Alia autem eſt, quæ Grammatico Theocliſto dicta eſt* Baris. Alia omnia invenies in ſcholiis, quæ Acroni tribuuntur. *Barium* Graecis Latiniſque recentioribus *Baris* ſæpiſſime eſt. Fieri tamen poteſt, ut Cruquii enarrator verum tradiderit. Eſt enim *Baris* in Calabria, quam *Veretum* ſuo tempore nuncupari Strabo L. VI. p. 281. docet. WESS.

TVRRES M. P. XXI.] *Hæc item manſio in Regio deeſt exemplari. In reliquis tamen* Turribus mpm. XXI. SVR.

TVRRIBVS] Habet hoc ſitu Tabula *Turrim Caeſaris.* Iter vero Hieroſolym. *Turres Julianas* & *Aurelianas.* Vide Phil. Cluverii Ital. An. L. IV. C. 11. WESS.

EGNATIAM M. P. XVI.] *Deſunt in Regio: Blandinianum* Egnatiae mpm. XVI: *& item Longolianum: ſed* Egnatia *corrigitur. Neapolitanum* Egnatia mpm. XXI. SVR.

EGNATIAE] *Egnatiae* etiam noſtri. *Gnatie* Tabula, quam Ravennas imitatur. Horatius.

Dehinc Gnatia lymphis
Iratis exſtructa dedit riſuſque jocoſque.

SPELVNCAS. M. P. XX.
BRVNDISIVM. M. P. XVIIII.
LIPIAS. M. P. XXV.
HYDRVNTO. M. P. XXV.
A BRVN-

Parietinæ ſuperſunt haud longe Monopoli, quæ ex ejus ruinis crevit. WESS.

SPELVNCAS M. P. XX.] *Eadem habent exemplaria: ſed in Regio deſunt.* SVR.

SPELVNCAS] *Speluncas* Tabula & Itiner. Hieroſolymitanum additis XXI. M. P. agnoſcunt. Credo numeros illos veriores eſſe, quos inferius Itinerarii auctor quoque addit. WESS.

BRVNDISIVM M. P. XVIIII.] *Habent Blandinianum & Neapolitanum: In Regio* Brundiſium M. P. XXIII. *Longolianum* Brunduſium mpm. XVIIII. SVR.

BRVNDISIVM] Alio itinere adpoſita ſunt VIII. M. P. In Tabula & Itin. Hieroſolym. magnus eſt diſſenſus. Poſitione, quæ ad ſemicirculi figuram accederet, fuiſſe videtur. Lucano inde *Curvum Brundiſium* L. V. 406.

Curvique tenens Minoia tecta
Brundiſii, clauſas ventis brumalibus undas
Invenit.

Brundiſium, quod vetuſtis libris receptum fuit, bonum atque rectum eſſe, docuit N. Heinſius ad Silium Italicum L. VIII. 576. WESS.

LVPIAS M. P. XXV.] *Manuſcripta cum Longoliano* Lipias mpm. XXV. Thurios *urbem prius* Sybarim *dictam Plutarchus, & Stephanus Byzantius prodidere: atque idem Stephanus perhibet* Copias *dictam in voce* Θέριοι, *cum legendum eo loco ſit* Λέπιαι, *& item in Strabonis Geographia libro 6. p. 263. & Pauſania in Eliacis C. 19. ac præterea Latinis auctoribus, Mela Pomponio, Plinio, atque hoc ipſo Antonini Itinerario: in quo duæ tanquam diverſæ manſiones* Thurii & Lupiae *recenſentur. Plinius hujus ſtationis mentionem feciſſe videtur lib.* 3. C. 11. Portus, *inquit*, Tarentinus, ſtatio militum Lupiae: *ita enim legendum arbitror, non* Lupin. *Illud etiam huic Itinerario cum Plinio rectè congruit, quod* Brundiſium ab Hydrunto L. M. P. *conſtituitur. Ptolemaeo etiam adjunguntur* Ὕδρας Λέπιαι, *ita enim legendum, non* Λέστιαι, *& Βρεντέσιον in* Calabriae *regione juxta pelagus Ionium, & Θέριον in ſinu* Tarentino *ſeponitur.* SVR.

LIPIAS] Stephanum Strabonis auctoritate bene defendit Berkelius. Neque improbem ejus & Holſteinii conjecturam in Ariſtophanis ſcholiis ad Nebulas. Id mireris, eundem Criticum ℣. 331. monere, Thurios à Pauſania Anthiam appellari. Παυσανίας δ' Ἄνθειαν αὐτὴν καλεῖ. Fefellit Grammaticum urbs *Thuria* in mediterraneis Meſſeniae, quam Pauſanias ab Homero Anthiam vocatam plures exiſtimare tradit in Meſſenic. C. 31. Quod vero Lupiam Pauſanias in Eliac. Poſter. C. 19. Sybarim olim fuiſſe credidit, in eo error eſt. Poſitus urbium earum rem manifeſtat. COPIAE, ut hoc addam, titulum Romani Thuriorum coloniae indidiſſe videntur, ob opes mercaturamque. Ita COL. COPIAE. CLAVD. AVG. LVGDVNENSIS meminit inſcriptio Theſauri p. XXX. 2. Retulit & Thurios Auguſti numum qui altera parte navim prætoriam & COPIA oſtentat, Triſtanus, diſſentiente Joan. Vaillantio in Coloniis p. 4. cui & ego acceſſerim. Fabrica rudior numi cum Hiſpanicis convenit. Verum in viam atque adeo ad Lupias, quas *Lipias* vetuſti libri appellant. Non longe hinc abit Gregorius M. L. V. Ep. 21. *Quia igitur Eccleſias Brunduſii Lippias atque Gallipoli, obeuntibus earum pontificibus, omnino deſtitutas agnovimus.* Ad veterem morem Paullinus Nolanus Carm. XXX. 82.

Te per Hydruntem Lupiasque vectum
Innubae fratum ſimul & ſororum
Ambient, uno dominum canentes
Ore catervae.

Schottus, quod negligere non debui, *alios Lypias M. P. XXI. legere*, admonet: Simlerus vero: *Mela Lubias vocat, Strabo & Ptol. Luſpiam.* WESS.

HYDRVNTVM M. P. XXV.] *Magno conſenſu exemplariorum hi numeri deſignantur, qui cum Plinianis rectè conveniunt lib.* 3. *Sect.* 16. Brundiſium, *inquit*, L. M. P. ab Hydrunte in primis Italiae portu nobile ac velut certiore tranſitu; ſicuti longiore excipiente Illyrica urbe Dyrrhachio CCXX. M. P. trajectu. *Idem auctor:* & Hydruntum XVIIII. M. P. ad diſcrimen Ionii & Adriatici maris, ex adverſo Apolloniae oppidi: latitudine intercurrentis freti L. M. non amplius. Hoc intervallum pedeſtri con-

A BRVNDISIO TARENTVM AD LITVS. M. P. XLIIII.
A BARIO PER COMPENDIVM TARENTVM. M. P. LX.
A BENEVENTO HYDRVNTVM. M. P. CLXV. Sic.
ECLA-

continuare transitu pontibus jactis primum Pyrrhus rex excogitavit: post eum M. Varro, cum classibus Pompeii Piratico bello præesset. Vtrumque aliæ impediere curæ. SVR.

BRVNDVSIO TARENTVM] Distantiam harum duarum urbium noster auctor ponit XLIV. M. P. Plinius XXXII. M. P. Strabo iter diei. SIML.

A BRVNDISIO TARENTVM AD LITVS M. P. XL.] *Ex corruptis exemplaribus videor mihi non inepto hujus itineris, & ejus quod subsequitur, lectionem concinnasse. Regium exemplar* A Brundisio Tarentum aditus M. P. LX. à Varis per compendium Tarentum M. P. LX. *In Blandiniano* A Brundisio Tarentum ad latus mpm. XLIV. A Vani à per compendium mpm. CLXV. Sic. Tarentum M. P. M. LX. Ecdano mpm. XXV: *& reliquæ mansiones, usque Hydruntem: quæ in Regio, quod in sequenti itinere* à Beneventо Tarentum *repetuntur, tanquam supervacuæ à librario sunt prætermissæ. In Neapolitano itidem legitur, atque in Blandiniano: & in omnibus titulus itineris deest* à Beneventо Hydruntem: *qui necessario adponendus erat: quod ex ultima* Hydruntis *mansione manifestum adparet, qui error inde emanasse videtur, quod hæ mansiones, & sequentis itineris* A Beneventо Tarentum *eædem sunt: una* Blerae *mansione dempta, quæ in hoc itinere* Beneventо Hydruntum *non adponitur. Præterea quod in Regio* A Brundisio Tarentum aditus M. P. LX. *legitur, suspicor* ad litus *legendum esse, ex Strabonis loco. Nam cum* Brundisio *Romam iter facientibus duas vias proposuit, primam, quam in voce* Erdonias *exposui,* altera, *inquit idem auctor,* per Tarentum paulisper ad lævam, & si, quanta est unius diei, circuitionem feceris, via Appia offertur plaustris commodior. In ea est urbs Uria, & Venusio: hæc quidem à Tarento, atque Brundisio media; illa vero in Samnitum, & Lucanorum confinibus: coeuntque ambæ ad Beneventum, atque Campaniam ex Brundisio. Hinc jam Romam usque via vocatur Appia. *Plinius, lib. 3. Sect. 16.* Latitudo, *inquit,* peninsulæ à Tarento Brundisium terreno itinere XXXV. M. patet: multoque brevius à portu Sasina, *Ut forte hoc innui ab Antonino videatur, Si* Brundisio Tarentum *iter facias* ad litus XLIIII. M. P. *confici: nam terrestri itinere, qua fauces peninsulæ arctantur, necesse esse breviorem confici viam.* SVR.

A BRVNDISIO TARENTVM AD LITVS] Nostri quoque libri *ad latus.* Putem Suritam verum pervidisse, intelligique litus, quod cum cura descripsit Procopius L. III. Bel. Goth. C. 28. Aberat Tarentum Hydrunte duorum dierum itinere, eodem Auctore C. 24. Quo situ Tarentum nunc sit, discere licebit. ex Jovio in vita Magni Consalvi L. I. p. 231. WESS.

A BARIO PER COMPENDIVM.] *A Vania.* Malim hic pro *Vania* Barium substituere. SIML.

A BARIO PER COMPENDIVM TARENTVM] Alii legunt *à Vania.* Sigonius ITER A NANIA. SCHOTT.

A BARIO PER COMPENDIVM TARENTVM] Nostris quoque libris *à Vania* probatur. Harduinus ad Plinium L. III. C. 11. *Varia* emendat, intelligitque oppidum de quo Plinius: *Oppida per continentem à Tarento, Varia cui cognomen Apulae.* Sed cum Plinii *Varia* sit dubiæ positionis, visaque Cluverio in *Uriam* commutanda, eum non audio, tantoque minus, quod *Varia,* si ita scripserit, tam longe Tarento non videatur fuisse disjuncta. *Barium* aut *Baris,* quod in Regio Suritae fuit, verum & ego putem: Solitos fuisse librarios *Vari, Eari* scribere, dictum ante est. WESS.

A BENEVENTO HYDRVNTVM.] Vulg. *Iter ab Equotutico Hydruntum* M. P. CLVII. *Sic. Aevilano* M. P. XV. Sigonii liber & supra A BENEVENTO habet. SCHOTT.

A BENEVENTO HYDRVNTVM] Exulant e libris vetustis *à Benevento Hydruntum. Ab Equo tutico* & Simlerus edidit. Verum ea inscriptio manifesto falsa est. Neque enim Equus Tuticus XXV. M. P. ab Eclano dissitus fuit: Ne nunc dicam, MSS. caput hoc itineris repudiare. In uno Parisiensium sic lectitatur, *A Vania per compendium* P. P. M. CLXV. *Sic. Tarentum M. P. M. LX. Eclano &c.* reliquis missis

factis,

ECLANO.	M. P. XV.
SVB ROMVLA.	M. P. XXI.
PONTE AVFIDI.	M. P. XXII.
VENVSIO.	M. P. XVIII.
AD SILVIANVM.	M. P. XX.
SVB LVPATIA.	M. P. XXI.
CANALES.	M. P. XIII.
HYDRVNTO.	M. P. XXV.
ITER A BENEVENTO TARENTVM.	M. P. CLIIII. Sic.
ECLANO.	M. P. XV.
SVB ROMVLA.	M. P. XXI.
	PON-

factis. Neque aliud in ſchedis inventum, quas libri Fabriciani poſſeſſor uſurpavit. Ut adeo probabilis ſit Suritae ſuſpicio, omiſſum eſſe itineris titulum, quod hæc itinera ſibi ſimilia eſſent. Juſſi caput hoc itineris alio exprimi charactere, ut additum eſſe appareret. WESS.

AECLANVM M. P. XXV.] *Regium inſequenti itinere, quod iiſdem una dempta conficitur manſionibus,* Benevento Aeclanum mpm. XVI. *numerat. Reliqua exemplaria hoc itinere* Eclano mpm. XXV. *habent. Plinius lib.* 3. 16. Beneventum Hirpinis *attribuit: & ſtatim etiam* Aeculanos. *Ptolemaeus* Beneventum Samnitibus, *qui ſunt ſub* Pelignis, *attribuit:* & Hirpinis *oppidum* Ἀκέλανον: *ut ab* Aeculano *oppido* Aeclanum *ſit dictum: ut in ipſo hoc Itinerario ex* Aſculo Aſclo. SVR.

ECLANO] Hirpinis *Aeculanum* contribuit Appianus L. I. Bel. Civil. p. 643. Apuliae Frontinus de Colon. p. 126. *Eclanum* MSS. noſtri appellant, unde *Eclanenſis*, apud Frontinum. Quo ſitu fuerit diſputatur. Cluverius eumque ſecutus Camillus Peregrinus Diſſert. II. de Ducatu Beneventano *Frequentum* eſſe putant. L. Holſteinius in Ital. Ant. Cluverii p. 273. in Frequenti finibus prope *Mirabellam* locat, ubi etiamnum parietinæ reſtant. Addit medio ævo *Quinto decimum* fuiſſe dictum, everſumque à Conſtantino Imp. An. DCLXIX. Veriſſimum prius eſt. *Quinto decimum* appellaverunt, quod XV. M. P. Benevento abeſſet, unde Frequentum XII. tantum P. M. diſtat. In poſteriore peccatum eſt. Conſtat ex Chronico Beneventano An. DCCCLV. *Quinto decimum* adhuc ſuperſtes fuiſſe. Docuit hoc me H. Noriſius L. I. Hiſt. Pelag. C. 18. Scripſi ergo his motus, vetuſtorumque librorum auctoritate & Tabulae XV. M. P. WESS.

SVB ROMVLAM M. P. XXI.] *Inſequenti itinere Reg.* Sub Romula M. P. XXII. *Bland. Neap. & Long. hoc itinere* Sub Romula mpm. XXI. *Livius lib.* 10. *C.* 17. Romuleae *urbis Samnitum mentionem facit. Stephano* Ῥωμυλία, *quam* Samnio *attribuit. Alterius* Romulae *urbis, ſive ea ſtatio erat, meminit auctor hujus Itinerarii itinere ab* Aquileia Siſciam per Liburniam: *forte manſionis nomen eſt* ſub Romulam, *ut in hoc Itinerario* ſub Anagniam, *quod iter ſub ea oppida fieret.* SVR.

SVB ROMVLA] Dicta haud dubie manſio eſt, quod *ſub Romulea* eſſet *urbe. Sub Romula* quoque Tabula, verum cum XVI. M. P. Ravennas vitioſe L. IV. C. 35. *Submurula* ſcribit. Vaticanus & Pariſienſium unus XXI. M. P. habent: infra vero ſummam uno augent. WESS.

PONTEM AVFIDI M. P. XXII.] *Reg. exemplar inſequenti itinere* Fonte Aufidi M. P. XXII. *Reliqua* Pontaufido mpm. XXII. *niſi quod in Long.* Ponte *milto corrigitur.* Aufidus *Plinio lib.* 3. *Sect.* 16. ex Hirpinis montibus, Canuſium præfluens. SVR.

PONTE AVFIDI] Pontis hujus conditorem mihi oſtendit vetus auctor vitæ S. Sabini, editus IX. Feb. magni operis Sanctorum, C. 5. *Sed cum ad pontem, qui à Trajano Auguſto conſtructus ſuper fluenta eſt Aufidi veniſſet.* Vide vero an hinc conſtabiliri poſſit Marcellini Ammiani L. XXIV. C. 3. locus. *Trajanus fertur aliquoties jurando dicta conſueſſe firmare: Sic in provinciarum ſpeciem reductam videam Daciam. Sic pontibus Hiſtrum & Aufidum ſuperem.* Sic in vetuſtis eſſe ſchedis Pithoeus & Valeſius common-

PONTE AVFIDI.	M. P. XXII.
VENVSIA.	M. P. XVIII.
SILVIVM.	M. P. XX.
BLERA.	M. P. XIII.
SVB LVPATIA.	M. P. XIIII.
CANALES.	M. P. XIII.
TARENTO.	M. P. XX.
ITER A TARRACINA BENEVENTO.	M. P. CXIII. Sic.
FVNDIS.	M. P. XIII.
FORMIS.	M. P. XIII.
MINTVRNIS.	M. P. IX.
TEANO.	M. P. XVIII.

ALI-

monefecerunt. Scio viros multo doctiſſimos *Euphratem* ſubſtituiſſe: Sed ea quidem vis eſt. Fateor quoque Aufidum non eſſe fluvium ad Hiſtrum; nec tamen è minimis erat, quem Horatius paſſim *violentum, acrem, late ſonantem* appellat. Equidem ſcriptos Ammiani libros ſequar, cum pontem in Aufido ab Trajano factum eſſe, certum ſit. WESS.

VENVSIAM M. P. XVIII.] *Regium in ſequenti itinere à* Fonte Aufidi Venuſia M. P. XVIIII. *Blandinianum* Venuſto mpm. XVIII. *cum in ſequenti itinere* Venuſia mpm. XVIIII. *præferat, atque eodem modo Longolianum. Neapolitanum* Venuſtae mpm. XVIII. *& in ſequenti itinere* Venuſida mpm. XVIIII. SVR.

VENVSIO] In libris ineſt *Venuſto*, pro *Venuſio*. Venuſiam Venuſiumque olim enuntiaſſe, dictum ante eſt. WESS.

AD SILVIANVM M. P. XX.] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum, cum eadem exemplaria & Regium in ſequenti itinere poſt* Venuſiam Silvium mpm. XX. *conlocent.* SVR.

AD SILVIANVM] Eadem ſine dubio manſio eſt. In Tabula *Silutum*, quod vitio librarii ex *Silvio* natum eſt: mentio *Silvii* apud Strabonem eſt L. VI. p. 283. fruſtra Palmerio mutante. Holſteinius inibi fuiſſe cenſet, ubi nunc *il Gorgolione*. WESS.

SVBLVPATIA M. P. XXI.] *Bland. Neap. & Long.* Sublupantia mpm. XXI: *ſed in Long.* Sublaptantia *corrigitur. In ſequenti itinere Reg.* Sublupatia: *& reliqua exemplaria* Sub lapatia *habent: ut forte* Sub Luparia *ſit legendum.* SVR.

SVB LVPATIA] Non erat hic quicquam immutandum. *Sub Lupacia* Tabula Ravennasque agnoſcunt. *Lupacia*, ſi viro doctiſſimo, quem modo teſtem advocavi, credis, fuit ubi civitas Epiſcopalis *Altamura*. Sub Lupacia eſt *Jeſcia*. MSS. Voſſianus *ſub Lupantia*. WESS.

ITER A BENEVENTO.] Surita nulla M. P. addiderat: reſtitui è Vaticano, quamquam manſionibus non omnino reſpondentia, propiora tamen, quam, quæ Lugd. & Baſileae dederunt, CL. M. P. WESS.

BLERAM M. P. XIII.] *Habent Regium, & Blandinianum: Neapolitanum* Pera mpm. XIII. *Long.* Blera mpm. XIII: *& milto corrigitur* Plera. *Plinius in Tuſcis* Bleranos *recenſet. Ptolemaeus itidem in Tuſcis alterius* Blerae *meminit: cujus etiam à Strabone mentio fieri videtur, libro v. p. 226. tametſi corrupte* Βλησγῶι *legitur, ut ex alieno loco in hanc Antonini paginam fort e* Blera *deſilierit.* SVR.

BLERA] *Plera* plerique libri. *Blera* adſcripſit libro Fabricii vir doctus, idque habet Ravennas L. IV. C. 35. unde corruit Suritae opinatio. Eſt quidem *Blera* in Tuſcis notior, ſæpe memorata ſcriptoribus, qui collapſo Imperio ſcripſerunt, ut Gregorio M. L. X. Ep. 50. & Anaſtaſio Bibliothecario in Gregorio II. & Zacharia: nec propterea hinc tamen exterminanda. Nunc *Gravina* dicitur, utex itinerum intervallis collegit L. Holſteinius p. 281. in I. A. Cluverii. Non ergo abundat ex Holſteinii opinione, ſicuti doctiſſimus auctor Diſſert. Chrorograph. Italiae medii ævi p. CCXCVIII. profitetur. WESS.

TARENTVM M. P. XX.] *Regium* M. P. XIII: *& reliqua* XX. SVR.

TARENTO] Adauget paſſuum millia duobus codex Vaticanus. Putem plura deeſſe ob intercapedinem, quæ Tarentum inter & Hydruntum intercedit. WESS.

TEANVM M. P. XVIII.] *Omnia* Theano.

ALIFAS.	M. P. XVII.
TELESIA.	M. P. XXV.
BENEVENTO.	M. P. XVIII.
ITER A TARRACINA NEAPOLI.	M. P. LXXXVII. Sic.
SINVESSA.	M. P. XLIIII.
LITERNO.	M. P. XXIIII.
CVMIS.	M. P. VI.

PV-

mpm. XVIII. *habent exemplaria. Hoc* Teanum *eſt* Sidicinum, *alterum* Apulorum *Straboni, & Plinio. Utrumque ſine adſpiratione ex vetuſtis manuſcriptis libris, Græcis & Latinis. Strabo* Teanum Sidicinum *Capuae pæne æquat, & in via Appia conlocat, & à* Sidicinis *dictum docet, qui ex Oſcorum gente Campana ſuperſtites erant.* Sidicinum *Ptol.* Campaniae *attribuit: alterum mediterraneis* Apulorum Dauniorum. *Infra hoc ipſum* Teanum *ab Antonino* Venafro *adjungitur: quod oppidum Campaniae à Ptolemaeo attribuitur.* SVR.

TEANO] *Theano* noſtri codices. Eo modo *Theanenſis civitas* Erchemperto. *Teanum* haud dubie verum eſt. *Teanum Syricinum* vitioſe Frontino de Colon. p. 140. Aevi medii ſcriptores ſimpliciter quoque, ut optimi olim, Teanum. Vide Leonem Oſtienſem L. III. Caſin. Chron C. 16. *Teano Scedicino* Tabula. WESS.

ALIFAS M. P. XVII.] *Reg.* Alivas M. P. XVII. *Reliqua* Alifas: *neque hoc adſpiratur nomen aut Græcis aut Latinis auctoribus. At in ejus loci inſcriptionibus* Allifae, *geminata liquida ſcribitur, & numero multitudinis.* SVR.

ALIFAS] *Alifas* ex uſu recentiore dixiſſe videntur. CVR. AQVAE DVCENDAE ALLIFIS eſt apud Gruterum p. CCCCXVII. Oppidum ſatis amoenum fuit. Alexander Abbas L. III. Geſt. Rogerii C. 18. *Poſthæc venit Alifam, ut videret eam, qua viſa, de ipſius amœnitate loci, lympharumque circumcurrentium magna abundantia fertur valde ſibi complacuiſſe.* &c. Cuſani liber XIIII. M. addit. WESS.

TELESIAM M. P. XXV.] *Regium* Teleſia M. P. XXV. *& Neapolitanum: Blandinianum & Longolianum* Theleſia mpm. XXV. Teleſia *Livio libr. 24. C. 20. inter Samnii oppida: & item Ptolemaeo. Strabo* Teleſiam Venafro *adjungit.* SVR.

TELESIA] Nomen retinet, nec videtur tamen Teleſia eodem eſſe ſitu, quo olim. Anonymus ſcriptor Caſinenſis à Camillo Peregrino vulgatus ſect. XV. *Teleſis nova ſecus primariam in planitie ſui cognominis conſtruitur.* Locum quoque obſervavit eruditus auctor Diſſert. Chorograph. Italiae medii ævi p. CCLXXXIII. Idem Anonymus Sect. XXII. *Teleſiam* appellat: In Cuſani ſchedis M. P. XIII. WESS.

BENEVENTVM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. XVII. *Infra in eodem exemplari* XVIII. *numerique* Alifis *& Teleſiae aſſignati congruunt: Reliqua verò* mpm. XVIII. *habent, atque eo numero hujus itineris ſumma ratio conſtat.* SVR.

SINVESSAM M. P. XLIV.] *Habetur in manuſcriptis exemplaribus & Long. In agro* Veſtino, *Falernum agrum contingente,* Sinueſſa colonia *à Romanis deducta, ubi Sinope Græca urbs condita fuiſſe dicebatur, Liv. lib.* 10. *C.* 21. *auctor eſt: & Plinius ab Minturnis, Lyri amne litus Campanum legens,* Oppidum, *inquit, L.* 3. *C.* 5. Sinueſſa extremum in adjecto Latio, quam quidam Sinopem dixere vocitatam. *Ut in Ptolemaei libris in maritimis Campaniae, poſt Lyris fluminis oſtium,* Σινέσσα *ſit legendum, non* Σίνωπα, *quod ideo mihi fit veriſimile, quòd in ejus deſcriptionibus* Sinueſſae *nulla fuerit mentio facta. Tacitus libro XII. C.* 66. In tanta mole curarum Claudius valetudine adverſa corripitur: refovendiſque viribus mollicie cœli, & ſalubritate aquarum Sinueſſam pergit. SVR.

CVMAS M. P. VI.] *Procopius libro* 1. *de bello Gothorum C.* 14. Cumas a Neapoli CXXVIII. *ſtad. abeſſe perhibet.* SVR.

CVMIS] Procopii ſtadia cum Itinerario non bene conveniunt. Æquare VII. Stadia unis paſſuum millibus ſolet, ut ad Africae itinera p. 45. obſervatum eſt. VI. M. P. MSS. Cumis apponunt, priores editiones III. M. tantum. WESS.

A NEAPOLI NVCERIAM CONSTANTIAM M. P. XXXVII.] *Regium exemplar* A Neapoli Noceria Conſtantia M. P. XXXVII *Blandinianum* A neapoli nuceria conſtant. MPM. XXIIII. *Neapolitanum* Incapoli Nuceria Conſtantia mpm. XXIIII., *atque eodem pacto in Longoliano. Hanc* Nuceriam *arbitror eam eſſe, cujus*

PVTEOLIS.	M. P. III.
NEAPOLI.	M. P. X.
A NEAPOLI NVCERIA CONSTANTIA.	M. P. XXXVII.
A LITERNO MISENO.	M. P. XII. Sic.
CVMIS.	M. P. VI.
BAIS.	M. P. III.
MISENO.	M. P. III.
ITER AB VRBE MEDIOLANO.	M. P. DXXVIII.

INDE

cujus ſupra mentio facta eſt, cui forte Conſtantiae *cognomen inditum ſit: quod ſupra hoc Itinerario adjectum non ſit, cum* Nuceriae *ſit mentio; quod in* Heraclea Thraciae, Perinthi *cognomine, hoc ipſo evenit Itinerario.* Svr.

A NEAPOLI NVCERIA CONSTANTIA] *Nuceria* hoc cognomine inſignis eſt, ut ab aliis ejuſdem nominis urbibus per Italiam diſcerneretur, olim *Alfaterna* dicta. Colonia fuit, deducta ab Auguſto. Frontinus de Colon. p. 106. *Nuceria Conſtantia, muro ducta colonia, deducta juſſu Auguſti.* Eam haud praeteriit Ravennas L. IV. C. 34. Tabula Neapoli XXXII. M. P. disjungit. MSS. noſtri XXIIII. M. P. Wess.

A LITERNO MISENVM M. P. XII.] *In Regio* à litore Nomium M. P. *& numeri deſunt: & ejus itineris manſionum nomina. In Blandiniano* à Lintirno mpm. XXXI. Miſeno mpm. XII. Sic: Cumis mpm. VI. Bais mpm. III. Miſeno mpm. III. *atque itidem eodem ordine in Neapolitano & Longoliano exemplaribus. Livius lib.* 39. *C.* 53. *meminit loci, exilio Scipionis Africani, & ſepultura nobilis. Ptolemaeo item* Αἰτερνον. Svr.

A LITERNO.] Pro *Literno* Sigonius *Linterno* edidit. Hic Scipio Africanus condi voluit mortuus, addito elogio de patrio ſolo, quo exceſſerat: INGRATA PATRIA *cineres non habebis meos.* Scriptor de Vir. Illuſt. Schott.

A LITERNO MISENO] *Literno* eſt in libris vetuſtis, idque verum eſt. Vide N. Heinſium ad Silium L. VI. 654. Nunc *Patria* dicitur, quo nomine quoque cenſita fuit medio ævo. Leo Oſtenſis L. II. Chron. Caſin. C. 86. *Curtes & terras in finibus Liburiae loco Porano prope lacum Patriae.* Liburia pars eſt Campaniae, qua de egregie diſputat auctor Diſſert. Chorograph. Ital. medii ævi p. CCCII. Wess.

A LITERNO MISENVM] Sigonii liber. *Iter à Neapoli Miſenum M. P. LXXIX.*
Nuceria Conſtantia M.P.M. XXIII.
Linterno M. P. M. XXXI.
Cumis M. P. M. VI.
Baiis M. P. M. III.
Miſenum M. P. M. III.
Iter ab urbe Mediolanum M.P.M. CDXXXVIII. Sic. Schott.

A LITERNO MISENO] Eodem edit modo exemplar Lugdunenſe, niſi quod *Cumis* III. M. P. adjunxerit, & *Miſeno XII. M. P. Sic.* addiderit poſt *à Linterno.* MSS. noſtri cum Sigonii libro conſentiunt in paſſuum millibus, quæ Cumis appoſita ſunt, ſed *Miſeno XII. M. P. Sic.* conſtanter tuentur. Recte Simlerus & Surita itineris hujus caput conſtituerunt. Wess.

MISENVM M. P. III.] *Straboni proximum* Cumis *conſtituitur* Miſenum *promuntorium. Plinius lib.* 3. *C.* 5. Liternum, Cumas Chalcidenſium, Miſenum portui Baiarum *adjungit, quæ hoc itinere æque adnectuntur. Tacitus de Tiberio Caeſare Annal.* 6. *C.* 50. Mutatiſque ſæpius locis, tandem apud promuntorium Miſeni conſedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. *Ut ſtationem Antoninus eam deſignet, non oppidum.* Svr.

MISENO] Villa Luculli Miſenenſis ſive Miſeno vicina fuit, nunquam Miſenum dicta. Vide Phaedrum L. II. fab. 5. Præſtat itaque ipſam intelligere urbem. Wess.

AB VRBE MEDIOLANVM &c.] *Reg. exemplar* M. P. CCCCXXXIII: *cui hac in parte fidem minime habendam video in his ſummis reconcinnandis, quòd complures in eo deſint manſiones. Blandinianum & reliqua* Item ab urbe Mediolano mpm. DXXVIII. Svr.

ITER AB VRBE MEDIOLANO] Conſentiunt in M. P. noſtri libri, quantumvis minus bene ſe habeant. Summæ huic XCVII. M. P., quæ abeſſe deberent, incluſa ſunt. Neque

INDE AQVILEIA. M. P. CCLX.
INDE SIRMIO. M. P. CCCCI.
INDE NICOMEDIA. M. P. DCCCXV.
INDE ANTIOCHIA. M. P. DCLXXXII.
INDE ALEXANDRIA. M. P. DCCCII.
INDE IN AEGYPTO HIERASYCAMINOS VSQVE. M. P. DCCLXII.

A B V R B E.

ROSTRATA VILLA. M. P. XXIIII.

VTRI-

enim ad intervallum, quod Romam Mediolano disparat, pertinere poterit *iter Arimino Ravennam, inde Concordiam Aquileamque.* Augetur suspicio mihi, has inscriptiones paullatim additas esse; nam scriptor ipse hæc summæ inseruisset nunquam. WESS.

INDE AQVILEIAM M. P. CCLXX.] *Reg.* Inde Aquileia M. P. CCLX. *Bland.* mpm. CCLXX. *Neap.* mpm. CLXX. *Long.* CCLXX. *& milto corrigitur* DXX. *sed Regii exemplaris summa cum numeris mansionum congruit, miliario uno minus.* SVR.

INDE SIRMIO.] Cusani MSS. *inde Firmo.* simili peccato *Firmum* & *Firmitana civitas* pro *Sirmio* in Novella XI. WESS.

INDE NICOMEDIAM M. P. DCCCXV.] *Regium* DCCLXXXII. *Reliqua* DCCCCXV. SVR.

INDE ANTIOCHIAM M. P. DCLXXXII.] *Reg.* DCCLV. *Bland. & Long.* DCLXXXII. *In Neapolitano prætermissa fuit hæc mansio.* SVR.

INDE AEGYPTO HIERASYCAMINON VSQVE M. P. DCCLXII.] *Reg.* Inde egipto Ierasicaminos usque DCCCLXIII. *Reliqua* Inde in Aegypto Hierasycaminos usque mpm. DCCLXII. SVR.

INDE IN AEGYPTO] Ita volentibus libris scripsi. Præpositionem Surita neglexerat. WESS.

ROSTRATAM VILLAM M. P. XXIIII.] *Reg.* Rostrata villa mpm. XXXIII. *Reliqua* mpm. XXIIII. *Hujus mansionis nullam reperi fieri mentionem.* SVR.

ROSTRATA VILLA] Nec lecta mihi est: Dicta videtur à prægrandibus animalium rostris, quibus instructa erat: Solebant beati illi Romani villas suas excolere *rebus vetustate ac raritate notabilibus, qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum ossa & arma Heroum,* quæ de Augusti elegantia Suetonii verba sunt. C. 72. WESS.

OCRICOLOS CIV. M. P. XV.] *Reg.* Ocricoli CIV. M. P. XXI. *Reliqua* Utriculi civitas mpm. XXV. *Plin. in exemplari Toletano L.* 3. *C.* 14. Ocricolo, & Ocricolani: *in Strabonis libris excusis* Ὀκρικλῶν, *Ptolem.* Ὀκρίκολον. *Stephanus item* Ὀκρίκολα πόλις Τυῤῥηνίων. SVR.

VTRICVLI CIVITAS] Schedae nostræ *Utriculi. Ocriculis* Sigonius vulgavit: male vero *Utriculis* vulgo legi Schottus monet: Est haud dubie vera, quam Surita & Sigonius amplexi sunt scriptura: Sed altera illa medio ævo fuit probata. Gregorius M. L. XIII. Dialog. 12. *Fulgentius, qui Utriculensi Ecclesiæ præerat.* Vertit Zacharias ἐκκλησίας τοῦ Ουτρικούλου. Idatius An. XIX. Honorii Imp. *Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium, Utriculo in Italia in conflictu superatus effugit.* Itiner. Hierosolym. XLIIII. M. Ocriculos Roma separat. Rudera describit Pighius Herc. Prodic. p. 277. WESS.

NARNIAM CIV. M. P. XII.] *Plinius lib.* 3. 19. Narniensium *oppidum vocat, &* Nequinum *antea vocatum perhibet: Et* CCCLI. *stadi ab urbe Roma abesse Procopius auctor est, de bello Gothorum lib.* 1. *C.* 17. SVR.

NARNIA CIVITAS] In passuum numeris consentit Itinerarium, quod dixi. Situm describit Procopius l. c. Κεῖται μὲν γὰρ ἐν ὑψηλῷ ὄρει. ποταμὸς δὲ Νάρνος ἐς τὸν τοῦ ὄρους παραῤῥεῖ πρόποδα, ὃς καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τῇ πόλει παρέσχεν. *Insidet editiori monti cujus radices Nar amnis alluit, unde & suum urbs nomen hausit.* WESS.

INTERAMNIAM CIV. M. P. VIII.]

Omnia

VTRICVLI CIVITAS.	M. P. XXV.
NARNIA CIVITAS.	M. P. XII.
INTERAMNIA CIVITAS.	M. P. VIII.
SPOLITIO CIVITAS.	M. P. XVIII.
FORO FLAMINII VICVS.	M. P. XVIII.
HELVILLO VICVS.	M. P. XXVII.
CALLE VICVS.	M. P. XXIII.

FO-

Omnia exemplaria Interamnia *habent, non* Interamna. *In Strabonis libris* Ἰντεράμνα. *Ptolemaei vero* Ἰντερόμνια. *Tacitus Hiſt.* 2. *C.* 64. Vitata Flaminiæ viæ celebritate devertêre Interamnam, atque ibi interfici juſſit: longum interfectori viſum, in itinere, ac taberna projectum jugulavit, *Et Hiſt.* 3. *C.* 63. Pars Narniae, pars Interamnae ſubſiſtere juſſi: *in Hiſpania* Interamnium *& Grace, & Latine.* SVR.

INTERAMNIA CIVITAS] *Interamnenſium civitas in finibus Spoletinis* dicitur Anaſtaſio Biblioth. in Zacharia.. Fuerunt aliæ hoc nomine ob ſitum in Italia civitates, de quibus vide Ang. de Nuce ad Chron. Caſin. L. IV. C. 32. *Interamno* Sigonium vulgaſſe cum in aliis libris *Interamna* ſit, Schottus monet, & pro *Spoleto* alios *Spoletio* XIII. edere. WESS.

SPOLETIVM CIV. M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Spoletio CIV. M. P. XVIII. *Blandinianum* Spolitio civit. mpm. XVIII. *Neapolitanum* Spolitio. *Strabo lib.* 5. p. 228. ἐκ δὲ Ὀκριλλῶν εἰς Ἀξίμινον Ἰντερόμνα ἐστὶ, καὶ Σπολίτιον: *& in Ptolemaei item libris* Σπολήτιον. SVR.

SPOLETIO CIVITAS] Vetuſti noſtri libri & Itin. Hieroſ. *Spolitio.* Σπολίτιον Straboni & Procopio L. III. Bel. Goth. C. 12. dicitur. In Strabone vitioſum puto, non Procopio, cujus ætate receptum id fuiſſe videtur. WESS.

FORVM FLAMINIVM VICVM M. P. XVIII.] *Regium* Foro Flaminis vicus mp. XVIII. *Reliqua* Foro Flaminis vicus mpm. XIX. SVR.

FORO FLAMINIS VICVS] Sic etiam noſtræ ſchedæ. Fabricii tamen libro vir doctus adſcripſit *Foro Flaminii.* Pæne putem *vici* titulum aliunde huc migraſſe, neque enim *vicus* ſed *civitas* fuit. Itin. Hieroſolym. *Civitas Foro Flamini.* Non ignoro Ph. Cluverium L. II. Ital. Ant. C. 7. p. 631. exiſtimaſſe, *Civitatis* vocem hinc tollendam & in *manſionem* aut *mutationem* convertendam: verum & id ſcio, meruiſſe eum cenſoriam L. Holſteinii virgulam p. 93. Fuit illo animadvertente civitas Epiſcopalis, eſtque in Act. IV. Sextae Synodi Decentii Epiſc. τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Φορεφλαμίνης mentio. Addo PATRONVM CIVITATIS FORO FLAM. ex Theſauro p. CCCXLVII. unde & id cognoſcimus *Foro Flaminii* rectiſſimum eſſe. WESS.

HELVILLVM VICVM M. P. XXVII.] *In Reg. exemplari prætermiſſa eſt hæc manſio. In Blandiniano legitur* Helvillo vicus mpm. XXVII, *& in Neapolitano* Nelvillo vicus mpm. XXVII. *& in Longoliano* Helvillo vicus mpm. XIX. *&* Nelvillo *corrigitur.* SVR.

HELVILLO VICVS] Habent hoc ſitu Tabula *Halvillum*, Itiner. Hieroſol. *Herbelloni.* Tyro in Notis *Hilvillum* appellat: nunc *Sigillo* eſſe Cluverius arbitratur. WESS.

CALLEM VICVM M. P. XXXIII.] *In Regio* Cale vicus M. P. XXIII. *& infra* ad Galem, *& in Blandiniano, & Longoliano* Calle vicus M. P. M. XXIII. *& Neapolit.* Galle vicus mpm. XXVII. *Mihi legendum videtur* Callem vicum, *ut à ſilveſtri calle paſtorum vicus nomen acceperit. Varro de re ruſtica L.* 2. *C.* 10. qui in callibus verſentur, & per calles ſilveſtres longinquos ſolent comitari in æſtiva, & hybeina. *Cicero pro Seſtio: C.* 5. Atque æſtatem integram nactus, Italiae calles, & paſtorum ſtabula prædari cæpiſſet. *Noſtri* Canadas *vocant. Inde Provinciæ, vetere ex more* Calles *decernebantur, Tacito, & Suetonio auctoribus. Infra* Ad Callem *eidem ab* Helvillo *manſioni* M. P. XIIII. *tribuuntur.* SVR.

CALLE VICVS] Vulgati hic numeri meliores ſunt, ut Holſteinius p. 86. docuit. Urbs Epiſcopo ſubjecta fuit: nam in fragm. VII. operis hiſtorici Hilarii p. 1342. *Graecianus Epiſcopus à Calle*, ut vir doctiſſimus quoque vidit, memoratur. *Callium*, ſeu, ut in MSS. eſt, *Callis* Anaſtaſio Biblioth. in Stephano III. p. 171. dicitur. WESS.

FORO SEMPRONII. M. P. XVIII.
FANO FORTVNAE. M. P. XVI.
PISAVRO. M. P. VIII.
ARIMINO. M. P. XXIIII.
AB ARIMINO RECTO ITINERE RAVENNA. M. P. XXXIII.
INDE NAVIGANTVR SEPTEM MARIA ALTINVM VSQVE.
INDE IN CONCORDIAM. M. P. XXXI.
AQVILEIA. M. P. XXXI.
ITEM AB ARIMINO CAESENA CIVITAS. M. P. XX.
FAVENTIA CIVITAS. M. P. XXIIII.
FO-

FORO SEMPRONII.] Recte ſchedæ, planeque ut Theſ. p. CCCXXII. 2. SACERDOS DIVAE PLOTINAE HIC ET FORO SEMPRONII. Colonia fuit, ſi fides lapidi Gudiano p. II. 4. COLONI COLONIAE FORO SEMPRONIENS. TITIANI FLAVIANI. Paſſuum millia confirmantur Martyrologio Hieronymi, ubi IV. Non Febr. *Foro Simfronii, via Flaminia, milliario ab urbe CLXXIV.*, quibus gemina germanaque index Martyrum Rhabani præfert. WESS.

FANO FORTVNAE.] Aſſentiuntur vetuſtis libris lapides Theſ. p. CCCCLXXV. 7. COLONIA JVLIA FANO FORTVNAE. et CATINIVS MARCELLVS FANO FORT. in Diar. Ital. Montfauconii C. 26. p. 389. *Colonia Julia Faneſtris* Vitruvio L. V. C. 1. Labentis Imperii ſcriptores *Fanum*, ut Anaſtaſius in Stephano III. appellant. Φανὸς eſt Procopio L. III. Bel. Goth. C. 11. WESS.

PISAVRVM M. P. VIII.] *In Regio deeſt hæc manſio poſt* Fanum Fortunae, *& ſtatim* Aquileiae *adjungitur.* SVR.

AB ARIMINO R. I. RAVENNAM] Tres hi verſus in Schudii exemplari non habentur, ſed in altero manuſcripto & in impreſſis exemplaribus leguntur. Sunt autem interpoſiti recte enumerationi manſionum ab Arimino Mediolanum, indicantes rectum & proximum iter ab Arimino Aquileam. SIML.

RECTO ITINERE RAVENNAM] *Jordanus ſive Jornandes de reb. Get. C. 29. de Ravenna:* Trino ſiquidem urbs ipſa vocabulo gloriatur, tregeminaque poſitione exſultat, id eſt, prima Ravenna, ultima claſſis, media Caeſarea. *Nam* claſſem *ccl. navium ad Oſtia* Padi *tutiſſima antea recipi manſione, Dione referente, idem auctor perhibet.* SVR.

AB ARIMINO RECTO ITINERE RAVENNA] *Claſſis* Ravennae ſuburbium erat, teſte Procopio L. II. B. Goth. C. 29: vitioſus in ea voce eſt Anaſtaſius in Gregorio II. *Rex Longobardorum Luitprandus generali motione facta Ravennam progreſſus eſt, atque illam obſedit per dies aliquot, & caſtrum pervadens claſſes captas abſtulit plures.* Tu ſcribe *Claſſe capta*, & vide Paul. Diaconum L. VI. Geſt. Longobar. C. 49. Aberat Ravenna ab urbe Roma CC. M. P. auctore Luitprando L. II. C. 13. Arimino vero itinere unius diei, ſi verum Procopius ſcripſit L. II. Goth C. 10. WESS.

INDE NAVIGANTVR SEPTEM MARIA ALTINVM VSQVE.] *Regium* Inde navigatur Septimaria Altinum uſque. *Reliqua* Inde navigantur VII. maria Alzinum uſque. *Plinius de Pado lib. 3. C. 16.* Nec alius amnium tam brevi ſpatio majoris incrementi eſt. Urgetur quippe aquarum mole: & in profundum agitur gravis terræ, quamquam diductus in flumina, & foſſas, inter Ravennam, Altinumque per CXX. M. P. tamen quia largius venit, ſeptem maria dictus facere. *Jornandes de Pado*, ab Auguſto, *inquit*, Imperatore altiſſima foſſa demiſſus, qui ſeptima ſui parte mediam influit civitatem. SVR.

INDE NAVIGANTVR SEPTEM MARIA ALTINVM VSQVE] Paludes intelligе, quos Padus facit. Herodianus L. VIII. C. 7. Διαβὰς τὸ τενάγη, ἅτε ὑπὸ Ἠριδανοῦ πολλοῖς πληρούμενα καὶ ἐς πελαγίων ἑλῶν, ἑπτὰ φέρουσιν ἐς θάλατταν ὀχετοί· ἔνθεν καὶ τῇ φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι ΕΠΤΑ ΠΕΛΑΓΗ τὴν λίμνην ἐκείνην. *Trans-*

FORO CORNELII CIVITAS.	M. P. X.
BONONIA CIVITAS.	M. P. XXIIII.
MVTINA CIVITAS.	M. P. XXV.
REGIO CIVITAS.	M. P. XVIII.
PARMA CIVITAS.	M. P. XVIIII.
FIDENTIOLA VICVS.	M. P. XX.
PLACENTIA CIVITAS.	M. P. XXIV.
LAVDE CIVITAS.	M. P. XXIV.
MEDIOLANVM CIVITAS.	M. P. XVI.
BERGOMO CIVITAS.	M. P. XXXIII.
BRIXIA CIVITAS.	M. P. XVIII.
SIRMIONE MANSIO.	M. P. XXII.

VE-

Transmiſſis paludibus, in quas fluvius Eridanus ac vicina exundant ſtagna, ſic ut per ora ſeptem in mare præcipitentur. Hinc indigenæ patria lingua Septem Maria paludem illam appellant. Magnus Caſaubonus aliud egit, cum VII. hæc maria ad Timavum referret. Vide eum ad Strabonem L. V. p. 214. WESS.

ALTINVM VSQVE] Altinum olim ampla & amoena urbs fuit. Martialis L. IV. Epig. 25.

Aemula Bajanis Altini litora villis.

nunc campus eſt, parietinaſque ad oſtium Silis oſtendit. Vide Laur. Pignorii *Origini di Padoa* C. 16. WESS.

AQVILEIA.] Scripti libri *Aquilegia*, ex more ſeriore tempore recepto. Ita *Aquilegienſis Synodus* apud Anaſtaſium. *Venetiae Aquileja civitas exſtitit caput, pro qua nunc Forum Julii habetur*, inquit Paullus Warnefridi L. II. Geſt. Longob. C. 14. WESS.

ITEM AB ARIMINO CAESENAM] *Hæc manſio cum reliquis, uſque ad* Joviam, *deſunt in Regio exemplari.* SVR.

MEDIOLANVM CIV.] *Mediolanium* ſex ſyllabis alii nominant & ſcribunt. Sigonius hic ſubjicit: ITER A MEDIOLANO *Aquileam M. P. M. CCLXX.* SCHOTT.

MEDIOLANVM CIVITAS] Sigonius hanc itineris inſcriptionem ſumpſit ex ſuperioribus. MSS. hoc non habent loco, nedum *Mediolanium*, quod Græcis quibuſdam haud diſplicuit. Ad laudem urbis nihil majus dici potuit hoc Auſoniano

Et Mediolani mira omnia. Copia rerum, Innumeræ cultæque domus, facunda virorum Ingenia & mores læti.

Quæ de vocis originatione vulgo etiam veteres tradidere, pleraque inepta ſunt. G. Becani *Meiland* non omnino Βικκεσέλινον videtur. WESS.

BERGOMO.] Ex Vaticano *Bergame* Em. Schelſtrate vulgavit, redolens barbaræ ætatis ſcripturam. *Vergomo* Itin. H., quo de alias. Medio ævo non *Bergamum* tantum ſed & *Pergamum* & *Pergama* vocitabant: Anonymus auctor de laudibus Berengarii Auguſti circa L. III. princip.

Pingue ſolum interea regum dum luſtrat uterque, Pergami adveniunt urbem.

& belli ſcriptor, quod Mediolanenſes Comenſibus fecerunt, ℣. 205.

Cum quibus & veniunt cum Brixia Pergama.

WESS.

BRIXIA CIV. M. P. XVIII.] Ita Simlerus & Surita ediderunt, aſſentiturque Fabriciani libri margo: noſtri tamen omnes XXXVIII. M. P. præferunt, ſummam juſta auctiorem. Verior eſt Itin. H. XXXII. M. P. intercapedo. De urbis origine & antiquitatibus Oct. Rubeus in *Memoriis*, quas vocat, *Brixianis* p. 16. &c. conſuli poterit. WESS.

SIRMIONEM MANSIONEM M. P. XX.] *In Blandiniano & Neapolitano exemplaribus, & Longolianis libris* Sermione manſio M. P. XXII. *Videndum an ad* Sirmionem inſulam *ea manſio ſit lacus* Benaci, *quem ager Veronenſis attingit*; *cum*

VERONA CIVITAS.	M. P. XXXIII.
VICENTIA CIVITAS.	M. P. XXXIII.
PATAVIS CIVITAS.	M. P. XXVII.
ALTINVM CIVITAS.	M. P. XXXIII.
CONCORDIA CIVITAS.	M. P. XXXI.
AQVILEIA CIVITAS.	M. P. XXXI.
FLVVIO FRIGIDO.	M. P. XXXVI.

LON-

cum hoc Itinerario Verona *eam consequatur mansionem. Celeberrima ea est insula, Catulli doctissimo poëtæ illustrata carminibus.* Svr.

SIRMIONE.] *Mansio* omnes libri, quorum nobis usura fuit: serior ætas *Sermionem*, unde *Sermione* nunc superat, appellavit: Sic vetus Carolomanni charta, de qua auctor Disser. Chorogr. Ital. p. CXLVII. Wess.

VERONA CIV.] Ditmaro Mersburgensi *Berna civitas* dicitur extremo L. III. Chron. Luitprandus L. II. C. 16. Brixia L. millibus Veronam separat, sed solent ejus milliaria esse productiora. Quo fuerit statu seculo IX. ex barbara urbis descriptione, quam Mabillonius Analectis p. 409. Ed. N. inseruit, cognoscere licet. Wess.

VICETIA CIV. M. P. XXXIII.] *In Blandiniano* Vicentia: *cum* Vicetia *scribendum viri docti doceant. Tacitus Hist. 3. C. 8.* Possessa ipso transitu Vicetia, quod per se parum, etenim modicæ municipio vires, magni momenti locum obtinuit. Svr.

VICETIA.] Male quidam *Vincentiam* vel *Vicentiam* scribunt. Schott.

VICENTIA.] Sic plerique nostrorum librorum: Cusani MSS. *Vicentiatium*, solito sibi more: placuit veteribus Latinis & Græcis *Vicetia*, labentis vero Imperii scriptoribus *Vincentia* & *Vicentia:* Lotharius Augustus in Lege, nuper edita tom I. part. II. Script. Ital. p. 153. *In Vincentia de Patavi, de Tarvisio, de Feltris.* Wess.

PATAVIS.] Hoc Tabula & MSS. præferunt. Itin. H. *Patavi*, ut in Lotharii I. Lege; putem alterum hinc esse natum. In numeris peccatum inest. Tabula XXII. M., uno minus Itin. H. edit. Municipii dignationem atque amplitudinem egregie exsecutus est Laur. Pignorius in *Originibus Patavinis* C. 16. totoque opere. Wess.

FLVVIO FRIGIDO.] Prope hunc fluvium Theodosius Eugenium Arbogastem vicit, ut Nicephorus & Claudianus scribunt, etsi quidam apud Claudianum *frigidi* nomen pro adjectivo falso acceperunt. Quidam ajunt hodie *Vipao* nominari, quod nomen étiam est proximæ mansioni *Longatico.* Siml.

FLVVIVM FRIGIDVM M. P. XXXVI.] *Hujus* fluvii *mentio fit à Claudiano poeta, in Tertium Honorii Consulatum* v. 99.

Alpinæ rubuere nives: & Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis ——

Sed & Socrates Scholasticus Historiæ Ecclesiasticæ libro v. C. 25. cum eam rem divinitus gestam commemorat, & ejus etiam fluminis nomen apposuit. Γίνεται ἐν συμβολῇ σφὶ τ ποταμῶν τ καλαμβόν Φελίκδον. *Atque item Nicephorus Callistus ex Socrate Historiam decerpens.* Svr.

FLVVIO FRIGIDO.] Nomen fluvio aqua frigida fecit: Ψυχρὸν ὕδωρ αὐτῷ τὸν ἐπωνυμίαν ποιήσαντα de eo Philostorgius ait L. XI. H. E. C. 2. Fluvium hunc Aquileia XXX. M. P. diversum esse Sigonius L. IX. Imp. Occid. p. 152. auctor est. Wess.

LONGATICVM MANSIONEM M. P. XXII.] *In Blandiniano & Longoliano*, Longatico mansio mpm. XXII. *Neapolitanum* Longatico mansio mpm. XVII. Svr.

LONGATICO.] Erat hæc mansio trans Julias Alpes, uti ex scripta Tabula & Itin. Hier. apparet. Quod vero Ph. Cluverius L. I. I. A. C. 2. adfirmat, Itinerarii auctorem Pannoniæ initium ad *Longaticum mansionem* feciſse, id hic incassum quæras. Wess.

HEMONA CIV.] In MSS. *Hennona* aut *Hennonia.* Rectius *Aemona:* ita enim legitur in veteri inscriptione Lubianae seu Laubaci, quæ Carniolae caput hodie est, & putatur fuisse Aemona. M. TITIO M. F. CL. TI. BARBIO TITIANO DECVRIONI AEMONAE D. LEG. II. &c. Siml.

AENO.

LONGATICO MANSIO.	M. P. XXII.
HEMONA CIVITAS.	M. P. XVIII.
ADRANTE MANSIO.	M. P. XXV.
CELEIA CIVITAS.	M. P. XXIIII.
RAGONDONE.	M. P. XVIII.
PATAVIONE CIVITAS.	M. P. XVIII.

AQVA

AENNONIAM CIV. M. P. XVIII.] *In eisdem exemplaribus* Hennoniam. *Plinius L. 3. C. 21. in Liburnis qui generatim ejus ætate Illyricum nuncupabantur,* Aenoniam *civitatem recenset. Ptolemaeo item in Liburniae, & Illyridis maritima ora* Αἰνώνα. SVR.

HEMONA.] Veriſſima eſt Simleri opinio, quamquam in vocis ſcriptura diſſidium non leve eſt. PETILIVS C. F. CLA. PAVLLVS EMONA invenitur in Theſ. p. DLVI. 5. FLAVIVS LVCANVS EMONA in Diar. Ital. Montfauconii C. 26. p. 388. atque id in Tabula & Itin. H. conſpicitur. Notkero *Emmonia, quæ eſt civitas Carniae provinciæ,* dicitur in Martyrol. a. d. v. Kal. Sept. Alii *Hemonam* nuncupant, ut Capitolinus in Maximinis C. 21., ubi Caſauboni nota negligenda non eſt: huc libri noſtri quoque ducunt, *Hennomacium* aut *Hennonia civitas* exporrigentes. Opiner hinc fuiſſe Antonium monachum, cui Epiſt. XI. Hieronymi Ed. N. inſcripta eſt: vidit enim Martianaeus in MSS. optimae notæ: *incipit ad Antonium monachum Hemonae:* ipſe quidem *Hermonae*, quamquam nulla addita cauſſa, id eſſe ait. Sequens epiſtola *Virginibus Hermonenſibus* data eſt, quibus ſi monachus iſte obtrectarit, eas *Hemonenſes* fuiſſe putavero: nam ab Hermone monte dictas eſſe Eraſmo nondum credimus. In M. P., ut hoc addam, error inolevit: Tabula cum Itin. Hier. a Longatico M. P. circiter XXIII. ſeparat. Vide de urbe W. Lazium L. V. Chorogr. Auſtriae p. 41. WESS.

ADRANTE.] Habent manſionem reliqua Itineraria, ſed in numeris cum noſtro diſſidentia. WESS.

CELEIAM CIV. M. P. XXIIII.] *Urbem Graciæ eſſe referunt in Noricis.* SVR.

CELEIA.] Falſum habuerunt Suritam, qui illi ea perſuaſerunt: Celeia nomen ſervat, Comitatu cognomine illuſtris. Subſcripſit Gradenſi Concilio An. IↃLXXIX. *Joannes Epiſcopus S. Eccleſiæ Celeianae:* ſubſcripſit etiam *Marcianus S. E. Petenenſis*, quem ego *Petavionenſem* fuiſſe arbitror. Celeia in literatis lapidibus CL. CEL. ſive CLAVDIA CELEIA dici aſſolet: nam Urſatus, qui in Monum. Patavin. CL. in COLONIAM immutabat, falſus eſt, uti Fabrettus C. 11. Inſcript. p. 105. animadvertit. Numeri & hic vitioſi videntur ob Tabulae & Itin. H. diſſenſum. WESS.

RAGONDONE.] Ineſt MSS. noſtris *Ragundone.* Tabula in M. P. egregie conſentiens *Ragandone*, Itin. H. *Ragindone* ſcribit. Ph. Cluverius iu Norico C. 5. inibi ſtetiſſe, ubi monaſterium eſt *Seitz*, arbitratur. WESS.

PATAVIONE.] Hæc in antiquis inſcriptionibus POETOVIO nominatur: hodie *Pettau.* SIML.

POETOVIONEM CIV. M. P. XVIII.] *Blandinianum* Patavione civit. mpm. XVIII: *atque item in Neapolitano & Longoliano: Lego tamen* Poetovionem. *Tacitus initio libri 3. Hiſtor.* Petovionem (*ita enim in vetuſto exemplari legitur*) in hiberna XIII. legionis convenerant. Illic agitavere, placeretne obſtrui Pannoniae alpes, an ire cominus, & certare pro Italia conſtantius foret. *Ammianus lib. xiiii. C. 11.* Venit Petobionem oppidum Noricorum: *cujus plurima infra in hoc Itinerario fit mentio. Ptolemaei libros depravatos arbitror in dictione hujus oppidi, & Πετοβίον legendum pro Παζαβίον in ſuperiore* Pannonia. SVR.

PATAVIONE.] Aſſentior Suritae Ptolemaeum emendanti. Lib. enim VIII., ubi in editis Βαιτυβίων, codex Palatinus Ποτοβίων, Coislinianus Πεταβίον oſtendit: hinc ſi Πεταβίων aut Παταβίων formaveris, nomen non male habebit. Hoc loco MSS. noſtri *Patavione*, infra vero aliquoties *Petavione* & *Poetovione*: ego cum vetuſtis diſſidere nolui, tanto minus quod utrumque fuerit probatum. POETOVIO eſt in Theſ. p. IↃXXX. 8. Fabrettus C. 111. Inſcrip. 54. mutilum lapidem, cui inerat C. F. VLPIA PETAVIONE, dedit, idque præter Tabulam & Itin. H. amplexus Ambroſius eſt Epiſt. 40. *Ille igitur ſtatim à Francis, a Saxonum gente in Siciliæ, Siſciae, Petavione victus eſt:* idem Benedictini

AQVA VIVA.	M. P. XX.
IOVIA.	M. P. XVIII.
LENTVLIS.	M. P. XXXII.
SEROTA.	M. P. XXXII.
MARINIANIS.	M. P. XX.
VEREIS.	M. P. XXII.

MVR-

expresserunt in Epistola Concilii Aquileiensis, quæ inter Ambrosianas locum obtinet: hoc Prisco quoque placuit in Excerptis Hoeschelii p. 43. ἀπὸ Παταβίωνος τῆς ἐν Νωρίκῳ πόλεως. Male Athanasius Apol. ad Constantinum p. 296. τὴν Πιτυβίωνα appellat: male quoque in versione Catalogi S. E. Hieronymi Βικτορῖνος Πιταβίωνος ἐπίσκοπος, pessime vero in ejusdem ad Vigilantium Epist. *Victorinus Pictabionensis*, Martianaeo nihil immutante, dicitur. WESS.

AQVA VIVA.] Restitui hoc ex MSS. Tabula & Itin. H. *Aquaviam* & *Aquavia* Simlerus & Surita dederant. Dicta mansio videtur, quod *vivis frueretur aquis*, ut Ausonii verba huc transferam. *Viculus aqua viva* in Diplom. regis Aistulfi, Nonantulano Abbati dato, & *Aqua viva* XXXII. M. P. ab urbe Roma in Itiner. Hieros. ex simili caussa nomen habent. WESS.

JOVIA.] Lugduni *Lovia* vulgarunt: sed alterum MSS. & Itin. H. agnoscunt. Dicta videtur a Diocletiano Jovio, qui cum collega Maximiano Herculeo *alarum & cohortium castra toto Rheni & Istri & Euphratis limite restituit*, teste Eumenio Orat. pro instaurandis Scholis C. 18. Forte etiam cohortes legionis *Joviae* hic in statione fuerunt: quid porro miramur mansionem hanc ita dici, cum his Imp. respublica *simul Herculea diceretur & Jovia*, ut turpiter blandiens Mamertinus ait Paneg. I. in Maximianum C. 13. Ceterùm inter hanc & sequentem mansionem Lugdunense exemplar & scripti quidam HIC SINISTRA interponunt, indicantes, uti puto, iter in partem sinistram flecti. WESS.

LENTVLOS M. P. XXXII.] *In Regio ex* Jovia, *quæ superior est mansio, & hac mansione, unum videtur conflatum nomen* Siniotalentulis. SVR.

SEROTA M. P. XXXII.] *Habetur in tribus, præter Regium, exemplaribus, in quo* Sirota M. P. XXXI. *legitur*. SVR.

SEROTA.] Amplectimur hoc ob librorum concordiam & Itin. H., quod & eadem M. P. edit. Tabula Regio Suritae assentitur. WESS.

MARINIANAS M. P. XX.] *Regium* Marianis M. P. XX. *Reliqua* Marinianis. SVR.

MARINIANIS.] *Maurianis* Itin. H., sed Tabula cum Ravennate nostrum probant. *Marinanam* in Valeria provincia Notit. Imp. Occid. ponit, sed ea alia est. WESS.

VEREOS M. P. XXII.] *Regium* Vericis M. P. XXII. *In reliquis* Vereis mpm. XXII. SVR.

VEREIS.] Librorum nostrorum excerpta & Itin. H. agnoscunt. Ravennas L. IV. C. 19. *Borevis*, sed Tabula, quam exscribere solet, *Berebis*. Puto non male M. Altingium notis MSS. in Tabulam arbitrari, Ptolemaei esse Βερβίς. M. P. XVIIII. Tabula, XVIII. Itin. H. a proxima mansione disjungunt. WESS.

MVRSAM CIV. M. P. XXVI.] *Regium* Marsa CIV. M. P. XXVII. *Blandinianum* Mursa civit. mpm. XXVI, *& Longolianum. In Neapolitano* Marsatium mpm. XXVI. *Ptolemaeo, quemadmodum in hoc Itinerario*, Κίβαλις, Μουρσέλλα *&* Μαρσένια *adjunguntur inter urbes* Pannoniae, *quæ sunt sub* Danubio. *Eutropius L.* 10. *C.* 6. Magnentium *Imp. apud* Mursam *profligatum acie ac pæne captum auctor est, sed eam Socrates Historiæ Eccl. lib.* 2. *cap. xxxii.* Galliarum *præsidium esse docet, & ab ea Lugdunum tridui iter esse auctor est.* Marsoniae *vero*, *&* Mursae *fit mentio in Notitia provinciarum sub dispositione Ducis Pannoniae II.* Ripariensis, *sive* Saviae. *Stephanus alterius* Mursae *meminit*, Μούρσα πόλις Ἰώνιας κτίσμα Ἀδριανοῦ. SVR.

MVRSA.] P. AEL. P. F. SERGIA MAGNVS D. MVRSA EX PANNONIA INFERIORE est in lapide Britannico Thes. p. MVII. 3. & L. II. Britanniae Romanae p. 192. n. 48. nec alia est Stephani *Mursa*: nam pro Ἰωνία legendum Παννονίας cum Ill. Scaligero & Salmasio ad Spartiani Adrian. C. 20. Restitutum id quoque Stephano est ex Vossiano codice a Ber-

MVRSA CIVITAS. M. P. XXVI.
CIBALAS CIVITAS. M. P. XXIIII.
VLMOS VICVS. M. P. XXIIII.
SIRMI CIVITAS. M. P. XXVI.
BASSIANIS CIVITAS. M. P. XVIII.
TAVRVNO CLASSIS. M. P. XXX.

SIN-

Berkelio. Socrates, &, qui paria ſcripſit, Sozomenus L. IV. H. E. C. 13. in errore ſunt, ſicuti Scaliger ad Euſeb. n. MMCCCLXVI. oſtendit, & Ezech. Spanhemius ad Juliani Orat. I. p. 230. *Murſella*, quam Surita ex Ptolemaeo advocavit, a Murſa diverſa eſt, ut ex Itin. H. conſtat; eadem vero Μυρσία *Murſia Colonia:* ſic enim præter Ptolemaeum uterque Victor, & auctor opuſculi de Mediolani ſitu p. 224. tom I. part. 2. Script. Ital., quamquam male ibi *Nurſia.* Parietinas urbis Comes Marſilius Danubii ſui tom II. pag. 49. deſcribit. WESS.

CIBALAS CIV. M. P. XXIIII.] *Regium* M. P. XXIII. *Reliqua* Cibulas M. P. M. X XIIII. *Ammianus libro xxx. C. 7.* Natus apud Cibalas Pannoniae oppidum Gratianus major, ignobili ſtirpe. SVR.

CIBALAS.] Libri noſtri *Cibulaſcium* pro *Cibulas civ.*, ſed vulgatum rectum eſt. Græcis Κιβαλίς; hinc Libanio Orat. XIII p. 413. Valentinianus & Valens fratres dicuntur, οἷς πόλις ἡ Κιβαλίς. Jac. Gothofredus in Philoſtorgium L. VIII. C. 16. Cibalin in Tabula *ad Labores* nominari arbitratur ob dubium & ardui *laboris* certamen, quod eam ad urbem inter Conſtantinum & Licinium pugnatum fuit; mihi commentum non placet: vetat loci intervallum, quod inter *Murſam* & *ad Labores* XII. M. P. eſt, cum Murſam inter & Cibalim XXII. M. interfuerint. Nec videtur vir doctus advertiſſe in Tabula *Cibalis* nomen eſſe præteritum, ſervatis urbis inſignibus, quæ poſt *Pont. Ulcae* ſive *Ponte Hulcae* conſpiciuntur. Erat enim *Hulcae* palus urbi vicina, uti ipſe ex Zoſimo & Victoris Epitome commonefecit. WESS.

VLMOS VICVM M. P. XXIIII.] *Regium* M. P. XXII. *Reliqua* mpm. XXIIII. SVR.

VLMOS.] Ita & noſtri codices: veriores tamen numeri videntur Regii libri ob Itin. H. & itinera, quæ inferius XXII. M. P. probant. WESS.

SIRMIVM CIV. M. P. XXVI.] Sirmienſem *urbem*, & *caſtellum* Siſciam *in ea via ſitas prodit Strabo, quæ ex* Pannonia *in Italiam ducebat: ut jam antiquitus hæc via conſtituta & conſtrata fuerit.* SVR.

SIRMI CIV.] *Sirmicium* Voſſii & Cuſani ſchedae: notiſſima urbs eſt prope Savum & Bacuntium poſita. NATIONE PANNONIVS DOMV FLAVIA SIRMIO eſt in Gudii lapide p. CXLVI. 6t *Flavia Auguſta Sirmium* in Notit. Imp. Occid. dicitur, unde à gente Flavia beneficiis ornatam fuiſſe apertum eſt: forte coloniam eo deduxerunt; eſt ſane DEC. COL. SIRMIENS. in monumento Danubii Pannonici tom. II. p. 105. Tauruno ſive Belgrado duorum dierum itinere aberat, Imp. Conſtantino teſte de Adminiſt. Imp. C. 40. Ruinas ejus depinxit Comes Marſilius p. 45. WESS.

BASIANAS CIV. M. P. XVIII.] *Regium* Baſſianis civitas M. P. XVIII. *Reliqua* Baſinianis civit. mpm. XVIII: *Sed quod Ptolemaeo* Βασιάνα *ſint, ega* Baſianas *legendum arbitror.* SVR.

BASSIANIS.] Cuſani MSS. *Baſinianiſcium*, ceteri *Baſinianis.* Ego ob Tabulam, Itin. H. & Ravennatem Regii codicis ſcripturam recepi: Βασσιάνα Ptolemaei Coislinianus quoque ſcriptus, ut dubitandum non ſit de rei veritate. WESS.

TAVRVNVM CLASSIS M. P. XXX.] *Regium* Taurono laſſis M. P. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Taurono claſſis. *In Neapolitano* Taurino claſſis mpm. XXX. *Plinius de Pannonia L. 3. C. 25.* Alter amnis Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit: ubi civitas Sirmienſium, & Amantinorum. Inde XLV. M. P. Taurunum, ubi Danubio miſcetur Saus. *Arrianus de rebus ab Alexandro Magno geſtis libro viii.* (*Hiſt. Indic. C. 4.*) *memoriæ prodidit, Danubio* Savum *apud Paeonas immiſceri, locumque, ubi hæc duo flumina confunduntur,* Taurunum *vocari. At in hoc Itinerario* XLVIII. M. P. *deſignantur: quo id ſi-*

SINGIDVNO CASTRA. M. P. IIII.
AVREO MONTE. M. P. XXIIII.
AB AVREO MONTE
VINCEIA. M. P. VI.
MARGO. M. P. VIII.
ET

gnificari videmus, *eo loci* Classi, *quæ Danubio navigaret*, *stationem esse constitutam: & ita legendum esse* Taurunum classis, *uti in sequenti mansione* Singidunum castra. *Ptolemaeo* Ταυρῆσον *pro* Ταυρῆνον. *In notitia Provinciarum apparet*, *Præfectos* Classium *in his locis præfuisse: ut Præfectus Classis primæ Flaviae Augustae* Sirmii. *Præfectus classis Istricae* Mursae. *Vulgo* Belgradum, & Albam Græcam *esse agnoscunt in* Moesia *superiore vel* Bosna. SVR.

SINGIDVNVM CASTRA M. P. IIII.] *Regium* Singidlino castra M. P. IIII. *Reliqua* Singiduno M. P. IIII. *Apud Ptolemaeum in superiore Mysia inter mediterraneas urbes juxta* Danubium flumen Σιγινδῦνον *pro* Σιγιδῦνον. Moesia *enim provincia Pannoniae adjuncta*, *ad Pontum usque cum Danubio decurrens*, *à confluente* Danubii & Savi *ad Taurunum incipit*, *ut Plinius auctor est. In notitia Provinciarum sub dispositione viri spectabilis Ducis* Moesiae *primæ Præfecturæ legionis iiii. Flaviae* Singiduno. *Nicephorus Callistus libro viiii. C.* 12. *de* Ursatio Singidonis, & Valente Mursiae, *Pannoniorum Episcopis*, *in* Sardicensi Concilio, *pluribus aliis locis mentionem facit. Ii enim fuêre*, *qui adversus magnum illum* Osium Cordubensem Episcopum *summis concertationibus dimicavere: quos Athanasius super formula fidei in* Sirmio *compositæ suis percellit epistolis. Idem auctor lib. xiiii. perhibet* Longobardos, & Abares *oram eam*, *quæ ad* Singidonem & Sirmium *est*, *incoluisse. Et lib. xviii.* Abares *bis in id quod vocatur* Macrontichos *expeditione facta*, Singidonem & Anchialum, *Græciamque omnem*, *atque urbes*, & *castella expugnasse*. SVR.

SINGIDVNO.] Procopius L. III. G. B. C. 33. πόλιν Σιγγηδόνα appellat, quamquam regius codex Σιγιδόνων, credo pro Σιγίδονον. Theodoreto L. II. H. E. C. 8. vitiose Συγγήδονον dicitur: de urbis situ Theophylactus Simocatta L. VII. H. M. C. 11. τὼ δὲ Σιγγηδόνα δύο ποταμοὶ ἀγκαλίζονται, ὅ τε Σάος καὶ Δρᾶος, *Singidunum duobus fluminibus Savo & Dravo incingitur*: verum errat: a Savo haud longe afuit, longe vero a Dravo. L. Holsteinius nunc *Zenderin* esse censet. Vide & Danubii Pannon. Tom. II. p. 9. Comitis Marsilii. WESS.

AVREVM MONTEM M. P. XXIIII.] *Hæc mansio deest in exemplari Regio. In reliquis* Aureo monte M. P. XXIIII. *Oppidi nomen esse ex Eutropio adparet*, *ut in mansione* Almi *infra commonstrabimus*, & *idem perhibet L.* 9. *C.* 13. Carinum *Imp. inter* Viminacium *atque* Aureum montem *victum. Infra in hoc Itinerario* Aurei montis *fit mentio*, & *in Notitia Provinciarum*, *sub dispositione Ducis provinciæ Pannoniae secundæ* Ripariensis sive Saviae, *Præfectus legionis vi. Herculeae cohortis v. partis superioris* Aureo monte. SVR.

AVREO MONTE.] Nomen mansioni venit ab *Aureo monte*, cui apposita erat. Probum Imp. eum montem vineis conseviisse ex Victoris Epitome & Eutropio notum est: alius *Aurei montis* descriptionem pete ex Theophylacto L. VII. H. M. C. 8. Quæ vero XXXIIII. M. P. Vossii & Cusani schedæ addunt, ea nimia esse aliunde apparet. WESS.

AB AVREO MONTE VINCEIAM M P. VI.] *Reg. continuo versu* Abaureomontevinceia. P. M. VI. *Bland. & Neap. separatim* Ab Aureo monte Vinceia: & *Longol. sed hoc* Viceia *emendat: ac monet*, *ut caveant*, *an* Vienna *legendum sit.* SVR.

VINCEIA.] Alii *Vineea.* SIML.

VINCEIA.] *Vineea* nostri non agnoscunt: si genuinum esset, posses de *Vineis*, quibus *Aureum montem* Probus Imp. vestivit, non absurde cogitare. *Vinzeio* Itin. H. WESS.

MARCO.] Liber Notit. *Margum* nominat. SIML.

MARGVM M. P. VIII.] *Regium* Margo M. P. VIII. *Reliqua* Marco mpm. VIII. *Paulò post hoc ipso itinere* Horrea Margi. *Eutropius in Diocletiano L.* 9. *C.* 13. postea, *inquit*, Carinum omni odio, & detestatione viventem, apud Margum ingenti prælio vicit, proditum ab exer-

ET LEG. M. P. VIII.
TVRIOS. M. P. XX.
INDEVMINACO. M. P. X.
VIMINACIO. M. P. XXIIII.
MV-

exercitu suo, quem fortiorem habebat: certè desertum inter Viminacium atque Aureum montem. *In Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Moesiæ primæ Auxilium* Margense Margo: *& Præfecturæ militum contra* Margum *in Castris Augusto Flavianensibus, & Præfecturæ Classis* Stradensis, *&* Germensis Margo. SVR.

MARGO.] Alluebatur urbs a cognomine fluvio, quem Tabula memorat. Situm bene descripserunt Priscus & Jornandes: illius in Excerpt. Hoesch. p. 49. hæc sunt: Καὶ παραγίνονται ἐς Μάργον· ἡ δὲ πόλις τοῦ ἐν Ἰλλυρίᾳ Βυζῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ, ἄντικρυ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην. *Margum perveniunt, quæ Mysorum in Illyrico urbs est, posita ad Danubium, è regione castelli Constantiae, quod adversam ripam insidet.* Μυζῶν *Priscum* reliquisse manifestum est, jamque à Cantoclaro animadversum. Jornandes de Reb. Get. C. 58. *Qui tunc*, inquit, *cum Mundone conflictum paraverat ad civitatem Margo plano, quæ inter Danubium Martianumque flumina adjacebat.* An *plani* cognomen accepit, quod in planitie esset? Scribe vero *Danubium Margumque* ex Ambrosiano codice & Marcellino Comite, cujus verba brevi post exscribam. WESS.

ETLEG M. P. VIII.] *Habetur in Regio. Blandinianum & Longolianum* Ethlegh M. P. VIII. *In Neapolitano* Ethdoch mpm. VIII. *Ego arbitrabar legionis stationem hoc loco designari: sed cum apud Ptolemaeum inter urbes Danubio propinquas* Ἔτηγα *recenseri videam, æstimandum judico.* SVR.

ETLEG.] In Vaticano *Hetleg*, Vossianus *Ethleg*, Cusani *Eluleth*, alii aliter, sunt enim hæc vitiosissima: Dicam quid mihi videatur, qui vero meliora conjecerit, eum vatem perhibebo optimum. In corruptissima voce latere arbitror *Leg. VII. Claudiam*, quæ in his locis stationem habuit, ut Notitia Imp. Occid. docet; nam Ἔτηγα sive Ἔτητα, ut editur, Ptolemaei nihil ad hanc vocem, estque sine dubio *Aegeta*, de qua suo loco. Quod vero sequitur *Turios*, quia ab optimo libro abest, hinc exulare debere judico: reliqua, ut verba compendifaciam, ita ordino.

MARGO M. P. VIII. CL. LEG. VII.
INDE VIMINACIO M. P. X.
MVNICIPIO M. P. XVIII.

Tabula & Itin. H. fecerunt, ut verum hoc esse opinarer: ponunt Margum inter & Viminacium M. P. X. neque parum adjuvit suspicantem perversus librariorum mos, sæpius ex legionum nominibus urbes & mansiones condentium. WESS.

TVRIOS.] Vel *Dorium*. Ptol. & Notit. *Tricornium* vocare videntur. SIML.

TVRIOS M. P. XX.] *In Regio deest hæc mansio, quæ habetur in reliquis.* SVR.

TVRIOS.] Recte deesse puto: nam *Tricornium*, de quo Simlerus, inter Singidunum & Aureum montem fuit, ut ex Itin. H. liquidum est. WESS.

INDEVMINACVM M. P. X.] *Regium exemplar* Inde Minacio M. P. X. *Blandinianum & Longolianum* Inde Euminaco mpm. X. *Neapolitanum* Inde Emminaco mpm. X. SVR.

INDEVMINACO.] Librorum nostrorum excerpta a Suritae codicibus non dissentiunt, nisi quod Vaticanus *Euminiaco* præferat. *Viminacio* in his occultari non est dubium. WESS.

VIMINACIVM M. P. XXIIII.] *Regium* Viminacio M. P. XXIIII. *cum infra in eodem* Viminacio *legatur. Blandinianum & Longolianum* Viminatio mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Viminacio mpm. XVIII: *&* Municipii *mansionem* Viminacio *antetulit, quæ ratio & in Longoliano adnotatur. Ptolemaeo* Οὐιμινάκιον λεγιὼν. *Forte legendum hoc Itinerario* Viminacium municipium M. P. XXIIII: *videntur enim ex una mansione duæ factæ: neque versimile est nomen* Municipii *nudum fuisse adpositum, civitatis nomine prætermisso, atque ideo atro asterisco signavimus: tametsi in manuscriptis, & Longolianis libris* Municipium M. P. XVIII. *seorsim legatur. Aelius Spartianus auctor est in Vita Severi C.* 10., *cum* Severus *contra* Albinum *expeditionem urgeret, in itinere apud* Viminacium Bassianum *filium majo-*

MVNICIPIO.	M. P. XVIII.
IDIMO.	M. P. XXVII.
HORREO MARGI.	M. P. XVI.
POMPEIS.	M. P. XXXIII.
NAISSO.	M. P. XXIIII.

RE-

majorem, adpoſito Aurelii Antoni nomine, Cæſarem adpellaſſe. SVR.

VIMINACIO.] Celebris hæc urbs eſt, Coloniæ Jure a Gordiano Imp. donata, unde in ejus numis COL. VIM. P. M. S. AN. I., & in aliis, AN. II. III. IV. quibus notatur, ut vere contra Harduini ineptias viri docti iverunt, COLONIAM VIMINACIVM eſſe *provinciæ Moeſiae ſuperioris*, & numos An. I. &c. eſſe procuſos. Theophylactus L. VIII. H. M. C. 12. Βιμινάκιον eſſe νῆσον πρὸς τῷ ῥείθρῳ τοῦ Ἴστρου perhibet. Similia leges in Nicephoro L. XVIII. H. E. C. 37. & in Hiſtor. Miſcel. L. XVIII. adde Procopium L. IV. Aedif. Juſtin. C. 5. WESS.

MVNICIPIO.] Non ſequor judicium Suritae, hanc manſionem ex ſua ſede migrantis. Habent hoc loco *Municipium* cum iiſdem P. M. Tabula & Itin. H. unde vero manſioni tale nomen, qualeve municipium hoc ſit, cum igniſſimis juxta ſcio. Ceterum iter hinc a fluvio recedit in mediterranea. WESS.

IDINO.] Alias *Iduno*. SIML.

IDIMVM M. P. XXVII.] *Regium* Idimo M. P. XXVII. *Blandinianum & Longolianum* Idimo mpm. XXV. *ſed in Longoliano* XXVI. *corrigitur. In Neapolitano* mpm. XVI. SVR.

IDIMO.] *Iduno M. P. XXVI.* N. Cuſani exemplar: Voſſianum ceteraque noſtra cum Blandiniano conſpirant. Forte veriora ſunt M. P. XXVI. Cuſani libri ob Itiner. Hieroſ. conſenſum. WESS.

HORREO.] Ptol. ſimpliciter *Horrea* nominat. SIML.

HORREA MARGI M. P. XXI.] *Regium* Orreo Margi M. P. XVI. *Reliqua* Horreo Margi M. P. XXI. *Ptolemaeo inter urbes à Danubio ſemotas* Ὄρρεα. SVR.

HORREO MARGI.] Sic MSS. noſtri, & recte. *Scutaria Horreo Margenſis* eſt in Notit. Imp. Orien. Sirmondus in Marcellini Comitis Chron. An. 505. *Horreo Margo*, pro quo *Horrea Margi*, emendat, publicavit: at Panvinius, Schonhovius & Scaliger, *commiſſo juxta Margum plano oppido, multis ſuorum militibus in conflictum perditis & in Margo flumine enecatis:* atque hoc probavere ob Jornandem, quem paria ſcripſiſſe ſupra vidimus. Ὀρρέμαργος eſt in Hieroclis Synecdemo, hinc emendando: poſitum *horreum* ad Margum fuit flumen, remotius tamen ab Iſtro quam oppidum Margum: nemo ergo obſecundabit Salmaſio *Horreum Margi* in *Marci* commutanti & a Marco Imp. conditum arbitrato ad Vopiſci Carinum C. 18. Ceterum M. F. Suritae Regius codex veriora dedit, ut ex Tabula & Itin. H. perſpicuum eſt. Vulgatis peccatum ineſſe Chr. Cellarius L. II. C. 8. p. 579. jam ſuſpicatus eſt: ego meliora recepi. WESS.

POMPEIOS M. P. XXIII.] *Regium* Pompeis XXIIII. *Blandinianum & Neapolitanum* Pompeis mpm. XXXIII: *atque item in Longoliano: ſed* XXIII. *emendat.* SVR.

POMPEIS.] *Præſidium* fuiſſe ex Tabula novimus. Videtur neſcio qui Pompeius ejus auctor, unde & Tabulae *Pompei* præſtat. WESS.

NAISSVM M. P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Naiſſo mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Naiſſa XXIIII. *Longolianum* Naiſſo XXIIII: & Naiſſa *corrigitur. Georgius Cedrenus de rebellione in Pannonia à Bulgaris facta, pagina* DCXV. Ναῖσσος *meminit. Et Ptolemaeo inter Dardaniae urbes* Νεσὸς *recenſetur, forte pro* Ναῖσσος: *cui adjunguntur* Ulpianum & Scupi: & *Cedrenus Naiſſo* Scupas *adjungit, quam primariam Bulgariae urbem eſſe aſſerit.* SVR.

NAISSO.] Certa eſt Suritae in Ptolemaeo conjectura: plane enim in Coiſliniano & duobus Palatinis, teſte Scaligero ad Euſeb. legitur Νάισσον. Patria M. fuit Conſtantini: aberat a Danubio V. dierum itinere Priſco in Excerpt. p. 25. teſtificante. Scribunt autem *Naiſum* & *Naiſſum* veteres, qua de re viri docti ad Stephan. & Valeſ. ad Ammianum L. XXI. C. 10. dicam alias plura. WESS.

REMISIANA M. P. XXV.] *Præferunt manuſcri-*

REMISIANA. M. P. XXV.
TVRRIBVS. M. P. XVIII.
MELDIA. M. P. XXX.
SERDICA. M. P. XXIIII.
BVRBVRACA. M. P. XVIII.
HE-

nuſcripta exemplaria & libri Longoliani Remiſſiana. SVR.

REMISIANA.] Sic excerpta librorum vetuſtorum. Hierocli Ρεμεσίανα, Procopio L. IV. Aedif. Juſtin. C. 1. Ρεμισίανα, qui tamen C. 4. χώρων Ρεμεσιανησίων appellat: Tabulae in M. P. pæne conſentienti *Romeſiana* dicitur: Chalcedonenſi Concilio *Diogenianus Epiſ. Remeſſianenſis Daciae mediterraneae* ſubſcripſit. Ex his non abſurde opinaberis, vulgatam vocabuli ſcripturam vero eſſe proximam: Certe A. Pagi Criticæ An. CCCXCVI. 6. non perſuadet *Romatiana* hic præſtare: quantumvis enim Martyrum indices Nicetae ſedem Epiſcopalem ita appellitent, vereor tamen ut ceteris omnibus prævaleant. WESS.

TVRRIM M. P. XXVIII.] *Regium* Turribus M. P. XVIII. *Blandinianum* Turris mpm. XXVII. *Neapolitanum* Turris mpm. XXVIII. *Longolianum* Turris mpm. XXVII: & XXV. *corrigitur. Forte id oppidum eſt, cujus Procopius libro de bello Gothorum iiii. C. 14. mentionem facit, perhibet enim Juſtinianum Imperatorem miſſis ad* Antas & Sclavinos *legatis, maxime hortatum fuiſſe, unum ut omnes incolerent locum, & veterem præcipue urbem* Turrim *cognominatam, ſupra Iſtrum ſitam, & à Trajano quondam exædificatam, ſed id temporis barbarorum direptione penitus deſtitutam.* SVR.

TVRRIBVS.] Hoc ex Regio Suritae libens amplexus ſum, motus libri dignitate & Itin. H. ac Tabulæ conſenſu; vulgo MSS. XXVIII. M. addunt, ſed X. Itin. H., pariter ac dictus Suritae codex, detrahit. *Turris* Procopii huc non pertinet, trans Iſtrum poſita. Hæ in Dacia mediterranea fuere. Paſſim per provincias turres erant ſparſæ ad hoſtium incurſiones compeſcendas. Thucydides L. III. C. 51. ἐχεῶνδε ὃ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρεῖς φρουρίον, &, qui propius ab Itinerarii ætate afuerunt, Imp. Valentianus & Valens L. XIII. Cod. Theod. de Oper. Publ. ad Tautomerem Ducem Daciae ripenſis, *in limite*, inquiunt, *gravitati tuæ commiſſo, præter eas* TVRRES, *quas refici oportet, ſi forte indigeant refectione,* TVRRES *adminiſtrationis tempore quotannis locis opportunis exſtrue:* ubi doctiſſ. Gothofredus Antonini *turrium* oblitus non eſt. Vid. & ſupra p. 35. WESS.

MELDIA M. P. XXX.] *Habetur in Regio. Reliqua* Melipia XXX. SVR.

MELDIA.] In vetuſtis editionibus & MSS. excerptis, quibus utimur, *Melipia.* Verior eſt Regii codicis ſcriptura, probata Itin. H. & Tabulæ, quæ *Meldiis* tamen. WESS.

SERDICA.] Vel *Serdicca* vel *Sardica.* SIML.

SERDICAM M. P. XXIIII.] *In Regio & Blandiniano legitur* Serdica mpm. XXIIII. *In Neapolitano* Serdica mpm. XXXIIII. *Longolianum* XXIIII. & XXX. *corrigit. Eutropius Maximianum Galerium Imp. in Dacia haud longe à* Serdica *natum auctor eſt. Ammianus de* Serdica, *libro xxxi. C.* 16. per nemoroſa, & devia trans Philippopolim, exindeque Serdicam aliam Macedoniae urbem. *Ptolemaeo* Σαρδίκη *inter Mediterraneis* Thraciae *urbes. Suidas* Serdicem Daciae *urbem memorat.* SVR.

SERDICA.] Ammiani locum, de quo Surita, vitioſum eſſe, Valeſius docuit. SERDICA a Serdis Thraciae gente, qua de Dio L. LI. p. 529., recte dicitur. plures apud Joan. Vaillantium numi ΣΕΡΔΙΚΑϹ ΟΥΛΠΙΑϹ vocabulis inſcripti ſunt: ſolet alioqui Σαρδική Græcis appellari, Athanaſio etiam Apol. contra Arianos p. 154. Σαρδῶν πόλις. Nunc *Triaditzam* vocitant, Leunclavio Pand. Turc. C. 104. docente. Vide Gisb. Cuperum ad Lactant. Mort. Perſ. p. 206. 207. WESS.

BVRBVRACA.] Alias *Bagaraca* vel *Bagaracta.* SIML.

BVRBVRACA M. P. XVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Bagaracta mpm. XVIII. *Neapolitanum* Bagaraca XVIII. *Longolianum* Bagaracta mpm. XVIII. & Bagaraca *corrigitur.* SVR.

BVRBVRACA.] Nullus noſtrorum codicum hoc

HELICE.	M. P. XXI.
LISSAS.	M. P. XXI.
BESSAPARA.	M. P. XXII.
PHILIPPOPOLI.	M. P. XXII.
CELLIS.	M. P. XXX.
OPIZO.	M. P. XX.
ASSO.	M. P. XVIII.

SVB-

hoc agnoscit. Vossianus *Ragaraca*, Cusani *Bagarica: Bagaracta* margo exemplaris Fabriciani. *Buragara* Itin. H. Quid horum verius sit, alius ostendet. WESS.

HELICEM M. P. XXI.] *Regium* Elice mp. XXII. *Reliqua* Helice mpm. XXI. SVR.

HELICE.] *Iliga* in Itin. H. dicitur. Forsan ab *Helice* cognomentum impetravit: nota sunt Senecae hæc de Thracia Hercul. Oet. 1539.

Durior terris Helices nivosæ.

sequens mansio æque mihi obscura est. WESS.

LISSAS M. P. XXXI.] *Omnia habent exemplaria.* SVR.

BESSAPARA M. P. XXII.] *Regium* Belsusara mpm. XXII. *Blandinianum, & Longolianum* Bassapara M.P.M. XXII. *In Neapolitano deest hæc statio. Procopio in fine libri* IV. περὶ τῶν κτισμάτων *inter Castella Thraciae* Βεσύπαρον *&* Βεριπαρὰν *connumerat.* SVR.

BESSAPARA.] *Basapare* Itin. H. Refert huc J. Gothofredus L. XXX. Cod. Th. & L. XXI. C. Just. de Decurion., quæ *Bessae* dicuntur datæ: sane Constantem Imp. An. CCCXL., quo leges illæ editæ sunt, in Thracia egisse ac Dacia ex L. XX. Cod. J. ejusdem tit., quæ Naissum in subscriptione habet, non male colligas: nec certum tamen est, *Bessam* eandem atque hanc esse: a *Bessis* credo nomen accepisse: *Para* in Thracum sermone aliquid adsignificasse, unde urbes castellave nominari possent, ex variis vocabulis, hoc productione adauctis, apud Procopium videtur patere. WESS.

PHILIPPOPOLIM M. P. XXII.] *Plinius* L. 4. C. 11., oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis: nunc à situ Trimontium dictum. *Mirum tamen Ptolemaeum addere, &* Hadrianopolim *nuncupatam, cum vel hoc ipso Itinerario diversa oppida sint. Ammianus libro xxii. C.* 2. Edixit iter in Thracias, motisque properè signis, emensa declivitate Succorum Philippopolim petiit, Eumolpiada veterem. *Idem asseritur in Breviario Rufi Festi. Stephanus* Macedoniae *attribuit.* SVR.

PHILIPPOPOLI.] *Pulpudenam* ante fuisse dictam Jornandes in Regn. Success. adfirmat. Ill. Scaliger corruptissimam eam vocem ob Suidam in *Dulonpolis* commutavit: verum Suidas hoc cognomine Philippopolin fuisse non dicit, egregie tamen Πονηροπόλεως titulum in Δούλων πόλις enarrans. Jornandes Sextum Rufum secutus *Eumolpiada* scripsisse videtur, ut Lindenbrogius ad Ammian. monuit: præter hæc nomina Δάτου quoque habuit, si fidem meretur Collectio Geographica MSS., cujus verba Holsteinius ad Stephani Φιλιππόπολις exscripsit: forte meliore jure de Philippis hoc pronuntiasset, ut ex Appiano L. IV. B. C. p. 1040. notum est. Nunc *Philibe* dicitur auctore Leunclavio Pand. Turc. C. 33., qui tamen cum addit, Philippopolis primum conditorem Philippum Imp. fuisse, in errorem incidit, quem vitasset, si pro conditore instauratorem posuisset. Vide Ezech. Spanhemium Dissert. XI. de V. & P. Numis. p. 254, & Scaligerum ad Euseb. n. MMCCLXIII. WESS.

CELLAS M. P. XXX.] *Regium* Cellis M. P. XXXI. *& reliqua* Gillis mpm. XXX. SVR.

CELLIS.] Librorum excerpta, quorum nobis usura fuit, cum vetustis editionibus *Cillis. Cillio* cum iisdem M. P. Itin. H. WESS.

OPIZVM M. P. XX.] *Regium* Pizo M. P. XVIII. *Reliqua* Opzo mpm. XX. SVR.

OPIZO.] Scripta Tabula *Piho*, solito errore pro *Pizo*, uti in Regio Suritae est. Mihi dubium non est, quin huc referri subscriptio L. ult. de Primicer., & L. ult. de Honor. codicil. Cod. Theod. debeat: data posterior est *X. Kal. Octo. Piso*, prior *X. Kal. Oct. Topiso.* Si utrobique *Piso* aut *Opiso* legeris, salva res erit: nam *Topiro*, quod consultiss. Gothofredo placuit, à scripturæ vestigiis longius abit. WESS.

AS-

SVBZVPARA.	M. P. XX.
BVRDIPTA.	M. P. XXII.
HADRIANOPOLI.	M. P. XXIIII.
OSTVDIZO.	M. P. XVIII.
BVRTVDIZO.	M. P. XVIII.
BERGVLE.	M. P. XVIII.
DRIZIPARA.	M. P. XIIII.

IZI-

ASSVM M. P. XVIII.] Ruſo *habet Regium exemplar. Reliqua* Aſſo mpm. XVIII. *Flacilli Epiſcopi* Aſſi *civitatis ſit mentio in Chalcedonenſi Concilio, forte ab* Aſſo *urbe* Phrygiae *minoris, ſeu* Troadis. SVR.

ASSO.] *Arſum* ſive *Arzum* Tabulæ dicitur. Ἄρζω Ptolemaeo & Procopio L. IV. Aedif. Juſtin. C. II. WESS.

SVBSVPARA.] *Saccarana*, alias *Saranara*, vel *Sazanara*. SIML.

SVBSVPARA M. P. XX.] *Reg.* Subzupara M. P. XVIII. *Bland.* Sazanara mpm. XX. *Neap.* Sacanara mpm. XX. *Longol.* Saranara mpm. XX. & Sararana mpm. XVIII. *corrigitur.* SVR.

SVBZVPARA.] Peutingeri Tabula hoc loco *Caſtris rubris M. P. XVIIII.* Itin. H. *Caſto Zobra M. P. XVIII.* habent. Procopius *Arzo Caſtra Zarba* adjungit, quæ Itinerarium nostrum inferius *Caſtra Jarba* appellat. Puto ea ſub praviſſimis vocabulis, quæ MSS. dant, latere: Voſſianus *Sanazara*, Cuſani *Saganara*, Vatic. *Baſannara.* XVIII. M. P., quæ Regius Suritae præfert, ob Tabulam & Itin. H. meliora videntur. WESS.

BVRDIPTAM M. P. XXII.] *Reg.* Burdicta M. P. XXII. *Bland.* Burdipta mpm. XXII. *Neap.* Burtippa mpm. XXII. *Longolianum* Burdepta mpm. XXII. & Burdipa *corrigitur.* SVR.

BVRDIPTA.] Invenio in Procopio extremo L. IV. Aedif. Juſtiniani Thraciae caſtellum *Burdepto*, quod ad Longoliani exemplaris *Burdepta* proxime accedit. WESS.

HADRIANOPOLIM M. P. XXIIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum: niſi quod in hoc* XXI. *corrigitur. Ammianus libro* XIII. *C.* II. urbem Hemimontanam, Uſcudamam antea nuncupatam: *quod nomen depravatum apparet in Breviario Ruſi Feſti.* SVR.

HADRIANOPOLI.] Cuſani ſchedæ XXXIII. M. P. apponunt, atque ita fere alio itinere infra, nec recte tamen. Aberat Conſtantinopoli V. dierum itinere Procopio indice L. III. B. G. 40. Plura alias dicam. WESS.

OSTVDIZO.] Vel *Hoſtodizo.* SIML.

OSTVDIZVM M. P. XVIII.] *Regium* Ostrudo M. P. XVIII: *Et infra in itinere* A Dyrrhachio Byzantium *in eodem Regio* Oſtidizo *legitur. Blandinianum & Longolianum hoc loco* Oſiudizo *legunt: & Neapolitanum* Oſindizo. *Infra itinere ſupradicto* ab Hadrianopoli Oſtudizum XVIIII. M. P. *conſtituuntur, & dein* M. P. XXXIII. SVR.

OSTVDIZO.] Niſi Hilarius foret, quænam hæc ſit manſio, in obſcuro eſſet: is Operis Hiſtorici fragmento VIII. p. 1346. recentius nomen indicavit: *Cum conſediſſent*, inquit, *Epiſcopi manſionis Nicaeae, quæ antehac Uſtudizo vocabatur, in provincia Thracia:* Sic edunt: mallem *manſione Nicae*, ut in Hier. Itin. eſt, quamvis x. fragmento ejuſdem operis, *Nicaea Thraciae* vocetur. Eſt enim Νίκη ἡ Θρᾴκης, ubi Ariani novam ſuæ fidei profeſſionem vulgarunt, apud Baſilium M. Epiſt. CCXLIV. Nov. Edit. De ea plura ad Itin. H. proferemus. WESS.

BVRTVDIZVM M. P. XVIII.] *Infra* Burdidizum M. P XVIIII. SVR.

BVRTVDIZO.] Videtur eadem eſſe ac Βερτάδιζος Procopii L. IV. Aedif. Juſtin. C. II. *Burtadizi* eſt in L. 9. C. de Except. *Buriodixi* vero in L. 28. de Pactis, quæ hinc adjuvandæ. WESS.

BERGVLAS M. P. XVIII.] *Regium* Burgule P. M. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Burgulae M. P. XVIII. *Neapolitanum* Begulae mpm. XVIII. *Ptolemaeo* Βεργέλη. *Georgius Cedrenus Compend. p.* 266. Theodoſium *Magnum de filii nomine* Arcadiopolim *cognominaſſe auctor eſt, quæ antea* Bergulion *adpellaretur.* SVR.

DRIZIPARA.] *Druſipara* vel *Druſipera.* SIML.

DRIZIPARA M. P. XIIII.] *Habet Regium exemplar; & reliqua* Drizipala mpm. XIIII.

IZIRALLO. M. P. XVI.
HERACLEA. M. P. XVIII.
CENOPHRVRIO. M. P. XVIII.
MELANTIADA. M. P. XXVIII.
BYZANTIO,

QVAE

nisi quod in Longoliano mpm. XVIII. *corrigitur. Ptolemaeo* Δρυσιπάρα. *Suidae* Δελζιπάρος πόλις τῆς Θρᾴκης. *Infra eadem mansiones obeuntur Itinere Dyrrhachio* Byzantium *&* Drusiparum *legitur.* SVR.

DRIZIPARA.] Nostri MSS. idem quod Suritae edunt. Τὰ Δελζίπερα Theophylactus Simocat. L. VI. H. M. C. 5. Acta S. Alexandri, à Bollando XIII. Maji magni operis publicata, *Drusipara.* In Notitia Leonis Imp. inter Europæ provinciæ Episc. ὁ Δελζιπάρων ἤτοι Μεσήνης, unde *Mesenem* deinceps dictam fuisse apparet. Histor. Miscella L. XVII. bis *Diriperam* vitiose vocat. Itin. H. *Drizupara* XVII. P. M. a *Virgolis* seu Bergule removet, quare rectius infra XVI. M. Driziparis adduntur. WESS.

IZIRALLO.] Alias *Tirallum.* SIML.

IZIRALLO M. P. XVI.] *Habent Regium & Blandinianum exemplar. Neapolitanum* Iziralla mpm. XXI. *Longolianum* Iziralo mpm. XVI. SVR.

IZIRALLO.] Sic MSS. hoc loco: infra vero *Tirallo* aut *Thirallo.* Itin. Hier. *Tunorullo*, Tabula *Syrallo:* Ex his nasci debet *Turulus* aut *Zurullum.* Suidas Τζερλὸς· πόλις Θρᾳκικὴ. Theophylactus L. VI. C. 5. Τζερλὸν Heracleae vicinam facit: *Zurullum castrum* Histor. Miscel. scriptori appellatur, Procopio L. III. B. G. C. 38. Τζερλὸν ὂν Θρᾴκη φρούριον. Jam quia Nicetas Chon. Annal. p. 248. 309. *Mesenem*, quæ Drizipara, & *Zurulon* vicina oppida statuit, conjectura satis probabilis videbitur. In P. M. error inolevit: Itin. H. XVII. addit, ego unum adjunxerim. Putem præterea inter hanc & superiorem *campum* fuisse *ferenum*, in quo Licinius Maximinum superavit. Audiamus Lactantium Mort. P. C. 45. *Cum ille, accepta in deditionem Perintho, aliquantum moratus, processit ad mansionem millia XVIII. Nec enim poterat ulterius, Licinio jam secundam mansionem tenente, distantem millibus totidem.* Prima mansio XVIII P. M. a Perintho hæc est: cum vero totidem M. ab ea disparata fuerit, quam Licinius tenebat, apparet *Drizipara* esse & XVIII. restituenda, tantoque magis, quod locus prælii Nicomedia CLX. P. M. abesset, ut C. 47. Lactantius docet: fac proxime mansionem secundam ab Heraclea fuisse depugnatum, quod haud obscure a Lactantio indicatur, habebis CLX. P. M. ad Nicomediam. WESS.

HERACLEAM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. XVII. *& reliqua* XVIII. *Hæc est altera* Heraclea, *quæ* Perinthus *cognominabatur in* Propontide: *cujus Thraciæ urbes inter mediterraneas infra ab Antonino fit mentio, cum ejus cognomine inter* Izirallum *&* Coenophrurion. *Pomponius L. 2. C. 2.* in Bosphoro Byzantium; in Propontide Selymbria, Perinthos, Bithynis. *In Regio item infra* Heraclea *legitur, non* Heraclia. SVR.

HERACLEA.] Nostri *Heraclia*, de qua alias. Vide interea Lindenbrogium & Valesium ad Ammian. L. XX. C. 2. WESS.

COENOPHRVRION M. P. XVIII.] *Regium* Cenofrurio M. P. XVIII. *& item reliqua. Flavius Vopiscus in* Aureliani *vita C.* 35. mansionis *nomen* Coenophrurio *attribuit.* Sed cum iter faceret apud Coenophrurion mansionem, quæ est inter Heracliam & Byzantium, malitia Notarii sui & manu Mucaporis interemptus est. *Eutropius L. 9. C. 9.* Interfectus, *inquit*, est itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracliam est, stratæ veteris. Locus Coenophrurion adpellatur: *In quo illud advertendum, viam hanc veterem* stratam *ab Eutropio vocari. Georgius Cedrenus:* ἀνηρέθη ὑπὸ στρατιωτῶν μεταξὺ Ἡρακλείας, καὶ Βυζαντίου ἐν τῷ καλουμένῳ Κοινοφρουρίῳ. *ut interpres non rectè* Novum castrum *verterit, cum alioqui, si vertendum esset, rectius* commune præsidium *nuncupasset. Suidas* Φρούριον τὸ πολιχνίον λέγεται. SVR.

CENOPHRVRIO.] MSS. *Cenofrurio.* Hieronymus in Chron. *Cenophrurium.* Græcis Καινὸν φρούριον, ut Cedreno Compend. p. 213. & Paeanio. Malela p. 399. vitiose Κενὸν φρούριον. Salmasius ad Aurelianum Vopisci C. 35. a Plutarcho Καινὸν φρούριον itidem vocari ait, qua in re

QVAE ET CONSTANTINOPOLI. M. P. XVIII.
CHALCEDONIA.
TRAIECTVS IN BITHYNIAM. M. P. IIII.
PANTICHIO. M. P. XV.
LI-

re memoria falsus est: Καινῦ quidem φρουρίου in Pompejo meminit, sed quod in Ponto proxime Armeniam erat; vereor quoque vehementer, ut ea, quæ ibidem de Polybio commentatus est, vera sint: at ea tangere nunc animus non est. WESS.

MELANTIADA M. P. XXVIII] *Regium* Melantrada M. P. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Melanciada M. P. XXVIII. *Ammianus libro xxxi. C. 11. de Valente*, Ipse ad Melantiada Villam Caesarianam profectus: *& postea*, E Melantiade signa commovit. *Suidas etiam quot stadiis Byzantio distet, retulit, quæ minime cum his milliariis congruunt. Libet integrum Suidae locum adponere.* Μελαντίας ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς λεγομένη Μελιτίας κώμη τῆς Θρᾴκης δύο καὶ ἑκατὸν σταδίους διεστῶσα τοῦ Βυζαντίου παραῤῥεῖ δὲ αὐτὴν Ἄθυρας πόταμος. SVR.

MELANTIADA.] Suidae locus ex Agathia L. V. p. 158. decerptus est, uti Valesius ad Ammian. jam monuit: Agathias Stad. CXL. Constantinopoli abesse tradit, non CII., uti Suidas: neutra numeros Itinerarii æquant. *Melantiadam* Marcellinus Comes appellat, quomodo *Olympiadam* Rufinus L. X. Recognit. Clementis C. 21. WESS.

BYZANTIVM M. P. XVIII.] *Hoc loco licebit perpendere Regii exemplaris integram vetustate fidem* Nam Byzantio M. P. XVIII. *in eo legitur: cum in Blandinianum, ante cccc. circiter annos descriptum, & reliqua exemplaria turpis menda irrepserit ex eo, quod in margine fuerat adnotatum. Ita enim in eis legitur.* Bizantio, qui & Constantinopoli mpm. XVIII. *Nam si Antonini commentationi, aut ejus administris, hoc est attribuendum* Itinerarium, *qui potuit* Constantinopolis *mentio fieri? Simile, & multo turpius erratum in eodem* Byzantio *in Egesippi opus irrepsit, cum libro iii. cap. 5. Constantinopolim Byzantiorum urbem quartam inter urbes reliquas constituit: Cum ipse vicinus Apostolicorum temporum fuerit, ut D. Hieronymus est auctor. Satis enim constat Justini Philosophi & Martyris ætate vixisse.* SVR.

BYZANTIO.] Vossianus & margo Fabriciani exemplaris *Byzantio, quæ & Constantinopoli.* Mendum hic esse non putavero: est enim Itinerarii auctor Constantinopoli recentior, ut alias dicam. Hegesippi libros *de excidio urbis Hieros.* titulum mentiri in confesso est. Vide Gronovium Observat. in Script. Eccl. C. 1. & Mabillonium Itin. Ital. p. 14. WESS.

CHALCEDONIAM M. P. IIII.] *In Regio* Calcedonia M. P. XXIIII. *At reliqua* Calcedonia trajectus in Bithinia mpm. IIII. *atque ideo propter consensum horum exemplariorum visum fuit in margine miniaceis litteris adnotare. Nam quod vetustorum librorum lectionem retinemus, qui* Chalcedoniam, *non* Chalcedonem *edunt, vulgati Herodoti libri cogunt L. 4 85., in quibus* Χαλκηδωνία *legitur, & aliorum recentiorum, nempe Isidori, & Anselmi. Plinius L. 5. C. ult.* Chalcedonem *septem tantum stadiis distare à* Byzantio *memorat, & libro viiii. cap. xv.* Itaque omnis captura Byzantii est magna Chalcedonis penuria, M. P. medii interfluentis Euripi: *ita enim in manuscriptis exemplaribus legitur non* D. P. *ut forte* VIII. stadiis *distare scripserit*, non VII. SVR.

CHALCEDONIA.] Plerique MSS. *Calcedonia.* Excerpta Valesii de Constantino M. p 714. *Chalcedonam*, Jornandes Get. C. 10. *Chalcedoniam* vocitant: de vocabuli varia scriptione Cellarium & quos ille testes citavit L. III. G. A. C. 8. vide. Id addamus, recte quidem Suritam in posteriore Plinii loco veteres libros secutum videri, nec propterea tamen alterius numeros debuisse mutare: non enim utrobique de iisdem Bospori angustiis agitur. Vide P. Gyllii Bospor. Thr. L. 1. C. 3. WESS.

PANTICHIVM M. P. XV.] *Regium* Panticio M. P. XV. *Reliqua* Pantico M. P. XV. *Sed infra in Regio exemplari* Pantecio: *& Blandiniano* Panthario: *sed ego* Pantichium *lego, ex Sozomeno libro vii. cap. xxi. & Nicephoro Callisto libro xii. cap. xlix. qui* Pantichium *oppidum parvum, non longe à* Calchedone *situm tradunt: lib. xiii. item Nicephorus perhibet Eutropium ex Cypro ab-*

LIBYSSA. M. P. XXIIII.
NICOMEDIA. M. P. XXII.
A CONSTANTINOPOLI VSQVE ANTIOCHIA. M. P. DCCXVI.
ITEM LIBO. M. P. XXI.
NI-

ductum apud Pantichium, ubi judicum concilium conſederat, Aureliano præfecto, aliiſque inluſtribus viris cauſam ejus cognoſcentibus, gravium criminum reum peractum, capitis ſupplicium ſubiiſſe. Dionyſius Byzantius cum poſt Cyaneas inſulas *juxta continentem* Bithyniae *ad* Boſporum *promuntorium* Coraceſium *conſtituiſſet, ſtatim protentum litus adjecit, cui nomen fuerit* Pantichion, *ab ſubſtructione foſſarum, omne id oppidum ambientium: ſed nihil ad hoc Antonini* Pantichium *attinere videtur. Nam hujus ad* Propontidem *ſiti veſtigia exſtare traduntur.* SVR.

PANTICHIO.] Petrum Gyllium credo Surita ob oculos habuit, qui & hoc ait & verba Dionyſii Byzantii nobis ſervavit L. III. Boſp. Thraciae C. 4. Eum vidiſſe operæ erit pretium. WESS.

LIBYSSAM M. P. XXIIII.] *Habent omnia exemplaria ſic*, Libiſſa M. P. XXIIII. Libyſſam *exiguum* Bithyniae *vicum eſſe juxta mare Plutarchus in T. Quinctii Flaminii vita prodit, morte Annibalis celebrem. Plinius L. 5. C. 32.* Fuit & Libyſſa oppidum, ubi nunc Annibalis tantum tumulus. *Ammianus lib. xxii. C. 9.* Prætercurſa Chalcedone, & Libyſſa, ubi ſepultus eſt Annibal Poenus, inde Nicomediam venit. *Livius rei geſtæ auctor oppidi nomen omiſit.* SVR.

LIBYSSA.] Celebris eſt ſepulcro Hannibalis. Libanius in Vita ſua p. 28. Καὶ τῷ τοῦτον μὲ τὴν πρεῖαν ὃν Λιβύσσῃ· τεθμὸς ἦ ἡ Λίβυσσα, πάφῳ τε καὶ λόγῳ τῷ ἐκεῖ ἔτ κειμένῳ κατεμένῳ. indicat Libyſſam ſepulcro & fama magni Hannibalis ſane quam illuſtrem fuiſſe; nam interpres aliorſum hæc tranſtulit. Plura ad Itin. Hieroſ. V. Salmaſium ad Solin. p. 617. WESS.

NICOMEDIAM M. P. XXII.] *Poſt urbis* Nicomediae *ſtationem, qua iter* Sirmio *conſtitutum finitur, in Blandiniano, & Longoliano legitur* à Conſtantinopoli uſque Antiochia mpm. DCCXVI: *In Neapolitano vero* A Conſtantinopoli uſque ad Antiochiam M. P. M. DCLXXVI: *quorum verborum nulla in Regio extant veſtigia: quæ tamen in margine appoſuimus: tametſi minimè convenire apparet cum ea ſumma, quæ hoc Itinerario conſtituitur* Nicomedia Antiochiam uſque. SVR.

NICOMEDIA.] Multo pulcherrimam hanc urbem fuiſſe veteres prodiderunt. Athenaeus L. I. Deipnoſ. C. 17. τὴν Νικαμήδειαν vocat. Libanius exquiſitis verbis urbis elegantiam expingit, modo τὴν τῆς οἰκεμένης βόσφορον, modo τὴν τῆς ἑτέρας ἠπείρου ὀφθαλμὸν, modo τὴν τῆς γῆς ἀγλαΐαν in Lament. Nicomediae p. 205. & 206. appellitans. Bithyniae Metropolin fuiſſe Dio Chryſoſtom. Orat. XXXVIII. p. 477. & Ill. Spanhemius Diſſert. IX. de Vſu & P. Numiſ. p. 633. docent. Plinius cum fine L. V. Nicomediam Chalcedone LXII. M. P. & D. ſeparat, non multum cum Itinerario diſcordat. WESS.

A CONSTANTINOPOLI.] Recte exulant hæc e Vaticano: ceteri mordicus retinent: ſunt ſane inepta & merito a Surita notata. Ego a ceteris nota diſcerni juſſi. WESS.

ITEM LIBO M. P. XXI.] *Habet Regium exemplar: & reliqua* Item Libo mpm. XXI. Eriboli *ſtationis in conſpectu Nicomediae Dion meminit, ſive ex Dione Xiphilinus in* Macrino *Imp., ut hæc eſſe minime videri poſſit, tam longinquo diſſita. Ante Nicomediam Ptolemaeo eſt* Olbia. SVR.

LIBO.] Manſionem hanc *Liba* Cedrenum, *Libium* Miſcel. Hiſtor. vocitare, Ortelius & Holſteinius docuerunt. Cum Itinerario Libanius Vitæ ſuæ p. 24. conſpirat, οἱ συνήγοροι ὃν ἡμῖν μέχρις Λίβυ μὲ ἦκον· *Advocati Libum uſque nos proſecuti ſunt. Item* abeſt a Vaticano. WESS.

NICAEAM M. P. XXIII.] *Reg. Bland. & Long.* Nicia M. P. XXIII. *Neap.* Nicea mpm. XXIII. *Quod ex Plin. L. 5. C. 32. patet, duplicem eſſe* Bithyniae *provinciæ* Niceam: *alteram à Pruſa ab Annibale ſub Olympo conditam* XXV. P. M. *interveniente Aſcanio lacu, deinde item* Nicaeam *in ultimo Aſcanio ſinu: cum manuſcripta exem-*

NICAEA. M. P. XXIII.
ORIENS MEDIO. M. P. XVI.
TOTTAIO. M. P. XXVIII.
DABLIS. M. P. XXVIII.
COENON GALLICANON. M. P. XXIIII.

DA-

exemplaria perpendo, mendosus mihi locus videtur: qui ex iisdem manuscriptis à viris doctis excutiendus est, & eruendus. Ammianus libro XXVI. *C.* 1. *in Bithynia* Nicaeam *matrem urbium esse prodit.* SVR.

NICAEA.] Suritam Harduinus ad Plinii locum laudat ob geminam ex Plinio Nicaeam designatam: vellem ejusdem monitis obsecutus in Plinii verba paullo accuratius inquisiviſſet: profecto aut error aut vitium illis ineſt; quis enim in Bithynia duplicem Nicaeam invenit? Adi Cellarium L. III. C. 3. MSS. *Niceam Niciam*que ex barbari moris consuetudine appellant: sæpe *Niceam* in Balderici Hist. Hieros. & Gervasii Otiis Imp. similisque farinæ scriptoribus leges. Dio Chrys. principio Orat. XXXIX. Nicaeam nulli celeberrimarum urbium fortitudinis & amplitudinus gloria cedere ait: κ῾ τε ἰσχὺν κ῾ μέγεθος ἀδεμίας ἡπιωμένη τ῾ ὁποιοῦτέ σὺδένων. WESS.

ORIENS MEDIO M. P. XVI.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Moedo Orientis M. P. XVI. *Neapolitanum* Medio mpm. XVI. *Longolianum* Medo Orientis mpm. XVI. & Media *in eo corrigitur. Regii lectionem adponere visum est.* SVR.

ORIENS MEDIO.] Nostrorum librorum excerpta *Moedo Orientis* vel *Orientes*. Itin. H. *Mido*. Quid horum verius sit, expiscari nondum quivi. Simlerus adscripsit: *Moedo vel Medio Orientis, alias Media*, quo nihil adjuvamur. WESS.

TOTTAIO.] Alias *Toctavium* vel *Toctaium*. In Concilio Chalcedon. mentio fit *Tactaensis* Episcopi. SIML.

COTYAEIVM M. P. XXVIII.] Tottaio *uno consensu legitur in manuscriptis. In Longol.* Toteaio mpm. XXVIII. *Strabo libro xii. inter alias Phrygiae Epicteti urbes* Κοτυάειον *recenset, & Hermolaus ex oppidis*, Cotion Cera, Iconium, aut Contion, *ut in vetustis Plinii exemplaribus L.* 5. *C.* 32. *legitur*, Cotiaion, Cerane, Icosium *emendat. Ptolemaeus inter magnæ Phrygiae urbes item* Κοτυάειον. *Georgius Cedrenus de Leone dictatore contra Durum expeditionem capessente* ἐξελθὼν ἐν κῶ κ῾ τ῾ τ῾ Φρυγίας χωρίῳ Κοτυάειον *&c. Ut non dubium* Cotyaeium *reponere.* SVR.

TOTTAIO.] Sic magno consensu MSS. Solus Cusani *Tintaio*. Itin. H. *Tutaio*. Placuit libris obsequi, nam Cotyaei non potest hic esse ratio: Sumus enim in Bithynia, non Phrygia: ceteroqui convenientius fuisset Ταπλαῖον, unde Sal Ταπλαῖον è Phrygia apud Dioscoridem L. V. C. 126., de quo plura Strabo L. XI. p. 568. *Tottaium* rectum esse Ortelius & J. Gothofredus ad L. 119. C. Th. de Decurion. viderunt. *Claudiopolis*, ajunt Impp., *Prusiadis ac Tottai & Voridis oppidorum sive mansionum per Bithyniam, curiales.* Hierocli Ρεγεταῖῳ dicitur; solet enim priorem vocabuli partem vicis locisque obscurioribus præfigere: forte Ptolemaei Παπαῖον hinc immutandum est; ego, si MSS. addicerent, fidenter refingerem. WESS.

DABLIM M. P. XXVIII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano* mpm. XXXVIII. *Ptol. in Bithynia* Δαβλέις. SVR.

DABLIS.] Hoc vetustioribus libris ineſt, & cum Ptolemaeo convenit. Vossianus XVIII. M. P. apponit, Tabula XXIII. WESS.

COENVM GALLICANVM.] Hæc forte est *Gallica* Ptolemaeo. Ac in Concilio Constantinop. mentio fit Gregorii Episcopi *Gallicanae provinciæ Bithyniae.* SIML.

COENON GALLICANON.] *Regium* Cenon Gallicanon M. P. XXIIII. *Blandinianum, & Neapolitanum*, Cenon Gallicanon mpm. XVIII. *Longolianum* Coenum Gallicanum mpm. XVIII. *Plutarchus in Pompeii vita, arcem quandam in qua Mitridatis arcana monumenta reperta fuerant*, Coenon *nuncupatam refert. Ammianus* stationem *esse tradit, libro xiiii. C.* 11. Cum Bithyniam, *inquit*, introisset, in statione, quæ Coenos Gallicanos appellatur, absumpta est vi febrium repentina. SVR.

DADASTANA.	M P. XXI.
IVLIOPOLIM.	M. P. XXVI.
LAGANEOS.	M. P. XXIIII.
MINIZO.	M. P XXIII.
MANEGORDO.	M. P. XXVIII.

AN-

COENON GALLIC.] Ptolemaei Κάινωνα propior Nicomediam fuit. Καινὸν φρούριον Plutarchi, ut ante diximus, in Ponti & Armeniae fuit finibus: Plerique MSS. M. P. XVIII appo nunt. WESS.

DADASTANAM M. P. XXI.] *In manuſcriptis & Longoliano* Dabaſtana mpm. XXI. *Ptolemaeo ſtatim poſt* Dableis, *eadem ſerie, qua in hoc Itinerario,* Δαδαστάνα Ἰολίου πόλις. *Ammianus libro XXV. C.* 10. Hinc quoque Iovianum celeri gradu præſcriptus vitæ finiendæ dies exegit: Cum enim veniſſet Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit & Galatas, exanimatus inventus eſt nocte. *Libro XXVI. C.* 8. Arintheum lectiſſimum ducem occurſurum hoſtibus miſit: qui ubi Dadaſtanam tetigit, in qua ſtatione periiſſe diximus Iovianum: *&c.* SVR.

DADASTANA.] Voſſianae ſchedae *Dabaſtana:* τὰ Δαδάστανα Græcorum multi vocant. Sozomenus cum Itiner. ad viam militarem apponit L. VI. H. E. C 6. χωρίον ἐστὶ Βιθυνίας καθ' ὁδὸν Zonarae σταθμὸς ſive manſio eſt in Joviano, ſed prima ab Ancyra, qua in re graviter erravit. WESS.

JVLIOPOLIM.] Hæc *Gordii vicus* olim nominata fuit, deinde *Juliopolis*, poſtea *Juſtinianopolis:* meminerunt hujus Strabo, Plinius, Ptolemaeus. SIML.

JVLIOPOLIM M. P. XXVI.] *Habent Regium, & Blandinianum. In Neapolitano vero* Liliopolim mpm. XXVI. *Et in Longoliano* Juliopolim mpm. XXVI: *& corrigitur.* Leliopolim *Plinio L. 5. C. ult. interiore Bithynia* Juliopolitae. *Ejus vero ſororis filius Plinius itidem ſecundus, ad Trajanum ſcribens L.* 10. *Epiſt.* 81. Juliopolitanos *in capite Bithyniae eſſe perhibet, quorum civitas perexigua erat.* SVR.

JVLIOPOLIM.] Gemina hoc nomine in Bithynia urbs fuit: ea quæ *Gordii come* ante appellabatur, de qua Strabo L. XII. p. 574 & Plinius L. V. C. 35. circa Olympum montem fuit, neque adeo cum hoc componenda. Juliopolim, quam *in capite Bithyniae* Plinius alter locat, Cellarius L. III. C. 8. p. 300. in Olympene ponit, quod equidem factum nollem: *Caput provinciæ* variæ accipi poteſt, & quidni Juliopolis reſpectu Galatiae *in capite Bithyniae* dici poterit, cum *Maſſilia in capite Galliarum ſita* in Actis S. Victoris C. 1. apud T. Ruinartum tradatur. Taceo Juliopolim eodem ſitu, quo Itiner., Ptolemaeum ponere & Procopium L. V. Aedif. C. 4, qui addit, X. M. abeſſe à flu.io, quem Siberim indigenæ appellant. WESS.

LAGANEOS M. P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar. In reliquis* Baganeos mpm. XXIIII. SVR.

LAGANEOS.] Hoc verius eſt præſtatque noſtrorum MSS. vocabulo *Baganeos.* Tabula *Lagania:* Itin. H. dempta principe litera *Agannia*, ſervatis tamen iiſdem M. P Videndum eſt, ſitne Ptolemaei Λαπάνεια Γ & Τ confuſis. WESS.

MINIZO M. P. XXIII.] *Habet Regium exempl. Bland & reliqua* Mizino mpm. XXIIII. SVR.

MINIZO.] Schedae Voſſii *Mitino*, *Mizano* Cuſani, aliæ aliter, neque enim opus eſt his immorari. *Mnizos* ut Itin. H., verum videtur. Urbis præſul in Notitia Patriarch. Conſtantinop. inter Galatiæ Epiſcopos ὁ Μνίζης, in Notitia vero Leonis Imp. ὁ Μίζης dicitur: non eſt manſionis infrequens mentio in legum Romanarum ſubſcriptionibus. Conſulatur Cellarius L. III. C. 4 p. 178. WESS.

MANEGORDVM M. P. XXVIII.] Manegordo M. P. XXVIII. *habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* Manezordo mpm. XVIII. *Neapolitanum* Menezaido mpm. XXIIII. SVR.

MANEGORDO.] Longoliano exemplari aſſentitur Voſſianum: reliqui editi & ſcripti *Manezardo* aut *Manezordo.* Vide an olim fuerit MAN. GORDO, loco MANSIO GORDIO. *Gordium* Strabonis ætate vicus erat exiguus, neque adeo manſionis titulo indignus, quamquam, ſi ampliſſimus fuiſſet, eum non refugiſſet, quip-

ANCYRA. M. P. XXIIII.
CORBEVNCA. M. P. XX.
ROSOLOGIACO. M. P. XII.
ASPONA. M. P. XXXI.
PAR-

quippe & urbibus dari ſolitum. Fuiſſe Gordium non longe Ancyra diverſum ex Arriano L. II. Exp. Alex. C. 4. certum atque exploratum eſt. Scio quæ Voſſius & Berkelius poſt Stephanum de Gordii ſitu fuerint commentati, ſed ea non probaverim. Mihi hæc conjectura non prorſus ſpernenda eſt viſa; ſin aliis, una litura Gordio poterit ſatisfieri. WESS.

ANCYRAM M. P. XXIIII.] *Eadem milliaria aſſignantur in omnibus exemplaribus, & cum ſit* Ancyra Galatiae *Plinio L. 5. C. 32. & Ptolemaeo in* Tectoſagibus, *& T. Livio urbs imprimis nobilis, Claudiani verſus merito ſunt corrigendi, in Eutropium libro II. ℣. 97.*

Jamque iter in gremio pacis ſolemne parabant
Ad muros Ancyra tuos:

non Amphiſa, *ut legitur in vulgatis: & eodem libro: ℣. 415.*

——— Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi: *& non* Amphyrani.

SVR.

ANCYRA.] Prima & maxima Galatarum urbs Libanio Orat. Apologet. p. 599. dicitur, idemque Epiſt. XX. earum, quas tom. III. Anecdot. J. Ch. Wolfius publicavit, Ἱερᾶς Ἀγκύρας titulo ornat: verba adſcribo: Ἐρῶ, οἱ τὴν Ἱερᾶς Ἀγκύρας· πρέπει γὰρ ἂν αὐτῇ τοῦτ' ἀκούειν, ἣν κοσμεῖ ὁ τὰς Ἀθήνας Ὅμηρος. *Illi ſunt incolæ ſacræ anchoræ: convenit enim iſti urbi idem audire elogium, quo Athenas Homerus decoravit:* ſic vertuntur: ego *Sacram anchoram* ex verſione exulare mallem. Ancyra enim intelligitur, quam dignam eſſe Libanius ΙΕΡΑΣ titulo, quo aliæ urbes ob ſacra ornatæ ſunt, indicat. Homeri verſus, quem fruſtra vir doctus quæſivit, eſt Odyſſ. A. 322. Cetera, quæ Ancyram illuſtravere, fuſe exſecutus eſt Ez. Spanhemius Epiſt. I. ad Morellium & Turnefortius Epiſt. XXI. WESS.

CORBENEVNCA M. P. XX.] *Habetur in Regio. In Blandiniano* Curbeunca mpm. XX: *& item in Longoliano. In Neapolitano* Curbemica mpm. XX. *Ptolemaeo in* Tectoſagis Galatiae Κορβεσσυτῶν: *& infra* Gorbeus *appellari videtur.* SVR.

CORBEVNCA.] Hoc in ſcriptis atque editis invenitur, neque libuit contra eos ire, præſertim cum & Strabo & Ptolemaeus & Itin. H. aſſentiantur. Quod in Ptolemaeo obvium eſt ex caſu patrio videtur formatum: rectus eſt Κορβεσσός, ſive ut Strabo maluit L. XII. p. 568. Γορβεισσός, quomodo *Gorbeus* infra ſcribitur. WESS.

ROSOLOGIACO.] *Roſolatico* vel *Roſolaciaco* aut *Reſociaco.* SIML.

ROSOLOGIACVM M. P. XII.] *Regium* Roſalatiaco M. P. XII. *Blandinianum* Roſolatico mpm. XI. *Neapolitanum* Roſolaciaco mpm. XI. *In Longoliano* Roſolatico mpm. XI: *& corrigitur* Roſolatiaco. *Infra omnia exemplaria* Orſologiaco *habent: &* Roſologiacum *legendum arbitror: præſertim quod Ptolemaeo in eadem Tectoſagum regione* Ῥοσολόγια *recenſetur.* SVR.

ROSOLOGIACO.] Suritae ſuſpicionem firmat Itin. H., ſed leviter vitiatum, *Roſolodiaco* præferens. Noſtri MSS. cum Suritae libris concordant. *Orſologiaco*, quod infra in libris eſt, peccati ſuſpicionem movet: nam & in Ptolemaei codice Coiſlin. Ὀρσολογία eſt, neque aliter vetus Ptolemaei interpres legit. WESS.

ASPONA M. P. XXXI.] *Regium* Spona M. P. XXXI. *Blandinianum & Longolianum* Aſpona mpm. XXXIII. *Neapolitanum* Aſponompm. XXXIII. *Ammianum libro* XXV. C. 10. *de hac* ſtatione *agere apparet.* Poſt quæ ut videbatur expedire diſpoſita, apud Aſpuna, Galatiae municipium breve, Gallicani milites viſi Principi. *Nicephorus lib. xiiii. C. 39. Eccl. hiſtoriæ Palladium Epiſcopum tradit Helenepoli urbe Bithyniae* Aſpunam *tranſlatum.* SVR.

ASPONA.] Satis hoc rectum eſt, quamquam apud Socratem, unde Nicephorus ſuos hortulos rigavit, εἰς Ἀσπῶνα invenitur. Itin. H. *Arpona* cum iiſdem M. P., ſcribit. Notitia Leonis Imp. Galatiae Epiſcop. τὴν Ἀσπόνης annumerat, ſub-

PARNASSO.	M. P. XXIIII.
OZZALA.	M. P. XVII.
NITAZI.	M. P. XVIII.
COLONIAM ARCHELAIDA.	M. P. XXVII.
NANTIANVLVS.	M. P. XXV.
SASIMA.	M. P. XXIIII.

AN-

ſubſcribitque *Carterius Epiſc. ab Aſpona* decreto Orientalium præſulum Serdicae in fragm. III. Hiſt. Hilarii. WESS.

PARNASO.] Vel *Parnaſſo*. Forte *Pereneſſus* Ptolemaeo. SIML.

PARNASSVM M. P. XXIIII.] *Regium* Parnaſſo mp. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Parnaſo mpm. XXIII. *Neapolitanum* Parnaſo mpm. XXIIII. SVR.

PARNASO.] Librorum noſtrum excerpta *Parnaſo*, cui Hieroclis Παρνασὸς conſentit & *Pancratius Epiſc. à Pernaſo* in eodem Hilarii fragmento. At Gregorius Nazianzenus Epiſt. 164. Παρνασσὸν, cumque eo Polybius, ſed male ab Urſino habitus, ut ad Itin. H. oſtendetur, appellat. V. Gothofredum ad Philoſtorgium L. II. C. 5. WESS.

OZZALA M. P. XVII.] *Regium* Azala M. P. XVII. *Blandinianum & Longolianum* Ozzala mpm. XVII. *Neapolitanum* Ozala mpm. XVII. SVR.

OZZALA.] Eſt apud Gregorium Nazian. Epiſt. 12. & 163. Οζιζαλεὺς gentile nomen, dubium an huc referendum. WESS.

NITAZI M. P. XVIII.] *Habetur in manuſcriptis & Longoliano: ſed in hoc* Hitazi *corrigitur.* SVR.

NITAZI.] Cogitaveram de *Nyſſa*, quo Parnaſſo iter fuiſſe inferius videbitur. Sed cum ibi paullo melius ſcribatur, & Itin. H. *Nitalis*, Ravennas L. II. C. 17. *Nitazo* edant, nihil decernere velim. Ortelius codicem citat, qui *Hitazum* habuerit. WESS.

COL. ARCHELAIDA.] *Colonia Marcillida*, alii *Arcelaidam*, rectius, ut opinor, vocant. Meminit autem Ptolem. *Archilaidis* in Cappadocia. SIML.

COLONIAM ARCHELAIDA M. P. XXVII.] *In Reg. legitur* Coloniam marcilaida M. P. XXVII. *In Blandiniano, & reliquis*, Colonia marcilada mpm. XXVII: *Et ſatis apparet* Coloniam Archelaidem *ſubſtitui debere. Plinius L. 6. C. 3.* Cappadocia, *inquit*, intus habet Coloniam Claudii Caeſaris Archelaidem, quam præfluit Halys. *Ptolemaco in Præfectura Cappadociae Garſaurena* Ἀρχελάϊς. SVR.

COL. ARCHEL.] Habet H. Golzius in Theſ. Claudii Imp. numum, in quo COL. CAES. ARCHELAIS inerat. Forte urbs ab Archelao, cui, Ariarathe expulſo, Cappadociae regnum M. Antonius contribuit, nomen indepta eſt: Dio L. XLIX. p. 469. WESS.

NANTIANVLVM M. P. XXV.] *Regium* Nantianulus M. P. XXV. *Blandinianum, & Longolianum* Nandianullus mpm. XXV. *In Neapolitano ea ſtatio prætermiſſa eſt.* SVR.

NANTIANVLVS.] Noſtri libri *Nandianullus*. Itin. H., ſi parum adjuvetur, ad verum nos ducet: dat *Anathiango*, quod eſt A NAZIANZO. Erat, ut eſt apud Suidam in Γρηγόριος, σταθμὸς Καππαδοκίας *manſio Cappadociae.* Scriptor vitæ Gregorii in ſecunda Cappadocia locat cum Hierocle, qua de re alias commodius. WESS.

SASIMA.] Notiſſima urbs Epiſcopatu Gregorii eſt Nazianzeni, quam tamen ipſe, ut Aſcram olim Heſiodus, perpetuis ſtigmatum notis eo carmine inuſſit, quo vitæ ſuæ viciſſitudines miſeratus eſt. Verſus exſcribam, ſunt enim notabiles.

Σταθμὸς τίς ἐστιν ἐν μέσῃ λεωφόρῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὃς σχίζετ' εἰς τρισσὴν ὁδὸν,
Ἄνυδρος, ἄχλυς, οὐδ' ὅλως ἐλεύθερος,
Δεινῶς ἀπευκτὸν καὶ στενὸν κωμύδριον.
Κόνις τὰ πάντα καὶ ψόφοι σὺν ἅρμασι,
Θρῆνοι, στεναγμοὶ, πράκτορες, στρέβλαι, πέδαι,
Λάος δ' ὅσοι ξένοι τε καὶ πλανώμενοι·
Αὕτη ΣΑΣΙΜΩΝ τῶν ἐμῶν ἐκκλησία.

Dicit eſſe Cappadociae manſionem, appoſitam viæ militari, quæ inibi in tria diverticula ſcindatur, miſerabilem, aqua vacuam, plenam pulveris, ſtrepitus, lacrymarum, gemitus, publicanorum & carnificinæ: incolas vix liberos eſſe,

ANDABALIS.	M. P. XVI.
TYANA.	M. P. XVI.
FAVSTINOPOLIM.	M. P. XVIII.
PODANDO.	M. P. XVI.
NAMSVCRONE.	M. P. XXVII.
AEGEAS.	M. P. XXI.

CA-

esse, certe peregrinos atque errabundos. Equidem, nisi si *Pondandus*, quo de mox, fuerit, locum infeliciorem haud novi. WESS.

ANDABALIS M. P. XVI.] *Regium* Audabalis M. P. XVI: *& reliqua* Andabalis mpm. XVI. SVR.

ANDABALIS.]Est apud Ptolemaeum in Tyanitide *Bazis:* hinc natum hoc esse Menso Altingius notis manuscriptis in Tabulam arbitratur: scriptum enim *ad Vasis* à librariis fuisse ineptientibus: Equidem accedere non ausim. *Bazis* Ptolemaei ultra Tyana fuisse videtur. Itiner. H. *Andavilis*, Tabula *Addavalis*, Ravennas *Ambavalis* præferunt. *Villam* ibi fuisse ad Itin. H. videbimus: verum voci plus inest, quod quid sit non expedio. WESS.

TYANA.] Plerique MSS. *Tiana*, quod solum verum esse ad Juliani Caesares Not. CLXV. ob numum, qui TIANEΩN præferebat, Ezech. Spanhemius arbitratus est: Ego alterum non repudiaverim, præsertim cum Harduinus & Vaillantius plures memorent numos, quibus TYANEΩN placebat: Habet in veteri numo urbs IEPAC titulum, quo Philostratum respexisse extremo L. VIII. Vitæ Apollonii Cl. Olearius arbitrabatur, jure an injuria ad Itin. H. inquiretur. WESS.

FAVSTINOPOLIM M. P. XVIII.] *Uno consensu in manuscriptis legitur exemplaribus & in sequenti item statione* Podando. SVR.

FAVSTINOPOLIM.] Fuit Cappadociae secundæ urbs: Hierocles Tyanis jungit, Itin. vero H. XII. M. P. inde separat. WESS.

PODANDO.] Zonaras in Zimisce Τὸ Ποδανδὸν, pariterque in Basilio Macedone Cedrenus, ut Ortelius jam monuit. In vita Basilii Imp., à Constantino Porphyrogenneta scripta, C. 36. Ποδανεὺς, satis perverse. Quæ commoda habuerit operæ erit ex Basilio M. Epist. 74. nuperrimæ Edit. cognoscere. Ὅζων ἢ Ποδανδὸν εἶπω τὸ Κεάδαν με ὅτι λέγειν, τὸ Λακωνικὸν, ἢ εἶπε τὸ οἰκεμβρίης εἶδες βάραθρον αὐθρυὲς, ἃ ἢ κὴ χαρώνιά τινι ὠφεσπαγρεύειν αὐτομάτως ἐπῆλθεν, ἀέρα νοσοποιὸν ἀναπνέουσα. Τοιόντῳ τινὶ ἐοικὸς νόμισον κὴ τὸ Ποδανδὲ κακόν. *Cum PODANDVM dico, puta Laconicum me Ceadam memorare, aut voraginem si quam nostri nativam, aut Charonia, quæ vocant, pestilentem aërem exhalantia. Hujuscemodi simile existima PODANDI malum.* Jussit Valens Imp., secta in duas Cappadocia, plures ex Caesarienſibus huc commigrare, maximo ipsorum & Basilii dolore, ut ex hujus Epist. 75. liquidum est. WESS.

NANPIRORONEM M. P. XXVII.] *Regium exemplar auferendi casu habet: Reliqua* Nam succone mpm. XXVII. *Forte* fluvium Chlorum *designat. Plinius L. 5. C. 27.* Sinus Issicus, oppidum Issos, inde Alexandria, flumen Chlorus, oppidum Aegae liberum. SVR.

NAMSVCRONE.] Ita omnes nostri libri cum prioribus editis. In Itin. H. *Mansuerine.* Latet in vocabulo *Mopsucrene*, ut ad Ammianum L. XXI. C. 5. Valesius monuit: scio aliud visum Ch. Cellario; sed ea de re ad Itin. H. WESS.

AEGAS M. P. XXI.] *Regium exemplar* Aegeas M. P. XI. *Reliqua* Egeas mpm. XXI. *Ex Plinii præcedenti loco* Aegas *legendum. Ptolemaeo juxta Issum* Αἰγαὶ *inter urbes* Pisidiae Ciliciae. *In Concilio Niceno Tarcondimantus Episcopus* Aegetanus *subscribit: atque idem in Antiocheno cognominatur* Aegeates *Provinciæ Ciliciae.* SVR.

AEGEAS.] Hoc amplecti ob Regii libri dignitatem, quamvis nostri *Egeas*, non sum veritus. Serenus Sammonicus *v.* 5.

Qui colis Aegaeas, qui Pergama, quique Epidaurum.

Neque aliter in Tacito An. XIII. C. 8., ut Cl. Burmannus monuit, & Hierocle, cui Αἰγεαὶ dicuntur. Ceteroqui Αἰγαὶ τῆς Κιλίκων apud Basilium Seleucienſeni L. II. Vitæ S. Theclæ p. 130. & 204. Αἰγαὶ κὴ Συρίαν apud Aristotelem de Ventis p. 133. Gentile urbis nomen varium est:

CATABOLO. M. P. XXIIII.
BAIS. M. P. XVI.
ALEXANDRIA. M. P. XVI.
PAGRIS. M. P. XVI.

AN-

Scholiastes quidem Gregorii ad Steliteut. 1. p. 65., cujus indicium debeo Hemsterhusio nostro, videtur certi aliquid constituere voluisse: Καὶ πάλιν, inquit, Αἰγαῖος, Αἰγαιάτης. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἐν Κιλικίᾳ Αἰγῶν, Αἰγαῖος ὁ πολίτης· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ Αἰγῶν, Αἰγαιάτης· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀκτῇ Αἰγαιεὺς· nec hæc tamen certi sunt usus. Αἰγαῖοι de Aegis Ciliciae sunt apud Dionem Chrys. Tars. II. p. 416. ΑΙΓΕΩΝ in numis apud Vaillantium & Norisium, quomodo Dio Tars. I. p. 409. atque ita *Patrophilus Episc. Ecclesiæ Aegensis* apud Facundum Hermian. L. IV. p. 373. ΑΙΓΕΑΙΩΝ itidem in numis, ab Hieroclis Αἰγεαι. Αἰγιεὺς huc quoque refert L. Holsteinius, quod ceteroqui Aegarum prope Magnesiam est, ut ex Suida in Πόλλης liquet. Scio L. Th. Gronovium ad Marm. Basin C. 32. Aegas Aeolicas Αἰγάιας & cives Αἰγαιεῖς appellasse, atque ita vetustos scriptores reformasse: verum hæc mihi nimia confidentia videtur. Τῆμνος καὶ Αἰγιεῖς Xenophon Hellen. L. IV. p. 419. ἐξ Αἰγῶν τῆς Αἰολίας, ut recte Saracenus, Dioscorides L. I. C. 25. Ceterum Gregorii Scholiastes ἀκτὴν Μαγνησιάδα, ut amicus noster vidit, in qua Aegae Aeolicae, intelligit. WESS.

CATABOLO.] Forte *Castabala*. SIML.

CATABOLON M. P. XXIIII.] *Regium, Blandinianum, & Longol.* Catabolo M. P. XXIIII. *Neap.* Catabulo M. P. XXIIII. *Forte ea* statio *dicta. Cassiodorus Variarum libro iii. ad Festum.* 10. Atque ideo magnitudini tuæ, præsenti admonitione declaramus, ut marmora, quæ de domo Pinciana constat esse deposita, ad Ravennatem urbem per Catabolenses vestra ordinatione dirigantur. SVR.

CATABOLO.] Sic & nostri, aut *Catabulo.* Simlerus *Castabala* intelligi pulcre vidit, approbavitque Cellario L. III. C. 6. p. 259. Nam quæ Surita de *Catabolensibus* narrat, ea alienissima sunt. Catabolenses jumentis frumenta in horrea atque inde in pistrinum devehebant, aliaque onera portabant, ut ad L. IV. C. Th. de Pistor. & Catabolen. Gothofredus monuit. Urbem hanc Curtius *Castabalum*, unde hic *Castabalo* malim, L. III. C. 7. appellat. Episcopus τῶν Κασταβάλων memoratur Chrysostomo Epist. 204. Edit. Nov. ἡ Κασταβάλη est Joan. Malalae tom. II. p. 40. WESS.

BAIS M. P. XVI.] *Habetur in manuscriptis & Longoliano.* SVR.

BAIS.] BAIAE Itin. H. Videtur nomen mansioni à calidis venisse aquis: ita quippe ab illis Campaniae omnes calentes aquas dixere, uti Scaliger & Broukhusius ad Tibullum L. III. 5. 3. docuerunt. Habent & hoc loco *Baias* Arabum Geographi in Golii notis ad Alfergan. p. 272. WESS.

ALEXANDRIAM M. P. XVI.] *Omnia auferendi casu* M. P. M. XVI. *Ptolemaeus item uti Plinius L. 5. C. 27., conlocat* Alexandriam *apud* Issum *&* Ciliciae *portas. In Concilio Niceno,* Alexandria minor *cognominatur Provinciæ Ciliciae: ejusque urbis Episcopus Hesychius subscribit.* SVR.

ALEXANDRIA.] In numis ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ ΚΑΤ ΙCCΟΝ, plane uti apud Ptolemaeum. *Alexandria Scabiosa* in Itin. H., de qua suo loco. Arabes XII. M., sive IV. Parasangis eam Pagris disjungunt, ut vir clarissimus mihique amicissimus A. Schultens in egregio indice, Saladini vitæ juncto, ostendit. WESS.

PACRIS.] Alias *Pagrae.* SIML.

PAGRAS M. P. XVI.] *Regium* Pagris M. P. XVI. *Reliqua* Pacris mpm. XVI. *Strabo L. 16. p. 751. oppidum esse* Pagras Antiochensis *agri munitissimum juxta* Amani *transcensum ex Amanitibus portis in Syriam, & Antiochiae campum* Pagris *subjacere. Plinius L. 5. C. 23. inter oppida, quæ* Coele Syria *habet,* Pagras *recenset. Ptolemaeo in* Pieria Syriae *regione* Παγραί. SVR.

PAGRIS.] *Pacris* nostris MSS. probatur: vera est Regii libri scriptura. τὸ Παγρὰς Cedrenus in Comp. p. 540. hinc natum est Arabum *Bagras,* quod IV. parasangis Antiochia disparant. Forte nomen mansioni natum est a gigante *Pagra,* quem in hoc tractu cœlesti igne conflagrasse auctor est J. Malala tom. I. p. 257. WESS.

AN-

ANTIOCHIA.	M. P. XVI.
PLATANOS.	M. P. XXV.
CATHELA.	M. P. XXIIII.
LAVDICIA.	M. P. XVI.

GA-

ANTIOCHIAM M. P. XXV.] *Desunt in Regio exemplari cum ultima stationis mansio sit ejus itineris quæ* Nicomedia *in hoc Itinerario proposita fuerat. Reliqua* Antiochia mpm. XXV. *Hæc est* Antiochia, *quæ ad* Orontem *fluvium.* SVR.

ANTIOCHIA.] *Asiae Metropolin* Libanius Antioch. p. 369. appellat. Fuisse longitudine XXX. stadiorum & ad utramque viæ partem porticus habuisse ex Dione Chrysost. Orat. XLVII. p. 527. novimus: quæ vero ille parcius de porticibus, ea copiose pariter ac diserte exsecutus Libanius est dicta Orat. p. 372., a quo & hoc discimus p. 339. afuisse a mari CXX. stadiis, sicuti etiam è Strabone L. XVI. p. 751. Unde nimius videri poterit Procopius, eam inter & Seleuciam stadia CXXX. L. II. Belli Pers. C. 11. interponens. Plura non capiunt notarum angustiæ: nec prætereundum tamen, videri hic in M. P. commissum. Arabes IV. parasangis, quæ XVI. M. P. respondent, a superiore removent: nec plura M. P. Itin. H. agnoscit: totidem quoque Lugdun. exemplar & Fabriciani libri margo porrigit: atque his obloqui non est visum: denique & hoc animadvertendum est, Antiochiam XXXVI. mansionibus Alexandria separari in Athanasii Apol. Cont. Arian. p. 148., nec plures Itiner. hoc admittere. WESS.

PLATANOS M. P. XXV.] *Habent manuscripta, & Longolianum exemplar. Tamen cum ea hujus* Itinerarii *ratio præcipua sit, ut* Provinciarum *oppida illustria, quæ proconsules obire consueverant, perlustrarentur, mihi injecta suspicio est,* Palton *oppidum designari, quod à Plinio & Ptolemaeo inter hæc ipsa Itinerarii oppida interiicitur.* Hinc, *inquit Plin. L. 5. C. 20.* rursus Syria desinente Phœnice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale, promuntorium, in quo Laodicea libera. *Ptolemaeo item Syriae Coeles,* Λαοδικεία, Γάβαλα, Πάλτος, Βαλανεῖαι. *Straboni itidem libro XVI. adjunguntur. Quin & in Epistola Lentuli ad Ciceronem L. 12. Ep. 13.* Castra habet ante oppidum Laodiceam posita: & partem muri demolitus est, & castra oppido conjunxit. Cassius noster cum X. legionibus, & cohortibus XX. auxiliariis, & quatuor millibus equitum, à M. P. XX. castra habet posita Παλτοῖ. *Tametsi numerus* XX. M. P. *cum Itinerarii numeris minimè convenire videatur: quod* Platanis Laodiceam XL. M. P. *numerentur. Sed hoc accidere poterat, ut directo per compendium itinere,* Palto Laodiceam XX. M. P. *intercssent: & consuetis à proconsulibus itineribus, si ad aliam mansionem divertendum esset,* XL. *interjacerent. Librariorum certe inscitia, quæ satis hoc itinerario perspici potest, accidisse verisimile est, ex* Palto, Platano, *& inde* Platanos *dictionem fuisse conflatam.* SVR.

PLATANOS.] Quæ Surita hic disputavit, indicta vellem: sunt enim erroris plena, & à Norisio Disser. V. de Epoch. p. 529. confixa. Paltos inter Gabala & Balaneas erat, XX. M. a Laudicia, ut ex Tabula & Cicerone liquet: idem ex Homil. Clement. XIII. C. 1. apertissimum est. Platanus vero inter Antiochiam & Laudiciam, ubi præter Itin. H. ipsi Arabes, a Cl. Schultens in indice producti, locant. Puto ejus esse mentionem in Victoris Tununen. Chron. sub Conss. Cethegi V. C. *Flavianus,* inquit, *Antiochenus in possessionem Platani vocabulo, relicto throno, secedit.* Procopius L. V. Aedif. C. 5. suburbium Antiochenum, cui nomen *Platanon,* sed in via, quæ Ciliciam versus ducit, memorat. Nominis caussa non est in obscuro. Polybius L. V. C. 68. inter Porphyreonem & Sidonem *Platanum* habet, quam Josephus L. XVI. A. J. C. 11. 2. & L. I. B. J. C. 27. *Platanen* vocitat: putem male: nam priore loco Vaticanus codex ad *Platanum* Πλατάνῳ ducit. WESS.

CATHELA.] Vel *Bacatella.* SIML.

CATHELA. M. P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Catela mpm. XIIII. SVR.

CATHELA.] *Catela* Itin. H. & MSS. nostri. Quod Simlerus habet & Ortelius probavit, ex Ptolemaei versione excerptum est, sed multum

GABALA.	M. P. XVIII.
BALANEA.	M. P. XXVII.
ANTARADO.	M. P. XXIIII.
ARCAS.	M. P. XXXII.
TRIPOLI.	M. P. XVIII.
BYBLO.	M. P. XXXVI.

BE-

hinc diſſidens. Ravennas L. II. C. 15. hujus loco *Ponte* legit: an ergo κατ' ἔλη, quod ad paludem manſio eſſet? WESS.

LAVDICIA.] Sic Baſileae & Lugduni vulgarunt, MSS. quibuſdam accedentibus & Tabula Peutingeri. *Laudicia* eſt in Francii codice Philip. IX. 2. Ciceronis, ſemperque ita Iſidorus L. XV. Orig. C 1. in MS. bonæ notæ Groningano: imo ΛΑΥΔΙΚΕΩΝ numus Wildianus, de quo Hemſterhuſius noſter ad Pollucem L. IX. 84. Incolæ, ut ab aliis diſcernerentur, Λαοδικεῖς πρὸς Ἀνιόχειαν & Σεπτίμιοι a Septimio Severo dicebantur. Vide Ezech. Spanhemium Diſſert. XIII. de V. & P. numiſ. p. 608. Urbis, cujus commodiſſum portum Appianus L. IV. B. C. p. 1001. laudat, parietinas egregie deſcripſit auctor Geſt. Tancredi. 144. WESS.

GABALA.] Urbis dignitatem cogitate expinxit H. Noriſius Diſſ. III. Epoch. C. 3. p. 293. In numeris videtur vitium eſſe. Arabes XII. M. P. a Laodicea disjungunt, ut in Indice Cl. Schultens docuit: nec plura agnoſcit Wil. Tyrius L. VII. C. 17. Itin. Hieroſ. M. P. XIIII. WESS.

BALANEA M. P. XXVII.] *Regium* Balanea M. P. XIIII. *Blandinianum* Balanea mpm. XXVII. *Neapolitanum* M. P. M. XXVIII. *Longolianum* mpm. XXVII. & XXVIII. *corrigitur. Strabo in* Aradiorum *regione* Paltum & Balanaea *collocat. Ptolemaeo in* Coele Syria Βαλανέαι. *Stephanus* Βαλανία πόλις Φοινίκης. *In Concilio Niceno inter Episcopos provinciæ* Syriae Coeles *ſubſcripſit Euphration* Balaneorum *Epiſcopus.* SVR.

BALANEA.] Βαλανία Athanaſio Apol. de fuga p. 321. & J. Malalae in Juſtiniano p. 183. Βαλανεᾶαι Homil. Clementinae XIII. C. 1. Non dubito, quin numeros vitium fœdaverit. Pariſienſi MSS. XXIIII. M. P. inſunt, recepta etiam à Lugdunenſibus & Baſileenſibus: eadem Arabes in egregio Indice viri Cl. probant. Tabula XVI. apponit. WESS.

ANTARADON M. P. XXIIII.] *Regium* Antare M. P. XXIII. *Reliqua* Antardo mpm. XXIIII. *Plinius ex vetuſtis exemplaribus L. 5. C. 20.* Contraque Arados ſeptem ſtadiorum oppidum, & inſula CC. p. à continente diſtans. *Strabo item libro XVI. p. 753.* Aradon *in petra à à mari circumfuſa ſeptem fere ſtadiorum ambitu ſitam perhibet. Ut quæ à Plinio* contra Aradon *dicta ſit, Græci* Antaradon *appellarint. Ptolemaeo in Caſſiotide Syriae* Ἀνθαράδου. SVR.

ANTARADO.] Aradum inſulam, quæ tota ſit civitas, quæque contra ſe poſitum habeat oppidum Antaradum Hieronymus in Ezech. C. XXVII. memorat. Aberat ab inſula ſtadiis circiter XXX. ſi Homil. Clement. XII. C. 12. fides, nam Strabo XX. tantum interponit L. XVI. p. 753. Vide Cotelerium ad Recognit. Clement L. VII. C. 12. Antaradum Conſtantius Imp. a ſeſe inſtauratam *Conſtantiam* appellavit, teſte Theophane ad An. ejus X. Hinc Atticus *Aradiae Conſtantiae* Epiſc. ſubſcripſit Epiſtolae præſulum Phoenices maritimæ ad Leonem Auguſt., unde & Arado id cognominis fuiſſe colligas. In Epheſini I. Concilii Actis eſt Μαριᾶνος Ἀραδίου καὶ Ἀνθαράδου, non ſatis curate. *Tortoſam* deinceps fuiſſe dictam ex W. Tyrio L. VII. C. 17. novimus. WESS.

ARCAS M. P. XXXII.] *Habent manuſcripta exemplaria. Longolianum* Aicas mpm. XXXII: & XXII. *emendat. Plinio L. 5. C. 18. in* Decapolitana *regione* Arca. *Ptolemaeo in Phoenices mediterraneis* Ἄρκα: *ſed poſtea plurium numero dictam à Stephano Byzantio admonemur.* Ἄρκα πόλις Φοινίκης ἡ νῦν Ἄρκαι καλεμένη. SVR.

ARCAS.] Stephani *Arcae* urbem tribus Aſcher deſignant, & perverſe cum hac urbe componuntur, ut H. Relandus L. III. Palaeſt. p. 576. animadvertit. Ὄρκαι hæ, non ſine peccato, Hierocli dicuntur. Urbis poſituram non inepte deſcripſit auctor Geſt. Tancredi C. 105. Quæ vero Cuſani MS. XXII. M. P. apponit, ea ab aliis & Itin. H. jugulantur. WESS.

TRIPOLIM M. P. XVIII.] *Nominis cauſam* Pom-

BERYTO.	M. P. XXIIII.
SIDONA.	M. P. XXX.
TYRO.	M. P. XXIIII.
PTOLEMAIDAM.	M. P. XXXII.
SYCAMINA.	M. P. XXIIII.

CAE-

Pomponius reddit L. I. C. 12., Ab ea, *inquit*, ad promuntorium Euprosopon duo sunt oppida, Byblos & *Botrys*. Ultra tria fuerunt singulis inter se stadiis distantia. Locus ex numero Tripolis dicitur. *Plin.* Tyrios, Sidonios & Aradios *obtinuisse memorat*. SVR.

TRIPOLI.] Accubabat radicibus Libani montis, ad mare pertinentibus, docente J. Phoca C. 4. Portu incincta fuit satis bono, & quia re nautica florebat, a Caracalla Imp. ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC titulo decorata est: testis rarus est Gazae Wildianae numus, cujus Cl. Hemsterhusius mihi copiam fecit, quique una parte laureatum Imp. caput & ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC, altera vero navim velis impulsam ac ΤΡΙΠΟΛ. ΝΑΥΑΡΧ. ΑΛΦ. præfert. Joan. Vaillantius similem vidisse non videtur, neque enim inter *Navarchides* Tripolim recenset. De æra ceterisque disputat H. Norisius Diss. II. de Epoch. C. 4. p. 98. WESS.

BYBLON M. P. XXXVI.] *Reg.* XXXII. *& reliqua* XXXVI. SVR.

BYBLO.] Βυβλὶς Theophani p. 192. & Prisciano Perieg. ℣. 854., sed contra veteres libros. Joan. Phocas C. 5. Ζεβελὲτ, quod ex Arabum sermone natum, appellat. *Gobel* Hebræis dici monuit Hieronymus. XXXII P. M. veriora ob Tabulam videntur. WESS.

BERYTVM M. P. XXXIIII.] *Habent Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum. Reg. vero* XXIIII. SVR.

BERYTO.] In M. P. commissum est. Tabula XVI. M. inter hanc & Byblum interponit, non ex vero. Arabes, uti Schultens noster commonefecit, XVIII. milliaria huic dant intervallo, quæ nisi fallor, XXIIII. M. P., quot Regius Suritae Cusanique liber cum vetustioribus editionibus receperunt, respondent: illa revocare libuit & de urbe nihil addere. WESS.

SIDONEM M. P. XXX.] *Pomponius, L. I. C.* 12., antequam à Persis caperetur maritimarum urbium maximam fuisse in Phoenice perhibet Sidonem: *à Beryto* CCCC *fere stadiis abesse Strabo auctor est*. SVR.

SIDONA.] Ita editi & scripti. Videtur esse sextus casus: sic enim *Vibon Vibona, Ancon Ancona, Ascalon Ascalona, Narbo Narbona, Barcino Barcinona*, aliæque obviæ sunt. Strabonis stadia circiter CCCC. L. XVI. p. 756. nimia videntur: cum Antonino non multum Itin. H. dissidet; majus est discrimen in Tabula, quæ XX. M. P. De urbe ejusque portu in Leucippes Amoribus Achil. Tatius Princ. L. I. adeundus est. WESS.

TYRVM M. P. XXIIII.] *Habetur in manuscriptis, & Longoliano: Strabo L.* 16. *p.* 757. *perhibet* Tyrum *à Sidone* CC *stadiis distare*. SVR.

TYRO.] Haud multum abit a calculo Strabonis Lexicographus Arabs, sex parasangas, quarum singulæ stadiorum XXX., inter Tyrum & Sidonem interponens in Indice Cl. Schultens. WESS.

PTOLEMAIDA M. P. XXXII.] *Regium* XXII. *Reliqua vero* XXXII. Acco *dicta, præclara urbs Phoenices, Plinio, Straboni, Stephano, & Suidae: quæ postea* Ptolemais *Claudii Caesaris. Inde* Acconis *nomen ad hæc usque tempora diminavit*. SVR.

PTOLEMAIDAM.] Hoc MSS. probant. *Ptolemaida* casu primo est in Wilh. Tyrio L. X. C. 6. *E Thebaida & omni Aegypto* Hieronym. in Ezech. C. XXX. Vide supra p. 70. In spatio Antoninus, Itin. H. & Tabula conspirant: Abulfeda ex Alazizio XII. M. P. Tyro disjungit, non sine errore. WESS.

SVCAMINON M. P. XXIIII.] *Manuscripta & Longolianum* Sicamina mpm. XXIIII. *Straboni L.* 16. *p.* 758. *plurium numero* Συκαμίναι πόλις: *ut forte Graca inflexione sit casus* Sycaminon *in hoc Itinerario: idque significetur in dictione* Sycamina. *Plinius L.* 5. *C.* 19. in Phoenice Dorum, Sycaminon, promuntorium Carmelum. *Ptolemaeo* Πτολεμαΐς, Συκάμινον. *Stephano* Συκάμινον. SVR.

SYCAMINA.] Ab arboribus ejusdem nominis,

CAESAREA. M. P. XX.
BETARO. M. P. XVIII.
DIOSPOLI. M. P. XXII.
IAMNIA. M. P. XII.

AS-

minis, quarum lætus in Paleſtina proventus, nomen eſt Hieronymus in Amoſi C. VII. *Quidam ita ediſſerunt, ut ſycamina velint appellari genus arborum, quæ Palaeſtinae naſcuntur in campeſtribus & agreſtes ferunt ficus, quæ, ſi non vellicentur, amariſſimas cariculas faciunt, & a culicibus corrumpuntur.* Euſebius in Onomaſt. Ἥφα appellari auctor eſt, atque hinc Arabum *Chaipha* a viris doctis cum Sycaminis componitur, verum illis, ut puto, invitis: nam *Chaipha* ſuum II. dierum itinere a Caeſarea removent. Vide Cl. Relandi Palaeſtin. p. 819. WESS.

CAESAREAM M. P. XX.] *Hæc* Caeſarea Palaeſtinae *videtur, quæ Ptolemaeo* Stratonis *eſt cognomento, de qua Plinius L. 5. C. 13.*, Stratonis Turris eadem Caeſarea, ab Herode rege condita: nunc Colonia prima Flavia à Veſpaſiano Imperatore deducta. *Ammianus inter Palaeſtinae urbes lib. xiiii. C. 8. recenſet: quam ad honorem* Octaviani *Principis Herodem ædificaſſe tradit. Nicephorus Calliſtus libro* X. C. 30. *urbem fuiſſe Phoenices, quæ antiquiſſimum nomen habuerit* Dan, *appellatione ab ipſo* Dan, *ex Patriarchae Jacob filiis uno, aſſumpta: & longo deinde tempore* Herodis *filium Philippum Caeſari gratificaturum, de ſuo, atque illius nomine Philippi Caeſaream cognominaviſſe. Græcos, propterea quod in ea Dei* Panis *ſtatuam conlocaviſſent*, Paneadem *vocaſſe.* SVR.

CAESAREA.] Nicephori Caeſarea huc male refertur, neque vera ſunt, quæ de Panis ſimulacro habet, ſecure transſumpta ex Philoſtorgio L. VII. H. E. C. 3. Hæc *Turris Stratonis* olim mutato nomine ab Herode M. Caeſarea eſt dicta, unde Καισάρειαν τὴν Στράτωνος appellat Homil. Clement. I. C. 15. Μεγίστη τῆς Παλαιστίνης, ἀρίστη τε τῶν αὐτόθι μεγέθει, καὶ νόμοις καὶ ἐπιτηδεύμασι, καὶ προγόνων κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς dicitur ab Apollonio Tyan. Epiſt. XI. WESS.

BETHARO.] Vel *Betarum* vel *Bedora.* SIML.

BETARO M. P. XVIII.] *Habet Reg. exemplar, & Neapolitanum. Blandinianum vero & Longolianum* Betaro M. P. XVIIII. *Similitudine literarum & regionis propinquitate, ad hanc ſtationem eruendam duci non ineptum eſt; videtur id oppidum eſſe, quod Ptolemaeo inter urbes* Judaeae *ab occidua Jordanis parte conlocatur, nomine* Βηδδώρω. SVR.

BETARO.] Itiner. H. *Bettar.* H. Relando, Viro Cl., viſa eſt convenire cum Bether ſive Bitter, clade Judaeorum ſub Hadriano Imp. notiſſima urbe. Vide Palaeſtin. ejus p. 740. Mihi nomine quidem non ſitu reſpondere videtur: clare enim Euſebius Betheram illam non longe Hieroſolymis fuiſſe disjunctam L. IV. H. E. C. 6. ait. Enimvero non recte id de ea, quæ ſub manum eſt, dixeris, vere autem de Betchoron ſive Bethoro, quæ haud multum inde afuit, XII. circiter M., teſte Euſebio. Vir doctus Fabricii exemplari adſcripſit XVIIII. M. P. WESS.

DIOSPOLIM M. P. XXII.] *Hanc* Dioſpolim Palaeſtinae, *ex Stephano eſſe arbitror. Plinius vero*, Hinc, *inquit L. 5. C. 20.*, Syria deſinente Phoenice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale promuntorium, in quo Laodicea libera, Dioſpolis, Heraclea. SVR.

DIOSPOLI.] Plinii Dioſpolis extra Palaeſtinam eſt, & prorſus alia atque hæc, uti Cl. Relandus Palaeſtin. p. 419. monuit: noſtra Lydda eſt. Theodoretus L. I. H. E. C. 5. Λύδδα δέ ἐστιν, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. *Lydda nunc Dioſpolis eſt.* WESS.

IAMNIAM M. P. XII.] *Regium* Iamia M. P. XII. *Blandinianum* Iamnia mpm. XII. *Neapolitanum* Lamina mpm. XII. *Et Longolanum* Lannia mpm. XII. *Ptolemaeo, Stephano, & Suidae* Ἰάμνεια. *In Plinii exemplaribus manuſcriptis L. 5. C. 15.* amnes duo: *unde in pervulgatis* Iamnes duæ. SVR.

JAMNIA.] *Jamna* Fabriciani exemplaris margo: Voſſii ſchedae *Jamnia*, vere. Conſulatur Palaeſtina Cl. Relandi p. 833. Hinc, quod pæne præterieram, Thmuin uſque eaſdem manſiones Joſephus L. IV. B. J. C. ult. memorat. WESS.

ASCALONEM M. P. XX.] Aſcalo *ſacris litteris clara. Plinius L. 5. C. 13.*, In Regione Sama-

ASCALONA. M. P. XX.
GAZA. M. P. XVI.
RAPHIA. M. P. XXII.
RHINOCORVRA. M. P. XXII.
OS-

Samaria oppidum *inquit*, Aſcalo liberum. *Strabo L.* 16. *p.* 759. Iamniam, Azoto, & Aſcalone *cc. fere ſtadiis diſtare auctor eſt. Pomponius in Palaeſtina* Aſcalonem *non minorem* Gaza *eſſe prodit. Ptolemaeo in Judaea* Ἀσκάλων *Stephano* Ἀσκάλων πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. *Iſidorus Palaeſtinam Provinciam* Philiſtim *urbem metropolim habuiſſe, tunc* Aſcalonem *dictam.* SVR.

ASCALONA.] Liber Pariſinus *Aſcalonia.* Ἀσκαλώνιον non citra uſum fuiſſe Stephanus teſtificatur. *Aſcalonam* vocat Ambroſius Epiſt. 40. Strabonis c c. ſtadia paullo ſunt XX. M. P. ampliora, nec quicquam tamen MSS. mutant. WESS

GAZA.] Arabes apud Golium in Alfergan. p. 142. tribus paraſangis Aſcalone removent, quæ XVI. M. P. non aequant. Quærunt viri docti, qui ἔρημον *deſerta* Actor. VIII. 26., præſertim cum Lucae ætate incolarum frequentia celebraretur, dici potuerit? ut hinc ſe expediret, arripuit Ant. Gallandus in literis ad H. Relandum, ex Heſychio ἔρημα, ἀφύλακτα, eaque ita dici *loca* ait, *quae non munita praeſidio carent, nec opus habent*: ego vero vellem a viro erudito hæc eſſe conſtabilita: nam Heſychii verba parum juvant, utpote Homerum Iliad. E. 140. explicantia. Scio ἐρήμους eas urbes ſæpe dici, quæ præſidiariis militibus vacuae erant, quum maxime illis opus eſſet. Thucydides II. 90. φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ ἐρήμῳ ὄντι. & V. 75. τὸν Ἐπιδαυρίους πανδημεὶ ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀργείαν, ὡς ἔρημον ὄντων. Xenophon Hellen. V. p. 449. οἱ δ' οὐ Θηβαῖοι δείσαντες περὶ τῇ πόλεως, ὅτι ἐρήμη ἦν· ſcio quoque homines ἐρήμους, qui præſidio deſtituuntur, recte appellari: Demoſthenes in Ariſtocrat. p. 404. de Simone & Bianore, ἐρήμων ὄντων συκείνων, & plenius brevi poſt, τῶν μὲν ἐρήμων ὄντων βοηθῶν· ſed hæc nihil proſunt viri eruditi commento: præterea, ſi vel maxime vocabulum adſignificaret illud, inſolens tamen in Lucae oratione erit, cum nulla belli aut inſidiarum præceſſerit mentio. Quare ſi Lucae verba Gazam tangunt, non viam, dixerim potius alteram in hoc vicinia fuiſſe Gazam, quae tum temporis in ruinis erat: ſane Diodorus L. XIX. bis παλαιὰν Γάζαν, & Dexippus apud Syncellum Παλαίγαζαν memorat: ea vero, pariter ut Palaetyrus aliam Tyrum, Palaebyblus Byblum, Palaepaphos Paphum, Palaegambrium Gambrium apud Xenophontem Hellen. III. p75., aliam Gazam ponere videtur. WESS.

RAPA.] Lego *Raphia.* SIML.

RAPHIAM M. P. XX.] *Regium* Rafia M. P. XXII. *& reliqua* Rapa M. P. XXII. *Livius libro xxxv. C.* 13. Antiochus rex ea hyeme Raphiae in Phoenice, Ptolemaeo Regi Aegypti filia in matrimonium data. *Poſt* Gazam *eſt* Raphia, *inquit Strabo, ubi Ptolemaeus cum Antiocho magno praelium commiſit. Plinius oppida* Rhinocolura, *& intus* Raphea, Gaza. *Ptolemaeus item* Ῥαφία, Γάζα. *Stephanus Syriae urbem eſſe aſſerit.* SVR.

RAPHIA.] In pleriſque libris *Rapa* eſt pro Raphia, quæ venientibus ex Aegypto prima occurrebat, Joſepho L. IV. B. J. C. ult., &, qui eo antiquior, Polybio L. V. C. 80. teſtibus. Portum habuit vadoſum, de quo Diodorus L. XX. p. 804. WESS.

RINOCOLVRA.] Vel *Rinocurura*, vel *Rinocorubra.* Strabo & Plinius Rinocoluram appellant. SIML.

RHINOCORVRAM M. P. XXII.] *Regium, & Longolianum* Rinocorura, *Blandinianum* Rinocorubra M. P. XXII. *Neapolitanum* Rinocorubra M. P. XXIIII. *Livius libro xlv. C.* 11. Circa Rhinocolura Ptolemaei legatis agentibus gratias. *Straboni* Ῥινοκόλουρα, *quod oppidum* Phoeniciae *ad Aegyptum attribuit. Plinii vetuſta exemplaria L.* 5. *C.* 13. Rinocolura. *In Ptolemaei libris* Ῥινοκόρουρα. *Strabo L.* 16. *p.* 759. Rhinocolura *ab iis dicta tradit, qui* Rhinas *habitavere. Nam Aethiopum quendam Aegyptum invadentem memorat, non interitu, ſed naſi mutilatione maleficia ulciſci ſolitum: ut propter oris deformitatem peccare deinceps non auderent: & in his locis habitaviſſe. Seneca libro iii.* de Ira, *Cap.* 20. *Regem Perſarum totius populi nares recidiſſe in Syria auctor eſt: & inde Rhinocolura loci nomen inditum.*

Stepha-

OSTRACENA.	M. P. XXVI.
CASSIO.	M. P. XXVI.
PENTASCHOENO.	M. P. XX.
PELVSIO.	M. P. XX.
HERACLEVS.	M. P. XXII.

TA-

Stephanus dicta ὁπὲ τ̃ ἐσωκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων, πὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων, ὅτω καλεῖται. τὸ ἐθνικὸν Ῥινοκορωτ̃ης, καὶ Ῥινοκορωλίτης. SVR.

RINOCORVRA.] Strabonis locus in mendo eſt, conſenſeruntque in eo ex Stephani adſcriptis a Surita verbis refingendo viri egregii L. Holſteinius ad Stephan., H. Aldrichius ad Joſeph. L. I. B. J. C. 14., §. 2., H. Relandus Palaeſtin. p. 435. neque mirandum hoc eſt, cum ex Stephano via in aperto ſit. In libris noſtris *Rinocorabra*, aut, ut Cuſani ſchedae, *Rinocorabia*: τὰ Ῥινοκόρακα Joſephus, *Rinocoruram* Hieronymus in Eſaj. C. XXVII. nuncupat. Epiphanius in vocabulo explicando ridiculus eſt Haereſ. LXVI. C. 83. & a Petavio notatus. WESS.

OSTRACENAM M. P. XXVI.] *Regium, & Neapolitanum* Oſtracena M. P. XXVI. *Blandinianum & Longolianum* Oſtracena mpm. XXIIII, *Plinius L.* 5. *C.* 12. templum Jovis Caſii, tumulus Magni Pompeii, Oſtracine. *Ptolemaeo in Aegypto juxta emerſum Serbonidis lacus* Ὀστρακίνη *prope* Rhinocorura. SVR.

OSTRACENE.] Manſionem aqua carentem στάθμὸν ἄνυδρον Joſephus extremo L. IV. B. J. appellat. Plinius eo loco, quem Surita ſignavit, LXV. M. P. Peluſio disjungit, pæneque adeo cum Itinerario conſentit. Prorſus convenit Martianus Capella L. VI. p. 219., uti Harduinus quoque vidit, *Oſtracine*, inquiens, *Arabia finitur a Peluſio LXVI. M. P.*, qui cum Plinium exſcribere ſoleat, forte ejus ætate idem in Naturali Hiſtoria intervallum fuit. Paria ſentit Salmaſius in Solinum p. 401. WESS.

CASSIVM M. P. XXVI.] *Oppidum* Caſſium *deſignatur. Ammianus L.* 22. *C.* 16. In Augustamnica Aegypti provincia, & Caſſium ubi Pompeii ſepulcrum eſt Magni, & Oſtracine, & Rhinocorura. *Stephanus itidem montem, & Aegypti urbem eſſe juxta Peluſium memorat. Nam ſi manſionem ad montem, aut templum* Caſſii Jovis *deſignaret* ad Caſſium *manſio ea proderetur.* SVR.

CASSIO.] Caſii Jovis templum intelligendum eſſe Joſephus teſtis L. IV. B. J. ult., easdem enim has manſiones recenſens, ὡρὸς τῷ Κασίῳ Διὸς ἱερῷ Veſpaſianum caſtra metatum fuiſſe tradit: nec tamen urbem hic cognominem fuiſſe negavero ob Diodorum L. XX. p. 804, qui Nilo haud longe afuiſſe portu bono deſtitutam tradit: meminit ejuſdem Vitruvius L. VIII. C. 8. *Item Paraetonio, & quo iter eſt ad Hammonem & Caſſio ad Aegyptum, lacus ſunt paluſtres.* ubi obiter adverte eundem in urbium nominibus caſum, quo libelli hujus auctor delectatus eſt. male vero Caſſium geminata ſibilante litera ſcribi Salmaſius ad Spartani Hadrian. C. 14. monuit. WESS.

PENTASCHOENON M. P. X.] *Omnia legunt* Pentaſcinon mpm. XX: *ſed ea ſtationis manſio cognominata videtur à* Schoenorum *menſura Aegyptia; lx. enim ſtadiis* Schoenos *conficitur Herodoto L.* 3. *C.* 6. *In Plinii vetuſtis libris & pervulgatis L.* 5. *C.* 9., *legitur* Schoenum ſtadia triginta patere, *cui accedit Ptolemaeus lib. Geographiæ primo, xi. & xii. cap. Inde Ptolemaeo juxta* Syenem *alterius ſtationis nomen inditum* Δωδεκάσχοινον. *tanquam juſti oppidi meminiſſe videtur. gentile nomen deducens Stephanus in dictione* Μαγδωλὸς. τὸ ἐθνικὸν Μαγδωλίτης, ἀφ' ὃ Αἰγύπτιον τύπον, Κανωβίτης, Διολιβίτης, Πενταχοινίτης. *Et pro* Διολιβίτης *arbitror legendum* Διοσπολίτης· *& Strabo* Schoeni *menſuram apud Aegyptios variaſſe ex Artemidoro docet libro xvii. p.* 804. *qui tricenum etiam ſtadiorum* Schoenum *fecerat.* SVR.

PENTASCHOENON.] Quinque ſchoeni aequant XX. M. P. Schoenus enim vulgo IV. M. abſolvebat, unde Epiphanius Haereſ. XIX. C. 4. longitudinem ſchoenorum XXIV. facere ait XCVI. M. P., & ſpatium VI. ſchoenorum M. P. XXIV. Conſentit his Hero de Menſuris apud Benedictinos tom. I. Analect. Græc. p. 315. ἡ Σχοῖνος ἔχει μίλια Δ, στάδιος Λ. Dat autem Hero unis M. P. ſtadia VII. & S. WESS.

PE-

TANIS. M. P. XXII.
THMVIS. M. P. XXII.
CYNO. M. P XXV.
TAVA. M. P. XXX.

AN-

PELVSIVM M. P. XX.] *Pomponius L. 1. C. 9.* Peluſium Arabiae ipſas oras ſecare *auctor eſt* SVR.

PELVSIO.] *Clauſtra Aegypti* Livio L. XLV. 11. Κλεὶς δ' Αἰγύπτε Suidae. Hieronymus in Ezech. C. XXX. portum ait habere tutiſſimum, Poetamque *Peluſiacam* appellare *lentem*, non quod ibi genus id leguminis gignatur vel maxime, ſed quod è Thebaide omnique Aegypto per Nili rivum eo plurimum deferatur. Vide Taubman. Georg. I. 228. WESS.

HERACLEVS.] Hæc videtur eſſe *Heraclea parva* in Sethroite nomo Ptolem. SIML.

HERACLEVS M. P. XXII.] *In manuſcriptis & Longoliano. Plinius L. 5. C. 9.*, ab iis oppida Mercurii, Alabaſtron, Canum, & ſupra dictum Herculis. *Strabo L. 17. p. 812.* Poſt Arſinoiticam Heracleoticamque præfecturam eſt Herculis urbs. SVR.

HERACLEVS.] Bonum hoc eſt. Ἡρακλέες in Notit. Leonis Imp. Solet πόλις in hoc multiſque aliis per Aegyptum reticeri. Quæ vero Surita hic congeſſit, ad Herculis urbem magnam pertinent. WESS.

TANIM M. P. XXII.] *Habet Regium exemplar, & reliqua* Thanis mpm. XXII. *Plinio L. 5. C. 9.* Tanitis nomos juxta Peluſium. *Straboni item* Tanitica præfectura, *& Tanis maxima urbs in Tanitico Nili oſtio. Ptolemaeo* Τανίτης *nomos & Metropolis* Τάνις, *Stephanus* Τάνις. πόλις μεγάλη Αἰγύπτε. SVR.

TANIS.] Noſtri libri vocabulum adſpiratione adaugent. Hieronymus in Eſaj. C. XIX. Aegypti Metropolim facit ex Pſalmo LXXVIII. 12., ſecutus Græcos interpretes. WESS.

THMVIS.] *Thumuis.* Ptolem. & aliis *Thmuis.* SIML.

THMVIN M. P. XXII.] *Regium* Tumuis P. M. XXII. *Blandinianum* Thumius mpm. XXII. *Neap.* Thiminis mpm. XXII. *Longolianum* Thumius mpm. XXII. *Ptolemaeo metropolis* Θμῆις *juxta* Mendeſium nomon. *Ariſtides item in oratione Aegypta p.* 610. Thmuim *urbem præfecturæ Mendeſiae attribuit. Stephanus* Θμῆις Αἰγύπτε. *Et Suidas* Θμῆις ὄνομα θηλυκὸν. *Ammianus libro XXII. C.* 16. Exceptis minoribus multis, Atthribi, & Oxyrynchio, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet. SVR.

THMVIS.] Aegyptiis hoc vocabulum hircum ſignificat, auctore Hieronymo: eundem *Mendetem* appellitabant, de quo & flagitioſo ejus cultu Herodotus L. II. 46. Voſſian. & Cuſani MSS. *Thumuis*; *Thmuin* vir doctus Fabriciano exemplari adſcripſit. WESS.

CYNO.] Straboni & Plinio *Cynopolis.* SIML.

CYNON M. P. XXV.] Cino M. P. XXV. *habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum*, chino mpm. XXV. *Neapolitanum* cumo mpm. XXX. *Plinius de* Cynopolite nomo. *Strabo Heracleotico adjungit* Cynopoliten nomon. *Ptolemaeo ab occidua parte fluminis* nomos, *& metropolis* Κύνων, *id eſt*, canum: *& eo caſu in hoc Itinerario: ſubaudiendum eſt ſtationis nomen.* SVR.

CYNO.] Solennis hæc urbium Aegyptiarum terminatio: docuit Euſebius in Eſaj. C. XXX. fuiſſe illi nationi in more poſitum, ut ab animalibus, quæ venerabantur, urbibus nomina inderent, ἀπὸ μὲν λέοντος τῶν Λεοντῶ, ἀπὸ δὲ τῆς Κυνὸς τῶν Κυνῶ· Paria his Hieronymus L. II. in Jovinian. p. 202. ſcripſit: quare emendanda ſunt, quæ ad Eſaj. C. XLVI. notavit. *Nam & pleraque oppida eorum ex beſtiis & jumentis habent nomina,* Κυνῶν *a cane,* Λέων *a leone,* Θμῆις *lingua Aegyptia ab hirco,* Λύκων *a lupo.* Fuit enim, ut MSS. indicant, Κυνὼ, Λεοντῶ, Λυκῶ· nec debuiſſet ea Martianaeus contemptim habere & ſoli margini appingere. Ceterum Aegyptus aliam hoc nomine habuit, quæ in Meletii Breviario apud Athanaſ. Apol. Cont. Arian. p. 187. ἡ ἄνω Κυνῶ *ſuperior Cyno* dicitur. WESS.

TAVAM M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar. Et reliqua* Tafa mpm. XXX. *Ptolemaeo metropolis* Ταῶα. *Et Stephanus* Ταῶα πόλις Αἰγύπτε. SVR.

TAVA.] Novit urbem Hierocles. Ισιὰς Ταῶς

ANDRO.	M. P. XII.
NITHINE.	M. P. XII.
HERMVPOLI.	M. P. XXIIII.
CHEREV.	M P. XXIIII.
ALEXANDRIA.	M. P. XX.

CHE-

Ταῦα subscripsit Action. I. Concilii Chalcedonensis. WESS.

ANDRON M. P. XII.] *Manuscripta*, & *Longolianum* Andro mpm. XII. *cum plurium numero casus sit intelligendus, ut* stationem *subaudias: Plurium numero, id est,* Virorum; *Ptolemaeo* Ἀνδρεπολίτης *nomos & metropolis* Ἀνδρων. SVR.

ANDRO.] Hoc solum verum est. Notitia Imp. Orient. sub dispositione V. S. Comitis rei militaris per Aegyptum habet *Legion. III. Diocletianam Thebaidos Andro*, ubi G. Pancirolus Itinerarii oblitus non est: vellem me quoque docuisset, quid *Thebaidos* hoc loco esset: nam quæ de Thebaeorum militum Legione notavit, ea aliorsum pertinent: puto indicari, Legionem illam III. Thebaidis provinciæ præsidiariam fuisse, unde sub Duce Thebaidos in eadem Notitia memoratur, nunc vero *Andro* stationem habuisse: ceterum *Zoilus Episcopus Andro* est in Athanasii Epist. ad Antiochen. p. 776. WESS.

NITHINE.] Vel *Nichine*. In libro Notit. *Naithu*, vel *Nurethine*. SIML.

NITINE M. P. XII.] *Habet Regium exemplar: Blandinianum* Nithine mpm. XII. *Neapolitanum* Nrethine mpm. XII. *Longolianum* Nithine mpm. XII. & Nirethine *corrigitur. Quid eligere possim non video: nisi præferendam esse vetustissimi exemplaris lectionem propter sexcentos annos. Et plane hæreo an* Νεὲτ nomos, *& metropolis Ptolemaei sit, an* Naithu *Notitiæ provinciarum. Nam provinciæ* Augustamnicae *Aegypti cohors prima sagittariorum* Naithu *recenjetur.* SVR.

NITHINE.] Hæc mihi nusquam lecta: quæ Simlerus habet, in Augustamnica fuerunt, nec commode huc transferuntur. Cogitaveram de *Nitria*, sed ea propior Alexandriam fuit, XL. fere M. P. inde disparata, si verum tradit Rufinus de Vitis Patr. C. 21. *Plinthine* apud Strabonem L. XVII p. 799. & Athenaeum L. I. Deipn. ult. legitur, sono non multum hinc recedens. Pseudo-Anastasius in Epitome *Nitrinem* hinc sumpsit; unde deliberandum est, veneritne a *Nitro*, quo Aegypti hunc tractum abundasse ex Sozomeno L. VI. H. E. C. 31. novimus, huic mansioni cognomen: quod vero Ortelius eandem ac *Niciu* facit, id ipso mansionum ordine satis superque confutatur. WESS.

HIERAPOLIS.] Forte *Hermupolis parva*. SIML.

HERMVPOLIM M. P. XXIIII.] *Regium* Hermupoli M. P. XXIIII. *Blandinianum*, & *Longolianum* Hieropoli mp. XX. & *in Neapolitano* Nieropoli M. P. XXIIII. & *Regii exemplaris veram, ac germanam lectionem agnosco: Librariorum enim errore ex* Hermupoli Hieropolis *correctum est, quod viderint ejus urbis ter nomen eodem itinere repeti: Quod si animadvertissent iter Antiochia Alexandriam propositum, in ipsius Alexandriae stationem confici, & aliud iter Alexandria ab auctore* Hierasycaminon *propositum susceperi, & rursus per aliquot stationes jam peractas progredi, uti* Cercu, Hermupoli & Andron, *colligerent duas esse* Hermupoles. *Qua de causa apposite cum itinerum mansiones finiantur, neque titulus novi itineris apponitur, lineis miniaceis itinera proposita, & constituta includimus. Alioqui si perpetua serie itinera ducerentur, necesse erat mansiones ejusdem nominis geminari: ut* Cercu, Hermupolis, & Andron: *cum eadem sint. Stephanus auctor est Herodianum duas* Hermupolis *in Aegypto collocare*, magnam, & parvam: & *alias præterea ipse adjungit. Sed duarum & à Ptolemaeo, & hoc Itinerario mentio fit. Nam ab occidua Nili parte juxta litus esse* Alexandrinorum nomon *asserit: quibus adjungitur* Ἑρμόπολις μίκρα. *Et rursus ab eodem auctore ab occidua fluminis parte subjungitur* Ἑρμοπολίτης *nomos*, & Ἑρμόπολις Μεγάλη. *Ut minime dubium sit hanc Antonini* Hermupolim, *quæ ad litus videtur accedere*, parvam *esse: quæ mox alio itinere recensetur: & eo* magna *postea* Hermupolis *adjungitur. In Calcedonensi Concilio Esaia Epis-*

CHEREV. M. P. XXIIII.
HERMVPOLI. M. P. XX.
ANDRO. M. P. XXI.
NICIV. M. P. XXXI.
LE-

Episcopus Hermupolis minoris *civitatis subscripsisse fertur.* SVR.

HERMVPOLI.] Plerique omnes libri *Hierapoli:* solus divinus est Suritae Regius. Hæc in Alexandrino agro erat: quæ caussa est, quamobrem Agathammon urbis hujus Episcopus ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ fuisse dicatur in Breviario Meletii apud Athanasium Apol. contra Arianos p. 188., ubi Benedictinos vide. WESS.

CHEREV.] Vel *Cercesura.* SIML.

CERCV M. P. XXIIII.] *Regium* Cheteu M. P. XX. *Blandinianum* Chercu M. P. XXIIII. *& Longolianum: sed hoc* Cherchu mp. XXIIII. *emendat. Neapolitanum* Chereu mpm. XX. *& inter* Chercu & Alexandriam *iterum* Heropolim *interjicit. Ego legendum arbitror* Cercu: *ut ex eo nomine* Cynocephali *Aegyptiorum numinis statio designetur: præsertim cum statim ab* Alexandriae *mansione in Regio* Cerey *legatur, quod proxime ad* Cercu *nomen accedere videtur.* SVR.

CHEREV] Nostris libris *Chercu* inest, Cusani tamen schedae *Chocu*; at *Chereum* nugator Anastasius in Epitome. Verum esse, quod amplexi sumus, Ortelius eumque secutus Th. de Pinedo ad Stephani Χαιρέου suspicati sunt. Erat hæc prima mansio quæ Alexandria profecturis sese objiciebat, teste Athanasio in Vita S. Antonii. Verba appono ex Evagrii versione p. 860. Edit. Benedictin. *Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriae, quæ appellatur Chereu cum supra dicto Nestorio.* Unius diei itinere τὴν Χαιρέου Alexandria Gregorius Nazianz. Orat. XXI. p. 391. removet: atque hos audire & ex Neapolitano libro ac Anastasio vocem refingere placuit. WESS.

ALEXANDRIAM M. P. XX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Alexandria mpm. XX. *Neapolitanum* Alexanxandria mpm. XXIIII. SVR.

ALEXANDRIA.] De nobilissima urbe tacere decreveram: nunc, mutata sententia, pauca excerpo. Philo in Flaccum p. 988. μεγαλόπολιν ἢ πολύπολιν appellat, priori usus titulo, quod revera μεγίστη καὶ ἐνδοξοτάτη *maxima celeberrimaque* esset urbs, ut in Legat. ad Cajum p. 1017. dicit; qui locus, quod obiter moneo, e mala distinctione laborat & male factus est Latinus: posteriore vero, quoniam πέντε μοῖραι τῆς πόλεώς εἰσιν, ἐπώνυμοι τῶν πρώτων στοιχείων τῆς ἐγγραμμάτου φωνῆς, *quinque erant urbis regiones, denominatæ a primoribus literis.* De spatio, quod urbs occupavit, notus est Strabonis L. XVII. p. 793. & Josephi L. II. B. J. C. 16. §. 4. ac Stephani dissensus. WESS.

CERCV M. P. XXIIII.] *Regium* Cerey M. P. XVIIII. *Blandinianum, & Neapolitanum* Chercu mpm. XXIV. *Hanc mansionem* Alexandria *denuo obit, ut iter* Hierasycaminon *prosequatur.* SVR.

HERMVPOLIM M. P. XX.] *Regium* Hermupoli P. M. XX. *Blandinianum & reliqua* Hieropoli mpm. XX. *librariorum errore: quem nos patefecisse arbitramur.* SVR.

HERMVPOLI.] In P. M. commissum esse, ad percipiendum facile est, si anteriora considerentur. Quæ annexa sunt præcedenti mansioni hic sedem figere debuerant & vicissim: è libris nullum est auxilium. WESS.

ANDRON M. P. XXI.] *Regium* M. P. XXI. *& item reliqua: neque mirari quempiam oportet, plura supra ex* Andron *mansione* Alexandriam *milliaria interfuisse, atque ex hoc Itinerario* Alexandria Andron *stationem colligi apparet, quod alterius mansionis diverticulo superius iter peractum sit.* SVR.

NICIV.] Straboni *Niciae vicus.* SIML.

NICIV M. P. XXXI.] *Habetur in manuscriptis exemplaribus, & Longoliano. Ptolemaeo, ab exortu ad magnum* Nili flumen *nomos & metropolis* Νικίου. *Straboni* Νικίου κώμη *& Suidas* Νικίου κώμη περὶ Αἴγυπτον. SVR.

NICIV.] Cusani schedae *Nicium M. P. XXI., Nycium* Anastasius, satis perverse. Νικίου Hierocles & Stephanus. Non est ergo cur verear in Meletii Breviario p. 187. Ἡρακλείδης ἐκ Νικίου, & Palladii Histor. Lausiaca C. 41. κατὰ τὴν ὁδὸν πλησίον Νικίου τῆς πόλεως scribere, damnato Νικιοῦς, quod utrobique lectitatur: neque

 etiam

LETVS. M. P. XXVIII.
MEMPHI. M. P. XX.
PEME. M. P. XX.
ISIV. M. P. XX.
CENE. M. P. XX.

TA-

etiam cur mihi præ illo *urbs Nichium* in Theophili Paschali III. arrideat. Quæramus nunc, quo olim fuerit nomine? Ptolemaeus eam in Prosopite nomo locat, ipsam vero insulam Prosopitidem Niciu hanc urbem sive vicum insedisse auctor est Scholiastes Thucydidis L. I. 109. Προσωπίτις ἐκαλεῖτο ἡ νῦν Νικίου· νῆσος δὲ οὖσα τότε, ἠπειρώθη ὑπὸ Μεγαβάζου: eadem itaque Prosopitis ac Niciu. Hinc vero & ex Herodoto L. II. C. 65. Hesychio succurre, scribenti Προσωπίον, τὶς νῆσος ἐν Αἰγύπτῳ. WESS.

LETVS.] Alias *Latos*, unde Latopolites nomos & Latonae civitas Ptolem. In libro Notit. *Latos*. SIML.

LETVS M. P. XXIX.] *Regium* Letus M. P. XXVIII. *Reliqua vero* Letus mpm. XXVIII. *Apparet etiam* Stationis *mansionem subaudiendam esse. Ptolemaeus* Λητουπολίτης *nomos, &* Λητοῦς πόλις. *Stephanus* Λητοῦς πόλις, πόλις Αἰγύπτου. ἔστι δὲ μοῖρα Μέμφιδος, καθ' ἣν αἱ Πυραμίδες Λητοῦς Ἱερόν. SVR.

LETVS.] Codicum excerpta, quorum nobis usus est, M. P. XXVIII. cum prioribus editionibus. Cusani liber *Lenis* mendose scribit. Rectum est vulgatum. Ἰσιὰκ ἐκ Λητοῦς est in Meletii Breviario p. 187. Quæ Simlerus habet ex Ptolemaeo Latino hausta sunt, nec satis cogitate *Lato* Notitiae Imp. Orient. huc translata est, aliorsum pertinens, uti suo loco Surita docuit. Peccavit & in hac urbe ad Stephani Λητοῦς cautissimus ceteroqui L. Holsteinius: nam Λατοῦς, ut Theodoretus Sermon. III. Therap. p. 51. appellat, originatio est a *Lato* pisce, Λάτων inde πόλις dicta: sed ea longissime hinc aberat, uti videbitur. WESS.

PEME.] Alias *Pene*. Forte *Ptolemais* apud Ptolem. SIML.

PEME M. P. XX.] *In manuscriptis & Longoliano habetur. Videtur ex Stephano legi oportere* Pempte, *ait enim* Πέμπτη πόλις Αἰγύπτου. SVR.

PEME.] Si *Pemptes* Stephani exploratus esset situs, de Suritae conjectura constitui quid posset. *Peamu* in Notitia Imp. O. p. 212. invenio, quod cum in Thebaide fuisse videatur, cum hac mansione componere non ausim: exspectemus ergo aliunde uberiorem lucem. WESS.

ISVI.] Alias *Usui*. In libro Notit. *Isui*. SIML.

ISIV M. P. XX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanum* Vsiu mpm. XX. *Longolianum emendat* Usius. *Plinius L. 5. C. 10.* Isidis *oppidum: sed juxta Nili ostia; ut hoc mediterraneum esse non possit. Stephanus,* Ἰσεῖον πόλις Αἰγύπτου ἀπὸ Ἴσιδος. SVR.

ISIV.] Non mihi dubium est, quin in Notit. Imp. O. *Isiu* sit legendum, quamquam male cum hac mansione compositum: Fuit enim in Thebaide, ut Notitia docet. Videtur hoc loco Isidis templum, cujusmodi in Delta Peutingeri Tabula tria habet, fuisse: apposita vero viæ militari Isidis templa erant, quod ipsa peregre abeuntium habebatur patrona, qua de re Cl. Ever. Otto C. 8. de tutela viarum. WESS.

CENE.] *Coeno* vel *Coene*, alias *Othune*. SIML.

CENE M. P. XX.] *Habent Regium, & Blandinianum. Et Neapolitanum* Etheme mpm. XX. *Longolianum* Cene mpm. XX. *&* Othene *corrigit. Ptolemaeo juxta* Chenobsciam Καινὴ πόλις, *quam minime affirmare ausim hujus stationis esse.* SVR.

CENE.] Nimium festinans Suritae notas Salmasius evolvit, ad Solinum p. 321. scribens, divinasse eum Καινὴ πόλις. Ipse *Coene* pro *Coeno*, i. e. *Cyno*, scriptum arbitratur: certe *Cyno* hic refingendum, quod vehementer demiror. Illa enim in adversa Nili ripa posita fuit *Cyno*, testibus Strabone & Ptolemaeo, quos ipse vir doctissimus excitavit, ut Cynopolim vicinam Oxyryncho faceret: mihi vulgatum non displicet: videtur mansio Καινὴ aut Κοινὴ dicta. Ceterum *Otheme* Cusani schedæ porrigebant, cum in Vossian. *Caeene* esset. WESS.

TICANONA.] *Icanona* vel *Icacana*. Forte *Co* Ptolemaei. SIML.

TA-

TACONA.	M. P. XX.
OXYRYNCHO.	M. P. XXIIII.
IBIV.	M. P. XXX.
HERMOPOLI.	M. P. XXIIII.
CVSIS.	M. P. XXIIII.
LYCO.	M. P. XXXV.
	APOL.

TACONA M. P. XX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longol.* Icacona mpm. XX. *Neapolitano* Icatona mpm. XX. SVR.

TACONA.] *Icacona* plerique omnes MSS. ſolus Voſſianus *Ticacona:* quid horum præſtet, non temere dixero. Salmaſius in Solin. p. 321. *Icacona* præoptat, nulla addita cauſſa.. Inſula *Co* non longe hinc afuit. WESS.

OXYRYNCHON M. P. XXIIII.] *In omnibus exemplaribus: cujus urbis, & ejus nominis ratio, apud omnes fere auctores apparet.* SVR.

OXYRYNCHO.] Fuit in ea Aegypti parte, quam Arcadiam ſerior ætas appellitavit. In Notitia Imp. Leonis ὁ Ξυρίγχος μητρόπολις, vertiturque *Xyrinchus*, ſatis ridicule. Urbs fuit ampliſſima & celeberrima, quippe quæ præter monaſteria complura, XII. templa vidit, in quibus ſacris operarentur cives, auctore Rufino de Vit. Patrum C. 5. De piſce cognomine provulgata ſunt omnia. WESS.

IBIV M. P. XXX.] *In omnibus legitur: neque ejus manſionis reperi fieri mentionem. Tamen apud Platonem in Phaedro p. 274. Socrates ſe audiviſſe memorat, circa* Naucratin *Aegypti priſcorum quendam deorum fuiſſe, cui dicata eſſet avis, quam* Ibim *vocarent: deo autem ipſi nomen* Teuth. *Hunc Mercurium fuiſſe, Cicero, & Euſebius ſunt auctores. Strabo L. 17. p. 812. Aegyptios ex avibus* Ibim, *& accipitrem colere memorat: Plinius item Agyptios* Ibes *ſuas invocare contra ſerpentum adventum prodit.* SVR.

IBIV.] Mihi nuſquam lecta hæc manſio eſt: putem vitio exſcriptorum ex Stephano in Ἰζεῖον emigraſſe. Προπελισπάται, inquit, ὡς Ἰρεῖον πρὸς Νεμεζεῖον, τὸ δ' ὅτι μὴ τῆς γλυκυτῆς τῶ Δ. ἐφύλαξαν τὸ μικῶν· non enim videtur Ἰρεῖον canoni, quem Stephanus ponit, bene reſpondere, niſi velis ab Ἴρις Ἴριδος repetere, de qua culta non bene conſtat: ſane ſi Ἰβεῖον ſcripſeris, ſalva res erit. Refer huc Cl. Ever. Ottonis C. 3. de Diis Vialibus verba: *manſio Aegyptiaca Ibis dicitur in Itinerario Antonini, quia hoc animal, Iſidi ſacrum, viatoribus ad ſerpentes fugandos proderat:* ſunt enim in rem noſtram accommodata. *Ibiu* tamen MSS., niſi quod Cuſani liber *Ibium M. P. XXX.* Eſt quidem in Evagrio L. I. H. E. C. 7. *Ibis*, ſed non alia atque Oaſis magna, uti Cujacius L. XX. Obſerv. C. 30. ex Notit. Imper. Orient. liquido oſtendit: quare ferenda non eſt Gundlingii confidentia, hoc negare auſi in Diſſert. de Nestorianiſmo C. 15. WESS.

HERMVPOLIM M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano legimus, atque hæc Ptolemaeo Ἑρμούπολις μεγάλη. Ammianus lib. 22. C. 16.* Igitur Thebais multas inter urbes, clariores aliis, Hermopolim habet, & Copton. SVR.

HERMOPOLI.] Ita MSS. præferunt, quorum Cuſani XXIII. M. P. adjungit: patrocinatur veteribus ſchedis Auguſtinus L. VIII. de C. D. C. 26. *Hic enim*, inquiens, *Hermes major, i. e. Mercurius, quem dicit avum ſuum fuiſſe, in Hermopoli, hoc eſt in ſui nominis civitate, eſſe perhibetur.* WESS.

CHVSIS.] *Cuſſa* in Notit. libro. *Cuſtodiae* Ptolem. SIML.

CHVSIS M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano legimus. Forte eam ſtationem deſignat liber Notitiæ provinciarum, ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Thebaidos.* Legio, *inquit*, ſecunda Flavia conſtantia Thebaeorum Cuſſa. *Manuſcriptum exemplar Bibliothecæ* Aulae Dei, Cuſas: *ut* Chuſis *appareat legendum eſſe: quemadmodum Gentilia nomina Aegyptia in* is *deſinentia deducantur, Stephanus docet in voce* Πνεβέθις. SVR.

CVSIS.] Suritam hoc loco audiendum non eſſe, *Achilles* docet *Cuſarum* præſul, Ἀχιλλεὺς ὁ Κύσεως ex Meletii Breviario p. 187. bene ergo *Cuſis* Vaticanus, quem ſequimur. Ptolemaei Φυλακὴ *Cuſtodiae* in hac vicinia fuerunt, nec tamen eædem quæ *Cuſae*. WESS.

LYCON M. P. XXXV.] *Regium* Lico M. P. XXXV. *Et reliqua* Lico M. P. XXXII. *Plinius L.*

APOLLONOS MINORIS. M. P. XVIII.
HISORIS. M. P. XXVIII.
PTOLEMAIDA. M. P. XXII.
ABYDO. M. P. XXII.
DIOS-

5. C. 9. *do Præfectura* Lycopolite: *atque itidem Ptolemaeus, & Λύκων urbs.* SVR.

LYCO.] Scripti libri *Lico*, quamquam paullo verius *Lyco* vetuſtiores editiones. Apophthegmata patrum tom. I. Mon. Græc. Cotelerii p. 404. καὶ ὠδεύσαμεν εἰς τὸν Λυκώ· atque ad hanc formam vir eximius J. Alb. Fabricius L. IV. B. G. 26. p. 92. quod apud Suidam legis Παῦλος Αἰγύπτιος ἐκ τῆς Λύκων immutavit: ſed cum Λυκὼ & Λύκων πόλις, uti Κυνὼ & κυνῶν πόλις, diceretur, equidem haud ſcio an medicina ſit ſupervacua. WESS.

APOLLONOS MINORIS M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Apollinos minoris M. P. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Apollinos minores M. P. XVII. *Neapolitanum* Apollinos minor mpm. XVII. *Ptolemaeo juxta* Copton Ἀπόλλωνος μίκρα: *& hoc ipſo itinere in Regio exemplari* Apollonos ſuperiores. SVR.

APOLLONOS.] Voſſianus *Apollines minores M. P. XVII.* ceteri Suritae libris accedunt. Verum videtur, quod expreſſum eſt. Hierocli Ἀπόλλων μικρός dicitur. *Apollonos ſuperioris* eſt in Notit. Imp. Or., prorſus ad eandem formam: atque ita *Apollonis fatus* habes in Capella L. I. p. 10. & *Apolloni copulatam* p. 3. in bonæ notæ MSS. WESS.

HYSOPIS.] Alias *Hiſoris*. Forte Hypſele Ptolem. SIML.

HISORIS M. P. XXVIII.] *Habet Blandinianum, nam in Regio hujus manſionis nomen deſideratur. Neapolitanum* Niſopis mpm. XXVIII. *Longolianum* Hiſoris mpm. XXVIII: & Hiſopis *emendat. De urbe* Buſiri *Strabo, & de* Buſirite nomo: *quod inhoſpitalitatem loci poſteri calumniarentur:* & Buſiris *oppidi juxta* Nili *oſtia Plinius L. 5. C. 10. meminit: nihilque ad hanc manſionem pertinere videntur. Neque Ptolemaei* Buſirites nomos, *aut metropolis* Buſiris: *Vicus vero, cujus Plinius meminit, multo minus, libro XXXVI. C. 12. de Pyramidibus agens.* Reliquæ, *inquit*, tres, quæ orbem terrarum implevere fama, ſane conſpicuæ undique à navigantibus, ſitæ ſunt in parte Africae monte ſaxeo, ſterilique inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta: à Nilo minus IIII. M. P. à Memphi VI: vico appoſito, quem vocant Buſirim: in quo ſunt aſſueti ſcandere illas. *Tot enim* M. P. *à Memphi ad hanc interjacent manſionem, ut nihil ad eum vicum attinere poſſit.* SVR.

HISORIS.] *Hiſopis* excerpta codicum noſtrorum. *Hiſoris* videri poſſet inflexum ex *Hoſiris* ſive Oſiris, ut in veteri lapide apud Sponium Miſcellan. p. 103.

MVTILIA
ALBANA
HOSIRI ET
FORTVNAE.

Scio Sponio *Hoſirim* in numinibus ignotis viſum eſſe recipiendum, nec ſatis tamen cogitate, uti a Fabretto C. VIII. Inſcr. p. 488. eſt animadverſum: cum tamen MSS. in vocabulo ſcribendo varient, forte verior erit Simleri conjectura, Ortelio non improbata. WESS.

PTOLEMAIDA M. P. XXII.] *Habent manuſcripta. Longolianum* mpm. XXXII. *Strabo* Ptolemaida *urbem omnium maximam, quæ in* Thebaide *ſunt, &* Memphi *non minorem commemorat: & Ptolemaeo* ſtatio, *& præterea alia* Πτολεμαΐς Ἑρμίου, *quæ hoc Itinerario deſignari videtur: nam & Ptolemaeo quoque illi* Ἄβυδος *ſubjungitur quemadmodum ab Antonino.* SVR.

PTOLEMAIDA.] Voſſian. *Ptolemaidam*, non omnino male, uti ſupra p. 149. eſt obſervatum. WESS.

ABYDVS.] Libro Notit. *Abocedo.* SIML.

ABYDVM M. P. XXII.] *Habent omnia exemplaria. Strabo L. 17. p. 813.* Abydum *olim urbem maximam videri fuiſſe, ſecundam poſt* Thebas, *& ſua ætate in parvam habitationem redactam; Plinius L. 5. C. 9.* Mox Veneris oppidum, & iterum Jovis ac Tentyris: infra quod Abydus, Memnonis regia, & Oſiris templo inclitum. VII. M. D. P. in Libyam remotum à flumine. *Plutarchus comment. de Iſide & Oſiride* Abydi *Aegyptiorum proceres humari conſuevisſe auctor eſt: atque inibi verum* Oſiridis *eſſe* ſepul-

DIOSPOLI. M. P. XXVIII.
TENTYRA. M. P. XXVII.
CONTRA COPTO. M. P. XII.
PAPA. M. P. VIII.
HER-

ſepulcrum. Ptolemaeo eodem quo Antoninus ordine Ἄβυδος. Διόσπολις μικρά. Τέντυρα. SVR.

ABYDO.] Simlerus in animo hæc Notitiæ Imp. Or. habuit: *Ala octava Abydum Abocedo.* In Expoſitione fidei Epiphanii p. 1093. τὰ ἐν Ἄβυδι, ac ſi Ἄβυδις rectus eſſet caſus. D. Petavius in veteri codice Ἀβύδῃ, quod nihilo melius eſt, invenit: putem Ἄβυλον πόλιν apud Athenaeum L. XV. C. 7. in Ἄβυδον eſſe commutandam: nam quæ de Memnone ibidem adduntur, Abydum videntur requirere, veterem ejus regiam. WESS.

DIOSPOLIM M. P. XXVIII.] *In manuſcriptis noſtris, & Longoliano legitur: ſatisque ex Ptolemaeo apparet eſſe hanc parvam* Dioſpolim. *Item Strabo*, poſt Abydum eſt parva Dioſpolis, poſtea Tentyra urbs. *Plinius de præfecturis L. 5. C. 9.* Tentyrite, & Dioſpolite: & *de* magna Dioſpoli, *inquit*; Et Dioſpolis magna, eadem Thebae, portarum centum nobilis fama. *Stephanus* Dioſpolis magnæ *in* Thebaide Aegypti *meminit: & in Aegypto quatuor alias eſſe parvas.* SVR.

TENTYRAM M. P. XXVII.] *Habent manuſcripta, & Longolianum. Stephano* Τεντυρὶς, & Τέντυρα, *& Ptolemaeo* Τέντυρα. SVR.

TENTYRA.] Cuſani liber XXVIII. P. M. a Dioſpoli disjungit, *Themira* cum ceteris appellitans. Juvenalis Sat XV. 33.

Inter finitimos, vetus atque antiqua ſimultas.
Immortale odium & nunquam ſanabile vulnus
Ardet adhuc, Ombos & Tentyra.

ubi cave *finitimos* ſtrictiſſime accipias: ſic falſa dixerit Juvenalis; intererant enim inter Ombos & Tentyra alia oppida & nomi, ut ex Itinerario apparet, & fuſe ſatis oſtendit Salmaſius in Solin. p. 318. Fere tamen in iiſdem finibus, quamvis Nilo interfluente disjuncti, incoluerunt. Hierocli vitioſe Τέντυραι dicuntur: numus Hadriani in Theſaur. Frederiziano C. X. §. 9. ΤΕΝΤΥΡιτῶν L. IA. præfert. Ruinas urbis luſtravit P. Lucas Itin. Aegypt. p. 130. WESS.

CONTRA COPTON M. P. XII.] *Regium* Contra Copto M. P. XII. & *Neapolitanum, Blandinianum* Contra Copto mpm. XI. *Longolianum* Contra Codto mpm. XI: & XII. *corrigit. Sæpe in his præfecturis Aegyptiis manſiones in hunc recenſentur modum, ut apparet.* SVR.

CONTRA COPTO.] Sic libri, quorum Cuſani XXVII. M. P. adjungit. *Copto* eſt in Notit. Imp. Or. Κοπτῶ in Plutarcho de Iſ. & Oſir., verum hac de re alias. WESS.

PAPA.] *Pampanis* Ptolem., *Ripampane* libro Notit. SIML.

PAPA M. P. VIII.] *Habent manuſcripti libri, & Longolianus. Forte legendum erat* Pappa: & *& in Ptolemaei Geographia poſt* Tentyriten nomon *vicus mediterraneus* Πάπανις, *non* Πάμπανις. SVR.

PAPA.] Cuſani ſchedæ M. P. XI. *Pampanis* Ptolemaei citra dubium eadem eſt ac Notitiæ *Ripampane:* nam teſte Pancirolo MSS. *Pampanae* edunt. Jam ſi ab hac nihil Papa diſcrepaverit, oportet ejus nomen longe ſit depravatiſſimum, quod pæne opiner. Viſus tamen eſt Salmaſius in Solin. p. 318. in Juvenali hujus manſionis ſibi inveniſſe nomen: nam ubi poſt ingenioſam Merceri conjecturam Sat. XV. 75. legebatur:

Terga fuga celeri præſtant inſtantibus Ombis
Qui vicina colunt umbroſa Tentyra palmæ.

ibi verſatili uſus ingenio, *Palma* radicitus exciſa, reſtituit:

Qui vicina colunt umbroſæ Tentyra Pampæ.

Equidem lætus hoc amplecterer, ſi aliunde liqueret, *Pampanem* Ptolemaei & Notitiæ, cauda decurtata, *Pampam* fuiſſe nuncupatam: *Pappa* enim, qua inibi ex Itinerario utitur, conjectanti Suritae accepta eſt ferenda. Foret præterea & hoc commonſtrandum, nullam proxime Tentyra *umbroſam* fuiſſe *palmam:* quæ cum fruſtra quæram, pace magni viri, Tentyra *umbroſæ palmæ vicina*, præſertim cum lætus in hoc tractu palmarum fuerit proventus, donec aliud edocear, putavero. WESS.

HER-

HERMVNTHI. M. P. XXX.
LATO. M. P. XXIIII.
APOLLONOS SVPERIORIS. M. P. XXXII.
CONTRA THMVIS. M. P. XXIIII.
CONTRA OMBOS. M. P. XXIIII.
CON-

HERMVNTHIN M. P. XXX.] *Regium* Hermunti M. P. XXX: *& Blandinianum* Hesmunti mpm. XXX. *atque item Neapolitanum. Longolianum* Hesimunti mpm. XXX. *Strabo post Thebas*, Hermontim magnam *esse, in qua Apollo & Jupiter colerentur: Plinius L. 5. C. 9. inter alias præfecturas* Hermonthiten *recenset: sed in manuscriptis* Hermotiten *legitur. Ptolemaeo, eodem quo Antoninus ordine,* Ἑρμωνθίς. Λατὼν πόλις, εἶτα πόλις μεγάλη Ἀπόλλωνος. *In Notitia provinciarum sub dispositione viri spectabilis Comitis rei militaris per Aegyptum Cohor. iiii.* Hermunthi, *& sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos Legio ii. Valentiniana* Hermunthi. SVR.

HERMVNTHI.] MSS. nostri Blandiniano assentiuntur; Cusani tamen liber VIII. tantum M. P. apponit. Urbs hæc in Aegyptiaca Aristidis p. 568. Ἑρμουνθὶς, in Actis S. Pachomii C. 11. Ἑρμοθίς, litera una detracta, dicitur: credo ita olim fuisse in Meletii Breviario p. 187. ubi nunc Κάλης ἐν Ἑρμέθῃ lectitatur; invenerunt enim Benedictini in MSS. Ἑρμέθει, quod à vero propius abest. Est inter numos Wildianos qui una parte caput Hadriani & ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝ. ostendit, cum in altera insit ΕΡΜΟΝ. L. IA., unde Ἑρμονθὶς non prorsus ineptum videbitur. Harduinus alium vidit, qui ΕΡΜΩΝΘΙC præferebat. Arabibus *Armant* dicitur, Golio monitore ad Alferg. p. 103., cui P. Lucas, qui ejus parietinas descripsit, L. V. Itin. Agypt. p. 119. jungi poterit. WESS.

LATON M. P. XXIIII.] *Manuscripta, & Longolianum* Lato M. P. XXIIII: *sed* Laton *numero plurium Græca inflectione legendum, ut* urbem *subaudias. Strabo L. 17. p.* 812. Latopolitanos, Latum *piscem colere tradit.* Latopoliten nomon *Plinius L. 5. C. 9. quoque commemorat. In Notitia Provinciarum, sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos Equites Sagitarii indigenæ* Lato. SVR.

LATO.] Non assentior Suritae. Λατὼ typus urbium est Aegyptius. Passim quidem Λάτων dicitur, uti in Actis S. Pachomii C. 9. ἐκκλησία Λάτων, & μονὴ Παχνοῦμ. οὖσα ἐν τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως Λάτων, & Λάτων πόλις apud Stephanum in Ἀγκυρὼν, quam Salmasius, ut Holsteinii notæ indicant, in Λατοῦς πόλιν non satis justa caussa mutabat. Λάττων vitiose Hierocli dicitur. Nec tamen hæc efficient, ut *Lato*, quomodo in Notitia & Theodoreto Therap. p. 51., damnandum sit. Formatum est, ut Λεοντὼ, Ἀντινώ, atque alia plura. Quo nomine Arabibus sit nota, docebit Golius ad Alferg. p. 103. WESS.

APOLLONOS SVPERIORIS M. P. XXXII.] *Regium* Apollonos superiores M. P. XXXII. *Blandinianum* Apollonino superiore mpm. XXXII. *Neapolitanum* Apollinos superior mpm. XXXII. *Longolianum Blandiniani lectionem refert: &* Apollinos *emendat.* Superiorem *dictam Apollinis urbem, quam* magnam *Ptolemaeus cognominat, manifeste apparet: & item in Notitia provinciarum: nam sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos* Legio *recensetur* II. Trajana Apollonos superioris. SVR.

APOLLONOS.] *Apolline superiore* excerpta nostra, haud bene, sicuti Notitia ostendit. Hierocli est Ἀπολλωνιάς. WESS.

CONTRA THMVIN M. P. XXIII.] *Regium* Contra Vmuis M. P. XXIIII. *Blandinianum* Contra tumuis mpm. XXIIII. *& item Longolianum. At in Neapolitano proxime ad veram lectionem*, Contra Thmuis mpm. XXIIII: *Nam celeberrimæ urbis* Thmuis *supra fit mentio.* SVR.

CONTRA THMVIS.] Vossianae schedæ *contra Tumius: Tumuis* aliæ. *Thmuis* correxit vir doctus, qui Fabriciano exemplari fuit usus: ego vero *Thmuin* in hoc tractu non invenio: Debuit in adversa Nili ripa, ut Ombi, Syene, sedem habuisse: nulla enim Thmuis, de qua supra, hic esse ratio potest. Fallor aut nostra est in Notit. Imp. Or., quæ sub dispositione V. S. ducis Thebaidis *alam primam Hiberorum Thmoi* constituit. WESS.

CONTRA OMBOS.] Vel *Ambos.* Ptolem. enim *Ombos*, liber Notit. *Ambos* nominat. SIML.
CON-

CONTRA SYENE.	M. P. XXIII.
PAREMBOLE.	M. P. XVI.
TZITZI.	M. P. II.
TAPHIS.	M. P. XIIII.
TALMIS.	M. P. VIII.

TVT-

CONTRA OMBOS M. P. XXIIII.] *Habent Regium & Blandinianum. Neapolitanum vero* Contra Orobos mpm. XXIIII. *Longolianum* Contra Ovilio mpm. XXIIII. *&* Orobos *corrigitur. Plinius L.* 5. *C.* 9. Ombitis præfecturæ *meminit. Ptolemaeo juxta Syenem non recte* Ὄμβροι *pro* Ὄμβοι. *Nam in Ptolemaei libris Ulmae excusis anno* MCCCCLXXXVI. *recte interpres* Ombi *vertit. In Notitia provinciarum sub dispositione viri spectabilis Ducis Thebaidos, Equites promoti indigenæ* Leg. IIII. Diocletianae Ambo, *pro* Ombo, *aut ceree* Ombis. SVR.

CONTRA OMBOS.] Sæpe hujus urbis nomini vim librarii fecerunt: Juvenali Sat. XV. 75. *Omnes*, Stephano Ὄλβοι, Hierocli Ὄμβροι, Theophilo Paschali I. *Omboes* ingesserunt, sed Juvenali Mercerus, Stephano Berkelius auxilium tulerunt. *Contra Orobos* est in Cusani schedis. WESS.

CONTRA SYENEM.] *Suenae*, alias *Syene.* SIML.

CONTRA SYENEM M. P. XXIIII.] *Manuscripta* Suenem *& infra* Siene. *Plinius L.* 2. *C.* 73., Syene, *inquit*, oppidum, quod est supra Alexandriam V. M. stadiorum. SVR.

CONTRA SYENE.] *Suene* est in MSS. nostris. Σοήνην, Græcos LXX. interpretes secuti, Origenes & Athanasius appellare solent, uti Benedictini ad Hist. Arian. ad Monachos p. 387. monuerunt: nec aliter Eusebius & Hieronymus in Onomastico, sicuti in Probabilibus ostendere memini. Σοΐνη Olympiodoro apud Photium C. LXXX. dicitur. Rufinus in voce vitiosus est Vit. Patr. C. I. *Cum gens*, inquit, *Aethiopum Romanum militem circa Cyrenem, quæ prima est ex Aethiopiae partibus Thebaidis civitas, incursaret:* nemo enim ambiget, quin *Syenem* voluerit: *Syrenem* simili peccato MSS. Martiani Capellae L. VI. p. 227. ostentant: plura infra dicam. WESS.

PAREMBOLEM M. P. XVI.] *Regium* Patrembole M. P. XVI. *Blandinianum* Parempopolem mpm. XVI: *& corrigit* Parempoli. *Satis apparet ex Castrorum metatione mansionis nomen desumptum. Certe Strabo L.* 17. *p.* 819. *ad* Syenem *tres Romanorum cohortes collocatas præsidii causa memorat: &* Claustrum *Rom. imperii habitam paulo post indicabitur. In eadem provinciarum Notitia sub dispositione viri spectabilis Comitis rei militaris per Aegyptum* Leg. II. Traiana Parembole. SVR.

PAREMBOLE.] Plinius L. V. C. 9. in Syenes peninsula *castra* ponit sed latere Arabiae, unde alia esse debent. Hinc esse potuit Μακάριος πρεσβύτερος τῆς Παρεμβολῆς in Meletii Breviario p. 188. WESS.

TZITZI M. P. II.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum, & Longolianum* Izitzi mpm. II. *Neapolitanum* Izita mpm. II. SVR.

TZITZI.] Regio Suritae accedit Vaticanus, ceteri cum editis *Izitzi* aut *Izyzi.* Quid horum verius sit, prorsus ignoro. WESS.

TAPHIS.] Vel *Tasis.* Ptolemaeo *Tasitia.* SIML.

TAPHIS M. P. XIIII.] *Regium* Taris mp. XIIII. *cum in eodem paulo post* Contra Thafis *legatur. Blandinianum & Longolianum* Tafis mpm. XIIII. SVR.

TAPHIS.] Nostri libri *Tafis.* Ταπὶς dicitur Olympiodoro in Photii Biblioth. C. LXXX. p. 194. Quare minor Ch. Cellarium L. IV. G. A. C. I. p. 88. vocis scripturam incertam esse scribentem: fefellit credo virum optimum operarum error, quo *Tahis* in Suritae editione brevi post scribebatur. Ptolemaeus in Aegypti Aethiopiaeque finibus Ταθὶς locat, quæ forsan ΤΑΦΙC est, librariorum imprudentia in ΤΑΘΙC mutata. WESS.

TALMIS M. P. VIII.] *Habet Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum. In Regio* Thalmis. SVR.

TALMIS.] Meminit ejus Olympiodorus, φυλάρχους καὶ προφήτας τῶν κατὰ τὴν Τάλμιν βαρβάρων, *principes & vates barbarorum, qui circa Talmin sunt*, recensens, ut Cl. Cellarius jam monuit. WESS.

TVTZIS.	M. P. XX.
PSELCIS.	M. P. XII
CORTE.	M. P. IIII.
HIERA SYCAMINO.	M. P. IIII.
ITER A PELVSIO MEMPHI.	M. P. CXXII. Sic.
DAPHNO.	M. P. XVI.

TA-

TVTZIS M. P. XX.] *Regium*, *Blandinianum*, & *Longolianum habent*. *Neapolitanum* Tuſis mpm. XX. SVR.

TVTZIS.] Neque hæc mihi lecta manſio eſt: cogitaveram de *Gypſo* ex L. ult. C. de Poenis: verum ea Aethiopiae in Arabico ſinu inſula fuit. Habet eam Ptolemaeus, ſed male, ut ſæpe, deſcriptus: Γυδίτης νῆσος in ejus libris eſt. Veram ſcripturam invenit vetus interpres, *Gypſitis* legens; nec multum abit Coiſliniani MS. Γυψίτης νῆσος. Plura qui volet, conſulat magni Cujacii L. XX. Obſerv. C. 31. & L. VIII. C. 27. WESS.

PSELCIS.] Vel *Pſelchis*, ſic enim Plinius: altero modo Ptolemaeus nominat. SIML.

PSELCIM M. P. XII.] *Habent manuſcripta exemplaria*, & *Longolianum*. *Plinio libro VI. ca. XXVIIII. in manuſcripto Toletano* Spelcin *pro* Pſelcin: *alia manuſcripta Plinii exemplaria* Spelgin. *Ptolemaeo in regione Metacomſi ab occidua fluminis parte* Ψέλχις. *Strabo libro XVII. p. 820. de rebus à P. Petronio in Aegypto geſtis, cujus & Plinius meminit, Aethiopicam urbem eſſe perhibet:* Πρῶτον μὲν ναύμαχοσεν αὐτὰς εἰς Ψελχὴν πόλιν Αἰθιοπικὴν: *pro* Ψελκὴν. *Eandem enim eſſe, de qua Plinius mentionem facit, apparet, quod, uti* Primin *oppidum ordine* Pſelci *adjunxit Plinius, ita poſtea itidem Strabo eadem oppida conjunxit* οὐκ ἦν Ψέλχις ἦκεν εἰς Πρῆμνιν ἐρυμὴν πόλιν *Ariſtidis Rhetoris libris vulgatis in eadem oratione* Aegyptia p. 512. *ſcribitur* Ψέλχις *In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis Thebaidos, Ala Germanorum* Peſcla *legitur, fortaſſe pro* Pſelci: *quamvis in vetuſto libro, quemadmodum in vulgatis* Peſcla *legitur In Concilio Chalcedonenſi Johannes Epiſcopus* Pſelcis *civitatis ſubſcripſiſſe fertur.* SVR.

PSELCIS.] Tabula *Pſelci*. In Actis Concilii Chalced. tom. VIII. Conc. Gener. p. 94. conſpicitur Joannes Ψιχάων, qui pag. 587. Ψόγχις dicitur. L. Holſteinius ex corruptiſſimis vocabulis *Oxyrynchum* eruit: qui vero Suritae perſuaſerunt Joannem Pſelcis fuiſſe Epiſcopum, illi aliud inibi legerunt. WESS.

CORTE.] Vel *Coſte*. Forte *Dodecaſchinum* Ptol. SIML.

CORTE M. P. IIII.] *In manuſcriptis* & *Longoliano*. SVR.

CORTE.] *Coſte* exemplar Lugdunenſe, obnitentibus MSS, edit. De ea Agatharcides, uti Cellarius quoque vidit, p. 22. inter Geog. minor. Ἔστι Αἰθιόπων χώρα, Κορτία πρώτη. *Poſt Elephantinam terra Aethiopum Cortia prima*: vult credo Agatharcides, *Cortiam* primam eſſe Aethiopum urbem venientibus ex Aegypto: quare vereor, ut recte vir doctiſſimus Olympiodori urbem Πέλμω cum Cortia compoſuerit. *Prima* ex Aethiopia in Thebaidem venientibus occurrebat prima, unde & nomen habuit, ſi fidem capit Olympiodorus p. 194. Bibl. Photii: ego pæne arbitrer, Plinii *Primin*, quæ Strabonis eſt *Premnis*, paullatim in *Primam* eſſe verſam. WESS.

HIERAM SYCAMINON M. P. IIII.] *In manuſcriptis*, & *Longoliano* Hieraſicamino mpm. IIII. *Ultimam hanc manſionem ad* Aethiopas uſque, *Itinerarium imperii Romani ultra Syenem promovit. Plinius libro VI. C.* 29. *Neronis exploratores* à Syene Hieran Sycaminon L IIII. M. P. renunciaviſſe, *autor eſt. Ptolemaeo ab exortiva parte Arabum, qui* Adei *appellantur, juxta Cataracten minorem* Ἱερασυκάμινον. SVR.

HIERA SICAMINO.] Sic & noſtri MSS. Erat ultimus verſus Aethiopiam terminus. Philoſtratus L. VI. V. A. C. 2. Ἀφικόμθυ δὲ ἐπὶ τὰ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων ὅρια, Συκάμινον ἣ καὶ ὀνομάζεσι. *Cum ad Aethiopum Aegyptiorumque venijſet confinia, quæ Sycaminon appellant:* ſic ille ſine *Hieras* addito titulo. In uno Pariſienſium librorum notabatur, *XI. minus ſunt*. WESS.

ITEM A PELVSIO MEMPHIM M. P. CXXII.] *Regium* CXXIII. & *Neapolitanum*: *Blandinianum*, & *Longolianum* CXXIIII: *cum ſingulares numeri, qui certiores viſi ſunt, ſummam*

TACASARTA. M. P. XVIII.
THOV. M. P. XXIIII.
SCENAS VETERANORVM. M. P. XXVI.
HELIV. M. P. XIIII.
MEMPHI. M. P. XXIIII.
ITER

mam CXXII. M. P. *conficiant.* In Auguſtamnica, *inquit Ammianus* L. XXII. C. 16. oppidum Peluſium eſt nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidiſſe, luſtrari deorum monitu juſſus in lacu qui ejuſdem civitatis alluit mœnia, cum poſt interfectum fratrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur. *Cum Arabia inter* Nilum *jaceat, & Arabicum ſinum, in extremis ejus partibus ſitum eſſe* Peluſium *Strabo commonſtrat.* SVR.

ITER A PELVSIO.] Mirus eſt librorum in probandis CXXIII. M. P. conſenſus. Herodotus L. II. C. 7. a mediterraneo mari Heliopolin ſtadiorum mille & quingentorum intervallo ſummovet, noſtrique adeo numeros multis paraſangis exſuperat, quod mihi mirum accidit, præſertim cum ipſo auctore L. II. C. 158. a Caſio monte, qui Aegyptum Syriamque diſterminat, ſtadia tantum mille ſint in ſinum Arabicum, nec Strabone L. I. p. 35. diſcordante. WESS.

DAPHNEM M. P. XVI.] *In omnibus* mpm. XVI. *auferendi caſu legitur. Stephanus* ἔστι καὶ ἄλλη *cum de* Daphne *agitur,* πλησίον Πηλουσίου. SVR.

DAPHNO.] Ita editi & ſcripti. Videtur ex Daphon Δαφνὼν ortum, quamquam & ex Aegyptiorum more, hanc vocalem in locorum nominibus amantium, repeti poteſt. Herodoto L. II. C. 30. Δάφναι Πηλουσίου. Græci interpretes frequenter Τάφνας eam urbem appellant, quæ Hebraeis eſt *Taphnes* & *Magdolo* jungitur Jerem. XLIV. 1. Eandem vero atque hanc eſſe non improbabilis eſt Bocharti L. IV. Phal. C. 27., &, quem præuntem habuit, Junii ad Eſaj. C. XXX. 4. opinatio. WESS.

TACASARTA.] *Tacaſaris* libro Notit. SIML.

TACASARTA M. P. XVIII.] *Habent præter Reg. exemplaria reliqua: & in eo* M. P. XVI. SVR.

TACASARTA.] Lugdunenſe & ſcriptum Voſſii exemplar *Tacaſaſta.* Notit. Imp. Or. *alam II. Aegyptiorum Tacaſiri* habet, non *Tacaſari.* WESS.

THOV M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Chou M. P. XIIII. *& reliqua* Thou M. P. XIIII. *Ptolemaeo* Τόβμ μεσογεῖος. *In Notitia provinciarum ſub diſpoſitione v. ſ. Comitis rei militaris per Aegyptum provincia* Auguſtamnicae *Cohors prima Auguſtae Pannoniorum* Touh. *Forte* Thou. SVR.

THOV.] Τόβμ Ptolemaei longiſſime hinc diſparatum fuit, Ombis vicinum. In Notitia Pancirolus *Tohu*, in notis *Thou* vulgavit. Videndum eſt, an manſioni inditum cognomen ſit à Mercurio, quem Aegyptii Θωὺθ vel Θώθ appellabant, quo de Euſebius L. II. Præp. Ev. C. 9. XIIII. M. P. Pariſinum ſcriptum & Lugdunenſe exemplar præferunt. WESS.

SCENAS VETERANORVM M. P. XXVI.] *Habent manuſcripta & Longolianum exemplar. In Notitia ſub diſpoſitione ejuſdem Comitis, Equites Sarraceni Thamudeni* Scenis veteranorum. SVR.

HELIV M. P. XIIII.] *Regium* mp. XXIIII: *& reliqua* XIIII. *Plinius L. 5. C. 9. de* Heliopolite nomo. Heliopolis Arabiae *Strabo meminit, L. 17. p. 807. & ante eam* Eudoxi *ſpeculam ſitam, quemadmodum ante Gnidum, ad quam ille cœleſtium motus obſervaret: & in* Heliopoli *Mnevim Deum ab Aegyptiis coli. Hujus Tacitus item meminiſſe videtur lib. 6. C. 28. cum avem Phoenicem in Aegyptum veniſſe prodit. Ptolemaeo & nomos, & vrbs* Ἡλίου *metropolis: & altera in Coele-Syria, cujus infra ab Antonino mentio fit. Stephano plures ejus nominis urbes memorantur.* SVR.

HELIV.] MSS. noſtri *Helius* exporrigunt, quod defendi Meletii auctoritate in Breviario p. 187. poſſet, ubi ἐν Ἡλίῳ, niſi ſi & ibi commiſſum ſit, quod putem: ſimili peccato Νικίου loco Νικίᾳ ſupra habuimus. Exemplar Lugdun. & codex Pariſ. XVII. addunt. plura infra dicam. WESS.

ITER PER PARTEM ARABICAM TRANS NILVM.

CONTRA PSELCIS.	M. P. XI.
CONTRA TALMIS.	M. P. XXIIII.
CONTRA TAPHIS.	M. P. X.
PHILAS.	M. P. XXIIII.
SYENE.	M. P. III.

OM-

ITER PER PARTEM.] Contra morem consummata M. P., & quo iter est, omissa sunt. Mox *contra Pselos M. P. X.* excerpta nostra: XI. tamen M. P. margo Fabriciani libri dat. WESS.

CONTRA PSELCIM M. P. XI.] *Regium* Contra Selcis M. P. X. *& reliqua* contra Pselos mpm. XI. SVR.

CONTRA TALMIS M. P. XXIIII.] *Regium exemplar.* XIIII. *& reliqua* XXIIII. SVR.

CONTRA TALMIS.] Si sani sunt numeri, oportet hæc mansio non plane è regione Talmidis fuerit, sed paullo supra eam Pselcin versus. In mansionum sequentium intervallo aut error est, aut in Olympiodoro, qui Talmidem disjunctam fuisse ἀπὸ Φιλῶν ἀφεστήκοτι ἡμερῶν πέντε, *spatio dierum V. à Philis* p. 194. Bib. Photii affirmat. Schotti hæc male vertentis negligentiam castigavit Th. Reinesius L. II. Var. Lect. C. 5. WESS.

PHILAS M. P. XXIIII.] *Strabo libro primo perhibet* Philas *Aethiopum & Aegyptiorum commune domicilium esse, & libro ultimo p.* 818. *se cum Cornelio Gallo ex* Syene *plaustro* Philas *venisse, per campum valde planum centum stadiorum spacio. Seneca Quæstionum naturalium libro iiii. C.* 2. Philae, insula est aspera, & undique prærupta, duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur & ejus nomen ferunt. Urbs totam complectitur. Hanc Nilus, magnus magis, quam violentus, egressus Aethiopiam, arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, prælabitur. *Procopium de bello Persico libro primo C.* 19. Philis *Dioclesiani tempore nomen inditum prodidisse, mirum mihi videtur.* SVR.

FILAS.] Hoc offerunt editi priores & MSS., neque hilum dissentit Notitia Imp. Or., quæ *Legio I. Maximiana Filis*, male tamen & ex barbari temporis usu. Lucanus Philas ab Arabum populis semovisse, sive Aegypti terminum fuisse, qua trans Nilum Arabiae adjacet, auctor est: puto hanc esse sententiam versus 312. L. X.

Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
Regni claustra Philae.

Servii verba ad Aeneid. VI. 154 ex Senecae libro de ritu & sacris Aegyptiorum excerpta de Philarum originatione, ab H. Grotio jam indicata, digna sunt, quæ relegantur. Aliam nominis caussam Scholiastes Lucani, à Cl. Oudendorpio nuper cum publico communicatus, adfert. Jam quod Seneca ait Philas *totam insulam complecti*, id nihil cum Aristide discordat in Orat. Aegyptiaca p. 577. WESS.

SYENEM M. P. III.] *Regium* Siena P. M. III. *Reliqua* Siene mpm. III. *Plinius L.* 5. *C.* 9. *videtur à* Philis Syenem IIII. M. P. *interjectum designare.* Ditionis, *inquit*, Aegypti esse incipit à fine Aethiopiae Syene: ita vocatur peninsula M. P. ambitu: in qua Castra sunt latere Arabiae: & ex adverso insulae iiii. Philae D C. M. P. à Nili fissura, unde appellari diximus Delta. *Tacitus Ann.* 2. *C.* 61. *Elephantinem & Syenem* Clausstra *olim Romani imperii appellat, quod ejus ætate ad* mare rubrum *patebat.* SVR.

SYENE] Non est ab errore Plinius immunis, cum Philas *ex adverso* Syenes ponit: erant enim in eadem Nili parte Orientali. Contra Syenen Elephantine erat, sicuti, qui loca lustravit, Aristides testatur p. 579. Nec Surita, absolvi potest, à Plinio *interjectum IIII. M. P.* Philas inter & Syenen designari arbitratus: Plinii, quod Salmasius in Solinum p. 311. bene monuit, sententia est: Philas insulam in ambitu IV. M. P. habere. Ceterum Syenae in præsidio erant Romani milites, quorum φρούραρχον habes apud Aristidem p. 577. Orat. Aegypt. Hinc ipsam Hieronymus in Ezech. C. XXIX. *castrum Romanae ditioni subditum* appellat. Quod vero ad intervallum attinet, quo in Itinerario à Philis disjungitur, id justo contractius visum est Cl. Cellario L. IV. G. A. C. 1. Maluit XII. M. P. appo-

OMBOS.	M. P. XXX.
CONTRA APOLLONOS.	M. P. XL.
CONTRA LATO.	M. P. XL.
THEBAS.	M. P. XL.
VICO APOLLONOS.	M. P. XXII.
COPTON.	M. P. XXII.

CHE-

apponere ob Strabonis C. ſtadia. At vero in alia omnia abiit non minore inſtructus eruditione J. Maſſon Vitae Ariſtidis Sect. VI. 3., Strabonis ἑκατὸν σταδίους in εἴκοσι abire jubens, confuſis inter ſeſe K. & P. librariorum vitio: ſic pæne numeris Antonini ratio conſtaret, XX. ſtadiis III. M. P. fere æquantibus. Nec tuta tamen hæc mihi via videtur: contra enim Heliodorus venit initio L. VIII. Aethiop., ubi de Philis Συήνης ἅ, inquit, καὶ Ἐλεφαντίνης ἑκατόν πῃ τῶν μεταξὺ σταδίοις διέργεται, *à Syene & Elephantine C. circiter ſtadiis diſtant.* Maneat ergo Straboni auctoritas illibata & veri ſimilitudo doctiſſimi Cellarii conjecturæ. WESS.

OMBOS.] Voſſianae ſchedæ *Ambos*, ad quem modum Not. Imp. Orien., ut ſupra Simlerus commonefecit. WESS.

CONTRA APOLLONOS M. P. XL.] *Id eſt, ex adverſo urbis magnæ Apollonis, quam* ſuperioris Apollinis *ſupra cognominavit. Hujus manſionis in Notitia provinciarum ſit mentio. Nam ſub diſpoſitione v. ſ. Ducis Thebaidos in his, quæ de minore laterculo emittuntur, Ala prima Francorum* contra Apollinos *legitur in vetuſto exemplari: tametſi in vulgatis* Apollonos *tantum legitur.* SVR.

CONTRA LATON M. P. XL.] Contra Lato mp. XL. *Habetur in Regio, & Blandiniano, ac Longoliano. Neapolitanum* Contra Latos mpm. XL. *Ego* contra Laton *legendum arbitror, id eſt, ex adverſo urbis Latorum, de qua ſupra ſit mentio. Ex eodem laterculo Notitiæ provinciarum, Ala vii. Herculia voluntaria* Contra Lato. SVR.

THEBAS M. P. XL.] *Deſunt in Regio. Et in reliquis* Thebas mpm. XL. *Strabo poſt* Apollinis urbem Thebas *recenſet, quæ ejus ætate* Dioſpolis *vocaretur. Plinius L. 5. C. 9. itidem* Thebas *urbem eſſe*, Dioſpolim magnam, & Thebarum nomon. *Pauſanias in Arcadicis C. 33.* Thebas Aegyptias, *urbem Homeri carminibus decantatam, fama portarum centum nobilem, adeo deletas fuiſſe aſſerit, ut nec permediocres privati hominis fortunas adæquarent. Sed Ammianus de Thebis Aegyptiis L. 22 C. 16.*, Hecatompylas, *ait*, Thebas nemo non novit. SVR.

THEBAS.] Ne quid de hac dicam, magni Bocharti fecit diligentia L. IV. Phal. C. 27. Nec præterire tamen poſſum, Itinerarii numeros haud parum conturbari ab Herodoto, quippe Thebas L. II. C. 9. ab Elephantine, quam contra Syenem fuiſſe diximus, ſtadiis IↃCCCXX., ſive, ut in Mediceo MS. Gronovius invenit, CIↃIↃCCC. ſeparante, Heliopolin vero a Thebis intervallo ſtadiorum quatuor millium octingentorum & ſexaginta. utraque ſumma, ſi Mediceum codicem ſequamur, M. P. Antonini longiſſime exſuperat. Equidem qui hæc expediam non video, ceteroqui non ignarus, Herodoteam fidem in Aegypti rebus explicandis labare Ariſtidi Orat. Aegypt. p. 577. atque alibi fuiſſe viſam. Vide & Iſ. Voſſium ad Melae L. I. C. 9. WESS.

VICVM APOLLONOS M. P. XXII.] *Regium* Vico Pallonos M. P. VI. *In reliquis* Vico Apollinos M. P. XXII. *Ptolemaeus* Apollinis parvæ *urbi ſtatim adjungit* Κοπτὸν. SVR.

VICO APOLLINIS.] Diverſus hic vicus eſt ab *Apollinis urbe parva:* ejus eſt ſitus inter Lyco & Ptolemaidem. Quia tamen Strabo diſertis verbis L XVI. p. 815. καὶ τῆς Κόπτου, ait, ὃ πολὺ ἀφέστηκεν ἡ καλουμένη Ἀπόλλωνος πόλις, credamus hanc eſſe Apollinis eam urbem aut certe illi vicinum vicum in orientali Nili ripa, neque inficiemur alteram in oppoſita fluvii parte fuiſſe, loco, quo dixi: Habet enim Stephanus ex Apione. Vide & Ch. Cellarii L. IV. G. A. C. 1. p. 82. WESS

COPTON.] Cuſani liber *Copton XXXII. M. P.*, ceteris vulgatos numeros probantibus. Ἰνδικὴν καὶ Ἀραβίων ἐμπόριον τὴν Κόπτον, *Indorum atque Arabum emporium* Ariſtides Orat. Aegypt. p. 611. eſſe dicit. Everſam eſſe a Dioclctiano Zonaras memorat. Vinum, quod circa eam urbem proveniebat, laudat Athenaeus

CHENOBOSCIO.	M. P. XL.
THOMV.	M. P. L.
PANO.	M. P. IIII.
SELINO.	M. P. XVI.
ANTEV.	M. P. XVI.
MVTHI.	M. P. VIII.
	ISIV.

L. I. C. 25. Κοντῶ in veteri Notitia Eccleſiaſtica, quam Car. à S. Paullo vulgavit, pro Κοπτῶ, ut apud Plutarchum eſſe obſervavimus, dicitur. WESS.

CHENOBOSCION M. P. XL.] *Regium* Conoboſcio M. P. L. *In reliquis* Cenoboſio M. P. XL. *Ptolemaeo* Χηνοβοσκία. *Sed cum Stephanus ex Alexandro in primo Aegyptiacorum* Χηνοβόσκιον *proferat, & cum vetuſtis exemplaribus conſentiat,* Chenoboſcion *legimus. Ex Laterculo minore Ducis Thebaidos in Notitia provinciarum Ala Neptunia* Chenoboſcio. SVR.

CHENOBOSCIO.] *Cenoboſio* noſtri præferunt. Χηνοβοσία & Χηνοβοσίαι ſimili forma ſunt apud Heſych. & Polluc. L. IX. 16. L. Holſteinius in Alexandri apud Stephanum verbis Χηνοβοσκία emendat, atque ita S. Pachomii Vita C. 1. Αὐτὸς ὁρμήσας εἰς τὴν ἄνω Θηβαΐδα ἦλθεν εἰς ἐκκλησίαν κώμης καλουμένης Χηνοβοσκία, *profectus in ſuperiorem Thebaida devenit ad eccleſiam vici Chenoboſcia dicti:* habet tamen in ſua verſione Dionyſius Exiguus *Chenoboſcion*, haud ſcio an in Græcis repertum. Eadem Vita C. 10. modo τὰ Χηνοβόσκια, modo ὁ Χηνοβοσκίων, ut utroque numero videantur uſurpaſſe. Ab anſerum paſcuis nomen urbi veniſſe apertiſſimum eſt; negat quidem Alexander apud Stephanum ejuſcemodi illic paſcua eſſe: at nunquam antea fuiſſe, qui credemus? præſertim cum inter ſolennes gentis fuerint victimas, teſte Herodoto L. II. C. 45. & ſuæ Iſidis ſtudioſiſſimi fuerint Aegyptii, cui ſacri erant anſeres: hinc Philippus in Epigrammate, quod ad Suidae Κεγχρείπτι Kuſterus vulgavit, illi par anſerum aquaticorum offert.

Καὶ πόλιον χηνῶν ζεύγῳ συνοδροβίων· WESS.

THOMV.] *Thomo* vel *Thmois.* Liber Notit. *Thmoi.* SIML.

THOMV M. P. L.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Thomo mpm. L. *& item reliqua.* SVR.

THOMV.] Voſſianus MS. & margo exemplaris Fabriciani *Thomo M. P. L.*, reliquis editum probantibus. Quæ ſit non facile dixero. WESS.

PANO.] Ptol. *Panos.* Liber Not. *Peamu.* SIML.

PANV M. P. IIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Pano mpm. IIII. *Plinius L. 5. C. 9.*, dein Ptolemais & Panopolis. Panopolites nomos *Ptolemaeo, & metropolis* Πανόπολις. SVR.

PANO.] Hoc recepi ob veteres libros & Aegyptiorum morem, quo de ante: πόλιν τὴν καλουμένην Πανὸς appellat Vita S. Pachomii C. 1. Apud Suidam in Παμπεῖπῳ leges, ὃν Πανὸς ὁρμώμῳ τὸ ὦ Αἰγύπτῳ. Eadem eſt ac *Chemmis*, Diodoro teſte L. I. p. 11., nec multo aliter Arabes appellitant, uti duumviri egregii Golius ad Alfergan. p. 102 & Alb. Schultens in Indice Bohadini Hiſtoriae annexo ad *Thebaidos* vocem docuerunt. Ceterum Suidae excerpta in Παμπεῖπῳ & ἐλαῖαι τὸ Πανὸς in Vita Pachomii C. 7. argumento ſunt, Th de Pinedo Stephani verba Πανὸς, πόλις Αἰγύπτου ſine juſta cauſſa expleviſſe inculcato vocabulo, Πανὸς πόλις, πόλις Αἰγύπτου. WESS.

SELINO.] Forte *Selili* in libro Notit. SIML.

SELINON M. P. XVI.] *Manuſcripta & Longolianum* Selino mpm. XVI. SVR.

SELINO.] Simleri ſuſpicio Pancirolo quoque blandita eſt. Mihi non liquet. Videtur manſio ab apio dicta. WESS.

ANTEV M. P. XVI.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Antheu mpm. XVI. *Ptolemaeo Antaeopolites nomos, & metropolis* Ἀνταίου *mediterranea.* SVR.

ANTEV.] Videri poſſet in Ptolemaeo Ἀντέου fuiſſe ob Hieroclis & Notitiae Leonis Imp. conſpirationem atque concordiam: Νόμῳ Ἀντεοπολίτης eſt in Athanaſii Apol. contra Arianos p. 183. & Μαχάρῳ Ἀντέου in Action I. Concilii Epheſini I. ſed hi omnes ex Ptolemaeo ſunt corrigendi. Ab Antaeo, de quo in Herculis laboribus poetae, loco nomen eſt. Venit enim ille in Aegyptum ab Oſiride evocatus, ut ex Diodoro Siculo Cellarius L. IV. C. 1. p. 79. oſtendit. WESS.

MV-

ISIV. M. P. XXIIII.
HIERACON. M. P. XX.
PESLA. M. P. XXVIII.
ANTINOV. M. P. XXIIII.
PEOS ARTEMIDOS. M. P. VIII.

MV-

MVTHY M. P. VXII.] *Regium* Muti M. P. VIII. *Ptolemaeum & Longolianum* Muthi mpm. VIII. *Neapolitanum* Mithu mpm. VIII. *Ex eodem Laterculo minore Ducis Thebaidos, Cohors ſcutata civium Romanorum* Mutheos. SVR.

MVTHI.] Cuſani ſchedæ *Muthu M. P. VIII.*, cum ceteri *Muthi* mordicus retineant. G. Pancirolus ad Notitiæ Imp. Orient. locum, quem Surita tetigit, hanc manſionem non præteriit. WESS.

ISIV.] Huc pertinet ex Not. Imp. Or. *Ala IV. Britonum Iſui*, ubi *Iſiu* eſſe ſcribendum, nulla eſt dubitationis cauſſa. Vidit & hoc Pancirolus. WESS.

HIERACON M. P. XX.] Urbem *aut* vicum *ſubaudiamus oportet, ut ſit* Ἱερακων. *Aegyptios ſacerdotes* Martem & Venerem *per duos vtriusque ſexus accipitres ſubindicaſſe ferunt in Hieroglyphicis. Strabo præterea ex avium genere eos* Accipitrem *atque* Ibim *coluiſſe auctor eſt, ut ſupra dixi.* SVR.

HIERACON.] Eſt apud Strabonem L. XVII. p. 817. Ἱερακων πόλις ἡ ἱερακι τιμῶσα, *Hieracon urbs, ubi accipiter colitur*; ſed ea longe gentium hinc afuit, Apollinis urbi magnæ vicina. Credo latere hujus nomen in his Notitiæ Imp. Or., *Cohors prima Luſitanorum Theraco:* nam proxime Mutheos manſioni jungitur, & ſæpe *hi* & *th.* a librariis confunduntur. Scio Pancirolum *Thericum* L. I. C. de Defenſor. *Theraco* ſtabiliendo arceſſiviſſe: ſed fruſtra; neque enim Imp. Valentinianus & Valens in primo ſuo Conſulatu, cujus in ea lege mentio eſt, in Aegyptum penetraverunt: ille in Thracia atque Italia egit, hic in Aſia minore & Syria. Verum hæc loci alterius ſunt. Hieroglyphica, de quibus Surita, Horapollo L. I. C. 8. exponit. WESS.

PESLA.] Liber Notit. *Peſcla.* Ptol. *Paſſalus.* SIML.

PESLA M. P. XXVIII.] *In manuſcriptis & Longoliano legimus. Ptolemaeo poſt* Antaeopolitem *nomon deinde* Παοσάλων, *qua de re nihil ſtatuere poſſum.* SVR.

PESLA.] Cum Simlero conſentit Pancirolus. Ego vero modeſtiam Suritae amplector, & *Paſſalon* Ptolemaei cum Peſla nunquam permiſcebo: major enim Peſlae ab Antaeu urbe diſtantia eſt, quam ut *Paſſalon* Geographi eſſe queat. De Notitiæ *Peſcla* nihil obloquor. WESS.

ANTINON M. P. XXIIII.] *In Regio* Antenuo M. P. XXIII. *Blandinianum, & Longolianum* Antenou mpm. XXIIII. *Neapolitanum* Anthenou mpm. XXIIII. *Ptolemaeo* Antinoites nomos: *& ejuſdem metropolis* Ἀντινόε. *Stephano* Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτε, Ἀντινόε παιδός. *Pauſanias in Arcadicis. ſed plura de eo Xiphilinus ex Dione. Ammianus* Antinoon *appellat oppidum, lib. xxii. C.* 16. Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet, & Copton, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit ſui. SVR.

ANTINOV.] Schedæ Voſſianae *Antenon:* Cuſani *Anthinon.* Vatican. *Antenou: Antinou* margo libri Fabriciani, veriſſime; neque aliter MSS. Ammiani. Idem probavit Origenes L. III. in Celſum p. 132., καὶ ὡς εἰς ὢν ἐν Ἀντινόε πόλις, alibi tamen Ἀντινόε πόλιν vocitans. Placuit & Palladio Hiſtor. Lauſiac. C. 81., ἐν Ἀντινόε τῆ Θηβαΐδος. Aegyptium morem ſequitur Joan. Moſchus Prati Spirit. C. 37., urbemque *Antino* πόλιν Ἀντινῶ appellat, & qui eo meritis atque ætate præſtantior eſt, Theodoretus L. IV. H. E. C. 18. Plura ſi deſideres, operæ feceris pretium, ubi Caſauboni & Salmaſii notas in Spartiani Hadrian. C. 14. & 20. adiveris. Rudera urbis luſtravit P. Lucas L. V. Itin. Aegypt. p. 59. WESS.

PEOS ARTEMIDOS.] *Penſa Temidos* vel *Penſartemidos.* Liber Notit. *Pois Artemidos.* SIML.

PEOS ARTEMIDOS M. P. VIII.] *Regium* Peos Artemidos M. P VIII. *Blandinianum, & Longolianum* Peuſartemidos mpm. VIII. *Neapolitanum* Penſarthemidos mpm. VIII. *Quare legendum* Peos Artemidos, *duplici dictione arbitror: ut oppidum ex Dianae antro cognomen ſumpſe-*

MVSAE.	M. P. XXXIIII.
HIPPONON.	M. P. XXX.
ALYI.	M P. XVI.
THIMONEPSI.	M. P. XVI.
APHRODITO.	M. P. XXIIII.

SCE-

ſumpſerit. Suidas enim πέᾳ, σπηλαῖον *ſpeleon interpretatur. Ex minore Laterculo ducis Thebaidos Ala II. Hiſpanorum* Pois Artemidos. SVR.

PEVS ARTEMIDOS.] Hoc fuit in ſchedis, quas Fabriciani exemplaris poſſeſſor verſavit, nec longe Pariſinae abeunt, *Peus Arcemidos* edentes: Voſſianae *Penſar temidos*, Cuſani *Pons Artemidos*, Vaticanae *Peus Arſemidos*. Libuit hæc enotare, ut periti habeant, quo ad verum ducantur. *Peos Artemidos*, quod Surita extudit, non omnino ſpernerem, ſi πέᾳ Græcis *antrum* eſſet, quod longe ſecus eſt. Σπέᾳ ſpeluncam notat, alterum vero eam partem, qua viri ſumus: id Ariſtophanis verba a Suida, qui Suritam decepit, producta docent: hoc vero qui Dianae tribui poſſit equidem non video. Scio Aegyptios in Diis ſuis ἀρσενοθήλεις numeraſſe, nec eos tamen inter Diana locum obtinuit, ſi qua Horapollini L. I. C. 13. fides eſt; ceteroqui prorſus inſolens non eſt, ut ab hominum membris nomina locis veniant, ſicuti Γεφὸς κήᾳ in Thebanorum finibus apud Xenophontem Hellen. L. V. p. 449. indicio eſt. G. Panciroli *Polis Artemidos* minus placet, quippe longius a veſtigiis veteris ſcripturæ recedens. *Pons Artemidos* ex Cuſani MSS., ni Notitia & Regius Suritae contra venirent, defendi poſſet: utriuſque vocabula πόης aut πόιης Ἀρτέμιδᾳ requirere & *Dianae herbam* innuere videntur. Si *Peus* verius ſit, dabit πηὸς Ἀρτέμιδᾳ: ſunt autem πηοὶ Heſychio συγγενεῖς, ἀναγκαῖοι. Oppianus Cyneg. L. III. 242.

Οὐχ ἑταῖρες, πηός τε μολὼν, οὐκ οἶδεν ὁμήμες.

Sed hæc in conjecturis deputo, quarum quæ verior ſit, viderint peritiores. WESS.

MVSON M. P. XXXIIII.] *Regium* Muſe M. P. XXXIIII: *& item Neapol. Bland. vero & Longol.* Muſae mpm. XXXIIII. *In Notitia Provinciarum Provinciae* Auguſtamnicae, *Cohors II. Thracum* Muſon. SVR.

MVSAE.] Hoc revocandum duximus ob conſpirantem librorum concordiam. Notitia patrium caſum, Itinerarium rectum uſurpavit. Pancirolus *Murſam* ex L. XLVI. C. Th. de Decurion. cum *Muſis* his compoſuit, parum prudenter aut perite, quippe Pannoniae urbem. WESS.

HIPPONON.] Non male Ortelius ex Not. Imp. Or. huc retulit *Aiam Aprianam Hippone*, an Ἵππωνες ſive equorum ſtabula manſioni nomen indiderunt? WESS.

ALYI.] Liber Notit. *Aiy*. SIML.

ALYI M. P. XVI.] *Regium* Alii M. P. XVI. *& item Blandinianum. Neapolitanum* Alyi M. P. XVI. *Longolianum* Alii mpm. XVI. *&* Alyi *emendat. In Notitia Provinciarum, in Provincia Auſtamnica, Cohors II. Itureorum* Aiy. *Suſpicor apud Ptolemaeum ante* Babylonem *in finibus Arabiae, &* Aphroditopolis, *quae in Graecis deeſt libris, & in verſis in Latinam linguam* Onii *cum aſteriſco legitur, eſſe hanc, quae in Antonino* Alyi *legitur. Nam & in excuſo Ulmae anno cccc. lxxxvi.* Onii *legitur: & inter eaſdem urbes, quae in hoc Itinerario recenſentur.* SVR.

ALYI.] Bonum Simleri Suritaeque factum eſt, quo Notit. Imp. Or. *Aiy* & noſtri *Alyi* inter ſeſe compoſuerunt: eadem enim manſio eſt, quamquam quae verior ſit ſcriptura ambiguum. Nollem vero Ὀνίε ſive *Oniae templum* ſuſpicatus eſſet Surita: id enim infra Aphroditopolin atque Heliopolin circa Bubaſticum fluvium fuit, de quo Cellarius L. IV. G. A. C. 1. p. 34. WESS.

TIMONEPSI.] Lib. Notit. *Tenenuti*. SIML.

THIMONEPSI M. P. XVI.] *Habetur in Regio, & Neapolitano. Blandiniano & Longoliano* Timonepſi mpm. XVI. *Ex minore laterculo Comitis rei militaris per Aegyptum Ala prima Tingitana* Thinunepſi. *Et in vetuſto exemplari* Thiminepſi. SVR.

TIMONEPSI.] Rectiſſime Surita. Nam *Thenuti* Notitiae, quod Simlerus advocavit, aliud eſt, nec quicquam cum hoc commune habet. WESS.

APHRODITEN M. P. XXIIII.] *Manuſcripta*

SCENAS MANDRAS.	M. P. XX.
BABYLONIA.	M. P. XII.
HELIV.	M. P. XII.
SCENAS VETERANORVM.	M. P. XVIII.
VICO IVDAEORVM.	M. P. XII.
	THOV.

ſcripta & Longolianum exemplar, Afrodito: *& Regium* M. P. XXIII: *Plinius L.* 5. *C.* 9. Aphroditopoliten *nomon recenſet, & juxta oſtia Nili* Aphroditen. *Ptolemaeo & nomos &* Ἀφροδίτης πόλις: *& in finibus* Arabiae *&* Aphroditopoleos *Babylonem adjungit. Straboni item* Aphroditopolitanus nomos, *& urbs ejuſdem nominis in* Arabia. *In Notitia Provinciarum, in Auguſtamnica ſub Comite rei militaris per Aegyptum Cohors iiii. Juthungorum* Aphrodito. SVR.

APHRODITO.] Fuit hæc urbs in orientali parte inſulæ Heracleoticæ. Hieronymus in Vita Hilarionis *Aphroditon*, niſi ſi error ſit, quod pæne arbitrer, appellat: *Inde egrediens poſt triduum venit ad oppidum Aphroditon.* In Hierocle Ἀφροδιτώ eſt. WESS.

SCENAS MANDRAS M. P. XX.] *Habent manuſcripta exemplaria & Longolianum: Ex minore laterculo Comitis rei militaris per Aegyptum Ala vii. Sarmatarum* Scenis Mandrorum: *& Scenis Veteranorum Ala v. Rhetorum, ut forte legi oporteret* Scenas Mandrorum *in hoc Itinerario.* SVR.

SCENAS MANDRAS.] Subſcripſit *Petrus Scinorum Mandrorum Epiſcop.* Aegyptiorum præſulum Epiſtolae, Leoni Aug. inſcriptæ, ubi in verſione peccatum eſt. WESS.

BABYLONIAM M. P. XII.] *Regium* Babilonia M. P. XVI. *Reliqua auferendi caſu* M. P. XII. *Strabo* Babylonios, *qui ſunt juxta* Memphim, *recenſet. Ptolemaeo juxta* Heliopolim *&* Heroum *urbem, quæ hoc Itinere ab Antonino recenſentur,* Βαβυλών. *Alterius Perſarum urbis juxta Meſopotamiam, omnium, quas ſol unquam aſpexit, ut Pauſanias ait Arcad. C.* 33. *maximæ, ejus auctoris ætate nihil reliquum haberi commemoratur. Profertur &* Babylon, *&* Babylonia. *Livius libro xxxviii. C.* 17. Macedones qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam, ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent. *Plinius L.* 5. *C.* 26. Babylonem *urbem*, Chaldaicarum *gentium caput vocat, & partis* Meſopotamiae *&* Aſſyriae *regionem* Babyloniam *appellatam tradit. Sub diſpoſitione Comitis rei familiaris per Aegyptum in Notitia Provinciarum Legio xiii. Gem.* Babylonia. *In Sacris Scripturis &* Babylon *&* Babylonia. SVR.

BABYLONIA.] Cuſani ſchedae *Babilonia M. P. XXII.* Vaticanæ nullæ M. P. agnoſcunt, reliquæ XII. Hieronymo & Athanaſio, huic Hiſtor. Arian. ad Monachos p. 387., illi in Vita Hilarionis *Babylon* dicitur: nec aliter Petrus Apoſtolus Epiſt. I. C. 5, 13., nam hanc eum intellexiſſe, liquido mihi oſtendiſſe viſus eſt Joan. Pearſonius Diſſert. de Succeſſion. Rom. Pontif. C. 8. Conditam fuiſſe a Seſoſtri Diodorus, a Cambyſe Joſephus refert: cum utroque diſſentit Camp. Vitringa in Eſaj. C. XIX. p. 533., Nabuchodonoſori urbis originem acceptam ferens erudita, ſed parum certa, conjectura. Sæpe *Babyloniam Aegyptiam* ſcriptores rerum Hieroſolymitanarum, *Alkahiram* intelligentes, memorant. Vide Jac. de Vitriaco L. III. Hiſt. Orient. C. 7. WESS.

HELIV M. P. XII.] *In manuſcriptis, & Longoliano. Ptolemaeo* Μητρόπολις Ἡλίου ἡ ἐν μεσοχώρῳ Ἀραβίας, ἡ Ἀφροδίτης πόλεως Βαβυλών. Ἡλίου πόλις: *quam hoc loco ab Antonino deſignari arbitror.* SVR.

HELIV.] Cuſani ſchedae XXII. M. P. addunt: Videtur in intervallo, quo ſequens manſio hinc disjungitur, aut hic, aut ſupra fuiſſe commiſſum: hoc loco libri pæne concordant, non item ſupra. De urbe nihil addam, niſi Strabonis ætate jam πανέρημον fuiſſe & præter veteris magnificentiæ veſtigia plura obeliſcos habuiſſe: eoſdem inibi Arabes obſervarunt, uti ex Indice Cl. Schultens in *Miſra* cognoſcere licebit. WESS.

SCENAS VETERANORVM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. XXII. *Reliqua* M. P. XVIII. *cum ſupra in itinere* à Peluſio Memphim, *à* Scenis Veteranorum *ad* Heliu urbem XIIII. M. P. *connumerentur.* SVR.

VICO IVDAEORVM.] Liber Notit. *caſtra Judaeorum.* SIML.

THOV. M. P. XII.
HERO. M. P. XXIIII.
SERAPIV. M. P. XVIII.
CLISMO. M. P. L.
ITER A SERAPIO PELVSIO. M. P. LX. Sic THAV-

VICVM JVDAEORVM M. P. XII.] *Regium* M. P. XXII. *Reliqua* M. P. XII. *In Notitia Provinciarum* Auguſtamnicae *provinciæ recenſetur Cohors prima Epireorum* Cáſtris Judaeorum. SVR.

VICO JVDAEORVM.] Non auſim finire *caſtra Judaeorum* & hunc *vicum* nihil diſcrepaſſe. Hoc novi Judaeorum incredibilem multitudinem per Aegyptum fuiſſe diſperſam. Philo enim in Flaccum p. 971. ſua ætate decies centena millia in Aegypto incoluiſſe auctor eſt, cui numero haud levis acceſſio facta fuiſſe gentis & ſacrorum metropoli everſa videtur: neque miror ſub Trajano in Aegypto vicinaque Libya res novas, quamquam maximo ſuo malo, fuiſſe architectatos. Haeſerunt ibidem ſub Chriſtianis Imp., quare Valentinianus & Valens de *corpore Judaeorum & Samaritanorum* per Aegyptum L. 18. Cod. Th. de Navicul., & Arcadius & Honorius L. 2. de his, qui ad Eccleſ. quædam decernunt. Juſtiniano principe in vicina Libya circa Boreon longe plurimos habitaſſe ſupra dictum eſt: eodem Imp. inſulam Arabici ſinus Jotaben, non longe ab Aila diſparatam, obtinebant, ut eſt in Procopii L. I. B. Perſ. C. 19. unde nemini mirum accidet, *vicum Judaeorum* in Aegypti fuiſſe provincia. WESS.

THOV M. P. XII.] *Ptolemaeus* Τοῦμ *Mediterraneam, & poſtea* Ombos *collocat. In eadem* Auguſtamnica *Aegypti provincia, in plures enim poſtea Aegyptus redacta fuit provincias, ut Ammianus eſt auctor L. 22. C. 16, Cohors recenſetur prima Auguſta Pannoniorum* Thou. SVR.

THOV.] Quæ Surita hic adſcripſit, ea ſupra jam enotaverat. Cauſſa repetitionis parum neceſſariæ quæ fuerit, non apparet. WESS.

HEROON M. P. XXIIII.] *Manuſcripta* Hero M. P. XXIIII. *Longolianum* Hiero mpm. XXIIII. *Straboni libro xvii. p.* 805. *in Arabici ſinus receſſu* Arſinoae *proxima eſt* Ἡρώων πόλις. *Ptolemaeo* Ἡρώων πόλις, *per quam & Babylonem* Trajanus amnis *fluit, & ad* Heroum urbem, *Arabiam Petraeam, & Arabici ſinus receſſum protendi. Stephano vocatur* Ἡρώ. SVR.

HERO.] Veteribus libris reniti non libuit. *Hero* Stephani ſeſe auctoritate & Aegyptiorum conſuetudine tuebitur. Ἡρώων πόλιν, ne alios memorem, Græci Interpretes Geneſ. XLVI. 28. appellant. Sita urbs ſupra intimum ſinum fuit Arabicum, quem propterea κόλπον Ἡρῶον Theophraſtus L. III. H. Plant. C. 8. vocat. WESS.

SERAPIO.] Vel *Serapto.* Ptolemaeus eodem fere loco ponit Arſinoën. SIML.

SERAPIV M. P. XVIII.] *Oppidum, aut ſtationem deſignare videtur: cujus nullam reperi fieri mentionem.* SVR.

SERAPIV.] *Seraphin* MSS. Cuſani, quo fere modo Lugduni publicarunt: rectius *Serapiu* ceteri libri. Habet Peutingeri Tabula *Serapeum* intra Delta. Templum Serapidis fuiſſe videtur: tale Σεράπιον Alexandrinae urbis in aedem cultus Chriſtiani converſum deſcribit Sozomenus L. VII. H. E C. 15. aliud circa Memphin habet Strabo L. XVII. p. 807. WESS.

LYSMO.] Ptolemaeo *Clyſma.* SIML.

CLVSMON M. P. L.] *Regium* Cliſmo M. P. L. *in Blandiniano* Lyſmo mpm. L. *Reliqui libri* Liſmo mpm. L. *Ptolemaeo verſus Arabicum ſinum,* Ἀρσινόη, Κλύσμα φρούριον. *ut* Clysmo *præſidium Romanorum munitum fuerit.* SVR.

CLISMO.] Libri noſtri *Lyſmo.* Viſum eſt optimi libri veſtigia legere, utpote ad *Clyſma* proxime accedentia. Κάστρον Ϝ Κλύσματος Epiphanius Haereſ. LXVI. C. 1. appellat, portumque habuiſſe docet, unde per Arabicum ſinum in Indiam iter erat: circa Clyſma vaſta erant deſertaque loca; περὶ ἔρημα ταῦτα τὸ Κλύσμα, in quæ Dracontius fuerit relegatus, Athanaſius nuncupat Hiſt. Arian. ad Monachos p. 387. Quia vero ſinui accubabat, inde ejus pars *Clyſmatis* cognomen indepta eſt Philoſtorgio L. III. H. Eccleſ. C. 6. teſte, idque apud Arabes in noſtra tempora ſervat, uti præter Golium ad Alfergan. p. 144. Alb. Schultens ad *Ailam*

THAVBASIO.	M. P. VIII.
SILE.	M. P. XXVIII.
MAGDOLO.	M. P. XII.
PELVSIO.	M. P. XII.
ITER A COPTO BERONICEM VSQVE.	M. P. CCVIII. V. C.

Ailam ſui Indicis oſtendit: jam quod Arabes ab eodem producti memorant, Pharaonem haud multo à Clyſmate ſubmerſum videri, id Euſebio & Coſmae Indopleuſtae pariter placuiſſe nuper in Probabilibus patefeci. Plura ſi voles, S. Bochartum L. II. Phal. C. 18. & H. Valeſium ad Philoſtorgium adi. WESS.

ITER A SERAPIO.] Hoc MSS. præferunt, quos deſerere non placuit: paullo ante *Serapiu* malebant. WESS.

THAVBASIO.] Liber Notit. *Thaupaſteos.* SIML.

THAVBASION M. P. VIII.] *Regium exemplar* Thauſaſion M. P. VIII. *Blandinianum & Longolianum* Thaubaſio M. P. VIII. *Neapolitanum* Taubaſio M. P. VIII. *In Notitia Provinciarum, in provincia* Auguſtamnica *Ala II. Ulpia Afrorum* Thaubaſteos. SVR.

THAVBASIO.] Non dubito, quin Notitiae *Thaubaſteos* prorſus idem atque hoc ſit: ſumus enim in provincia Auguſtamnica, in qua Notitia id poſuit: neque ambigo, quin *caſtrum Theubatum* recte huc ex Hilarionis vita Ortelius retulerit: Verba adſcribam, uti in MSS. lecta ſunt. *Perrexit poſt triduum ad caſtrum Theubaſton, ut videret Dracontium Epiſcopum & confeſſorem, qui ibi exulabat.* Liquet hinc primo *Thaubaſio* Antonini in *Thaubaſto* eſſe mutandum, & Martianaeum non ſatis prudenter, damnata MSS. auctoritate, *Theubatum* retinuiſſe. Deinde vero *Thaubaſtum* è regione Clysmatis fuiſſe ſitum: nam Dracontius de quo Hieronymus in hac Hilarionis vita, ille eſt, quem ſupra ex Athanaſio in deſerta, quae circa Clyſma ſunt, relegatum docuimus. Denique G. Pancirolum ſane quam negligenter *Thebeſten*, celebrem Numidiae urbem, cum Notitiae *Thaubaſteos* contendiſſe. WESS.

SILE M. P. XXVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum. Ex minore Laterculo Comitis rei militaris per Aegyptum Ala prima Aegyptiorum* Sellae. SVR.

SILE.] G. Pancirolus in Notitia *Syllae* ex hoc loco refingit, male, ut apparet, ſcribens: ego vero aliter ſentio, & *Selae* cum hic tum in Notitia praefero: movet me Ἀλύπιον ἐπίσκοπον Σέλης ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς, *Alypius Ep. Selae provinciae Auguſtamnicae*, qui Concilio Epheſino I. adfuit. WESS.

MAGDOLON M. P. XII.] *Regium exemplar* Magdalo mp. XII. *& reliqua* Magdolo M. P. XII. *Stephanus* Μαγδωλὸς πόλις Αἰγύπτου, Ἐκατὸν περιηγήσεα. SVR.

MAGDOLO.] Urbis hujus Jerem. XLIV. 1., uti Bochartus monuit, mentio eſt. Credo & huc referri debere ex Ezech. XXIX. 10. ממגדל סונה ועד גבול כוש, *a Magdolo Syenem & terminos Aethiopiae uſque*: ſic enim vertenda ea eſſe arbitror. Graeci Interpretes LXX., quemadmodum ex Euſebio in Μάγδωλον cognoſcimus, recte dederant ἀπὸ Μαγδώλου ἕως Σοηνῆς, etſi nunc vulgo aliter legitur. Scio Jano Vlitio ad Gratii Cyneget. ℣. 507. hoc parum placuiſſe: verum niſi ita acceperis, ſententia orationis non bene ſibi conſtabit. Docetur enim, Aegyptum univerſam fore vaſtam & deſolatam: jam verte, *a turri Syenes Aethiopiam uſque*, & multum gravitati ſententiae deteretur: non ſum ignarus, Hebraeis כוש, *Cuſch*, etiam Arabiae partem, Aegypto vicinam, adſignificare: ſed eam ſi intellexeris, quid tandem fiet particulis ועד, καὶ ἕως *& uſque*: illae, niſi ego falſus ſum, indicio ſunt, deficere in priore membro עד *uſque*, perfectamque eſſe ſententiam, *a Magdolo uſque Syenem & uſque fines Aethiopiae.* Idem dixero de C. XXX. 6. ejuſdem prophetae. Verum haec loci alterius ſunt: agamus, quod inſtat. WESS.

ITEM A COPTO BERONICEM VSQVE M. P. CCVIII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* M. P. CCLVIII: *quae lectio cum numeris, qui à Plinio in hoc eodem itinere aſſignantur, mire in vulgatis libris convenit.* Inde, *inquit*, Berenice oppidum: ubi portus rubri maris, à Copto CCLVIII. M. P. *Mihique ex eo magna eſt ſuſpicio à librario Regii exemplaris incuria*

V. C. REGIVS.

PENICONON.	M. P. XXIIII.
DIDIME.	M. P. XXIIII.
AFRODITO.	M. P. XX.
COMPASI.	M. P. XXII.
IOVIS.	M P. XXIII.
ARISTONIS.	M. P. XXX.
PHALAGRO.	M. P. XXX.

APOL-

quadam notam L. *fuisse prætermissam: ut in eo legendum esset* M. P. CCLVIII. *Sed cum nec singulares Regii exemplaris numeri ejus conveniant summæ, nec reliquorum exemplarium conveniant cum eorum summa numeri, & hujus itineris* à Copto Berenicem, *ex quo oppido Indiae, & Arabiae merces Romanum imperium & urbem Romam complere quotannis consueverant, & Plinius singilatim descripserit, ratione hydreumatum exposita, &* XII. *die confici iter illud ostendat, & Antoninus xi. mansionibus peragat, quibus sua nomina indidit; visum est exemplarium* Antonini *numeros committere, & locum Plinii L. 6. C. 23. integrum adponere vetustorum librorum lectione explorata.* Digna res, nullo anno minus HS. D. imperii nostri exhauriente India, & merces remittente quæ apud nos centuplicato veneant. Duo millia passuum ab Alexandria abest oppidum Juliopolis. Inde navigant Nilo Coptum CCC. M. P: qui cursus Etesiis flatibus peragitur XII. diebus. A Copto Camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur hydreuma XXXII. M. Secunda in monte diei itinere. Tertia in altero hydreumate à Copto XCV. Deinde in monte. Mox ad hydreuma Apollinis à Copto CLXXXIIII. P. M. Rursus in monte. Mox ad novum hydreuma à Copto CCXXXIII. M. P. Est & aliud hydreuma vetus, Troglodyticum nominatur: ubi præsidium excubat diverticulo II. M. Distat à novo hydreumate IIII. M. P. Inde Berenice oppidum: ubi portus rubri maris à Copto CCLVIII. M. P. Sed quia major pars itineris conficitur noctibus propter æstus, & stativis dies absumuntur, totum à Copto Berenicem iter XII. die peragitur. *Strabo L. 17. p. 815. Arabicas, & Indicas merces in* Muris portum, *quem* rubri maris *Plinius appellat, & postea Camelis* Coptum Thebaïcam *transmitti asserit: atque inde* Alexandriam *per* Nili *fossam. Et item Plinius alio loco* Copton *Indicarum, Arabicarumque mercium* Nilo *proximum* Emporium *appellat. Aristides præterea in oratione illa Aegyptia p.* 611, Copton Indorum, & Arabum Emporium *adpellat: quare celeberrimi hujus itineris mansionum numeris ex præpositis Antonini exemplaribus explicatis, minime dubium reor, quin veram Plinii summam* CCLVIII M. P. *conficiant: tametsi in vetusto exemplari Toletano* CCLVII. M. P. *legitur, & in tribus aliis, quæ in Bibliotheca cœnobii* Aulae Dei *asservantur,* CCLIIII. SVR.

ITER A COPTO] Excerpta librorum nostrorum, quibus Salmasiani libri accedunt, *Item a Copto Berenicem M. P. CCLVIII.* In Parisiensi MS., quoniam consummata M. P. dant CCLXI., adscribitur, *III. sunt super*, idque Salmasius in suis invenit. Vide eum in Solinum p. 834., ubi cum Plinio & Tabula hoc iter componit. *Iter* margo Fabriciani exemplaris præfert. WESS.

PENICONON.] *Peniconiconon.* Liber Notit. *Phenicone.* SIML.

PENICONON] *Ex exemplaribus apparet lectionis discrepantia. In Notitia Provinciarum ex laterculo minore Ala viii. Palmyrenorum* Phenicone: *& in vetusto exemplari Aulae Dei* Foenitionis. SVR.

PENICONON.] *Peniconiconon* nostri & Salmasii libri. Fecit hinc Labbeus ad Olympiodorum *Phoenicon iconon*, quod quid sit non bene capio. Felicius Salmasius Φοινικῶν & κώμην explicat: sed quid si Φοινικωνὼ, uti Λεοντὼ & Λυκώ, ex secundo casu formarint? Habet in Thebaïde urbem Φοινικῶνα *Phoeniconem* Olympiodorus, sed Talmidi & Tapidi vicinam; unde hanc esse non dixero. Vide Photium Cod. LXXX p. 194. Mansio à palmis dicta est, quibus universa Aegyptus & in primis Thebais abundabat, uti Ezech. Spanhemius Diss. VI. de U. & P. Nu-

APOLLONOS. M. P. XXIIII.
CABALSI. M. P. XXIIII.
CENON YDREVMA. M. P. XXVII.
BERONICEN. M. P. XVIII.
ITEM A COPTO BERONICEM. M. P. CCLVIII. Sic.
VV. CC. BLANDINIANVS, NEAPOLITANVS, & EXCVSVS LONGOLIANVS.

POE-

P. Numiſ. p. 344. condocefecit. Habet aliam Phoeniconem in Arabia proxime ſinum Nonnoſus apud Photium Cod. III & Procopius L. I. B. Perſ. C. 19. imo Coſmas Indopleuſtes eo loci Iſraelitas ex Arabico ſinu in continentem eſcendiſſe adfirmat L. V. p. 195. Wess.

DIDIME.] Tabula *Didymos* appellat & *Aphrodito* poſtponit. Διδύμη verum nomen videtur. Wess.

ARISTONIS.] Arbitratur Salmaſius hoc titulo manſionem fuiſſe ornatam ab eo *Ariſtone*, quem Ptolemaeus exploratum ſinum Arabicum apud Diodorum Siculum ablegaſſe legitur. Tabula hoc loco *Xeron* habet, forte ob cœli ſolique ſiccitatem. Wess.

PHALAGRO] *Strabo in libro ultimo juxta* Arabicum ſinum, & Heroum urbem Φαλαγελοπολίτης νομός, ἡ πόλις Φαλαγελόπολις: *quam nihil ad hanc pertinere exiſtimo: nam ex recenſione manſionum hujus itineris, quæ à Plinio commemorantur, ſatis apparet, nullius oppidi in eo mentionem fieri.* Svr.

PHALAGRO.] Tabula ſcripta *Philacon*, quod merito verius eſſe Salmaſius ſuſpicatus eſt: Φυλάκων κώμη aut σταθμὸς videtur appellata. Habet Agatharcides Φυλακὴν in Aegypto p. 22. ſed ea alia eſt. Wess.

CENON DIDREVMA.] Ita legitur in impreſſis & manuſcriptis exemplaribus. Sed Plinium ſecutus Hydreuma feci: ſunt autem *Compaſi* & *Apollonos* Hydreumata. Siml.

CENON YDREVMA] *Videtur* Coenon *legendum. De* hydreumatis *nomine præter ea, quæ Plinius expoſuit*, & aquationum *nomine vertit, Ptolemaeus Geographiae libro primo capite x.* ἐκ ἐνδεχόμενον ὄντος μονὸν ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἀφ' ὧν τῶν Ὑδρευμάτων ἀποχὰς: *quod vetuſtus interpres vertit*, ob adaquandi diverſiones: *quamvis in excuſis Ultimae* adiquandi *pro* adaquandi *legitur: in quo aliqui ex recentioribus ſunt decepti: & aptius vertiſſent*, ob aquationum diſtantias. Svr.

CENON HYDREVMA.] Vetuſti libri *Caenon Didreuma*, & *Cenon hydreuma*. Non male ergo Surita, præſertim cum in Tabula inſit *Cenonnydroma*: veriſſimum tamen eſt *Caenon hydreuma* Καινὸν ὕδρευμα, quia Plinius *novum hydreuma* ſive *hydreum*, ut in MSS. eſt, appellat: Quin vero Plinii *hydreum* ὑδρεῖον probum ſit, nulla eſt dubitandi cauſſa: nec tamen ob Harduini allatam rationem, qua *hydreum* locum aquationis, *hydreuma* ipſam aquationem eſſe ait: certum enim eſt ὑδρευμα pro ipſo aquationis loco a Ptolemaeo atque aliis eſſe uſurpatum: potuiſſetque Harduinus ex Salmaſio in Solinum p. 834., quem cum ea commentaretur ob oculos habuiſſe apertiſſimum eſt, niſi feſtinatio curam exemiſſet, ſolidiora condiſcere. Wess.

BERONICEN M. P. XVIII.] *Strabo in ſinu* Arabico, & Troglodytica *regione* Berenicem *conſtituit: atque itidem Plinius L. 2. C. 73.* Troglodytarum *urbem adpellat*, & *Stephanus ex ejus nominis urbibus, tertiam in* Troglodytice *regione ſtatuit. Juſtiniani ætate* mare rubrum *in finibus Palaeſtinae, qui ad id pertinent mare, Romanorum ditionem diremiſſe Procopius de bello Perſico libro primo C. 19. auctor eſt.* Svr.

BERONICEN.] Vaticanus *Veronicen*. Ablegandа vero hinc eſt *Beronice* Troglodytarum urbs, qua de Surita Plinius hanc, &, quæ in Troglodytice fuit, ſtudioſe diſtinxit L. VI. C. 29. Eam, de qua ſermo eſt, Epiphanius Haereſ. LXVI. C. 1. memorat, indidemque merces ex India advectas per Thebaidem reliquamque Aegyptum divendi. Arabibus *Koſair* audit apud Golium ad Alferg. p. 145., cui jungi poſſunt Stukii ſcholia ad Periplum maris Eryth. p. 4. Ceterum *Pernicide portum* pro *Berenicide*, de qua terminatione vide ſupra p. 66., Tabula appellat, Βερνίκην Epiphanius, Βερενίκην Arrianus in Periplo. Wess.

ITEM A COPTO.] Reliqui has manſio-

POENICONICONON.	*M. P. XXVII.*
DIDIME.	*M. P. XXIIII.*
AFRODITO.	*M. P. XX.*
COMPASI.	*M. P. XXII.*
IOVIS.	*M. P. XXXIII.*
ARISTONIS.	*M. P. XXV.*
FALACRO.	*M. P. XXV.*
APOLLONOS.	*M. P. XXIII.*
CABALSI.	*M. P. XXVII.*
CENONDIDREVMA.	*M. P. XXVII.*
BREONICEM.	*M. P. XVIII.*

ITER

nes, Suritae voluntati obſecutus, ut codicum diſcrepantiæ liquidius dignoſcerentur, & tanto quidem magis, quod & noſtri his aſſentirentur libri. WESS.

ITEM THRACIAE] *Refert ſe hujus Itinerarii auctor ad ſuum in provinciis obeundis certum, & conſtitutum ordinem. Nam poſteaquam illud* Alexandria *iter ab occidua* Nili *parte ultra* Syenem Hieraſycaminon uſque *abſoluit, & poſtea ex adverſo magni fluminis, Arabiam verſus è regione peregit, ad celeberrimumque ſe iter* Copto Berenicem *contulit, quo viam Romani ad Indias, & Arabicas merces exportandas parefecerant, rurſus ad Thraciae provinciæ regiones luſtrandas convertit, quum ſuperiore itinere* Sirmio Nicomediam *penetraverat: & à* Cabyle *Thraciae urbe* Hadrianopolim *iter inſtituit.* SVR.

ITEM THRACIAE.] Deficiunt hæc verba in MSS. veteribuſque editis: ſunt quoque inepta, ſicuti quæ ſequuntur indicant. Viſum ergo eſt ea inducere atque delere. WESS.

A CABYLE.] Scripti libri *Cabile. Cabilis* Tabula Peutingerana. Καβύλη Harpocrationi, Suidae atque aliis. Demoſthenes Philippica IV. p. 78. Thraciae oppida Δρογγίλον καὶ Καβύλην καὶ Μάστειραν connectit, & περὶ τῶν ἐν Χερρόν. p. 60., ubi ſcholiaſtes monet, loca eſſe obſcura circa Strymonem atque Amphipolin, quod certe in Cabyle verum non eſt. Situs ejus cognoſcitur ex Tabula ſcripta & Ravennate, a quibus in intima Thracia, circiter CX. M. P. à Philippopoli collocatur. Ravennas præterea L. IV. C. 7. eam Marcianopoli pæne adjungit. Recte ergo Suidas κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης *in media Thracia* poſitam fuiſſe ait: hinc porro cognoſcimus, non ſine ratione viros doctos Strabonis *Calyben* eandem atque hanc eſſe arbitrari: figit eam ſupra Byzantium L. VII. p. 320, qui ſitus prorſus convenit. Videntur quidem gentilia nomina *Calyben* & *Cabylen* diverſas facere urbes, ſiquidem a *Calybe* Καλυβίται & Καλυβεῖς, a *Cabyle* Καβυληνοὶ apud Stephanum formantur: neque tamen adeo prægnans validaque hæc ratio videtur, ut gemina oppida credamus; multum enim in his ſibi indulſerunt veteres, ſuntque *Cabyletae* a *Cabyle* apud Plinium L. IV. C. 11. ex Harduini ſive potius Th. de Pinedo emendatione. Jam non indigna Cabyle fuerat, cui locus in Geographia ſacra à Car. à S. Paullo aſſignaretur ob hæc ex fragmento III. Oper. Hiſtor. Hilarii p. 1326. *Severus Epiſcopus à Cabula opto vos in Domino bene valere.* Quod autem Schurtzfleiſchius in Notit. Bibl. Vinarienſis p. 273. Cabylen & Philippopolin eandem facit, id enimvero, ne nunc alia adferam, Itinerario & Tabula fit invitis. Ceterum MSS. atque editi LXXIX. M. P. annectunt, ſolo Cuſani una millia detrahente: vir doctus Fabricii exemplari adſcripſit *forte* LXXXIX. WESS.

M. P. LXXVIII.] *In Regio male* CCV. *pro* LXXVIII: *trium manſionum numeris inter ſe concinentibus.* SVR.

ORVDISZA AD BVRGVM M. P. XXX.] *Regium* Orodiſta ad Burgum M. P. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Orudiſza mpm. XXX. *Neapolitanum* Crudiſza ad Burgum mpm. XXX. SVR.

ORVDISZA.] Hanc ego manſionem legere non memini. *Burgi* vocabulum oſtendit caſtello vicinam fuiſſe, quod labente Imperio *burgum* appellare adſueverunt. Vide Vegetium L. IV. R. M. C. 10. Ortelius in Theſauro auctor eſt, *eſſe qui ſuſpicetur Aphrodiſia legendum*, quo nihil

ITER THRACIAE.

A CABYLE PER COMPENDIVM HADRIANOPOLIM VSQVE. M. P. LXXVIII. Sic.
ORVDISZA AD BVRGVM. M. P. XXX.
IN MEDIO. M. P XXV.
HADRIANOPOLI. M. P. XXIII.
A PLOTINOPOLI HERACLEA. M. P. XCII. Sic.
TRAIANOPOLI. M. P. XXII.
APRIS. M. P. XXIII.

RE-

nihil adjuvamur: Aphrodisiadem sive Aphrodisia, ut Agathias & Tabula haud bene vocant, infra habebimus, sed in Chersonneso Thraciae, nec magno intervallo a Callipoli diversam: illius autem nulla potest esse ratio in intima Thracia constitutis. WESS.

IN MEDIO.] Si certum atque exploratum foret, mansionem hanc ita esse nuncupatam, quod media Orudiszam inter & Hadrianopolim esset, citra dubium Suritae esset sententia: jam vero & aliarum potuit esse *media*. Margo Fabriciani libri XXXIIII. Hadrianopoli adponit, Cusani vero schedæ M. P. XXIIII., quæ ad Suritae conjecturam proxime accedunt. WESS.

HADRIANOPOLIM M. P. XXIII.] *Habent exemplaria, cum legendum videatur* M. P. XXV. *Nam ex superiore mansione* In medio M. P. XXX. *conjicitur ab* Orudisza Hadrianopolim L. M. P. *abesse: &* In medio ad XXV. M. P. *constitutam fuisse eam mansionem, ut sæpe videmus in hoc Itinerario.* SVR.

HADRIANOPOLI.] Urbem hanc ab Oreste, *postquam se apud tria flumina circa Hebrum purificaverat*, Oresteam dictam fuisse Lampridius in Elagabalo C. 7. refert. Habet tria flumina circa Hadrianopolim Nicetas Choniates in Manuele Comneno L. VI. p. 33. Edit. Basil., quæ, si acquiescere liceat in Lampridii narratione, ea esse potuerunt: ut ut est, scriptoribus rerum Constantinopolitanarum nihil magis solenne est, quam Orestiadis nomen Hadrianopoli imponere: Nicetas in Andronico Comneno p. 139. καὶ γεγονὼς κατὰ τὴν Ὀρεστιάδα, εἴπῃ δ' ἂν ἄλλος Ἀδριανούπολιν. In sequentibus Orestiadem atque Hadrianopolin frequentissime permiscet: Nicephoro Gregorae adeo Orestiadis nomen commodum atque elegans est visum, ut altero rarius utatur, nec quicquam dissentit Laonicus Chalcocondyles L. I. R. T. p. 20., nec Joan. Tzetzes, neque auctor Vitae Athanasii, Patriarchae Constantinop., quorum verba excerpsit Leo Allatius ad Georgium Acropolitam C. 13. WESS

A PLOTINOPOLI HERACLEAM M. P. XCII.] *Utraque Thraciae urbs, &* Plotinopolis *nomen urbi ab Hadriano Imperatore ex* Plotinae *Trajani uxoris nomine indiuum fuisse videtur; & eadem videtur esse mediterranea* Heraclea, *de qua supra ab Antonino mentio, altera nempe ab* Heraclea Perintho *Propontidis, de qua infra meminit Antoninus.* SVR.

PLOTINOPOLI.] Trajanusne an Hadrianus urbem condiderit cum exploratum non sit, vero videtur similius a Trajano originem & uxoris cognomen accepisse: *Heracleam* hanc fuisse aliam unde Surita noverit, equidem non perspicio: nam ea, quam supra habuimus, haud dubie Perinthus est. Justinianus Plotinopolin instauravit, Procopio L. IV. Aedif. Justin. C. 11. auctore: numi ΠΛΩΤΕΙΝΟΠΟΛΙΤΩΝ titulum sæpe præferunt. Aberat urbs, si Tabula fidem capit, nam in Antonino contractius est intervallum, XXIIII. M. P. ab Hadrianopoli. WESS.

TRAIANOPOLIM M. P. XXII.] *Altera* Traianopolis *ab ea, quæ in Cicilia* Selinus *antea dicta fuit: ut Xiphilinus meminit ex Dione: quo loco* Traianus *diem obiit.* SVR.

APROS M. P. XXII.] *Regium* Apris M. P. XXIII. *Reliqua* M. P. XXXIII. Apros *Colonia Plinio L. 4. C. 11. quam à* Philippis CLXXXVIII. M. P. *abesse tradit, & Ptolemaeo* Ἄπροι, *&* Perinthum Heracleam *adjungit Ammianus libro xxvii. C. 4. Stephano* Ἄπρος θηλυκὸν πόλις Θρᾴκης. SVR.

APRIS.

RESISTO. M. P. XXII.
HERACLEA. M. P. XXV.
ITER A SEBASTIA COCVSO PER MELITENAM. M. P. CCXCIII. Sic.
BLANDOS. M. P. XXIIII.
EV-

APRIS.] Nicetæ Ἄπρως in Balduino p. 305. Coloniæ dignitatem temporibus Antonini Pii ex Ligoriano numo, cui inerat COL. APROS. TITIA. AELIA. HADRIANA. ANTONINA. AVGVSTA., L. Holsteinius obtinuisse ad Stephanum arbitrabatur, sed oblitus loci Pliniani, in quo colonia est. Verius dixeris, a Claudio Imp. coloniam esse factam: habet enim Sponius Miscell. p. 173. lapidem, inscriptum COL. CL. APREN., *colonia Claudia Aprensi.* Cedreni commentum, quo ab Apro Cari socero, rectius Numeriani dixisset, urbis nomen & originem repetit, explosit Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 15. WESS.

RESISTON M. P. XXII.] *Regium* Resisto M. P. XXII. *Reliqua* M. P. XXXII. *& Plinii L.* 4. *C.* 11. *excusa exemplaria totidem* M. P. Apris Resiston *connumerant, sed in tribus vetustis* XXII. M. P. *designantur, & in Toletano pessime affectus est hic locus. Infra omnia excusa exemplaria* ab Apris Resiston XXVI. M. P. *attribuunt. Ptolemaeus* Βισάνθη ἢ Ῥαίδεστον *Cum Plinius L.* 4. *C.* 11. Bisanthem Macrontichos *dictam doceat: quæ à* Propontide *ad* Melanem *sinum inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit* Cherrhonesum. *Et Procopio item, de ædificiis Justiniani L.* 4. *C.* 9., *oppidum maritimum ad navigandum* Hellespontum *peridoneum situm habens* Ῥαίδεστος. *Stephanus urbem Macedoniae* Bisanthem *juxta* Thraciam *apponit. Suidae* Ῥαίδεστος πόλις. SVR.

RESISTO.] Nostri MSS. XXXII. addunt: ego Regium Suritae sequor. Scio quid in Plinio Harduinus tentarit, sed ei satis suo loco faciemus. Rectius ille animadvertit, non ex vero Pintianum Plinii & Itinerarii *Resistum* cum Rhaedesto composuisse: Rhaedestus veterum est Bisanthe. Ptolemaeus Βισάνθη ἤτοι Ῥαίδεστον. Hæc extra militarem viam ad Propontidem erat posita: inde χωρίον ἐπὶ θαλάττῃ Xenophonti L. VII. Exp. Cyri p. 313., & Ῥαίδεστον παράλιον Nicetae in Balduino p. 302., & παραθαλαττίδιον in Isacio Angelo III. p. 222. Jam vero Bisanthen Plinius a Resisto distinguit. Quare male Pintianum suum secutus est Surita, & Suritam alii. Resistus in Thracia mediterranea, nec tamen admodum celebris, fuit. WESS.

HERACLEAM M. P. XXV.] *Regium exemplar* Eraclea M. P. XXV. *Blandinianum & Neapolitanum* Heraclea M. P. XV. *Longolianum* XVI. *sed harum mansionum numeri ex Regio collocati veram summæ* XCII. M. P. *rationem conficere videntur. Adhæc Procopius* Rhaedeston *ab* Heraclea *itinere diei abesse perhibet, eodem Commentario.* SVR.

HERACLEA.] Magno consensu XV. M. P. librorum nostrorum excerpta addunt, quæ X. M. P. augenda esse apparet. In Parisiensi libro margo exterior ostentat, *respice, XI. sunt super.* WESS.

ITEM A SEBASTIA COCVSON PER MELITENEM M. P. CCXCIII.] *Consentiunt exemplaria Reg. & Blandinianum, ac Longolianum. In Neapolitano* CCCXCIII. *Ex* Thracia *provincia in* Cappadociam *trans fretum transilit. Plinius L.* 6. *C.* 3. *in* Cappadociae *regione* Colopena Sebastiam, *&* Sebastopolim *recenset: & Ptolemaeus in* Cappadocia *inter mediterraneas* Ponti Polemoniaci. Cocusos *hoc Itinerario tanquam celebre oppidum proponitur: cujus apud Geographos auctores nullam reperio fieri mentionem. Ex his vero qui historiam Ecclesiasticam concinnavere, apparet, oppidulum fuisse* Armeniae *Arcadii Imperatoris tempore, in Imperii Romani finibus, ad os Ponti in solitudine vasta situm, quo D. Johannes Chrysostomus in exilium projectus est, qui ad* Constantium *presbyterum hæc scripsit:* Septuaginta diebus in itinere consumptis, aliquando tandem Cucusum pervenimus: locum totius orbis, propter solitudinem gravissimum. *Et in eadem Epistola.* Quandoquidem & nos tertium jam annum in exilio agentes, in fame, peste, bellis, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, morte quotidiana, ensibus Isauricis, non mediocriter animos adjicit, & consolatur affectionis vestræ abundantia, & con-

EVSPOENA.	M. P. XXVIII.
ARANIS.	M. P. XXIIII.
AD PRAETORIVM.	M. P. XXVIII.
PISONOS.	M. P. XXXII.
MELITENA.	M. P. XXXII.

AR-

constantia, & fiduciæ stabilitas. *Vide Nicephorum lib. xiii. In Chalcedonensi Concilio Domnus Episcopus* Cocusi *civitatis subscripsisse traditur.* SVR.

ITER A SEBASTIA.] Hoc vir doctus, qui Fabricii exemplar versavit, in MSS. reperit: ceteri *a Sebastia:* saltus qui hic fit in Armeniam, mihi pæne persuadet, itinera, quæ præcesserunt, infra fuisse ponenda, ubi ex Pannonia in Thraciam pergitur: neque enim commode hæc connectuntur. Ceterum *Sebastiam* in Armenia prima Hierocles habet ac Procopius L. III. Aedif. C. 4., ubi à Justiniano novis moenibus ornatam fuisse addit: sed quod ille instaurâvit, id Tartarorum princeps Timur, incolis crudeli supplicio excarnificatis, evertit, referente Duca Hist. Byzant. C. 15. Arabes eam *Siwās* vocant & III. mansionibus a Melitene disjungunt apud Golium in Alferg. p. 266. WESS.

BLANDOS.] Nusquam hanc inveni, ut nec plures alias, in remotissima hac orientis parte positas. WESS.

EVSPOENA.] Ptolemaeo *Phuphena.* SIML.

EVSPOENAM M. P. XXVIII.] *Regium* Euspena M. P. XXVIII. *Blandinianum* Euspoena M. P. XXV. *Neapolitanum* Euspena mpm. XXVIII. *Long.* Euspoena mpm. XXV: & XXVIII. *corrigitur. Ptolemaeo* Οὐασσάπα *oppidum recensetur: quod* Armeniae *attribuitur: neque ad hanc pertinere regionem potest; quæ adhuc Cappadociae est ante* Melitenem. SVR.

EVSPOENA.] Jam in Armeniam minorem devenimus, neque adeo, si cetera convenirent, Ptolemaei aut *Phuphenam* aut *Vaesapam* adspernarer: verum nimium est in vocabulis discrimen. WESS.

ARANIS.] Ptolemaeo L. V. C. 7. Ἄρανε, sive, ut MS. Coislinianus, Ἀράνη. WESS.

AD PRAETORIVM.] Alias *à Praetorio.* meminit hujus liber Notitiarum. SIML.

AD PRAETORIVM M. P. XXVIII.] *Habent Regium exemplar, & Neap. Bland.* ad Pretorium M. P. XXV. *& Long.* A Praetorio M. P. XXV: & XXVIII. *corrigitur.* SVR.

AD PRAETORIVM.] Ex Vaticano Schelstrate *ad Praetorium* vulgavit: ceteri variant, In Notitia Imp. Or., quam Simlerus citat, mansionem hanc legere non memini: est quidem sub dispositione Viri Spectabilis Ducis Armeniae *Ala prima Praetoria nuper constituta*; utrum vero in hac mansione qui finivero? *Praetorium* in provinciis habitationi praesidis erat paratum; si vero is *palatium* incoleret, *praetorium vel suscipiendis conservandisque speciebus publicis, horreorum vice, vel aliæ necessariæ rei deputabatur*, ut Imp. Leo decernit L. 14. C. de Of. Rect. Provinc. Est apud Rodericum Carum L. III. Antiq. Hispal. C. 57. in veteri marmore PRAETORIVM IN VRBE MVNDA, QVO PATRES OB REMP. ADMINIST. CONVEN. Plura dicam alias. Tu vero vide Jac. Perizonium Dissert. II. §. 21. de Praetorio. WESS.

PISONOS M. P. XXXII.] *Regium* Pisonos M. P. XXII. *& reliqua exemplaria* mpm. XXXII. SVR.

MELITENA.] Hic in MS. exemplari & in impressis codicibus perperam legitur *Macelena* vel *Malecena*, cum in ipsa itineris inscriptione scribatur, id *per Melitenam Cocusum* ducere. SIML.

MELITENEM M. P. XXXII.] *Regium* Meletena M. P. XXII. *Blandinianum* Malecena M. P. XXXII. *Neapolitanum* Macelena mpm. XXXII. *Longolianum Blandiniani lectionem praefert, quòd plerumque in eo exemplari usu venit, &* Masselena *miniaceis litteris corrigitur. Plinius Regionis* Melitenae *meminit:* Cappadociae, *inquit L. 6. C. 3.*, pars prætenta Armeniae majori Melitene vocatur: & Melitae urbis, à qua Melitene dicta sit, *ab eo sit mentio. In* Colopena *vero* Sebastiam, *&* Sebastopolim. Hæc parva sed paria supra dictis. Reliqua sui parte *Melitam* à Semiramide conditam haud procul

ARCAS. M. P. XXVI.
DANDAXINA. M. P. XXIIII.
OSDARA. M. P. XXIIII.
PTANDARI. M. P. XXIIII.
COCVSO. M. P. XXXVIII.
ITER A SEBASTIA COCVSO PER CAESAREAM. M. P. CCLVIII. Sic.
SCA-

Euphrate: & de Melitene regione, *quæ prolata sunt, paulo post: sed in vetustis exemplaribus, cum* Melitae *urbis ab eo mentio fit, litteræ adeo sunt implicatæ, ut vix elicias* Melitemne, *an* Melitenam *vocet. Strabo Amanum ad Euphratem &* Melitinam *usque progredi, ad quam Comagena Cappadociae adiacet, auctor est: ex quo loco Stephanus* Melitenem *urbem, non regionem intellexit & verba Strabonis profert. Ammianus libro xix. C.* 8. Exinde Melitinam minoris Armeniae oppidum venimus. *Ptolemaeus &* Melitenae *regionis ad* Euphratem *meminit, & in eadem regione* Melitinae urbis. *In Notitia Provinciarum sub dispositione viri spectabilis Ducis Armeniae* Præfectus Leg. XII. Fulmineae Melitene *recensetur. Justinianus praterea Novel.* 31. *in Armeniae distributione tertiam* Armeniam *instituit eam, quæ prius secunda dicebatur, in qua principatum teneret* Melitene. Ἀρχαία πόλις ἐπίσημος ἐν κοιλῷ τε γῆς καὶ ἀέρι κειμένη καὶ ἐδὲ πέρᾳ διεξῶσα τὸν Εὐφράτε ῥεύματος. *Procopius de bello Persico libro primo C.* 17., Armeniae minoris *Metropolim esse* Melitenem *tradit, urbem quidem dignissimam, deinde* Samosata, *& post* Hierapolim; *& de* τὸ Κτισμάτων *L.* I. *C.* 7. *in urbe Armeniae Melitena quondam Legionem XII. fuisse constitutam perhibet. In Concilio Chalcedonensi Constantinus Episcopus* Melitenae *civitatis metropolis Armeniae scribendo interfuit. Et Nicephorus Callistus libro XI. Ecclesiastica historia Concilium* Tyanae *coactum memorat, cui interfuit Otrestius* Melitinae *Episcopus.* SVR.

MELITENA.] *Matelena Macilena*que libri nostri edunt, quod à Simlero & Surita recte correctum est. Stephani errorem tetigit quoque Salmasius in Solin. p. 444. & Pinedo ad Stephan., sed qui ipse in errorem sese induit, cum Ortelium notat, *Melitenem* urbem agnoscentem: nihil enim certius illius opinione. In Plinio Martianus Capella L. VI. p. 222. *Melitam* videtur legisse. Plura postmodum differemus. WESS.

ARCAS M. P. XXV.] *Habent exemplaria manuscripta, & Longolianum: alterius ejus nominis urbis* Phoenices *regionis apud auctores Geographos celebris supra fit in hoc* Itinerario *mentio.* SVR.

ARCAS.] Habet Hierocles *Arcas* in Armenia secunda, quam tertiam esset jussit Justinianus. Novell. XXXI. C. I., ubi & *Arcas Melitenae* subesse vult. Vide etiam infra. WESS.

DANDAXINA.] Alias *Dandacena.* SIML.

DANDAXINA M. P. XXIIII.] *Regium* Dandanixa M. P. XXIIII: *& reliqua* Dandaxnia mpm. XXIIII., *& infra eadem variant exemplaria.* SVR.

PTANDARI.] Vel *Pandari* vel *Tandari.* A Ptolemaeo *Tanadaris* ponitur in præfectura Cataonica: distantiarum tamen ratio non bene congruit. SIML.

PTANDARI M. P. XXIIII.] *Regium* Ptandaria M. P. XXIIII. *& infra* Tandari, *&* Ptandari. *Blandinianum* Pandari, *& postea* Ptandari, *&* Ptandaris: *Neapolitanum* Pandari, *& paulo post* Ptandari: *& item in Longoliano, ut haud dubie* Ptandari *sit legendum. Forte ea est, quæ Ptolemaeo in Præfectura Cataoniae provinciæ Armeniae* Ταναδυεῖς *appellatur. Nam infra à* Sebastia Cocuson *per compendium ab Antonino* Comanis, & Ptandari *adjunguntur* XXIIII. M. P. SVR.

PTANDARI.] Nostri omnes *Pandari.* Ταναδυεῖς Ptolemaei, ut recte Simlerus, ob distantiæ differentiam huc pertinere non potest, nisi Geographum errasse velis. In veteri Notitia Metropolitanorum, edita a Car. a S. Paullo, Caesareae Cappadociae adjungitur ὁ Ταυδης, sed neque ille hic locum tuebitur: sunt enim ibi conturbata omnia, & multi Ephesino præsuli subjecti perverse in dioecesin Caesarienſis transduntur: ὁ Ἀντάνδρε ibi verum est. Ego hanc & quæ præcesserunt, nondum inveni. Ὄρσαρα non longe a Melitene Ptolemaeus ponit,

SCANATV.	M. P. XXVIII.
MALANDARA.	M. P. XXX.
ARMAXA.	M. P. XXVIII.
EVLEPA.	M. P. XXIIII.
CAESAREA.	M. P. XVI.

AR-

nit, poteſtque cum *Osdara* contendi: Ὄρσα tamen Palatin. & Coislin. MSS. edunt. WESS.

COCVSON M. P. XXXVIII.] *Regium* Cocuſo M. P. XXVIII: *& infra idem exemplar* Ptandari Cocuſon M. P. XXXVIII. *numerat. Blandinianum* Cocuſo M. P. XXXVIII. *& Neapolitanum: Longolianum* M. P. XXXVIII: *corrigit* XXVIII. SVR.

COCVSO.] *Civitatulam Cappadociae, nomine Cucuſam* appellant Notkerus & Uſuardus in Martyrum indice VII. Id. Junii. Cappadociae περὶ τὴν ἔρημον τοῦ Ταύρου *circa deſerta Tauri montis loca* adſcribit Athanaſius Apol. de fuga p. 322. & Hiſtor. Arian. ad Monachos p. 348. Joan. Chryſoſtomus τὸ ἐρημότατον χωρίον τῆς Ἀρμενίας Epiſt 119. & πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότερον χωρίον Epiſt. 87. appellat. Quod vero Armeniae Cocuſum contribuerit, quam Cappadociae Athanaſius eſſe ajebat, factum inde eſt, quod Armeniae II. ſit attributa, cum olim Cappadociae fuiſſet, teſte Theodoreto L. II. H. E. C. 5. Ceterum Κουκουσὸν Graeci nuncupare ſolent, quamquam Κοκκισὸν in Vaticano Chryſtomi MSS. Benedictini invenerunt. Vide Epiſt. 84. & N. Bergerum L. III. Viar. Milit. C. 44. WESS.

M. P. CCLVIII.] Sic libri omnes; nec tamen ſingularum manſionum numeri reſpondent, neque id ſane præter ſolitum. WESS.

SACANATA.] Alias *Scanatus.* SIML.

SCANATVM M. P. XXVIII.] *Regium* Scanatu M. P. XXV: *& reliqua* Sacanatu M. P. XXVIII. SVR.

SCANATV.] Noſtri omnes *Sacanatu:* Cuſani tamen liber alio itinere *Soanatus*, quod & Ortelius in ſuo invenit, edit. Mihi alibi viſa non eſt. WESS.

MALANDARA M. P. XXX.] *Habent manuſcripta & Longolianum: cum infra eadem &* Merandara *&* Maiandara *præferant diverſis itineribus. Forte Ptolemaei eſt* Μάρδαρα *in mediterraneis* Ponti Cappadociae *provincia.* SVR.

MALANDARA.] *Malandera* Cuſani ſchedæ. Μάρδαρα Ptolemaei ut hæc ſit, diſtantia non feret. WESS.

ARMAXA M. P. XXVIII.] *Regium* Ermata M. P. XXVIII: *& reliqua* Armaxa mpm. XXVIII: *& infra ſemper* Armaxa. SVR.

ARMAXA.] In Tabula eſt *Armaha.* Forte Ptolemaei eſt Ἀρχαμα. WESS.

EVLEPA.] Æque ignorantiæ tenebris obcœcata luce claritatis hæc manſio caret quam precedens: *Eulexa* dicitur in Cuſani MSS. infra. WESS.

CAESAREAM M. P. XVI.] *Habent auferendi caſu manuſcripta, & Long. exemplar. Hæc eſſe* Mazaca *videtur Strabonis*, Cappadociae *metropolis: & Plinio L. 6. C. 3. ſub monte* Argaeo Mazaca *recenſetur*, Quæ nunc, *inquit*, Caeſarea nominatur. *Nicephorus Calliſtus L. 10. eſt auctor, Claudium Caeſarem appellatione mutata, nomine ſuo cohoneſtaviſſe. Ptolemaeus in Præfectura Ciliciae*, Cappadociae *provinciæ*, Μαζάκα ἡ Καισάρεια. SVR.

CAESAREA.] Procul vero eſt Nicephorus. Rectius a Tiberio Caeſaream cognomen accepiſſe Suidas in Τιβέριος tradidit. Urbs erat ampla, Argaeo monti accubans: unde Philoſtrato L. II. Vit. Soph. C. 13. Καισάρεια ἡ Καππαδοκῶν ὄρει Ἀργαίῳ πρόσικος, & Palladio in Chryſoſtomi vita p. 77. Καισάρεια ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ dicitur, prorſus ut in numis ΚΑΙCΑΡΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΑΡΓΑΙΩι. Diceres hunc ſimilemve montem in animo fuiſſe Morelli, vertentis hæc Libanii tom. II. p. 412. Ἀλλὰ μὴ πρόσχε τὸν δοκοῦσιν φιλανθρωπίαν φιλίππῳ πρὸς τοὺς ἀλόντας Ἀθηναίους, οἱ Ἀργαῖον κατῆγον, *quando Argaeum appulerunt:* ſed quidquid ille cogitarit, egregie falſus eſt; neque enim loci nomen ſed viri eſt, quem Athenienſes in regnum deduxerunt, qua de re Mauſſacus ad Harpocrationem. De cetero Caeſarea ante *Mazaca, Maxima* perperam Ptolemaeo Lucenſi L. VI. H. E. C. 4., vocabatur. Hieronymus Quæſt. in Geneſ. C. X. *Moſoch Cappadoces, unde & urbs uſque hodie apud eos Mazeca, Mazaca* de-

ARTAXATA.	M. P. XXIIII.
CODVZABALA.	M. P. XVIII.
COMANA.	M. P. XXIIII.
PTANDARI.	M. P. XXIIII.
COCVSO.	M. P. XXXVIII.

ITER A SEBASTIA COCVSO PER COMPENDIVM. M. P. CCVI. Sic.

TO-

derat ipſe, *dicitur:* ſolus quod ſciam Xenophon Epheſius L. III. Epheſiacon Μάζακον, πόλιν δ' Καππαδοκίας μεγάλην καὶ καλὴν numero ſingulari appellat. Parietinas urbis, motu terræ disjectæ, Nicephorus Bryennius L. II. Comment. C. 3. memorat. WESS.

ARTAXATA M. P. XXIIII.] *Regium & Bland. habent. Neap.* Artaxata mpm. XXVIII. *Long.* mpm. XXIIII: *& corrigit* XXVIII. *Urbs celebri fama majoris Armeniae, quam* Araxis *praeterlabitur.* SVR.

ARTAXATA.] XXVII. M. P. Cuſani MSS. aliique apponunt: Regio tamen Suritae conſentit margo Fabriciani exemplaris. *Artaxata* Armeniae majoris nihil ad hanc urbem, quippe longiſſime inde diſparatam. Tabula Peutingerana in hoc itinere LIII. M. P. a Comanis Cappadociae *Araſaxa* habet: ea hæc eſt, agnita quoque Ptolemaeo L. V. C. 7. Infra enim optimus Suritae codex *Araſaxa*, ceteris *Artaxata* probantibus, edit. WESS.

CODVZABALA.] Vel *Coduzalaba.* SIML.

CODVZABALA. M. P. XVIII.] *Regium* Coduſaba M. P. XVIII. *& paulo poſt in eo exemplari* Coduzabala. *Bland.* Coduzalaba mp. XVIIII. *& infra* Coduzalbabla *Neapolitanum* Coduzabala mpm. XVIII. *Longolianum* Coduzalaba mpm. XIX: *&* Coduzabala *corrigitur, quam dictionem præferendam exiſtimavimus.* SVR.

CODVZABALA.] E libro Cuſani *Coduzabala M. P. XXIX.* excerptum eſt, ex ceteris XVIII. M P. Vaticanus præterea *Coduzalababla:* inferius vero Voſſian. *Codozabala*, Cuſani ſchedæ *Codolala.* In Tabula *In ciliſſa* invenitur, quæ nihil eſt celebratior. WESS.

COMANA M. P. XXIIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum exemplar. Hæc eſt* Comana Cappadociae *cognominata, præfecturæ Cataoniae Armeniae, provinciæ Cappadociae. Vtraque* Dianae *Tauricae ſacra, ut pluribus refert Strabo.* Comana *plurium numero protuliſſe auctor Commentarii Alexandrini videtur; cum de utraque urbe mentio fit, de Pontica hæc proferuntur. C.* 35. Nam ex Ponto à Comanis jugum editum ſilveſtre eſt pertinens in Armeniam minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia. *Hujus vero Comanae Antonini hoc pacto C.* 66. Magnisque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacae commoratus, venit Comana vetuſtiſſimum, & ſanctiſſimum Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos ejus Deae majeſtate, imperio & potentia ſecundus à rege conſenſu gentis illius habeatur: Id homini nobiliſſimo Nicomedi Bithynio adjudicavit, qui regio Cappadocum genere ortus, propter adverſam fortunam majorum ſuorum, mutationemque generis, jure minime dubio, vetuſtate tamen intermiſſo, ſacerdotium id repetebat. *De ea regni controverſia plura apud Strabonem. Dion L.* 35. *p.* 5. *plurium etiam dictione duas eſſe urbes Cappadociae non procul inter ſe diſtantes memorat: & utramque gladium habere, quem verum Iphigeniae eſſe arbitrarentur. Procopius de bello Perſico libro primo C.* 17., *perhibet* Oreſtem *locis plurimis obitis, cum in* Ponto *conſtitiſſet, montem præruptum contemplaſſe, ad cujus radices* Iris *fluvius præterflueret: & eum locum ab oraculo ſibi deſignatum exiſtimaſſe, & eo loco urbem clariſſimam cum* Dianae templo *exædificaviſſe, quam* Comanam *ab exciſa in eodem loco ſibi* coma *nuncupaviſſet. At poſtmodum cum præſenſiſſet, non rite oraculi mentem eruiſſe, errabundum locum quendam in Cappadocia, alteri, qui in* Tauris *erat, maxime ſimilem, reperiſſe. Nam inibi &* Taurus *mons erat, & fluvius* Sarus: *ac rurſus urbem nobilem eo ſitu condidiſſe, & templa duo, alterum* Dianae, *Iphigeniae vero ſorori alterum, quæ poſtea Chriſtiani in ſua templa inſtaurarint, nulla ædificiorum penitus parte immutata: Eamque itidem urbem* Comanam *adpellaviſſe ab exciſa rurſus coma, cum morbo omni-*

TONOSA.	M. P. L.
ARIARATHIA.	M. P. L.
CODVZABALA.	M. P. XX.
COMANA.	M. P. XXIIII.
PTANDARI.	M. P. XXIIII.
COCVSO.	M. P. XXXVIII.
ITER AB ARABISSO PER COMPENDIVM SATALAM.	M. P. CCLXVIII. Sic.
TO-	

no liberatus esset. Suidas cum Κομάνα *urbem commemorat,* Ἔνθα, *inquit,* ὁ Χρυσόστομος ἐτάφη πρῶτον. SVR.

COMANA.] Hæc χρυσῆ dicebatur, ut a Pontica discerneretur, Procopio & Justiniano Novella xxxi. auctoribus. Ponticam *Iris* alluebat, quem fluvium Gregorius Nyssenus in vita S. Macrinae p. 182. egregie descripsit. WESS.

TONOSA.] Forte Ptolemaei *Horsa* vel *Horosa*. SIML.

TONOSA M. P. L.] *Regium*, & *Neapolitanum* Tonosa: *Blandinianum* Tosona mpm. L. & *Longolianum: sed sequenti itinere* Tonosa *praeferunt*. SVR.

TONOSA.] In Ptolemaeo Ὄρσαρος est; *Horsa*, quam urbem Simlerus hanc esse conjicit, Palatini & Coisliniani MSS. scripturae Ὄρσα respondet: ego nostram esse non temere dixero. WESS.

TRIARITHIA.] Vel *Triarachia* vel *Ariarathia*, quod magis probatur. Ptolemaeus in praefectura Sargarausena *Ariarathirae* meminit. SIML.

ARIARATHIAM M. P. L.] *Regium exemplar* Ariarathia M. P. L. *Blandinianum* Triarithia M. P. L. *Neapolitanum* Triatrachia mpm. L. *Longolianum Blandiniani lectionem praefert*, & Triatrachia *emendat. Ptolemaeo in praefectura Cappadociae provinciae* Sargarausena Ἀελαραδδεία: *Ab* Ariarathe *tamen Rege nomen sumpsisse, Stephanus prodit:* Ἀελαραδδεία πόλις πλησίον Καππαδοκίας, ἀπὸ Ἀελαραδδέως (*ita enim legendum est*) Καππαδοκίας βασιλεύσαντος γαμβροῦ Ἀντιόχου. SVR.

ARIARATHIA.] Ptolemaeo in Palatino & Coislin. MSS. Ἀελαραδδεως, ad quam formam in Liberati Diaconi Breviario C. 13. *Acacius Episcopus Ariarathirensis* appellatur: putem utrumque vitiosum esse. Regia fuit Ariarathae & Archelai, Cappadociae regum. Vide Constantinum Imp. L. I. Them. II. & Novel. xxxi. WESS.

ITEM AB ARABISSO M. P. CCCLXVIII.] *Regium* Ab Arabisso M. P. CCLXVIII. *Et infra in eodem exemplari* & Arabisso, & Babarisso, & Arabisso: *cum de uno, atque eodem oppido mentio fieri videatur. Blandinianum optimum item exemplar, & hoc loco, & infra semper* Arabissos *retinet: atque item in Neapolitano eadem constantia: quod admonendum duxi, quod varie in auctoribus id nomen descriptum reperiatur. Ptolemaeo in* Chalybonitide Syriae *provinciae juxta Euphratem* Βαρβάλισσος. *Stephanus* Βαρβάλισσος φρούριον τῆς τετραπολίτιδος. *In Concilio Chalcedonensi Adolius Episcopus* Arabissi *civitatis, & in Concilio Constantinopolitano primo Otulus* Arabissensis *Episcopus scripsisse feruntur. In Notitia Provinciarum sub dispositione v. s. Ducis Syriae & Euphratensis in Augusto Euphratensi Equites Dalmatae Illyriciani* Barbarisso: *ita enim legitur in manuscripto exemplari: non* Barbalisso, *quemadmodum in excusis. Nicephorus libro xiii. Adelphium* Arabissi *Episcopum apud* Cocusum *visione divina admonitum Johannem Chrysostomum excepisse tradit. Et eodem commemorat libro, cum ei adversarii inviderent, quod* Cucusi *maneret*, Arabissum *abductum esse*. SVR.

ITER AB ARABISSO.] In passuum multitudine Vaticanus auctoritati Regii libri non est diversus. Noli vero opinari, quod Surita adcredidisse videtur, Arabissum & Barbarissum sive Barbalissum idem fuisse oppidum: hoc in Syria Euphratensi, XL. stadiis ab Obbane, Euphrati apposita, sedem occupabat, uti apud Procopium L. II. B. Pers. C. 12. legitur. Arabissus in Armenia erat, haud multum a Sebastia. Cocuso adjungitur a Joan. Chrysostomo Epist. 131. Malchus in Excerptis Hoeschelii p. 134. non longe Theodosiopoli, de qua Pro-

TONOSA.	M. P. XXVIII.
ZOANA.	M. P. XXV.
GVNDVSA.	M. P. XXIII.
EVMEIS.	M. P. XXX.
ZARA.	M. P. XVIII.
DAGOLASSO.	M. P. XX.

NI-

copius L. III. Aedif. Justiniani C. 5., summovet: id vero male, quod in Malcho Ἀραβήτων ἐπικεκλημένου χωρίον vulgarunt, cui simillimo peccato in Leonis Imp. Notitia Episcopus ὁ Ἀραβήσης perscriptus est. Vide & Gothofredum ad Philostorg. L. IV. C. 5. WESS.

TONOSA M. P. XXVIII.] *Regium* Tosano M. P. XXVIII. *interversis, ut apparet, litteris. Reliqua* Tonosa XXVIII. SVR.

ZOANA M. P. XXV.] *Habent manuscripta, & Longolianum: sed in hoc* XVI. *corrigitur.* SVR.

GVNDOSA.] Ptolemaeo *Godasa.* SIML.

GVNDVSA M. P. XXIII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Gundosa M. P. XXIIII. *Sed si* XXIII. *numeres, summa ratio constabit. Ptolemaeo in Armenia minore* Γοδύσα. SVR.

GVNDVSA.] Sic & Vaticanus. Simleri Suritaeque sententia non displicuit consultissimo Geographiae professori Ortelio. *Zoanae* XVIII. M. P. Cusani MSS. adnectit. WESS.

EVMEIS.] Alias *Camisa.* SIML.

EVMEIS.] Non ferent M. P., quae hic conspiciuntur, ut sit Camisa, quae infra Sebastiam inter & Zaram interest: Ego *Eumeis* non movero. WESS.

ZARA.] Vel *Sara.* Ptolemaeo *Saurania.* SIML.

ZARAM M. P. XVIII.] *Manuscripta, & Longolianum* Sara mpm. XVIII. *habent, cum eadem infra uno consensu* Zara *praeferant.* SVR.

ZARA.] Simlero accedit in Ptolemaeo suo Bertius, ut semper, cum incertissima tamen sit conjectura, & Ponti Polemoniaci urbs huc tranferri non possit. WESS.

DAGALASSO.] Forte *Dagona* Ptol. SIML.

DAGALASSON M. P. XX.] *Regium* Tagalasso M. P. XX. *& infra idem exemplar* Dagolasso: *Blandinianum, & Longolianum* Dagalasso M. P. XX. *Neapolitanum* Dagalaso mpm. XX. SVR.

DAGALASSO.] In vetustis exemplaribus & scripto Parisiensi *Degalasso*, unde forte *Megalasso* praestabit, quod Tabula XXXV. M. P. Nicopoli removet. *Dagalasso* tamen Vaticanus. WESS.

NICOPOLIM M. P. XXIIII.] *Consentiunt in hanc lectionem auferendi casu manuscripta, & Longolianum exemplar: oppidum celebre* Armeniae minoris, *quod Pompejus bello Mithridatico condidisse fertur, eo loco, quo Mithridatem vicerat: ut à Strabone, & Dione memoriae proditur: Eamque urbem mutilatis, aut aetate confectis militibus habitandam tradidit. Auctor Commentarii Alexandrini belli C.* 36. Magnis, *inquit*, & continuis itineribus confectis, cum adventaret ad Nicopolim, quod oppidum in Armenia minore positum est, plano ipsum loco, montibus tamen altis, ab duobus lateribus objectis, satis magno intervallo ab oppido remotis, castra posuit, longe à Nicopoli, circiter M. P. VII. SVR.

NICOPOLI.] In minore Armenia Appianus itidem locat in Mithrid. p. 403. Justinianus ejus moenia instauravit, indice Procopio L. III. Aedif. C. 4. Notitia Hieroclis cum Novella XXXI. in Armenia prima ponit. WESS.

OLITTO EVLARIZA.] Vel *Olito Euriaiza*, vel *Oloto Edariza.* Hanc arbitror esse, quam Ptolemaeus *Caltiorissam* vocat. SIML.

CLOTOEDARISAM M. P. XXIIII.] *Regium exemplar* Olotoaelariza M. P. XIIII. *& infra in eodem exemplari à Nicopoli* Clotedariza M. P. XXIIII. *& alio itinere ab eadem Nicopoli Satalam*, Olotoedarizam M. P. XXIIII. *Blandinianum vero exemplar hoc loco* Oluto eulanza mp. XXIIII. *habet: & aliis itineribus à Nicopoli* Olote dariza M. P. XXIIII. *& à Nicopoli Satalam* Olotoedariza M. P. XXIIII. *In Neapolitano hoc itinere* Oluto Eularizo mpm. XXIIII. *& à Caesarea Satalam à Nicopoli* Olotedariza mpm. XXIIII. *Et itinere à Nicopoli Satalam* Oleto edariza mpm. XXIIII. *Visum est adeo perexiguè & minutatim haec exponere, ut appareat, non absque ratione* Clotoedarizae *nomen praeponendum*

NICOPOLI. M. P. XXIIII.
OLOTOEDARIZA. M. P. XXIIII.
AD DRACONES. M. P. XXVI.
AZA. M. P. XXIIII.
SATALA LEG. XV. APOLLINARIS. M. P. XXVI.

A GER-

dum esse, exemplarium lectione conlata; & videant viri docti, an id oppidum sit, quod à Ptolemaeo in Armenia minore, versus montanam regionem Καλπόεσσα *appellatur: quæ in vetusta versione* Catiorissa. *Nomina etenim sunt adeo obscuræ & barbaræ appellationis, ut ex ipso nomine conjectura sit facienda.* Svr.

OLOTOEDARIZA.] Hoc sumus amplexi quoniam pluribus libris probatur, licet de scripturae veritate addubitemus. Nostris MSS. non minor est in voce scribenda pugna quam Suritae libris fuit. Tabula in hac vicinia *Oleoberda XXI. M. P.* a Nicopoli & *Caleorissa XV. M. P.* a mansione, quam diximus, agnoscit, quarum posterior Ptolemaei Καλπόεσσα, prior Σελεοβόρεια esse videtur. Procopius hoc in tractu *Lutararizon* L. III. Aedif. C. 4. memorat: hanc esse non dixero. Plura deinde proferemus. Wess.

AD DRACONES M. P. XXV.] *Regium* Andracones M. P. XXV. *& itinere à Caesarea Satalam infra à Clotoedariza* Dracontes M. P. XXVI. *Blandinianum* ad Dracones M. P. XXVI. *Neapolitanum* mpm. XVII. *& Longolianum* mpm. XVI. *&* XXVII. *emendat. Strabo ultra Damascum montes duos collocat, qui* Trachones *appellantur.* Svr.

AD DRACONES.] Strabonis *Trachones* longissime hinc in Syriam amandandi sunt. Hæc inter Nicopolin & Satalam mansio fuit, *Draconis* Tabulæ nuncupata. Forte cognomen nacta est ex simili caussa, qua ea, quam habuimus p. 36. Wess.

AZAM M. P. XXIIII.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: & infra in eodem* Aia. *Reliqua in hoc itinere* Aza M. P. XXXIII. *habent. Plinius L. 6. C. 9.*, Oppida celebrantur in minore, (*de minore enim Armenia agitur*) Caesarea, Aza, Nicopolis. Svr.

AZA.] Sic optimi libri; qui vero inferioris sunt conditionis, *Haza* præoptant. *Hassis* Tabula, separatque a Satala XXV. M. P. Wess.

SATALA LEG.] In impressis exemplaribus habetur *Satala leg. M. P. M. XV. Apollinas M. P. M. XXVI.* Verum nos locum restituimus ex MS. codice, cum quo consentit liber Notit., nisi quod in MS. pro *Apollinaris* legitur *Apollinans.* Siml.

SATALAM LEG. XV. APOLLINAR. M. P. XXV.] Satalae, *quæ Armeniae minoris urbs erat, juxta montana regionis Euphratensis, Ptolemaeus mentionem fecit: & Xiphilinus ex Dione* Satalae *&* Elegiae *urbium* Armeniae *meminit: & in Chalcedonensi Concilio Anatolius Episcopus civitatis* Satalorum *subscripsit. Stephano* Σάταλα. πόλις Ἀρμενίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. Legionis *vero hujus in vetusta inscriptione Barcinonensi insignis cujusdam Legati L. Caecilii Optati* ⊳ LEG. VII. G. FEL. ET ⊳ LEG. XV. APOLLIN. *Et Dion libro* LV. *p.* 646. XV. *Legionem ab* Apolline *cognominatam in* Cappadocia *commemorat.* Svr.

SATALA.] Certissima est Simleri conjectura, quæ & erudito viro, qui Fabricii exemplar versavit, in mentem venit. Rem citra dubium facit *Præfectura Legionis XV. Apollinaris Satalae* ex Notit. Imp. Or., & vetus inscriptio Massiliae reperta, editaque ab Honorato Bouche L. II. Chorograph. Provinciae C. 1.

Τ. ΠΟΡΚΙΩ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΕΞΟΧΟΤΑΤΟΥ. ΑΝΔΡΟΣ. ΚΑΙ ΠΡΟ
ΦΗΤΟΥ. ΥΙΩ. ΚΥΡΕΙΝΑ. ΚΟΡΝΗΑ.
ΙΑΝΩ. ΙΕΡΕΙ. ΛΕΥΚΟΘΕΑΣ ΧΙΛΙ
ΑΡΧΩ. ΛΕΓ. ΙΕ. ΑΠΟΛΙΑΡ. ΧΕΙΛ.
ΧΟΟΡΤ. Θ. ΒΑΤΑΟΝΩΝ. κ. λ.

Vertit vir doctus & *Janum* hinc Massiliae cultum fuisse ostendit: *T. Porcio Procli Aeliani amplissimi viri & prophetæ filio. Custodi coronarum* JANI, *sacerdoti Leucotheæ, tribuno Leg. XV. præfecto cohortis VIII. Batavorum* &c. verum negligenter: *Janus* originem suam debet distractæ ΚΟΡΝΗΑΙΑΝΟΥ voci cum ipsis *coronis*: ex tribu ΚΥΡΕΙΝΑ extusus est earum *custos*; Legionis autem titulus ob vitiatum vocabulum est præ-

A GERMANICIA PER DOLICHEN & ZEVGMA EDISSAM VSQVE. M. P. LXXXVII. Sic.
SICO BASILISSES. M. P. XX.
DOLICHE. M. P. X.
ZEV-

præteritus. Sed hæc peccata tot bonis vir ille pensavit, ut facile ea omnibus excuset: potuisset etiam vitare, si Gruterum in consilium adhibere voluisset Thes. p. CCCCLVIII. ego ad Satalam reditum facio, quam Procopius in humili solo pluribus incinctam fuisse collibus refert L. III. Aedif. C. 4. ἐν δαπέδῳ, inquiens, ᾗ χθαμαλῷ κεῖται, λόφοις πόλλοις ἀμφ' αὐτὴν ἐπανεστηκόσι ὑποκεῖται· paria habet L. I. B. Pers. C. 15., verum hoc loco Σάταλαν vocitans, quam priore τὰ Σάταλα nominaverat. Jam proxime ad Simleri conjecturam Cusani liber *Satalologii Apollinaris M. P. XXVI.* præferebat. WESS.

A GERMANICIA.] *Ptolemaeo inter urbes mediterraneas* Comagenes Syriae *provinciæ, quæ à Septentrionibus sumunt initium*, Γερμανίκεια. *Stephano ex Quadrato tertio Parthicarum rerum, urbs* Euphratensis *provinciæ* Γερμανίκεια. *In Chalcedonensi Concilio Johannes* Germaniciae *civitatis Episcopus subscribit: & in Niceno Salomon.* SVR.

A GERMANICIA.] Sita urbs fuit in Syriae, Ciliciae & Cappadociae finibus, & proxime quidem Taurum montem, uti Theodoretus L. II. H. E. C. 25. & L. IV. Haeret. Fab. C. 2. prodit. Credo vitiosum esse nomen in Origenis ad Martyres Protrept. p. 207. Παῦλος μὲν λεγέτω, εἰ καὶ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ· ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ ἄνθρωπον ἀνῃρέθην ἐν Γερμάνιᾳ. Habuit hæc *Germania* viros egregios D. Huetium & J. R. Wetstenium exercitos. Tu si Γερμανικείᾳ aut Γερμανικίᾳ scripseris & rerum Origenis non omnino fueris rudis, meæ opinioni non eris alienus. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗΝ numi, de quibus H. Norisius extrema Dissert. II. Epoch. Syrom., appellare solent. WESS.

SICOS BASILISSES M. P. XX.] *Regium habet exemplar.* Sicos Basilisse M. P. XX: *& infra* Sico Basilisses. *Blandinianum* Sicos basilisces, *& postea* Sico basilisces. *Longolianum* Sicos basiliscos *& Neapolitanum* Sicos basilices, *&* Sicos basilicos. *Lego* Sycos basilisses. SVR.

SICO BASILISSES.] Forte a ficubus, ob uberem earum proventum, nomen mansioni venit. Συκοβασίλεια inter ficorum species Athenaeus L. III. Deipnos. C. 4. habet. WESS.

DOLICHEN M. P. X.] *In Regio perperam supra à Germanica* per Dolium, *& hac mansione* Bolica M. P. X. *habetur. In Blandiniano à Germanicia* per Dolicum, *& mansio* Dolica *legitur: & in reliquis, Ptolemaeo in eadem* Comagene *juxta* Catamana, *&* Germaniciam Δολιχὴ: *quæ non rectè videtur apud Stephanum* Dolichene *proferri, una dictione: cum dictio* Δολιχὴ *sit proposita*, ἔστι δὲ καὶ Δολιχηνὴ πόλις τῆς Κομμαγηνῆς. οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Δολιχηνοὶ λέγονται. *In Concilio Niceno Archelaus Episcopus* Dolichenus, *provinciæ* Syriae Coeles *subscripsisse traditur. Et Divinus Eusebius apud Nicephorum libro xii. C. 5. ut* Dolicheni *Episcopum haberent*, Marim *concessisse traditur.* SVR.

DOLICHE.] *Dolica* etiam nostri libri & paullo ante *Dolicum.* Diceres labente imperio nomen variasse; nam Cedrenus in Anno V. Constantini Copronymi Γερμανίκειαν παραλαμβάνει καὶ ἐπιστρατεύει Δουλιχίᾳ καὶ Ἀσσυρίᾳ. Similia alibi legit Miscellae auctor, L. XXII. scribens: *In his Constantinus Germaniciam cepit, aciem dirigens contra Syriam & Dulichium.* Dolichen intelligi res clamat ipsa. Ἀσσυρία Cedreni vitiosa est & ex Miscella in Συρίαν commutanda. In Jure Graeco Romano Leunclavii p. 190. Τιμόθεος Δολιχῆς, voce leviter deturpata, Episcopus fuisse dicitur. De JOVE DOLICHENO videndi Holsteinius ad Stephanum & Th. Reinesius Inscript. Clas. I. 15. Addam ex Historia Provinciae Honor. Bouche L. II. C. 1. lapidis inscriptionem circa Massiliam ex mari extracti:

DEO. DOLICHENIO
OCT. PATERNVS. EX. IVSSV. EIVS
PRO. SALVTE. SVA. ET. SVORVM.

Ceterum numeri aut hic aut infra sunt vitiosi. WESS.

ZEV-

ZEVGMA. M. P. XII.
BEMMARIS. M. P. XX.
EDISSA. M. P. XXV.
ITER

ZEVGMA M. P. XII.] *Habent omnia exemplaria. Plinius L. 5. C. 24.*, Zeugma LXXII. M. P. à Samosatis transitu Euphratis nobile. *Dio enim libro xl. p. 143. id exposuisse videtur: perhibet enim id nomen inditum ab expeditione Alexandri, quòd eo loci* Euphratem *trajecisset. Stephanus:* Ζεῦγμα πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὃν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἀλύσεσι διεβίβασε τὰ στρατόπεδα. SVR.

ZEVGMA.] *Zeuma* præferunt libri plerique, quomodo in Grotiana Capellae editione L. VI. p. 219. *Latitudo autem a Seleucia ad oppidum Eufratis Zeuma:* idem in multis Lucani MSS. L. VIII. 237. invenitur. A Baccho fluvium hic ponte junctum fuisse Pausanias adfirmat L. X. C. 29. additque Ζεῦγμά τε ὠνομάσθη πόλις, καθότι ἐζεύχθη τῆς χώρας ὁ Εὐφράτης, *urbi Zeugmatis nomen esse factum, quod Euphrates ibi ponte sit junctus:* de auctore pontis alii aliter. WESS.

BEMMARIM M. P. XX.] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Bemmaris M. P. XX. *Neapol.* Benemaris M. P. XX. *Suspicor id oppidum esse, quod Ptolemaeo inter urbes ad Euphratem sitas* Βηθαμμάρια *appellatur: nam nobile oppidum fuisse ex hoc Itinerario conjici potest.* SVR.

BEMMARIS.] Dubium admodum est, eademne hæc sit ac Ptolemaei *Bethammaria*; licet enim nomine conveniant, situ tamen dissident. Hæc fuit in Cyrrhestica, inibique eam agnoscit Tabula, cum nostra trans Euphratem sedem situmque habuerit. Vide & Cellarium L. III. G. A. C. 12. p. 431. Putem esse אמורין *Amurin*, quam urbem Dionysius in Dissert. Assemani de Monophysitis hic loci agnoscit: nec obesse opinioni debet, quod auctius nostrum sit vocabulum: norunt enim qui Syrorum sermonem callent, nihil in illo solenne magis esse, quam ut בית *Beth* urbium vocabulis præfigatur & cum illis coalescat, & vicissim detrahatur. WESS.

EDISSAM M. P. XXV.] *Manuscripta & Longolianum* Edissam *habent. Ptolemaeo in Mesopotamia* Ἔδεσσα; *& Stephano Syriae, cui nomen inditum perhibet,* διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόνι. *Plinius L. 5. C. 24, quondam* Antiochiam *dictam, &* Callirrhoen *à fonte nominatam. Strabo L. 16. p. 748. quattuor schœnorum spatio trans Euphratem* Edessam *celeberrimam Mesopotamiae urbem habitari. Nam* Mesopotamiae *pars magna Romano Imperio paruit: atque item magna à Pompeio Magno Tigrani condonata est: ut* Parthici *Imperii fines fuerint Strabonis ætate,* Euphrates, *& Regio ultra Euphratem, & cis Euphratem Romani, & Arabum Phylarchi usque in Babyloniam regionem dominarentur.* SVR.

EDISSA.] Ubi Scirtus, fluvius violentus, quippe XXV. rivis, ut in Chron. Edesseno legitur, auctus, illabitur: indigenis *Daisan*, quo pariter ac *Scirti* titulo *saltator* indicatur, dicitur. Syri & Arabes urbem hanc *Orrhoam* & *Rhoam* vocitant, nomine, ut Golio ad Alferg. p. 244. visum est, ex *Callirrhoe* decurtato, nisi si tamen verior est Dionysii Patriarchae sententia, a conditore *Orrhoë* ita dictam arbitrati: auctor enim est in Biblioth. Orient. Assemani tom. I. p. 388. Orrhoen Heviae filium anno Abrahami CIƆIƆCCCLXXX. Edessae regnasse, ac ejus de nomine urbem *Orrhoam* esse nuncupatam: unde consequitur, vetustius Edessae cognomentum esse, utpote a Macedonibus urbi inditum ante Orrhoam natum. Procopius L. I. B. Pers. C. 17. cum Dionysio pæne consentit; nam *Osroenem* à rege *Osroe* nomen traxisse adfirmat: prorsus autem credibile fit, ab urbe *Orrhoa* regionem illam id cognominis impetrasse. Ceterum floruit urbs virorum ingenio & doctrina excellentium copia, qui præter cetera id studebant, ut suo sermone quam purissimo uterentur, unde Abulpharaius Hist. Dynast. p. 16. inter dialectos Aramaeas principatum Edesseno & Carreno contribuit. Jam quo intervallo Carris afuerit, Gilo Parisiensis L. III. Exped. Hierosol. his numeris docebit:

Nomine corrupto quæ nunc Rhohasia dicta,
Temporis antiqui possedit nomen Edissa:
Hæc secus Assyrias jacet ad sex millia Carras.

Oportet tamen illa VI. M. P. productissima feceris, ut respondeant VI. parasangis, quas scriptor Arabs apud Cl. Schultens, & diei itineri, quod Abulpheda apud Assemanum tomi III. parte II. Bibl. Or. p. 755. inter eas esse asseverat. Vide quoque Theodoretum Hist. Rel. C. 8. WESS.

ITER A GERMANICIA PER SAMOSATA EDISSA. M. P. LXX. Sic.

IN CATABANA.	M. P. XV.
NISVS.	M. P. XVI.
THARSE.	M. P. XIIII.
SAMOSATA LEG. VII.	M. P. XIII.
	EDIS.

IN CATABANA M. P. XV.] *Regium* Incatabana M. P. XIII. & *reliqua* In Catava M. P. XV. *quo manſionis hujus numero ſummæ ratio conſtat* M. P. LXX. *cum in Regio perperam* XC. *legatur. Ptolemaeo in Syria juxta* Germaniciam Καπέμαινα: *ut forte* Καπέβαινα *ſit legendum.* SVR.

IN CATABANA.] Ego Ptolemaei Καπέμαινα cum Surita mutavero: neque enim inſolens eſt, ut M & Balibrariis permiſceantur. WESS.

ISSVM M. P. XVI.] *Regium exemplar & Neapolitanum* Niſus M. P. XVI. *Blandinianum, & Longolianum* Niſus M. P. XIII.: *ſed in Longoliano* XVI. *corrigitur: quo numero ſummæ* LXX. M. P. *ratio conſtat. Ego* Iſſum *legendum contenderim, ut oppidum nobile ſit* Piſidiae Ciliciae, *quod apud Alexander Darium devicerit.* Πόλις, *inquit Stephanus,* μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν· ἡ ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ Νικοπόλις ἀπ' αὐτοῦ, *& ab ea ſinus* Iſſicus. *Strabo libro xiiii. p.* 673. *nullam* Iſſum *usque & ejus mare breviorem viam eſſe ex* Amiſo, *quam per ipſam Tarſum, quæ Antonini Itinerario ſtatim ſubditur: neque ex Tarſo Iſſum uſque propiorem, quam in* Cydnum: *qui fluvius* Tarſum *mediam abluit. Strabo præterea oram Iſſici ſinus à* Solis, *& Tarſo proſequitur: cum* Tarſos *in mediterraneis regionis, quæ propria* Cilicia *dicitur, à Ptolemaeo conſtituatur: quæ pluribus egimus, ut oſtenderemus* Iſſum, *pro* Niſu *legi oportere.* SVR.

NISVS.] Hoc ob librorum veterum concordiam ſpernere non ſuſtinui: nam Iſſi, de qua urbe Surita cogitabat, nulla hic haberi ratio poteſt: iter eſt per Syriam Commagenem in Meſopotamiam: longiſſime vero hinc abſunt Iſſus & Tarſus. Sola diſtantia, quæ Iſſum inter & Zeugma eſt, rem dubio eximit: vide de ea diſputantem Caſaubonum ad Strabon. L. XVI. p. 749. WESS.

THARSE.] Et hoc revocandum cenſuimus. Fuit quidem Tarſus loco opportuniſſimo poſita, ut pæne Iſauros, Cilices, Cappadocos & Syros conjungere videretur, Baſilio M. Epiſt. 34. docente, nec tamen adeo Euphrati vicina, ut foret, ſi hic locum tueretur. Quæ vero *Niſus & Tharſe*, quave fuerint dignitate, perpenſum neque exploratum habeo. WESS.

SAMOSATA LEG. VII. M. P. XIII.] *Habet exemplar Regium: Blandinianum* Samoſata LEG. IIII. M. P. XII. *Neapolitanum* Samoſata legiu mpm. *Longolianum* Samoſata Leg. VI. P. M. XII. & XIII. *corrigitur. Plinius L.* 5. *C.* 24. Inde Comagenes caput Samoſata: & *Strabo regni caput fuiſſe:* Samoſatis *ad Euphratem* legionem *impoſitam*, ex Ptolemaeo *apparet.* Comagena, *inquit Ammianus lib. xiiii. C.* 8., nunc Euphratenſis, clementer adſurgit Hieropoli, vetere Nino, & Samoſata civitatibus. *A* Samoſatis, *latere Syriæ* Marſyam *amnem influere, Plinius auctor eſt.* SVR.

SAMOSATA.] Merito Lucianus in ſcito elegantique libro, quo hiſtoriæ recte ſcribendæ præcepta dictavit, ab inſulſo quodam ſcriptore patriam ſuam Samoſata cum ipſa arce & mœnibus ex Commagene in Meſopotamiam fuiſſe transportatam ſtomachatur: quid enim magis inepte magiſque ſtolide fieri potuit? Μεγάλην τε καὶ πολυάνθρωπον πόλιν, Σαμόσατα καλλιμβώνην habes in Orat. Parent. in Julian. Libanii C. 108. *Samoſatum, oppidum forte* Fulcherio Carnotenſi Hiſt. Franc. Hieroſ. petentium C. 6. Quid Arabes de ea memorent, principes in eorum literatura viri Golius ad Alferg. p. 263. & Alb. Schultens in Indice, Hiſtoriæ Saladini adjuncto, commonefecerunt. Jam quæ Legio hic in ſtatione fuerit, MSS. ambiguum faciunt. Leg. IV., quam Blandin. & Neapol. porrigunt, ſatis convenire videtur: Fuit enim, ut Dio teſtis eſt L. LV. p. 645, in Syria *Legio IV. Scythica*, inibique eandem Notitia Imp. Or. oſtendit. Fortaſſe tamen *Leg. XVI.* primitus huic urbi adſcripta fuit: nam & apud Gruterum p. CCCCVII. 2. eſt LEG. LEG. XVI. FL. F. SAMOSATE, & apud Roder. Carum L. III. Ant. Hiſpal. C. 40. in veteri monumento TRIB. LATICLA. SYRIAE. LEG. XVI. FLAV., & Notitia his in locis *præfecturam Legionis XVI. Flaviae Firmae* agnoſcit. WESS.

EDISSA M. P. XII.] Videtur in his numeris quid eſſe commiſſum. Strabonis IV. ſchoeni,

EDISSA. M. P. XII.
ITER AB ANTIOCHIA EMESA. M. P. CXXXIII. Sic.
NIACCABA. M. P. XXV.
CAPERTVRI. M. P. XXIIII.
APAMIA. M. P. XX.
LARISSA. M. P. XVI.
EPI-

ni, quibus urbem a fluvio disjungit, extensius spatium desiderant: ad hoc Fulcherius Carnotensis Exped. Hieros. C. 6. Edessam XX. circiter milliaribus ab eodem Euphrate separat: denique Syrus auctor libri *Caussae Caussarum* in Bibl. Orient. Assemani tom. I. p. 462. urbem positam esse ait בריש מצעת *in principio medii intervalli*, quod maximos fluvios Euphratem & Tigrin inter est: hoc enim vero perridiculum foret, si XII. tantum M. P. urbs ab Euphrate distaret. Partem horum H. Norisius quoque animadvertit Diss. II. de Epoch. p. 108. Wess.

EMESAM M. P. CXXXIII.] Emesa M. P. CXXXIII. *habet Reg. exemplar: & reliqua* Hemesa M. P. CXXXIIII. *sed unicuique sua numerorum ratio in summa constat. Regii exemplaris semper lectionem praferendam duximus.* Svr.

NIACCABA M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar: sed in reliquis* Niaccuba P. M. XXVI. *legitur.* Svr.

NIACCABA.] Mansionem hanc cum nusquam legerim & nescio quid Orientis præ se ferat, visum est Virum Cl. Alb. Schultens adire & ex Arabum copiis auxilium arcessere: is, quæ ejus erga me humanitas est, rescripsit, inveniisse se simili nomine mansionem sed situ diversissimam, quippe Meccam inter & Medinam: præterea ניאק עקאב sive *Niaccaba verticem jugorum* adsignificare: quod sane quam accommodatum huic loco videri poterit: nam & sequens mansio a *montibus* nuncupationem traxit. Wess.

CAPERTVRI M. P. XXIIII.] *Habent manuscripta, & Longolianum.* Svr.

CAPERTVRI.] Prorsus hoc Syriacum est כפר טורי, *pagum montanum* indicans: solet כפר in compositione nominum, oppida vicosque significantium, frequens esse apud Hebraeos, Syros atque Arabes. Vide H. Relandi Palaestin. p. 682. Wess.

APAMIAM M. P. XX.] *Eadem auferendi casu. Plinius, cum Zeugma prodidisset* LXXII. M. P. *a* Samosatis *transitu Euphratis nobile, subdit L. 5. C. 24.*, Ex adverso Apamiam Seleucus, idem utriusque Conditor, ponte junxerat. *Straboni item ad* Orontem *locatur, qui quatuor celeberrimas urbes earum regionum commemorat,* Antiochiam *apud Daphnem*, Seleuciam *in Pieria, &* Apamiam *ac* Laodiceam, *quas Seleucus Nicanor condidit:* Antiochiam *ab ejus patre dictam, &* Apamiam *ab ejus uxore, &* Laodiceam *à matre cognominatam.* Svr.

APAMIA.] Quam Plinius Apamiam L. V. C. 24. habet, ea in Mesopotamia fuit; nostræ capite priore meminerat. Posita ad Orontem fuit, quem & *Axium* vocitarunt, unde Sozomenus L. VI. H. E. C. 15., pariter ac numi, *Axio* urbem adponit. Arabes fluvium consimili nomine nuncupant, quod sua sibi insita vi *rebellem* & *refractarium* notat. Hoc vero in Orontem qua ratione conveniat, scire si discupias, recte feceris ubi Golium ad Alferg. p. 127. & Alb. Schultens in Indice, ubi de *Oronte*, adieris. Pristina urbis cognomina dabit Joan. Mulala, quamquam ab errore non immunis, part. I. p. 259. Quod vero prætereundum non est, intervallum, quo ab Antiochena civitate separatur, confirmat Theodoretus Epist. 119.: memorat suum monasterium LXXV. M. P. ab Antiochia positum fuisse, III. vero ab Apamia: id autem sive ultra Apamiam sive ejus dextra sinistrave parte situm habuerit, non magna in intercapedine erit differentia. Wess.

LARISSAM M. P. XVI.] *Habent eadem auferendi casu. Strabo itidem* Larissam Apamiae *vicinam statuit, & Plinius* Arethusae. *Ptolemaeus in* Cassiotide *ad Orontem* Λαρίσσα. Svr.

LARISSA.] In passuum multitudine cum Tabula nullum est dissidium. Larissam, Apamiam & Arethusam tanquam vicina oppida conjunxit & Zosimus L. I. C. 52. Apud Suidam in Δομνῖν@-, fuisse ἀπὸ Λαοδικείας καὶ Λαρίσσης πόλεως Συρίας Domninus fertur, quod non injuria aliter Suidae interpres accepit: neque enim eadem oppida sunt. Wess.

EPIPHANIA.	M. P. XVI.
ARETHVSA.	M. P. XVI.
EMESA.	M. P. XVI.
ITER AB ARABISSO MVZANA.	M. P. XLVIII. Sic.
IN MEDIO.	M. P. XXII.
MVZANA.	M. P XXVI.
ITER A GERMANICIA EDISSA.	M. P. LXXXIIII. Sic
SICOBASILISSES.	M. P. XV.

DO-

EPIPHANIAM M. P. XVI.] *Plinius L.* 5. *C.* 24, Epiphania, & Antiochia, quæ ad Euphratem vocantur. SVR.

EPIPHANIA.] Plinii *Epiphania* hinc abeſſe debet, quippe ad Euphratem poſita: hanc alluebat Orontes teſte Evagrio L. III. H. E. C. 34. Rectius huc referuntur *Epiphaneenſes* ex Plinii L. V. C. 23. Ἐπιφάνειαν τὴν κατ' Ἀπάμειαν τῆς Συρίας, quod urbes non multum inter ſe diſtarent, Theophanes Chron. p. 364. vocitat. Arabes Lariſſa dimidio diei & Emeſa totius intervallo disjungunt. Vide Alb. Schultens in *Hamata* & *Sjaizaro*, quarum hæc Lariſſa, illa Epiphania gentis ejus ſcriptoribus eſt. WESS.

ARETHVSAM M. P. XVI.] *Regium* Aretuſam XVI. *Reliqua* Arethuſa M. P. VI. *Plinius L.* 6. *C.* 28., juxta flumen, per quod Euphratem emergere putant, fuerunt, *inquit*, & Graeca oppida Arethuſa, Lariſſa, Chalcis, deleta variis bellis. Arethuſios *populos Syriae recenſet L.* 5. *C.* 23., *cum* Beroeenſibus, *&* Epiphanenſibus. *Strabo lacus mentionem facit, qui juxta* Apamiam, *&* Arethuſam *effunditur. Et* Arethuſam, Sampſicerami *cognominat. Stephanus item* Arethuſae Syriae *vrbis meminit. In Concilio Niceno Euſtathius Epiſcopus* Arethuſius *ſubſcribit.* SVR.

ARETHVSA.] Denuo cum Surita diſſentire cogor: nam Arethuſa, qua de Plinius L. VI. C. 28. in Arabia fuit, & ipſius temporibus jam deſolata atque everſa. Hujus fata deſcripſit H. Noriſius Diſſert. III. de Epochis C. 7. Tabula Peutingerana XX. M. P. ab Epiphania removet. WESS.

EMESAM M. P. XVI.] *Regium* Emeſa M. P. XVI. *In reliquis* Hemeſa M. P. XVI. *Ptolemaeo juxta* Apamiam Ἐμίσσα *in Syria, ab exortiva parte* Orontis: *&* *Stephano in Phoenice* Ἔμισα. *Ammianus* L. XIV. C. 8. Emiſſam, *&* Damascum *priſcis ſeculis conditas memorat.* SVR.

EMESA.] Urbem hanc extra Syriae fines collocare videtur Libanius, ἐν τοῖς ὁμόροις τῇ Συρίᾳ tom. II. p. 413. verum parum ſanus iſte locus eſt; nam quæ de Imp. imagine disjecta inibi memorat, in Edeſſam conveniunt, non Emeſam, uti ex Orat. XII. p. 400. apertiſſimum eſt. Aberat Emeſa ab urbe Palmyrenorum LXXX. M. P., modo verum docuerit Palladius in Chryſoſtomi Vita p. 194. Incolae EMICHNOI ſunt in raro Gazae Wildianae numo, qui prima fronte AYT. TI. AIA. AAPIANOC cum laureato capite, altera parte EMICHNΩN & aquilam roſtro ſertum tenentem globoque innixam, addita litera E., quinti anni indice, præfert. *Emeſam, Emeſſam* & *Emiſſam* urbem multis appellari oſtendit Salmaſius ad Aurelianum Vopiſci C. 25. WESS.

ITER AB ARABISSO.] Vereor vehementer, modo tamen ſanum ſit itineris caput, ut hæc ſuo loco ſint poſita: fieret vaſtus ex Syria in Armeniam ſaltus. Equidem, ſi de *Muzana* certi quid conſtaret, *Barbaliſſum* mallem, præſertim cum Surita in libris MSS. invenerit hoc nomen. Solent præterea non librarii tantum ſed & viri docti has confundere manſiones; nam cum Antonino Placentino Itiner. ſui C. 47. viſum eſſet ſcribere: *Inde venimus Carram, ubi natus fuit Abraham: & inde venimus in civitatem Barbariſſum, ubi requieſcit S. Bacchus: inde venimus in civitatem Suram, per quam mediam deſcendit Euphrates:* D. Papebrochius tom. II. Maji p. XVII. ea ſine animadverſione tramittenda non arbitratus, *ex his*, inquit, *Bacchus ſecundum Latina Acta apud Mombritium, Barbaryſi capite plexus dicitur: haec autem videtur eſſe Arabiſſus ſub Metropoli Melitena.* & mox deinde: *indicant autem magnam ignorantiam auctoris, qui ex Carra Meſopotamiae in Arabiſſum*

DOLICHE.	M. P. XV.
ZEVGMA.	M. P. XIIII.
CANNABA.	M. P. XIII.
IN MEDIO.	M. P. XII.
EDISSA.	M. P. XV.
ITER A CYRRO EDISSA.	M. P. XCII.
CILIZA SIVE VRMAGIGANTI.	M. P. XII.

ABA-

ſum Armeniae deſcendens, ſpatio Leucarum circiter C., rurſus ab Arabiſſo revolat Suram, pari omnino intervallo. Tu vide quæ alio loco diximus. WESS.

MVZANA M. P. XXVI.] *Cum manſioni in medio* XXII. M. P. *conſtituit, totidem* Muzanae *tribui debere videntur.* SVR.

SYCO BASILISSES M. P. XV.] *Habet Regium exemplar, cum ſupra à* Germanicia *ad hanc manſionem* M. P. XX. *numerentur. Blandinianum* mp. XII. *cum ſupra item* XX. *adnotaſſet. Reliqua* M. P. XV. SVR.

CANNABA.] Alias *Canna.* SIML.

CANNABA M. P. XIII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Cannaba mpm XIIII. SVR.

CANNABA.] Et hic obhaereo. Βανάβη locatur a Ptolemaeo in Meſopotamia ad Euphratem, & ſitu diſcrepat: nec ſani hic numeri ſunt, magno diſcrimine a ceteris itineribus diſſidentes. WESS.

ITER A CYRRO.] Poſt hoc iter *a Germanicia Ediſſam* aliud ponitur abſque titulo & numeris, ideo illud omiſi; nomina tamen manſionum eodem ordine, quo ponuntur, hic adſcripſi: *Cilizaſi, Veurnia, Gigando, Abarraza, Zymna, Bemmari, Canna, Bathenas, Meri, Ediſſa.* Arbitror autem hic deſcribi iter à Cyrro Ediſſam. SIML.

ITEM A CYRRHO EDISSAM M. P. XCII.] *Regium* Item à Cirro Ediſſam M. P. XCII. *Blandinianum & Longolianum* Iter à Cirzo Ediſſa: *& deſunt numeri ſummæ, & omnium hujus itineris manſionum. Neapol. hic etiam defecit titulo, & numeri omnium manſionum, quæ in omnibus deſunt excuſis exemplaribus: qui nobis beneficio Regii exemplaris nunc primum reſtituentur: atque ideo omnes numeri manſionum milto deſcribentur: ſummæ aſteriſco addito: quod numeri ab eo adpoſiti ſummam* CII. M. P. *conficiant, non* XCII., *ut in eo legitur.* SVR.

A CYRRO.] Aberat hæc urbs *duabus Manſionibus* δυσὶ σταθμοῖς Antiochia, XXXV. vero Epheſo, Theodoreto Hiſt. Religioſae C. 2. & Epiſt. 145. teſte, cui Κύρρος & Κυρρέσται geminata canina Epiſt. 115. & 119., quamquam in ejus libris perpetuum non eſt, uti nec in Strabone. Urbs fere deſerta & paucis incolis erat frequentata, ἔρημος ἔστι καὶ ὀλίγους οἰκήτορας ἔχουσα, ut eſt in Epiſt. Theodoreti 32. ſita erat in regione montibus obſita, quorum alii nudi, alii arboribus frugiferis veſtiti, & quaquaverſum M. P. XL. patente, Epiſt. 42. ſuberant urbi ejusque Epiſcopo IↃCCC. Eccleſiæ ſive paroeciae, Epiſt. 113. MSS. *Cirro* & *Cyrro*, quomodo *Theodoretus Cyrri Epiſcopus* apud Facundum Hermianenſem L. V. p. 397., ubi J. Sirmondus videndus eſt. WESS.

CILIZA SIVE ARMA GIGANTON M. P. XXII.] *Regium* Ciliza ſive Vrma giganti M. P. XII. *Reliqua exemplaria ex una manſione tres conflaverunt: in quo errato mirum in modum ope Regii exemplaris eruimur. Blandinianum hoc modo* Zilizaſi M. P. Vturnia M. P. Gugando M. P. *Neapolitanum* Celizaſi, Veturnia, Giganto: *Longolianum* Vturnia al. Veturnia, Gigando. *Nihil tamen amplius conſtituere poſſumus, quam ex una manſione tres fuiſſe à librariis adornatas, neque affirmare quippiam auſim, tametſi videatur Græca compoſitione* Arma Giganton, *pro curru Gigantum accipi poſſe, ut* Celiza *manſio eo etiam cognomine inſigniretur. Strabo ad hæc* Gindaron *urbem in Cyrrheſtica regione collocat. Plinius L. 5. C. 23. in Coele Syriae,* Cyrrhum *recenſet, unde* Cyrrheſtica *regio. Stephano* Κύρρος, πόλις Συρίας, *unde civis* Κυρρέστης, *& regio* Κυρρεστική· *inde Andronicus* Cyrrheſtes, *qui, ut auctor eſt Vitruvius, exemplum conlocavit Athenis turrem marmoream octagonon, & in ſingulis lateribus octagoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cujuſque flatus deſignavit.* SVR.

CILISSA.] Laudem Regius Suritae liber me-

ABARARA.	M. P. X.
ZEVGMA.	M. P. XXII.
BEMMARI CANNA.	M. P. XL.
BATHNAS MARI.	M. P. VIII.
EDISSA.	M. P. X.
ITER A NICOPOLI EDISSA.	M. P. CXXXVII. Sic.
ALIARIA.	M. P. XIII.
GERBEDISSO.	M. P. XV.

DO-

retur ob castius servatas mansiones: putaveram Κύλισσας μέλιττας hinc appellari in Epist. 13. Theodoreti: sed illæ Κίλισσαι sunt, paullo vitiosius scriptæ. Quæ vero Surita περὶ τοῦ ἅρματος τῶν Γιγάντων suspicatur, ea incertissima sunt. potius ex variata librorum scriptura *turmam* aut *urnam* extunderes: nec hæc tamen constituere ausim. Id mihi satis liquet *Gigantum* hic aliquam fuisse memoriam. Syri de illis ad Antiochiam oppressis multa nugantur, uti Joan. Malala tom. I. p. 257. Libanius in historia vitæ suæ p. 33. locum prælii, quo Gigantes fuerant exusti, μετὰ τὴν πρῶτον τῶν σταθμῶν *post primam ab urbe Antiochena mansionem* signavit, pæneque Cyrrhum nos duxit: ut ut est, haud parum hinc adjuvari Cl. P. Burmanni suspicio potest, qua Jovis ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ in Cyrrhestarum numis titulum a Gigantum, fulmine exustorum, occidione repetebat in Jove Fulgur. C. XI. WESS.

ABARARA M. P. X.] *Regium habet. Blandinianum* Abartarae M. P. *Neapolitanum* Aberara: *& Longolianum* Abar aza mpm. SVR.

BEMMARI CANNA M. P. XL.] *Habet Regium exemplar. Supra* Bemmaris *mentio facta est: in reliquis duæ mansiones sunt*, Bemmari mpm. Canna M. P. M. *sine miliarium numero. Videtur iter ita designari, ut* Bemmarim Canaba, *iter ducatur, ut statim* Bathnas Mari. *supra*, Zeugma Cannaba, *& infra*, Zeugma, Canaba, In medio Edissa. SVR.

BEMMARI CANNA.] In Parisiensi libro erat *Canna Bemmari:* puto indicari iter per *Canabam* esse *Bemmarim*, si tamen *Canaba* eadem quæ *Canna* sit. WESS.

BATHNAS MARI M. P. VIII.] *Regium* Athenas Mari M. P. VIII. *& in reliquis duæ item mansiones factæ* Bathenas mpm. Meri mpm.. *Ammianus harum videtur* Bathnarum *mentionem fecisse libro xxiii. C.* 2. Denique cum exercitu, & Scytharum auxiliis, Euphrate navali ponte transmisso, venit ad Batnas municipium Osdroenae. *Nam postea* Carras *eundem Julianum properasse tradit. Xiphilinus ex Dione Trajanum* Nisibi Batnisque *captis*, Parthicum *cognominatum memorat. Stephanus item* Βάτναι, πόλις τῆς Ὀῤῥοήνης *pro* Ὀσδροήνης. *In Concilio Chalcedonensi Abramus* Bathnensis *Episcopus subscribit. Procopius* περὶ τῶν Κτισμάτων *L.* 2. *C.* 8. *præsidium quod in* Bathnis *erat, muro carens ac desertum, firmissimis mœnibus à Justiniano circundatum tradit: tametsi*, Batuis *pro* Bathnis *vertit interpres.* SVR.

BATHNAS MARI.] Fortasse illud *Mari* ex *Muni* i. e. *municipio*, quo titulo urbem Ammianus L. XIV. C. 3., eoque loco, quem Surita produxit, cohonestare solet, creatum est. Procopius *Batnem*, parvam urbem, unius diei itinere Edessa removet, Βάτνην, πόλισμα βραχὺ καὶ λόγου οὐδενὸς ἄξιον, ἡμέρας δὲ ὁδῷ Ἐδέσσης διέχον L. II. B. Pers. C. 12., unde exploratum & pæne ante oculos expositum est, in M. P. insequentis urbis mendam inolevisse: infra quidem paullo amplius est spatium, nec diei tamen intervallum peræquans. Syri בטנן דסרוג sive a conditore seu etiam a regione, appellitant, Arabes vero simpliciter *Sarug:* nec prorsus tamen apud hos prius nomen exolevit; Muhamedem enim, quem Albategnium vulgus vocat, modo *Alcharani*, a Carris, ut Abulpharaius Hist. Dynast. p. 191., modo *Albatani*, a *Batna* nuncupant. Josua Stylites in Chronico castelli civitatisque nomine eam dignatur. Vide omnino Assemanum Bibl. Orient. tom. I. p. 285. WESS.

ITEM A NICOPOLI] *Eadem* Nicopolis *videtur Armeniae minoris, cujus supra mentionem facit itinere ab* Arabisso Satalam per compendium. SVR.

ITER A NICOPOLI.] Ex Vaticano codice Em. Schelstrate M. P CLXVIII. apposuit. Haud vero bene itineris hujus caput in Armenia

DOLICHE.	M. P. XX.
ZEVGMA.	M. P. XXIIII.
CANNABA.	M. P. XXV.
IN MEDIO.	M. P. XXII.
EDISSA.	M. P. XVIII.
ITER A CALECOME EDISSA.	M. P. LXXXV. Sic.
BATHNAS.	M. P. XXIIII.
HIERAPOLI.	M. P. XXI.

THI-

nia quæritur: longius illa Nicopolis hinc disſidet, quam ut ejus hic ratio eſſe poſſit. Putavero eam eſſe, quam Strabo L. XIV. p. 676. ad ſinum Iſſicum collocat: hinc enim brevis in Commagenem eſt tranſitus. Vide & Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 6. p. 260. WESS.

ALIARIA.] Vicus videtur fuiſſe Commagenes, quem uti & inſequentem legere alibi non memini. WESS.

CANNABA M. P. XXV.] *Manuſcripta, & Longolianum* Canaba, *cum ſupra* Cannaba *præferint.* SVR.

IN MEDIO M. P. XXII.] *Reg.* XXV. *cum ſupra* XII. *præferat* à Cannaba *reliqua habent* M. P. XXII. SVR.

ITEM A CALLECOME] *Regium* à Callecoae, *& infra* Callicome Lariſſam. *Reliqua* à Callecomo, *& infra* à Callicome. *Apud Eutropium L. 9. C. 24., ubi legitur in Diocletiano,* inter Callicinum, Carraſque congreſſus, *forte legendum,* inter Callecomem Carraſque congreſſus. *Præterea videtur hujus manſionis mentionem Ammianus feciſſe libro xxiii. C. 3.* Mandabatur eis, ut ſi fieri potius poſſet, Regi ſociarentur Arſaci: cumque eo per Corduenam, & Moxoenam Chiliocomo vberi Mediae tractu, partibuſque aliis præſtricto curſu vaſtatis, apud Aſſyrios adhuc agenti ſibi occurrerent: *& libro xxiiii. C. ultimo.* Vtrum nos per Aſſyriam reverti cenſerent, an per radices montium lenius gradientes Chiliocomum prope Corduenam ſitam ex improviſo vaſtare. SVR.

ITER A CALLE COMA.] Sic noſtri libri præter Cuſani exemplar, quod *Cale conia:* verum puto fuit Καλὴ κώμη. Doctiſſimus Surita hic multa temere atque injuria mutat. *Callinicum,* ſic enim ſcripſit Eutropius, veriſſimum eſt, nec cum hac manſione comparandum: Erat juxta Euphratem in Meſopotamia: Libanius apud Magiſtrum Thomam in ταθμὸς.. ταθμός ἐστι πρὸς Εὐφράτην, Καλλίνικος ὄνομα. Theodoretus Hiſt. Relig. C. 26. τῷ Καλλίνικον, φρούριον ὂν αὐτὴ μέγιστον. Habet ibidem Procopius L. II. Aedif. C. 7. & Ammian. L. XXIII. C. 3., ubi negligenda non ſunt, quæ Valeſius adſcripſit. Jam de *Chiliocomo* Ammiani magis Suritae opinionem demiror: itane vero *uber Mediae tractus,* Marcellini verba agnoſcis, levi opera in Syriam transferetur? Videtur hæc *Cale Come* inter Chalcidem & Hierapolin fuiſſe. WESS.

BATHNAS.] Hæc quibuſdam videtur *Ballata* Ptolemaei eſſe. SIML.

BATHNAS.] Βάτναι Juliano Epiſt. 27., ex qua etiam illud perſpicimus inter Beroeam & Hierapolin ſitam fuiſſe: atque inibi Tabula habet, XVIII. M. ab Hierapoli. Vicus erat amœnus, cypariſſorum veſtitu ſpectatores proritans. Nomen Imperator barbarum eſſe ait, quod verum ego arbitrer. בתנה *Batana* ſive *Bathna* Arabum ſermone terrenum molle atque uber adſignificat atque ex commodo huc refertur: præſtabit tamen ex בטן, quod alteram *Batnen* ea litera Syri ſcriptitent, repetere. Eſt ergo gemina hoc cognomine in itinere eodem manſio, in Syria altera, altera in Meſopotamia: Lindenbrogium, qui utramque confuderat, Valeſius ad Ammian. L. XXIII. C. 2. erroris convicit. WESS.

HIERAPOLIM M. P. XXI.] *Hæc manſio, & duæ proxime ſequentes, in exemplari deſunt Regio, quas aſteriſcis incluſimus: & in reliquis cum eiſdem numeris habentur. Plinius L. 5. C. 23. in Coele Syriae* Bambycem *ſtatuit, quæ* Hierapolis *ſit vocata. Ammianus libro xiiii. C. 8.* Hierapolim, *cum vetere Nino & Samoſatis,* Comagenae Euphratenſi *attribuit. Et libro xxiii. C. 2. de Juliano* Hierapolin *ſolitis itineribus veniſſe, capaciſſimam urbem. Ptolemaeo in* Cyrrheſtica Ἱεράπολις. SVR.

HIERAPOLI.] Non longe ab Euphrate aberat; ὁ πολὺν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ Lucianus de

THILATICOMVM.	M. P. X.
BATHNAS.	M. P. XV.
EDISSA.	M. P. XV.
ITER A CARRIS HIERAPOLI.	M. P. LXXXIII. Sic.
BATHNAS.	M. P. XXX.
THILATICOMVM.	M. P. XXII.

HIE-

de Dea Syria dicit. Tabula a Zeugmate M. P. XXIV. disjungit. Plinius *Syris Magog* vocari prodit, quod in *Mabog*, quo nomine Syri appellant, commutandum esse, haud dubia est Thom. Hyde ad Itin. Peritsol p. 42. conjectura. Strabo Edessae illi titulum haud ex vero imposuit, ut idem vir doctus animadvertit. Arabes *Manbesjum* nuncupant, quo de non protrita docentem Alb. Schultens in Indice adi. WESS.

THILATICOMVM M. P. X.] *Infra in Regio* Tillati comum. *Reliqua* Thillati comum M. P. X. *In Notitia Provinciarum sub dispositione v. s. Ducis Osrhoênae de minore Laterculo Ala vii. Valeria prælectorum* Thillacamae: *& in vetusto* Thillacama. SVR.

THILATICOMVM.] Cusani liber *Tila comum M. P. XXIV.*, qui si veri sint numeri circa Zeugma fuerit, necesse est: nam Tabula Hierapolin inter & Zeugma XXIV. M. P. interponit. Habet in Cyrrhestica Theodoretus Hist. Rel. C. 22. Τίλλιμα κώμην, quam cum hac componere non ausim: puto in Mesopotamia fuisse trans flumen, & a *Thillacama* Notitiæ nihil differre: agnoscit quoque patriarcha Jacobitarum Dionysius in Chronico suo hic loci pagum תלא דכום *Tela de cum* sive *Telacum*, quem merito Assemanus Bibl. Orient. tom. II. p. 106, eundem atque hunc arbitratus est. Videtur monti fuisse appositus ob primam vocabuli partem, montem significantem, & ejuscemodi situs urbibus præponi solitam: exempla coacervavit idem Assemanus Bib. O. Tom. III. part. II. p. 785. WESS.

BATHNAS.] Hæc videtur esse *Bithias* Ptolemaei. Est autem hoc loco mendum in nostris exemplaribus; ejusdem enim urbis distantia a Thilaticomo uno loco XV. M. P., in altero XXII. M. P. ponitur. Major numerus magis probatur Schudio: eodem modo est in distantia Thilaticomi & Hierapolis, quæ uno loco XXXI. M. P., altero XXI. ponitur. Item a Dolicha Zeugma uno loco XII. M. P., altero XXIV. ponuntur. At si Ptolemaei numeros sequamur, major etiam erit distantia, quam XXIV. M. P. SIML.

BATHAS M. P. XV.] *Habet Blandinianum, ut à* Bathnis *distinguere videatur: & in sequenti à Carris Hierapolim itinere item* Pathas. *Neap. utraque mansione* Bathnas. *Longolianum utroque itinere Blandiniani lectionem præfert: quam nos amplectimur: tametsi* à Carris, *quod statim sequitur iter, in Reg.* Bthnas *legitur.* SVR.

BATHNAS.] Sic Cusani MSS. Vidit Ch. Cellarius eo modo esse scribendum, & erat prona ad hanc opinionem & in aperto ex superioribus itineribus via, L. III. G. A. C. 15. p. 725. WESS.

ITEM A CARRIS] Carrae *M. Crassi & P. filii clade nobilis. Ammianus libro xxiii. C. 3.* Moestus exinde digressus, venit cursu propero Carras, antiquum oppidum, Crassorum & Romani exercitus ærumnis insigne: unde duæ ducentes Persidem viæ regiæ distinguuntur: Laeva per Adiabenam & Tigridem; dextera per Assyrios & Euphratem. SVR.

ITER A CARRIS.] Celeberrima urbs & Abrahami mora & Crassi internecione in Graecorum libris Κάραι, Κάῤῥαι & Κάῤῥα, ut conductis exemplis Cotelerius ad Homil. Clementinam V. C. 23. ostendit, dici assolet. Incolae in numo Wildiano ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΙ vocantur: præfert autem is prima fronte caput Antonini & ..... ΟΝΙΝΟϹ, altera ΚΑΡΡΗΝΩΝ ΦΙΛΟΡΩΜΑ... cum crescente luna, cujus studiosissimos fuisse ex Caracalla Spartiani C. 7. novimus: est & ejus mentio in Homilia Jacobi Episc. Sarugensis, quam excerptam Bibl. Orient. tom. I. p. 327. Assemanus inseruit: *Decepit* Diabolus, inquit, *Haran per Besin & Beelscemin & Bar Nemre, & Marin canum, perque Taratam & Gadlat Deas:* sic Syriaca Assemanus vertit, arbitratus Jacobum *bebesin* בבסין scripsisse, *besin* autem Syris *vilem & contem-*

HIERAPOLI. M. P. XXXI.
ITER A CYRRHO EMESA. M. P CLI. Sic.
MINNIZA. M. P. XX.
BEROA. M. P. XXII.
CHAL-

temptum innuere: ego vero Lunam indicari opinor; nam nisi mihi fraudem fecit Castellus, שמין etiam Lunam adsignificat. Lunam ergo Jacobus principe loco ponit, quippe Carrenorum sospitam ac tutelarem Deam: qui sequitur *Bielscemin* Jupiter est: nam Βεελσαμὴν παρὰ Φοίνιξι κύριος ἑρμηνεύεται, Ζεὺς ὁ παρ' Ἕλλησι, ut Philo Byblius apud Eusebium L. I. Præp. Evan. p. 34. ait. *Bar nemre*, quasi *tigridum* filium dicas, potest esse Bacchus: *Mari*, sive *dominus*, *canum* Anubis, *Tarata*, quæ Latinis est *janitrix*, Jana, nisi si tamen תרעתא *Targata* sit Atergatis, Syrorum cultu nobilis Dea, & *Gadlat textrix* Minerva, lanificii præses: nec certo tamen hæc finiverim, cum vetus superstitio varios sibi multifariam Deos imposuerit. Ceterum cur *Philoromaei* Carreni dici voluerint, ex illis, quæ copiose congessit Ezech. Spanhemius Diss. VIII. de V. & P. numis. p. 469. & Vaillantius tom. I. Colon. p. 179., facile est ad cognoscendum. XXX. M P. Batnas & Carras inter Tabula quoque ponit, tamen *Batnas*, sed vitiose, scribens. WESS.

THILATICOMVM.] Schedæ Cusani *Tilacomum M. P XXXII.* Totidem Tabula *Batnas* inter & *Thiar* hoc ipso itinere interponit. Vide quæ paullo ante disputavimus. WESS.

MINNIZA.] Alias *Minica* & *Minniniza* in itinere a Dolicha Serianem. SIML.

MINNIZAM M. P. XX.] *Regium* Minnigram M. P. XX. *& sequenti itinere* Nunnisa, *Blandinianum cum reliquis* Miniccam M. P. XX. *& paulo post* Minniza, *quam veram lectionem arbitramur.* SVR.

MINNIZA.] Nostris in libris similis est discordia: *Minnacum*, *Miniacum*, *Minicam* edunt. Habet in hoc tractu Theodoretus Hist. Relig. C. 25. κώμην Νιμεζᾶν καλουμένην, quæ forte nostra est. Nam *Mnizus*, cujus Episc. Leucadius Concilio Chalcedonensi adfuit, quamque huc L. Holsteinius referre sustinuit in Not. ad Georg S., longe hinc diversa est. Vide a nobis p. 142. animadversa. WESS.

BEROAM M. P. XXII.] *Regium* Beroa M. P. XXII. *& item Blandinianum. Neapolitanum vero* Beroa mpm. XXV. *Plinius L. 5. C. 23. in Coele Syria* Beroenses, *cum Arethusiis, & Epiphanensibus recenset. Ptolemaeo juxta* Cyrrhum Βέρροια. *Melius apud Stephanum in voce* Βέροια, *qui urbem esse Syriae*, & Beroam *etiam dici asserit.* Λέγεται, *inquit*, καὶ Βεροῆ. *Apud auctores rerum in Ecclesia gestarum* Beroea *Syriae cognominatur: Celebris est enim altera* Thraciae *juxta Thessalonicam: de qua supra, & postea si mentio: quare manuscriptorum Itinerarii exemplarium rationem habendam duximus.* SVR.

BEROA.] Media Antiochiam inter & Hierapolin erat bidui ab utraque itinere, teste Procopio L. II. B. Pers. C. 7., ubi & recte Βέροιαν vocat; est enim ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ in Wildianis aliorumque numis. Probe ergo Suidas in Μάρης, ἀπὸ Βεροίας τῆς ἐν Συρίᾳ πόλεως: probe quoque Athanasius Κύρου ὁ ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας Hist. Arian. ad Monach. p. 347.; non item Apol. de Fuga p. 321., ubi de eodem Cyro: idem vitium est in Galeno L. II. de Aliment. facult. p. 328. Probe denique Libanius tom II. p. 448. καὶ γὰρ ἐν πλοίῳ ἐν Βεροίᾳ τὸ χρῆμα τῶν λόγων ἀλλ' οὐκ ἴσον ἦλθε κομιδῇ. id vero male, quod χρῆμα τῶν ἀλόγων scribere neglexerint, cum tamen bestiarii, qui ursos pardosque Beroea arcessiverant, quorumque ante meminerat, id postularent. Haud longe urbs Cyrrho afuit, unde Theodoretus Epist. 75. inter caussas amoris, quo Clericos Beroeenses prosequebatur, τῆς πόλεων τὸ γειτνήμα annumerat. Vicinam vero Chalcidem qui spectaverit, Hieronymus in Malchi Vita indicat: *Perveni tandem ad Eremum Chalcidos, quæ inter Emmas & Beroeam magis ad austrum sita est.* Sic enim locus ex MS. refingendus est, uti & Rosweidus animadvertit, firmaturque is ejus situs egregie a Tabula. *Emmae*, de quibus in Probabilibus quædam ex Hieronymo observare memini, a Chalcide XX. M. aberant. Theodoretus Hist. Relig. C. 7. cum aliis *Immas* appellat, & κώμην μεγίστην καὶ πολυάνθρωπον. Ceterum Beroeam nunc *Aleppo* vocitant, unde in Jure Graeco Romano p. 292. Εὐσταθίου ἐπισκόπου τῆς μεγάλης Βερροίας, ἥτοι τῆς Χαλέπ· Ex Cedreno, Zonara & Niceta paria conduxit Ch. Cellarius. WESS.

CHALCIDA.	M. P. XVIII.
ARRA.	M. P. XX.
CAPPAREAS.	M. P. XXIII.
EPIPHANIA.	M. P. XVI.
ARETHVSA.	M. P. XVI.
EMESA.	M. P. XVI.
ITER A DOLICHE SERIANE.	M. P. CXXXVIII. Sic.
HANVNEA.	M. P. XXV.
CYRRHO.	M. P. XXIIII.
MINNIZA.	M. P. XXIIII.
BEROA.	M. P. XX.

CHALCIDA M. P XVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum. Plinio L.* 5. *C.* 23. *in Coele Syria* Chalcidem *recenſet*, ad Belum *cognominatam: unde Regio* Chalcidene *fertiliſſima Syriae. Straboni L.* 16. *p.* 753. Chalcis *tanquam Marſyae arx in montana regione, quam* Ituraei, *&* Arabes *malefici omnes attinebant. Ptolemaeo item in Syria provincia* Χαλκὶς, *& Chalcidica regio.* SVR.

CHALCIDA.] In M. P. MSS. conſentiunt: Tabula XXIX. M. addit. Conturbat horum numerorum rationes Procopius L. II. B. Perſ. C. 12. ἐπειδὴ ἐς Χαλκίδα πόλιν ἀφίκετο, Βεροίας πόλεως τέλεσι καὶ ὀγδοήκοντα σταδίοις διέχουσαν. *Ut Chalcidem venit, quae Beroea LXXXIV. ſtadiis abeſt:* Ea enim ſtadia ex Procopii conſuetudine non ultra XII. M. P. exæquabunt: pæne arbitrer in Procopio eſſe peccatum, & C. ſtadia fuiſſe ab ejus librariis præterita. Certe bidui iter, quod inter Beroeam & Antiochiam interpoſuit, amplius XII. M. P. ſpatium inter Beroeam & Chalcida poſtulare videtur. Jam quæ Surita ex Strabone enotat, ad aliam Chalcidem, Libano vicinam, pertinent. Fuit enim in Syria gemina hoc nomine urbs, uti H. Noriſius Diſſ. III. de Epoch. p. 318. & Had. Relandus L. I. Palaeſt. C. 48. docuerunt. Novi in alia omnia ire Ch. Cellarium L. III. G A. C. 12. p. 432., ſed, me quidem judice, validiora Noriſii Relandique ſunt argumenta, quam ut infringi facile poſſint. WESS.

ARRAM M. P. XX.] *Habent manuſcripta, & Longolianum. Ptolemaeo inter urbes & vicos Arabiae mediterraneae* Ἄρρη *vicus, & Stephano in Illyride* Ἄρρα. SVR.

ARRA.] De hac & inſequente mihi nihil innotuit aliud, quam veſtigia vocabuli, vicum Syris notantis, de quo antea, in poſtrema ſupereſſe. WESS.

CAPPAREAS M. P. XXIII.] *Regium* Capareas M. P. XXIIII. *Blandinianum* Cappareas M. P. XXIII. *Neapolitanum* Cappareas mpm. XXIIII. *Longolianum* Cappareas mpm. XXIII. *& corrigit* XXIIII. SVR.

ITEM A DOLICHE] *Regium* Item à Dolica Seriana Anunea M. P. CXXVIII. *Blandinianum* Item à Dolica Serian M. P. M. CXXXVIII. Hanunea Cyrrho M. P. XXIIII. *Neapolitanum eandem præfert lectionem: ſed* Haminea *habet: & illi tamquam manſioni* mpm. XXV. *adjicit: & ejuſdem modi in Longoliano exemplari. In v. c. Notitia Provinciarum v. ſ. Ducis Syriae & Euphratenſis Syriae, Equites ſcutarii Illyriciani* Seriane. *Vulgati non recte* Syrianae: *ſed quid* Anunea *ſibi velit, non aſſequor. Neceſſe eſt, ut in pluribus aliis hujus Itinerarii, ignorantiam noſtram confiteri. Simile quidem videtur eſſe paulo poſt* A Seriane Scythopolim Occara. SVR.

HANVNEA.] Reſtituimus hoc in priſtinum locum, ſecuti edita ſcriptaque exemplaria. M. P. XXV. Vaticano libro deſunt, vidit autem in MSS. vir doctus, qui Fabricianum exemplar verſavit. Tabula hanc quoque agnoſcit, in numeris tantum & ſcriptura diſſidens; *Dolica* enim præfert *M. P. XXVIII. Channunia M. P. XX. Cyrro:* unde exploratum habemus, manſionis nomen Dolichen inter & Cyrrum fuiſſe. Ptolemaeus *Chaoniam*, quam merito Ch. Cellarius cum hac compoſuit L. III. G. A. C. 12. p. 405., huc viciniæ locat. WESS.

CYRRHO.] Cirro vel Cyrro. Ptolem. *Cibros.* SIML.

CYRRO.] *Cibron* Simlerus ex Latina Ptolemaei verſione, pro quo Κύρρον ipſe reliquit, hauſit: tamen Κύβρον Coislinian. codex, ſed perperam. WESS.

CHAL-

CHALCIDA.	*M. P. XV.*
ANDRONA.	M. P. XXVII.
SERIANE.	M. P. XVIII.
ITER A CALECOME LARISSA.	M. P. LXXIX. Sic.
CHALCIDA.	M. P. XVIII.
TEMMELISO.	M. P. XX.
APAMIA.	M. P. XXV.
LARISSA.	M. P. XVI.
ITER AB EVMARI NEAPOLI.	M. P. CCXXVII. Sic.

GE-

CHALCIDA M. P. XV.] *Habet Regium exemplar: quæ manſio in reliquis deeſt exemplaribus.* SVR.

CHALCIDA.] Nullus librorum, quorum excerptis utimur, hoc loco urbem agnoſcit: reſpuit eandem ſumma M. P., capiti itineris præfixa: tamen retinui, motus dignitate & præſtantia Regii codicis, ſed nota inſignitam. WESS.

ANDRONAM M. P. XXVII.] *Regium* Androna M. P. XVII. *Blandinianum* Androna M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Androna mpm. XXVII. *quo numero ſumma* CXXVIII. M. P. *conſtat. Longolianum* XXIIII: *&* XXVII. *corrigit. In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione v. ſ. Ducis Arabiae de minore laterculo cohors iii. Alpinorum apud* Arnona: *& in vetuſto exemplari* ..... SVR.

ANDRONA.] XXIV. M. P. margo Fabricianiexemplaris: in ceteris nulla eſt pugna. Quæ Surita adſcripſit, eorum ſitus non competit: nam Notitiæ *apud Arnona* de Arnone fluvio in mortuum, quod vocant, mare ſeſe exonerante accipiendum eſt, uti Pancirolus bene monuit: inibi φρέαρα φρυκωνικὰ variis locis erant diſperſa, uti Euſebius in Ἀρνῶν nos docuit. Noſtræ urbis nomen & veſtigia ſuperare videntur in *Andreen* vel *Andrene*, oppido deſolato, quod Angli Anno CIↃIↃCXCI. Palmyrae rudera inſpecturi haud longe Aleppo ſive Beroea luſtraverunt. WESS.

SERIANE.] Vir doctus Fabricii libro appinxit XVIII. M. P., quæ & in Vaticano inſunt. Serianem eo loci poſitam fuiſſe, ubi parietinas veteris urbis, *Eſree* indigenæ vocant, iidem Angli viſitarunt, ſuſpicio eſt Edm. Halley Obſervat. in Palmyr. Inſcript. inſertis Epitomæ Actor. Philoſoph. tom. III. part. II. §. 40. Petrus de la Valle in hoc terræ tractu urbem vidit, cui *Seriae* nomen adhærebat. WESS.

ITER A CALLICOME.] Alias *Caſſicome.* SIML.

ITEM CALLICOME LARISSAM M. P. LXXVIIII.] *Habet Regium exemplar: & reliqua* LXXVIIII. *Sed verior Regii exemplaris lectio: in quo in hoc itinere, uti ſupra* Apamia Lariſſam XIV. M. P. *conſtituuntur: & in reliquis non rectè* XV. SVR.

TEMMELIZO.] Alias *Telmeliſſus.* SIML.

TEMMELISON M. P. XX.] *Regium exemplar* Temmeliſſo M. P. XX. *& in reliquis* Temmeliſo mpm. XX. *Videtur eſſe id oppidum quod Ptolemaeo juxta* Apamiam Θελμισσός *vocatur. Sozomenus L. 6. H. E. C. 34.* Telmiſum vicum, *Pauli in* Coele Syria, *egregii Catholicæ fidei propugnatoris, patriam fuiſſe prodit, qui multis in locis multa monachorum cœnobia inſtituit.* SVR.

TEMMELISO.] In Tabula *Teumeſſo* M. P. XXIIX. ab Apamia. In Theodoreti Hiſtor. Relig. C. 26. non multum a Beroea invenio Τελάνισσον κώμην *vicum Telaniſſum*, proximum vico *Teledan.* Eſt in Tabula *Teleda* in hac vicinia, ut forte Tabulæ *Teumeſſum* & Itinerarii *Temmeliſum* a Theodoreti *Telaniſſo* nihil diſcrepent. Strabo L. XVI. p. 753. Θέμελλα in his oris habet. WESS.

LARISSA.] Recte Vaticanus XVI. M. P., quæ & Tabula probat, adponit. WESS.

ITEM A BEMMARI NEAPOLIM M. P. CCXXVII.] *In Regio* M. P. CCX. *Cum numeri manſionum* M. P. CCXXVII. *conficiant. Blandinianum* M P.. CCXXVII. *Neapolitanum* CCXXVIII. *Longolianum* CCXXVII. *& corrigit* CCXXVIII. SVR.

ITER AB EVMARI.] Placuit hoc in integrum reſtituere ex MSS. Vaticano & margine Fabriciani libri: Ceteri aut *a beumari* aut *ab yeumari* edunt. Suritae eadem viſa eſt ac *Bemmaris:*

GERODA.	M. P. XL.
THELSEAE.	M. P. XVI.
DAMASCO.	M. P. XXIIII.
AERE.	M. P. XXXII.
NEVE.	M. P. XXX.
CAPITOLIADA.	M. P. XXXVI.

GA-

maris, quam prope Zeugma ad Euphratem vidimus, quod mihi parum videtur probabile: major enim inter Zeugma & Damascum locorum intercapedo fuit. Sitne vero hæc *Euaris* sive *Euaria* Notitiæ Imp. Or., an alia, constitutum non habeo. WESS.

GERODA M. P. XL.] *Habent eadem, Neapolitano exemplari excepto: in quo* Cheroda mpm. XL. *legitur.* SVR.

Thelseas M. P. XVI.] *Regium* Thelsee M. P. XVI. *Reliqua* Thelseae M. P. XVI. *In Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Phoenices in vetusto exemplari equites Saraceni* Thelseae: *at in excusis* Thalseae: *ut legendum sit* Thelseis. SVR.

THELSEAE.] Vir eximius Mensо Altingius notis MSS. in Tabulam hanc mansionem cum *Teleda* Tabulæ comparavit, non recte, uti ego quidem puto. *Teledan* Τελεδὰν vicus fuit celeberrimus ad pedem altissimi montis, quem indigenæ *Coryphen* vocabant, haud multum a Beroea, uti à Theodoreto Hist. Relig. C. 2. docemur. Hæc Damasco vicina fuit, & in pictura Notitiæ Imp. Or., ostendente insignia ducis Phoenices, *Thelsea* dicitur. Ammianus in hac vicinia *Celsen* habet L. XIV. C. 7., quam H. Valesius cum *Thelsea* contulit. WESS.

DAMASCO.] Urbem ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸν *Orientis universi oculum* Julianus Epist. 24. nuncupat. Nominis Damasci originationem ex fabulis explicat Damascius apud Photium Cod. CCXLII. p. 1061. Libet & hoc addere, esse inter Wildianos egregium numum, cujus uni paginæ AYPHAIOC KAICAP cum juvenili capite inest, alteri vero ΔΑΜΑCKHNΩN MHTPOΠ. XPYCOPO. & fluvius Chrysorrhoas leniter decumbens, dextraque spicas & sinistra cornu ubertatis tenens. WESS.

AERE.] Sic nostri libri præter Vaticanum, qui *Ere*. Scripta Tabulæ hoc situ *Aenos* habet, quod Relando L. II. Palaest. C. 9. prorsus idem est visum. Forte referri huc ex Notitia Imp. Or. *Ala prima Phoenicum Renae* debet. WESS.

NEVE.] Non ignota urbs est in Ecclesiasticis Notitiis. *Nevi* dicitur Gervasio Tilberiensi tom. II. Script. Brunswic. p. 760., nec aliter Notitia vetus Caroli à S. Paullo appellat. Bostris, urbi Metropoli, suberat. Vide Jac. Renferdii Exerc. de Angulo Arabiae §. 4. & H. Relandum L. III. Palaest. p. 909. Putem ejus vitiosum esse nomen in Notit. Imp. Or., ubi *ala prima Alemannorum Neiae* collocatur. WESS.

CAPITOLIADA M. P. XXXVI.] *Regium* Capitolida M. P. XXXVI. *Reliqua* Capitoliada M. P. XXXVI. *Ptolemaeo in Coele Syria* Καπιτολιάς. *Et in Concilio Niceno Antiochus* Capitoliadis *Episcopus subscribit* SVR.

CAPITOLIADA.] Tabula *Capitoliade*, uti lapis in Gruteri Thes. p. XLV. 13.

L. DOMITIVS VALERIANVS
DOMO CAPITOLIADE STIP. XVIII.

Nam CAPITOLIA DE STIP., quod in nuperrima editione relictum fuit, absurdum est & dudum ab Holsteino ad Stephanum correctum. Numis ΚΑΠΙΤΩ. ΙΕΡ. ΑC. ΑΥ., id est, *Capitolienſium urbs sacra, asylos, suisque legibus utens.* Vide H. Norisium Diss. III. de Epochis C. 14. & Ezech. Spanhemium Orb. Rom. p. 405. WESS.

GADARAM M. P. XVI.] *Habent manuscripta & Longolianum. Plinius L. 5. C. 18. juxta Scythopolim* Gadara *subjungit*, Hieromice *praefluente: ita enim habetur in omnibus mss. exemplaribus, non* Gaddara. *Ptolemaeo post Capitoliada* Ἰδάρα *&* Γάδαρα. *In Chalcedonensi Concilio subscripsit Jonannes* Gadarae *civitatis* Palaestinae secundæ *Episcopus.* SVR.

GADARA.] Urbs munita & præter ceteras egregie firma fuit, Polybio L. V. C. 70. auctore. Balinea Gadarenorum etiam Origenes in Joan.

GADARA. M. P. XVI.
SCYTHOPOLI. M. P. XVI.
IN MEDIO. M. P. X.
NEAPOLI. M. P. VII.
ITER A SERIANE SCYTHOPOLI OCCORA. M. P. CCCXVIII. Sic.
SALAMINIADA. M. P. XXXII.
EME-

Joan. p. 131. laudat: cetera ex Norisio & Relandi Palaestina peti poterunt. WESS

SCYTHOPOLIM M. P. XVI.] *Plinius L. 5. C. 18. in Decapolitana regione, quæ latere Syriae Judaeae adjungitur*, Scythopolim, *antea* Nysam *appellatam refert à Libero patre sepulta ibi nutrice*, Scythis *deductis. Strabo* Scythopolim *Galileae proximam facit, & Stephanus* Palaestinae *esse urbem. Ptolemaeo in Coele Syria* Σκυθόπολις. *Ammianus libro xix. C. 12. urbem Palaestinae inter Antiochiam Alexandriamque mediam esse asserit.* SVR.

SCYTHOPOLI.] Incolarum in numo Thesauri Fridericiani C. x. §. 10. ΝΥCΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ CΚΥΘΟΠΟΛΙΤΩΝ mentio est. Arabibus *Baisan* est, ex quo forte Stephani Βαισὼν creatum, separaturque XVIII. M. P. Tiberiade, ut Index Alb. Schultens testificatur. WESS.

IN MEDIO M. P. X.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* M. P. XII. *In Neapolitano desunt duæ ultimæ mansiones hujus itineris & totum iter sequens.* SVR.

IN MEDIO.] Margo Fabriciani libri XII. M. P., quæ vero propiora videntur ob XXI. M. P., quæ Scythopolin inter & Neapolin Itin. Hieros. interposuit. WESS.

NEAPOLIM M. P. VII.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Ptolemaeo in Samaria* Νεάπολις: *& Ammiano inter celebres Palastinae urbes, ut infra ejus verbis indicabimus in* Eleutheropoli. SVR.

NEAPOLI.] Eandem esse ac *Sichem*, in confesso est. Situm signavit Damascius apud Photium p. 1055. Ὁ Μαρῖνος γένος ἦν ἀπὸ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ Νέας πόλεως πρὸς ὄρει κατῳκισμένης, τῷ Ἀργαρίζῳ καλουμένῳ· *Marinus Palaestinus erat, domo Neapoli, quæ monti, quem Har Garizin nuncupant, accubat.* WESS.

A SER. SCYTH. OCCORA.] In impressis codicibus & MSS. *Occora* cum Scythopoli conjungitur: nos tamen ut primam mansionem post Serianem separatim posuimus. Videtur autem esse *Occora*, quam Ptolemaeus *Coaram* vocat, Chalcidices civitas. SIML.

SCYTHOPOLIM OCCARA M. P. CCCXVIII.] *Regium* Scitopoli Occara, *& summæ numeri desunt. In Blandiniano & Longoliano* Scytopoli occora M. P. CCCXVIII: *cujus summæ ratio constat. Eam vero dictionem* Occara *supra admonuimus, æque nobis ignotam & abstrusam esse, atque illam superioris itineris* à Doliche Serianem Anunea. *Nam cum in hoc itinerario usu veniat, ut itinera designentur nomine alicujus celebris urbis, per quam iter ducebatur, inter ejus mansiones semper interponitur: quod in his dictionibus minime accidisse videmus.* SVR.

A SER. SCYT. OCCORA M. P. CCCXVIII.] Sic Vaticanus & exemplar Fabricii ex viri docti nota. Cusani schedæ x. summæ detrahunt. MS. Parisiensis margini allitum ostendit, *Respice, XXV. M. minus sunt*, quod qui adscripsit, majorem in suis libris defectum animadvertit, quam nunc quidem conspicimus. *Occora*, cujus rationem nullam Suritae editio habuit, visa fuit restituenda, nec probandum tamen Simleri propositum, quippe a libris vetustis damnatum. Putem indicari iter per mansionem, *Occora* dictam, pergere. Tabula *Ocurura* habet in viæ diverticulo XXV. M. P. a Laodicia. In Notitia Imp. O. sub Duce Phoenices equites Mauri *Ottharae* locantur: fortasse alterutra nostra est. WESS.

SALAMINIADA.] *Salaminida* vel *Salamidiade*: hæc forte *Tolmidessa* Ptolemaei. SIML.

SALAMINIADA M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Salmidiade M. P. XXXII. *& item Longolianum, sed* XXXIII. *Forte id oppidum est, quod juxta* Damascum *Ptolemaeo* Σαμούλις *vocatur: ut in alterutro horum auctorum insit erratum.* SVR.

EMESA.	M. P. XVIII.
LAVDICIA.	M. P. XVIII.
LYBO.	M. P. XXXII.
HELIOPOLI.	M. P. XXXII.
ABILA.	M. P. XXXVIII.
DAMASCO.	M. P. XVIII.
AERE.	M. P. XXXII.
NEVE.	M. P. XXX.
CAPITOLIADA.	M. P. XXXVI.
GADARA.	M. P. XVI.
SCYTHOPOLI.	M. P. XVI.
	ITER

SALAMINIADA.] Margo libri Fabriciani *Salamidiade*, ceteris vulgato acquiescentibus. Eam esse, quæ in Notit. Leonis Imp. inter Phoenices urbes Σαλάμιας dicitur, Relando Palaest. L. I. C. 35 p. 217. credimus. Arabes simili nomine urbem in ditione Emisena locant, ut ex Indice Cl. Schultens in *Salamia* constat: sane Leonis Imp. Σαλάμιας Emesae subjecta fuit: vitiosissime enim in editis Ἔδεσα μητρόπολις Phoenices Libano vicinae dicitur. WESS.

LAODICIAM M. P. XVIII.] *Supra itinere* Antiochia Alexandriam Laodiceae *juxta* Gabalam *mentio facta est, inter maritimas urbes* Syriae Coeles: *haec vero altera est juxta* Emesam *ab exortiva parte* Orontis *fluminis, quae Ptolemaeo* Καβίωσα Λαοδίκεια *cognominatur.* SVR.

LAVDICIA.] Ita vetusti libri, nec aliter Capitolinus in Vero C. 7. *Egit Verus hiemen Laudiciae*, ubi Salmasium vide & quae p. 148. disputavimus. Haec ad Libanum fuit: inde Straboni L. XVI. p. 755. Λαοδίκεια ἡ πρὸς Λιβάνῳ, & numis ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟ ΛΙΒΑΝΩ apud Vaillantium. In Tabula *Laudicia Scabiosa* pro *Cabiosa.* WESS.

LYBON M. P. XXXII.] *Regium* Libo M. P. XXXII. *Blandinianum & Longolianum* Lybo M. P. XXXII. *In Notitia Provinciarum sub dispositione v. s. Ducis Palaestinae de minore latercu-lo*, cohors II. Gratiana Iehybo: *& in vetusto codice* Iehibo; *& sub dispositione ducis Arabiae de minore laterculo, Ala ii Constantiana* Libonae: *& in vetusto exemplari*, Libone. SVR.

LYBO.] Quamvis doctissimi Suritae auctoritatem reverear, adduci tamen non possum, ut, quae ex Notit. Imp. Or. enotata sunt, huc pertinere credam: sumus in Phoenice, qua cum nihil commune est illis mansionibus. Quae vero sit alii dixerint. WESS.

HELIOPOLIM M. P. XXXII.] *Ptolemaeus* Heliopolim & Abilam *adjungit, quemadmodum in hoc apparet Itinerario, in Coele Syria,* & Abilam Lysaniae *cognominat. Plinius* Orontem *amnem juxta* Heliopolim *inter* Libanum & Antilibanum *nasci perhibet. Stephanus duas recenset* Abilas, *unam ad* Jordanem *fluvium,* & *alteram Phoenices, cujus regionis & alia* Heliopolis *recensetur.* SVR.

HELIOPOLI.] Vaticanus *Heliupoli*, Graeco more. Sozomeno ἡ πρὸς τῷ Λιβάνῳ Ἡλιούπολις L. V. H. E. C. 10. Adde Damascium in Photii Biblioth. p. 1047. Arabes apud V. Cl. Alb. Schultens in *Baalbeecho* Indicis III. dierum intervallo Damasco removent, & egregia plura de ea produnt. Urbis parietinas lustravit H. Maundrel p. 172. Itineris sui. WESS.

ABILA.] *Abela* vel *Abelia.* Ptolemaeo *Abela cognomine Lysaniae.* SIML.

ABILA.] Plures hoc nomine urbes Syria & Palaestina viderunt. Nostra ad Libanum erat apposita, olim Lysaniae, de quo Lucas Evang. C. III, 1. Tabula in M. P. egregie consentit. WESS.

AERE M. P. XXXII.] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum.* SVR.

NEVE M. P. XXX.] *Et in hanc lectionem eadem consentiunt exemplaria.* SVR.

GADARA M. P. XVI.] *Regium* Cadara M. P. XX. *cum supra* à Capitoliade Gadara M. P. XVI. *adjecisset. Blandinianum & Longolianum* Gadata M. P. XVI. SVR.

ITEM A CAESAREA ELEVTHEROPOLIM M. P. LXXVII.] *Regium* LXXVIII. *cum numeri mansionum ejus exemplaris* LXXVII. M. P. *summam conficiant. Reliqua* LXXVII. *Haec est*

ITER A CAESAREA ELEVTHEROPOLIM. M. P. LXXVII. Sic.

BETARO.	M. P. XXXI.
DIOSPOLI.	M. P. XXVIII.
ELEVTHEROPOLIM.	M. P. XVIII.
ITER A DAMASCO EMESA.	M. P. CLII. Sic.
ABILA.	M. P. XXXVIII.
HELIOPOLI.	M. P. XXXII.
CONNA.	M. P. XXXII.
LAVDICIA.	M. P. XXXII.
EMESA.	M. P. XVIII.
ITER A NEAPOLI ASCALONA.	M. P. LXXIII. Sic.
	AELIA.

eſt Caeſarea Palaeſtinae, de qua ſupra itinere Antiochia Alexandriam *ſit mentio.* Svr.

BETARO.] Vel *Betocro* vel *Bettaron.* Siml.

BETARON M. P. XXXI.] *Habent auferendi caſu eadem exemplaria, & Neapolitanum: cum ſuperiore* Antiochia Alexandriam *itinere* à Caeſarea Betaron XVIII. M. P. *deſignentur, &* Betaro Dioſpolim XXII. *tanta numerorum diſcrepantia: qua in re nihil ſtatuere poſſum, cum minime conſtet qua parte lateat error; ac ſatis ducimus exemplarium lectionem cum fide patefacere.* Svr.

BETARO.] In M. P., quæ MSS. tuentur, non dubium eſt vitium. Mihi ſaniora videntur & veriora ob Hieroſ. Itin. conſenſum, quæ alio itinere habuimus. Wess.

DIOSPOLI.] Hanc Antoninus Placentinus Itin. C. 30. olim Azotum ait eſſe dictam, gravi errore ductus, nec injuria a D. Papebrochio propterea notatus. Wess.

ELEVTHEROPOLIM M. P. XVIII.] *Hujus urbis apud Ammianum mentionem fieri reperio. Nam libro xiiii. C. 8. ita inquit.* Syriarum eſt Palaeſtina, per intervalla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis: & civitates habens quaſdam egregias, nullam nulli cedentem: ſed ſibi viciſſim, velut ad perpendiculum æmulas. Caeſaream, quam ad honorem Octaviani principis exædificavit Herodes: & Heleutheropolim, & Neapolim. *Theophilus* Eleutheropolis *Epiſcopus Palaeſtinae lectus, quod non ex animi ſententia juraverat, ſe aliam Eccleſiam non eſſe ſuſcepturum,* Caſtabelenorum *Antiſtes factus eſt, ut Nicephorus libro viiii. C. 45. eſt auctor, qui libro xii. C. 48. eam urbem* Celam *& antea* Ceilam *appellatam fuiſſe, ubi* Abacuc *inventus ſit, memorat.* Svr.

ELEVTHEROPOLI.] Et hic M. P. in vitio adhærent. H. Relandus L. II. Paleſt. p. 420. a librariis ſummæ X. M. P. ſubſtracta eſſe arbitratur. Quæ vero Nicephorus habet, ea ex Sozomeno L. VII. H. E. C. 29., quem tamen non intellexit, excerpenda duxit: nunquam is Eleutheropolin *Ceilae* nomine inſignem fuiſſe cenſuit: & qui poſſet? cum *Ceila* vicus fuerit ad orientem plagam Eleutheropoleos, Euſebio atque Hieronymo teſtibus. Vidit Nicephori peccatum & coarguit H. Valeſius. Wess.

ITEM A DAMASCO EMESAM M. P. CLII.] *Hujus ſumma numeri in Regio deſunt exemplari: cum reliquis eadem conſtet ſumma* CLII. M. P., *cum qua numeri manſionum Regii exemplaris congruunt.* Svr.

ABILA.] *Abalia* exemplar Lugdunenſe & margo libri Fabriciani. Numeri hac & ſequenti manſione non reſpondent ſuperioribus itineribus, nec ullum tamen ex MSS. auxilium oritur. Wess.

HELIOPOLI.] *Helenopoli*, rectius *Heliopoli*, ſicuti in itinere à Seriane Scythopolin. Siml.

CONNA.] Alias *Sanna.* Ptolemaeo *Saana*, Straboni *Sinna.* Siml.

CONNA M. P. XXXII.] *Habent manuſcripta & Longolianum.* Svr.

CONNA.] In Ptolemaeo Γάανα editum eſt, pro quo Palatinus codex Γάσανα, Coislinianus Σάανα. Quod ſi bene fundata & certa eſſet Γάανα, non adeo perverſe cum *Conna* conjungeretur, nunc dubia omnia. Σιννᾶν *Sinnan* Strabonis L. XVI. p. 755. in Libano fuit prædonum receptaculum. Habuimus alio itinere hoc ſitu *Libo*, quod aeque tenebris obcœcatum eſt. Wess.

A NEAPOLI.] Via hæc ex Euſebio in Αιζᾶν

nota

AELIA. M. P. XXX.
ELEVTHEROPOLI. M. P. XX.
ASCALONA. M. P. XXIIII.
ITER A CLAVDIOPOLI ANCYRA M. P. CXXXIIII. Sic.
CRATIA. M. P. XXIIII.
CARVS VICVS. M. P. XXX.
LEGNA. M. P. XXIIII.
CREN-

nota est : ὀδὸν τὴν ἄγουσαν ἐπ' Αἰλίαν τὴν νῦν Νέας πόλεως appellat. WESS.

AELIAM M. P. XXX.] *Xiphilinus ex Dione Hadrianum urbem* Hierosolymam, *quae eversa fuerat, Coloniam deduxisse, atque* Aeliam Capitolinam *appellavisse refert: at quo in loco templum* Dei *fuerat, alterum* Jovi *exaedificandum curavisse. Eadem & Cassiodorus in Chronico, & D. Hieronymus alibi. Ptolemaeo in Judaea ab occidua parte* Jordanis Ἱεροσόλυμα, ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλία. SVR.

AELIA.] In M. P. Itiner. Hieros. amplius est, XL. M. P. has inter urbes interponens. Scriptor anonymus de locis Hierosol., quem Leo Allatius Symmictis inseruit, urbem in ambitu habere V. M. P. ait p. 96. Γυρίζει τὸ κάστρον τῆς ἁγίας Ἱερουσαλὴμ μίλια ἑ., quae millia, si singulis VII. stadia tribueris, proxime aberunt a stadiis XXXIII., quibus Josephus L. V. B. J. C. 4. §. 3. universum urbis spatium complexus est. WESS.

ASCALONA.] Ita libri MSS. *Astalonam* Wilh. Tyrius L. XI. Hist. Hieros. C. 3., vocitat, scriptor quidem aetatis serioris, sed qui ducem habere potuit Ambrosium, uti alias dictum est. WESS.

ITEM A CLAVDIOPOLI ANCYRAM M. P. CXXXIIII.] *Regium* M. P. CXXX. *Reliqua* CXXXIIII. *Vertit se Itinerarium à Palaestina in* Galatiam. *Nam haec* Claudiopolis *Galatiae videtur esse in* Trogmis *Ptolemaeo: altera ab ea quae in* Bithynia *ab eodem constituitur: quae & Bithynium cognominabatur: Plinio L. 5. C. ult. item* Bithynion *cognominatum. Hujus* Bithyniae Claudiopolis *fit à Xiphilino ex Dione mentio, cum* Antinoum *eo loci natum memorat: tametsi* Cithynide *pro* Bythinio *perperam in Hadriani vita legitur. Nam Pausanias auctor est L. 8. C. 9.* Bithynion *supra* Sangarium *patriam* Antinoi *fuisse: tametsi* Bithynia *corrupte legitur: quod ex Stephano apparet in voce* Βιθύνιον. *Fuit item duplex* Ancyra, *Phrygiae altera, cujus supra in hoc Itinerario facta est mentio, & altera à Ptolemaeo constituitur in* Tectosagibus Galatiae, *quam* Metropolim *cognominat, quae Strabonis aetate in* Tectosagibus, Castelli *nomine, censetur: ejusdem nominis quo urbs* Ancyra *circa Blaudum* Phrygiae *oppidum. Plinius itidem duplicis* Ancyrae *meminit: & Phrygiae, & Galatiae nationis* Tectosagum. *In Chalcedonensi Concilio Eusebius* Ancyrae Galatiae *Episcopus subscripsit.* SVR.

ITER A CLAVDIOPOLI] Non recte Surita Claudiopolin Ptolemaei, obscuram in Trocmis urbem, itineris hujus caput facit Claudiopolis enim Bithyniae, ut ex *Cratia*, quam sibi ea provincia adscriptam vidit, initium huic itineri dat: male praeterea Ancyram, quorsum hoc iter ducit, distinguit ab ea, quam eo itinere, quo Constantinopoli in Aegyptum pergebatur, habuimus, quippe eandem, Galatiae metropolin. Id vero bene, quod Bithynion vindicavit: disputavit de ea Antinoi catamiti patria pluribus Lambecius L. II. Bibl. Vindob. p. 683., sed sero nimis sibi Xiphilini & Pausaniae locos, pristinae integritati restitutos, contribuens. Vide & Ezech. Spanhemium Diss. XI. de V. & P. Numis. p. 332. WESS.

CRATIAM M. P. XXIIII.] *Regium exemplar auferendi casu* Cratia. *In Blandiniano* Gratia M. P. XXIIII. *In Neapolitano desunt omnes hujus itineris mansiones. Longolianum* Gratia mpm. XXIIII. & Gernia XVI. *corrigitur. In Chalcedonensi concilio Genethlius Episcopus* Cratiae *civitatis subscribit.* SVR.

CRATIA.] Excerpta MSS., quorum nobis usus est, *Gratia*, sed verus est Regius Suritae. Hierocles in provincia Honoriade, Κλαυδιόπολις, Κρατία. Dicta quoque Flaviopolis est a Vespasiano aut ejus filiis, unde numus Thes. Fridericiani C. IX. §. 20. ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑ-
ΟΥΙΟ-

CRENTIVS.	M. P. XXXII.
ANCYRAM.	M. P. XXIIII.
ITER A PESINVNTE ANCYRA.	M. P. XCIX. Sic.
GERMA.	M. P. XVI.
VINDIA.	M. P. XXIIII.
PAPIRA.	M. P. XXXII.
ANCYRA.	M. P. XXVII.
ITER A TAVIA CAESAREAM VSQVE.	M. P. CIX. Sic.

THER-

ΥΙΟπολιτῶν. Alios dabit Vaillantius. WESS.

CARVM VICVM M. P. XXX.] *In Regio* Carus vicus M. P. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Garus vicus M. P. XXX. SVR.

CARVS VICVS.] *Garus vicus* noſtri quoque libri; ego alibi eum legere non memini, ut neque inſequentem, niſi ſi *Legna* ſit *Lagania*, de qua ſupra. Verum obſtant numeri. *Malus* Μάλος *Vicus* XLIV. M. P. ab Ancyra ad Halyn flumen eſt in Actis S. Theodoti C. 1., unde *Carus Vicus* Regii MS. verior videtur. WESS.

CRENTIVS.] Vel *Grentius*. SIML.

CRENTIVS M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Grentius M. P. XXXII. SVR.

CRENTIVS] MSS. noſtrorum excerpta *Grentius*, quamquam in Pariſienſi *Gennas*, edunt. WESS.

ITER A PESSINVNTE.] Hoc iter in MS. inſcribitur *a Claudiopoli Ancyram:* prius vero *a Claudiopoli Ancyram* inſcriptum deeſt. Sed ego hic impreſſos libros ſecutus ſum. SIML.

ITEM A PESINVNTE ANCYRAM M. P. XCVIII.] *Regium exemplar* Item à Peſinunto Ancyra M. P. XCVIIII. *Bland. & Longolianum* A Perſinonto M. P. XCVIIII. *Ptolemaeo in* Toliſtobogis *Paphlagoniae Galatiae provinciæ interius ad occidentem* Πεσσινῦς. *Plinio etiam L. 5. C. 32.* Toliſtobogorum Peſinus. *Ammianus libro xxii. C. 9.* Per Nicaeam venit ad Gallograeciae fines; unde dextrorſus itinere declinato, Peſſinunta convertit. *Et paulo poſt*, Quidam enim figmento Deae coelitus lapſo, ἀπὸ Διὸς πεσεῖν, quod cadere nos dicimus, urbem aſſeruere cognominatam. *Idem perhibet lib. 26. C. 9.* Peſſinunta *olim Phrygiae provinciæ fuiſſe, ſua vero ætate* Galatiae. SVR.

ITER A PESSINVNTE.] Plerique libri *Perſinunto* aut *Peſſinunto*. Videntur hoc ad eam formam excudiſſe, qua ex Ὑδρῆς *Hydruntum*, Ὀπῆς *Opuntum*, Σελινῆς *Selinuntum*, Σιπῆς *Sipuntum*, aliaque, de quibus Ph. Cluverius L. IV. Ital. A. p. 1243., formarunt: tamen *Peſſinunte* Fabricianum exemplar oſtendit. Numi ΠΕCCINOYNTIΩN, quamquam utriuſque linguæ ſcriptores modo ſimplici modo gemina ſibilante litera efferunt, ſcribunt. WESS.

GERMA.] Ptolemaeo *Terma colonia*. SIML.

GERMAM M. P. XVI.] *Habent manuſcripta & Longolianum exemplar. Ptolemaeo in* Toliſtobogis Γέρμα Κολώνια. *Eſt & Γέρμη urbs Helleſpontia, quæ ſacra à Ptolemaeo cognominatur: de quæ infra.* SVR.

GERMA.] Hierocles in Galatia Salutari Γερμίαν ponit. Retulerunt huc, neque injuria, Harduinus & Vaillantius Commodi Imp. numum, qui COL. AVG. F. GERMENorum inſcriptus eſt. Vide hunc tom. I. Colon. p. 213. *Terma* male editur in pleriſque Latinis Ptolemaei Tabulis, atque id Simlero fraudi fuit. WESS.

VINDIAM M. P. XXIIII.] *Regium* Vinda M. P. XXIIII. *& infra* Vindiam. *Blandinianum item* Vinda M. P. XXIIII. *& infra* Vindia: *atque eodem pacto in Longoliano. Neapolitanum utraque manſione* Vinda. *Ptolemaeo poſt* Germam, *&* Peſinuntem Οὐινδία. SVR.

PAPYRAM M. P. XXXII.] *Regium* Papira M. P. XXXII. *& Neapolit. Blandin. & Longol.* Papyra. Papyrii *Caſteli Iſauriae meminit Marcellinus Comes Ind.* XI. Dinamio, & Siſidio COS. SVR.

PAPIRA.] Retulit huc, ſed addubitans, Ortelius ex Evagrio L. III. H. E. C. 27. τὸ λεγόμενον Παπιρίου φρούριον, *Papirii caſtellum*, in quo Verina Aug. diem obiit: verum id in Iſauria fuiſſe, Comitis Marcellini locus, quem Surita excerpſit, indicio eſt. Hanc ego *Papiram* nusquam inveni. WESS.

ITEM A TAVIA CAESAREAM VSQVE M. P. CIX.] *In Regio ſumma numeri deſunt;*

THERMA.	M. P. XVIIII.
SOANDA.	M. P. XVIII.
SACOENA.	M. P. XXXII.
OCHRAS.	M. P. XVI.
CAESAREA.	M. P. XXIIII.
ITER A DORILAO ANCYRA.	M. P. CXLI. Sic.
ARCELAIO.	M. P. XXX.
GERMA.	M. P. XX.
VINDIA.	M. P. XXXII.

PA-

sunt: & in reliquis apponuntur, constante numerorum mansionum summa. Strabo in Galatia Tavium Emporium: *& Plinius in Galatia L.* 5. *C.* 32. Tavium Trogmorum *recenset: & item Ptolemaeo in Trogmis Galatiae* Ταούιον, *Stephano in dictione* Ἄγκυρα, τὴν δὲ Ταυίαν, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἄρχοντος. *In Niceno Concilio Dicasius* Taviensis *Episcopus Galatiae provinciæ subscripsit.* SVR.

ITER A TAVIA.] Graecorum multi Ταβίαν vocitant. Suidas Τάβεια, ὄνομα πόλεως. Petrus Siculus in Hist. Manichaeorum p. 55. Sergium ortum refert ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως. Raderus, qui eum librum Latino sermoni tradidit, nescio qua re ductus *ex locis Tiliae civitati vicinis* vertit. Vide & Photium L. I. Cont. Manich. p. 95. Futilis vero & nugivendus scriptor Actorum S. Meletii C. 1. τὴν Ταβιανῶν μητρόπολιν τῆς Γαλατίας nuncupat, cum tamen nemo ignoret, eam metropoli Ancyrae fuisse subditam. Erat urbs in Trocmis: male ergo Memnon in Tolistobogiis locat apud Photium Cod. CCXXIV. C. 20. Ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρωγμοὶ μὲν Ἄγκυραν, Τολιστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τεκτόσαγες δὲ Πεσινοῦντα. fortasse tamen, quod & Turnefortius observavit Epist. XXI. p. 178., error librariis, Tolistobogios in Trocmorum locum & vicissim ponentibus, debetur. Straboni L. XXII. p. 567. in MSS. Ταουΐα dicebatur, neque caussa erat, cur magnus Casaubonus id commutaret. WESS.

THERMA M. P. XVIII.] *Regium* Terma M. P. VIII. *Blandinianum* Therma M. P. XIX. *Neapolitanum* Therma mp. XVIII. *Longolianum* Therma mpm. XIX. & XVIII. *corrigitur.* SVR.

THERMA.] Plerique omnes nostri libri XVIII. M. P. adponunt. XIX. tamen M. P. margo libri Fabriciani. Ἐλπίδιος μονῆς Θέρμων, *Elpidius mansionis Thermensis* Episcopus adfuit Chalcedonensi Concilio. Θέρμα in Cappadocia II. Hierocles novit: Notitia Leonis Aug. τῶν βασιλικῶν Θέρμων in eadem commeminit provincia. In Gregorii Nazianzeni Epist. 77. mentio est τῶν Ξανξαρίδος θέρμων, quæ utrum eadem sint, qui dixerim? WESS.

SOANDA.] Forte *castellum Suenda* est, quod in Cappadocia memorat Frontinus L. III. Stratag. C. 2. §. 9., ubi Cl. F. Oudendorpius hujus loci oblitus non est. Strabo appellat Σόανδον L. XIV. p. 663. Scio Ortelium Geographi *Soandum* in Armenia minore locasse, sed ejus opinionis error ex facili discutietur, modo magni scriptoris verba considerentur: dicit ex Carapassa Lycaoniae iter esse ad oppidulum Garsaüra, in ipsis Cappadocum finibus positum: tum ita pergit; ἐντεῦθεν δ' εἰς Μάζακα τὴν μητρόπολιν τῶν Καππαδοκῶν διὰ Σοάνδου καὶ Σαδακόρων. *inde vero ad Mazaca primariam Cappadociae urbem per Soandum & Sadacora:* quæ quis tandem non viderit in Cappadocia *Soandum* constituere? WESS.

SACOENA M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Saconna M. P. XXXII. *Neapolitanum* Sacomia M. P. XXXII. *Longolianum* Sacona mpm. XXXII. SVR.

SACOENA.] *Saconna* libri nostri. *Sadacora* Strabonis in hac vicinia fuerunt; nam eadem fuisse dicere non ausim. WESS.

OCHRAS M. P. XVI.] *Regium* Acras M. P. XVI: *& reliqua* Ochras XVI. SVR.

CAESAREAM M. P. XXIIII.] *Regium* M. P. XXIII: *& reliqua* XXIIII. *quibus summa* M. P. CVIIII. *conficitur. Plinii L.* 5. *C.* 27. *videtur esse* Pisidarum Solymorum *colonia* Caesarea, *eadem* Antiochia: *& Stephano* Antiochia Pisidiae. SVR.

CAE-

PAPIRA.	M. P. XXXII.
ANCYRA.	M. P. XXVII.
ITER AB ANCYRA TAVIAM.	M. P. CXVI. Sic.
BOLELASGVS.	M. P. XXIIII.
SARMALIVS.	M. P. XXIIII.
ECOBROGIS.	M. P. XX.
ADAPERA.	M. P. XXIIII.
TAVIA.	M. P. XXIIII.
ITER A TAVIA SEBASTIAM.	M. P. CLXI. Sic.

COR-

CAESAREA.] Puto Suritam hic falsum esse, intelligendamque Cappadociae Caesaream; & partim quidem quod ex urbe Tavia militaris via Caesaream pergeret, uti ex Tabula Peutingeri apertum atque exploratum est; partim vero ob *Therma* & *Soanda*, quæ Cappadociae fuisse contributa ostendimus. WESS.

ITEM A DORILAO.] *Regium* Adorilao: *&* M. P. CXII. *pro* CXLI. *Reliqua* Dorilao, & CXLI: *sed Longolianum* CLI. *corrigit. Strabo Phrygiae Epicteto* Δορύλαιον *urbem attribuit. Ptolemaeo inter Magnae Phrygiae urbes* Δορύλειον. *Stephano* Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας, ὁ κῆ Δορύλαιον Δημοσθένης φησι. SVR.

ITER A DORILAO.] Sic codices plerique. Vaticanus *Dorilaci*. Urbs erat in finibus Phrygiae, qua Galatiam versus pertinent. Galenus L. I. de Aliment. facult. p. 312. κεῖ Δορύλαι, ἡ ἐστὶ μὲ ἐχάτη τῆ Ἀσιανῆς Φρυγίας πόλις. *Et Dorylaeum*, sic enim scripsit, quod & Is. Vossius ad Catullum p 107. vidit, *quæ postrema Phrygiae Asiaticae urbs est:* multis post seculis collapsam urbem Manuel Comnenus, teste Niceta L. VI. Rer. Gest. ejus Imp., instauravit, novisque operibus munivit. WESS.

ARCELAIO M. P. XXX.] *Uno consensu legitur in manuscriptis & Longoliano exemplaribus. Ptolemaeo in Praefectura Garsauriae Cappadociae provinciae* Ἀρχελαΐς: *quæ mihi nihil ad hanc Antonini mansionem pertinere videtur: cum hoc itinere ab Dorilaeo Phrygiae urbe Ancyram usque* Germa *&* Vindia *Galatiae oppida recensentur.* SVR.

ARCELAIO.] Hoc & nostris probatur MSS. Tabula hoc situ habet *Mideo*. Hierocles post Dorylaeum in Phrygia Salutari Δήμια Ἀνεφύκλειαν memorat, quæ utrum nostra sit, incertum arbitror. WESS.

VINDIAM M. P. XXXII.] *Habent manuscripta & Longolianum exemplar: cum eadem uno consensu supra à Germa Vindiam* XXIIII. M. P. *constituant, & utroque itinere suarum mansionum summa constent.* SVR.

BOLEGASGVS.] Vel *Bolegalgus* vel *Oligasius.* SIML.

BOLELASGVM M. P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar. Bland. & Long.* Bolegalgus M. P. XXII. *Neapolitanum* Bolegasgus M. P. XXIIII. SVR.

BOLEGASGVS.] *Bologalgus* Cusani schedæ. Vocabulum videtur nescio quid Gallicum sonare. WESS.

SARMALIVM M. P. XXIIII.] *In hanc lectionem eadem exemplaria conveniunt. In* Tectosagibus *Galatiae provinciae, quorum Ptolemaeus* Ancyram *metropolim constituit, ab eodem inter urbes eorum* Σαρμαλία *recensetur.* SVR.

SARMALIVS.] Obsecuti sumus MSS., hoc porrigentibus, in ceteris H. Suritae accedentes. WESS.

EVBRODIM M. P. XX.] *Regium exemplar* Eubrogis, *& reliqua* Ecobrogis M. P. XX. SVR.

ECOBROGIS.] Conspirant veteres libri in voce ita scribenda. Tabula *Eccobriga* vocat, idque verius videtur. *Briga* Gallicum est, & solenne in compositione vocabulorum, urbes ad pontes & flumina appositas indicantium. Vide G. Buchanani L. II. Rer. Scotic. p. 61. WESS.

AD APERA.] Ita vocibus duabus vetustæ editiones. Quid præstet, dicere non possum: sunt enim pleræque hæ mansiones densissimis ignorantiæ tenebris involutæ. WESS.

TAVIA.] Vel *Tavio*, vel *Tadia*. Ptolem. *Tanium.* SIML.

CORNIASPA. M. P. XXI.
PARDOSENA. M. P. XXV.
SIBORA. M. P. XXV.
AGRIANE. M. P. XX.
SIMOS. M. P. XXX.
SEBASTIA. M. P. XL.
ITER A TAVIA PER SEBASTOPOLIM SEBASTIAM VSQVE. M. P. CLXVI. Sic.

MO-

CORNIASPA M. P. XXI.] *Habent eadem, Neapolitano excepto, in quo* M. P. XXXI. *legitur.* SVR.

CORNIASPA.] Fuit in finibus Galatiae & Cappadociae: nam cum Eunomius occasionem stomachandi arriperet ex eo, quod Basilius M. Galatae sibi nomen indidisset, id sine justa caussa fieri Gregorius Nyssenus patefecit, siquidem Eunomius in utriusque regionis confinio domicilium habeat L. I. in Eunom. p. 307. εἶτα, inquiens, τῷ μεθορίῳ τῶν πατρίδων τὴν οἴκησιν ἔχοντα ἐν ἀνωνύμῳ τινὶ τῆς ΚΟΡΝΙΑΣΠΙΝΗΣ ἐσχατίᾳ, εἰ ἀντὶ τοῦ Ὀλτισήρεως Γαλάτην ὠνόμασεν· *Cum in finibus utriusque regionis sedem habeat in obscuro atque extremo Corniaspines agro, pro Oltiserensi Galatam si appellat.* Eunomii patria erat *Oltiseris*, Corniaspae subjecta, Galatiaeque proxima: hinc Basilius Galatam appellavit Eunomium, quod tamen Cappadocis titulum sibi laudi adscribens indignabatur: putem eum in animo atque oculis habuisse ex Epist. ad Galat. C. 3. 1. Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, quo Paullus tanquam *regionis quadam proprietate* Galatas *pulsavit*, ut Hieronymus ait: hoc gentis convitium ut effugeret, Cappadox haberi maluit, oblitus credo veteris epigrammatis:

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτή
Κάτθανε γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου·

sententia, si numeris adstringatur, hæc erit:

Cappadocem morsu mala vipera læsit, at illa
Gustato occubuit sanguine Cappadocis.

WESS.

PARDOSENA M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar: cum reliqua* Portosena *edunt.* SVR.

PARDOSENA.] Priscæ editionum & MSS. schedæ *Parbosena.* Basilius M. Ep. 278. Καρσόγαινα & Ἀττάγαινα in Cappadocia memorat: priora, si sonum vocis sequaris, non male concinunt: nec tamen nostra esse adfirmavero. WESS.

SIBORA.] Cogitaveram de oppido, quod *Ibora* vocant: De eo Gregorius Nyssenus Orat. in XL. Martyr. p. 212. Ἔστι τις πολίχνη γείτων, Ἴβωρα καλοῦσιν αὐτὴν· ἐν ᾗ ταύτῃ κατὰ τὴν συνήθη Ῥωμαίοις νόμον καταλόγου στρατιωτῶν διάγοντος. Vertit Gretserus: *Non procul abest parva civitas, quam Iboram vocant: in hac cum ex recepta Romanorum consuetudine census institueretur.* Non satis curate. Καταλόγος στρατιωτῶν est *numerus militum.* Sed cum hæc urbs in Ponto fuerit, ut Novella XXVIII. docet, & ea, quæ viri doctissimi H. Valesius ad Sozomeni H. E. L. VI. C. 30., & Rosweidus ad Palladii Hist. Laus. C. 86. conduxerunt, nihil constituere velim. WESS.

AGRIANE M. P. XX.] *Regium* M. P. XXV: *& reliqua* M. P. XX. *quo numero summa ratio constat.* SVR.

SIMOS.] *Smos.* Ptolemaei *Sina.* SIML.

SIMOS M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Sinos, *Neapolitanum* Simos, *Longolianum* Synos. SVR.

SIMOS.] Lugduni *Smos* vulgarunt, quod & MSS. agnoscunt. *Sina*, quam ex Ptolemaeo Simlerus advocavit, Latinis debetur tabulis. Graeca Σείσα *Siva* offerunt, quod bonum esse Tabula Peutingeri monstat: ea enim, prorsus ut Ptolemaeus, *Siva*, *Campe*, *Mazaca.* Ego hanc & præcedentem adhuc quæro. WESS.

SEBASTIAM VSQVE M. P. CLXVI.] *Regium* CXLVI: *& reliqua* CLXVI. SVR.

MOGARO.] Liber Notit. *Mochera.* SIML.

MOGARO.] Doctissimo Simlero non assentior: *Mochora*, sic dicitur in Panciroli editione, in Armenia sedem habuit, cum nostram Cappadocia sibi adscriptam, sicuti itineris ordo evin-

MOGARO. M. P. XXX.
DARANO. M. P. XXIIII.
SEBASTOPOLI. M. P. XL.
VERISA. M. P. XXIIII.
PHIARASI. M. P. XII.
SEBASTIA. M. P. XXXVI.

ITER AB ANCYRA PER NYSSAM CAESAREAM VSQVE. M. P. CXCVIII. Sic.

GORBEVS. M. P. XXIIII.

OR-

evincit, viderit. *Mogariſſus* vicus Cappadociae eſt in Vita S. Theodoſii Abbatis C. 1. in magno opere XI. Januar. WESS.

DARANO.] Vel *Dorana*. SIML.

DARANON M. P. XXIIII.] *Habet Blandinianum exemplar: & in Regio deeſt hæc manſio, quam ideo aſteriſcis ſignavimus. Neapolitanum* Dorano M. P. XV. *Longol.* Darano M. P. XXXI. & XXIIII. *corrigitur.* SVR.

DARANO.] Obſcuriſſimum manſionis eſt nomen. Fuit quidem Cappadocum in finibus *Dohara*, quondam Tyanenſi præſuli ſubdita, postea Muciſſo ſive Juſtinianopoli, ſicuti Euphranta Tyanenſium Epiſc. Collat. V. Concilii Conſtantinopolitani II. p. 96. docet, nec hæc tamen eſſe poterit, quippe Nazianzo & Tyanis vicina. Cuſani & Voſſii ſchedis *Dorano M. P. XXIV.* inerat. WESS.

SEBASTOPOLIM M. P. XL.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* Saraſcopolim M. P. XXIII. *Ptolemaeo juxta fontes* Lyci *amnis* Sebaſtopolis, *& altera ejuſdem nominis in eadem* Cappadocia *in mediterraneis* Ponti Galatiae. *Plinio L. 6. C. 3., ut ſupra retulimus, in* Calopena Cappadociae *regione* Sebaſtia *&* Sebaſtopolis, *& Caſtellum* Sebaſtopolis *ad* Abſilarum *gentem.* SVR.

SEBASTOPOLI.] Memorat Gregorius Nyſſenus in Vita S. Macrinae p. 202. virum quendam militarem copiarumque præfectum, quæ in ſtatione erant ἐν πολίχνῃ πινὶ τῆς κατὰ τὸν Πόντον, ᾗ ΣΕΒΑΣΤΟΠΟΛΙΣ ὄνομα, *in exiguo Ponti oppido, cui Sebaſtopolis eſt nomen:* egregie vero Gregorii πολίχνη reſpondet Plinii *parvo* oppido. Lycum fluvium, unde haud multum aberat, cum cura deſcripſit idem Gregorius in cognominis ſibi Thaumaturgi Vita p. 557. WESS.

VIRISAM M. P. XXIIII.] *Regium* Viriſa M. P. XXXIIII. *& idem exemplar infra* Veriſa M. P. XXIIII. *ab eadem Sebaſtopoli: ut haud dubio ſit legendum* M. P. XXIIII. *qui numerus rectè ſummam* M. P. CLVI. *conficit. Blandinianum* Veriſa M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Veriſa M. P. M. XXII. *& Longolianum* Veriſa mpm. XXIIII. *&* Viriſa *corrigitur.* SVR.

VERISA.] Concordia MSS. fecit, ut hoc probaremus. *Thomas Beriſſae Epiſcopus* Collat. I. Concilii Conſtantinop. II. & Collat. VII. *civitatis Beriſſorum* dicitur. Notitia Patriarchatus Conſtantinopolitani inter Armeniae Epiſc. τῆς Βιρήσσης, & Notitia Leonis Aug. τῆς Κηρίσσης, ſed vitioſe, annumerat. Baſilius M. Epiſtola ult. vetuſtæ editionis, neque enim recentata inter manus eſt, Itinerarii ſcripturam firmabit: διήρπασάν τινες, inquit, ἐν Βηρίσσοις τῆς τοῦ δημοσίου πεπιστευμένων, frumentum Dorothei *diripuerunt illi, qui Veriſis publica vectigalia curabant.* WESS.

PHIARASI M. P. XII.] *Manuſcripta & Longolianum habent exemplar: cum eadem infra à* Viriſa XII. M. P. Siara *adjungant: ut utra dictio ſit præferenda non videam in tanto exemplarium conſenſu primo unius itineris, ac poſt modum alterius. Forte* Phiara *legendum ex Ptolemaei* Φιάρα *in Præfectura* Sargarauſena *Cappadociae provinciae.* SVR.

PHIARASI.] Scripti libri *Fiaraſi*, unde natum deinde eſt *Siara. Phiara* Ptolemaei hinc non disjunxero: nam *Sargarauſena* ejus in Cappadocia præfectura poſtea Armeniae fuit contributa, ut Ariarathia manifeſtat. WESS.

ITEM AB ANCYRA PER NYSSAM M. P. CXCVIII.] *Regium* CXCVIII. *cum in eo exemplari manſionum numeri ſummam* M. P. CXCVIII. *conficiant. Blandinianum & Longolianum* CXCVIII: *In Neapolitano* XXVIII. SVR.

GORBEVS.] Vel *Grorbeus.* Ptol. *Corbeuntus* dicitur. SIML.

GORBEVM M. P. XXIIII.] Gorbeus *ha-*

ORSOLOGIACO.	M. P. XVIII.
ASPONA.	M. P. XX.
PARNASSO.	M. P. XXII.
NYSSAM.	M. P. XXIIII.
OSIANA.	M. P. XXXII.
SACCASENA.	M. P. XXVIII.
CAESAREA.	M. P. XXX.
ITER A CAESAREA SATALA.	M. P. CCCXXIIII. Sic.
EVLEPA.	M. P. XVI.
ARMAXA.	M. P. XXIIII.
MARANDARA.	M. P. XXVIII.
SCANATVS.	M. P. XXXVIII.

SEBA-

bet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanum Grorbeus M. P. XXIIII. *atque item Long. ſed in hoc* Corbeus *corrigitur. Supra pagina* CXLIII. *itinere* Nicomedia Antiochiam *hæc manſio* Corbeneunca *nominatur: &* Corbeuntis *Ptolemaei in Tectoſagibus Galatiae mentionem fecimus. Illud etiam advertendum eo loco ab Ancyra* M. P. XX. *deſignari, cum hoc itinere* XXIIII. *apponantur: neque dubium ſit eandem eſſe manſionem, cum tres itidem eam hoc itinere ſequantur, atque in illo: nempe* Roſologiacum, *quod* Orſologiacum *omnia hoc loco cognominant exemplaria, &* Aſpona & Parnaſſus: *tam diſcrepantibus numeris, ut librariorum ſtupor atque inertia non coarguatur modo, ſed identidem indicetur.* SVR.

ORSOLOGIACO.] Ptolemaeo *Orſologia.* SIML.

NYSSAM M. P. XXIV.] *Strabo lib.* 14. *p.* 650. Nyſſam *juxta Tralleis ſtatuit, &* Nyſſam *ad mediterranea pertinere. Plinio L.* 5. *C.* 29. *item* Nyſſa & Trallis: *& Ptolemaeo inter urbes* Lydiae, & Maeoniae, *juxta* Trapezopolim. Aphrodiſium, & Trallis, & Magneſiam *ad* Maeandrum *conlocatur. Nicephorus Calliſtus Cappadociae attribuit, & Gregorii ejus civitatis Epiſcopi celebris fama, & inſignia vigent monumenta.* SVR.

NYSSAM.] MSS. *Niſam.* Recte vero Nicephorus cum Notitiis Eccleſiaſticis urbem Cappadociae contribuit: nam Strabonis & Plinii *Nyſa* longo terrarum tractu hinc fuit diſparata. Vide Iſ. Caſaubonum ad Gregorii Nyſſeni Epiſt. p. 115. WESS.

OSIANAM M. P. XXXII.] *Regium* Aſiana M. P. XXXII. *& reliqua* Oſiana M. P. XXXII. SVR.

SACCASENA M. P. XXVIII.] *Habet Regium exemplar. Neapolitanum item* Saccaſena, *ſed* M. P. XXXIII. *Blandinianum, & Longolianum* Siccaſena M. P. XXVIII. *& hoc* Accaſena *corrigit, &* M. P. XXXIII. SVR.

SACCASENA.] Excerpta noſtrorum librorum ſecum invicem in manſionis vocabulo ſcribendo diſſident. Forte *Saccaſena* & *Accaſena* dicta fuit; neque enim inſolens eſt, ut voces a vocali litera inchoatæ ſibilantem ſibi præfigant. Vide S. Bochartum L. I. Can. C. 35. p. 626., ubi hujus non obliviſcitur. WESS.

ITEM A CAESAREA SATALAM M. P. CCCXX.] *Regium exemplar habet: ſed quod neque manſionum numeris ejus exemplaris ſumma reſpondeat, neque ad aliorum ſummas numeri congruant, aſteriſcis ſignavimus: & numeros Regii exemplaris adponemus manſionibus, & reliquos indicabimus: quod plures manſiones repetantur, quæ in ſuperioribus ſunt conlocatæ, numeris minime, ut oportebat, congruentibus.* SVR.

ITER A CAESAREA.] Formis & manu deſcripti libri M. P. CCCXXIV. offerunt, quæ reſtitui, quod ſingularum manſionum numeris melius convenirent, oportere exiſtimavimus. WESS.

EVLEPA.] Vel *Eulapa.* SIML.

EVLEPAM M. P. XVI.] *Habet Regium exemplar, cum poſtea* Eulapa *Caeſaream in eo* mpm. XXVI. *deſignentur. Blandinianum* XIII. *quod facili lapſu ex* XVI. *corrumpitur. Neapolitanum* M. P. XVI. *Longolianum* XIII. *&* XVI. *corrigitur.* SVR.

EVLEPA.] Eſt in Cuſani ſchedis *Eulexa*, quod quamvis iiſdem tenebris involutum ſit, ſigni-

SEBASTIA. M. P. XXVIII.
CAMISA. M. P. XXVII.
ZARA. M. P. XXVII.
DAGOLASSO. M. P. XX.
NICOPOLI. M. P. XXIIII.
OLOTOEDARIZA. M. P. XXIIII.
DRACONTES. M. P. XXVI.
AZA. M. P. XXIIII.
SATALA. M. P. XXVI.
ITER A SATALA MELITENAM PER RIPAM SAMOSATA VSQVE. M. P. CCCXLI. Sic.
SVISSA. M. P. XVII.
ARAV-

ſignificandum tamen duximus, ut, ſi qua aliunde lux oboriatur, auxilio eſſe queat. WESS.

ARMAXA.] Vel *Armaca.* SIML.

MARANDARA.] Vel *Malandara.* SIML.

MARANDARA M. P. XXVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum: cum ſupra itinere Sebaſtia Cocuſon per Caeſaream* Malandara *præferant.* SVR.

SCANATVS M. P. XXXVIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum* Scanatus M. P. XXXVIIII. *Neapolitanum* Sanatus mpm. XXXIX. *Longolianum* Scanatus M. P. XXXIX. & Sanatus M. P. XXXVIII. *corrigitur.* SVR.

CAMISA.] In ſcripta Peutingeri Tabula *Comaſſa M. P. XXIII.* à Sebaſtia conſpicitur. Strabo L. XII. Georg. p. 560. in minore Armenia ἔρυμα ἀρχαῖον τὰ Κάμισα, νῦν κατεσπασμένον, *vetus caſtellum Camiſa, nunc diſjectum* recenſet, quod hoc eſſe & denuo inſtauratum videtur: quamquam & a veteri caſtello manſio potuit appellari. WESS.

ZARAM M. P. XXVII.] *Regium exemplar* Zara M. P. XXVII. *Blandinianum* Zara M. P. XVIII. & *Neapolitanum* Zaro M. P. XVIII. *Longolianum* Zara mpm. XVIII. & Zora *corrigitur. Supra & ejus manſionis fit mentio, cui exemplaria eo loco* Sarae *nomen indiderant.* SVR.

DRACONTES M. P. XXVI.] *Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. Blandinianum* Dracontes M. P. XXVII. & *Longolianum: ſed hoc* XXVI. *corrigitur: & ſupra pagina* CLXXXIV. Clotoedariza ad Dracones XXVI. M. P. *deſignantur.* SVR.

AZA.] *Haia* vel *Haza.* SIML.

AZAM M. P. XXIIII.] *Regium* Aia M. P. XIIII. & *reliqua* Haia M. P. XXIIII. & *ſupra ex eiſdem exemplaribus, & Plinii, & Ptolemaei auctoritate eruimus* Azam *legendum eſſe: ut hic locus inter complures alios manifeſtè indicet inertiam librariorum.* SVR.

ITEM A SATALA MILITENEM] *Regium* CCCXXIII. *cum ejus exemplaris manſionum numeri* M. P. CCCXLI. *conficiant. Blandinianum* M. P. CCCXLII. *Neapolitani & Longoliani ſummæ* CCCXLI. *rectè cum Regii exemplaris numeris manſionum conveniunt: per ripam vero* Euphratis *iter hoc peragitur, & ab urbe* Satala Moeoniae, *ex confiniis* Myſiae, Lydiae, & Phrygiae Samoſata, Syriae *vrbem ad* Euphratem, *ſitam, deducitur.* SVR.

ITER A SATALA.] Satalam Maeoniae fuiſſe urbem, inaudire non memini. Socrates L. II. H. E. C. 42. eam in Macedoniam tranſtulit, verum turpi errore, quem & H. Valeſius diſcuſſit. Quid porro ad hoc iter *confinia Myſiae, Lydiae & Phrygiae?* Alibi haud dubie Surita occupatus fuit, cum hæc in literas referret, modo tamen ipſe ſcripſerit. Videor enim obſervaſſe, multa paſſim in his notis eſſe luxata & manca, quæ ſane, ſi vivo eas in vulgus emittere datum fuiſſet, ſinceriora prodiiſſent. Ducit hoc iter per Armeniam & Commagenen ſecundum Euphratis ripam Samoſata uſque. WESS.

SVISA.] Vel *Soiſſa.* Liber Notit. *Suiſſa.* SIML.

SVISSAM M. P. XVII.] *Regium* Suiſa M. P. XVII. *atque item reliqua: ſed poſtea itinere à Nicopoli Satalam* Soiſſam *præferunt. In Notitia Provinciarum jub diſpoſitione Ducis Armeniae de minore laterculo Ala prima Vlpia Dacorum* Suiſſae. *Manuſcriptum etiam* Suiſſa. SVR.

ARA-

ARAVRACOS.	M. P. XVIII.
CARSAGIS.	M. P. XXIIII.
SINERVAS.	M. P. XXVIII.
ANALIBA.	M. P. XXVIII.
ZIMARA.	M. P. XVI.

TEV-

ARASAVCOS ET ASAVRACOS.] Hæc duo nomina, tanquam duæ mansiones diversæ, in MSS. ponuntur: sed ego pro utroque *Arauracos* reponendum puto, sicuti etiam ponitur in itinere a Nicopoli Satalam; alioqui si bis ponatur, summa itineris XXXVIII. M. P. justo major erit. Mentio autem fit *Arauracae* in Libro Notitiarum. SIML.

ARAVRACOS M. P. XXVIII.] *Regium habet exemplar. Blandinianum* Arasaucos *& infra* Arauracos M. P. XXVIII. *& Neapolitanum Longolianum* Asaraucos M. P. XXVIII. *In Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Armeniae de minore laterculo cohors Miliaria Bosporiana* Arauracae: 5. *Cod.* Arauraca. SVR.

ARAVRACOS.] Et hic, ut sæpe alibi, se bonæ fidei esse Regius MS. ostendit, verumque adeo vatem Simlerum facit. Nostri libri *Asauracos M. P. XXVIII.* & tum *Arasaucos M. P. XXVIII.* Videtur librarius hæc conjunxisse, ut variantium librorum rationem haberet. *Atauracae* Notitia Imp. Or. Panciroli præfert, sed quæ vir doctus ad eam notat, illa unius assis non sunt. WESS.

CARSAGIS.] *Sarsagis* vel *Carsat.* Ptol. *Corsabia.* SIML.

CARSAGIM M. P. XXIV.] Carsagis *habet Regium exemplar: & reliqua* Sarsagis M. P. XXIV. SVR.

SINERVAS M. P. XXVIII.] *In hanc lectionem mire conveniunt manuscripta, & Long. exemplar.* SVR.

SINERVAS.] Ptolemaeus ad Euphratem hoc tractu apponit Σίνηρα *Sinera*, quæ Palatino & Coislin. MSS. Σίνιβρα dicitur. Hæcne an alia sit, haudquaquam finivero. WESS.

ANALIBA.] *Anabila.* Ptol. *Analibla.* Liber Notit. *Analiba.* SIML.

ANALIBAM M. P. XXVIII.] *Regium* Aneliba M. P. XXVIII. *& reliqua* Analiba M. P. XXVIII. *Ptolemaeo juxta montana regionis Euphratensis* Ἀναλίβα. *In Notitia provinciarum sub dispositione ejusdem Ducis Armeniae Cohors 4. Rhetorum* Analibae, *& in eodem vetusto exemplari* Analiba. SVR.

ANALIBA.] Ptolemaei Palatinus codex Ἀνάλιβλα, non ex vero: vulgatum enim probæ monetæ est. Tabula *Analibam XV. M. P.* a Zimara removet. WESS.

ZIMARAM M. P. XVI.] *Manuscripta, & Longolianum* Zimara M. P. XVI. *Plinius de Euphrate L. 5. C. 24.*, Domitius Corbulo in monte Aba, Licinius Mutianus sub radicibus montis, quem Capothen appellant, supra Zimiram XII. M. P. *& paulò post:* Dascusa abest à Zimira LXXV. M. P. Zimiram *enim &* Zimira *Toletanum Plinii exemplar, & tria alia pervetusta, quæ in Bibliotheca Coenobii* Aulae Dei *asservantur, habent. Neque aliter apud Ptolemaeum inter urbes, quæ ad Euphratem fluvium sunt:* Zimara *enim habet: quod Pintianus noster, aut non animadvertit, aut fortè neglexit. Nam qui in Plinio* Simyram, *ex* Zimira *emendavit, Stephani auctoritate motus videtur.* Σίμυρος, *inquit,* πόλις Συρίων. Ἔφορος δὲ Σίμυρα οὐδετέρως αὐτὴν φησι: *sed satis docemur Plinii & Antonini vetustis exemplaribus, & Ptolemaei auctoritate* Zimaram *non* Simyram *legi in Plinii Geographia oportere.* SVR.

ZIMARA.] Solida instaurati Pliniani loci laus Suritae debetur; Restituerunt eundem Salmasius in Solin. p. 441. & Harduinus Emend. LII. ad L. V. Plinii, sed neuter Suritam commeminisse voluit. WESS.

TEVCILAM M. P. XVI.] *Regium* Theycira *habet. Blandinianum & Longolianum* Teucila M. P. XVI. *Neapolitanum* Leutila M. P. XIV. SVR.

SABVS.] Liber Notitiarum *Sabu.* SIML.

SABVS M. P. XXVIII.] *Habent Regium, & Neapolitanum exemplar. Blandinianum* Sabus M. P. XXIX. *& Longolianum: Sed in hoc* Sabus M. P. XXVIII. *corrigitur.* SVR.

SABVS.] *Saba* Tabula, M. P. XVIII. a Dascusa separans. Notitiae verba sunt, *Equites Sagittarii Sabu*, quamquam in præfixa pictura *Sabbu.* SIML.

DAS-

TEVCILA.	M. P. XVI.
SABVS.	M. P. XXVIII.
DASCVSA.	M. P. XVI.
CIACA.	M. P. XXXII.
MELITENA.	M. P. XVIII.

MIA-

DASCVSA.] Ptolemaeo *Dascuta.* Plinio & libro Notit. *Dascusa.* SIML.

DASCVSAM M. P. XVI.] Dascusa M. P. XXV. *habent manuscripta, & Longolianum exemplar. Supra Plinii auctoritate explicavimus* Dascusam *à Zimira lxxv.* M. P. *distare: hoc Itinerario* M. P. LXXVI. *intersunt. Ergo apud Ptolemaeum inter urbes ad Euphratem sitas juxta* Zimaram *male* Δασκȣ́τα *pro* Δασκȣ́σα *leges. In Notitia Provinciarum sub dispositione ejusdem ducis Armeniae de minore laterculo Ala Auriana* Dascusae. *Vetustum exemplar* Dascusa. SVR.

DASCVSA.] Nullus MSS. nostrorum XXV. M. P. agnoscit. Surita vero egregie peccavit, cum LXXVI. M. P. hoc Itinerarium Zimaram inter & Dascusam interponere arbitratus est: putem festinanti oculo usum in summam contulisse XVI. M. P., quæ Zimaram ab Analiba separant: id bonum est factum, quò Ptolemaeo sinceriorem vocem, quam Palatinus codex approbat, reddidit. Corrupta eadem est in Orosio L. I. C. 2. *Deinde a septentrione, i. e. a civitate Decusa, quæ in confinio Cappadociae & Armeniae est:* sic Fabricii Marcodurani editio, cum in antiqua Coloniensi sit *Dascuta* & Otiis Imperial. Gervasii Tilberiensis *Dacusa:* unde nemo dubitaverit, *Dascusa* verum esse. Ortelius mecum sentit, qui tamen, cum Plinii atque Orosii *Dascusam* ab Itinerarii ac Ptolemaei ejusdem nominis urbe distinguit, audiendus non est: nam si Plinii atque Orosii eadem sit, discrepare a nostra non potest, si quidem Pliniani numeri hanc nec ullam aliam indicant. Ponitur quidem ab Orosio in Cappadociae atque Armeniae confinio, a Ptolemaeo vero in ipsa Armenia: neque id tamen efficiet, ut diversæ urbes habeantur; exploratissimum enim est, plures Cappadociae urbes, a Plinio memoratas, Armeniae deinceps fuisse contributas. Nunc *Arsyngam*, modo vera scripserit Ismael Bullialdus ad Ducae Hist. Byzant. C. 15., vocitant. WESS.

CIACAM M. P. XXXII.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* Chiaca M. P. XXXII. *Forte ea est, quæ à Ptolemaeo in* Melitene *regione ad Euphratem* Κιακὶς *vocatur: quare præferenda videtur Regii exemplaris lectio, ut* Ciacam, *non* Chiacam *adponamus.* SVR.

CIACA.] Nostri codices *Chiaca*, neque aliter Notitia Imp. Orientis, in qua sub dispositione V. S. Ducis Armeniae *Ala I. Augusta colonorum Chiacae.* Tabula *Craca*, haud dubie pro *Ciaca*, ut pulchre animadvertit Salmasius in Solin. p. 441., numerat autem Tabula a Dascusa M. P. XLV., quæ veriora arbitrer ob ea, quæ postmodum disserentur. WESS.

MELITENA.] Ita vetustæ schedæ. *Melitinam* Ammianus L. XIX. C. 8. nuncupat. *Otrejus Episcopus Melitinae* est apud Facundum Hermianensem L. IV. p. 379. & *Acajus Melitinensis* apud eundem L. XI. p. 556. τὴν τῶν Ἀρμενίων περιφανῆ μητρόπολιν Cyrillus in Vita Euthymii, quam Benedictini publicarunt, p. 6. vocat; neque sane immerito *illustris* Cyrillo appellatur, si quidem seculo XI. nulla major aut civium frequentia celebrior in Antiochena diœcesi esset, quippe quæ LVI. cultui divino consecratas ædes, & sexaginta millia virorum, armis tractandis aptorum, intra suum ambitum videbat, sicuti Michael Taneos Episcopus in Vita Joannis Abdonis Patriarchae Jacobitarum, quam Arabum sermone conscriptam Bibl. Orient. tom. II. p. 149. Assemanus inseruit, auctor est. Passuum millia, ut ad ea deveniamus, corrupta sunt. Tabula XXVIII. M. addit, quæ ego amplectenda censeo. Plinius enim L. V. C. 24. *Melitenen Cappadociae LXXIV. M. P.* a Dascusa semovet; ea vero Tabulae numeris tantummodo unis passuum millibus auctiora sunt. Scio Salmasium atque Harduinum LXIII. tantum M. P. in Tabula Dascusam inter & Melitenem computasse: sed uterque rationem male confecit, ut consuetudinem Tabulæ consideranti perspicuum est. Hinc vero Harduini propositum, quo in Plinio XXIV. M. P. ex MSS. quibusdam refinxit, improbandum esse cognoscitur.

MIASENA.	M. P. XII.
LACOTENA.	M. P. XXVIII.
PERRE.	M. P. XXVI.
SAMOSATA.	M. P. XXIIII.
ITER A CAESAREA MELITENA.	M. P. CCXXVIII. Sic.
ARTAXATA.	M. P. XXIIII.
CODVZALABA.	M. P. XXIIII.
COMANA.	M. P. XXVI.
SIRICIS.	M. P. XXIIII.
PTANDARIS.	M. P. XVI.
ARABISSO.	M. P. XII.

OS-

tur. Cetera de Melitene ex Procopio L. III. Aedif. C. 4. & Golio ad Alferg. p. 264. peti poterunt. WESS.

MIASENA.] Vel *Mesena.* SIML.

MIASENA M. P. XII.] *Habet Regium exemplar & infra idem exemplar à Melitene* Messena *totidem* XII. M. P. *Blandinianum hoc loco* Miasena M. P. XI. *& infra à Melitene* Mesena M. P. XII. *Neapolitanum* Maisena M. P. XII. *Longolianum* Miasena mpm. XI. *&* Maisena M. P. M. XII. *corrigit.* SVR.

MIASENA.] MSS. Cusani *Maiscua M. P. XII.* Fabricii exemplari vir doctus XI. M. P. adscripsit. WESS.

LACOTENA.] Vel *Hocotina, Locotena.* SIML.

LACOTENAM M. P. XXVIII.] *Regium* Lacotina M. P. XXVIII. *& infra itinere Melitene Samosata* Tacoten. *Reliqua* Hacotina M. P. XXVIII: *& postea* Locotena. *Ammianus Marcellinus libro xxi. C.* 11. A Cappadocia ipse per *Melitenam* minoris Armeniae oppidum, & *Lacotena*, & *Samosata*, transmisso Euphrate, Aedessam venit. SVR.

LACOTENA.] *Hacotina* Vossii schedæ. *Lacabenam* inter septem urbes, Melitenae vicinas atque ejus Episc. subjectas, Georgius Bar-Hebraeus, quem vulgo Abulpharaium vocitant, in Syriaco Chron, unde multa Assemanus excerpsit tom. II. Bibl. Orient. p. 260., numerat: considerandum autem est, sitne hæc nostra: nam & *Arcas*, quas supra circa Melitenem vidimus, & *Claudiam*, quam Tabula habet, illi adjungit. *Lacabenae* Episcopos in Diss. de Monophysitis idem Assemanus recensuit. WESS.

PERRE M. P. XXVI.] *Habetur in manuscriptis, & Longoliano: & infra in eisdem* Perre. SVR.

PERRE.] Hierocli in provincia Euphratesia, quam eandem ac Commagenen esse ex Procopio L. I. B. P. C. 17. novimus, Ζεύγμα, Γερμανικία, Πέρρη. Subscripsit Chalcedonensi Concilio Ἀγαπάσιος Ἐπίσκοπος Πέρρης, estque multo frequentissima ejus mentio in Actione XIV. ejusdem Concilii, ubi Synodi Antiochenae, in qua gradu fuerat dejectus, acta repetuntur. Ex veteri Syriaco codice Commentariorum S. Ephraimi in V. T. notam diligentissimus Assemanus tom. I. Bibl. Orient. p. 63. exscripsit, qua פארין מדינתא עתיקתא, *Pharin*, sive Perre, *urbs antiqua* dicitur. WESS.

ITEM A CAESAREA MELITENEM. M. P. CCXLII.] *Regium* M. P. CCXXII: *cum ejus exemplaris singulares mansionum numeri summam conficiant* M. P. CCXLII. *Reliqua* M. P. CCXXVIII. *minime congruentibus singularibus numeris cum ea summa.* SVR.

ITER A CAESAREA.] Magno consensu manu & formis descripti libri M. P. CCXXVIII. apponunt, quæ in integrum restituenda duximus: licet singulares mansionum numeri summam efficiant majorem; neque enim hoc insolens est. WESS.

COMANA M. P. XVI.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Neapolitanum* M. P. XXVI. *Longolianum* M. P. XXVII. SVR.

SIRICIM M. P. XXIIII.] Siricis *habent manuscripta exemplaria. Longolianum* Syricis. SVR.

SIRICIS.] Hanc mansionem alibi legere non

OSDARA.	M. P. XXVIII.
DANDEXENA.	M. P. XXIIII.
ARCAS.	M. P. XXII.
MELITENEM.	M. P. XXVIII.
ITER A CAESAREA ANAZARBO.	M. P. CCXI. Sic.
ARASAXA.	M. P. XXIIII.
CODVZABALA.	M. P. XXIIII.
COMANA.	M. P. XXIIII.
SIRICIS.	M. P. XXIIII.
COCVSO.	M. P. XXIIII.
LARANDA.	M. P. XVIII.

BA-

non memini. Sunt autem numeri aut hoc loco aut infra fœdati. Librarii pro arbitrio numeros modo ampliores modo minores sæpe in hoc libello fecerunt. Ceterum Vossianus codex atque alii *Comanis M. P. XXVI.* & *Arabisso XXII. M. P.* apponunt. WESS.

ARABISSVM M. P. XII.] *Regium exemplar* Arabisso M. P. XII. *& reliqua* Arabisso M. P. XXII. SVR.

OSDORA M. P. XXVIII.] *Habet Regium exemplar: & in reliquis* Osdara M. P. XXIX. *& supra in Regio* Osdara. SVR.

DANDEXENA M. P. XXIIII.] *Regium* Dadexena M. P. XXIIII. *cum supra* Dandanixa *in eo exemplari legatur: & infra* Dandexena. *Blandinianum hoc loco* Dandexena *habet, & item Neapolitanum.* SVR.

ARCAS M. P. XXII.] *Habent manuscripta, & Longolianum: & cum supra Arcis Dandaxina* M. P. XXIIII. *signentur: & à Melitene Arcas* M. P. XXVI: *& hoc itinere* M. P. XXVIII. *tribuuntur; adeo sibi non constant librarii.* SVR.

ARCAS.] Bar Hebraeus ערקא Arcas inter VII. Episcopatus circa Melitenem numerat, suaque ætate prorsus desolatas fuisse tradit in Cl. Assemani Bibl. Orientali tom. II. p. 260. WESS.

ITER A CAESAREA.] Magna concordia CCXI. M. P. vetusti codices porrigunt, quæ spernere non placuit. WESS.

ANAZARBVM M. P. CCXII.] *In Regio* CLXXVIIII. *Blandinianum* CCXI: *cum mansionum ejus exemplaris numeri* M P. CCXII. *conficiant. Neapolitanum, & Longolianum Blandiniani lectionem præferunt: quam, quòd in Regio adeo sit depravata, asteriscis signandam visum est.* SVR.

ARTAXATA M. P. XXIIII.] *Regium* Arassaxa M. P. CLXXVIIII. *itineris totius summam repetens: atque ideo numerum mansionis signavimus. Reliqua vero exemplaria* Areaxata M. P. XXIIII. *præferunt: & quod superiore itinere quatuor mansionibus continuis, quæ hoc itinere repetuntur, in eodem Regio Caesarea* Artaxata M. P. XXIIII. *signentur*, Artaxata *legimus, tametsi apud Ptolemaeum in Murianis præfecturæ Armeniae oppidis, idem nomen, quod Regium observat exemplar, permaneat,* Ἀρταξάτα. SVR.

ARTAXATA.] *Arasaxa* verum videri, supra a nobis est observatum. WESS.

CODVZABALA M. P. XXIIII.] *In Regio hæc mansio deest: quam ideo asteriscis signamus; quod reliqua præferant exemplaria. qui libri etiam* Coduzabala. SVR.

LARANDA M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Larando M. P. XVIII. *Et item Neapolitanum & Longolianum: sed in hoc* Laranda *corrigitur. Blandinianum* Laranda M. P. XVIII. *Strabo Antipatri Derbensis piratæ oppida fuisse* Laranda & Isaura *memorat. Ptolemaeo in præfectura Ciliciae contributa Cappadociae* Λάρανδα. *Stephanus* Λάρανδα πόλις Λυκαονίας. *Ammianus libro xiiii. C. 2. de* Isauris *agens, qui in Lycaoniam Isauriae adnexam hostilem in modum grassantes se contulerant*, Venere, *inquit*, prope oppidum Laranda. *In Concilio Nicaeo Paulus* Larandensis *Episcopus Isauriae provinciæ subscribit: & Eusebius Ecclesiasticæ Historiæ lib. vi. cap. xx.* Larandis *Euelpim præpositum fuisse memorat.* SVR.

LARANDA.] In Lycaonia Hierocles, prorsus uti Stephanus, Λάρανδα. Diodorus Siculus L. XIIX. p. 605. in Pisidia locat, quod nihil nocebit, cum confines hæ regiones fuerint. Jungit illi Ptolemaeus Ὀλβασα, cui cognominem aliam habet L. V. C. 8. Ea vero cum

BADIMO.	M. P. XVIII.
PRAETORIO.	M. P. XXII.
FLAVIADA.	M. P. XXII.
ANAZARBO.	M. P. XVIII.
ITER A SEBASTIA COCVSO.	M. P. CCVI. Sic.
IN MEDIO.	M. P. XXV.
TONOSA.	M. P. XXV.
IN MEDIO.	M. P. XXV.
ARIARATHIA.	M. P. XXV.
CODVZABALA.	M. P. XX.
COMANA.	M. P. XXIIII.
PTANDARI.	M. P. XXIIII.

CO-

varie a viris, eruditionis gloria illustribus, sit tentata, videamus cui tandem accedendum sit. Verba Geographi sunt: ΚΗΤΙΔΟΣ ἡ Ὄλβασα. ΔΑΛΑΣΙΔΟΣ ἡ Νήκικα. Salmasius in Solin. p. 437. hinc Ὄλβα, Σαγαλασσίδος procudit, ut Σαγαλασσὶς regionis in Cilicia cognomen sit, a *Sagalasso* Pisidarum urbe creatum. Equidem de *Olba* facile illi assentior ob Hieroclem, qui inter Isauriae urbes Διοκαισάρειαν & Ὄλβην, haud aliter ac nunc Ptolemaeus, ponit: ad hoc Basilius Seleuciensis L. II. Mirac. S. Theclae C. 8. Olbam ait vicinam esse Seleuciae Isaurorum: Ἀσυγέιτων πόλις, ἥ ὀνομά ἐστιν Ὄλβα. Nec tamen Σαγαλασσίδος recepero, sed Λαλασσίδος, pro quo Θαλασσίδος in Coislin. MS. est, ex vetere Ptolemaei versione. Accedit numus, quem commodissime in hanc rem produxit Joan. Masson Vitæ Aristidis Sect. II., præferens ΑΡΧΙΕΡΕΟC ΟΛΒΗΝΩΝ ΚΑΙ ΛΑΛΑ...ΚΕΝΝΑΤΩ ΔΥΝΑCΤΟΥ. Reliquum est ΚΗΤΙΔΟΣ vocabulum, quod doctissimo Massono vitiosum & in ΚΕΝΝΑΤΙΔΟΣ transformandum ob illum atque alium videbatur numum, cui inerat ΑΔΡΙΑ. ΔΙΟΚΕCΑΡΕΩΝ ΜΗΤ. ΚΕΝΝΑΤΩ. Verum, pace viri præstantissimi dixero, Κηπίδος Ptolemaei nulla eget medicina. Testem dabo locupletem Basilium Seleuciensem, qui L. I. Vitæ S. Theclae p. 120. Calycadnum, quem Calydnum vocat, emergere ἐκ τῆς τῶν ΚΗΤΙΔΟΣ μυχαιτάτων χωρίων, *ex intimis Cetidis recessibus* auctor est, prætereaque τῶν Κηδίων γυναικῶν commeminit L. II. Mirac. S. Theclae C. 3. Atque hæc etsi extrinsecus non tamen intempestive, acerrimum Ti. Hemsterhusii judicium secutus, videor hoc loco monuisse: nunc ad propositum redeo. WESS.

BADIMO.] Vossianus MS. *Baldimo*. Quid horum verius sit, dicere non habeo. WESS.

FLAVIADA M. P. XXII.] *Habent manuscripta, & Longolianum. Ptolemaeo in Characine regione Ciliciae provinciæ* Φλαυιόπολις. *Nicephorus Callistus libro xiii.* Ex Episcopatu autem Flaviadis, quæ sub Anazarbes metropoli est, Nicephorus Phocas Episcopum ejus Eustratium transferens, Antiochiae Patriarcham fecit: cum quidem Episcopatum tum ab Anazarbe divulsum Patriarchatui Antiocheno *univisset*. SVR.

FLAVIADA.] Habet hanc Hierocles sub metropoli Ciliciae II. Anazarbo arcteque illi Ἐιρηνόπολιν jungit, quam Basilius Seleuciensis L. II. Mirac. Theclae. C. 4. τὴν εἰρήνης ἐπώνυμον πόλιν appellat. Verum de ea loco commodiore. WESS.

ANAZARBVM M. P. XVIII.] *Plinius, cum finem antiquum Ciliciae* Melam *amnem constituisset*, intus autem, *inquit*, dicendi Anazarbeni, qui nunc Caesarauguſtani: *tametsi vetusta exemplaria*, qui nunc Caesarea Augusta *habent: quem locum uti corruptum expendendum arbitror: forte item legendum erat* Ἀναζάρβαι, qui nunc Diocaesarea, Augustani Castabla: *nam Ptolemaeus in Bryelices Ciliciae provinciæ*, Augustam *urbem post mediterraneas Ciliciae Selinitidis regionis recenset. Suidas* Diocaesaream *in Cilicia dictam, & à conditore* Azarba *nuncupatam: quod itidem perhibet Stephanus. Ptolemaei igitur* Diocaesarea *erat* Anazarbus, *in* Selinitide *Ciliciae provinciæ mediterranea regione: ac mirum est non adjecisse* Ana-

COCVSO.	M. P. XXXVIII.
ITER A NICOPOLI ARABISSO.	M. P. CCXXVI. Sic.
DAGALASSO.	M. P. XXIIII.
ZARA.	M. P. XX.
CAMISA.	M. P. XVIII.
SEBASTIA.	M. P. XXIIII.
IN MEDIO.	M. P. XXV.
ARIARATHIA.	M. P. XXV.
CODVZABALA.	M. P. XX.
COMANA.	M. P. XXIIII.
PTANDARI.	M. P. XXIIII.
ARABISSO.	M. P. XXII.

ITER

Anazarbum *nuncupatam: cum statim* Caesaream *recenseat, quæ apud* Anazarbum *esset: cum* Anazarbi *mentio facta non sit. Ammianus libro xiiii. C.* 8. Et Anazarbus, *inquit*, auctoris vocabulum referens. SVR.

ANAZARBO.] Fefellit Suritam Suidas. Anazarbus & Diocaesarea distinctissimæ urbes fuerunt, sicuti ad Ammianum H. Valesius ostendit. Grammaticus sua ex antiquo excerpsit scriptore, qui cum Joan. Malala extremo L. X. Chronogr. paria facit: ille enim urbem primo Scynta Σκῦντα, pro quo Suidas Κύϊνδαν, dein *Ciscum*, postea sub Caesare Julio *Diocaesaream*, sub Nerva Imp. *Nervam* ac mox a conditore *Anazarbum* appellatam perhibet. Propior vero est Stephanus, a *Zarbo* monte, quo de ad eum L. Holsteinius, vocabuli originationem repetens; si qua tamen in his rebus auctoritas Syris atque Arabibus esset, urbem *Indarbe* עין דרבי & *Ainzarba* appellantibus, *fons Zarbus* gloriam inditi oppido nominis monti dubiam posset facere: sed uti ille ignotus est, ita auctor Vitae Oppiani Coryco monti urbem adjungit: ἡ δ' Ἀνάζαρβος τελεῖ ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τῆς Κιλικίας πλησιχωρεῖ δὲ τῷ Κώρυκι. Aberat ab Aegis Ciliciae, modo fidere liceat Actis S. Thalelaei C. 1., à Bolandi sociis correctis, stadiorum 10. spatio: ἐπορεύθημεν ἐν τῇ Ἀναζάρβῳ πόλει, ἡ ἀπέχει ἀπὸ τῆς Αἰγαίων πόλεως σταδίους πεντακοσίους. Plura vide in Ezech. Spanhemii Or. Romano p. 410. WESS.

COCVSVM M. P. CCVI.] *In Regio* CLXVI: *qui numerus non summæ itineris, sed primæ mansioni attribuitur, ut duplex erratum sit: & reliqua* CCVI. *cujus summæ ratio apparet.* SVR.

ITER A SEBASTIA.] In CCVI. M. P. nostri libri conspirant. Parisiensium unus in margine ostendit, *Respice XXVII. supersunt*, quod tamen, si singulas mansiones obieris, falsum esse reperies. WESS.

TONOSA.] *Tosano.* Hæc supra nominata fuit *Tonosa.* Ptolemaeo *Horosa.* SIML.

TONOSA.] *Tosano* a nostris MSS. ignoratur. Vide ante dicta. WESS.

ITEM A NICOPOLI ARABISSON M. P. CCXXVI.] *Regium in summa numerorum itineris hujus* XXVI. *tantum retinuit: &* CC. *desunt. In reliquis* CCXXVI: *& summæ ratio constat. Supra pagina* CLXXXIII. *itinere ab* Arabisso *per compendium* Satalam, *mentio hujus* Nicopolis *celebris urbis* Armeniae minoris *facta est.* SVR.

ITER A NICOPOLI.] Recepi numeros, quos MSS. magna concordia dabant. Vaticanus *ab Arabisso*, non recte. Quod autem Acta II. & III. S. Blasii Nicopolin Sebastiamque vicinas faciunt C. 1., his verbis usa: *Jam namque & in Nicopoli, quæ non longe a Sebastea distabat, cognitus erat:* id, si ad vivum reseces, procul vero invenietur. Bene ergo Bollandus, Tabula teste excitata, hoc nota atque obelo confixit. WESS.

SEBASTIAM M. P. XXIIIII.] *Regium* mille passuum XXIII: *& reliqua* M. P. XXIIIII. SVR.

COMANA M. P. XXIIII.] *Regium* XVIII: *& reliqua habent* M. P. XXIIII. *& supra* Coduzalabis Comana M. P. XXIIII. SVR.

PTANDARI M. P. XXIIII.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: quæ habetur in reliquis.* SVR.

PTANDARI.] Plerique MSS. hoc loco *Candari*, brevi vero post in itinere à *Cocuso*, *Tandari.* WESS.

ITER A SEBASTOPOLI CAESAREAM VSQVE.	M. P. CCXVII. Sic.
VERISA.	M. P. XXIIII.
SIARA.	M. P. XII.
SEBASTIA.	M. P. XXXVI.
SCANATVS.	M. P. XXVIII.
MALANDARA.	M. P. XXXVIII.
ARMAXA.	M. P. XXVIII.
EVLEPA.	M. P. XXIIII.
CAESAREA.	M. P. XXVI.
ITER A COCVSO ARABISSO.	M. P. LII.
PTANDARI.	M. P. XXVIII.
ARABISSO.	M. P. XXIIII.
ITER A COCVSO MELITENAM.	M. P. CLIII. Sic.

PTAN-

CAESAREAM VSQVE M. P. CCXVII.] *Regium* CCVII: *& reliqua* CCXVII: *cum tamen numeri conficiant ſummam* CCXVI: *neque tamen id corrigitur, quòd alib ſubeſſe poſſit error: in tanto exemplarium conſenſu quæ,* CCXVII. *præferunt.* SVR.

VERISAM M. P. XXIIII.] *Habent manuſcripta, & Longolianum: cum ſupra eadem* Viriſam *prætulerint.* SVR.

SIARAM M. P. XII.] *Habent Regium, & Blandinianum exemplar: cum ſupra omnia* Fiaraſi *præferunt. Neapolitanum* Siriara M. P. XXII. *Longolianum* Siara M. P. XII: *&* XXII. *corrigit.* SVR.

SIARA.] XXII. M. P. ſchedæ Cuſani, reliquis Regio aſſentientibus. WESS.

SEBASTIA M. P. XXXVI.] *Regium* M. P. VI. *manifeſto errore. Blandinianum* M. P. XXXIII. *Neapolitanum* M. P. XXXVI., *& Longolianum.* XXXIII., *& corrigitur* XXXVI., *quam veram lectionem arbitror: ſupra enim* Fiaraſi Sebaſtiam M. P. XXXVI. *conſtituuntur.* SVR.

SEBASTIA.] Margo Fabriciani exemplaris *XXXIII. M. P.* WESS.

SCANATVS M. P. XXVIII.] *Regium* M. P. XVIII. *Blandinianum* Scariatus M. P. XXXVIII. *Neapolitanum* Scanatus M. P. XXVIII. SVR.

SCANATVS.] XXIX. M. P. Cuſani codex. WESS.

MAIANDARA M. P. XXXVIII.] *Regium* Maiandara M. P. XXXVIII. *& item Blandinianum. Neapolitanum* Maiandera M. P. XXXVIII. *Longolianum* Maiandara M. P. XXXIX: *&* XXXVIII. *corrigitur. Sed eadem ſupra* Malandara, *&* Marandara *prætulere.* SVR.

MALANDARA.] Sic MS. Pariſinus, quem, quod & ſupra ita ſcriberetur, ſequi placuit. Voſſii & Cuſani ſchedæ XXXIX. M. P. adjungunt. WESS.

ARMAXA.] *Armaca.* Hæc ſupra mominata eſt *Armaxa.* SIML.

ARABISSON M. P. XXIIII.] *Habent manuſcripta exemplaria miro librariorum ſtupore, & inertia: qui hac ipſa pagina Ptandari Arabiſſon* XXII. *&* XXIIII. M. P. *&* XII. M. P. *præferant.* SVR.

ITEM A COCVSO MELITENEM M. P. CXLII.] *Regium* M. P. CXL. *Blandinianum* M. P. CXLII: *cum tamen ſummam conficiant manſiones ejus exemplaris* CLII. *Neapolitanum* CLIII. *Longolianum* CLII. *& corrigitur* CLIII. SVR.

ITER A COCVSO MELITENAM.] Voſſianus M. P. CLIIII. Cuſani MSS. M. P. CLIII., reliqui CXLII. Cuſani ſchedas ſequimur. WESS.

PTANDARI.] In Voſſii & Cuſani MSS. XXIX. M. P. & vetuſtioribus editionibus inſunt: conſentiunt tamen editis Vaticanus & margo Fabriciani exemplaris. WESS.

ARABISSON M. P. XII.] *Habet Regium exemplar: quo numero ſumma hujus itineris fiet* CXLII. M. P. *Reliqua* XXII: *& fiet* CLII. SVR.

ARABISSO.] Omnes MSS., etiam illi qui capiti itineris CXLII. M. P. appoſuerunt, XXII. annec-

PTANDARI.	M. P. XXVIII.
ARABISSO.	M. P. XXII.
ASDARA.	M. P. XXVIII.
DANDEXENA.	M. P. XXIIII.
ARCAS.	M. P. XXII.
MELITENA.	M. P. XXVIII.
ITER A MELITENA SAMOSATA.	M. P. XCI. Sic.
MESSENA.	M. P. XII.
LACOTENA.	M. P. XXVIII.
PERRE.	M. P. XXVII.
SAMOSATA.	M. P. XXIIII.
ITER A NICOPOLI SATALAM.	M. P. CXXII. Sic.
OLOTOEDARIZA.	M. P. XXIIII.
CARSAT.	M. P. XXIIII.

ARAV-

annectunt; neque visum fuit, contra hunc consensum niti. WESS.

ASDARAM M. P. XXVIII.] Asdara *habent manuscripta & Longolianum*: *cum supra* Osdara, & Osdora *præferant.* SVR.

DANDEXENA M. P. XXIIII.] *Regium habet exemplar: cum supra* Dandanixa & Dandexena *præferat. Hoc tamen loco Blandinianum & Longolianum* Dandecenea M. P. XXIIII. *habent, & hoc* Dandecena *corrigitur. Neapolitanum item* Dandecena M. P. XXIIII. SVR.

DANDEXENA.] *Dandecena, Dandacena* & *Dandecenca* libri parum consentientes edunt. WESS.

ITEM A MELITENE SAMOSATA M. P. XCI.] *Supra quattuor ea mansiones* à Melitene Samosata *exponuntur eodem ordine, itinere* A Satala Melitenem *per ripam Danubii Samosata usque, ut supervacaneum iter videri possit, nisi eo significetur à Proconsule Samosatis eo itinere stativis esse permanendum. Discrepant tamen exemplaria; nam quæ hic* Massena *Regio exemplari vocatur, & aliis exemplaribus* Mesena, Miasena *illo itinere nuncupatur: & quæ* Tacoten *Regio exemplari hoc itinere, & aliis* Lacotena, *illo itinere* Lacotina, & Lacotena *legitur: & ab ea ad* Perre *mansionem* M. P. XXVI. *assignantur, quemadmodum hoc itinere in Regio legitur exemplari, non* M. P. XXVII., *ut reliqua præferunt exemplaria.* SVR.

MESSENA.] *Mesena* constanter hoc loco MSS. *Lacotenae* Cusani schedæ XVIII. M. P. adscribunt. WESS.

OLOTOEDARIZAM M. P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar: & Blandinianum* Olotoedariza M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Oletoedariza M. P. XXIIII. *Longolianum* Olotho Edariza XXIIII: *quod in mansionis nomine toties repetito admonere libuit: præsertim cum in Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Armeniae in Ponto, Præfecturæ Legionis primæ Pontica Ala Rizena, & Ala* Dalealiza *recensentur: quod secius in excusis legitur: ut forte* Alam Dalealiza *legendum esset, in hoc Itinerario: quod* Alarum stationes *in eo itidem recensentur, ut infra adparet.* SVR.

OLOTOEDARIZA.] Prorsus mihi persuadeo, eundem locum in Notitia Imp. Or. indicari, licet Suritae conjectura procul vero videatur: recenserentur enim alæ duæ & altera quidem sine cognomine. Audiamus G. Pancirolum de vetustis Notitiae codicibus differentem: *In manuscriptis, quos mendosos puto, pro una duæ alæ ponuntur, videlicet Ala Rizena & Ala Dalealiza. Vetustus codex legit, Alcadealiza:* Ex his non inepte cogas *Alam Dalearizam* ex Notitia esse exturbandam: in *Alcadealiza* vero castelli sive mansionis, qua de agitur, latere cognomen. Quodnam autem verius sit nomen, finire in tam densis horum locorum tenebris non ausim. WESS.

CARSAT.] Hæc in alio itinere *Sarsaga* nominatur. SIML.

CARSAT M. P. XXXIIII.] *Regium* Carsai M. P. XXIIII. *& reliqua* Carsat M. P. XXIIII.

neque

ARAVRACOS.	M. P. XXIIII.
SVISSA.	M. P. XXIIII.
SATALA.	M. P. XXVI.
ITER A TRAPEZVNTE SATALAM	M. P. CXXXV. Sic.
AD VICENSIMVM.	M. P. XX.
ZIGANA.	M. P. XXXII.

OR-

neque ſi quid ad hanc manſionem pertineat Ptolemaei Χάραξ *inter montana Armeniae minoris, in quibus* Satala *recenſetur, affirmare auſim.* SVR.

CARSAT.] Sine dubio *Carſagis* eſt, quam hoc ſitu ſupra vidimus: videtur *Carſat* e vocabulo decurtate ſcripto eſſe natum. Sequentium manſionum numeri illis, quos alibi habuimus, non conſentiunt, nec ullum tamen è libris MSS. auxilium venit. WESS.

SVISSAM M. P. XXIIII.] *Regium* Soiſſa M. P. XXVIII: *cum reliqua* Soiſſa M. P. XXIIII. *præferant.* Suiſſae *ſupra præfertur nomen.* SVR.

SATALAM M. P. XXVI.] *Habent manuſcripta, & Longol. Regio dempto, quod* M. P. XXVII. *habet.* SVR.

ITEM A TRAPEZVNTE SATALAM M. P. CXXV.] *Regium* Item à Trapezunta Satala M. P. CXXX. *Blandinianum* Item à Trapezunta Satalam M. P. CXXXII. *cum manſionum ejus exemplaris numeri ſummam conficiant* M. P. CXXXV., *facili librariorum lapſu ex* II. V. *tranſcribendi, & ex* V. II. *Neap.* CXXXV. *& Longol.* CXXXII. *&* CXXXV. *corrigit. Plinio L. 6. C. 4.* Trapezus, *in Themiſcyrenae regionis populis*, oppidum liberum, vaſto monte clauſum, ultra quod gens Armenochalybes, & Major Armenia XXX. M. P. diſtans. *Ita enim in vetuſtis legimus ſummo conſenſu exemplaribus; & in ora ante* Trapezunta *flumen* Pyxites. *Ptolemaeo inter urbes Ponti Cappadociae. Tacitus Hiſt. 3. C. 47.* Trapezuntem vetuſtam admodum civitatem, à Graecis in extremo Ponticae oræ conditam ſubitus irrupit. *Stephanus* Sinopenſium *coloniam eſſe perhibet.* SVR.

ITER A TRAPEZVNTE.] *Trapezunta* ſcriptus Voſſianus, cum prioribus editis, ſed margo Fabriciani libri *Trapezunte.* Zoſimus L. I. C. 33. πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, magnam & celebrem eſſe urbem ait. Xenophon extremo L. IV. Exped. Cyri in Colchorum agro ſitam ac Sinopenſium eſſe coloniam prodit; Strabo vero Colchis finitimam facit, Procopio L. IV. B. Goth. C. 2. invito, ſed parum conſiderante, Colchorum fines latius olim patuiſſe. Quo nunc ſit ſtatu docebit Turnefortius Epiſt. XVII. p. 102. WESS.

AD VICENSIMVM.] *Ad Viciſſimum* vel *Vincenſimum.* SIML.

AB VICENSIMVM M. P. XX.] *Habet Regium exemplar. Longolianum* Vinceſimum. SVR.

AD VICENSIMVM.] Cuſani ſchedæ cum margine Fabriciani libri *Ad viceſimum. Ad Viciſſimum* fuit in Vaticano. Vide quæ alias p. 113. diſputavimus. WESS.

ZIGANAM M. P. XXXII.] *Regium* Zigana M. P. XXII: *& reliqua* M. P. XXXII. *In Notitia Provinciarum, ſub diſpoſitione Ducis Armeniae de minore laterculo Cohors ii. Valentiana* Ziganne. SVR.

ZIGANA.] Peutingerana Tabula hoc loco *Frigidarium.* Fuit uterque manſionis locus in Armenia, quam frigidiſſimam eſſe & perpetuis pæne nivibus obrutam, neque ver neque autumnum noſſe, viti omni carere, & plane δυσχείμερον egregie deſcribit Gregor. Nyſſenus Orat. in XL. Martyr. p. 107. WESS.

THIAM M P. XXIIII.] *Regium* Tiga M. P. XXIIII. *& reliqua* Thia mp. XXIIII. *In Notitia ſub eodem Duce Ala prima Felix Theodoſiana* Pithiae: *& in vetuſto item exemplari: ut nihil ſit aſſerendum, an ad hanc pertineat manſionem.* SVR.

SEDIS SCAPI FONTI M. P. XVII.] *Regium* Sedis Scapi Fonti M. P. XVIII. *Blandinianum* Sidiſſa ſiponti M. P. XVII: *& reliqua* Sediſſa ſiponti M. P. XVII. SVR.

SEDISSA FIPONTI.] Noſtri codices cum prioribus editionibus *Sediſſa ſiponti*, aut *Sediſſa-ſiponti.* Nihil mihi dubium eſt, quin vocabulo vitium adhæſerit; venerunt quoque plures mihi in mentem conjecturæ, quas in re admodum

THIA. M. P. XXIIII.
SEDISSCAPIFONTI. M. P. XVII.
DOMANA. M. P. XXIIII.
SATALA. M. P. XVIII.
ITER PER RIPAM A VIMINACIO NICOMEDIAM. XII.
M. P. LXXII. Sic.
CVPPIS. M. P. XXIIII.
NO-

dum ambigua atque obscura perdere velle quid proderit? WESS.

DAMANAM M. P. XXIIII.] Domana M. P. XXIIII. *habent manuscripta exemplaria; & item Longolianum: sed* Pomana *corrigitur. Ptolemaeo item juxta Satalam* Δόμανα. *In Notitia, sub dispositione ejusdem Armeniae ducis, Equites Sagitarii* Domanae. SVR.

SATALAM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. XXVIII: *& item Neapolitanum, & Blandinianum* M. P. XVIII. *atque item Longolianum, sed* XXVIII. *corrigitur.* SVR.

ITEM PER RIPAM VIMINACIO NICOMEDIAM XII. M. P. LXXII.] *Habet Regium exemplar: Blandinianum* M.P.M.I.Mille CXXXI. *Neapolitanum* mpm. CCXXXII. *Longolianum* M.P.M. MCXXXI: & MCCXXXII. *corrigitur: Sed cum illae notae* XII. *Regii exemplaris à librariis non intelligerentur, quae* bis & decies centena M. P. *significant, quemadmodum in vetustis exemplaribus manifeste apparet, numeri minime legitimi sunt adpositi. Peractis igitur & confectis itineribus provinciarum* Syriae, Armeniae, Cappadociae, & Ponti, *quae à Procos. obiri consueverant, in Mysiam superiorem transgreditur, ut eam cum* Scythia, Thraciam *post modum deflectens, patefaciat, ac rursus* Nicomediae *sistat: à* Viminacio *initium sumens, cujus supra in itinere* Sirmio Nicomediam *mentio facta est. Celebre enim adparet fuisse oppidum ad Danubii ripas situm. Nam supra ex Ptolemaeo in ea urbe Legionem constitutam indicavimus, & ex Notitia Provinciarum, sub dispositione Ducis Moesiae primae, Praefectura Classis Istriae eo collocata est: & cuneus praeterea Equitum promotorum: & praefectura legionis vii. Claudiae.* SVR.

ITER PER RIPAM.] In uno librorum vetustorum legitur, *M. P. M. mille CXXXII.*, pro quo Lugduni & Basileae publicarunt, *M. P. M. CXXXII.*, nihil hac parte Vaticano & Fabriciano discordantibus. MS. Cusani *M. P. CCXXXII.* praeferebat; ceteri, quod optimae notae Regius, ostendebant, idque retinuimus, quamvis in numeris error sit manifestus, a Bergerio quoque animadversus L. III. Viar. Milit. C. 42. Quod vero Simlerus huic itineri EVROPAE praescripserat nomen, id nusquam inventum delevimus. Erat hoc iter celebre, sed eo, quod per Thraciae mediterranea ducebat, multo longius. Meminit ejus Lactantius Mort. Persec. C. 17. *Sic*, inquiens, *aestate transacta, per circuitum ripae Istricae Nicomediam venit, morbo jam gravi insurgente*, ita enim cum viro erudito lego. Novi quae de *ripa striga* H. Dodwellus disputavit, sed ea magis erudita, quam vera, praesertim si ad Lactantii verba appingantur, existimavero: nam *ripam* eum *Istricam* innuisse, hoc iter dubio eximit. WESS.

PER RIPAM DANVBII.] Nomen *Danubii* in MSS. & Aldino codice non habetur: sed etsi non scribatur, omnino subintelligendum est. SIML.

CVPPAS M. P. XXIIII.] *Manuscripta & Longolianum* Cuppae M. P. XXIIII. *Hujus mansionis in Notitia Provinciarum fit mentio, sub dispositione ejusdem Ducis Moesiae primae. Nam cuneus Equitum Dalmatarum recensetur* Cuppis. SVR.

CVPPIS.] Vossianus *Cuppe*, quo fere modo Tabula, *Vico Cuppe XXIV. M. P.* à Viminacio scribens. Vaticanus *Cuppis M. P. XXIIII.*, quod ob Notitiae consensum secuti sumus. Procopius L. IV. Aedif. Justiniani C. 6. Viminacio profectis occurrere, ὀχυρώματα τρία πρὸς τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ Πικνὲς τε καὶ Κάπες καὶ Νοβάς, *tria castella Picnos, Cupos & Novas, apposita Istri ripae*, commemorat. WESS.

NOVAS. M. P. XXIIII.
TALIA. M. P. XII.
EGETA. M. P. XXI.
AQVIS. M. P. XVI.
DOR-

NOVAS M. P XXIIII.] *Binarum* Novarum *fit hoc itinere & in eadem Notitia provinciarum, sub dispositione ejusdem ducis, mentio, hujus mansionis, quæ nullo cognomento censetur, & alterius ejusdem nominis cognomento* Leg. 1. Ital., *cujus hoc itinere mansio conlocatur. De hac mansione in Notitia* Auxiliares, *inquit*, Novenses ad Novas: *& Præfecturæ militum exploratorum* Novis. *Ptolemaeo* Νοῦαι *inter urbes ad Danubium sitas, ut mihi verisimile sit* Nouas legionis primæ Italicae *subindicari. Jornandis in rerum Geticarum libro cap. xviii.* Post cujus, *inquit*, decessum Cniva exercitum dividens in duas partes, nonnullos ad vastandam Moesiam dirigit: sciens eam, negligentibus Principibus, defensoribus destitutam. Ipse vero cum LXX. millibus ad Eustesium id est Novas conscendit. SVR.

NOVAS.] Tabula *XII. M. P. a Cuppis* separat, ab insecuta vero mansione *M. P. XXV.*, unde non est improbabilis Ch. Cellarii L. II. G. A. C. 8. p. 575. suspicio, versus numerorum aut hic aut in Tabula esse commutatos arbitrati. *Novae* hæ eædem sunt ac Procopii; sed Jornandis *Novae* ad hoc castellum non pertinent, verum eas *Novas*, quas infra habebimus. Suadet hoc *Nicopolis* & *Jatrum* flumen, quorum meminerat ante. Putem præterea in verbis *ad Eustesium id est Novas* mendæ aliquid inesse: Codex Ambrosianus *Ecscesium* legit, unde considerandum offero, sueritne olim *ad Oescum, Uton & Novas?* nam Cluverio, qui & hunc locum tetigit L. III. G. A. C. 43., legenti *Neustetium* & *Ciabrum*, adstipulari non possum. Qui enim verum esse præstabit, *urbem, quam NOVAS Romani, Gothos has oras obsidentes appellasse Neustat?* quibus inquam indicibus, quo teste probatur? WESS.

TALIA.] Liber Notitiæ *Taliata*. SIML.

TALIA M. P. XII.] *Regium* M. P. XXII: *& reliqua* M P. XII. *Forte ea est mansio, quæ in Notitia Provinciarum, sub dispositione Ducis Moesiæ primæ recensetur. Nam inter auxiliares auxilium numeratur* Taliatense Taliata: *& inter Legiones, Præfectus militum exploratorum* Taliatae. SVR.

TALIA.] Conspirant in hanc vocem MSS., & verum tamen est *Taliata*. Tabulæ *Faliatis*, vitio exscriptorum. Forsan hinc TALLIATES fuerunt, quorum memoria in lapidibus est Gruteri p. LV. 8. 9. Scio Marq. Freherum Orig. Palat. p. II. C. 9. in alia omnia abire, nominisque ejus vestigia in arce & vico *Dollendorf*, quem prope lapides eruti fuerunt, quærere: sed quid si milites *Taliates* inibi in statione fuerint, ac MARTI AC GENIO TALLIATIVM ædem dedicaverint? id sane verum esse potest, nec quicquam habet a moribus militum alienum. WESS.

AEGETAM M. P. XXI.] *Regium* Egeta M. P. XXI: *& reliqua* Ageta M. P. XXI. *Sub dispositione Ducis Daciæ Ripensis in Notitia Provinciarum, cuneus Equitum scutariorum* Aegetae: *& inter legiones, Præfecturæ Leg. xiii. Gem.* Aegetae, *& præfecturæ classis Istricæ* Aegetae. *In vetusto exemplari Notitiæ &* Egete *&* Agete *legitur.* SVR.

EGETA.] *Ageta* Vossianus ceterique cum editis; alterum tamen retinui, reveritus auctoritatem Regii MS. & Tabulae, quæ *Egeta M. P. XX. a Taliatis.* Ptolemaeo ΕΤΗΤΑ errore exscribentium pro ΕΓΗΤΑ, uti pulchre Ch. Cellarius vidit, dicitur. Hanc vero inter & sequentem celebris Trajani Imp. pons, si fidem Procopius meretur L. IV. Aedif. C. 6., in Danubio fuit. Vide tamen Comitis Marsilii Danubium tom. II. p. 25. WESS.

AQVAS M. P. XVI.] *Regium* Equis M. P. XVI. *& reliqua* Aquis. SVR.

AQVIS.] Procopio πολίχνιον, Ἀκυὲς ὄνομα, Theophylacto Simocattae Ακὺς, Justiniano August. Novel. XI. *in Aquis, quæ est provinciæ Daciae ripensis.* Hierocles mire in his vitiosus: Ῥαζαρία Μητρόπολις, Βηνοπία, Ἀκοίνες: venerat ab eo Ῥατιαρία, Βονωνία, Ἀκυὲς, uti ex parte vidit H. Valesius ad Ammiani L. XXXI. C. 11. Habet in Thesauro lapides Gruterus in Dacia prope Albam erutos, qui DECVR. COL. AQ., *Decurionem coloniæ Aquensis* exhibent, ut p. XII. 8. & XXIII. 10, qui huc sane commodius quam ad *Aequum* in Dalmatia referentur,

DORTICO. M. P. X.
BONONIA. M. P. XVII.
RATIARIA LEG. XIV. GEMINA. M. P. XVIII.
ALMO. M. P. XVIII.

CE-

tur, nisi si in Dacia trans Istrum hoc nomine colonia fuerit, quod pæne opiner. WESS.

DORTICON M. P. X.] *Ptolemaeo inter mediterraneas urbes ad Danubium sitas* Δορπκὸν. *Et sub dispositione Ducis Daciae Ripensis cuneus Equitum Dalmatarum Divicensium* Dortico. SVR.

DORTICO.] Procopius τὸ Δορπκὸν ἐπικαλέμενον φρούριον, *castellum, cui Dortico nomen est.* Tabula *Dortico XXIIII.* M. P. a mansione *Ad aquas* separat. WESS.

BONONIAM M. P. XVI.] *Regium* Bononia M. P. XVIII: *& reliqua* XVII. *Ammianus libro xxxi. C.* 11. Dum hæc aguntur in Thraciis, Gratianus docto litteris patruo, qua industria superaverit Alemannos, pedestri itinere præmissis impedimentis & sarcinis, ipse cum expeditiore militum manu permeato Danubio, delatus Bononiam, Sirmium introiit. *Et libro xxi. C.* 9. Bononiam à Sirmio disparatam XVIII. M. P. *asseruit. Et sub dispositione Ducis Daciae Ripensis in Notitia provinciarum, cuneus Equitum Dalmatarum Forenium* (*ita enim in vetusto legitur exemplari*) Bononiae: *& pluries fit ejus mentio sub dispositione Ducis provinciæ Pannoniae secundæ Riparienſis, sive Saviae.* SVR.

BONONIA.] Quæ Surita ex Ammiano enotavit, ea ad aliam pertinent *Bononiam*, quam *itinere a Tauruno in Gallias* videbimus. Hujus meminere Procopius L. IV. Aedif. C. 6. Theophylactus atque Hierocles. WESS.

RATIARIA.] Ptol. *Rhaetiaria Mysorum.* In quibusdam exemplaribus ex libro Notitiæ, ut arbitror, additum est, *Legionem Geminam XIV.* hic castra habuisse, quod tamen in nostro MS. non habetur. SIML.

RATIARIAM LEG. XIIII. GEMINA M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Ratiaria M. P. XIIII. GG. milia M. P. XVIII. *pro* Ratiaria LEG. XIIII. gemina M. P. XVIII. *in eo praterea nota* GG. *Geminam in hoc Itinerario significat. Blandinianum* Ratiaria Leg. XIIII. M. P. XVIII. *Ptolemaeo juxta Dorticon* Ῥατιαρία Μυσῶν. *Et in Notitia provinciarum sub dispositione Ducis Daciae Ripensis inter Legiones, Praefectura Legionis* XIII. Geminae Ratiariae: *ut in alterutro erratum sit in numero legionis* XIII. *aut* XIIII. *& praefecturae Classis* Ratiarienſis. SVR.

RATIARIA.] Celebris urbs fuit & provinciæ Metropolis, fortasse etiam Colonia, modo huc tuto referatur lapis ex Danubio Pannonico Com. Marsilii tom. II. p. 129., qui AVGVSTAL. COL. RAT. inscriptus est. Justinianus Imp. collapsam longa temporum injuria instauravit apud Procopium L. IV. Aedif. C. 6. In L. 21. C. de Pign. *Retiaria*, & L. 3. C. Inter alios acta *Retria* dicitur. Ῥατηρία vero Theophylacto: Verba adscribo ex L. I. H. M. C. 8. οἱ ἀμφὶ τὸ Χαγᾶνον τό τε Σκυθῶν καὶ Μυσῶν τὸς περοίκους ἐλυμήναντο πάντας, εἷλον τε πόλεις πολλὰς, τήν τε Ῥατηρίαν καὶ Βονώνειαν, καὶ Ἀκὺς, καὶ Δορόστολον, καὶ Σαλδαπὰ, καὶ τὰ Παννασὰ, καὶ Μαρκιανόπολιν· Vertit hæc Auctor Histor. Miscellae L. XVII. *Anno V. Imp. Mauritii Chajanus Avarum fœdere dissoluto Mysiam & Scythiam atrociter expugnavit, subvertens Ratiarnam, & Bonomiam, & Aquas, & Dorostolum, & Zandapa, & Martianopolim*, non sine peccatis, sed quæ ex Graecis facile corrigas: indidem emendari debent, quæ in Excerptis ex Theophylacto tom. I. Script. Byzant. p. 178. apud Labbeum leguntur. Jam, ut ad Legionem XIV. pergamus, scire licet eam Vossiano libro deesse, non item reliquis: putem vero ex Notitia *Leg. XIII. Gem.* hic in statione fuisse, & ex veteri lapide, quem exscriptum dedit ad Lactantium Mort. Persec. C. 36. Amp. Cuperus: Habet enim ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΝ ΕΝ ΔΑΚΙΑ ΗΓΙΩΝΟC ΙΓ. ΓΕΜΙΝΗC. Novimus præterea ex Dione & literatis monumentis, de quibus infra dicetur commodius, *Leg. XIV. Gem.* in Pannonia fuisse superiore. WESS.

ALMVM M. P. XVIII.] Almo M. P. XVIII. *habent manuscripta exemplaria, & Longoliani libri. Eutropius de Probo Imperatore L. 9. C.* 11. Opere, *inquit*, militari Almum montem apud Sirmium, & Aureum apud Moesiam superiorem vineis consevit, & provincialibus colen-

CEBRO.	M. P. XVIII.
AVGVSTIS.	M. P. XVIII.
VARIANA.	M. P. XII.
VALERIANA.	*M. P. XII.*
OESCO LEG. V. MAC.	M. P. XII.
	VTO.

das dedit. *Ut oppidi utrumque nomen ſit ; ut ſupra de* Aureo monte *admonuimus. In Notitia ſub eodem duce Daciae Ripenſis, cuneus Equitum Stableſianorum* Almo. SVR.

ALMO.] Oppidum, ſive *caſtellum* potius, fuiſſe, ex Procopio L. IV. Aedif. C. 6. exploratiſſimum eſt: nec *Almus* tamen *Mons* cum hoc recte componitur, quippe Sirmio vicinus. WESS.

CEBRO.] Meminit hujus Notitia. Eſt autem *Cebrus* fluvii nomen, qui in Danubium incidit, quem Ptol. *Cyabrum* vocat. SIML.

CEBRVM M. P. XVIII.] *Regium & Blandinianum* Cebro M. P. XVIII. *Neapolitanum* Crebro M. P. XVIII. *Longolianum* Cebro M. P. XVIII. & Crebro *corrigitur. In Notitia ſub ejuſdem Ducis diſpoſitione cuneus ſcutariorum* Cebro *recenſetur.* SVR.

CEBRO.] Appoſitum fuit caſtellum Cebro fluvio. Ὀχυρώματα ἐν Κέβρῳ inſtauraſſe dicitur Juſtinianus Procopio L. IV. C. 6. *Crebro* non recte data fertur L. 30. C. de Tranſact. WESS.

AVGVSTAM M. P. XVIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Auguſtis M. P. XVIII. *Ptolemaeus inter nobiliores Daciae urbes* Praetoriae Auguſtae, & Auguſtae *meminit, ut* Auguſtae *ſit legendum. In Notitia ſub diſpoſitione ejuſdem Ducis in pervulgatis libris cuneus Equitum Dalmatarum* Auguſtae. *Sed in vetuſto exemplari non legitur niſi cuneus Equitum Dalmatarum* Divitenſium: *& reliqua deſunt.* SVR.

AVGVSTIS.] Sic calamo & formis deſcripti libri, neque hilum diſſidet Tabula. Meminit urbis Procopius eo loco, quem ſæpius citavimus. Ἀνγῦστι ὠνομάζετο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἡ πόλις, additque vetus nomen illi durare, quantumvis novis operibus a Juſtiniano ſit munita. *Praetoria Auguſta*, cujus in Dacia trans Iſtrum Ptolemaeus meminit, ab hoc aliena eſt: Procopius, quod pæne praterieram, Ἀνγύστῃ ſcripſiſſe videtur. WESS.

VARIANAM M. P. XII.] *Manuſcripta & Longolianum* Variana M. P. XII. *In Notitia provinciarum, ſub eodem Duce, cuneus Equitum Dalmatatum Varina: & inter Legiones, praefectus Leg. 5. Macedonicae Variniana.* SVR.

VARIANA.] In Notitia error eſt, hinc emendandus: eſt enim verum, quod hic habemus, caſtelli ſive urbis cognomen. Procopius Βαριάνα πόλιν vocat. WESS.

VALERIANAM M. P. XII.] *Hac manſio in Regio exemplari* Varianam *ſuo ordine conſequitur, quae in reliquis non habetur; ut mihi veriſimile ſit, eam inſcitia librarii irrepſiſſe: cum in margine libri è regione* Varianae, Valerianam *pro* Variana *ſcribi oportere adnotaſſet, quam nos miniaceis deſignavimus litteris.* SVR.

VALERIANA.] Licet nullam hujus in MSS. & editis mentionem invenerim, dedi tamen hoc dignitati Regii MS., ut ceteris, quamvis nota inuſta, adjungeretur. Movit me intervallum XXXI. M. P., quod Tabula Auguſtas inter & Vton interſerit: id enim, ſi hæc eximatur, non aequabitur: ut vero confidentius reciperem, Procopius fecit L. IV. Aedif C. 6., Varianae Valerianam annectens, ἔτι μὴν καὶ Βαλεριάναν, ἕρυμα ἀξιόλογον ἐδείματο ἐκ θεμελίων. ἐτειχίσατο. *Praterea Valerianam, munitionibus nudatam, communivit.* Eſt & hujus *Valerianae* mentio in Actis S. Potiti C. 2., quam nusquam reperire ſe Bollandus queritur. WESS.

OESCO.] In Aldino codice additur, *Legi Mag.* Legendum autem erat *Legio I. Macedonica.* in MSS. nihil additum eſt. SIML.

OESCON LEG. MAC. M. P. XII.] *Regium* Oeſco Leg. Ac. M. P. XII. *Sed Regium exemplar veſtigia nobis reliquit,* Mac. *ſcribendum eſſe: ut* Legionem Macedonicam *indicari minime dubium ſit: quod ex Notitia provinciarum liquido apparet. Ptolemaeus in Daciae provincia ſitu Danubii fluminis converſionem juxta* Οἴσκῳ *indicavit. Praterea inter urbes Myſiae inferioris juxta Danubium ſitas* Οἴσκῳ Τελβάκων *conlocatur. In Notitia Provinciarum, ſub Duce Ripenſis Daciae inter auxiliares copias, auxilium Marienſium* Oeſco. *Et inter legionarios Praefectura* Leg.

VTO. M. P. XIIII.
SECVRISCA. M. P. XII.
DIMO. M. P. XII.
NOVAS LEG. I. ITAL. M. P. XVII.
SCAI-

Leg. 5. Macedonicae Oesco, *qui locus satis indicat pro luxata dictione* Ac *Regii exemplaris* Mac *legendum esse.* SVR.

OESCO.] Plerique libri *Oesco legi Mag. M. P. M. XII.* Verum nobis servavit Vaticanus, ex quo Em. Schelstrate vulgavit, *Oesco Leg. V. Mag. M. P. XII.*, quo *Leg. Macedonica*, quam hic in statione fuisse, ex Notitia nullum dubium est, indicatur. TRIB. LEG. V. MAC. IN MOESIA memoratur in Thes. p. CCCCLXXXI. 1. Ceterum Oesci meminit quoque Jornandes R. Get. C. 50. Verba, ut obiter illis medear, adscribam: *Emnedzar & Uzindar consanguinei ejus in Dacia ripensi. Uto & Iscalmus qui ea potiti sunt.* Vulcanius in aliis esse libris admonet *Histo Alivoque*, quæ ceteris saniora non sunt. Codex Ambrosianus, modo parum adjuvetur, Jornandis sententiam nobis sinceram præstabit: ille, *ut Dethisco almoque potiti sunt*, quod erit, *in Dacia ripensi Vto & Isco Almoque potiti sunt*, nisi tamen *Oesco* malueris, quamquam Ἴσκῳ Procopio quoque dicitur. Rudera supersunt ad fluvium *Isker*, ubi is Danubio conjungitur. Vide Danubium Pannonic. Com. Marsilii tom. II. p. 35. WESS.

VTO.] Meminit *Uti* oppidi Liber Notit.; id situm fuit ad confluentes *Uti* fluvii & Danubii. SIML.

VTON M. P. XIIII.] *Regium* Uto M. P. XIIII. *& reliqua* Uto M. P. XIIII. *In Notitia provinciarum sub Duce Ripensis Daciae cuneus Equitum Constantianorum* Uto. SVR.

VTO.] Utum amnem in ripensi Dacia Marcellinus Comes sub Coss. Ardaburii & Calippii A. CCCCXLVII. habet; hinc castello nomen. Procopius παλαιὸν ἔρυμα, ὅπερ ΟΥΤΩΣ ὠνόμασται L. IV. Aedif. C. 6. WESS.

SECVRISCA.] Vel *Sesurisca*. Meminit *Securiscae* Lib. Notit. SIML.

SECVRISCAM M. P. XII.] *Habent manuscripta & Longolianum: in Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Moesiae secundae, cuneus Equitum scutariorum* Securiscae. *Procopius L. 4. C. 7. de aedificiis Justiniani cum ad Myjos perveniisset, qui Illyriis regionem vicinam obtinebant, post regionem, quam* Burgum *vocabant, Justinianum* Securiscam *Castellum aedificasse, idque novum fecisse, perhibet; ut renovatum, & instauratum fuisse intelligi debeat.* SVR.

SECVRISCA.] Tabula *Securispa*, longioreque intervallo ab Uto, sive ut ibidem vitiose scribitur, *Vio* disjungit. Κέρισκα Theophylacto L. VII. H. M. C. 2., non bene. WESS.

DIMON M. P. XII.] Dimo M. P. XII. *Habent manuscripta exemplaria. Longolianum* Dino M. P. XII. *Et mansio perperam in Notitia Provinciarum, ut ego arbitror, appellatur* Duno. *Nam post cuneum Equitum scutariorum Securiscae, statim subdit cuneum Equitum* Solentium Duno. *In vulgatis* Solensium Duno *legitur.* SVR.

DIMO.] Ita constanter MSS., *Dinio* tamen Tabula cum iisdem fere M. P. Procopius fine libri IV. Aedif. Justiniani inter ea castella, quæ flumini Istro vicina atque appositа fuerunt, ΛΙΜΩ ponit, quod ego ΔΙΜΩ esse arbitror. WESS.

NOVAS.] Vel *Nonas*. Meminit autem *Novae* Ptolemaeus. Quædam autem exemplaria hic ponunt *Legionem I. Italicam*, etsi in plerisque hoc depravate scribitur. Ptolemaeus eandem post Durostorum ponit. SIML.

NOVAS LEG. I. ITAL. M. P. XVII.] *Regium habet exemplar cum numero* XVI. *Blandinianum* Novas Legihal M. P. XVII. *Neapolitanum* Notus legihal M. P. XVII. *Longolianum* Nonas legihal M. P. M. XVII: & Notus *corrigitur. Satis supra constitit ex hoc Itinerario, & provinciarum Notitia duplicem esse mansionem* Novarum *nomine: & hanc* leg. I. Italicae *cognomento à prima mansione distingui. In eadem Notitia sub dispositione Ducis Moesiae secundae inter legionarios Ripariensis Praefecturae legionis primae Italicae* Novis. *Et continuo, Praefecturae Ripae* legionis primæ Italicae *cohortis v. pedaturae superioris* Novis. SVR.

NOVAS.] Excerpta MSS., quibus utimur, adponunt *Legihal.*, unde viri docti *Leg. I. Italic.* recte formarunt. Has *Novas* Jornandes Rer.

SCAIDAVA.	M. P. XVIII.
TRIMAMMIO.	M. P. VII.
SEXANTAPRISTIS.	M. P. VII.
TIGRA.	M. P. IX.
APPIARIA.	M. P. XIII.

TRANS-

Get. C. 18., uti supra indicatum est, commemorat. Marcellino Comiti *Novensis Moesiae civitas* An. CCCCLXXXVII. dicitur: Prisco Excerpt. Hoeschelii p. 25. Νόβαν τὴν Θρᾳκίων nomine veniunt; accuratius eas describit Theophylactus L. VII. H. M. C. 2. WESS.

SCAIDAVA.] Vel *Sacidava*. Lib. Notit. *Sacidava*. SIML.

SCAIDAVAM M. P. XVIII.] *Regium & reliqua exemplaria* Scaidava M. P. XVIII. Sucidavae *alterius mansionis infra fiet mentio*. SVR.

SCAIDAVA.] Procopius L. IV. Aedif. C. ult. Σχέδαβα & Νόβας Istro apponit. *Sacidava*, uti Simlerus non bene scribit, aliorsum pertinet. WESS.

TRIMAMMIO.] *Triamannio* vel *Trimanio*. Ptol. *Trimanium*. SIML.

TRIMAMMION M. P. XII.] *Regium* Trimammio M. P. VII. *Blandinianum* Triamanmio M. P. VII. *Neapolitanum* Triammanuo mpm. VII. & *Long.* Triamamnio mpm. VII. *Ptolemaeo juxta Danubium in Mysia provincia* Τρίμμιον. *In Notitia provinciarum inter auxiliares Ducis Moesiae secundae Milites Constantini* Trimammio. SVR.

TRIMAMMIO.] Ptolemaei Coislin. MS. Τριμμίον, sed corrigendus ille ex Itinerario est. Tabula *Trimamio*. WESS.

SEXANTAPRISTIS.] *Sextantapristis* vel *Sexaginta Priste*. Forte *Tiristra* Ptolemaei. SIML.

EXANTAPRISTIN M. P. VII.] *Regium* Sexantapristis M. P. VII. *Blandinianum* Sexanta pristis M. P. XII. *Neapolitanum* Sexan prisos M. P. XII. *Longolianum* Saxanta pistis mpm. XII: & prisos *corrigitur, pro* pristis. *Sed Graeca compositione nomen ducendum videtur, quod vetustis exemplaribus admonemur Itinerarii. In Notitia Provinciarum sub Duce Moesiae secundae cuneus equitum Armigerorum* Sexaginta pristae: & *inter legionarios Riparienses ejusdem Ducis, Praefectus Ripae Leg. I. Italicae, Cohortis v. pedaturae inferioris* LX. prista. *Hoc mihi persuadeo, quod in Nicephori Callisti Historia interpres* Ἑξαντάξιστιν *legisse videtur: tametsi, ratus praepositionem* ἐκ & ἐξ *geminari*, Antapristena *male vertit. Libro enim xiiii. C. 39.* Ex Apamea, *inquit*, Asiae Philippus Eudoxiopolim missus est: cui vetus nomen Salambria fuit: Polycarpus ex Antapristena Mysiae urbe. *Ab inmani pisciumne magnitudine, quos in Danubio gigni Plinius auctor est, uti marionem, quem protelis boum extrahi memorat; an à navigiorum numero, & classe nomen invenerit id oppidum, res videtur explicatu difficilis.* SVR.

SEXANTAPRISTIS.] Ita MSS. nostri. Nicephorus, quem excitavit Surita, suos hortulos ex Socrate L. VII. H. E. C. 36. rigavit; ibi vero Πολύκαρπος ὁ ἀπὸ Σεξαντα-πρίστων τῆς Μυσίας, quo haec lectio firmatur. Procopio L. IV. Aedif. C. ult. Ἑξεντάπριστα. Tabulae *Pristis*, unde omnino mihi persuadeo, Ptolemaei ΠΡΙΣΤΗΝ ex ΠΡΙΣΤΗ esse ortam, neque enim rarum aut insolens est, ut ex divulsis conjunctisque literis errores commissi propagentur. WESS.

TIGRA.] Liber Notit. *Tegra*. SIML.

TIGRAM M. P. VIIII.] *Manuscripta habent exemplaria, & Longolianum.* Tegra *in Notitia provinciarum vocatur. Nam* Exantapristi, & Appiariae *adjunguntur, sub Duce Moesiae secundae, cuneus Equitum secundorum armigerorum* Tegrae, & *cuneus Equitum scutariorum* Appiariae. SVR.

TIGRA.] Procopius quoque Τίγρα L. IV. C. ult. de Aedif. Justiniani, quamquam male C. 7. Τίγας, ubi castello, cui Ἰαλῆς est nomen, jungitur. In Tabula *Latrum VIII. M. P.* a Novis disjungitur, habetque Notitia Imp. Orient. *cuneum equitum scutariorum Latris* sub dispositione V. S. Ducis Moesiae II. Credo utrobique esse commissum, & Tabulae pariter ac Notitiae ex Procopio esse subveniendum. Theophylactus Ἰαλῆς urbem prope *Novas* non praeteriit L. VII. H. M. C. 2. WESS.

APPIARIAM M. P. XIIII.] *Regium* Appiaria M. P. XIIII. *Reliqua* M. P. XIII. *In Notitia Provinciarum, inter auxiliares Ducis Moesiae*

TRANSMARISCAM. M. P. XVI.
CANDIDIANA. M. P. XIII.
TEGLICIO. M. P. XII.
DOROSTORO LEG. XI. CL. M. P. XII.
SV-

siae secundæ, Milites tertii Nauclarii Appiariae *recensentur.* SVR.

APPIARIA.] Habet eam Procopius. Hierocles Marcianopoli metropoli subjicit. *Lupicianus Appiariae Episc.*, Λυπικιανὸς Ἀππιαρίας est in Epist. Joan. Chrysostomi ad Innocentium apud Palladium Vit. Chrysost. p. 13. Vide V. C. Ant. Schultingium ad L. 3. C. Hermog. de *Deposito.* WESS.

TRANSMARISCAM M. P. XVI.] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum exemplar. Neapolitanum vero* M. P. XVIII. *Ptolemaeo juxta Danubium* Τρομαρίσκα. *Inter eosdem auxiliares Ducis Moesiae secundæ, Milites Novenses* Transmariscae, *& inter legionarios Riparienses, Præfectus Leg. xi. Claudiae, Cohortis v. pedaturæ superioris* Transmaricae: *& præfectus Ripae Leg. xi. Cl. Cohortis v. pedaturæ inferioris* Transmariscae *recensentur.* SVR.

TRANSMARISCAM] Mire vitiatum hoc nomen, sicuti in barbaris fieri amat, passim conspicitur. Procopius L. IV. Aedif C. 7. modo Τραμακαρίσκας ὀχύρωμα, modo Τρασμαρισκᾶν appellat. In Notitia Leonis Aug. Episc. urbis ὁ Τραμαρίσκων dicitur. Tabula paullo melius *Trasmarisca XIII. M. P.* ab Appiaria. WESS.

CANDIDIANAM M. P. XIII.] *Habet auferendi casu Regium exemplar, & Neapolitanum: Blandinianum* M. P. XIIII. *& Longolianum, sed* XIII. *corrigitur. In Notitia Provinciarum sub Duce Moesiae secundæ inter auxiliares copias, Milites primi Moesiaci* Candidianae. SVR.

CANDIDIANA.] Procopio Κανδιδιανὰ. A *Candidiano* Galerii Maximiani filio nomen hanc mansionem traxisse, Toinardus ad Lactantium Mort. Persec. C. 20. arbitratur. WESS.

TEGLICIO.] *Teclicio.* Liber Notit. *Teglicium.* SVR.

TEGLICIVM M. P. XII.] *Regium* Teglicio M. P. XII. *Blandinianum* Teclicio M. P. XII. *Neapolitanum* Teditio M. P. XII. *Longolianum* Teclitio M. P. XII: *&* Teditio *corrigitur. Sub eodem Duce Moesiae auxiliares milites Moesiaci* Teglicio. SVR.

TEGLICIO.] Tabula *Tegulicio:* nostri vero libri aut *Teditio* aut *Teclitio.* WESS.

DOROSTORO LEG. XXI. CL.] Ptolemaeus hic *Leg. I. Ital.* ponit. SIML.

DOROSTORON LEG. XI. CL. M. P. XII.] *Regium exemplar* Doros coro LEG. XX. CL. M. P. XII. *Bland.* Dorosdoro Leg. XXI. CL. M. P. XII. *Neapol.* Dorostoro Leg. XXI. CL. mp. XII. *Longolianum notam* CL. *in* 50. *vertit: & pro* Dorosdoro, Dorostero *corrigit. Ptolemaeus legionem primam Italicam* Dorostoro *conlocat, Antonini Itinerario, &* Scoto *Notitiæ Provinciarum auctore, repugnantibus. In* Mysia *enim inferiore conlocatur inter urbes juxta Danubium* Δουρόστολον λεγιὼν πρωτὴ Ἰταλικὴ. *In Notitia vero Provinciarum inter Legionarios Riparienses, Præfectus Leg. xi. Claudiae* Dorostoro. *Ammiano libro xxvii. C. 4. in Mysia* Dorostorus. SVR.

DOROSTORO.] Excerpta, quibus utimur, *Leg. XXI. Cl.*, quod perpulchre Surita correxit: nam præter Notitiam Dio diserte *Leg. XI. Claudiam* in Moesia inferiore attinuisse refert: nec quemquam hic Ptolemaeus morari debet, si quidem legiones *ex usu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero & aliquando minuerentur,* sicuti Tacitus An. IV. C. 5. memoriæ tradidit. Ut vero ad Dorostorum veniamus, observandum est; Graecos literam liquidam, Latinos caninam in voce, sæpissime corrupta, adamasse. Theophylacto L. I. H. M. C. 8. Δορόστυλον, & L. VI. 6. Δορόστολον, quo a Drisiperis XX. castris pervenitur. Δωρόστολον in Actis Maximi & Dadae C. 2. In Menaeis XXV. Maji Ῥοδόστολον τῆς Μυσίας. Medio aevo Δρίστρα *Dristra* appellabatur. Zonaras in Leone Philosopho ἐν Δοροστόλῳ, τοῦτο δ' ἡ Δρίστρα ἐστί· Atque hæc è Graecis abunde erunt. Latinos testes excitemus. Jornandes Rer. Get. C. 43. *Aetius Moesiorum stirpe progenitus in Dorostena civitate.* Notkerus in Martyrum indice a. d. VIII. Kal. Junii, *apud Moesiam civitate Doroscoro,* & a. d. VI. Kal. Jun., *In Moesiae civitate Doroftorensi.* Vide vero impudentissimam Bivarii confidentiam, scribentis ad Fl. Dextri Chron. An. CLXVIII. *Idque ex eo satis convincitur, quod*

tota

SVCIDAVA.	M. P. XVIII.
AXIOPOLI.	M. P. XII.
CAPIDAVA.	M. P. XVIII.
CARSO.	M. P. XVIII.
CIO.	M. P. X.

BI-

tota Myſia ſive Moeſia nulla ſit urbs ſive oppidum, cui Doroſtorus nomen. Nimirum tali auxilio atque iſtis defenſoribus nugaciſſimæ peſſimi impoſtoris Hieron. de Higuera fabulæ egebant. WESS.

SVCIDAVAM M. P. XVIII.] Sucidava M. P. XVIII. *Ptolemaeo inter easdem urbes* Myſiae *inferioris juxta Danubium ſitas* Συκίδαυα. *Et in Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis Moeſiae ſecundae cuneus Equitum Stableſianorum,* Sucidavae, *& ſub Duce Daciae Ripenſis inter legionarios, Præfectus Leg. v. Macedonicae* Sucidavae. SVR.

SVCIDAVA.] Procopius Doroſtolo jungit Συκίδαβα L. IV. Aedif. C. 7. nec Tabula præteriit, longiore tamen a Doroſtoro intervallo. WESS.

AXIOPOLIM M. P. XII.] *Regium* Axiopoli M. P. XII. *Blandinianum* Axiupoli M. P. XII: *& Neapolitanum* Auxiupoli M. P. XII. *& Longolianum* Anxiopoli. *Ptolemaeus poſt* Sucidavam Ἀξιόπολις *& converſionem Danubii juxta* Oeſcum, *&* Axiopolim *deſignat: & ab* Axiopoli *Danubium deinceps, uſque ad Oſtia* Iſtrum *dici perhibet. In Notitia Provinciarum ſub Duce Scythiae inter auxiliares, Milites ſuperventores* Axiupoli: *& inter Legionarios Riparienſes, Præfectus Ripae Leg. II. Herculiae, Cohortis v. pedaturæ inferioris* Axiupoli. SVR.

AXIVPOLI.] Ita veteres libri, Graecorum morem imitati. *Auxiopoli* tamen Voſſianae ſchedæ, ad quam formam Martyr. Catalogus, cui Hieronymi nomen præſcriptum eſt, VII. Id. Maji in recentata Edm. Martene editione *in Auxopoli: Axiopoli* ille habet, quem D'Achery inſeruit Spicilegio. Quem vero vir induſtrius ex hac Moeſiae urbe *Axiopolum* Martyrem creavit, illum populares ejusdem ſectæ haud temere

Aethereos inter proceres, ſanctumque ſenatum

recipient. Jam quod in Procopio extremo L. IV. legis Ἀξίοπα, Καρσί, id ego Ἀξιόπολιν pugavero. WESS.

CAPIDAVAM M. P. XVIII.] *Hujus oppidi ab auctore Notitiae provinciarum ſit mentio: nam ſub diſpoſitione Ducis Scythiae cuneus equitum Solentium* Capidavae *recenſetur.* SVR.

CAPIDAVA.] Tabula *Calidava* cum iisdem M. P.; probum tamen eſt vulgatum: nam & Hierocles & Conſtantinus Porphyr. Imp. Καπίδαβα agnoſcunt. WESS.

CARSO.] Alias *Carro.* Ptol. & Notit. liber *Carſum.* SIML.

CARSON M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Garſo M. P. XVIII. *Blandinianum* Carro M. P. XVIII. *& item Longolianum, ſed* Carſo *corrigitur. Neapolitanum* Carſo. *Ptolemaeo inter easdem ad Danubium ſitas urbes juxta* Axiopolim Καρσέμ. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Scythiae inter auxiliares copias Milites Scythici* Carſo. SVR.

CARSO.] Imp. Conſtantinus L. II. Them. 2. Κάρπ@, Τροσμίς, quod ab Ans. Banduri neglectum fuiſſe demiror, præſertim cum Hierocles, quem Imp. inibi excerpſit, Κάρς@ recte legat. Pertinet huc Procopii Καρσώ WESS.

CION M. P. X.] *Hujus manſionis ſive oppidi in eadem Notitia Provinciarum ſub Duce Scythiae ſit mentio: recenſetur enim cuneus equitum Stableſianorum* Cio. SVR.

CIO.] Fuit cum huc referrem ex Frag. III. Oper. Hiſtor. Hilarii *Valentem è Dacia Ripenſi de Scio,* qui Sardicenſi Concilio ſcribendo adfuit: nunc L. Holſteinio *de Iſco* legenti adſtipulor. *Iſcus* enim ſive *Oeſcus* in Dacia ripenſi fuit. WESS.

BIROA.] Vel *Beroe.* Lib. Notit. *Bireum.* SIML.

BIROEN M. P. XVXII.] *Regium* Biroe M. P. XVIII. *Blandinianum* Biroe M. P. XIII. *Neapolitanum* Biroe M. P. XIIII. *Longolianum* Beroe M. P. XIII. *& XIIII. corrigitur. In Notitia Provinciarum ſub eadem diſpoſitione Ducis Scythiae, cuneus Equitum Stableſianorum* Bireo: *& in vetuſto exemplari, & in vulgatis libris.* SVR.

BIROE.] Sic MSS. noſtri. Tabula *Bereo,* haud ſcio an verius. WESS.

TROS-

BIROE. M. P. XVIII.
TROSMIS LEG. I. IOVIA. M. P. XVIII.

SCYTHIA.

ARRVBIO. M. P. IX.
DINIGVTTIA. M. P. IX.

NO-

TROSMIN LEG. I. IOVIA M. P. XVIII.] *Regium exemplar* Tromis LEG. I. Iovia M. P. XIII. *Blandinianum* Trosmis leg. I. id est, Iovia M. P. XVIII. *atque item in Neapolitano. Longolianum* Trosmis Leg. 50. id est Iovia M. P. XVIII. *Ptolemaeo inter easdem urbes Mysiae inferioris juxta Danubium sitas* Τεσμίς, *ut* Τροσμίς *legendum videatur: in eam lectionem consentientibus Itinerarii hujus auctore & Notitiae Provinciarum. Nam sub Duce Scythiae inter auxiliares recensentur Milites secundi Constantini Trosmis: & inter Legionarios Riparienses Praefectus Leg. II. Herculeanae cohortis v. pedaturae inferioris* Trosmis. SVR.

TROSMIS.] Procopio extremo L. IV. Aedif. Τροσμὶς. Ptolemaeo egregie succurrit Surita; est enim in Coislin. MSS. Τροισμίς. Herocli Τροσμὶς dicitur. Vide N. Heinsium ad Ovidium L. IV. Pont. IX. 79. De legione in libris magna est discordia. Dextre rem gessit, qui occasionem viro docto praebuit, ut margini Fabriciani exemplaris allinere posset, *Trosmis Leg. I. Jovia M. P. XVIII.* Nam Leg. I. Joviam in his oris hiberna habuisse, Notitia Imp. perspicue docet: dat quidem illa *Leg. II. Herculeam* hinc mansioni, nec id tamen Itinerario nocebit, si quidem ex usu temporis, ut dictum alias est, in Legionum stationibus & hibernis saepe variatum fuit. Vellem vero ad Legiones *Joviam* & *Herculeam* Surita animum advertisset; nunquam sane *Constantinopoleos* & *Maximianopoleos* & *Diocletianopoleos* mentio in hoc libello ipsum fuisset morata. WESS.

SCYTHIA.] *Habet Regium exemplar ante* Arrubii *mansionem: & in reliquis exemplaribus* Scythica *legitur: neque fines videntur designari* Scythiae, & Thraciae, *sed eum locum in Itinerario* Scythiae *regioni attribui: nam & superiores plures, & inferiores mansiones* Scythiae *provinciae in Notitia provinciarum contribuuntur.* SVR.

SCYTHIA.] Nostri *Scythica* & forte melius; ut Legionis I. Joviae sit cognomen: ita *Leg. IV. Scythicam* esse dictam ex lapidibus literatis novimus. SCYTHIA tanto magis displicet, quod jam diu per eam Itinerarium nos circumduxerit. WESS.

ARRVBIO.] Vel *Arabio.* Liber Notit. *Arubio.* SIML.

ARRVBIVM M. P. VIIII.] *Regium* Arrubio M. P. XVIII. *Blandinianum* Arrubio M. P. VIIII. *Neapolitanum* Arubio VIIII. & *Longolianum* Arabio VIIII. *In Notitia provinciarum sub Duce Scythiae, cuneus Equitum Catafractariorum* Arubio. SVR.

ARRVBIO.] *Arabio* Cusani schedae. Tabula *Arubio* cum iisdem M. P. Memorant hoc in tractu veteres *Abritum*, ubi Decius Imp. pugnando periit. Jornandes R. G. C. 18. *Veniensque abrupto, Moesiae civitatem, circumseptus a Gothis & ipse extinguitur*; bene Ambrosianus MS. *ad Abrittum, Moesiae civitatem.* Paria leges in Chronico Hieronymi & Dexippo apud Syncellum p. p. 376. Scio Zosimum L. I. C. 23. rem circa Tanain a Decio infeliciter gestam memorare: sed is in errore est. Periit Decius in Moesia, ubi illud oppidum, aliud tamen ac *Arubium*, ut alias oportunius differemus. WESS.

DINIGVTTIA.] Vel *Dimiguthia.* Ptol. *Dinogethia.* Liber Notit. *Dirigothia.* SIML.

DINIGVTTIAM M. P. VIIII.] *Regium* Tuniguttia M. P. VIIII. *Blandinianum* Dinigutia M. P. VIIII. *Neapolitanum* Dimiguttia VIII. *Longolianum* Dangutia mpm. VIIII. & Dimiguttia *corrigitur. Ptolemaeo inter easdem ad Danubium sitas urbes* Δινογέτεια: *& de flexionibus Danubii agens, in situ Daciae provinciae,* ἀπὸ δ' ἀνατολῶν τοῦ τε ἐντεῦθεν Ἴστρῳ πόλεμῳ μεχρὶ τῆς Δινογέτειαν πολὶν ἐπιστροφῆς. *In Notitia Provinciarum sub Duce Scythiae inter auxiliares, Milites Scythici* Dirigothia *in vetusto exemplari, quemadmodum in vulgatis legitur.* SVR.

NOVIODVNO LEG. II. HERCVLEA.	M. P. XX.
AEGYSO.	M. P. XXIIII.
SALSOVIA.	M. P. XVII.
SALMORVDE.	M. P. IX.
VALLE DOMITIANA.	M. P. XVII.

AD

NOVIODVNVM LEG. II. HERCVLEA. M P. XX.] *Ptolemaeo item poſt* Dinogatiam Νιοδούνον. *Ammianus libro xxvii. C.* 5. Noviodunum navibus ad transmittendum amnem connexis, perrupto barbarico, continuatis itineribus, longius agentes Grutungos bellicoſam gentem adgreſſus eſt. *In Notitia Provinciarum poſt ſtationem Scythicorum militum primi Conſtantini* Novioduno. *Et præfectus Leg. I. Ioviæ* Novioduno. *Et Præfectus Ripae legionis I. Ioviae, Coh. v. pedaturæ ſuperioris* Novioduno. *Qua in re id eſt animadvertendum*, Legionem Ioviam, *quæ in hoc Itinerario* ſecunda *cognominatur, in Notitia* primam *eſſe: & eam* Novioduno *attribui, quæ in Itinerario* Troſmi *adſignetur: & legionem* Herculeam, *quæ Novioduno in Itinerario conlocatur, in Notitia* Troſmis *conlocari.* Svr.

NOVIODVNO.] Νοβιοδούντῳ Hierocli, pro quo verius Imp. Conſtantinus L. II. Them. 2. Νοβιοδούνῳ. Procopio Νεοδουνὼ extremo L. IV. Aedif. *Neveduno* Hieronymo Martyrol. a. d. XVI. Kal. Jun. *Leviduno* Notkero. *Nebioduni* in L. I. C. Th. de Veſt. Oloveris. Vocabulum eſt mere Germanicum *Neudun* ſive *Nudun*, ut bene monuit Ph. Cluverius L. III. G A. C. 43.; nec credidero tamen, quod ibidem arbitratur, *Novam civitatem* Jornandi dici R. G. C. 5. Verba addam, ut, ſi queam, luce aliqua circumfundam: *Sclavini a civitate Nova & Sclavino Rumunenſe & lacu, qui appellatur Muſſanus, uſque ad Danaſtrum & in Boream Viſcla tenus commorantur.* Quid in his *Sclavinum Rumunenſe* ſit, haud temere quisquam finiverit; facit præterea MS. optimæ notæ Ambroſianus, ut mendi ſuſpectum ſit: ille enim; *Scaveni ad civitatem novi & unenſe, & lacu, qui Murſianus:* hinc, niſi fallor & hujus animi fruſtra ſum, formari debet *a Civitate Nova & Utenſe*, quam utramque vicinam eſſe, ex ſuperioribus non ignotum eſt: ut ut autem eſt, *nova civitas* nulla hic alia eſt ac *Provinciae Moeſiae*, quam eodem titulo exornatam videbis apud Eugippium Vita S. Severini C. 45. Ceterum *Leg. II. Herculeg M. P. XX.* vetuſti libri. Wess.

AEGYSSON M. P. XXIIII.] *Regium* Egiſo M. P. XXIIII. *Blandinianum* Aegyſo M. P. XXII. *Neapolitanum* Egyſo M. P. XXIIII. *Longolianum* Aegyſo M. P. XIIII. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Scythiae, cuneus equitum armigerorum* Aegyſſo. Svr.

AEGYSSO.] *Aegiſo M. P. XXIIII.* Cuſani codex & priores editi: reliquis *Egiſo* ineſt. Φρέαρον, ὅπερ Αἰγισὸν ὀνομάζουσι Procopius L. IV. Aedif. C 7. Vide N. Heinſium ad Ovidii L. I. Pont. VIII, 13. Wess.

SALSOVIAM M. P. XVII.] *Manuſcripta & Longolianum* Salſovia M. P. XVII. *Ejus manſionis fit in Notitia Provinciarum ſub eodem duce Scythiae mentio. Nam milites Quinti Conſtantini* Salſovia *recenſentur.* Svr.

SALMORVDE.] *Halmyris* eſt. Procopius L. IV. Aedif. C. 7. Καὶ ἄλλο ὃ φρέαρον Σκυθίας ἐν ὑστάτῳ κεῖ), Ἅλμυρις ὄνομα· & *aliud caſtellum in extrema Scythia poſitum, nomine Halmyris.* Huc relegatus fuit a Theodoſio Imp. Eunomius Philoſtorgio teſte L. X. H. E. C. 6., quo loco Itinerarii J. Gothofredus oblitus non eſt: hoc vero male, quod *Salmorudem* in *Halmyridem* convertendam conſuerit. Dicunt pro arbitrio *Exantapriſta* & *Sexantapriſta*, *Halmydeſſum* & *Salmydeſſum*, *Accaſenam* & *Saccaſenam*; & vetitum erit in *Salmyride?* Vide & H. Valeſium ad Philoſtorgii locum. Pejus autem arbitratus eſt, in Tabula pro *Halmyria* ſive *Halmyride* potius, *Salſoviam* legi: eam enim multo diverſiſſimam eſſe, qui dubitemus? Vide quoque Vitam S. Epicteti & Aſtionis C. 6. Wess.

AD SALICES.] Oppidum fuit Scythiae, ex læto ſalicum atque uberi ſemine appellatum. Ammianus L. XXXI. C. 7. *Univerſos regens ex communi ſententia Richomeres Profuturo ſociatur & Trajano, tendentibus prope oppidum SALICES.* Vide & Valeſium. Nihil ergo opus Voſſii auxilio, arbitrati ad Peripl. Ponti Euxini p. 159. *ad Stoma M. P. XXVI.* hic eſſe reſingendum: quam-

AD SALICES. M. P. XXVI.
HISTORIO. M. P. XXV.
TOMOS. M. P. XXXVI.
CALLATIS. M. P. XXX.
TI-

quamvis enim Tabula id habeat, vetat tamen distantia inter eam mansionem & Istropolim, ut hic recipiatur: ne nunc dicam, omnes Itinerarii mansiones in Tabula haud reperiri. WESS.

HISTORIO.] Vel *Histros*. Ptol. *Istropolis*. Straboni *Istros*. SIML.

ISTRVM M. P. XXV.] *Mirum est quam depravatum & detortum sit hoc nomen in vetustis exemplaribus ex communi, & percognito, ut complura in hoc auctore ejusmodi corrupta merito suspicemur, quibus medela adhiberi non possit. Regium excmplar* Storio XXV. *habet: & reliqua* Historio M. P. XXV. *cum manifesto appareat* Istrum *urbem esse Mysiae inferioris, post* Istri *ostium, quod* Hieron *appellarunt & Pteron promuntorium. Strabo libro vii. p. 319. à sacro Istri ostio perhibet, dextrorsum habenti litus perpetuum occurrere oppidulum* Istri *nomine ad stad. D. a Milesiis ædificatum: atque inde* Tomos *oppidulum alterum, ad ccl. stadia esse situm. Dehinc urbem* Calatim *ad cclxxx. stadia ab Heraclensibus coloniam deductam. Plinius L. 4. C. 11. in descriptione Thraciae prodit, altero latere à Pontico litore incipiens, ubi* Ister *amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habere* Istropolim Milesiorum, Tomos Calatim*que, quæ antea* Cerbatis *vocaretur. Ptolemaeo item post* Hieron Istri ostium *adjunguntur* Ἱερὸς, Τομοὶ, Καλλατία. *ut idem servatus sit mansionum ordo hoc Antonini Itinerario: quod ab omni errato liberum esset, si fides exemplarium nobis constitisset: cum Principum opibus, & industria ipsarum civitatum viæ illæ in Provinciis substernerentur: ac lapidibus certæ, & constantes dimensiones constituerentur. Hæc eo prolixius, quam fortasse par erat, adnotavimus, quod videam virum doctissimum* Ferdinandum Pintianum, *& qui Graecam litteraturam primus ex Italia in Hispanias advexit, in Annotationibus in quartum Plinii librum hæc prodidisse.* Nam auctori, qui Antonini nomine vulgo circumfertur, quantum fidei haberi debeat, alio loco commodius disputabitur. *At mihi ejus operi ea fides videtur adhibenda, ut si id à Pintiano nostro rectè fuisset excussum, fortasse inter nonnulla ejus libelli commoda, quæ vir tanta doctrina præditus reportasset (ut leviter hoc à me tangatur) nunquam* Pintiani *nomen ipse sibi usurpasset: falso persuasus,* Pintiam Vaccaeorum *urbem, eo loci sitam, quo nunc celeberrima Hispaniae urbs* Vallisoleti *nomine, cujus solum, tanquam patriæ, carum illi fuit.* SVR.

HISTORIO.] Conjuraverunt in voce ita scribenda MSS. *Istro* aut *Histro* verum videtur: aliud tamen Is. Vossio ad Peripl. p. 157. placuit ob Tabulam Peutingeri, quæ *Histriopoli*. Verum cum urbs *Istros, Histros* & *Istropolis* fuerit veteribus dicta, cur ultimum solum arbitrabimur esse sincerum? Jornandes Succes. Regn. p. 83. Edit. Vulcan. *Similiter & capiens civitates, quæ litori Pontico inhærebant, id est Apolloniam, Galatam, Parthenopolin & Tomos Istri.* Scribe ex Eutropio L. VI. C. 10. *Callatim, Tomos & Istrum.* WESS.

TOMOS.] Urbs Ovidii exilio famosa Sozomeno L. VI. H. E. C. 21. μητρόπολις Τόμις, πόλις μέγαλη καὶ εὐδαίμων Θρᾴκίων dicitur. *Theotimus Tomitianus Scythiae* est apud Facundum Hermianensem L. VIII. p. 480., non bene. WESS.

CALATIS.] *Callacis*. Ptol. & Straboni, qui hanc CCLXXX. stadiis a Tomis distare scribit, *Calatis*. SIML.

CALATIM M. P. XXX.] *Manuscripta* Callacis M. P. XXX. *Longolianum* Calacis M P. XXX: *sed quamvis Ptolemaeo* Καλλατία *sit, tamen ex his quæ ex Strabone & Plinio protulimus, placuit* Calatin *præferri: cum præsertim Pomponii Melae & Stephani auctoritas accedat. Pomponius L. 2. C. 2.*, in litoribus Istro proxima est Istropolis, deinde à Milesiis deducta Calatis, *& in vetusto exemplari* Calathius *legitur. Stephano* Κάλαπις, πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου. SVR.

CALLATIS.] In numo, quem Goltzius inter Asiae insulas Tab. III. exhibet, ΚΑΛΑΤΙΑC, plures tamen alii apud Vaillantium ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. Male ergo apud Diodorum L. XIX. p. 713. & L. XX. p. 764. Καλλιπανοὶ. Utamur

TIMOGITTIA. M. P. XVIII.
DIONYSOPOLI. M. P. XXIIII.
ODISSO. M. P XXIIII.
MARCIANOPOLI. M. P. XVIII.
SOA-

occasione atque urbem hanc reddamus Appiani Illyr. circa finem: Ἔνθα, inquit, εἰσὶν Ἑλληνίδες ἓξ πόλεις, Μυσοῖς πάροικοι, Ἴστρῳ τε καὶ Διονυσόπολις καὶ Ὀδησσὸς, καὶ Μεσημβρία· ἐξ ἧς ἐν Ῥώμῃ ὁ Καλαπόδης μετήνεγκε τὸν μέγαν Ἀπόλλωνα, τὸν ἀνακείμενον ἐν Παλατίῳ· vertit P. Candidus. *Quo in loco IV. Graecorum urbes, Mysiis finitimae, sitae sunt. Istros videlicet, Dionysiopolis, Odyssas, & Mesembria. Deinde Romam ex Gallia magnum illum Apollinem, qui in Palatio situs est, adduxit.* Diceres hinc Candidum aliter legisse; nisi malis, eum ἓξ *sex* vitiosum arbitratum, quod IV. tantum urbes recenserentur, quo tamen judicio falsus est. Primo enim constabit, *Apolloniam* excidisse: nam ex ea Lucullus, quo de ibi Appianus, colossam Apollinis imaginem sustulit Romamque asportavit: si addubites, Strabonem adi L. VII. p. 319. Hinc deinde consequitur, verba ἐν Καλαπόδῃ, e quibus ridicule Candidus *Gallia* fecit, ex glossa esse atque adeo inducenda. Jam cum inter Graecas hujus oræ urbes *Callatis* excelluerit, & glossæ, quicunque fuerit, auctor in Appiano eam inveniisse videatur, credo scriptum fuisse primitus, Μεσημβρία καὶ Καλλατὶς, καὶ Ἀπολλωνία· ἐξ ἧς ἐν Ῥώμῃ μετήνεγκε κ. λ. Ceterum Tabula M. P. XXXIII. a Tomis disjungit, quod spatium cum Strabonis CCLXXX. stadiis paullo melius convenit. WESS.

TIMOGITIAM M. P. XVIII.] *Regium* Timogitia M. P. XVII. *Reliqua* Timogittia M. P. XVIII. Dionysopolim M. P. XXIII. *Ptolemaeo item post* Calatin Dionysopolis. *Plinius L. 4. C. 11.* Tomis & Calati *adjungit* Heracleam, & Bizonem, *terrae hiatu ruptam, & tunc habere* Dionysiopolim, Crunos *antea dictam, quam* Zyras *amnis alluit.* SVR.

TIMOGITTIA.] In Tabula est *Trissa XXIIII. M. P.* a praecedenti mansione. *Promontorium Tiristris* in hac vicinia Mela habet, idque Ptolemaeo Τιεγρία dicitur, quamquam Coislin. MSS. Τιεγροῖς: unde non injusta suspicio est, Ptolemaeo ex Mela veterem scripturam esse reddendam. Atque hæc If. Vossium perpulisse videntur, ut *Tiristriam* pro *Timogittia* scribendam decerneret ad Peripl. p. 159. Equidem invitus cum vir Doctissimo dissentio, nec possum tamen, quin quæ mihi liquida non sunt, indicem: & primo quidem *Tiristriae* scriptura est dubia & mendi pæne manifesta: deinde intervallum Tabulae non respondet: ad hoc Ravennas Itinerario ex parte aliqua succurrit; nam L. IV. C. 6. urbes hujus tractus recensens, *Dionysopolis*, inquit, *Bizoi, Timum, Tirissa, Callatis:* cogere enim hinc licet, reperisse eum in Tabula, Peutingeranae simili, mansionem, cujus vocabuli initium esset *Timum:* huic autem cum *Tiristria* commune nihil est. Tutetur ergo se *Timogittia*, donec aliis vectibus de gradu proruatur. WESS.

DIONYSOPOLI] Crunos Κρουνὸς Strabo vocitat, quod nomen mutavit, postquam Bacchi ad eam appulsa imago est, Stephano & Auctore Peripli Ponti Euxini p. 159. testibus. WESS.

VDISSO.] Straboni, Plinio & Ptolemaeo *Odessus.* SIML.

ODISSON M. P. XXIIII.] *Regium* Odisso M. P. XXIIII. *Reliqua* Vdisso M. P. XXIIII. *Pomponio L. 11. C. 2. in vetusto exemplari,* Vrbes Dionysopolis, Odessos, Messembria, Anchialis. *Ptolemaeo* Ὀδησσὸς: *& Stephano* Ὀδησσός. *Plinius L. 4. C. 11.*, in ora à Dionysopoli est Odessus Milesiorum: *& item Strabo* Odessum Milesiorum Coloniam *recenset. Ammianus libro xxii. C. 8.* Et Istros quondam potentissima civitas, & Tomi, & Apollonia, & Anchialos, & Odissos: *Et libro xxvii. C. 9. ejus iterum meminit. Nicephori interpres libro xvi. C. 38. de Vitaliano Tyranno adversus Anastasium agens, non recte vertisse videtur,* Thraciam ab Vlyssopoli, & Anchialo vastatam; *nam magis adposite vertisset,* ab Odisso urbe, & Anchialo. SVR.

VDISSO.] Sic MSS. *Udisitanam Moesiae civitatem* Jornandes appellat R. G. C. 20. πλὼ Ὀδυσσήων πόλιν Priscus in Excerpt. p. 35. Coislin. Ptolemaei MS. Ὕδησον, & Theophylactus L. VII. H. M. C. 2., quod verum esse, plures apud

SOATRIS. M. P. XXVI.
ANCHIALIS. M. P. XXIIII.
DEBELCO. M. P. XXIIII.
SA-

apud Vaillantium numi, ΟΑΗCCEITΩΝ inſcripti, teſtificantur. Diodorus extremo L. XX. μεταξὺ Απολλωνίας καὶ Γαλαπάς ſitam ait, neque aliter Strabonis Epitome L VII. Scribe vero Καλλατὰς ex Ptolemaeo, aut certe Καλλατιδ῀ cum Valeſio ad Ammian. L. XXVII. C. 4. WESS.

MARCIANOPOLIM M. P. XVIII.] *Ammianus libro xxvii C.* 4. Dein Myſia ubi Marcianopolis eſt, à ſorore Trajani principis ita cognominata. *Piſtus* Marcianopolitanus *Epiſcopus Myſiae provinciae in Nicaeno concilio ſubſcripſiſſe traditur.* SVR.

MARCIANOPOLI.] Urbs a Ponti latere in Thraciae mediterranea erat reducta, uti egregii viri L. Holſteinius & Ch. Cellarius monuerunt. Tabula eorum ſententiam & Theophylactus L. VII. H. M. C. 2. adfirmant. De urbis origine & nomine videndus eſt Jornandes R. G. C. 16. Epiſcopus *Marciopolitanus* non recte Facundo dicitur Hermianenſi L. IV. p. 379. WESS.

SOATRIS.] Vel *Soatrix.* SIML.

SOATRIM M. P. XXVI.] *Regium* Scatrix M. P. XVII: *reliqua* Soatrix M. P. XXVII. SVR.

SOATRIS.] *Lavacris* ſcribi poſſe arbitrabar: fuerunt enim *calidarum aquarum lavacra* in Anchiali agro. Sed obeſt intervallum: ἐ πολλῷ ἄποθεν τ῀ πόλεως Procopius L. IV. Aedif. C. 7. ea locat. In Tabula *Aquis calidis* M. P. XII. ab Anchialo. Jornandes *XV. milliario Anchialitanae civitatis* fuiſſe R. G. C. 16. refert: unde aut in Jornande aut Tabula error inolevit. WESS.

ANCHIALEM M. P. XXIIII.] *Regium* Anchilis M. P. XXIIII. *Blandinianum* Ancialis M. P. XXIIII: & *Neapolitanum ac Longolianum eodem numero* Antialis; *ex Pomponio ſupra* Anchialis. *Poſt* Meſembriam, *inquit Strabo*, Ἀγχίαλη πολίχνιον Απολλωνιατῶν, καὶ αὕτη ἀπολωνία, & *paulo poſt*, ἐν ᾗ τῷ μεταξὺ ἥτε Θυνιὰς τ῀ Απολλωνιατῶν χώρας, Αγχιαλη. *Plinius L.* 4. *C.* 11. nunc in ora Meſembria, Anchialum, ubi Meſſa fuerat. *Ptolemaeus* Meſembriam *Myſiae urbem eſſe tradit*, & *ab ea ſtatim* Ἀγχίαλ῀ Thraciae *attribuitur: tamen in eo interverſa Graeca exemplaria arbitror, quo* Anchialon Meſembriam *dictam perhibet: cum id potius tribuendum eſſet, auctore Strabone*, Apolloniae, *quae* Anchialo *in Geographia Ptolemaei ſtatim ſuccedit*; & *advertendum ea verba* ἥτις εἴρη῀, *in vetuſta Ptolemaei verſione, minime legi. Ammianus libro xxvii. C.* 4. Poſt hanc Hemimontus Hadrianopolim habet, quae dicebatur Vſcudama, & Anchialon, civitates magnas. *Et alio loco*, Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis: quam indicium victoriae contra Dacos Trajanus condidit Imperator. *Jornandis* Nam ibi, *inquit* de R. G. C. 20, ad radices Haemi montis mari vicinam Anchialos civitatem adgreſſi, mox adeunt, urbem quam dudum Sardanapalus Rex Parthorum inter limbum maris, & Haemi radices conlocaſſet. SVR.

ANCHIALIS.] Hoc in MSS. eſt aut *Ancialis*, quod & Tabulae placuit. *Timotheus ab Anchilo* pro *Anchialo* eſt in fragm. Hiſtor. III. Hilarii p. 1326. In verbis Ptolemaei, de quibus Surita, L. III. C. 11. μὴ τὴν Μεσημβρίαν τ῀ Μυσίας, ἥτις εἴρη῀, Ἀγχίαλ῀, nihil eſt commutandum. Fraudi fuit viro egregio neglecta diſtinctio: ἥτις εἴρη῀ ad Meſembriam referri oportet, de qua C. 10. dixerat. WESS.

DEBELTO.] *Debelio. Develtus* Plinio & Ptolemaeo. SIML.

DEBELCON M. P. XXIIII.] *Regium* Debelco M. P. XXIIII. *Reliqua* Debelco M. P. XXIIII. *mihi tamen Regii exemplaris lectio proxime ad veram ac germanam accedere videtur. Plinius in Thraciae deſcriptione*, Develcon cum ſtagno, quod nunc Deulcum vocatur veteranorum: Develcon *enim in exemplari Biblioth. Toletanae*, & *in tribus aliis, quae in coenobio* Aulae Dei *aſſervantur, legitur. Ptolemaeo inter mediterraneas Thraciae urbes* Δεύελτ῀ Κολώνια. *Apud Suidam* Δέβωλτ῀, & Δίζελτ῀ *urbs Thraciae.* SVR.

DEBELCO.] Excerpta noſtra *Debelco. Debellio* eſt in L. 17. C. Poſtlim. Ammianus L. XXXI. 8. & 12. *Deultum* appellat. Chalcedonenſi Concilio adfuit Ἰοβῖν῀ Διβέλτ῀, quem vetus ejus Synodi verſio *Develtanae civitatis* fuiſſe tradit. τὸ Δεβελτ῀ habes extremo L. III.

SADAME.	M. P. XVIII.
TARPODIZO.	M. P. XVIII.
OSTVDIZO.	M. P. XXXII.
BVRTVDIZO.	M. P. XVIII.
BERGVLE.	M. P. XVIII.
DRIZIPARA.	M. P. XIIII.
IZIRALLO.	M. P. XVI.
HERACLEA.	M. P. XVIII.
CENOPHRVRIO.	M. P. XVIII.
MELANTIADA.	M. P. XXVII.
BYZANTIO.	M. P. XVIII.

PAN-

de Reb. Alexii Comneni Nicetae Choniatae. Ex his liquet in vocis ſono fuiſſe variatum, qui tamen ex numis, de quibus Ez. Spanhemius Diſſert. XIII. de V. & P. Num. p. 640. DEVLTVM eſſe debuerat. Vide & Leuclavium Pand. Turc. C. 39. WESS.

SADAMEM. P. XVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum.* SVR.

SADAME.] Hanc manſionem niſi in Ravennate legere non recordor. WESS.

TARPODIZON M. P. XXVIII.] *Regium* Tariodiz. M. P. XVIII. *Blandinianum* Tarpodizo M. P. XVIII. *Neapolitanum* Tapatizo mpm. XVIII. *Longolianum* Tarpadizo mpm. XVIII. & Tarpatiſo *corrigitur. Manſiones ſequentes Nicomediam uſque recenſentur eodem ordine ſupra pagina* CXXXVII. *tametſi in hoc itinere* Coenofrurii *manſio deeſt in Regio exemplari: &* Melantiadi XXVII. M. P. *in Regio attribuuntur: atque item in Neapolitano: & Blandiniano* XVIII. *atque in Longoliano, ſed* XVII. *corrigitur: & ſuperiore itinere Sirmio Nicomediam à Coenofrurio* Melantiada M. P. XXVIII *tribuuntur: & reliqui manſionum numeri utriusque itineris inter ſe congruunt.* SVR.

TARPODIZO.] Cuſani ſchedæ *Taxatizo.* Ravennas L. IV. C. 6. *Tarpudiſon, Debellion, Sadanua, Trupudiſon:* ubi penultima manſio eſt *Sadame.* WESS.

BVRTVDIZO.] Alias de hac manſione disputavimus p. 137. Quia vero hoc genus exemplis conſtat & maxime illuminatur, lubet ex Actis S. Alexandri C. 3., etſi compluſcula, exſcribere. *In locum quendam venerunt, Bortiam nomine. Quæſivit autem præſes ab ejus loci hominibus, quanam via compendioſius ad Europolitanam provinciam pervenire poſſent: illi reſponderunt, compendioſius iter futurum, ſi transeuntes per montes in campum quendam deſcenderent in eum locum, qui dicebatur BVRTODEXIVM. Cum enim Tiberianus multos Chriſtianos in urbe Adrianopoli eſſe audiviſſet, deflexit de via publica, ne in urbem illam ingrederetur: cum igitur eam urbem a dextra & caſtrum a ſiniſtra reliquiſſet, tranſiit per montes illos & venit in BVRTODEXION.* Hæc credo urbis verum nomen & ſitum ſatis indicant: quod ſi Græca haberemus, nam hæc e Lipomanni verſione ſunt, forte & alia hinc condiſceremus. WESS.

DRIZIPARA.] *Driſipala* vel *Druſipara.* SIML.

DRIZIPARA.] In Cedreni Mauritio An. X. leges: εἶτα εἰς τὸ Δριζίν περᾶ cum hac verſione, *inde Drizinem trajicit.* Habet Cedrenus hæc ex Theophylacto L. VI. C. 5., qui πρὸς τὰ Δριζίπερα, quod propterea Cedreno, cujus librarii vocem diſtraxerunt, reddendum eſt, uti Pagius in Critica An. DC. n. v. quoque animadvertit. Plura ſupra conduxi, ut urbem illustrarem. Addo ex Actis Alexandri C. 3., ſitam urbem fuiſſe ad Erginam flumen. *Celeriter,* inquiunt, *ad locum pervenit, qui Druzipera vocabatur: ſedit vero in ſublimi quodam loco ultra fluvium Erginam ad orientem ſolem converſus.* Meminerunt fluvii Apollonius Rhodius, Mela & Plinius: nunc demum cognoſcimus, quod eos præteriiſſe Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 15. p. 1316. dolebat, quam urbem Thraciae alluerit. WESS.

IZIRALLO.] *Zorulon* eſſe atque XVIII. M. P. addi oportere ſupra p. 138. conjectura ducti exiſtimabamus: non aberraſſe nos indicio erunt Acta

PANTICHIO.	M. P. XV.
LIBYSSA.	M. P. XXIIII.
NICOMEDIA.	M. P. XXII.
A BEROA HADRIANOPOLIM.	M. P. LXXXVII. Sic.
CASTRA IARBA.	M. P. XXX.
BVRDIPTA.	M. P. XXV.
HADRIANOPOLIM.	M. P. XXXII.

GALLIA.

ITER DE PANNONIIS IN GALLIAS PER MEDITERRANEA LOCA. ID EST A SIRMIO PER SOPIANAS TREVEROS VSQE.

A SIRMIO LAVRIACO.	M. P. CCCCXXXVII.

Acta S. Alexandri C. 3. *Ejus mater*, inquiunt, *cum properanter ad eum locum veniſſet, qui* ZOROLVS *dicebatur, quærens à militibus Tiberiani, ubinam, inquit, eſt filius meus? Tum illi unus è militibus reſpondit: ſententia hodie filio tuo decreta eſt in loco quodam, qui appellatur* DRYZIPERA; *diſtat autem hinc locus ille, ut opinor, fere* DECEM ET OCTO *milliaribus.* WESS.

A BEROA HADRIANOPOLIM.] MSS. *Beroa.* Urbs fuit Thraciae. Ammianus L. XXVII. C. 4. *Inter quas prima ex fronte, quæ Illyriis eſt confinis, Thracia ſpeciali nomine appellatur, quam Philippopolis, Eumolpias vetus, & Beroea, ampla civitates, exornant.* Βερὸν dicitur Hierocli, non bene: rectius Βερόη Theophylacto L. II. H. M. C. 16. & Georg. Acropolitae Hiſt. Conſtantinop. C. 56., ex quo & hoc edocemur, haud multum Hadrianopoli fuiſſe diſparatam; quod ipſum facile colligas ex Niceta Chon. L. III. Rer. Iſaaci Angeli, ubi Beroes ter quaterque commeminit. Jornandes R. G. C. 18. Philippopolim & Beroam haud multum disjunctas indicat. Ammianus L. XXXI. C. 11. Beroeam & Nicopolin jungit. Atque hæc enotare placuit, ut urbem, nullo ſuo merito neglectiorem, uberiore luce circumdarem. Et quamvis ex his ſitus non ſit obſcurus, propius tamen eum ſignemus. Tabula LII. M. P. a Cabyle, a Philippopoli vero M. P. LXIII. ſemovet. Acta vero Alexandri C. 2. hos illi terminos aſſignant: *Poſtea vero ad caſtrum quoddam, cui nomen eſt Caraſura, quod XL. Milliaribus ab urbe Philippi, & XVIII. diſtabat a Beroea, Alexander & Tiberianus pervenerunt.* Eſt *Caraſura* in Itin. Hieroſ., ab *Azzo* ſive *Arzo* M. P. XI. diſſita. Jam vero fluvius *Arzus*, de quo opportunius alibi, trajiciendus erat, ut Beroam pervenires. Eadem Acta C. 3. *Celeriter, inquit, illum comprehendite, & in urbem Beroeam abducite. Ceperunt igitur illum milites & ad fluvium quendam venerunt, cui nomen erat Arzon.* Fuit ergo Beroa M. P. VII. ultra Arzum. WESS.

CASTRA JARBA.] Vel *Jabar* aut *Larba.* SIML.

CASTRA JARBA M. P. XXX.] *In Regio legitur exemplari, & Blandiniano. In Longolianis libris* Caſtra Jabar, *à Procopio vero in fine libri iv.* περὶ τῶν Κλισμάτων, *inter Thraciae caſtella* Καστρόζαρβα *recenſetur.* SVR.

CASTRA JARBA.] *Jarba* Voſſii ſchedæ. Videntur eſſe Καστρόζαρβα Procopii, ut bene Surita: plura alias diximus. WESS.

BVRDIPTA.] *Burdixta M. P. XV.* Cuſani ſchedæ. In. M. P., quibus Hadrianopolis hinc disjungitur, aut hic aut ſupra p. 137. error eſt. WESS.

GALLIA] *Hoc lemma in uno tantum Regio exemplari legitur.* SVR.

GALLIA.] Exulat *Gallia* è noſtris libris, videturque alieno loco poſita: neque enim in *Gallia* verſamur: tamen delere nolui, reveritus Regii MS. auctoritatem. WESS.

A SIRMIO LAVRIACVM M. P. CCCCXXXVII.] *Regium* CCCCXXXIIII. *Reliqua, & Longolianum* M. P. CCCCXXXVII: *ſed in hoc* XXXIX. *corrigitur.* SVR.

AV-

AVGVSTA VINDELIC.	M. P. CCXVI.
AD FINES.	M. P. CXXXVI.
AD TREVEROS.	M. P. CCXXXI.
VLMOS.	M. P XXVI.
CIBALIS.	M. P. XXIIII.
MVRSA.	M. P. XXII.
ANTIANIS.	M. P. XXIIII.
SOPIANIS.	M. P. XXX.

LI-

AVGVSTAM VINDELIC M. P. CCXVI.] *Hujus itineris titulus deeſt in exemplari Regio. Blandinianum & Neapolitanum* Auguſta Vindeleus, *& poſtea* Vindelic. SVR.

AVGVSTAM VINDEL.] Excerpta MSS., uti Voſſiani, *Auguſta Vinde leg. M. P. CCXVI.*, aut etiam *Vindeleg*, voce junĉta. Margo Fabriciani libri *Auguſtam Vindelicorum M. P. CCXVI.* WESS.

AD FINES] *Eos* fines *intelligo*, *qui* Rhetos *ea via à* Germanis *dirimunt.* SVR.

AD TREVEROS M. P. CCXXXI.] *Habet Blandinianum exemplar: & deeſt in Regio hujus etiam itineris titulus. In Neapol.* M. P. CCXXXVI: *& in Longoliano* M. P. CCXXXII. *&* CCXXXI. *corrigitur.* Treveros *Ammianus libro XV. C.* 11. *domicilium principum clarum cognominat.* SVR.

VLMOS.] *Iltz.* Cibalis vel Civalis, *Ciabo.* Murſa, *Ezech* vel *Muroviza.* Antianis, *Baranuwer.* SIML.

ANTIANAS M. P. XXIIII.] *Regium* Antianis M. P. XXIIII. *& in reliquis: & itidem infra* Antianis: *ut ſuſpicio mihi injiciatur non rectè in Notitia Provinciarum ſub Duce Pannoniae primæ & Norici legi, Tribunus cohortis* Arrianis, *pro* Antianis *in vetuſto & vulgatis libris.* SVR.

ANTIANIS.] *Antiana* habet ſcripta Peutingeri Tabula. Quæ Surita ad Notit. Imp. Occid. notat, ea longe meliora ſunt obſervatis G. Pancitoli, ab *Arrianis*, ſic editur, hæreticis manſioni nomen veniſſe docentibus. WESS.

SOPIANIS.] *Suppianis. Zeeblak.* SIML.

SOPIANIS.] Omnibus noſtris *Suppianis* inerat. Vulgatum Ammianus L. XXVIII. C. 1. probat: *Maximinus*, inquit, *apud SOPIANAS, Valeriae oppidum, obſcuriſſime natus eſt.* WESS.

LIMVSA.] Sic vetuſti libri; qui vero præter eos memoraverit, neminem novi. WESS.

SILICENIS.] *Cilicenis. Zepd.* Valco. *Voltz.* SIML.

SILACENAS M. P. XVI.] *Regium* Silacenis M. P. XVI. *& reliqua* Silicenis M. P. XVI. SVR.

VALCVM M. P. XXVIII.] *Regium* M. P. XXIII. *& reliqua* XXVIII. *nunc* VValko *appellari ferunt.* SVR.

VALCO.] *Balcum* nugator Anaſtaſius in Epitoma. Non poteſt eſſe *Valcowar* ad Danubium, ubi Valdaſo jungitur: obſtat enim itineris ordo, ut vere monuit Ch. Cellarius L. II G. A. C. 8. p. 565. WESS.

MOGETIANA.] Vel *Magetiana.* SIML.

MOGETIANAM M. P. XXX.] *Mogetiana* Cuſani ſchedæ. *Mogentiana*, quæ infra occurrunt, eadem eſſe videntur. Eſt quidem in intervallo diſcrimen, quod auctius eſt, quoniam per aliam manſionem iter circumducitur. WESS.

SABARIA.] *Stein am Anger.* SIML.

SABARIAM M. P. XXXVI.] *Regium & Neapolitanum* Sabaria M. P. XXXVI. *Blandinianum* M. P. XXXII. *& Longolianum, ſed in hoc* XXVI. *corrigitur Plinius L.* 3. *C.* 24. In Norico, Colonia D. Claudii Sabaria, & oppido Scarabantia Julia habitantur. *Ptolemaeo in Pannoniae ſuperioris ſitu* Σαυαρία, Σκαραβαντία. *Ammianus libro* 30. *C.* 5. Nullaque ſede idonea potiri, præter Sabariam, poterat: quamvis eo invalidam tempore, aſſiduisque malis afflictam. SVR.

SABARIA.] Patria fuit Martini Turonenſis, quippe *apud Sabariam Pannoniae orti*, uti eſt L. 1. Mirac. Martini C. 3. Gregorii Turonenſis. Meminit etiam urbis Annalium Bertinianorum auctor A. DCCCV. *Cappanus princeps Hunnorum poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carnantum.* Annales Pithoeani de eadem re *inter Sariam & Carnontum*, quorum hoc rectius, illud vero ex Bertinianis inſtaurandum eſt. MIL. LEG. II ADIVTR. FRVM. DOMO.

LIMVSA.	M. P. XXII.
SILACENIS.	M. P. XVI.
VALCO.	M. P. XXVIII.
MOGETIANA.	M. P. XXX.
SABARIA.	M. P. XXXVI.
SCARABANTIA.	M. P. XXXIIII.
MVTENO.	M. P. XII.
VINDOBONA.	M. P. XXII.

CO-

MO. SAVARIA est in Gudiano lapide p. CLXXXVIII. 1., at in veteri Epitaphio, quod Viennae inventum a Sirmondo ad Alcimi Aviti Ep. 77. publicatum est, *Sabbaria Pannoniae ortus.* CL. SAVARIA a Claudio Imp. in veteri monumento Fabretti C. V. 86. dicitur. Fuisse, ubi nunc est *Stein am Anger*, post Wolfg. Lazium L. I. Rer. Vien. C. 3. plerique arbitrantur; nec Ph. Cluverio tamen persuadere potuerunt, arbitrato distantiam requirere, ut *Sarvar* sit, ipso Guntii Arrabonisque confluente cinctum *Vindeliciae p.* 26. WESS.

SCARABANTIA.] *Scapring.* SIML.

SCARABANTIAM M. P. XXXIIII.] *Regium* M. P. XXXIIII. *& Neapolitanum. Blandinianum* M. P. XXXVII. *Longol.* M. P. XXXVIII. *& corrigitur* M. P. XXXIIII. *Infra à Sabaria* Scarabantiam M. P. XXXIIII. SVR.

SCARABANTIA.] Tabula in M. P. non multum discordat, XXXIII. M. a Sabaria separans. *Civitas Scarabetensis*, non satis recte, in Actis Quirini C. 4. apud Ruinartum p. 499. Credo & hujus memoriam superesse in lacera inscriptione, quam Sabariae inventam Danubii sui tom. II. p. 103. Comes Marsilius inseruit:

M. FORTVNATVS.... V....
AVGV...M. SCARB....

nam quae temporis injuria deficiunt, ea expleri hoc possunt modo:

M. FORTVNATVS. *M. F.* VI. *VIR*
AVGV*STAL.* M. SCARA*BANTIAE*

Erit sane hoc additamentum probabilius illo, quod in Danubio Pannonico publicatum est: *Marcus Fortunatus singularis Augusti Municipio Siscia:* neque enim *SISCIAE* ullum in ipso lapide vestigium est. WESS.

MVTENO.] *Brug an der Leita.* SIML.

MVTENVM M. P. XII.] *Regium* Muteno M. P. XII. *& reliqua* Moteno M. P. XII. SVR.

MVTENO.] *Moteno* MSS. nostri. *Myrteno* Lazius L. I. Rer. Viennensium C. 3. ex Itinerario citat, haud scio quem librum secutus. Nunc *Muzon* est, vetus castellum, si vera tradidit Cluverius Vindel. C. 5.; nam Lazius *Marcium* appellari auctor est. WESS.

VINDOMONO.] Vel Vindobona. Liber Notit. *Vindomana*, alii *Vindomona.* Ptol. *Juliobona. Wien in Oestenreich.* SIML.

VINDOBONAM M. P. XXII.] *Regium & Blandinianum* Vindomona M. P. XXII. *Neapolitanum* Vindemana mpm. XXII. *Longolianum* Vindomana M. P. XXXII. *& XXII. corrigitur. Infra* Vindebona. *Nicephorus Callistus libro* 3. C. 31. *auctor est, M. Aurelium Philosophum* Vendobonae *discessisse: & ejus auctoris interpres è Graeco in Latinum sermonem, nonnullos eam urbem* Viennam *esse contendere. Similis error exemplaria Notitiae provinciarum invasit: Nam sub dispositione Ducis Pannoniae primae & Norici Ripensis in vetusto exemplari, aque atque in vulgatis legitur, Praefectus Leg. x.* Vindomanae, *& praefectus classis Istricae Carnununto, sive* Vindomanae, *à Carnunto translatae, pro* Vindobonae. SVR.

VINDOBONA.] Vossii Cusanique MSS. *Vindomana*, alii *Vindomona*, quod in Caesareo MS. Lambecius itidem reperit. Pseudo-Anastasius *Vindemona.* Agathemerus L. II. Geogr. C. 8. Οὐινδεβόνη, Jornandes *Vindominam* Rer. Get. C. 50. appellat, alii vero aliter, ut exemplis bene multis Cluverius ostendit. Jam quod verius nobilissimae urbis cognomen sit, magnum certamen apud eruditos est. Leunclavio Pand. Turcic. C. 224. *VINDONIANA* ubique videtur appellanda; verum non injuria

COMAGENIS.	M. P. XXIIII.
CETIO.	M. P. XXIIII.
ARLAPE.	M. P. XXII.
LOCO FELICIS.	M. P. XXVI.

LAV-

contra eum venit Cluverius, & post Cluverium Lambecius, qui tamen L. II. Bibl. Vindob. C. 2. VINDOBONAM omnibus scriptoribus, qui urbis meminere, inculcans, nimius videri poterit: VINDOMANAM non improbaverim, tot testibus firmatam, arbitratus, quæ & Cluverii sententia, in vocis sono fuisse variatum. WESS.

COMAGENIS.] *Collenberg.* SIML.

COMAGENAS M. P. XXIIII.] *Hujus oppidi sub eodem Duce Pannoniae primæ in Notitia Provinciarum fit mentio ita:* Equites promoti Comagenis. SVR.

COMAGENIS.] *Oppidum, quod Commagenis appellatur* apud Eugippium in Vita S. Severini C. 1. Caroli M. ævo ex magna parte vastatum fuisse videtur: Romualdus enim Salernitanus Chron. p. 152. Carolum refert *direptis pene omnibus Hunnorum opibus, per Comagenos transeuntem ferro & igni cuncta vastasse.* Annales Reuberi An. IↃCCXCI. *Pulsis igitur Hunnorum præsidiis ac destructis munitionibus, quarum una super Cambium fluvium, altera juxta Comagenos civitatem in monte Cumeberg, vallo firmissimo erat exstructa.* Vide & Wolfg. Lazium L. I. Rer. Vien. C. 6. Ceterum hoc loco mansionum ordo videtur inversus & Cetium Comagenis præponendum: suadet hoc Tabula Peutingerana; suadet ipse locorum situs, ut bene monuit Lambecius L. II. Bib. Vindob. p. 37., qui tamen, si Ph. Cluverio, quem sub oculis habebat, hanc observationem acceptam retulisset, laudem commeritus fuerat solidiorem. Fuit, Cluverio indice, ubi *Langen läber* nunc est. WESS.

CETIO.] *Ketvig.* SIML.

CETIVM M. P. XXIIII.] *Regium & Blandinianum* Cetio M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Cretio M. P. XXIIII. *Longolianum* Celio M. P. XXIV. & Cretio *corrigitur. Infra in Regio* Cerio. SVR.

CETIO.] *Cretio* Cusani schedæ: vulgatum non esse mutandum, inscriptio Lambacensis Monasterii docet: P. AEL. FLAVI. DEC. ET. FLAMINIS. AEL. CETIENSIVM, sic enim Lambecius in lapide invenit, non ALCETIENSIVM, quod Gruterus Thes. p. CCCXLV. 8,, nec AL. CETIENSIVM, quod Lazius L. II. R. Viennen. C. 2. habet: merito itaque Lambecius L. II. Bib. Vindob. p. 662. corrigit alteram Gruterianam p. DXVII. P. AELIVS. RVFINVS. DEC. ET. IIVIR. I. D. AEL. CETIENS. PERFICI. C. Quod vero eam explicat de *decurione & duumviro juri dicundo coloniæ Aeliae Cetiensis*, id mihi certum non videtur. Municipii dignitatem, non coloniæ, literati lapides urbi contribuunt Thes. p. CCCCLXIX. 8.

M. SEXTIO. VETTONIANO. AED.
M. AEL. CET. AN. LXX.

Gudium & hoc loco M. ALCET. recipientem, nemo temere sequetur, præsertim cum Fabrettus C. III. 57. Inscript. lapidem dederit, cui inscriptum est, M. VLPIO. VRSINO. NATIONE. NORICO. AELIO. CETIO. Fuit municipium ad montem *Kalenberg.* WESS.

ARLAPE.] *Erla by Bachlarn.* SIML.

ARLAPE M. P. XII.] *Sub eodem Duce Pannoniae, Equites Dalmatae* Arlape, *& Præfectus classis* Arlapensis & Marginensis. SVR.

ARLAPE.] Schottus *Ariape*, operarum peccato, vulgavit: Lambecius ut corruptæ voci succurreret, ex MS. Caesareo *Arlape* restituit, quam priores editiones agnoscunt omnes. Superant vocis nominisque vestigia in torrente *Erlap*, sicuti post Wolf. Lazium L. I. Rer. Vien. C. 3. Cluverius commonefecit. Est autem in M. P. error, quippe justo amplioribus a Vindobona ad hanc mansionem, eodem monitore. Tabula *Arelate* vocitat, nec aliter lex quædam Valentiniani, qua de Gothofredus in Chronogr. Cod. Theodosiani p. 70. 71. WESS.

LOCO FELICES.] Vel *Laco felice.* Liber Notitiarum *Lacus Felicis. Nideren Vaulzee.* SIML.

LACVM FELICIS M. P. XXVI.] *Regium* Loco Felicis M. P. XXVI. *Blandinianum* Loco felices M. P. XXVI. *Neapolitanum* Loco felicis M. P. XXVI. *Longolianum Blandiniani lectionem pre-*

LAVRIACO. M. P. XX.
OVILABIS. M. P. XXVI.
LACIACO. M. P. XXXII.
JOVAVI. M. P. XXVIIII.
BI-

præfert: & Loco felicis *corrigit*. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Pannoniæ primæ*, *Norici Equites ſagittarii* Lacu felicis. SVR.

LOCO FELICIS.] Noſtri MSS. *Loco felices*. Retinui quod in Regio erat, licet dubiæ ſcripturæ. *Locum* ſive *lacum* hunc a Sextilio Felice, de cujus rebus in Norico geſtis Tacitus L. III. H. C. 5., Lambecius L. II. Bib. Vindob. p. 656. nomen inveniſſe cenſet. WESS.

LAVRIACO.] *Lorch by Ens*. SIML.

LAVRIACVM M. P. XX.] *Regium* Lauriaco M. P. XX. *atque item Blandinianum*. *In Neapolitano* Lauriaco M. P. XXXII. *Sub eodem Duce Pannoniae primæ*, *Præfectus Leg.* II. Lauriaco & *Præfectus claſſis* Lauriacenſis. Lauriaci *mentionem à Procopio factam arbitror lib.* 3. *de Bello Gothorum*, *C.* 35. *tametſi interpres* Laureatem *à Romanis vocatum vertit*. SVR.

LAVRIACO.] Defendit hanc ſcripturam, auctori Vitae S. Ruperti C. 1. non ſpretam, Ph. Cluverius contra Velſerum, qui tamen, ut ex ejus notis ad Eugippium C. 18. apparet, non prorſus rejecit. LAVREACENSES MILITES ſunt in Theſ. p. CLXIV. 3. Nomen urbs habuit a Laurone, qui mediam urbem olim alluebat, Lambecio L. II. Bib. Vindob. p. 634. teſte. Coloniae jura habuiſſe ex veteri lapide, quo *Colonia Aureliana Laureacenſis* dicebatur, Ph. Cluverius Norici ſui p. 23. adfirmat: nec ſine juſta cauſſa tamen Ch. Cellarius de lapide iſto addubitat, faſſus parum ſe ſcire, unde ſit. Puto Cluverium ſecutum eſſe M. Velſerum L. III. Rer. Boic. p. 90., ubi inſcriptionis ejus meminit, nullo, unde venerit, ſignato loco. Lambecius ex Theſ. p. CCCCLXXXIV. 3. repetit, ubi PATRONVS ET MVNICEPS COL. AVG. LAVR. memoratur, obiterque Ph. Cluverium tangit, qui *Aurelianam* appellaverit, quæ *Auguſta* erat. Ego vero hunc lapidem ad *Lauro Lavinum* pertinere arbitrer, ipſa inſcriptionis ſententia id poſtulante. *Lauriacum* ab Hunnis ſeculo VI. ſolo æquatum fuiſſe videtur, ſuntque in hanc rem præſignia Agapeti II. in literis ad Geroldum Lauriacenſem verba. Ceterum *Laureata* Procopii, qua de Surita, referri huc non quita eſt, quippe in Dalmatia circa Salonas poſita. WESS.

OVILABIS.] *Lambach*. SIML.

OVILABIM M. P. XXVI.] *Regium* Ovilavis M. P. XXVI. *Blandinianum* Ovilabis M. P. XXVI. *Neapolitanum* Ovilabis M. P. XXVIII. SVR.

OVILABIS.] Lapis Monaſterii Lambacenſis Theſ. p. CCCXLV. 8. ITEM. DEC. ET. IIVIR. ET. PONTIF. COLONIAE. AVRELIANAE. ANTONINIANAE OVIL. Coloniam fuiſſe certum atque exploratum hinc eſt; non vero fuiſſe eo ſitu, quo monaſterium illud: neque enim diſtantia paſſuumque numeri patiuntur. Certiora urbis veſtigia & nominis in oppido *Wels* ſuperſunt, uti fuſe Lambecius L. II. Bib. Vindob. p. 655. docet, non multum ab ejus ſententia diſſidente Ph. Cluverio Vindel. p. 29. WESS.

JACIACO.] Vel *Laciaco*, vel *Laviaco*. *Aſſach*. SIML.

JOVIACVM M. P. XXXII.] *Regium* Laciano M. P. XXXII. & *infra* Laciato & Laciano & Joviaco. *Bland.* Jaciaco M. P. XXXII. & *infra* Joviaco. & *Neapolitanum* Jatiaco M. P. XXXII. *Longolianum* Jaciaco: & *infra* Joviacus: *quare* Joviacum *lego*. *In Notitia ſub eodem Duce Pannoniae primæ Præfectus ſecundæ Italicae militum Liburnariorum* Joviaco. SVR.

LACIACO.] Hoc plerisque MSS. probatum arripere placuit, quod Tabula eodem ſitu *Laciacis* præferat. Cluverio noſtri temporis *Gemunde* eſt. WESS.

JOVAVI.] In Notit. libro *Juvavia*. *Saltzburg*. SIML.

JOVAVIM M. P. XXVIIII.] *Regium* Jovavi M. P. XXVIIII. *Blandinianum* Jovavi M. P. XXVIII. & Jovavi *eadem videtur manu corrigi*. *Neapolitanum* Jovani M. P. XVIII. *Longolianum* Juvani & Jovani *corrigitur*. *In Notitia Provinciarum ſub Duce ejusdem Pannoniae primæ & Norici*, *Præfectus leg.* I. *Noricorum militum Liburnariorum cohort.* 5. *partis ſuperioris ad* Juvenſe.

BIDAIO.	M. P. XXXIII.
PONTE AENI.	M. P. XVIII.
ISINISCA.	M. P. XX.
AMBRE.	M. P. XXXII.
AVGVSTA VINDELIC.	M. P. XXVII.

ROS-

venſe. Saltzburgum *urbem eſſe, ſunt qui affirment.* SVR.

JOVAVI.] Eos inter, qui *Saltzburgum* eſſe perhibent, multo antiquiſſimus eſt Eginhartus in Teſtam. Caroli M. ſcribens: *Juvavum quæ & Saltzburg:* ſic enim recte emendavit, conſentiente MS. Eginharti Caeſareo ut Lambecius docuit, Ph. Cluverius Vindel. p. 28. Coloniae olim juribus illuſtrem fuiſſe ex veteri inſcriptione in Pighii Hercule Prodic. p. 145. COL. HADR. IVVAV. novimus. Nomen urbs indepta eſt ab amne *Juvavo*, quo de Vita S. Ruperti C. 1. *Exiit inde ad Juvavum fluvium, ubi olim Juvavia civitas fuit:* ſcio in Caniſii editione aliter ea legi; ſed rectius alterum è MSS. amplexi Bollandi ſocii ſunt. Habet eundem fluvium Tabula. Facile ergo carebimus originatione, a paucis rejecta, quam Metellus in Quirinalibus p. 146. apud Caniſium reſpicit:

Urbs præclara patet, quam digne Julius optet
Caeſar, juvamen ut foret;
Aut obex omni rebus dubiis regioni
Cui nomen eſt JVVAVIVM.

WESS.

BIDAIO.] Vel *Badaio.* Ptol. *Bedacum. Dietmanig*, vel, ut alii, *Burckhuſen.* SIML.

BIDAIVM M. P. XXXIIII.] *Regium* Lidavo M. P. XXXIII. *& infra idem exemplar* Bidatio. *Blandinianum* Bidaio M. P. XXXIII. *Neapolitanum* Bodaio M. P. XX. *Longolianum item* Bidaio. SVR.

BIDAIO.] Ita potior librorum pars. Voſſianus *Badaio M. P. XXXII.*, cujus numeri Tabulæ accedunt, *BEDAIO*, & multo melius, præferenti: nam in lapide CXLIIX. Claſ. 1. Reineſii lectitatur:

BEDAIO AVG.
ET ALOVNIS
SACR.
C. CATIVS
SECVNDIANVS.

Bedaius ille locale numen fuit, uti vir eruditiſſimus oſtendit. Fuit *Bedaium*, ubi locum occupavit *Bämburg* ad *Alazum* fluvium, Reineſio Cluverioque conſentientibus. WESS.

PONTE AENI.] *Oetingen.* SIML.

PONTEM OENI M. P. XVIII.] *Regium* Ponte Eni M. P. XVIII. *Blandinianum* Ponte Ceni M. P. XVIII *Neapolitanum* Ponte Aeni M. P. XXXII. *Longolianum* Ponteſeni: *& corrigitur* Pontetieni. Oenum *flumen Rhaetos, Noricosque interfluere, Tacitus Hiſt. 3. C. 5. auctor eſt, atque idem perhibetur à Ptolemaeo in deſcriptione Rhaetiae, & Vindeliciae. Strabo cum Segeſticae urbis in plano ſitæ meminit,* πρὸ ἣν ὁ Οἶνος ῥεῖ ποταμὸς, ἐκδιδοὺς εἰς τὸν Ἴστρον: *ut mirari ſæpe ſoleam celeberrimi hujus fluminis à Plinio mentionem non fieri: quod librariorum culpa ferendum eſſe acceptum mihi perſuadeo, cum tot fluminum ejus Provinciae ab eo facta ſit mentio. Hujus manſionis ſive oppidi in Notitia Provinciarum mentionem fieri video: Nam ſub diſpoſitione Ducis Provinciae Rhaetiae primæ & ſecundæ, recenſentur Equites Stableſiani juniores* Ponte Oeni, *nunc* Febianis. *Arrianus Hiſtoriae Indic. C. 4. de fluviis agens*, Danubium *influentibus*, Oenum *ſe vidiſſe ac* Savum *memorat.* SVR.

PONTE AENI.] Sic MSS. Tabula *Ad Enum M. P. XIII.* a Bedaio. Cluverio Noric. p. 17. eſt *Alten Hohenauw* vel circa. Cum Simlero tamen faciunt Aventinus & Velſerus L. III. Rer. Auguſt p. 215. WESS.

ISINISCA.] *Iſem ein Markt in nider Peyrn an der Iſer.* SIML.

ISINISCAM M. P. XX.] *Regium* Iſiniſca M. P. XII. *ſed infra à* Ponte Oeni *ad hanc manſionem totidem* XX. M. P. *tribuuntur. Blandinianum & Longolianum* Iſiniſca M. P. XX. *Neapolitanum* Iſiniſca mpm. XXVII. SVR.

ISINISCA.] Videtur ab *Iſi* amne, quem nunc *Iſer* appellant, dicta. Plerique eruditi conſentiunt *Monachium*, ſplendidam Ducis Bavariae ſedem videri, & in numeris eſſe commiſſum, quos tamen magno conſenſu MSS. tuentur. WESS.

AM

ROSTRO NEMAVIAE. M. P. XXV.
CAMPODVNO. M. P. XXXV.
VEMANIA. M. P. XV.
BRIGANTIA. M. P. XXIIII.
ARBORE FELICI. M. P. XX.
AD

AMBRA.] *Brug an der Amber.* SIML.

AMBRE M. P. XXXII.] *Habent Regium, Blandinianum & Longolianum: & infra in Regio* Ambrahae. *Alii* Ambram *vocant oppidum, quod nunc* Amper *appellant in Vindelicis.* SVR.

AMBRE.] Vaticanus M. P. XXIII., margo Fabriciani libri M. P. XXXII. Favent Simlero ejusque opinioni Aventinus, Cluverius & Velserus L. III. Rer. Auguſt. p. 215. WESS.

AVGVSTA VINDEL.] Seu *Vindelegorum. Augspurg.* SIML.

AVGVSTA VINDEL.] *Vinde* Voſſianus, Pariſinus *Vindelic.*, quomodo editiones vetustiores. M. Velserus L. III. Rer. Auguſt. p. 215. ſchedas produxit, quibus *Vindelicus* inerat: habebimus & nos infra in MS. Voſſiano. Annales Bertiniani An. IↃCCCXXXII. *Auguſtburg ſuper Lech* vocant. Cetera, quæ urbis dignitatem illuſtravere cum cura executus eſt M. Velserus L. III. Rer. Auguſtan. WESS.

ROSTRO NEMAVIAE.] Vel *Roſtro Nemaniae. Memmigen.* SIML.

ROSTRVM NEMAVIAE M. P. XXV.] *Regium & duo reliqua manuſcripta exemplaria* Roſtro Nemaviae, *& ſtatim* Nemaviae *ſit mentio poſt* Campodunum: *tametſi* Vemania *legitur in eisdem & in Notitia Provinciarum* Vimanianis. SVR.

ROSTRO NEMAVIAE.] Schedæ Voſſianæ *Roſtronae Maviae M. P. XV.* Cuſani *Roſtro Nemanie*, unde *Nimaniam* nugator Anaſtaſius in Epitome fecit: ceteri MSS. cum Regio fere conſentiunt. *Memmingam* nunc dici Cluverius non diffitetur. WESS.

CAMPODVNO.] Vel *Camboduno.* Ptol. & Lib. Notit. *Cambodunum. Kempten.* SIML.

CAMPODVNVM M. P. XXXV.] *Regium* Campoduno M. P. XXXV. *Blandinianum* Campoduno mp. XXXII. *Neapolit.* Campaduno M. P. XXXII. *& Longolianum* Campodûm mpm. XXXII. *Strabo* Vindelicorum *oppida eſſe* Βελγάντιον *&* Καμπόδουνον *libro iiii perhibet: & Ptolemaeo in* Vindelicis Καμβόδουνον. *In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis Rhaetiae primae & ſecundae Praefectus Legionis iii. Italicae pro parte media pratendentis à* Vimania *Caſſiliacum uſque* Cambiduno. Campidunum *eſſe alterum oppidum ferunt, diverſum à* Campoduno Vindelicorum. SVR.

CAMPODVNO.] *Campidona* in Vita S. Magni C. 8. *Venerunt itaque poſt aliquot dies ad locum, qui vocatur CAMPIDONA, ubi reperierunt oppidum valde formoſum, ſed in toto deſertum.* adde & C. 21. *Kempten* eſſe viri docti concordant. XXXII. M. Voſſian. adſcribit. WESS.

VEMANIA.] Vel *Veniana.* Ptol. *Viana.* Liber. Not. *Viniania. Wangen.* SIML.

VEMANIA.] *Veniania* Voſſianus; ceteri cum editis *Vaemania* aut *Vemania.* Notitia Imp. Occid. in Panciroli editione *Vimania:* Tabula vero *Vemania*, quod, *Nimavia* Suritae inducta, recepimus. Margini exemplaris Fabricii adſcripta ſunt M. P. XII. WESS.

BRIGANTIA.] Vel *Brigandia. Bregentz.* SIML.

BRIGANTIAM M. P XXIIII.] *Regium, & Neapolitanum* Brigancia M. P. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Brigandia M. P. XXIIII. *ſed in hoc* Brigantia *corrigitur. Ptolemaeo, ſicuti Straboni, ad Rheni fluminis caput* Βελγάντιον. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Rhaetiarum, Praefectus numeri Barbaricorum* Confluentibus, *ſive* Bracantiae. *De lacu* Brigantiae in Rhaetiis, *vide Ammianum Marcellinum libro xv. cap.* 4. SVR.

BRIGANTIA.] Vita S. Magni C. 6. *Brigantium*; non bene. *Locum laudabilem fore infra Germaniae terminos ſitum in Alamannia circa Rhenum fluvium, oppidumque olim dirutum, quod Brigantium nuncupant.* Rectius C. 17. *Arripientes iter juxta lacum Brigantinum usque ad locum, qui dicitur Brigantia.* SVR.

ARBORE FELICE.] *Arbon* ad lacum Brigantinum oppidum. SIML.

ARBOREM FELICEM M. P. XX.] *Regium* Arbore Felici M. P. XX: *& item reliqua. Ammianus libro xxxi C.* 31. Gratianus exinde

AD FINES. M. P. XX.
VINDONISSA LEVGAS. M. P. XXX.
ARTALBINNO. M. P. XXIII.
MON-

digreſſus per caſtra, quibus Felicis arboris nomen eſt, & per inaureatum, ad opitulandum oppreſſæ parti, porrectis itineribus ire tendebat. *Eam manſionem in Notitia Provinciarum ſub Duce Rhaetiarum, hac recenſione intelligi arbitror: Tribunus Cohortis Herculeae Pannoniorum* Arbore. *Nomen Germanica lingua retinere perhibent cum arce in* Rhaetia prima. SVR.

ARBORE FELICI.] *Felici* Vaticanus, & margo Fabriciani libri. In Vita S. Magni C. 9. *caſtrum Arbonenſe*, C. 13. *oppidum Arbonenſe*. Vide de eo Franc. Guillimannum L. I. Rer. Helvet. p. 94. WESS.

AD FINES.] *Pfin an der Thur.* SIML.

AD FINES.] Solent ita ſine gentis addito cognomine loqui. Livius L. XXXVIII. 15. *Conſul, quia nulla legatio ad fines præſto fuit, prædatum in agros miſit:* intelligit *fines Piſidiae.* Quorum vero hi *fines* fuerint, obſcurum eſt. Surita Rhaetorum & Germanorum fines ſupra finivit: ſed cum in Helvetiis verſemur, ea opinio fidem non capit. *Tulingorum*, qui agros inter Brigantinum lacum & Rhenum incoluerunt, *fines* Menſo Altingius MSS. in Tabulam notis fuiſſe adcredidit. Forte *fines*, qui Rhaetiam a Maxima Sequanorum ſeparabant, intelligendi ſunt: certe Notitia Imp. Occid. *Vindoniſſam* in hac provincia, *Arborem Felicem* in illa locat: Beatus Rhenanus L. III. Rer. German. p. 135. non longe ab hac ſententia abeſt. Ceterum Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 3. p. 280. poſt hanc manſionem *Vitodurum*, quod ſequens iter tuetur, excidiſſe arbitratur. MSS. nihil mutant, nec propterea tamen minus probabilis erit viri eruditi ſententia: ſane ſequentis urbis numeri, ſi *Vitodurum* recipere nolis, adaugendi ſunt. WESS.

VINDONIS LEVGAS.] Ita habet MS. & Aldinum exemplar. Indicatur autem *Vindoniſſa*, quam liber Provinciarum Galliae *caſtrum Vindonenſe* nominat: hodie *Windiſch* dicitur, quondam oppidum, nunc exiguus vicus ad trajectum Urſæ fluvii. *Leugas* ſæpe in Antonino pro *Legione* ponitur errore librorum: numerus tamen Legionis hic omiſſus eſt: ſed Tacitus L. IV. H. C. 70. Legionem XXI. Vindoniſſae ſtativa habuiſſe indicat. SIML.

VINDONISSAM LEG. M. P. XXX.] *Regium* Vindoniſſa Leugas XXX. *Blandinianum* Vindones leugas M. P. XXX: *& infra in eodem* Vindoniſſa. *Neapolitanum* Vindonas mpm. XXX. *Longolianum* Vindones Leg. mpm. XXX. *Taciti Hiſt.* 4. C. 60. Cohortium, alarum, legionum hiberna ſubverſa, crematque iis tantum relictis, quæ Mogontiaci, ac Vindoniſſae ſita ſunt. *Oppidum fuiſſe Helvetiorum adparet, nunc pagus.* SVR.

VINDONISSA.] Schedæ noſtræ *Vindonas Leugas.* Sequor Regium Suritae. Legionem XXI. Vindoniſſae ſtativa habuiſſe ex Tacito Simlerus vere docuit: idem vetus lapis, quem vir eruditus nuper Amoenit. Literar. tom. VII. p. 52. inſeruit, in his locis repertus teſtificabitur:

. . . CLAVDIO PIMNO
MEDICO LEG. XXI.
CLAVDIAE QVIETAE EIVS
ATTICVS PATRONVS.

nec exploratum tamen eſt, eam hoc loco indicari. Quin longe vero eſt ſimilius, monere auctorem voluiſſe, ab hac urbe *Leugis* locorum ſpatia ſeſe dimenſum eſſe: atque hoc docere Vaticanum codicem credo, cum in capite hujus itineris, quod monere ibi neglexi, ſic ſcribit. *AD TREVEROS LEVGAS N. M. P. CCXXXI.* Jam vero *Leugis* uſos fuiſſe in Gallia, dubio vacat, & commodiore occaſione exemplis confirmabitur: imo ab hac ipſa urbe & Vitoduro, ſicuti ſequens iter oſtendit. Dolendum itaque eſt, numerum Leugarum cum M. P. conjunctarum per librariorum negligentiam atque inſcitiam toto hoc itinere intercidiſſe. Vide N. Bergerium L. III. Viar. Milit. C. 37. & de Vindoniſſa Guillimannum L. I. Rer. Helvet. C. 3. WESS.

ARIALBINO.] Vel *Artalbine.* Quidam exiſtimant eſſe oppidum Sequanorum *Mulhuſen.* Schudius inter Arialbinum & Vindones ponit *Auguſtam Rauracum*, & poſt Arialbinum *Uran-*

gis,

MONTE BRISIACO. M. P. XXX.
ARGENTORATO. M. P. XXXVIII.

TA-

cis, quo ordine hæc loca in sequenti itinere ponuntur. SIML.

ARTALBINNVM M. P. XXIII.] *Regium* Atrialbino M. P. XXIII. *Blandinianum* Arialbinno M. P. XXIII. *Neapolitanum* Arialbimo M. P. XXXIII. *Longolianum* Arialbimio mpm. XXVII & XXIII. *corrigitur: & infra* Artalbinio: *excepto Regio, in quo infra ea mansio deest.* SVR.

ARIALBINO.] Sic omnes nostri libri. Tabula *Arialbinnum*. Quo fuerit situ viris doctis non convenit. *Mulhusa* Sequanorum esse non poterit: neque enim iter tanto spatio à Rheno recedit. *Basileam* nunc ejus sedem tenere Cluverius L. II. Germ. A. C. 5. acriter pugnat, nec potuit tamen hanc sententiam aut Valesio aut Cellario persuadere: uterque potissimum urget, *Basileam* Theodosii M. ætate eo nomine fuisse insignitam: Theodosio vero Itinerarium ac Tabulam esse recentiora, adeoque *Basileam*, non *Artalbinnum* debuisse memorari. Nec tanti tamen hoc est, ut aliquem de sententia depellere possit. Sit enim Theodosio Itinerarium recentius, quod ego usquequaque verum non arbitror. Fac tamen ita esse, propterea ne vetustius loci nomen nominari haud potuit? sane *Ustudizum*, quam mansionem Basilius M. Ammianus atque alii *Nicen* vocant, id præter solitum non esse, argumento est. Tabulæ *Malatis*, quam sequenti itinere *Bononiam* Itinerarium, Idatius & Ammianus nuncupant, idem adfirmat. Quamvis autem Ph. Cluverius intortum id telum facile exire atque eludere possit, vereor tamen ut caussam, quam mox ipse deserit, vincat. Vicum esse ait CIↃCCL. passibus infra Basileam, cui *Klilben* nomen sit: inde nobis stupenda transformatione *Arialbinum* exstruit. Atqui situs ejus tota regione diversus ultra Rhenum est, prætereaque *Klybe* & tractus circa eum *an der Klybe* appellatur. Docuit hoc me vir egregius Rud. Wettenius in Dissert. de *Ursula & XI. M. Virg.*, cujus si de mansione sententiam requiris, verba accipe. *Ego verum nomen*, inquit, *putaverim ARTALBINNVM, atque hoc abjecta, quod frequentissimum, adspiratione pro* Hart-halbinne. *Inter* Augustam *enim* Raurac. & Cambetem *interjacet silva, cujus nomen adhuc hodie* die HART. *Ingressus ejus prope Augustam est, exitus non procul a Cambete. Intermedio tractu videtur locus aliquis fuisse, qui vocaretur* Hart halb-inne, *quod nunc diceremus* in der halben Hart. *Ubicunque autem præcise fuerit locus ille, procul a Basilea distare non potuit.* Hæc ille. WESS.

MONTE BRISIACO.] *Brisach* oppidum ad Rhenum, quod tamen quidam olim ab altero latere fluvii situm fuisse existimant. SIML.

MONTEM BRISIACVM M. P. XXX.] *Ab eo monte* Brisgaviam *regionem vicinam ab Almannis nuncupatam ferunt.* SVR.

MONTE BRISIACO.] Simlerus Beatum Rhenanum L. III. Rer. Germ. p. 153., cui Ph. Cluverius L. III. Germ. A. C. 4. multa rescripsit, in oculis habuisse videtur. *Brisiaci* data est L. 8. Cod. Theod. *de privil. eorum, qui in sacro Palat.* WESS.

ARGENTORATO.] *Strasburg.* SIML.

ARGENTORATVM M. P. XXXVIII.] *In Regio deest hujus mansionis titulus: & in Blandiniano, & Longoliano* Argentorata M. P. XXXVIII. *In Neapolitano* Argentorato mpm. XXXVIII. *Ptolemaeo in* Vangionibus, Ἀργεντόρατον. *Ammianus libro XV. C.* 11. Dein prima Germania, ubi præter alia municipia Mogontiacus est, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, Barbaricis cladibus nota. Argentoratense *enim prælium, à Caesare Juliano devictum, & ab eodem auctore libro XVI. C.* 12. *descriptum adparet: cujus belli discrimen his verbis elevat Ammianus, Libro enim XVII. C.* 1. *ita prodidit:* Quod utrimque metu perfidiam frænante fecerunt hoc memorabili bello, comparando quidem Punicis, & Teutonicis: sed dispendio rei Romanae peracto levissimo, ut faustus Caesar exultabat, & felix. *Hoc oppidum arbitror ab Ausonio* Vici *nomine, initio carminis Mosellae designari.*

Transieram celerem nebuloso flumine Navam,
Addita miratus veteri nova mœnia vico.
Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas:
Infletæque jacent inopes super arva catervæ.

SVR.

AR-

TABERNIS.	M. P. XIIII.
DECEM PAGIS.	M. P. XX.
DIVODORO.	M. P. XX.
* * *	M. P. XII.
TREVEROS.	M. P. XVI.

ITER

ARGENTORATO.] Vetus Notitia *Civitas Argentoratensium hoc est Stratispurgo.* Ausonii versus aliorsum spectant:

Addita miratus veteri nova moenia vico

Bingium designant, uti Freherus ad Mosellam & Ph. Cluverius L. II. Germ. Ant. C. ult., explosa Scaligeri sententia, docuerunt. Wess.

TABERNIS.] *Zaberen*, sedes Episc. Argentoratensis. Siml.

TABERNAS M. P. XIIII.] *Neapolitanum exemplar* M. P. XIIII. *& reliqua* XIII. *Videndum an Rhenanae eae Tabernae sint, quarum Ausonius in Mosellae carminis initio meminit.*

Prætereo arentem sitientibus undique terris
Dumnissum, riguasque perenni fonte Tabernas:
Aruaque Sauromatum nuper metata colonis:
Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Nivomagum, divi castra inclyta Constantini.

Infra in Itinere, à Mediolano per Alpes Penninas: Moguntiacum, Argentoratum, Salison, Tabernae, & Noviomagus *adjunguntur, ut* Tres *illae* Tabernae *sint, Ammiano libro XVI. C.* 11. *memoratae:* Conversus, *inquit*, hinc Julianus ad reparandas Tres Tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subversum hostili, quo ædificato constabat, ad intima Galliarum, ut consueverant, adire Germanos arceri, & opus spe celerius consummavit, & victum defensoribus ibi locandis, ex barbaricis messibus, non sine discriminis metu collectum militis manu, condidit in usus anni totius. Svr.

TABERNIS.] *Tabernae* hoc loco atque apud Ammianum intelligendæ sunt *Alsaticae*, non *Rhenanae*, sicuti contra Cluverium D. Petavius ad Juliani Imp. Epist. ad Athenienses & H Valesius ad Ammian. L. XVI. C. 2. ostenderunt. Iter hic a Rheno deflectit in mediterranea, ut ex Tabula locorumque positura apparet. Meminit & harum Tabernarum Nithardus L. III. p. 471. *Iter per Tullensem urbem accelerant Elizazam ad Zabarnam introiit.* Elizazam appellans, quam *Alsatiam* alii, qua de re Ulr. Obrechtus Prodromi Rer. Alsatic. C. 6. Wess.

DECEMPAGIS.] MS. liber habet *Decem plagis:* sed magis placet altera lectio. hodie vocatur *Duose in Lotringen.* Siml.

DECEM PAGIS.] Horum meminit Ammianus L. XVI. C. 2. In M. P. videtur esse vitium ob hæc Paulli Warnefridi de Episcop. Metens. non longe a principio. *Igitur exinde hostes, dum ad oppidum, quod appellatur Decempagos, quod a Metensi urbe XXX. M. P. abest, perveniissent.* In Tabula spatium paullo ampliusest, nec usque quaque tamen conspirans. Wess.

DIVODORO.] *Mets.* Siml.

DIVODVRVM M. P. XX.] *In Regio* Divodora P. M. XXXVIII. *Reliqua* Divodoro M. P. XX. *Tacitus Hist. I. C.* 63. Divoduri Mediomatricum *oppidi meminit: & Ptolemaeus item in* Mediomatricibus *conlocat* Διόδουρον. *A* Divodori *mansione in exemplari Regio duarum mansionum lacuna exstant, sine nominibus, & primae* M. P. XII. *attribuuntur, quam nos asterisci, & litteris miniaceis signavimus: & ultimae mansioni quae Trevirorum est urbis, quae in reliquis exemplaribus* Divodorum *consequitur* M. P. XVI. *tribuuntur. Blandinianum* M. P. XIII. *praefert, & Neapolitanum* XVI. *Longolianum* XIII. *& XXVI. corrigit.* Svr.

DIVODORO.] Labente Imp. *Metis* dicebatur: unde in Gestis Aldrici p. 3. *in civitate Mediomatricis, quae alio nomine Mettis vocatur.* Atque hinc cantilenæ Ecclesiasticæ, quoniam Drogo Episc. in suam Metensem Ecclesiam usumque publicum recepisset, inde vero ad alios essent propagatæ, *Met* aut *Mette* dici cœptæ sunt, uti Monachus S. Galli L. I. Vitæ Caroli M. C. 11. docet. In Chronico Episc. Metensium, quod D'Achery publicavit, leges: *Dividunum itaque nuncupata est, quasi Divum, id est, Deorum nomen.* & post pauca: *Mediomа-*

ITER PER RIPAM PANNONIAE A TAVRVNO IN GALLIAS AD LEG. XXX. VSQVE.

A TAVRVNO LAVRIACVM.	M. P. DLXXXVII.
INDE AVGVSTA VINDELICVM.	M. P. CCXXII.
ARGENTORATO.	M. P. CCCXXII.
AD LEG. XXX.	M. P. R.

A LAV-

diomatricus quoque vocatur a circumpoſitarum urbium ſitu. Habet namque Treviros Metropolin ab Aquilone: Tullum a meridie: Virdunum ab occidente: inter quas floret quaſi media mater. Addit dein alias ineptias, quibus exſcribendis, ne operam abutar, parco. WESS.

TREVEROS.] In libris noſtris nulla hiatus ſunt veſtigia; omnes *Divodoro* ſtatim *Treveros M. P. XVI.* ſubjiciunt. Dedimus tamen hoc Regio codici, ut vacuum manſionis ſpatium aſteriſcis ſignaremus, ſervatis XII. M. P. Fecimus autem eo promptiores, quod amplius omnino intervallum Divodurum inter & Treveros intercedat, quam vulgo libri porrigunt. Tabula *Caranuſcam* & *Ricciacum* inter Divodurum & Treveros ponit: alterutra, forſan & utraque, manſio excidiſſe videtur. Vide hac de re diſſerentem Dav. Blondellum in Pleniore Geneal. Francicae Aſſertione p. 114. Auſonius in Claris Urbib.

Trevericaeque urbis ſolium, qua proxima Rheno,
Pacis ut in dia gremio ſecura quieſcit:
Imperii vires quod alit, quod veſtit & armat.

nimirum variæ illic erant fabricæ, quarum *Triverorum ſcutaria*, *Triverorum balliſtaria*, *moneta*, *argentaria* in Notit. Imp. Occid. memorantur. *Excellentiſſima Treverorum urbs* Salviano L. VI. Gub. Dei p. 113. dicitur. WESS.

A TAVRVNO.] MSS. habent *Ad Aurino.* Sed cum initium itineris hic ponatur, non *AD*, ſed *A* vel *Ab* ſcribendum erat. Arbitror ex veteri ſcriptura *A Taurino* factum eſſe *ad Aurino. Taurunum* autem vel *Taurinum* oppidum eſt Pannoniae, quod hodie *Griechiſchen Wyſſenburg* nominatur. SIML.

A TAVRVNO LAVRIACVM M. P. D. LXXXVII.] *In Regio* Ad Tarino Lauricano M. P. D. LXXXVII. *In Blandiniano* A Daurino Lauraco M. P. DLXXXVII. *Neapolitanum* A Dautino Lauriaco M. P. D. LXXXVII. *Longolianum* Ab Aurino Lauricum mpm. D. LXXXVIII: & D. LXXXVII. *corrigit. Plinius L. 3. C. 25.* Alter amnis Bacuncius Saum Sirmio oppido influit: ubi civitas Sirmenſium, & Amantinorum. Inde XLV. M. P. Taurunum: ubi Danubio miſcetur Saus. *Ptolemaeo in Pannonia inferiore Ταύρουον. In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis provinciae Pannoniae ii. Riparienſis, Equites promoti* Tauruno: & *Auxilia Aſcarii* Tauruno, *ſive* Marſonia. SVR.

A TAVRVNO.] Pulchre viri docti hoc reformarunt, abiitque in easdem cogitationes vir doctus, cujus olim Fabricii fuit exemplar. Libri noſtri *A Dauruno*, quamquam Vatican. *Ad Aurono.* WESS.

INDE AVGVSTAM VINDELICVM M. P. CCXXII.] *In Regio* M. P. XL: & *reliqua* CCXXII. SVR.

ARGENTORATVM M. P. CCCXXII.] *Fœde Regium in his numeris depravatum reperitur: nam* M. P. XXXVIII. *habet: reliqua* CCCXXII. *praeferunt.* SVR.

AD LEG. XXX. M. P. R] *Hic titulus deeſt in Regio; & Blandinianum* Ad lec XXX. M. P. R. *habet. Neapolitanum multo pejus* Ad lech M. P. XXX. *Longolianum* Adlec mpm. XXX. *ut in omnibus ſummae manſionum numerus, quae* Argentorato ad Leg. XXX. *exponuntur, deſit. Neque id mirum videri debet, cum hoc itinere, praeter morem, aliud interjectum iter videamus.* SVR.

AD LEG. XXX. M. P. R.] Sic quidam è ſcriptis noſtris. Litera canina addita a librario eſt, ut moneret *Reſpiciendum* eſſe: animum haud dubie ille advertit, M. P. hic fuiſſe omiſſa. Simlerus Baſileae expreſſit *Ad Leg. M. P. CXL.* 30. *ſic*, nec tamen, an MSS. duces haberet, docere voluit; neque adeo tutum opinamur, illius veſtigia legere. Quod vero Surita admonet, aliud hic iter eſſe inſertum, id ſecus eſt. Ducunt manſiones profecturum per Danubii ri-

A LAVRINO. M. P. XXV.
RITTI. M. P. XXXIII.
IN MEDIO ACIMINCI. M. P. CXIII. Sic.
CVSI. M. P. XXXIII.

BO-

pam. *In medio Aciminci M. P. CXIII.*, quod virum eruditum in hanc ſententiam impulit, vitioſum eſt, uti videbitur. WESS.

AD LAVRINVM M. P. XXV.] *Regium* A laurino M. P. XXV. *Blandinianum* A laurino M. P. XXVI. *Neapolitanum* Ad laurino mpm. XXV. *Longolianum* A laurino M. P. XXVI & XXV. *corrigitur.* SVR.

A LAVRINO.] Excerpta librorum noſtrorum in hanc lectionem conſpirant, quamvis falſiſſimam. Scribendum eſt *a Tauruno*: iter enim, quod ſummatim auctor deſcripſerat, a capite orditur, ut in Africae itineribus & eo, quo Roma in Aegyptum pergitur. Recte ergo Simlerus *A Dauruno Ritti M. P. XXXIII.* vulgavit: præſertim cum Tabula a Tauruno *Rittium M. P. XXIII.* numeret, nulla *Laurini* mentione facta. natus error eſt, ut ſæpe, ex ſimilitudine literarum L. & T. in Longobardico ſcribendi more. WESS.

RITTI.] Ptol. *Rithium* vocat. Lib. Notit. *Ricti. Salankaemen.* SIML.

RITTI M. P. XXXIII.] *Regium* Ritti mp. XXXII. *Blandinianum & Neapolitanum* Ritti M. P. XXXII *Longolianum* Ritti M. P. XXX: & XXXIII. *corrigitur. Sunt qui &* Rhittium *ſcribant. Ptolemaeo inter urles Pannoniae inferioris ſub Danubio* Ῥίττιον. *In Notitia provinciarum ſub duce Pannoniae ſecundae, quam Riparienſem cognominat, ſive Saviae Equites Dalmatae* Ricti. SVR.

RITTI.] In M. P. error implicatus videtur. Tabulæ XXIII. M. P. veriora ſunt. *Salankemen* nunc duci Lazius quoque opinatus eſt. Forte tamen *Petri Varadini* ſitus melius reſpondebit, uti & M. Altingio viſum fuit. WESS.

ACVMINCVM.] Vel *Acimincum. Cametz.* SIML.

IN MEDIO ACIMINCI M. P. CXIII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum initialibus literis miniaceis* in medio: *& ſtatim ſubdit* Aciminci M. P. M. CXII. Sic. *Neapolitanum* In medio Acummniti mpm. CXII. Sic. *Longolianum* In medio A Tininci mpm. CXII. Sic. *Videtur hoc iter ſeorſim numeris* CXIII. *deſignari, qui ſummæ ferendi ſunt accepti itineris a* Tauruno Lauriacum: *ut præcipua earum ſex manſionum ratio haberi poſſet: quare earum titulus miniaceis deſcriptus eſt litteris, ne ſummam numerorum univerſi itineris à* Tauruno Lauriacum *confundat, ſummam illam* CXIII. *introrſum redigendo. Praeterea animadvertendum, duo oppida ferme ejus nominis à Ptolemaeo, Antonino, & Marcellino Ammiano, atque Scoto, qui Notitiam Provinciarum concinnaſſe fertur, in eadem Pannonia inferiori ad Danubium utrumque recenſeri, quæ diſtingui oporteat. Ea ſunt* Acimincum, *quod &* Acumincum *vocant, &* Acincum. *Ptolemaeo inter urbes easdem Pannoniae* Ἀκιμιγκον, *quod* Acincum *eſſe intelligimus: &* Ἀκιμιγκον λεγειὼν, *quod juxta* Rittium *conlocat, quemadmodum & hoc adjunguntur Itinerario: Ammianus libro XIX. C.* 11. Proinde vallo prope Acumincum locato, celſoque aggere in ſpeciem tribunalis erecto, naves vehentes quosdam legionarios expeditos, alveum fluminis proximum ripis obſervare ſunt juſſæ. *De* Acinco *vero libro XXX. C.* 5. Valentinianus Acincum prope caſtra commovit: navigiisque ad repentinum caſum conjunctis & contabulato celeri ſtudio ponte per partem aliam tranſit in Quados. *De* Acimincо *Scotus ſub diſpoſitione v. ſ. Ducis provinciæ Pannoniae Riparienſis, ſive Saviae, cuneus Equitum Conſtantium* Aciminci, *& Equites Sagittarii* Aciminci. *Sub diſpoſitione vero v. ſ. Ducis provinciæ Valeriae Ripenſis* Acinci *fit mentio hoc pacto:* Auxilia vigilum contra Acinco trans in Barbarico: *& item Præfectus leg. II. Adjutricis tertia partis ſuperioris* Acinco: *ut nulli dubium ſit, quin &* Acimincum, *&* Acincum *diverſa ejusdem regionis oppida hoc Itinerario recenſeantur: ne quis pro uno, atque eodem accipiat oppido.* SVR.

IN MEDIO.] *Aciminci* quoque Vaticanus. Aliud hic iter deſcribi verum non eſt. Vitium eſt in M. P. Tabula a Rittio *Acunum*, ita enim perperam ſcribit, M. P. VII. inde Cuſum M. P. XL. numerat. Simlerus Baſileae vulgavit, *In medio,*

BONONIA. M. P. XVI.
CVCCI. M. P. XVI.
CORNACO. M. P. XVI.
TEVTIBVRGO. M. P. XVI.
MVRSA. M. P XVI.
AD NOVAS ET AVREO MONTE ANTIANIS. M. P. XXIIII.

AL-

medio Aciminci M. P. XXV., nihil de MSS. monens: nostri in *CXII. M. P.* consentiunt: *Acimincum* & *Acincum* diversa Pannoniae fuisse oppida, clarius est quam cum sudum est maxime. Habet de illis quædam Lambecius L. II. Bib. Vindob. p. 677., sed erroribus fœdata. WESS.

CVSI.] *Sere* vel *Cudelass.* SIML.

CVSI M. P. XXXIII.] *Regium* Cusi M. P. XXXII. *& reliqua* M P. XXXIII: *quo numero in eisdem exemplaribus recte constat ratio summæ* CXIII. M. P. *In Notitia Provinciarum sub Duce Pannoniae Secundæ Equites Dalmatæ* Cusi. SVR.

CVSI.] Mentio hujus est in milliario lapide, quem in Danubio Pannonico Tab. XLVII. Comes Marsilius provulgavit.

IMP. CAES.
MARCO
AVRELIO
CLAVDIO. PIO
FELICI INVICTO
A MALATA
CVS... P.
XVI.

Fuit in lapide CVSVM M. P., quod perspicue ex alio apparet, in quo ultimæ vocis literæ, quæ hic deficiunt, in sese implicatæ conspiciuntur. *Cusi* amnis ultra Danubium Tacitus An. II. C. 63. mentionem fecit, sed is, si *Waga* sit, ut Ph. Cluverius L. III. G. A. C. 31. & Ch. Cellarius L. II. Geog A. C. 5. p. 586. censuerunt, nihil ad hanc mansionem. Ceteroqui non inepte diceretur, nomen *Cusi* loco venisse, quod ostio illius amnis objaceret. WESS.

BONONIA.] *Bonmonster.* SIML.

BONONIA.] Bononiae hujus meminere Notit. Imp. Occid. & Ammianus L. XXXI. C. 11. & L. XXI. C. 9. ubi milliario XIX. a Sirmio disparatam dicit. Idatius Coss. Constantio & Maximiano *castra facta* refert *in Sarmatia contra Acinco & Bononia*, estque eorum castrorum in Notitia memoria. Tabula *Bononiam* non habet, sed ejus loco *Milatis* XVI. M. P. a Cuso, pro quo *Malatis* Ravennas L. IV. C. 20., quod verum est: nam & Tabulæ editio, quæ Velseri operibus indita est, id præfert & literati lapides, de quibus paullo ante. Videtur hinc patere, *Bononiae* nomen recentius esse ac in *Malatae* locum successisse. WESS.

CVCCI.] *Ceroska* vel *Curuska.* SIML.

CVCCI M. P. XVI.] *Regium* Cuicoi M. P. XVI. *Blandinianum & Longolianum* Cucci M. P. XVI. *Neapolitanum* Cucti M. P. XVI. *In eadem Notitia sub eodem duce, cuneus Equitum promotorum* Cuccis, *& Equites Sagittarii* Cuccis. SVR.

CVCCI.] *Cuccio* Tabula cum iisdem M. P., Ravennas *Cutio.* Menso Altingius *Baraniwar* nunc esse existimat. WESS.

CORNACO.] *Zata.* SIML.

CORNACVM M. P. XVI.] *Ptolemaeus item, atque hujus Itinerarii auctor* Κόρνακον, *&* Τευτοβούργιον *adjungit. In Notitia sub eodem duce, Equites Dalmatae* Cornaco. SVR.

TEVTIBVRGO.] Vel *Tentiburgio.* Prius in Ptolemaeo & Notitia est. *Erdenvud.* SIML.

TEVTIBVRGIVM M. P. XVI.] *Regium* Theutiburgo M. P. XVI: *& reliqua* Teutiburgio mp. XVI. *In Notitia provinciarum sub Duce Pannoniae secundæ Ripariensis, Equites promoti* Teutiburgio *& cuneus equitum Dalmatarum* Teutiborgio, *& Præfectus Leg. ii. Herculeae* Teutiburgio. SVR.

TEVTIBVRGO.] Hoc rectum mihi visum est ob Regii codicis dignitatem & Notitiam, quæ inter insignia Ducis Pannoniae 1. *Teutiborgus.* In Tabula *Tithoburgo*, non bene. Natum mansioni nomen est, quod *Teutones* inibi in statione fuissent. WESS.

MVRSAM M. P. XVI.] *Hæc mansio in Regio desideratur, & in reliquis præfertur exemplaribus.* SVR.

MVRSA.] Recedit iter a Danubio ad Dravum. Tabula, quæ ripam Danubii legit, *Mursam* hoc loco non habet. WESS.

AD NOVAS ET AVREVM MONTEM M. P. XXIII.] *Regium exemplar* Ad Novas &

ALTINO IN MEDIO LVGIONE. M. P. XXV.
AD STATVAS IN MEDIO ALISCA AD LATVS RIPA ALTA. M. P. XXVIIII.
LVS-

Aureo monte Antianis M. P. XXIIII: & *item in reliquis legitur exemplaribus. In Notitia ſub Duce Pannoniae ſecundæ Riparienſis, Equites Dalmatae* Novis, & *Præfectus Leg. vi. Herculeae cohortis v. partis ſuperioris* Aureo monte. Svr.

AD NOVAS ET.] Noſtri omnes cum editis, *Ad novas & aureo monte Antianis M. P. XXIIII.*, quod repudiare non placuit. Puto indicari a *Murſa* per manſiones *Ad novas & Aureum montem* iter eſſe *Antiana.* Regii codicis exſcriptor *Antianis* intempeſtive repetiit; nam XXIIII M. P. Murſam inter & hanc ſuperius iter tantummodo interpoſuit. Ceterum *Aureus mons* longe diverſus eſt ab eo, quem p. 132. explicuimus. Wess.

ANTIANIS M. P. XXIIII.] *In Regio exemplari* Antianis M. P. XXIIII: *quæ manſio in reliquis deeſt exemplaribus: fortaſſe quod librarii arbitrarentur dictionem hanc* Antianis *geminari: & certe ita eſſe, veriſimile mihi apparet: & delendum eſſe ex ſuperiore titulo, ut ſit* ad Novas, & Aureum montem M. P. XXIIII. Antianas M. P. XXIIII. & *manſio quæ in reliquis deſideratur miniaceis adſcribitur litteris. De* Antianis *ſupra à me habita mentio eſt.* Svr.

ALTINVM.] *Boſok. Legione* vel *Lugione. Butha.* Siml

ALTINVM IN MEDIO LEG. M. P. XXV.] *In Regio* Altino in medio Lagione M. P. XV. *Reliqua* Altino in medio Legione M. P. XXV. *In Notitia ſub Duce Provinciæ Valeriae Ripenſis, cuneus Equitum Fortenſium* Altino. Svr.

ALTINO IN MEDIO.] Voſſianus *Altinum in dio Legione.* Rectum videtur *Lugione*, quod ex Simlero recepimus. *Zugione* Tabula, ab Antianis XII. M. P. remotum, unde recte hic *in medio* locatur. Ptolemaeo Αυγίωνον dicitur. Wess.

AD STATVAS] *Congruunt & nomina, & numeri in exemplaribus Regio, & Neapolitano: Blandinianum & Longolianum* M. P. XXXVIII. *Hoc titulo quid auctor indicet ex his verbis* In medio *ſatis apparet: id eſt, in medio itinere, ex una ad alteram manſionem, inſignem aliquam relinqui ſtationem: quando & ad latus itineris eadem ratione* Ripa alta *cenſetur. In Notitia Provinciarum ſub Duce Valeriae Ripenſis, Equites Dalmatae* ad ſtatuas, & *auxilia Urſarenſia pone Navata, nunc* ad ſtatuas. *Sub eodem in vetuſto exemplari, præfectus Leg. ii. adjutricis cohortis partis ſuperioris* Aliſcae: *quæ dictio* Aliſcae *in excuſo deeſt exemplari. Tribunus Cohortis* Aliſcae: *ita enim & in vetuſto legitur exemplari. Et cuneus Equitum Stableſianorum* Ripa alta, *nunc* Conraduza: *Et Equites Dalmatae* Ripa alta. Svr.

AD STATVAS.] Ch. Cellarius, ſi coloſſeæ intelligantur ſtatuæ, ad *Coloczam* urbem referri poſſe admonet; quia vero in adverſa ripa eſt, ſedem potuiſſe mutare addit L. II. G. A. C. 8. p. 559. mihi perquam dubium hoc atque incertum videtur. Wess.

ALISCA.] Liber Notit. *Aleſca. Anyavara.* Ripa alta. *Tholna.* Siml.

RIPA ALTA.] Meminit Tabula XXII. M. P. a Lugione. Dedit Imp. Valentinianus *Ripae altae* L. 4. C. Theod. de Reparat. Apellat., ſed ea ad Rhenum in Germania quærenda eſt, ubi Valentinianus An. CCCLXIX., quo legem dictavit, verſabatur. Habet ibi Notitia *Ripam altam*, credumurque veſtigia ſupereſſe in *Altrip* ad Luterae confluentes. Nominis cauſſa eſt in aperto, repetita a loci ſitu, qui cum & alibi conſimilis eſſe poſſit, mirandum non eſt in Gallia, Britannia atque aliis in provinciis loca itidem ab *alta ripa* appellari. Wess.

LVSSVNIO.] Ptolem. & liber Notit. *Luſſonium. Pax.* Siml.

LVSSVNIVM M. P. XVIII.] *Habent manuſcripta* Luſſunio M. P. XVIII. *Longolianum* Luſſimio M. P. XVIII. *Ptolemaeo inter urbes, quæ ſub Danubii ripa ſitæ erant,* Λυσσόνιον. *Sub Duce Valeriae Ripenſis, cuneus Equitum Conſtantianorum* Luſſonio, *nunc* Interciſa: & *Equites Dalmatae* Luſſonio. *Et præfectus Leg. ii. Adjutricis* Luſſonio. Svr.

ANAMASCIA.] Lib. Notit. *Adnamantia*, mendoſe, ut arbitror. Nunc *Almaz.* Siml.

AN-

LVSSVNIO. M. P. XVIII.
ANNAMATIA IN MEDIO INTERCISA. M. P. XXIIII.
VETVSSALINA IN MEDIO MATRICA. M. P. XXVI.
CAMPONA IN MEDIO ACINCO LEG. II. ADIVT. M.P.XXIII.

AD

ANNAMATIAM IN MEDIO INTERCISA M. P. XXIIII.] *Habet Regium auferendi casu: & reliqua* Anamatia &c. *Plinio, in vetustis exemplaribus Bibliot. Toletanae, in descriptione Pannoniae, L. 3. C. 25.* Ammantes: *in aliis* Amanti. *In Notitia provinciarum sub Duce Valeriae Ripensis Equites Dalmatae* Adnamantia *in vetusto exemplari: & in excuso,* Ad Nammantia. *De* Intercisa *vero, quæ* in medio *itineris conlocatur, sub eodem Duce, præter mansionem supra* Lussunio *memoratam, Equites sagittarii* Intercisae. *Forte hæc mansio* Danubio *flumine alluebatur, ut inde nomen invenerit, quo usus est Ausonius poëta,* Arelatem *celebrans; Ait enim:*

Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
Ut mediam facias navali ponte plateam.

SVR.

ANNAMATIA.] Sic & Tabula, quæ Lussonio, sive ut vitiose scriptum in ea est, *Lusione* M. P. XV. disjungit. Est in fragmento III. operis Histor. Hilarii p. 1323. *Eulalius ab Amantias:* sed is ex Illyrico, ut commodiore loco dicetur, fuit. WESS.

INTERCISA.] *Rachzkewy.* Vetus Salinas, Ptolemaeo *Salinum.* Nunc *Adom.* SIML.

VETVSSALINAM IN MEDIO MATRICA M. P. XVI.] *Regium* Vetussalina &c. *Reliqua* Vetussalinas &c. *Sub eodem Duce Valeriae Equites Dalmatae* Vetussalinae. *Vetustum exemplar* Vetusalinae. *Et* Matricae *mansionis sub eodem duce, Equites promoti* Matricae. SVR.

VETVS SALINA.] Sic mansio videtur appellata: nostri libri *Salinas.* Ptolemaei *Salinum* huc omnino pertinet. Tabula *Vetusavo* M. P. XXII. ab Annamatia. Hodiernus situs non tuto finitur; nam, quemadmodum Virgilius in simili causa,

Hæc tunc nomina erant, nunc sunt sine nomine terræ.

WESS.

MATRICA.] *Theten.* SIML.

IN MEDIO MATRICA.] *Matrice* Imp. Notitia. Usus hoc loco fuit Chiffletius, ut *Mediomatricorum* etymon explicaret, sed intempestive, uti egregie Dav. Blondellus in Pleniore Assertione G. F. p. 116. demonstravit. WESS.

CAMPONA.] *Cepel.* Aquincum vel *Acincum*; utroque enim modo Antonino scribitur, & posterior lectio in libro Notit. habetur. Altera Ptolemaei & veterum inscriptionum auctoritate confirmatur. Volunt autem *Acincum* esse *Budam. Offen.* SIML.

CAMPONAM IN MEDIO ACINCVM LEG I. ADIVT. M. P. XXIII.] *Regium* Campona in medio Aquinquo Leg. I. Adiut. M. P. XX. *Blandinianum* Campania in medio aquinquo Legione ii. Adiut. M. P. XXIII: *atque item Longolianum. Veram tamen lectionem præferri Regii exemplaris debere ex Notitia Provinciarum docemur. Nam sub Duce Valeriae Ripensis, Equites Dalmatae* Camponae *censentur: & de* Acinco *sub eodem Duce: quod supra expositum est.* Legionem *præterea* I. Adiutricem *ex Regio exemplari præferri debere apparet, quod etsi* Legionis secundæ adiutricis *sub eodem Duce in Notitia fit mentio, & Aelius Spartianus in* Hadriani *Caesaris vita C. 2., Hadrianum perhibeat creatum Tribunum Leg. II. Adiut.* Primæ *itidem, in eadem Notitia fit mentio: ut statim indicabitur. De* Acinco *supra admonuimus, quod ad hunc locum attinere potuit.* SVR.

AQVINCO.] MSS. *Aquinquo Leg. II. Adjutr.* Tabula *Aquinco.* Acincum appellat præter Idatium & Ammianum Sidonius in Panegyrico ad Majorianum v. 107.

Fertur Pannoniae, qua Martia pollet ACINCVS
Illyricum rexisse solum cum tractibus Istri
Hujus avus. ———

Neque aliter Socrates, licet in situ egregie errans, L. IV. H. E. C. 31. ὁ Ἀκίνκῳ πόλει τῆς Ἰλλυρίδος. Vide Th. Reinesium L. II. V. L. C. 15. Quod vero ad Legionem attinet, metuo vehementer, ut solius Regii auctoritas libri ceteris omnibus prævaleat, in primis Notitia Imp. Occid. sese illis adjungente, quæ *præfectum Leg. II. Adjutricis Acinco.* Fuisse Acincum

AD LACVM FELICIS IN MEDIO CRVMERO. M. P. XXVI.
AZAO IN MEDIO BREGETIONE LEG. I. ADIVT. M. P. XVIII.
AD MVRES ET AD STATVAS IN MEDIO ARRABONA M. P. XXX.

QVA-

ubi nunc *Buda* est *vetus*, haud longe a nova, Comes Marsilius Danubii Pannonici tom. II. p. 3. censuit quoque. Denique negligere non debui, hunc Itinerarii locum a P. Pithoeo L. II. Subcesiv. C. 1. tractatum atque emendatum fuisse. WESS.

LACO FELICIS.] Alius hic est lacus a *Laco felice*, cujus in superiore itinere mentio facta est. *Visegrad* Hungaris, Germanis *Blindenburg*. SIML.

AD LACVM FELICIS IN MEDIO CRVMEROS M. P. XXVI.] *Regium* A lacum felicis in medio Crumero M. P. XXVI. *Blandinianum* A laco felicis in medio M. P. XXXIII. Crumero Azo in medio &c. *Neapolitanum item, & Longolianum: ut verior Regii lectio adpareat. Mansionis* ad Lacum felicis, *sive* Lacum felicem *legas, supra mentio facta est. Infra* Crumeri *oppidi, sive stationis in hoc Itinerario mentio fit, quo itinere castra constituta esse perhibet* Crumero. *Et in Notitia provinciarum sub Duce Valeriae Ripensis, Equites promoti* Crumero. SVR.

AD LACVM FELICIS.] MSS. nostri magna concordia, *a laco felicis in medio M. P. XXXIII. Crumero.* Placuit nobis Regium Suritae sequi, quod ceteri mansionem, quæ hic in medio fuisse dicitur, nimis officiose alio transtulerint. Esse autem *Lacum Felicis* alium ac *locum* sive *lacum*, quem superius iter agnoscit, dubium esse non potest. WESS.

CRVMERO ASAO.] *Comorn* insula. SIML.

AZAON IN MEDIO BREGETIO LEG. I. ADIVT. M. P. XVIII.] *Regium* Azao in medio Bregetione LEG. Adiut. M. P. XVIII. *Reliqua sumpto ultimo verbo superioris mansionis* Crumero Azao in medio Bregetione Leg. I. Adiut. M. P. XVIII. *Ptolemaeo in Pannonia superiori,* Βρεγαίτιον, *& eo loco stationem* legionis primæ adiutricis *constitutam, locatamque fuisse sub dispositione Ducis Valeriae Ripensis apparet. Præfectus enim* Leg. I. Adjutricis *cohortis v. partis superioris* Bregetione *censetur.* SVR.

AZAO IN MEDIO.] Plerique omnes nostri MSS. *Leg. I. Adjut.* præferunt, ut Bregetione illam in stativis fuisse, dubitandum non sit Est famosa Bregetio morte Valentiniani I., quem Idatius in Fastis An. CCCLXXV. in *castello Virgitione* mortuum tradit. Ammiano L. XXX. C. 5. *Bregitio*, Tabulæ *Brigantio*, Socrati L. IV. H. E. C. 31. Φρούριον, ᾧ προσωνυμία Βεργιτίων dicitur. De *Azao* nihil recognovi. WESS.

AD MVROS.] *Summereyn.* SIML.

AD MVRES ET AD STATVAS] *Regium & Blandinianum præferunt. Neapolitanum* Ad muros. *Longolianum* Ad mures: *&* muro *corrigit: Suspicor stationem eam, qua sub Duce Pannoniae primæ & Norici Ripensis Equites promoti ad Mauros censentur*, ad Mures, *aut* muros *corrigi oportere.* SVR.

AD MVROS.] Wolfg. Lazius L. I. Rer. Viennens. C. 3. *villam Murocinctam* Ammiani extremo L. XXX. eandem atque hanc mansionem esse vult, parum animadvertens villam eam, Ammiano teste, a Bregetione *centesimo lapide* afuisse. Vide & Cellarium L. II. G. A. C. 8. p. 568., ubi Lazium non præteriit. WESS.

ARRABONA.] Vel *Rabona Rab.* SIML.

IN MEDIO ARRABONA] *Regium* Arabona. *Reliqua* A drabona. *In Notitia Provinciarum sub Duce Pannoniae primæ, & Norici Ripensis, Equites promoti* Arrabonae. *Et præfectus Legionis x. & xiiii. Geminae militum Liburnariorum* Arrabonae. SVR.

ARRABONA.] *Adrabona* Cusani & Vossii schedæ, quæ cum Vaticanis *ad mures* quoque edunt. Tabula a Bregetione ad Arrabonem fluvium XXX. M. P. pariter ut Itinerarium numerat. Fluvii præter alios poeta Saxo Annal. Caroli M. An. IↃCCXCI. meminit:

——— ——— *Ad ostia donec*
Perveniens Arrabonis, qua fertur in undas
Danubii. ———

Ptolemaeo variis locis Ναρβών dicitur, merito indignante atque opem ferente Cluverio. Rudera veteris castelli accurate descripsit Comes Mar-

QVADRATIS IN MEDIO PLEXO. M. P. XXII.
GERVLATA IN MEDIO CARNVNTO. M. P. XXX.
LEG. XIIII. GEMINA.

AEQVI-

Marſilius Danubii tom II. p. 3. WESS.

FLEXO.] *Poſonium, Presburg.* SIML.

QVADRATVM IN MEDIO FLEXVM M. P. XXII.] *Regium* Quadratis in medio flexu M. P. XXII. *& reliqua* Quadratis in medio flexo. *Ego tamen* Quadratum *legendum arbitror. Nam infra in Regio* Quadrati *fit mentio: & in Blandiniano* Quadrata *ea ſtatio nuncupatur, præſertim Notitia Provinciarum adſtipulante. Sub Duce enim Pannoniae primæ & Norici Ripenſis Equites Mauri* Quadrato *recenſentur.* Flexi *vero nomen oppidi eſſe, qua Danubius curſum vertit, & ob eam cauſam ſtationi vocabulum inditum appareat ex Ptolemaeo, inter urbes ad Danubium ſitas* Φλῆξον. *Sub eodem Duce in Notitia Provinciarum cuneus Equitum Dalmatarum* Flexo: *& Equites promoti* Flexo. SVR.

QVADRATIS.] Hoc MSS. dant. Tabula ab Arrabone *ad flexum* M. P. XXIII. habet. *Quadrata* inibi fuiſſe cenſet Ph. Cluverius, ubi vicus *Wiſſelburg. Flexum* vero *Owar*, quorſum a Poſonio amnis flexum agit. Cum Simlero ſtat Wolfg. Lazius L. I. Rer. Vien. C. 4. WESS.

GERVLATA.] *Heimburg, Wolfſtal.* SIML.

GERVLATA IN MEDIO CARNVNTVM M P. XXX.] *Regium* Cerula in medio Carnuntio M. P. XXX. *Blandinianum* Gerulanta in medio Carnunto M. P. XX. *& reliqua* M. P. XXX. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Pannoniae primæ & Norici Ripenſis Equites ſagittarii* Gerulatae. Carnuntum *celebre fuiſſe Pannoniae oppidum inter urbes ad Danubium ſitas adparet: & Joanni Cuſpiniano* Petronellam *hodie vocari in Auſtria inferiori, ut viro docto, & ſuæ regionis diligentiſſimo auctori fidem habendam eſſe video. Mihi certe id oppidum, quod Ptolemaeo inter easdem ad Danubium ſitas urbes ſuperioris Pannoniae* Καρνοῦς *vocatur. Ammianus libro XXX. C. 5.* Illyridi *attribuit.* Cumque exinde, *inquit*, Carnuntum Illyriorum oppidum introiſſet, deſertum quidem nunc, & ſqualens, ſed ductori exercitus perquam opportunum. *In Notitia Provinciarum ſub eodem Duce Pannoniae primæ, Præfectus leg. XIIII. Geminae militum Liburnariorum cohortis partis ſuperioris* Carnunto. *Et Præfectus Claſſis Iſtricae*, Carnunto, *ſive* Vindobonam *à* Carnunto *tranſlatæ.* SVR.

GERVLATA.] Tabula *Gerulatis* a manſione *ad flexum XVI. M. P.* Veſtigia priſtini nominis ſupereſſe in *Cherlburg* poſt Lazium L. I. R. Viennenſ. C. 3. arbitratur Ph. Cluverius. WESS.

CARNVNTO.] *Sant Peternel.* SIML.

CARNVNTO.] *Carnuntem* Livius L. XLIII. C. 1., alii *Carnotum* aut *Carnuntum* vocitant, ut M. Antoninus fine L. II. *de Reb. ſuis* πρὸς τῷ Καρνούντῳ cum nota Th. Gatakeri, & in Theſ. p. CIↃXXXII. 2.

S. D. M.
SAVINIVS VALENTI
NVS MIL. LEG. X. GEM.
OPT. VIX. ANN. XXX
MIL. AN. XIII. NATVS
CARNVNTO.

De ſitu major lis eſt. Wolfg. Lazius multis perſuaſit L. I. R. Vien. C. 3. *Petronellam* nunc dici; contra hos venit Ph. Cluverius Vindelic. p. 21., Carnuntique ſitum figit, ubi *Haimburg* nunc eſt; & favet illi Plinius L. IV. C. 12. haud obſcure contra confluentes Mari ac Danubii fuiſſe indicans. Lambecius utrique patrocinatur, Carnuntumque omnem eum ripæ Danubianae tractum, qui arcem *Haimburg* & vicum *S. Petronellae* disjungit, olim inſediſſe pertendit L. II. B. Vindob. p. 998. WESS.

LEGIO XIIII. GEMINA] *In Regio*, Leg XXX. G. G. *Blandinianum* Legio XIIII. Gemina. *Neapolitanum* Leg. XIIII. G. G. Gemina. *Satis ergo adparet ex his, quæ ex Antonino, & Notitia protulimus, non recte apud Ptolemaeum in horum oppidorum ſitu* legionem XIIII. *&* legionem X. *interjectas* Germanicas, *pro* Geminis *cognominari. Nam in commemoratione Legionum à Dione libro LV. p. 646. facta, nulla* Germanicae *cognomento cenſetur: & quam ob cauſam* Geminarum *nomen ſint conſecutæ, explicat.* SVR.

LEG. XIV. GEM.] Non dubium eſt, quin recte Surita Ptolemaeo ſuppetias tulerit: nam quod

AEQVINOCTIO ET ALA NOVA IN MEDIO VINDOBONA. M. P. XXVIII.

LEG. X. GEM.

COMAGENIS.	M. P. XX.
CETIO.	M. P. XXX.
ARLAPE.	M. P. XX.
LOCO FELICIS.	M. P. XXV.

LAV-

quod Lazius L. I. R. V. C. 16. Legioni XIV. & *Geminae* & *Germanicae* cognomina indidit, approbavitque Lambecio L. II. B. Vind. p. 38., id fine teſte fecit: quare merito poſterior p. 1003. prolata tegula, quam Carnunti inveneRat, inſcripta *LEG. XIIII. GEM.*, Lazii ſententiam exploſit. Eſt & in Danubio Pannonico Comitis Marſilii monumentum, *Petronellae* repertum, in quo C. ANTONIVS VALENTINVS VET. LEG. XIIII. GEM. murum a fundamentis reſtituiſſe dicitur. Vide præterea Gruterum Theſ. p. CIↃXXVIII. 2. WESS.

AEQVINOCTIO.] *Viſchmund. Ala nova. Ebersdorf.* SIML.

AEQVINOCTIVM &c.] *In Regio*, Equinoctio Vindobona M. P. XXXVII. *Blandinianum*, & *Neapolitanum* Aequinoctio & Alanova in medio Vindobona M. P. XXVIII. *In Longoliano* alia nova *pro* Ala nova. *In Notitia Provinciarum ſub Duce Norici Ripenſis, Equites Dalmatae* Ala nova, *Equites Dalmatae* Aequinoctiae: *ita enim & in vetuſto legitur, non* Aequinoctio: *quam dictionem, tot conſentientibus Antonini vetuſtis exemplaribus, retinendam arbitramur.* SVR.

AEQVINOCTIO.] In plerisque libris *Equinoctio & ala nova in medio Vindebona M. P. XXVIII. Leg. X. Gem.* ineſt. Supereſt in noſtra tempora eo loci, quem Simlerus ſignavit, agger Romanus, in Danubio Pannon. C. Marſilii tom. II. p. 4. deſcriptus. WESS.

VINDEBONA.] Superiori itinere *Vindemona* vel *Vindomana* nominatur. SIML.

LEG. X. GEM.] Habent hanc Legionem Vindobonae Ptolemaeus cum Notitia Imp. Occid. Eandem lapides Viennae in Auſtria eruti apud W. Lazium L. I. R. V. C. 6. oſtentant, male tamen exſcripti, ut is, in quo L. QVIRINALIS MAXIMVS TRIB. MILIT. LEG. X. GERM. fuiſſe dicitur: Rectius Gruterus Theſ. p. XI. 4. WESS.

COMAGENAS &c.] *Has manſiones* Lauriacum usque *numeris Regii exemplaris recenſuimus, quae ſupra pagina* CCXXXIV. *eodem ordine, diverſis tamen numeris adpoſitae ſunt.*

In Blandiniano hoc pacto ſignantur.		*In Neapolitano.*	
Comagenis	M. P. XXX.	*Comagenis*	M. P. XXX.
Cecio	M. P. XXX.	*Cecio*	M. P. XXX.
Arlape	M. P. XX.	*Arlape*	M. P. XX.
Loco Felicis	M. P. XXII.	*Laco Felicis*	M. P. XXV.
Lauriaco	M. P. XX.	*Lauriaco*	M. P. XX.

LEG. III.

In Regio vero Leg. III. *poſt numeros adjicitur: cujus modum, quo ad fieri poteſt, proſequimur. Haec* Leg. III. *in Notitia ſub Duce Rhaetiarum* Italica *cognominatur.* SVR.

COMAGENIS.] Eſt in vetuſtis libris, quibus utimur, idem diſcrimen eademque varietas: plerique tamen Neapolitano Suritae accedunt. WESS.

LAVRIACO.] Schedae Pariſienſes *Legiu:* unde de *Leg. IV.* ſuſpicio alicui naſci poſſet, nec illi tamen locus eſt dandus. *Legio IV. Scythica* in Syria egit, ut ex Dione alias oſtendimus: *Legionis III.* in Norico ſæpe lapides meminere, ſicuti ille, quem *Laugingae* in Dioeceſi Auguſtana repertum M. Velſerus p. 406. inter monumenta agri Auguſtani vulgavit,

APOLLINI. GRANNO
M. VLPIVS. SECVNDVS
T. LEG. III. ITAL. ARAM
CVM. SIGNO. ARGENTEO
V. S. L. M.

Apollo Grannus, cui ſacratus lapis, a Velſero & nunc nuper ab Ekhardo eſt explicatus: hoc addo, Dionem in Excerpt. Valeſii p. 753. Ἀπόλλωνος Γρέννου meminiſſe, Valeſium vero titulum ejus mendi ſuſpectum habuiſſe, atque adeo mutaſſe. WESS.

OVI-

LAVRIACO.	M. P. XX. LEG. III.
OVILABIS.	M. P. XVI.
IOVIACO.	M. P. XXVII.
STANACO.	M. P. XVIII.
BOIODORO.	M. P. XX.
QVINTIANIS.	M. P. XXIIII.
AVGVSTIS.	M. P. XX.

RE-

OVILABIM M. P. XVI.] *Manuſcripta & Longolianum ſummo conſenſu* Ovilatus *præferunt, cum ſupra* Ovilavis, *& Ovilabis deſcripſerint: & in eo poſtea permaneant, quamobrem nihil mutari oportet. Illud tamen non omiſerim, quod à me ſupra prætermiſſum fuit, proxime ad hujus ſtationis nomen illam accedere, quæ in Notitia provinciarum ſub Duce provinciæ Valeriae Ripenſis Equites Dalmatae* Odiabo *recenſentur: nam quæ ſequuntur manſiones* Vindeliciae *attribuuntur,* SVR.

OVILABIS.] Plerique omnes MSS. *Ovilatus,* quod ſcribentium vitio ex vulgato natum videtur. WESS.

JOVIACO.] *Lovioco* eſt in Vaticano & Cuſani libro: alterum firmat Notitia I. Occid., cum ſub diſpoſitione V. S. Ducis Pannoniae I. & Norici Ripenſis *Præfectum Leg. II. Italicae militum Liburnariorum JOVIACO* habet. *Stanacum* nusquam invenio. WESS.

STANACVM M. P. XVIII.] *Regium* Stanago M. P. XVIII. *Reliqua* Stanaco M. P. XVIII. SVR.

BOLODERO.] Vel *Bolodoro.* Ptolemaeo *Bojodurum. Boyter*, vel, ut alii, *Baſſauw.* SIML.

BOIODORVM M. P. XX.] *Regium* Boiodoro M. P. XX. *Blandinianum* Bolodoro M. P. XX. *Neapolitanum* Bolodero M. P. XX. *& Longolianum* Bolodoro: *ſed* Bolodero *corrigitur. Ptolemaeus* Βοιόδωρον *in* Vindelicia *ad Danubium flumen ſtatuit. In Notitia Provinciarum ſub Duce Norici Ripenſis Tribunus cohortis* Boiodoro *recenſetur.* SVR.

BOJODORO.] Noſtri *Bolodero* aut *Bolodoro*; ſolus Suritae Regius verus fuit. Tabula ſimili peccato *Bolodurum* appellat. Situm ſignavit oppidi Eugippius in Vita S. Severini C. 22. *Baſilicae*, inquiens, *extra muros oppidi Batavini in loco nomine Boitro trans Enum flumen conſtitutæ:* ſic Velſerus provulgavit; alii *Bojotro*, quod a vero propius abeſt. *Batavinum oppidum* eſt *Paſſau*, unde *Bojodorum* videtur eſſe *Inſtat.* WESS.

QVINTIANIS.] *Kuntzen.* SIML.

QVINTIANAS M. P. XXIIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Quintianis M. P. XXIIII. *cujus manſionis in eadem Notitia ſub Duce Rhaetiae primæ, & ſecundæ, præfectus alæ primæ Flaviae Rhaetorum* Quintanis *recenſetur: ut legendum adpareat* Quintianis. SVR.

QVINTIANIS.] Putem veriorem eſſe Notitiae ſcripturam & Latini ſermonis conſuetudini melius reſpondere: firmat eandem Eugippius Vitae S. Severini C. 15. *Quintanis appellabatur ſecundarum Retiarum municipium ſuper ripam Danubii ſitum, huic ex alia parte parvus fluvius Quintana nomine propinquabat.* Coloniam fuiſſe, ex lapide, *COL. AVGVSTA QVINCTANORVM* inſcripto, quem ſe vidiſſe teſtificatur Panvinius Imp. Rom. p. 137., & ex Nervae numo apud Goltzium L. Holſteinius ad Geogr. Sacram opinatus eſt, & ante eum Aventinus & Lazius. Ego vero cum Velſero ad Eugippium C. 15. dubitavero: certi ſane nihil conſtituero, niſi uberior & lapidis & numi notitia venerit: neque patiar huc referri *Zoticum a Quintiano*, qui inter Epiſcopos, qui de cauſſa Donati cognoverunt, ſediſſe dicitur apud Optatum L. I. Schiſm. Donatiſt. C. 23. *Italus* enim fuit, uti Optatus adfirmat: noſtrum autem municipium in Rhaetis eſt. *Kuntzen* nunc dici viris eruditis mecum convenit. WESS.

AVGVSTIS.] *Auguſtana. Azelburg.* SIML.

AVGVSTAS M. P. XX.] *Tametſi in omnibus manuſcriptis, & Longolano* Auguſtis *legitur, fortaſſe* Auguſtanarum *nomen hæc manſio ſortita eſt. Nam ſub eodem Duce Equites Stableſiani ſeniores* Auguſtanis *recenſentur: aut certe in alterutro horum auctorum erratum eſt.* SVR.

AVGVSTIS.] Sequitur Simlerus Aventinum L. II. An. Boicor. p. 58., nec diſſentit M. Velſerus L. III. Rer. Auguſt. p. 215. Cluverio

REGINO.	M. P. XXIIII.
ABVSINA.	M. P. XX.
VALLATO.	M. P. XVIII.
SVMMVNTORIO.	M. P. XVI.
AVGVSTA VINDELICVM.	M. P. XX.
GVNTIA.	M. P. XXII.
CELIO MONTE.	M. P. XVI.
CAMPODVNO.	M. P. XIIII.

VE-

tamen eſt *Gaiſling*, XI. M. P. a Regino, quo facto in numeris foret commiſſum. WESS.

REGIO.] Liber Notit. *Caſtra Regina. Roking* vel *Regensburg*. SIML.

REGIVM M. P. XXIIII.] *In Regio* Regino M. P. XXIIII. *& in reliquis* Regio M. P. XXIIII. *Mihi certe erratum videtur in Notitia provinciarum ſub Duce Rhaetiarum. Legitur enim, Præfectus Leg. iii. Italicae partis ſuperioris caſtra* Regina, *nunc* Vallato: *ex hoc etenim loco, & fide vetuſtiſſimi exemplaris,* Regino *legerem, non* Regina SVR.

REGINO.] Laudem commeritus eſt Regius MS, cui ſoli verum urbis nomen, quod plerique alii in *Regio* converterunt, debetur: conſentit Tabula. Aventinus L. II. An. Boic. p. 58. *Rokingam* nunc eſſe adfirmat, merito a Ph. Cluverio atque aliis, *Regensburg* a vicino amne *Regen*, nunc dici arbitratis, deſertus. Annales Reuberi An. IↃCCXCI. *Ipſe autem cum dimiſſis copiis REGINVM, quod nunc Reganesburg vocatur, veniſſet:* Saxo poeta L. II. p. 141. Edit. Leibnit.

Rex autem veniens REGINVM, quod Reganesburg
Nunc vocitant.

Ratisbonae nomen recentius eſt, dictum ita, ſi fidem capit Guntherus L. I. Ligur.

Quod bona ſit ratibus, vel quod conſuerit in illa
Ponere nauta rates.

WESS.

ABVSINA.] *Abensperg.* SIML.

ABVSINAM M. P. XX.] *Regium* Auſina M. P. XX. *& reliqua veram retinuerunt lectionem,* Abuſina *enim præferunt. Sub eodem Rhaetiarum Duce Tribunus Cohortis ii.* Abuſina. SVR.

ABVSINA.] Tabula *Aruſena M. P. XXII.* a Regino, mendoſe. *Abuſinum* eſſe *Abensperg*, patriam ſuam urbem, Aventinus L. II. A. B. p. 58. Cluverio approbavit. M. tamen Altingius ex intervallo *Abenſtorff* præfert. WESS.

VALLATVM.] *Veilenbach. Summuntorium* vel *Surmontorium.* Liber Notit. *Submontorium. Hochenwart.* SIML.

VALLATVM M. P. XVIII.] *Supra de Præfecto Leg. iii.* Regina, *& poſtea* Vallato: *ala ii. Valeriae ſingularis* Vallato. SVR.

SVMMVNTORIVM M. P. XVI.] *Regium* Summunturio M. P. XVI. *Blandinianum* Summuntorio M. P. XVI. *Neapolitanum* Summuntorio M. P. XVI. *& item Longolianum. In Notitia Provinciarum ſub eodem Rhaetiarum Duce, Equites Stableſiani junioris* Submuntorio: *& Præfectus Leg. iii. Italicae partis ſuperioris deputata Ripa prima* Submuntorio. SVR.

GVNTIA.] *Guntzburg.* SIML.

GVNTIAM M. P. XXII.] *Et* Guntiae *manſionis ſub eodem Rhaetiarum Duce ſit mentio, quando Præfectus militum Urſarienſium* Guntiae *recenſetur. In Panegyrica oratione Maximiano Auguſto dicta C.* 2. A ponte, *inquit,* Rheni, usque ad Danubii tranſitum Guntienſem devaſtata, atque exhauſta penitus Alemannia. *Nunc in Rhaetia prima oppidum eſſe* Guntzburg *ferunt, ubi olim Danubii trajectus erat, & nunc pontem eo loco conſtratum eſſe.* SVR.

GVNTIA.] In ſitu viri docti conſentiunt. Livineius ad Panegyricum dubia quædam movit, quæ dudum ſunt diſſipata. Eſt & ejus memoria in lapide Britannico apud Galeum ad Itiner. Anton. p. 32.

I. O. M. TANARO
T. ELVPIVS. GALER.
PRAESENS. GVNTIA
PRI. LEG. XX. V. V.
COMMODO. ET
LATERANO
COSS.
V. S. L. M.

Refert

VEMANIA.	M. P. XV.
BRIGANTIA.	M. P. XIIII.
ARBORE FELICI.	M. P. XX.
FINIBVS.	M. P. XX.
VITVDVRO.	M. P. XXII. LEG.
VINDONISSA.	M. P. XXIIII. LEG.
RAVRACIS.	M. P. XXVII. LEG.

AR-

Refert quidem Galeus ad Cambriae *Gunetham* hunc lapidem, haud dubie, quod tres literæ in *GVNTIA* inter ſeſe ſint implicatæ; verum ipſi literarum ductus obſtant, *Guntiamque* requirunt, ut pulchre monuerunt viri eruditi in Britannia Romana L. II. C. 3. p. 315. WESS.

CELIO MONTO.] *Kelmuntz.* SIML.

CAELIVM MONTEM M. P.] *Regium* Celio montem M. P. XVI: *& reliqua* Celio monte mpm. M. P. XVI. *Hujus ſtationis fieri mentio videtur in Notitia Provinciarum: quod ſub Duce Rhaetiarum Tribunus cohortis iii. Herculeae Pannoniorum* Caelio *recenſetur. Reliqua manſiones usque ad* Finium *manſionem ſupra recenſuimus: numerique fide exemplarium hoc Itinere inter eas congruunt manſiones.* SVR.

FINES M. P. XX.] *Supra mentio manſionis hujus cognomento* ad Fines, *facta eſt. Illud tamen obiter occurrit, ſi & hoc ad aliquam conjecturam faciendam pertinet, arbitrari me in eo, quod ſub eodem Duce Rhaetiarum fertur, cenſeri Praefectum Leg. iii. Italicae tranſvectionis ſpecierum deputata* Foetibus: *ut forte* Finibus *ſit legendum.* SVR.

VITODORO.] *Winterthur*, agri Tigurini oppidum. SIML.

VITVDORVM M. P. XXII. LEG.] *Regium* Vituboro M. P. XXII. Leg. *ſed in reliquis* Vitudoro M. P. XXII. Leg. *Oppidum notum ferunt eſſe in* Tauriacis. SVR.

VITODORO.] MVRVM. VITODVRENSEM. A. SOLO. INSTAVRARVNT. CVRANTE. AVRELIO. PROCVLO Impp. Diocletianus & Maximianus, ut in veteri monumento eſt, quod L. I. Rer. Helvet. C. 3. Fr. Guillimannus publicavit. *Vinterturum* Hermanno Contracto An. IↃCCCCXII. dicitur. Quod vero poſt numeros additur *Leg.*, id & Vaticanus agnoſcit, & *Leugas* notat, ſicuti egregiis rerum documentis N. Bergerius L. III. Viar. Milit. C. 37. demonſtravit. Leugarum in Galliis uſus erat, apponique earum numerus M. P. ſolebat, uti ex hoc itinere variisque aliis per Gallias liquidiſſimum eſt: ſæpe tamen a librariis ſunt praeteritæ, ſupervacaneas arbitratis. Complectebatur autem Leuga CIↃ IↃ. paſſu, eſtque Leugae ad M. P. ratio ſesquialtera ut Leuga M. P. contineat, eorumque dimidium. Jornandes R. Get. C. 36. *Convenitur itaque in campos Catalaunicos, qui & Mauritii nominantur, C. Leugas, ut Galli vocant, in longum tenentes, & LXX. in latum. Leuga autem Gallica* CIↃ IↃ. *paſſuum quantitate metitur.* Ipſi literati lapides Leugas in Galliis ſiſtunt, ut milliaris in Hiſt. Acad. Inſcript. tom. II. p. 379. *AB AVGVSTA SVESS. LEVG. VII.*, & alius *L. I.*, cujus notam de *Lapide I.* male Sponius Miſcel. p. 274. accepit. Plura Barthius ad Rutilii Itinerarium L. II. v. 8. cum Cl. P. Burmanni nota. WESS.

VINDONISSA.] Hanc ſuperiore itinere *Vindones* nominant. SIML.

VINDONISSAM M. P. XXIIII. LEG.] *Habet Regium auferendi caſu: Blandinianum* Vindoniſſa XXIII: *neque* Legio *adjicitur: atque item in Longoliano. Neapolitanum* Vindoniſſa M. P. XXIIII. *Supra* Legionem Vindoniſſae *conſtitutam in pagina* CCXXXVIII. *indicavimus.* SVR.

RAVRACOS M. P. XXVII.] *Haec manſio, & quae ſubſequitur, in Regio deſunt. In reliquis* Rauracis M. P. XXVII. *Videtur* Auguſta Rauracorum *in Belgio deſignari*, Germaniae, *quae ſuperior vocabatur, ab* Obrinco *flumine meridiem verſus: ut ſit eadem, quae* Auguſta Rauracorum, *de qua infra.* SVR.

RAVRACIS.] Huic & ſequenti addidi è Vaticano *Leg.* Eadem vero urbs eſt Auguſta *Rauracorum* & *Rauraci:* ſolent enim in Galliis gentis nomen urbi, quæ ejus eſt caput, impo-

ARTALBINNO. M. P. XXVII. LEG.
VRVNCIS. M. P. XXII. LEVGAS. X.
MONTE BRISIACO. M. P. XXII. LEVGAS. XV.
HELVETO. M. P. XXVIII. LEG. XIX.
ARGENTORATO. M. P. XXVIIII. LEG. VIIII.
BROCO-

nere ; neque opus eſt ut exempla adferam, quorum abunde eſt in hoc libello. Ammianum tamen L XV. C. 11. audi: *Apud Sequanos Biſontios videmus & Rauracos, aliis potiores oppidis multis.* Fuit ubi haud longe Baſilea vicus eſt *Augſt*, quo de Guillimannus L. III. Rer. Helvet. C. 11. Ph. Cluverius *Auguſtam* Juliani tempore jam in ruinis fuiſſe parum firmo uſus argumento opinatur. Numi Juliani, Joviani, Valentiniani, Valentis & Gratiani, qui inibi magno numero eruuntur, poſt eum principem Auguſtam duraſſe indicio ſunt, ut Rud. Wetſtenius in Diſſert. *de Vrſula & XI. M. Virginum* oſtendit, ratus præterea ad initia Seculi V. eam incolumem perſtitiſſe. Ceterum, quod & alias monui, in Suritae nota quædam turbata ſunt, & forte ab aliena manu inculcata. WESS.

ARTALBINNO.] Hoc recepimus: ſunt libri veteres & hic vitioſi, quorum Voſſianus *Aſtalbino M. P. XVII.*, alii *Arialbinno* præferunt. Vide alibi dicta. WESS.

VRVNCIM M. P. XXII. LEG. X.] *In Regio* Vruncis Leugas X. *In reliquis* Vruncis M. P. XXII. SVR.

VRVNCIS.] Ph. Cluverius L. III. Germ. Ant. C. 4. inibi fuiſſe exiſtimat, ubi haud multum monte Briſiaco *Zaunzen* conſpicitur: addit priſtini vocabuli veſtigia in illo vico durare, adeoque ſonum vocis requirere, ut hic *Utuncis* legatur: ſequitur Cluverium J. C. Spenerus L. IV. Notit. Germ. A. C. 2. Ego de ſitu nullam quidem litem movebo, nec ſolidam tamen arbitrabor aut juſtam innovandi vocabuli cauſſam, qua viri docti utuntur. In locorum nominibus longa dies multa mutat, neque tutum eſt ex recentioribus vetera refingere. Quæ vero adſcriptæ ſunt *X. Leugae*, ex M. P. XXII. non conveniunt, ſuntque propterea cum Bergerio in XV. mutandæ. WESS.

MONTEM BRISIACVM M. P. XXII. LEG. XV.] *Regium huic manſioni, cujus ſit ſupra mentio, numerum* M. P. *non adponit; & pro* Leg. XV. Leugas X V. *adjicit. Blandinianum* M. P. XXII. *Neapolitanum* M. P. XXIII: *& Longolianum* XXII: *& XXIII. corrigit.* SVR.

MONTE BRISIACO.] *Leugas* ex Regio MS. & hic reſtituimus, qua voce ſi quod dubium reſtaret in illis, quæ ante diſputavimus, tollitur prorſus. WESS.

ELCEBVM M. P. XXVIII. LEG. XVIII.] *In Regio* Elveto *& infra* Elbeio. *Blandinianum & Longolianum* Helveto M. P. XXVIII: *neque* Legio *adjicitur: & in Neapolitano deeſt hæc manſio. Ptolemaei in* Tribocis *Germaniae ſuperioris* Ἐλκηβω, *ad hanc manſionem pertinet. In Dionis recenſitione* Legionum Imperii Romani *nulla* XVIII. *&* XVIIII. *Legionis fit mentio.* SVR.

HELVETO.] Fecerunt ſchedæ veteres, ut hoc reciperem. *Elcebum*, ſi MSS. addixiſſent, cupidiſſime amplexus eſſem. Scio Had. Valeſium ex Hieron. Suritae ſcriptis codicibus *Elcebum* memorare, quod ego incaſſum quæro, arbitratus Valeſium feſtinante oculo illius notas percucurriſſe. *Seleſtadium* eſſe aut circa Beatus Rhenanus L. III. Rer. Germ. p. 157. adfirmat, *Helveto* inſuper in *Elcebo* converſo. Contra vero eum Ph. Cluverius L. II. G. A. C. 11. ivit, pertendens *Ellum* vicum Helveti ſedem occupare. Ego arbiter finium regundorum inter eos ſedere nolim: prorſus tamen mira mihi accidit ratio, qua Cluverius uſus eſt: Itinerarii *Helvetum* & Tabulæ *Helelum* in *Helvelum* ex Ptolemaeo, hujus vero Ἐλκηβω in Ἐλβηλω ex Tabula & Itinerario transformat. Atqui nemo unus eſt, qui *Helvelum* appellaverit. Hoc ſi mihi ſumpſero, quidvis tandem ex veteribus extundere pro arbitrio potero. WESS.

ARGENTORATVM M. P. XXVIIII. LEG. VIII.] *In Regio* Leg. VIIII: *quæ in reliquis exemplaribus non adjicitur: & M. P. numeri interea congruunt. Ego vero* LEG. VIII. *adpoſui ex Ptolemaeo, quia eam* Argentorato *adjicit* ΛΕΓΙΩΝ Η ΣΕΒΑΣΤΗ. *Dio praeterea L. 55. p. 646. in.*

BROCOMAGO.	M. P. XX.
CONCORDIA.	M. P. XVIII.
NOVIOMAGO.	M. P. XX.
BINGIO.	M. P. XXV.

AN-

in numero Legionum Imperii Romani *Legionem* Octavam Augustam *in Germania superiore recenset*: *cui* Argentoratum *attribuitur*. SVR.

ARGENTORATO.] Non debuerant *Leg. VIIII.* Regii mutari; neque de Legione mentio fit. Ipsæ illæ *Leugae* numero denario sunt decurtatæ, si M. P. hic posita certa sint: nam XXVIIII. M. P. Leugas XVIIII. fere æquant. WESS.

BROCOMAGO.] *Braumadt.* SIML.

BROCOMAGVM M. P. XX.] *Regium* Brocomagno M. P. XX. *Blandinianum & Longolianum* Brocomago M. P. XX. XX. *Neapolitanum* Brocomaco mpm XX. *Ptolemaeo itidem post Argentoratum in* Tribocis Βρευκόμαγος *conlocatur. Ammianus libro XVI. C.* 2. Audiens itaque Argentoratum, Brocomagum (*ita enim lego, non* Brotomagum) Tabernas, Salisonem, Nemetas, Vangiones, & Moguntiacum civitates barbaros possidentes, territoria eorum habitare: nam ipsa oppida, ut circumdata retibus lustra declinant, primam omnium Brocomagum occupavit. SVR.

BROCOMAGO.] Vossii schedæ *Broco maco*, Tabulæ *Brocomacus* pæne consentiente: *Brumad* eodem esse loco plerique omnes agnoscunt, unde in numeris peccatum inoleviſſe apparet. Laurishamense Chron. *Brouchmagat in Elisatia* vocitat, Had. Valesio in Notit. Galliae observante. WESS.

CONCORDIA.] *Kochersperg.* SIML.

CONCORDIAM M. P. XVIII.] *Manuscripta* Concordiam M. P. XVIII. *Longolianum* M. P. XX. & XVIII. *corrigitur.* Concordia *hæc, ut arbitror, in* Tribocis *erat: Ammianus libro XVI. C.* 12. *hujus stationis meminit.* Dum hæc aguntur Rex Chonodomarius reperta copia discedendi, lapsus per funerum strues cum satellitibus paucis, celeritate rapida properabat ad castra, quæ prope Tribuncos, & Concordiam munimenta Romana fixit intrepidus. *Apparet enim munimentum illud ad Rheni ripas situm fuisse.* SVR.

CONCORDIA.] Simlerus *Concordiae* situm ex Ptolemaeo sumpsit, Valesio in Notit. Gal. non improbatum. Ph. Cluverius in omnia alia abiit, *Drusenheim* nunc dici pertendens. WESS.

NOVIOMAGVM.] *Speyr.* SIML.

NOVIOMAGVM M. P. XX.] *Manuscripta, & Longolianum* Noviomago M. P. XX. *Ptolemaeo plura hujus nominis oppida constituuntur: ut in* Biturigibus, *juxta* Belgicam, *& in* Nemetibus, *& in* Tricastinis *item. Haec mihi videtur urbs esse* Nemetum, *Germaniae superioris, provinciae Galliae Belgicae, cujus Ausonius Gallus in* Mosellae *carminis initio meminit:*

Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Nivomagum, divi castra inclyta Constantini.
SVR.

NOVIOMAGO.] *Spiram* ejus sedem insidere nulla controversia est. Vide Freherum L. II. Orig. Palatin. C. 5. Male vero Surita huc advocavit Ausonii versus, Noviomagum, quod circa Treveros infra habebimus, designantes. Consule Freherum ad Mosellam. WESS.

BINGIO.] *Bingen.* Omittuntur hic inter Noviomagum & Bingium *Bormitomagus, Bauconia* & *Mogontiacum*, quæ postea in itinere a Mediolano per Alpes Cottias Moguntiacum commemorantur: Quod si non interponantur hoc loco, major distantia Bingii a Noviomago ponenda erit. SIML.

BINGIVM M. P. XXV.] *Numeri in exemplaribus congruunt: oppidum infra* Magontiacum *ad Rheni ripas. Tacitus Hist.* 4. *C.* 70. Tutor Treveris comitantibus, vitato Magontiaco, Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat. *Non cœlabo tamen vetusti exemplaris Cornelii Taciti lectionem, quamquam* Andreas Alciatus *vulgatae adstipulatur, Ausonii carmine Mosellae confisus, cujus supra meminimus: ita enim in exemplari, quod in Coenobio Carthusianorum* Aulae Dei *asservatur, legimus.* Tutor Treveris comitantibus, vitato Magontiaco concessit, fidens loco; & quia pontem vis fluminis abruperat. *Mihi maxime placet Alciati lectio; quam si pro vera agnoscimus, Ausonius* Bingio Navam *trajecit. Ammianus*

ANTVNNACO. M. P. XVII.
BAVDOBRICA. M. P. XVIIII.
BONNA. M. P. XXII.
COLONIA AGRIPPINA. LEG.
DVRNOMAGO. LEG. VII. ALA.
BV-

xviii. C. 2. Et civitates occupatæ ſunt VII. Caſtra Herculis, Quadriburgum, Triceſimae, Niveſio, Bonna, Antunnacum, & Bingio. *In Notitia Provinciarum ſub v. ſ. Duce Moguntiacenſi, Præfectus militum* Bingenſium, Bingio. SVR.

BINGIO.] Aſſentior Simlero, in numeris hic peccatum agnoſcenti: forte ipſæ intermediæ manſiones cum ſuis M. P. exciderunt, quod & Ph. Cluverio L. II. G. A. C. 14. viſum fuit. Jam ſi Auſonius Bingio Navam trajecit, ut A. Surita hoc loco commentatur, qui poterit verſus

Addita miratus veteri nova mœnia vico

de Argentorato accipi? WESS.

ANTVNNACO] *Antonaco* vel *Anturnaco. Andernach.* SIML.

ANTVNNACO.] Cuſani ſchedæ *Autonnaco*, Vaticanae *Antunago*, Pariſinae *Anturnaco*. Decretum Childeberti regis inter Capitul. Reg. Franc. p. 18. *Ita Deo propitiante Antonaco Kal. Mart. Anno XX. regni noſtri convenit.* Annales Bertiniani An. IↃCCCLIX. *Inde ad colloquium fratris ſui Ludoici regis in inſula Rheni inter Antunacum & Confluentes properat. Anturnaco*, quod in MSS. quibusdam ineſt, ad recentiorem vocis ſonum propius accedit, quo *caſtellum Anternacum* Annal. Fuldenſes appellant. WESS.

BAVDOBRICA.] Liber Notit. *Bodobrica. Bopparten.* SIML.

BAVDOBRICAM M. P. XVIIII.] *Regium exemplar* Boudobrica. *Blandinianum*, & *Neapolitanum* Boudobrica M. P. XVIII. *Longolianum* Bandobrica mpm. XVIIIII. *Sub eodem Duce Moguntiacenſi Præfectus militum Bailiſtariorum* Bodobrica *recenſetur. Infra Blandinianum, Neapolitanum & Longolianum* Baudobica *præferunt, nam in Regio deſunt illæ manſiones.* SVR.

BAVDOBRICA.] Voſſii MSS. *Baudobrica*, margo Fabriciani exemplaris *Bodobriga*. Videtur Baudobrica veram ſedem in hoc itinere migraſſe: Tabula eam locat inter Bingium & Confluentes, neque alium ejus ſitum ſignavit Notitia Imp. Occid., adeoque ante Antunnacum. Quod ſi vero *Boppartum* ſit, ut viri docti obſervant, tueri locum ſuum non poterit, locanda ante Confluentes & Antunnacum. Vide Cl. Cellarium L. II. G. A. C. 3. p. 321. WESS.

BONNA.] *Bon.* SIML.

BONNAM M. P. XXII.] *Tacitus Hiſt. 4. C.* 19. Scripſit Herennio Gallo Leg. I. legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret tranſitu Batavos. *Et eodem lib. C.* 62. Poſtquam deſertis Bonnenſibus caſtris, altera ſe Legio miscuerat. *Et item eodem lib. C.* 70. Legiones à Noveſio, Bonnaque, in Treveros, ut ſupra memoravimus, traductæ. *Ptolemaco poſt Agrippinenſem Coloniam* Βόννα. *Ammiano item inter vii. urbes, uti ſupra meminimus*, Bonna. SVR.

BONNA.] Diſtantia, quæ Antunnacum inter & Bonnam millium circiter XVIII. eſt, *Baudobricam* hinc auferendum ſuadet. WESS.

COLONIA ARGIPPINA.] *Coln.* SIML.

COLONIAM AGRIPPINAM LEG.] *Tacitus libro xii. C.* 27. Sed Agrippina quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniam deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. *Et de moribus Germanorum C.* 28. Vbii, *inquit*, quanquam Romana Colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes, conditoris ſui nomine vocentur, origine erubescunt. *&c. forte leg.* non erubeſcunt. SVR.

COLONIA.] Aſſentior doctiſſimo Bergerio L. III. Viar. Milit. C. 37. *LEG.* de *Leugis* interpretanti. *Legiones* intelligi non poſſunt, ſiquidem tot Legiones quot *LEG.* infra recenſentur, in Germania non fuerint: ad hoc Legio VII. in Moeſia ſuperiore fuit, V. in Dacia, IX. in Hiſpania, VI. vel in Britannia vel Judaea, X. vero vel in Pannonia ſuperiore vel Moeſia, uti ex Dione Caſſio L. LV. p. 645. & literatis lapidibus facile eſt ad commonſtrandum. Numeri *Leugarum* librariorum, qui fœdiſſimis hoc iter maculis infuſcarunt, culpa deficiunt. De Taciti loco, quem Surita negandi vocu-

BVRVNCO. LEG. V. ALA.
NOVESIO. LEG. V. ALA.
GELDVBA. LEG. IX. ALA.
CALONE. LEG. IX. ALA.
VETERIS. LEG. VII. ALA.

CAS-

vocula auget, veriora scripsere Gruterus & Gronovius. WESS.

DVRNOMAGVM LEG. VII. ALA] *Regium* Durnomago &c. *Reliqua* Durnomago. SVR.

DVRNOMAGO.] *Dursmagen* Ph. Cluverius esse admonet, quod si verum est, denuo negligentiæ librariorum specimen exstat: postponi enim Burunco debuerat. *ALA*, quæ additur, hic stativa habuisse videtur, nec tamen Legionis VII., quippe quæ in Moesia, non Germania, attinuit: præterea Ala I. II. III. quartave sæpe in Notitia ac literatis lapidibus conspicitur, vix vero Ala Legionis VII. aut Legionis cujuscunque. Quod autem Wolfg. Lazius L. I. Rer. Vienn. C. 6. hunc in modum commentatur: *Itaque Antonini Itinerarium post Bonnae & Coloniae Agrippinae enumerationem non Decimae duntaxat ALAVDAE, sed Quintae praterea & Nonae ALAVDARVM eodem in Rheni limite mentionem facit*, id, ut pluribus confutetur, non indiget. Quis enim unquam ALAVDAE cognomen Legionibus, præter V., inditum inaudivit? WESS.

BVRVNGO.] *Burith*, vicus prope Novesium, quod hodie est *Niiff.* SIML.

BVRVNGO.] Vossianus *Burungo*, Vaticanus *Alaburungo LEG. V.*, adscita è priore versu *Ala.* nunc *Wuringen* dicitur Ph. Cluverio, & qui cum secutus est, Had. Valesio in Notit. Galliae. WESS.

NOVESIVM LEG. V. ALA] *Regium* Novensio Leg. VII. ala. *Blandinianum* Venensio Leg. v. ala. *Neapolitanum* Novensio leg. v. ala. *Longolianum Blandiniani prafert lectionem, &* Novesio *corrigitur. Infra eadem uno consensu* Novesium *praferunt. Tacito prater locum, quem propositimus eodem libro Hist. 4. C. 33.* Aliis, *inquit*, à Novesio, aliis à Maguntiaco universas copias advenisse credentibus: *Et item C. 62.*, Legio XIII. cum auxiliis simul deditis à Novesio in Coloniam Trevirorum transgredi jubetur. *In Ammiani vulgatis, uti supra advertimus*, Niviesium. SVR.

NOVESIO.] *Nevensio* MSS. plerique. Vaticanus *Alanevenico LEG. V. Ala*, pari peccato, quo paullo ante. *Castellum Novesium* veteres Annales appellant, *Nussiam* Caesarius Heisterbachensis L. I. Hist. Memorab. C. 40. *In civitate Nussia, quæ quinque milliaribus distat a Colonia civitate magna.* Ubi V. milliaria longe productiora illis sunt, quorum in hoc libello usus est. Infra XVI. M. P. a Novesio Colonia semovetur, quod intervallum paullo est contractius. Caesarii milliaria M. P. IV. fere præquant. WESS.

GELDVBA.] *Gelb am Rhein.* SIML.

GELDVBAM LEG. VIII. ALA] *Regium* Gerduba Leg. VII. Ala: *& reliqua* Gelduba Leg. VIIII. ala. *Tacitus Hist.* 4. 26. Nec ausi ad hostem pergere, loco, Gelduba nomen est, castra fecere. *Et eodem libro*, Mox adlatis Geldubam in castra nuntiis. *Et item C.* 35. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris. *Et item C.* 36. Vocula Geldubam, atque inde Novesium concessit. Civilis capit Geldubam mox haud procul Nevesio: equestri prælio prospere certavit. SVR.

GELDVBA.] Plinio L. XIX. N. H. C. 15. *Gelduba castellum Rheno impositum.* De situ Cluverius cum Simlero consentit. Est & *Geldubae* mentio in Usuardi & Rhabani Martyrologio a. d. XIII. Kal. Jan., sed quæ in Thracia fuisse perhibetur. WESS.

CALONE.] *Gellern.* SIML.

CALONE LEG. VIIII.] Ala Colone *habet Regium exemplar, sed infra* Calone *in itinere à* Lugduno Argentoratum. *In Blandiniano & Longoliano* Calone Leg. VIIII. Ala. *In Neapolitano deest hac mansio, cujus mentionem alibi non reperio.* SVR.

COLONE.] *Golone* Simleri editio repræsentat, *Colone* Vossii exemplar, Vaticanum *Callone Veteris Leg. XXI.* Nunc vicus est *Kalenhusen*, monitore Ph. Cluverio L. II. G. A. C. 18. WESS.

VETERA.] *Berk*, vel, ut alii, *Santen.* SIML.

VE-

CASTRA LEG. XXX. VLPIA.
BVRGINACIO. LEG. VI. ALA.
HARENACIO. LEG. X. ALA.
ITER A LAVRIACO VELDIDENA. M. P. CCLXVI. Sic.
OVILABIS. M. P. XX.
LACIACO. M. P. XXXII.
IOVAVI. M. P. XXVIII.
BI-

VETERA] *Magna in R. hujus manſionis diverſitas à reliquis exemplaribus. In eo enim ita legitur*, Ala Veteris Leg. VII. Ala Ge: G. XXX. Vlpia, *Blandinianum* Veteris Leg. XXI. Caſtra Vlpia Leg. XXX. *& eam præferunt lectionem Neapolitanum exemplar, & Longolianum. Sed arbitror ex una duplicem manſionem factam* Caſtrorum Vlpiorum *nomine, cum* Vlpiorum Caſtrorum *mentionem fieri non videam, ſed* Vlpiae legionis XXX. *à Ptolemaeo ad* Vetera *conſtitutæ:* Caſtrorum *enim nomen* Veteribus *ſubauditur. Tacitus Hiſt. 4. C. 21.* Mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulſæ, in Vetera caſtra conceſſerant. *Et eodem infra libro,* Interim Civilis Vetera circumſedit: *Res enim in Belgio geſta à Tacito memoratur. Ptolemaeus ſub* Batavoduro *Galliae Belgicae* Οὐέτερα, ἐν ᾗ λεγιὼν Α. Οὐλπια: *quare ex omnium exemplarium lectione hanc concinnandam, quæ præfertur, duxi: neque permittendum, ut ex una ſtatione, duæ conflentur.* SVR.

VETERIS.] Libri omnes, quorum nobis uſura fuit, *Veteris Leg. XXI. Caſtra Ulpia XXX.* è Vaticano tamen Em. Schelſtrate publicavit, *Caſtra Leg. XXX. Ulpia.* Ego partim Regium Suritae, partim Vaticanum ſequor: nam Regii *Leg. VII.*, ſeu Leugae fere intervallum æquant, quod nunc inter Calonem & Vetera intercedit. *Santen* occupare Veterum ſedem plerique agnoscunt. Vide Pighii Hercul. Prodic. p. 24. & in primis Menſ. Altingium in Notit. Germ. Inf., qui tamen cum *Unetviceſimanos* in Veteribus tetendiſſe ex Itinerario adfirmabat, non ſatis ad dignitatem Regii libri ejusque cum ceteris omnibus diſſenſum animum advertiſſe videtur. WESS.

CASTRA LEG. XXX. VLPIA.] Ita ex Vaticano, cui optimus Suritae liber pæne accedit, reſcripſi. Legionem XXX. Ulpiam fuiſſe dictam, citra dubium eſt; idem de caſtris vix apparet. Caſtra hæc eadem eſſe ac *Coloniam Trajanam* Pighius Herc. Prodic. p. 34. ex ea potiſſimum cauſſa contendit, quod alio itinere inter Vetera & Colon. Trajanam nulla M. P. interponantur: verum hanc difficultatem Tabula, ut ſuo loco oſtendetur, tollit; id vero bene, quod Veteribus Caſtra hæc vicina faciat. Ph. Cluverius Coloniam Trajanam & Caſtra Leg. XXX. eadem quoque arbitratus eſt, & quoniam opinioni Ptolemaeus officeret, illi manum infert violentam, ut vel invitus in hanc ſententiam abeat. Sed ea vis eſt, auctoritate veterum librorum ſatis conſutata. Ch. Cellarius ordinem hujus itineris urget, quo Burginacium *caſtra Leg. XXX.* ſtatim inſequitur, ſicut infra alio itinere *Coloniam Trajanam*, quod parum profecto juvabit, cum duæ ſequentes manſiones, uti dicetur, hinc abeſſe debeant. Largimur Coloniam Trajanam eſſe vicum *Kellen:* at caſtra Leg. XXX. alia eſſe & Veteribus vicina ſecuti Ptolemaeum & Itinerarium adſentimur Amp. Altingio. Hoc & monumenta Veteribus & circa eruta, quæ Pighius & Altingius habent, adfirmant: hoc ipſe ſitus vici *Kellen*, qui nihil, quod caſtra referat, nullaque Leg. XXX. veſtigia ſervat, conſtabilit. WESS.

BVRGINACIO.] Vel *Burcinacium. Kranenburg.* SIML.

BVRGINACIVM LEG. VI. ALA] *Regium* Burginnacio Leg. VII. Ala. *Blandinianum* Burcinatio Leg. VI. *Neapolitanum & Longolianum* Burtinatio Leg. VI. Ala: *cujus manſionis nullam mentionem reperio.* Alaribus *Legionem equitatum deſignari certum eſt.* SVR.

BVRGINACIO.] Aut aliunde additæ hæ duæ ſunt manſiones, aut, quod credibilius, lacerum hic Itinerarium eſt. Nam cum itineris caput, illud a Tauruno ad Leg. XXX. tendere præferat, planum atque ante oculos expoſitum eſt, manſiones has huic loco eſſe alienas. Vidit & hoc Ph. Cluverius L. II. G. A. C. 36.

De

BIDAIO.	M. P. XXXIII.
PONTE AENI.	M. P. XVIII.
ISINISCA.	M. P. XX.
AMBRE.	M. P. XXXII.
AD PONTES TESSENIOS.	M. P. XL.
PARTHANO.	M. P. XX.

VEL-

De utraque inferius, ubi recurrunt, commodius dicetur. De *alis* vero *alaribusque*, si cognoscere plura aveas, consule Nob. Radbod. Schelium ad Hygin. p. 64. WESS.

ARENACIVM.] *Arnheym am Rheyn.* SIML.

HARENACIVM LEG. X] *Regium exemplar* Arenacio. *Reliqua* Aranatio Leg. x. Ala. *Infra iterum fit mentio* Arenacii, & Burginacii. *Tacitus Hist.* 5. C. 20. Tantumque belli superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum modicis vicis quadripartita Civilis invaserit, decimam legionem Arenacii, secundam Batavoduri, & Grinnes Vadamque cohortium alarumque castra. Arenacium *vero earum regionum periti inter* Agrippinensem Coloniam, & Trajectum *urbes, quibus diœceses Episcopales attributæ sunt, ultra* Novesium *Rheno adjacentem constituunt.* SVR.

VELDIDENAM M. P. CCLXVI.] *In Regio hujus summæ numerus deest: & in reliquis constans permanet. Totius hujus itineris, præter tres ultimas mansiones, ratio eodem constat ordine, itinere à* Lauriaco Augustam Vindelicum. *Neque* Veldidenae, *nobilis in hoc Itinerario mansionis, mentionem ullam reperire potui.* SVR.

VELDIDENA.] Nominis supersunt vestigia in Præmonstratensi cœnobio *Wilden*, non longe ab urbe Oenipontana, uti post Simlerum & Cluverium ostendit Lambecius L. II. Bibl. Vindob. p. 718. WESS.

OVILABIS.] Vossii schedæ *Ovilanis M. P. XX.*, quem numerum cum & ceteri MSS. retineant, placuit restituere, quamvis supra intervallum paullo minus fuerit adjunctum. WESS.

LACIACO.] Et hoc ex vetustis libris admisimus. WESS.

ISINISCA.] MSS. aliqui *Isiniſco*, cum supra *Isiniſca* probassent. WESS.

PONTES TESSENII.] *Schofleren.* SIML.

AD PONTES TERSENINOS M.P. XL.] *In Regio* Ad Ponte Tesseninos M. P. XL. *In Blandiniano* Ad Pontes seninos M. P. XL. *In Neapolitano* Ad Pontes tessemos mpm. XL. *Longolianum* Ad potestes senios mpm. XL. & Ad Pontes tessonios *corrigit. Mansionis est nomen mihi incognitum.* SVR.

AD PONTES.] Vossianus pontes hos *Tessenios*, plerique alii *Tesfenios* aut *Tesfennios* appellant. *Tessenios* ex Vossiano recepimus, quod vocis vestigia supersunt in vico *Tiessen* ad *Ambram*, uti Cluverius observavit, rejecta Aventini sententia, cui Simlerus accessit: neque longe abit ab hac scriptura Regius MS. WESS.

PARTHANO.] *Partenkirch.* SIML.

PARTHANVM M. P. XX.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari. Reliqua* Parthano M. P. XX. *præferunt.* SVR.

PARTHANO.] Sequitur Simlerum Cluverius Vindel. p. 16. & bene monet, numeros hic esse depravatos, quibus nullum tamen è MSS. auxilium nascitur. Quod vero addit, verum mansionis nomen videri *Parrodunum*, quoniam Notitia Imp. Occid. in Rhaetia sub dispositione V. S. Comitis ejus provinciæ *Tribunum cohortis primæ Herculeae Rhetorum Parroduno* statuat, id mihi multo incertissimum videtur; præsertim cum Tabula Itinerario adsentiatur, quamvis *Tarteno* non sine librarii errore scribens. Idem dixero de *Carroduno* Ptolemaei, quam urbem Ph. Cluverius, &, qui vestigia ejus legit, Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 7. p. 526., *Parrodunum* esse jubet atque adeo hanc ipsam: nam, ut de MSS. editionibusque taceam, Καρρόδουνον L. II. C. 15. & 16. probantibus, Ptolemaeus *Carrodunum* in Pannonia superiore locat; *Parrodunum* Notitiæ in Rhaetis fuit circa *Piniana:* mox enim post *Parrodunum* sub eodem V. S. Comite Rhaetiae I. & II. ponitur *Tribunus cohortis quintæ Valeriae Frigum Pinianis.* Jam Φανίανα Geographus L. II. C. 12. in Rhaetis agnoscit, neque dubium Ph. Cluverio est, quin ea Notitiæ *PI-*

VELDIDENA.	M. P. XXIII.
ITER A LAVRIACO PER MEDIVM AVGVSTA VINDELICVM SIVE BRIGANTIA.	M. P. CCCXI. Sic.
OVILABIS.	M. P. XXVI.
LACIACO.	M. P. XXXII.
JOVAVI.	M. P. XXVIII.
BIDAIO.	M. P. XXXIII.
PONTE AENI.	M. P. XVIII.
ISINISCA.	M. P. XX.
AMBRE.	M. P. XXXII.
AVGVSTA VINDELICVM.	M. P. XXXVII.
ROSTRO NEMAVIAE.	M. P. XXV.
CAMPODVNO.	M. P. XXXII.
	VE-

NIANA sint. Sequitur ergo situ nomineque diversa fuisse *Parrodunum* & *Carrodunum*. Wess.

VELDIDENA.] *Wilten, ein Kloster bei Insburg.* Siml.

VELDIDENAM M. P. XXIII.] *Regium* M. P. XXIII. *Blandinianum* M. P. XXII. *Neapolitanum* M. P. XXIII. *Longolianum* XXII. & XXIII. *corrigitur.* Svr.

PER MEDIVM AVGVSTA VINDELIC. VSQVE BRIGANTIAM M. P. CCCXI.] *In Regio* Per medium Augusta Vindelicum suive Britantia M. P. Sic: & *summa numerus non habetur. Blandinianum* per medium Augusta Vindelicum sive Brigantia M. P. CCCXI. Sic: & *reliqua eandem praeferunt lectionem. Mihi satis fieri verae lectioni videtur, si pro* Suive *quod in Regio legitur* usque *legas*, & Brigantiam: *nam ad eam mansionem iter perducit: Praterea mansiones omnes hujus itineris supra recensentur.* Svr.

SIVE BRIGANTIA.] Sic omnes & formis & manu descripti libri, contra quorum consensum non fuit visum reniti. Pergit quidem *usque Brigantiam* iter, sed ea refingendi non est valida caussa. Puto voluisse Itinerarii auctorem ostendere, *per medium* iter esse *Augustam Vindelicum* sive etiam *Brigantiam*, licet quae mansio illa sit, per cujus *medium* tendendum erat, nunc in obscuro sit. Wess.

OVILABIS.] Vaticanus addit *M. P. XXXVI.* & mox *Ambre M. P. XXXIII.* Vossii vero & Cusani schedae *Campoduno M. P. XXXIII.* & *Brigantia M. P. XIIII.* Wess.

ITER A PONTE AENI.] Addit Parisiensis MS., *respice, XVIIII. supersunt*: & abundant revera in MSS. atque editis. Schottusne mutaverit numeros an Surita, an duces habuerint scriptos libros, prorsus dubium atque incertum est. Mihi religio fuit, a MSS. recedere. Wess.

TVRO.] MSS. M. P. XLIII. apponunt, non XLIIII. Quae sit, dixerint alii, neque enim in tenebris tuta via est. Wess.

JOVISVRA.] Vaticanus cum Cusani schedis *Lovisura*. Vir doctus Fabriciano exemplari *Jovis ara* appinxit, admonetque *Jovis aram* videri: atque hanc ego amplecterer, si qua aliunde cognosceremus, hoc nomine mansionem his in oris fuisse. *Arae Sestianae* apud Melam L. III. C. I. &

Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, Aras

apud Poetam Aen. I. 113. indicio sunt, non esse insolens atque inusitatum, ut *ara* locis nomina faciant. Wess.

CASTRA.] Omnes annectunt M. P. LXII., non XLII., quae Schottus expressit. Sunt in his tractibus *castra Regina* & *castra Batava*, sed neutra in censum venire possunt, si haec ad fontes Juvavi, ut M. Velserus in Vindeliciae delineatione sub finem L. I. Rer. Augustan. fecit, adponantur. Wess.

VELDIDENAM M. P. XC.] *In Regio deest sum-*

VEMANIA. M. P. XV.
BRIGANTIA. M. P. XXIIII.
ITER A PONTE AENI AD CASTRA. M. P. CL. Sic.
TVRO. M. P. XLIII.
JOVISVRA. M. P. LXIIII.
AD CASTRA. M. P. LXII.
ITER A PONTE AENI VELDIDENA. M. P. XC. Sic.
ALBIANO. M. P. XXXVIII.
MASCIACO. M. P. XXVI.
VELDIDENA.. M. P. XXVI.
ITER AB HEMONA PER SISCIAM SIRMI VSQVE M. P. CCCXI. Sic.
PRAETORIO LATOVICORVM. M. P. XXXIIII.
NOVIODVNO. M. P. XXXI.

QVA-

summæ numerus: & in reliquis M. P. XC. SVR.

ALBIANCVM M. P. XXXVIII.] *Regium* Albiancon M. P. XXVIII. *Blandinianum* Albiano M. P. XXVIIII. *& item Longolianum: Neapolitanum* Albiano M. P. XXXVIII: *quo numero summæ ratio constat.* SVR.

ALBIANO.] Hoc scripti & editi probant. Videtur mansio ad Aenum fuisse flumen. WESS.

MASCIACO.] Et hoc ex MSS. atque impressis libris libuit instaurare. Solus Cusani codex *Massiaio M. P. XXVII.*; nullus autem *Mastiacum*, quod Schottus in hoc iter inculcaverat. Circa Aenum fuisse, ratio itineris persuadet; tamen facile non est, veros illi terminos circumscribere. WESS.

VELDIDENA.] Plures librorum XVI. M. P. adscribunt: vulgatos numeros cum edito Lugdunensi Vaticanus approbat. WESS.

AB AEMONA] *Plinius L.* 3. *C.* 25. *in* Pannonia *colonias* Aemonam, *&* Sisciam *memorat. Ptolemaeo inter Pannoniam, & Italiam, ejusdem Pannoniae sub Norico* Ἡμῶνα. *In Concilio Aquileiensi Maximus* Aemonensis *Episcopus subscripsit.* Sisciae *vero celeberrimæ urbis Dion lib. xlix p.* 472. *meminit.; quam Tiberius Caesar obsidione expugnavit, quamque* Colops *fluvius, &* Savus *ambiunt, Strabo de ea lib. vii. p.* 314. Ἐγγὺς δὲ τῆς Σιγεστικῆς ἐστὶ καὶ ἡ Σύσκια φρούριον, καὶ Σίρμιον ἐν ὁδῷ κείμενα τῇ εἰς Ἰταλίαν. *Plinius l. c.* Colapis, *inquit*, in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur. *In Notitia Provinciarum sub Duce Pannoniae secundæ Ripariensis, Præfectus classis primæ Pannoniae Servitii Classis Aegetensium, secundæ Pannoniae, nunc* Sisciae: *& Tribunus Cohortis iii. Alpinorum* Sisciae. SVR.

HEMONA.] MSS. *Hemonia, Henonia, Henona.* Vide quæ pag. 129. apposita sunt. WESS.

SISCIA.] Hæc in MSS. aliquando nominatur *Sisoia.* SIML.

PRAETORIO LATVMVICORVM.] Vel Praetorio *Lato vicorum.* Ptolemaeus simpliciter *Praetorium* nominat. Moletius hodie *Prodanich* nominari scribit. SIML.

PRAETORIVM LATOVICORVM M. P. XXXIIII.] *Regium* M. P. XXXI: *& reliqua* Latovicorum M. P. XXXIIII. *Plinio L.* 3. *C.* 25. *in vetustis, & vulgatis exemplaribus*, Latovici. *Ptolemaeo inter urbes superioris* Pannoniae *procul à Danubio sitas,* Πραιτώριον *&* Λατόβικοι *in eadem* Pannonia *ad meridiem sub* Norico *statuuntur.* SVR.

PRAETORIO.] Vossii schedæ *Praetorio Latum vicorum*, Cusani *Praetorio Latovicorum*, quod probum est. Tabula *ad Protonium M. P. XXXII.* ab Emona, non bene. WESS.

NOVIODVNVM M. P. XXXI.] *Ptolemaeo inter easdem Pannoniae superioris urbes* Νοουιδούνον. SVR.

NOVI DVNO.] Tabula *Novio. dum* M. P. XXXII. a superiore mansione. Data est Lex 4. C. de Fisci debitor. *Novioduno*; verum ea urbs in Scythia fuit, ubi & eam vidimus: nam

QVADRATA. M. P. XXVIII.
SISCIA. M. P. XXVIIII.
VARIANIS. M. P. XXIII.
MENNEIANIS. M. P. XXVI.
INICERO. M. P. XXVIII.
SED MANSIO AVGVSTI IN PRAETORIO EST.
PICENTINO. M. P. XXV.
LEVCONO. M. P. XXVI.
CIRTISA. M. P. XII.

CI-

Valens Imp., qui legem jussit, Coss. Valentiniano N. P. & Victore eo in tractu versatus fuit, ut ex Ammiano manifestum est. Hoc *Noviodunum* fuisse videtur ad confluentes Gurciae & Savi. WESS.

QVADRATA.] Vaticanus, Vossianus cum prioribus editionibus hoc præferunt, quibus resistere non placuit, & tanto quidem minus quod Tabula, quæ inter ea & Noviodunum M. P. XXIIII. tantum interponit, consentiat. *Castra* videntur fuisse, quæ *quadrata* Romanos probasse, nemo ignorat. WESS.

SISCIAM M. P. XXVIIII.] *Hæc mansio deest in Regio exemplari: In reliquis congruunt numeri.* SVR.

SISCIA.] In itineris capite *Sisoia* Vossiano MS., qui nihil hic peccavit, dicebatur. Bertiniani Annales IↃCCCXII. *Scissiam civitatem* appellant. *Constantinus Episcopus Sciscianensis* est apud Ambrosium in Aquileensi Concilio, nihil Benedictinis mutantibus. Meminit Sisciae Dio L. LV. p. 651. Καὶ τοῦ Τιβερίου τοῦ τε Μεσσαλίνου ἐν Συσκίᾳ ἐγχρονισάντων, ad quæ Dionis Palmerius Exercitat. p. 263. hæc notat. *Vertit Xylander* Sisciae commorantur: *Vellem nos docuisset, ubi terrarum ea regio jaceat, quæ ab omnibus Geographis ignoratur. Mendum est, sed quid reponendum sit ignoro.* Libuit mihi hæc excerpere nullo doctissimum virum insectandi carpendive studio, sed ut appareat, quam prona magnis etiam viris errandi via sit, ubi aciem ingenii non intenderint. Athanasio Apol. contra Arianos p. 123. atque alibi Σισκία provinciæ nomen est, sine dubio male, uti commodiore loco ostendam. Posita urbs erat ad insulam Segesticam, durantque nominis reliquiæ in *Sisak*. WESS.

VARIANIS.] Hanc & sequentem nusquam legere memini: utraque Romanum nomen habet: hæc a Varo aut Vario: altera, si verior Regii libri scriptura sit, a MANNEIO, quo nomine plures in Thesauro Gruteriano supersunt. WESS.

MENNEIANAS M. P. XXVI.] *In Regio* Manneanis M. P. XXVI: *& in reliquis* Menneianis M. P. XXVI. SVR.

INCERO.] Alias *Inicerum*. SIML.

INICERVM M. P. XXVIII.] *Regium* Incero M. P. XXVIII: *& infra in eodem* Nicero. *Blandinianum* Incero, *& infra* Indicero. *Neapolitanum* Incero, *& infra* Lincero. *Longolianum* Incero, *& infra* Inicero. SVR.

INICERO.] Omnes hoc loco *Incero*, at infra *Inicero*, quo fit, ut, quænam verior sit lectio, in ambiguo maneat. WESS.

SED MANSIO AVGVSTI.] In Vossiano legitur: *Sed mansio Augusti in Praetorio est Pecentino*; Cusani liber edit, *sed mansio Augusti in Praetorio Picentino*, ut indicetur praetorium hoc *Picentini* fuisse, non *Iniceri*. Erant in urbibus ad aggerem publicum positis & Palatia & Praetoria: in Palatio Augusti, si itineris ductus ita ferret, manere solebant, Praetoriis ad usus judicum destinatis: nec constans tamen consuetudo fuit, præsertim si a via militari remotiores essent civitates, sicuti L. 2. C. Th. Ne quis in Palatiis argumento est. *Ordinarii*, inquiunt Imp., *in remotis ab aggere publico civitatibus, si Praetoria non sunt, metu legis adempto, quæ de Palatiis lata est, in ædibus, etiamsi Palatii nomine nuncupentur, commanendi habeant facultatem.* Ubi vide doctissimum ejus Codicis interpretem Jac. Gothofredum. WESS.

PICENTINO.] Neque hanc neque sequentem qui præter Itinerarium commemoraverit novi. WESS.

CIR.

CIBALAS. M. P. XXII.
VLMOS. M. P. XXII.
SIRMI. M. P. XXVI.
ITER A VINDOBONA POETOVIONE. M. P. CLXXXIV. Sic.
AQVIS. M. P. XXVIII.
SCARABANTIA. M. P. XXXI.
SABARIA. M. P. XXXIIII.
ARRABONE. M. P. XX.
ALICANO. M. P. XL.

IN

CIRTISA.] Vel *Certiſſa.* SIML.

CIRTISAM M. P. XXI.] *Deeſt hæc manſio in exemplari Regio: Et in Blandiniano & Longoliano* Cirtiſa M. P. XII. *& hoc* Ciroſa XV. *corrigit. In Neapolitano* Ciroſo mpm. XV. *Ptolemaeo inter urbes Pannoniae inferioris ſub Danubio ſitas* Κίρποτα. SVR.

CIRTISA.] Cuſani MS. *Ciroſa* M. P. XV., qui cum, ſi numeros ſpectes, Vaticanus, Voſſianus priscæque editiones pulchre conſentiunt: XII. tamen M. P. in margine Fabriciani libri conſpiciuntur. Tabulæ *Certis, Certiſia* Ravennati L. IV. C. 19. dicitur. WESS.

VLMOS M. P. XXII.] *Supra* Vlmis Cibalas M. P. XXIIII. *tribuuntur: at hoc itinere* M. P. XXII. SVR.

SIRMI.] *Sirmi* conſtanter fere noſtri libri, quomodo Lex unica C. Th. De frumento Carthag. dicitur *Sirmi* data: appingunt præterea Voſſii & Cuſani ſchedæ M. P. XXIII., anteriori vero Voſſianus MS. M. P. XXXII. cum vetuſtis editis, ſed contra veniente & vulgatos numeros adfirmante Vaticano. Ad hoc Pariſinus monet, *Reſpice & hic XVIIII. ſuperſunt*, quod a vero non longe abeſſe, ſi ad calculos ſedeas, reperies. WESS.

ITER A VINDOBONA.] Vide ut librarii omnia ſibi in hoc libello permiſerint, qui in Voſſiano *Vindolbono*, in Vaticano a *Vindobono*, in aliis aliter ſcribere ſuſtinuerint. Adeo paſſim mutant quadrata rotundis nihil penſi habentes. WESS.

AQVIS.] Wolfg. Lazius Styriae oppidum *Furſtenveld* eſſe arbitrabatur. Rectius Ph. Cluverius inibi locat, ubi vulgari aquarum calidarum vocabulo *Baden*, XVIII. circiter M. P. a Vienna, nunc frequentantur. Eſt ergo in numeris commiſſum. WESS.

ARRABONAM M. P. XX.] *Regium* Arrabone M. P. XVIII: *& ſtatim* Arrabona. *Reliqua* Arrabone M. P. XX: *& poſtea* Arrabona. *Supra de ea manſione mentio facta eſt.* SVR.

ARRABONE.] Non eſt, quod Surita opinabatur, eadem atque illa manſio, quam ſupra habuimus: illa Danubio, ubi Arrabo illi jungitur, erat adpoſita: hæc in mediterraneis ſedem habuit, notans Arrabonis hoc loco trajectum fuiſſe. WESS.

ALICANVM IN MEDIO CVRTA M. P. XL] *In Regio duæ ex una manſione concinnantur, hoc modo:* Alicano M. P. XL. in medio Cuurtavione M. P. XXXI: *& reliqua ad manſionem* Salle *in eo deſiderantur exemplari, nulla lacuna relicta. Blandinianum* Alicano M. P. XL. In medio Curta pœtavione M P. XXXI: *& eodem modo in Neapolitano, & Longoliano, ſed poſt* Alicanum, *ſeu* Hilicanum, *ut ſtatim adſcribitur*, in medio Curtam *oppidum relinqui, in hoc Itinerario inſtituto more deſignatur: quemadmodum ex pluribus manſionibus ſupra adparet. Ptolemaeo in inferiore* Pannonia, *prima inter urbes, quæ ſub* Danubio *ſunt*, Κέρτα *conlocatur.* SVR.

ALICANO.] Omnes MSS. miro quodam conſenſu *Alicano M. P. XL.*, quem ſpernere non auſus fui. Ductus itineris eo loci fuiſſe ſuadet, ubi *Rakelſpurg* conſpicitur, Ph. Cluverio monente. Quod vero vir doctiſſimus *Raclitanum* verum manſionis eſſe nomen pertendit, id mihi probabile non videtur: nam quamvis infra diverſimodis ſcribatur, ea prægnans cauſſa non eſt, ut ex recentiore nomine novum aliud contra veterum librorum voluntatem effingatur, præſertim cum bella diu continuata, gentiumque migrationes multa in his rebus mutarint. WESS.

IN MEDIO CVRTA.

POETOVIONE.	M. P. XXXI.
ITER A POETOVIONE CARNVNTO.	M. P. CLXXIIII. Sic.
HALICANO.	M. P. XXXI.
SALLE.	M. P. XXX.
SABARIA.	M. P. XXXI.
SCARABANTIA.	M. P. XXXIIII.
CARNVNTO.	M. P. XXXVIII.
A SABARIA BREGETIONE.	M. P. CII. Sic.
BASSIANA.	M. P. XVIII.
MVRSELLA.	M. P. XXXIIII.

AR-

IN MEDIO CVRTA.] Hæc magna librorum concordia præponuntur Poetovioni. Ptolemaei Κόρτα, *Curta* hæc esse nullo potest modo: ponit eam ad Danubium inter Arrabonis confluentes & Bregetionem. Hanc non longe a Poetovione disjunctam alibi offendisse non memini. Scio *Curtas* Κόρτας ævi recentioris scriptores de tentoriis principumque aulis adhibuisse; verum is vocis usus Itinerario est posterior. WESS.

POETOVIONE.] MSS. hanc lectionem, literatis lapidibus non ignoratam, hoc probant loco: est in Thesauro p. MCCLXVI. 2.

C. CAESIVS
C.F. PAPIRIA
INGENVVS
POETOVIONE.

Supra p. 129. *Patavione* præoptaverunt; ubi vide. WESS.

ITER A POETAVIONE.] CLXIIII. M. P., quæ in Suritae editione insunt, nusquam inveni. MSS. M. P. CLXXIIII., quæ restituimus, præferunt. WESS.

HILICANVM M. P. XXXI.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari: Blandinianum & Longolianum* Hilicano M. P. XXXI: *cum supra* Alicanum *prætulerint. Neapolitanum* Helicanum M. P. XXXI. SVR.

HALICANO.] Hoc ex Vaticano & Parisiensi libro, cum quibus Lugdunensis editus conspirat, amplexati sumus. Ceteri *Heclicano, Haeclicano, Hilicano* ostentant. WESS.

SALLE M. P. XXX.] *Habet Regium exemplar: & item Neapolitanum; Blandinianum vero & Longolianum* Selle M. P. XXX. *& in Longoliano* Solie *corrigitur. Ptolemaeo in Pannonia superiore inter urbes à Danubio remotas prima memoratur* Σάλα. SVR.

SALLE.] Meminit oppidi Ravennas L. IV. C. 19. *Salla, Aravona, Savaria.* Fuit, modo recte omnia dimensus Ph. Cluverius fuerit, ubi nunc *Fustenveld* locum occupat. WESS.

SABARIA.] Est in libris turpissima discordia. *Savavia, Sauavia, Sattaria, Sauciva,* quod Simlerus secutus est, *Savaivia*, ut Lugduni vulgarunt, passim offerunt. Recte Surita hinc *Sabariam* formavit, neque neglexit, quamvis serior, in Norico p. 27. Ph. Cluverius. Vetus sed lacera inscriptio in Diar. Italic. C. XXVI. p. 338. Montfauconii: POSTVMIVS FLORENTINVS SAVARIA. IVLIVS RESTITVTVS SAVARIA. Plura alibi produximus. WESS.

BASSIANAM M. P. XVIII.] *Ptolemaeo inter urbes* Pannoniae *inferioris sub Danubio sitas* Βασσιανα. *In Notitia Provinciarum sub Duce Pannoniae secundae Ripariensis recensetur Tribunus Cohortis I. Thracum civium Romanorum caput* Basensis. SVR.

BASSIANA.] Ptolemaei urbs cognominis hæc esse non poterit, quippe supra p. 131. inter Sirmium & Taurunum interposita. Hanc nondum inveni: nam *Caput Basensis* Notitiæ ipso nomine aliam sese prodit. WESS.

MVRSELLAM M. P. XXXIIII.] *Consentiunt exemplaria in hunc numerum: & Ptolemaeo item inter urbes ad Danubium sitas,* Μυρσέλλα. *In Notitia* Marsoniae & Mursae *fit mentio, non tamen* Mursellae. SVR.

MVRSELLA.] Est *Mursella*, sive *Mursa minor*,

ARRABONA.	M. P. XX.
BREGETIONE.	M. P. XXX.
A SABARIA ACINCO.	M. P. CLXVIII. Sic.
MESTRIANIS.	M. P. XXX.
MOGENTIANIS.	M. P. XXV.
CAESARIANA.	M. P. XXX.
OSONIBVS.	M. P. XXVIIII.
FLORIANA.	M. P. XXVI.
ACINCO.	M. P. XXX.

A SO-

minor, in Hieroſ. Itinerario, ſed X. M. P. circiter a Murſa majore diverſa, atque adeo longe alia: ſcio Jac. Gothofredum ad L. I. Cod. Theod. De Judaeis, quæ *Murgillo* perhibetur data, illam H. Itinerarii eandem atque hanc fuiſſe arbitratum; ſed haud dubie vir eruditus alibi fuit occupatus, cum ita cenſeret. Equidem noſtram adhuc quæro, niſi ſi Ptolemaei Μεγόσλαν, quam L. II. C. 15. in hac vicinia habet, hanc eſſe velis, quod mihi non improbabile fuit viſum. WESS.

BREGETIONEM M. P. XXX.] *Regium* Brecentione M. P. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Bregetione M. P. XXX. *Neapolitanum* Bregione. *Ptolemaeo in ſuperiore Pannonia inter urbes juxta Danubium ſitas* Βεγαίνον. *Ammianus de Valentiniani Imperatoris morte libro XXX. C. 5.* Impigre motus peragrata fluminis ripa, caſtrisque præſidio competenti munitis, atque caſtellis, Bregetionem pervenit. *Supra mentio facta eſt, ex Notitia Provinciarum ſub Duce Valeriae Ripenſis Praefecti Leg. I. Adjut. cohortis v. partis ſuperioris* Bregetione. SVR.

M. P. CLXVIII.] *Regium* M. P. CLVIII. *Blandinianum* M. P. CLXVIII. *Neapolitanum* M. P. CLXVIIII: *& Longolianum* CLXVIII: *& CLXVIIII: ſed cum in nullo ſui numeri ſumma congruant, Blandiniani, quæ ad veram proxime accedere videtur, praetulimus: neque noſtri judicii erit, quippiam in ea varietate adferre, quod ubi lateat error, non conſtet.* SVR.

M. P. CLXVIII.] Hos numeros margo Fabriciani exemplaris oſtendit adſcriptos: ceteri ſummam unis millibus auctiorem faciunt; imo Pariſinus notat, *Respice, hic duo ſuperſunt.* WESS.

MESTRIANIS.] Nomen eſt MESTRIO, quicunque demum fuerit: Theſaurus Gruterianus plures habet; cetera denſis obſita tenebris ſunt. WESS.

MOGENTIANIS.] Neque hanc, niſi in Itinerario, usquam legere memini. Bertius cum Ptolemaei *Magniana*, nullo uſus argumento, componit. Adduntur præterea in quibusdam MSS. & Lugdunenſi exemplari M. P. XXXV., aliis ut Vaticano & Margine Fabriciani libri vulgatos numeros recipientibus. WESS.

CAESARIANAM M. P. XXX.] *Habet Regium auferendi caſu: & Blandinianum & Neapolitanum* Caeſarea M. P. XXX. *Longolianum* Caeſaria M. P. XXX. SVR.

CAESARIANA.] Dedimus hoc Regio codici, ne quid mutaretur: nam *Caeſarea* noſtris MSS. & editis vetuſtioribus probatur. WESS.

OSONIBVS M. P. XXVIIII.] *Habet Regium exemplar: & reliqua* M. P. XXVIII. SVR.

OSONIBVS.] Omnes ſine diſſenſu M. P. XXVIII. Quæ nunc ſit, in tam pertinaci omnium de *Oſonibus* ſilentio quis temere finiet. WESS.

FLORIANAM M. P. XXVI.] *Regium habet auferendi caſu: & reliqua item* Floriana M. P. XXVIII. *Mihi ſuſpicio injecta eſt, hanc eſſe manſionem, quæ in Notitia provinciarum* Florentia *cognominatur. Nam ſub Duce Provinciæ Valeriae Ripenſis, Equites ſagittarii Altino, nunc in Burgo contra* Florentiam *recenſentur: & item praefectus Claſſis Iſtricae* Florentiae; *atque* Florianam, & Florianae *legendum eſſe.* SVR.

FLORIANA.] Incertiſſima eſt Suritae opinio: neque enim nobis conſtat, fueritne manſio Danubio adpoſita. Et ſi liqueret, quo argumento probabitur, Notitiam Imp. Occid. ex Itinerario eſſe juvandam? Wolfg. Lazii de hac manſione ineptias Ch. Cellarius excuſſit L. II. A. C. 8. p. 566. WESS

A SO-

A SOPIANIS ACINCO.	M. P. CXXXV. Sic.
PONTE SOCIORVM.	M. P. XXV.
VALLE CARINIANA.	M. P. XXX.
CORSIO SIVE HERCVL.	M. P. XXX.
JASVLONIBVS.	M. P. XXV.
ACINCO.	M. P. XXV.
ITER A SOPIANIS BREGETIONE.	M. P. C. Sic.
JOVIA.	M. P. XXXII.
GVRTIANA.	M. P. XXV.

HER-

A SOPIANIS ACINCVM M. P. CXXX.] *In Regio* CXXV: *& reliqua* CXXXV. *& tamen in Regio ultima* Acinci *manſio deeſt, & reliquorum inter ſe numeri congruunt, ac rectè ſummam* M. P. CXXXV. *conficiunt: ut merito ea ſit præferenda. De* Sopianis *Ammianum arbitror loqui, libro xxviii. C.* 1. Maximus, *inquit*, regens quondam Romae vicariam præfecturam, apud Sopianum, Valeriae oppidum, obſcuriſſime natus eſt patre tabulario præſidialis officii orto à poſteritate Carporum, quos antiquis excitos ſedibus Diocletianus tranſtulit in Pannoniam. SVR.

A SOPIANIS.] In MSS. *a Sopianas* ineſt, & *Aquinquo* aut *Acinquo*, de quo utroque ſupra ſuo loco dictum eſt. WESS.

PONTE SOCIORVM.] Haud ſcio an in amne factus fuerit, quem vulgus Caraſſium vocat, famoſo Ludovici regis morte. Vide N. Iſthuanfii L. VIII. Hiſt. Hungar. p. 82. & 87. WESS.

GORSIVM SIVE HERCVLEVM M. P. XXV.] *In Regio* Gorſio ſive Erculi M. P. XXX: *& in Blandiniano* Corſio ſive Hercul. M. P. XXX. *& eandem lectionem praeferunt libri Longoliani. In Neapolitano exemplari* Gurſio ſive Hercul. M. P. XXX. *legitur.* SVR.

GORSIO.] Voſſianus, *Curſio ſive Hercul.* Vaticanus, *Gorcio ſive Hercul:* alii, *Corſio ſive Hercul.* è quibus manſionem ab Hercule fuiſſe nominatam ſatis apparet. Habet Notitia Imp. Occid. in Provincia Valeria *Auxilia Herculenſia ad Herculem.* WESS.

JASVLONIBVS.] MSS. atque editi *Laſulonibus. Jaſtillones* in Laevini Torrentii codice Ortelius invenit. Vulgatum eſt in margine Fabriciani exemplaris. WESS.

BREGETIONEM M. P. C.] *In Regio* M. P. CX: *& in eo manſiones* Herculia *&* Floriana *deſunt. Reliqua* M. P. C. *& numeri cum ſumma congruunt.* SVR.

JOVIAM M. P. XXXII.] *Hujus manſionis mentio ſit in Notitia Provinciarum ſub Duce Valeriae Ripenſis: nam Tribunus cohortis* Joviae *recenſetur.* SVR.

JOVIA.] Vaticanus cum Lugdunenſi edito *Lovia: Jovia* melior eſt, a Diocletiano Jovio, ut ſimile vero eſt, nuncupata. Cognominem manſionem habuimus p. 130., ubi vide. WESS.

GVRTIANA.] *Guſtiana* Lugduni vulgarunt: *Gurtiana* MSS. Eſt apud Ptolemaeum *Curta*, quam noſtram eſſe voluit Wolfg. Lazius, parum attendens ad locorum intercapedinem, quæ utramque disjungit. *Curtam* Geographus L. II. C. 16. Danubio circa Bregetionem apponit: hæc in mediterraneis fuit. Vidit hoc quoque Ch. Cellarius L. II. C. A. C. 8. p. 566. WESS.

HERCVLIA.] Mihi dubium non eſt, quin manſio nomen invenerit aut a Maximiano *Herculeo*, aut e militibus *Legionis VI. Herculeae*, quam in his oris hiberna habuiſſe ex Notitia Imp. Occid. cognovimus. WESS.

DE ITALIA PER ISTRIAM IN DALMATIAS] *Hunc titulum manuſcripta & Longolianum exemplar, confecto itinere à* Sopianis Bregetionem *praeferunt, qui mihi in alienum irrepſiſſe locum videtur. Itinera enim quinque, quae ordine conſequuntur, intra Pannonias perduci videmus: & ſextum à Sirmio in Liburniam, & Illyrici maritima Salonas perducitur: & haec itinera nihil ad Dalmatias pertinent, cujus regiones ad mare Adriaticum ſpectant:* & Pannoniae *ad Septentriones vergunt. Certe eo loco melius, ni fallor, conveniet, quo Iter ab* Aquileia per Iſtriam *extra*

HERCVLIA.	M. P. XX.
FLORIANA.	M. P. XV.
BREGETIONE.	M. P. VIII.

DE ITALIA PER ISTRIAM IN DALMATIAS.

ITER A SISCIA MVRSA.	M. P. CXXXIIII. Sic.
VARIANIS.	M. P. XXIIII.
AQVIS BALISSIS.	M. P. XXXI.
INICERO.	M. P. XXV.
STRAVIANIS.	M. P. XXIIII.
MVRSA.	M. P. XXX.
A POETOVIONE SISCIA.	M. P. C. Sic.
AQVAVIVA.	M. P. XVIIII.

PYR-

tra mare Salonas *dirigitur: atque ideo in eum rejecimus locum.* SVR.

DE ITALIA.] Hæc Simlerus quoque induxit. Mihi, quantumvis alienissima huic loco sint, quod MSS. ea omnes offerrent, exprimenda visa sunt, ut specimen negligentiæ librariorum exstaret. Quas autem *Dalmatias* MSS. vocant, eas *Delmatias* antiquiores dixissent. Est PR. PR. PROVINCIAE DE'LMAT. in lapide apud Rod. Carum L. III. Ant. Hispal. C. 36., unde Gruteriana inscriptio p. CCLVI. 2., quæ eadem, corrigenda est. Plura ex literatis monumentis Ursatus L. I. Monum. Patavin. C. 7. p. 270., vel potius, unde is sua hausit, L. Pignorius Epist. Symbol. 27. coacervavit. Graecis sæpenumero idem in vocabulo sonus placuit. ΔΕΛΜΑΤΙΑ & ΔΕΛΜΑΤΟΙ in codice Xiphilini Coisliniano leguntur. ΔΕΛΜΑΤΙΑΝ plures habent libri in Paulli 2. Timoth. C. IV. 10. Neque aliter olim fuit in Appiani Illyric. p. 6. Καὶ συνήλασεν ὤμως εἰς πόλιν Δελμίνιον· ὅθεν ἄρα καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐς Δαλματαίας, εἶτα Δαλμάτας ἐτράπη· manifestum enim ex verborum ordine & sententia est, priore loco Δελμάτας Appianum scripsisse. Hæc vero Appiani verba cum Stephanus in Δάλμιον respexerit, parum sane prudenter Th. Pinedo Graeca scriptoris verba antiquitatem nobis invidisse, quæ a D. Hoeschelio Augustae Vindelicorum provulgata legere atque evolvere licet, asseverat. WESS.

VARIANAS M. P. XXIIII.] *Regium* M. P. XXII. *reliqua* XXIIII: *quo numero recte summa* CXXIIII. *conficitur, quæ in Regio, ut in reliquis, præfertur.* SVR.

VARIANIS.] Supra M. P. XXIII. a Siscia disjungebantur. Castra Variana a *VARIO* dicta Ch. Cellarius fuisse putat L. II. G. A. C. 8. p. 566. Quod ut verum esse potest, incertum tamen est, a *VARIO*ne an *VARO* sint appellata. WESS.

AQVAS BALISSAS M. P. XXXI.] *Regium* Aquis Balissis M. P. XXXI. *Blandinianum* Aquis Balissis M. P. XXX. *Neapolit.* Aquis Balissis M. P. XXX. & *Longolianum* Aquis Basillis M. P. XXX. & Basissis *corrigitur.* SVR.

AQVIS.] Cusani schedæ *aquis Basissis.* Forte *Basillis*, quod Longolianus agnoscit, præstat, ut *aquæ* a *BASILLO* sive *BASILLA*, quo titulo plures in literatis lapidibus, sint nomen nactæ. WESS.

STRAVIANIS.] Hanc, si Itinerarium excipias, qui memoraverit, vix quemquam novi: atque hoc illi cum pluribus aliis Pannoniae mediterraneae locis commune est: quod fit, ut in cœca noctis caligine erremus. WESS.

SISCIAM M. P. CX.] *Habet Regium exemplar: & tum numeri mansionum ejus, quos adposuimus, summam* M. P. CXX. *conficiunt: & in reliquis* M. P. C. *legitur, neque eorum ratio constat.* SVR.

A POETOVIONE.] Omnes libri, quorum excerptis utimur, pariter ac priores editiones M. P. C., quem numerum sequi libuit. WESS.

AQVAVIVAM M. P. XXXVIIII.] *Regium exemplar habet auferendi casu: & reliqua* Aqua-

 vive

PYRRI.	M. P. XXX.
DAVTONIA.	M. P. XXIIII.
SISCIA.	M. P. XXVII.
A SABARIA VINDOBONA.	M. P. LXXXVIII. Sic.
SCARABANTIA.	M. P. XXXIIII.
MVTENO.	M. P. XVIII.
VINDOBONA.	M. P. XXXVI.
ITER AB ACINCO CRVMEROQVE CASTRA CONSTITVTA SINCIO.	M. P. XLII. Sic.
VLCISIA CASTRA.	M. P. VIIII.
CIRPI MANSIO.	M. P. XII.
AD HERCVLEM CASTRA.	M. P. XII.
SALVA MANSIO.	M. P. IX.
ITER A SIRMIO CARNVNTO.	M. P. CCCXI. Sic.

VL-

viva M. P. XVIII. *In reliquis manſionibus omnium congruunt numeri.* SVR.

AQVA VIVA.] Pari omnes conſenſu M. P. XVIIII. apponunt, nec longe ea abſunt a XX. M. P., quibus alio itinere p. 130. diſtantiam Poetovionis & Aquae vivæ finivit. WESS.

PYRRI.] Ita MSS. plerique, Voſſianus tamen *Pirri:* unde a Pyrrhone, celeberrimo Epiri rege, ſeu alio quovis, an *piro* manſio cognomen acceperit, dubium eſt. Habet Tabula ſcripta XL. fere M. P. ab Aqua viva *Piretis*, pro quo Itiner. Hieroſ. *Peritur*, quod forte cum hoc componi oportet. WESS.

DAVTONIAM M. P. XXIIII.] *Regium exemplar habet auferendi caſu: & in reliquis* Dautona *legitur. In Ptolemaei libris in ſuperiore Pannonia, inter urbes ab Danubio remotas* Ἀυδαυτόνιον *memoratur: quæ forte* Δαυτόνια *eſt.* SVR.

DAVTONA.] Sic formis & manu ſcripti libri; ſequor tamen Regium. Ptolemaei Ἀυδαυτόνιον Wolfg. Lazius huc quoque retulit, ſed dubia, uti mihi quidem videtur, conjectura: nam & nimia opus eſt mutatione, & diſſident in vocabulo MSS.; Coislinianus enim Ἀυδατόνιον præfert. WESS.

M. P. LXXXVI.] *Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. Blandinianum* LXXXVIIII. *quod* Muteno XVIIII. M. P. *tribuit: & item Longolianum, ſed* XVIII. *corrigit. Hæ quatuor manſiones ordine eodem p.* CCXXXIII. *à* Sirmio Lauriacum *diverſis numeris interjiciuntur.* SVR.

ITER AB ACINCO &c.] *In Regio*, Iter ab Acino Cruneroque caſtra conſtituta ſunt M. P. XLIII: *cum ejus exemplaris numeri ſummam conficiant* XLII. M. P. *Blandinianum* Iter à Bicinco Crumeroque caſtra conſtituta. Sintio M. P. XLII. *Neapolitanum*, Item abicinquo crumeroque caſtra conſtituta ſentio M. P. XLII. *Et Longolianum* Iter à Cinco Crumeroque caſtra conſtituta Scintio mpm. XLII. *Mihi hic titulus prave inſcriptus videtur; præſertim quod manſionis* Solvae *nomen deſit, quo iter ab Acinco perducitur, & Crumeri item manſio, per quam iter dirigi inuitur, inter reliquas non recenſeatur; cujus ſupra ad Lacum felicis in medio conſtituti pag.* CCXLVI. *mentio facta eſt: atque ea regione* Crumeri caſtra *conſtituta eſſe, ſatis hoc itinere adparet, quòd* Vlciſiae, & ad Herculem caſtrorum *nomen adjicitur.* SVR.

ITER AB ACINQVO.] Excerpta MSS., quibus utimur, maxima concordia juxta ac vetuſtæ editiones edunt: *Iter ab Icmquo Crumeroque caſtra conſtituta Sincio.* Hinc Simlerus *ab Acinquo* ſive *Acinco* non male procudit. Cetera mutare non ſuſtineo, veritus ne quid ex audacia in veritatem committam. Fieri quidem potuit, ut primæ manſionis locum occuparint *Caſtra conſtituta Sincio*, numeris negligentia exſcriptorum deperditis: potuit etiam, ut *Caſtra conſtituta Sincio* fini itineris cum ſuis M. P. auferrentur. Sed quis hæc, niſi aliunde certiora cognoſcamus, decernere auſit? WESS.

ULCISIA CASTRA.] Haud ſcio, quid Suritam Schottumve impulerit, ut *Ulciſiam* nobis, con-

VLMO.	M. P. XXVI.
CIBALIS.	M. P. XXIIII.
MVRSA.	M. P. XXII.
ANTIANIS.	M. P. XXIIII.
SOPIANIS.	M. P. XXX.
PONTE MANSVETINA.	M. P. XXV.
TRICCIANA.	M. P. XXX.
CIMBRIANIS.	M. P. XXV.
CRISPIANA.	M. P. XXV.
ARRABONA.	M. P. XXV.
FLEXO.	M. P. XXV.
CARNVNTO.	M. P. XXX.
ITER A SIRMIO SALONAS.	M. P. CCLXXVI. Sic.

BV-

contra venientibus MSS., obtruderent. Licet enim alibi lecta non sint, nihil erat, cur displicerent. WESS.

CIRPIN MANSIO M. P. XII.] *Ptolemaeo inter urbes Pannoniae inferioris ad Danubium sitas* Σαλύα Κερπίς: *pro* Σολύα, *uti ego arbitror,* Κερπίς. Cirpis *in Notitia Provinciarum sub Duce Valeriae Ripensis sit hoc modo mentio. Equites Dalmatae* Cirpi. *Auxilia Fortentia* Cirpi. Solvae *item sub eodem Duce, cuneus equitum scutariorum* Solvae. *& equites Mauri* Solva. *Plinius inter Noricorum urbes* Solvense *oppidum commemorat. Lib.* 3. *C.* 24. SVR.

CIRPI.] Pulchre a Surita Ptolemaei Κερπίν immutatam arbitror: eamdem enim atque hanc esse, ordo itineris persuadet. Eruditissimus Ch. Cellarius L. II. C. 8. p. 559. cum Ptolemaei *Carpi Carporum vicum*, quo de Ammianus L. XXVII. C. 5., composuit, quod factum nollem. Eundem vicum G. Pancirolus ad Notitiam Imp. Occid. ab hac mansione nihil differe censuit. Atqui *Carporum vicus* in Moesia fuit, uti ex Ammiano & J. Capitolino in Balbino C. 16. facile colligas; *Carpi* vero Ptolemaei & *Cirpi* Itiner. ac Notitiae in inferiore Pannonia, sive Provincia Valeria; igitur situ diversissima. WESS.

AD HERCVLEM CASTRA M. P. XII.] *Mansionis* ad Herculem *in Notitia provinciarum sub eodem Duce Valeriae Ripensis sit mentio: nam Equites Dalmatae* ad Herculem, *& auxilia* Herculanensia ad Herculem *recensentur.* SVR.

SALVA MANSIO.] Ita Basileae Simlerus exprimi jussit, neque hilum Vossii Cusanique schedae dissident. Rectum autem esse, locuples testis Ptolemaeus est, qui ante *Carpin* sive *Cirpin* Σαλῦα, *Salva.* Merito igitur Th. Reinesius Cl. I. Inscript. p. 33. *Salvam* Itinerario ac Notitiae restituendam censuit: namque *Solvense oppidum* Plinii, quod passim huc pertinere ajunt, aliud est. Hoc in Norico fuit, Plinio testificante, superantque in nostra tempora nominis vestigia in agro, quem *das Solfeld* vocant, inter *montem S. Helenae* & *Clangfurt. Salva* vero in Pannonia, non longe a Danubio. Vide Lambecium L. II. Bib. Caesar. p. 677. Jam si *Salwar* reliquias *Salvae*, ut Lazius opinabatur, servat, oportet AEDILE SALVAE scribas in Thes. p. IↃCCCII. 2. cum eruditissimo Reinesio.

PONTE MANSVETINA.] Restituimus hoc ex MSS., magna conspiratione id probantibus. *Pontem Mansuetianum*, quem Schotti editio dabat, nusquam offendimus. Supra hoc fere situ *Pontem Sociorum* vidimus. WESS.

TRICCIANA.] *Tricejana* Vossii MSS., alii *Trictiana*, ut Lugdunense exemplar. Vulgatum secutus est Simlerus, nec discrepat margo Fabriciani libri. WESS.

CIMBRIANIS.] A *Cimbris* mansionem nomen fuisse indeptam non improbabilis Wolfg. Lazii suspicio est. WESS.

ITER A SIRMIO SALONAS M. P. CCLXXVI.] *Regium* M. P. CCLXXXIIII: *& reliqua* CCLXXVI. SVR.

BVDALIA.	M. P. VIII.
SPANETA.	M. P. VIII.
VLMOS.	M. P. X.
CIBALIS.	M. P. XXII.
CIRTISA.	M. P. XXIIII.
VRBATE.	M. P. XXV.
SERVITTI.	M. P. XXIIII.
AD LADIOS.	M. P. XXIIII.

AEMA-

BVDALIAM M. P. VIII.] *Manuſcripta, & Longolianum auferendi caſu. Eutropius L. 9. C. 4. Decium Imperatorem è Pannonia inferiore* Budaliae *natum perhibet: tametſi* Bubaliae *legitur. Idem erratum Chronicon D. Hieronymi occupavit, cum prodit Decium è Pannonia inferiore* Eudaliae *natum. In vetuſtiſſimo D. Laurentii ejusdem Chronici exemplari, quod ego cum vulgatis contuli*, Burdali *legitur.* SVR.

BVDALIA.] Certa eſt præſtantiſſimi Suritae conjectura, quam Eutropii MSS. & Graecus interpres ſtabiliunt. In Hieronymi Chronico Ill. Scaliger & Miraeus *Budaliae* vulgarunt. *Vicus* fuit *Sirmienſium*, veluti Victor teſtificatur. WESS.

SPANETAM M. P. VIII.] *Habent Regium & Neapolitanum exemplar, auferendi caſu. Blandinianum & Longolianum* Hiſpaneta M. P. VIII: *ſed in hoc* Spaneta *corrigitur.* SVR.

SPANETA.] *Hispaneta* Vaticanus & vetuſtæ editiones. Tabula gravi errore *Ulmospaneta*, binis manſionibus in unam conflatis. Rectius Itin. Hieroſolym. *Spaneta* M. P. VIII. a *Vedulia*, quæ Budalia eſt. Verum nomen videtur *Hispaneta*, quod in *Spaneta* abiit: æque uti ex *Hispania* & *Hispano Spaniam* & *Spanum* finxerunt: exemplorum abunde dabit Joan. Rhodius in Lexico Scriboniano, quibus, ſi quæ neceſſitas foret, præter alia plura hoc Siſennae jungi poſſet ex Nonii Marcelli Cap. penult. *Galli materibus, Spani lanceis configunt:* ita enim Mercerus recte refinxit: nam *Suevi*, quos vulgo probant, & *Suavi* Jani Vlitii ad Gratii Cyneg. *v.* 118. a veterum librorum ſcriptura, in qua *Sani*, longius abeunt: neque jam dico, *Lanceam* uti Hiſpanicum verbum ſic & telum fuiſſe ex Varronis auctoritate apud Gellium L. XV. N. A. C. 30., ad alia enim properamus. WESS.

CIRTISA.] *Cirtiſia* eſt in libro Pariſino & vetuſtioribus editionibus: idem in Ravennate legi, ante monuimus. WESS.

URBATE M. P. XXV.] *In manuſcriptis & Longoliano exemplari legitur.* SVR.

URBATE.] A Tabula ſcripta & Vaticano hoc probatur: reliqui cum priscis editis *Urbatae.* WESS.

SERVITTI.] Vel *Serunti.* Liber Notit. *Servitium.* SIML.

SERVITIVM M. P. XXIIII.] *Regium & Blandinianum* Servitti M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Servitei M. P. XXIIII. *Longolianum* Serunti M. P. XXIIII: *& in eo* Servitei *corrigitur.* SVR.

SERVITTI.] *Servitei* Cuſani ſchedæ, Vaticanae *Servitti*, Pariſienſes *Servito.* Tabula *Servitio M. P. XXIII. ab Urbate*, aſſentiturque, ſi numeros reſpicias, Vaticanus. Id dubium eſt, ſitne Notitiæ Imp. Occid. *Servitium* idem atque noſtrum? Vir Cl. Cellarius L. II. Geog. A. C. 8. p. 566. ex ea cauſſa negat, quoniam *Claſſis* inibi fuiſſe dicatur, ſedemque adeo ad *Savum* habuerit, cum hoc ad Dalmatiae fines pertinuerit. Mihi, pace manium ejus dictum ſit, aliud videtur. *Servitium* Tabulæ ſine controverſia noſtrum eſt: id flumini *Savo* aſſidebat. Circa *Servitium* via militaris in bina diverticula ſcinditur, quorum alterum in Dalmatiam tendit, eſtque prima ejus a *Servitio* manſio *Ad fines. Fines* vero alii cum intelligi niſi Dalmatiae non poſſint, apertum eſt, *Servitium* extra Dalmatiam fuiſſe. Ceterum *Servitti* ex veteri more, de quo Pierius Valerianus ad Aen. I. 251., pro *Servittii* ſcriptum eſt: quare imprudenter *Servittim* in Schotti editione formarunt. WESS.

AD LADIOS M. P. XXIIII.] *In Regio & Blandiniano exemplari legitur, & Longoliano. Neapolitanum* Ad Latlios M. P. XXIIII. SVR.

AD LADIOS.] Hanc manſionem legere non

AEMATE.	M. P. XIX.
LEVSABA.	M. P. XIII.
SARNADE.	M. P. XVIII.
SILVIAE.	M. P. XXIIII.
PELVA.	M. P. XVIII.
AEQVO.	M. P. XVII.
SALONAS.	M. P. XXI.

DE

non recordor. Nam LADESTINI, qui inter milites Dalmatas apud Gruterum p. IDLXXIII. 1. memorantur, ab insula *Ladesta*, sive *Ladesto*, de qua Stephanus, nomen habent. Neque huc referri *Latium* potest, quod in Illyrico Xenocrates *de Alimento ex Aquatil.* C. 19. habet: maritimum enim est, non, ut hoc, in mediterraneis. Audiamus Xenocratem. φέρει δ' ὁμοίως τούτοις ὁ Ἰόνιος κόλπος κατ' Ἰλλυρίδα καὶ Σαλόνας καὶ Λάτιον. Vertit Rosarius: *His similes Jonium mare juxta Illyrida, Hetruriam, Salonas & Latium producit.* At quis unquam audivit sinum Jonium Hetruriam & Latium alluere? nunquam id Xenocrati in mentem venit, non ignaro, quodnam Tyrrhenum esset mare, ut ex C. 2. apparet. Putem aut Λάδιστι eum scripsisse, aut certe Ἄκτιον, cujus C. 26. commeminit. WESS.

AEMATE M. P. XVIIII.] *Regium* Aemate M. P. XVIII. *Blandinianum & Longolianum* Aemate M. P. XVIIII. *Neapolitanum* Emate M. P. XVIIII:. SVR.

AEMATE.] Vatic. *Emate M. P. XXVIII.* In Tabula pariter & Ravennate L. IV. C. 19. *Lamatis.* Nominis vestigia in *Imatz* durare videntur. WESS.

LEVSABAM M. P. XIII.] *Habent Regium exemplar, Blandinianum & Neapolitanum* Leusava M. P. XIII: *Longolianum* Lausana M. P. XIII. SVR.

LEVZABA.] Cusani MSS. *Leusana M. P. XIV.* Alii *Leusava.* Tabula vulgato assentitur, sed X. M. P. tantum adnectens. WESS.

SARNADE.] Nemo unus *Sarnadam* a Schotto expressam obtulit, sed *Sarnade* aut *Sarnadae.* Tabula *Sarute*, longiore tamen a præcedenti intervallo. WESS.

SILVIA.] Hæc forte est Ptolemaei *Salvia.* SIML.

SILVIA.] Sic MSS. aut *Silviae: Salviam* Ptolemaei eandem atque hanc esse, nondum apparet: tutum sane non est, contra omnes MSS. *Salviam* ex Simleri conjectura cum Schotto Suritave in hoc iter importare. WESS.

PELVA.] Et hoc ex libris instauravimus, *Pelvim* Suritae valere jubentes: neque enim nostri arbitrii est, locorum nomina, licet barbara, ad notiora Latinorum vocabula conformare. WESS.

AEQVVM M. P. XVII.] *Regium* Equo M. P. XVII. *Reliqua veram retinent lectionem*, Aequo *enim præferunt: ut sit oppidum, quod inter urbes Dalmatiae mediterraneas* Coloniæ *cognomento est* Αἰκῶν Κολώνια *Ptolemaeo.* SVR.

AEQVO.] Est & hujus coloniæ in lapide memoria Thes. p. CCCLXXXII. 4.

P. CELSENIO CONSTANTI
DECVR. COL. DALMATIAE
CL. AEQVO.

Ad hoc, testatur Ligorius tabellam aheneam, inventam Aequi in Dalmatia, inscriptamque his fuisse verbis:

VI.VIR. AVGVSTALIS. D. D.
QVINQVEN. II.
AEQVANT. IIII.VIR.

Vide Gudii Inscript. p. XXV. 4. Verum AEQVANT., nisi si in voce vitium sit, hinc formari non potuit. Præterea DEC. COL. AQVENS., sive, ut Thes. p. XXX. 3. dicitur, AEQVENS., qui a Th. Reinesii Clas. XIII. Inscript. 45. & Ch. Cellario huc refertur, ad Daciam pertinet, uti alibi diximus. Vide & Thes. p. XII. 8. WESS.

SALONAS M. P. XXI.] *Hæc mansio in Regio deest exemplari. Reliqua in numero itidem conveniunt. Plinius Lib. 3. C. 22. ex vetustis exemplaribus, in* Liburniae *descriptione*, Salona Colonia ab Iader CXII. M. P. *tametsi in Toletanae bibliothecæ exemplari* CCXII. *legitur. Ex inscriptione item vetusti lapidis dedicationis ara,*

DE ITALIA PER ISTRIAM IN DALMATIAS.

ITER AB AQVILEIA PER ISTRIAM EXTRA MARE SALONAS. M. P. CXCVIII. Sic.
FONTE TIMAVI. M. P. XII.
TERGESTE. M. P. XII.
NIN-

ex Salonis *Patavium advecti, numero singulari.*

SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI.
COLLEGISQ. IVLIAE.
SALONAE.

Caesari plurium numero Salonae, *libro iii. de Bello Civili C.* 8. Hoc confecto negotio à Salonis ad Orici portum, stationes, litoraque omnia longe lateque classibus occupavit. *Auctori Commentarii Alexandrini C.* 43. Salona. Adeo, *inquit*, est à barbaris contemptus, ut Salonam se recipiens in oppidum maritimum, quod cives Romani, fortissimi fidissimique incolebant, in agmine dimicare sit coactus. *Notum est Lucani carmen, lib. iiii. vers.* 405.

Quà maris Hadriaci longas ferit unda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Ptolemaeo in Illyridis *ora maritima* Σάλωναι Κολώνια. *Stephanus diversum oppidum* Salonam *à* Salonis *commemorat:* Σάλωνα πόλις Ἰλλυρίας, τὸ ἐθνικὸν Σαλωνίτης, ἐπὶ ᾗ Σαλῶναι πόλις Δαλματίας, ὧν Σαλωνεὺς τὸ ἐθνικόν. SVR.

SALONAS.] In monumentis literatis apud Gudium p. XXVIII. 8. COL. IVL. MART. SALONA & p. VIII. 2. ac Thes. p. XXXII. 12. dicitur. Σάλωνες Procopio L. I. B. G. C. 16. Σαλώνη Appiano Illyr. p. 6. Σάλωναι Xenocrati: atque hoc vulgo receptum fuisse testis Hieronymus est Epist. ad Marcellam p. 705. Nov. Edit. *Unde* &, inquiens, *sape interpretes variant, cujus rei exemplum nos in lingua nostra habere possumus, Athenas, Thebas, SALONAS.* Nec discordant, quæ ad Jerem. II. 12. commentatus est. Vide alia apud Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 18. p. 615. Urbs eversa est a Gothis, suntque hac de re insignia scriptoris S. Domnii Vitae verba C. ult. *Postea vero Gothorum irruptione diruptis funditusque eversis Salonis, concives ad proximas insulas confugerant; ac deinde reversi in Diocletiani aedificio, quod tribus ferme millibus a Salonis distat, SPALATVM appellatum, sedem sibi posuerunt.* Longe tamen alia Imp. Constantinus Porphyrogennetus De Administ. Imp. C. 30. refert, etiam visa vero similia Joan. Lucio L. I. Regni Dalmat. C. 9. WESS.

IN DALMATIAS.] Diximus ante de insititiis his verbis. Id negligendum non erat, plures Dalmatias illis indicari, pariter ut in Notitia Imp. Occid. & Cassiodoro Senatore L. VII. 24. atque alibi. Quia tamen I. & II. Dalmatia, quod sciam, nusquam memorantur, non male Joan. Lucius L. I. Reg. Dalm. 6. censuit, Dalmatias quosdam dixisse, quod commodissime in *maritimam* & *mediterraneam*, utramque montibus disjungentibus, dividerentur. WESS.

ITER AB AQVILEIA.] *Huic titulo praetulimus, ea quæ supra in alienum locum effluxerant:* De Italia per Istriam in Dalmatias, *ea ratione, quam commemoravimus.* SVR.

M. P. CXCVIII..] *Regium* Iter ab Aquileia per Istriam Salonas M. P. CI. *Librarii manifesto errore, quod arbitratus sit, hoc iter ab* Aquileia Polam *perduci: cum maritimum trajectum sinus* Liburnici, *qui ab Antonino interjicitur, tanquam aliud subsequi iter videret. Blandinianum & Longolianum* Iter ab Aquileia per Histriam extra mare Salonas M. P. CXCVIII. *Neapolitanum* CXCVIIII. *Plinius* Aquileiam Coloniam XII. M. P. *à mari sitam perhibet.* SVR.

M. P. CXCVIII.] Vatic. Cusanique liber cum vetustis editis unis M. P. summam adaugent. WESS.

FONTEM TIMAVI M. P. XII.] *In hunc numerum consentiunt exemplaria: & infra Regium* Ab Aquileia ad Timavi fontem XII. M. P. *tribuit: & reliqua* XVI. M. P. Timavi *hunc* fontem *à Strabone L. 5. p. 215., & Virgilii carmine Æneid. I. ℣. 249. explicari plane video: cum* Timavum portum, & Lacum, *miro decore memo-*

NINGVM. M. P. XXVIII.
PARENTIVM. M. P. XVIII.
POLAM. M. P. XXXI.
TRA-

memorabilem describit: septemque fluviatilis aquæ fontes, mare statim irrumpentes, lato & profundo fluvio: è quibus reliquos, uno duntaxat excepto, salsas habere aquas Polybium asserere: locumque ipsum maris fontem, *&* matrem *ab indigenis cognominari. Virgilius novem celebrat* ora, *unde* vasto cum murmure montis

It mare præruptum & pelago premit arva sonanti.

Huic rationi omnino adversus, & repugnans, Pomponius: Interfluit, *inquit*, Timavus, novem capitibus exsurgens, uno ostio emissus. *Plinius tamen* Ostia Timavi *appellat.* SVR.

FONTE TIMAVI.] *Ponte Timavi* est in Parisinis schedis, & Basileensi editione, & forte verius. Virgilius, quod Surita opinatus est, haud sane Melae Pomponio adversatur: ejus quippe *ora novem* eadem sunt atque hujus *capita novem*, sicuti L. Pignorius Orig. Patavin. C. 13. ostendit. WESS.

TERGESTE M. P. XII.] *Pomponio L.* 2. *C.* 4. Tergeste intimo in sinu Hadriae situm finit Illyricum. *Plinius Lib.* 3. *C.* 18. *ex pervulgatis libris*, Tergeste Coloniam XXIII. M. P. ab Aquileia distare *tradit: & hoc Itinerario* XXIIII. M. P. *distat: ut plane legendum in Plinio arbitrer* XXIIII: *vetusta certe exemplaria* XXXIII *præferunt. Strabo libro v.* Tergeste *castellum ab Aquileia* CLXXX. *stadia distare tradit.* SVR.

TERGESTE.] Non assentior doctissimo Suritae, numeros Plinianos augenti: si quid enim in Plinio peccati est, utique etiam in Strabone, cujus stadia CLXXX. rationibus Plinianis melius respondent, quam Itinerario. Meminit urbis præter alios Appianus parum honeste habitus Illyr. p. 9. Ἀκυληΐαν δ' ἐπέδραμον καὶ Τεργιτὸν, Ῥωμαίων ἄποικον ἐσκύλευσαν· vertit Candidus: *Aquileiam quoque excurrere & Torgium Roman. Coloniam deprædati sunt.* Tu mecum Τέργιστον refinge, quod & in Vaticano codice reperiri ex versione Steph. Gradii, quam suo Dalmatiae & Croatiae Regno adjunctam voluit J. Lucius, manifestum habemus. Urbis nomen recentior ætas paullatim mutavit, *Trigestum*, *Tregestum*, *Triestumque* formans. *Severus Episc. S. Ecclesiae Triestinae* actis Synodi Gradensis scribendo adfuit, estque indicio nomen, quo nunc est, satis antiquum videri. WESS.

NINGVM.] Vel *Mingum.* Hodie *Mugia.* SIML.

NINGVM.] Vatic. *Higum.* Alibi mihi obvium fuisse non succurrit: incidit autem distantia in oppidum, quod *Humago* vocant. WESS.

PARENTIVM M. P. XVIII.] *Regium* Parentium M. P. XVIIII. *Reliqua* Parentium M. P. XVIII. *Plinius lib.* 3. *C.* 19., Oppida Istriae civium Ro. Aegida, Parentium. *Ptolemaeo item juxta* Polam *in Istria* Παρέντιον. SVR.

PARENTIVM.] Urbis hujus præsul Gradensi concilio interfuit, neque infrequens ejus mentio est in Andreae Danduli Chron. L. V. C. 5. & VI. C. 9., ubi *Istriae civitatem* nuncupat, in qua & nominis vestigia servat. WESS.

POLAM M. P. XXXI.] *Strabo libro viii. usque ad* Polam *Istriae urbem sua ætate Imperatores Italiae terminos promovisse auctor est: qui ab intimo sinu stadiorum circiter octingentorum sint. Plinius Lib.* 3. *C.* 19. *in pervulgatis libris*, Parentium, Pola, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Colchis condita, abest à Tergeste, C. M. P. *sed in vetustis* Nesactium *oppidum à Tergeste, non* Polam C. M. P. *distare videtur.* SVR.

POLA.] Numeri Pliniani videntur corrupti & in L. M. P. mutandi. A Colchis conditam esse Callimachus noto Epigram. adfirmat:

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου χάσαντες ἐρετμά,
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
Ἄστυρον ἐκτίσαντο· τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε ΠΟΛΑΣ.

Qui postquam Illyrici tetigerunt litoris oras,
Serpentis flavæ qua lapis Harmonies,
Moenia fundarunt, Grajus quæ nomine possit
Exulum, at illorum sermo vocare POLAS.

Sic ea numeris adstringebam, non ignarus Cel. R. Bentleio ultimam secundi versus vocem pravam fuisse visam, atque in τάφιον commutandam, ut Callimachus per τάφιον λᾶα *lapidem*

TRAJECTVS SINVS LIBVRNICI JADER VSQVE STADIA. CCCCL.
BLANDONA. M. P. XX.
ARAVSA. M. P. XX.
PRAETORIO. M. P. XXX.
TRAGVRIO. M. P. XVI.
SALONAS. M. P. XIII.
AB AQVILEIA PER LIBVRNIAM SISCIAM M. P. CCXIII.
Sic.
FON-

pidem sepulchralem designaret: constat ea quidem ratione sententia, nec tamen vulgatis melior; præsertim cum fabulentur Harmoniam in serpentem lapideam abiisse, & in his locis durasse. Nonnus L. XLIV. Dionys. 117.

Ἁρμονίη καὶ Κάδμος ἀμειβομένοιο προσώπου
Λαϊνέην ἤμελλον ἔχειν ὀφιώδεα μορφήν.

& L. XLVI. 366.

——— ——— οἷς χρόνος ἕρπων
Ὤπασε πετρήεσσαν ἔχειν ὀφιώδεα μορφήν·

Verum in viam atque adeo ad Polam, cui Cusani MS. M. P. XXI. non recte addit. WESS.

JADER.] Nunc *Zara*. SIML.

JADER.] *Jaderam* alii appellant: Coloniam Augustus deduxisse videtur, unde *Parens Coloniae* in monumento, quod inibi superare Joan. Lucius L. I. Reg. Dalmat. C. 5. auctor est, dicitur:

IMP. CAES. D. F. AVG.
PARENS. COLONIAE. MVRVM
ET. TVRRIS. CIRCVMDEDIT.

Plinius Jaderam ab Salona Colonia abesse ait in Harduini editione L. III. C. 22. M. P. CXII. In aliis, ut vetere Parisiensi, M. P. CCXXXIX. In MS. Vaticano, cujus J. Lucius meminit, M. P. LXXXXII. Ex qua discordia pæne suspicer LXXXXIX. M. P. olim fuisse, consensisseque adeo Plinium Tabulæ atque Itinerario. WESS.

STADIA CCCCL.] *Omnia exemplaria in hunc stadiorum numerum trajectus sinus* Liburnici *consentiunt.* Stadiis *Græci, ac Latini auctores navigationum mensuras definiunt. Marcus Cicero unus nobis, ut illi Cato, sit pro centum millibus. Ad Tironem scribens Epist.* 2. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus citra Leucadem stadia CXX. *Ac post navigans Leucadem tenuit, atque inde Actium: Inde Corcyram navigavit:* Et à portu, *inquit, Epist.* 9. Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX. processimus. *Ea ratione in Itinerario maritimo Antonini navigationes* stadiis *peragi traduntur.* SVR.

STADIA.] Accedo Suritae. Sidonius Apollinaris L. II. Ep. 2. *Ipse autem secundum MENSVRAS, quas ferunt, NAVTICAS in decem & septem stadia procedit.* Vide ibi Savaronem. WESS.

BLANDONA.] Ptol. *Flavona*, vel potius *Blanona.* SIML.

BLANDONAM M. P. XX.] *Manuscripta & Longolianum* Blondona M. P. XX. *Ptolemaeo inter urbes* Liburniae *in* Illyrico Βλανώνα. *Præterea mihi in mentem venerat, eandem esse* Blandenonam, *apud Ciceronem ad Q. Fratrem. L.* 2. *Epist.* 15. A. D. IIII. Non. Jun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiae: deinde alteras postridie, datas Blandenonae: *ut Illyrico Q. Frater Caesaris Legatus, eo præesset tempore.* Illyricum *enim cum Galliis Caesar consulari imperio obtinuit: ac fieri posse arbitrabar, ut ex* Parentio, *Istriae oppido civium Romanorum, quod à* Blandenona LI. M. P. *aberat, librarii in* Placentiam *verterint: Neque me ab ea opinione divellere poterat vetustorum librorum consensus, in quibus etsi* Placentiae *legitur,* Blandenonae *tamen nomen retinent; sed plurimum Caroli Sigonii, & Dionysii Lambini auctoritati tribuendum video, qui apud Ciceronem pro* Blandenonae, Laude Nonis *legendum arbitrantur.* SVR.

BLANDONA.] Habet hoc situ XX M. P. ab Jadera Tabula *Sardona*, quæ *Scardona* est: parum abest, quin hanc nostram esse existimem.

FONTE TIMAVI.	M. P. XII.
AVESICA.	M. P. XII.
AD MALVM.	M. P. XVIIII.
AD TITVLOS.	M. P. XVII.
THARSATICO.	M. P. XVII.
AD TVRRES.	M. P. XX.
SENIA.	M. P. XX.

AVEN-

mem. De ea ſic Plinius L. III. C. 22. *Liburniae finis & initium Dalmatiae Scardona, in amne eo, XXII. M. P. a mari. Dein Tariotarum antiqua regio:* ubi omnino *Autariatarum* refingendum eſt; nam *Deottariotarum*, quod Dalecampius ex MSS. producit, & *Dein Aut Tariatarum*, ut in Vaticano Joan. Lucius L. I. Reg. Dalm. C. 2. reperit, id citra dubium faciunt. WESS.

ARAVSA.] Ptol. *Arauzona.* nunc *Suonigra.* SIML.

ARAVSAM M. P. XX.] *Ptolemaeo inter urbes Liburniae mediterraneas, in qua regione* Blanonam *conlocat,* Ἀραυζῶνα, *forte pro* Ἀραῦσα. SVR.

PRAETORIO.] In Iſtria circaque Praetoria fuiſſe plura Caſſiodorus Senator L. XII. Var. E. 22., ſcripta provincialibus Iſtriae, his verbis edocet. *Praetoria longe lateque lucentia, in margaritarum ſpeciem putes eſſe diſpoſita; ut hinc appareat, qualia fuerint illius provinciae majorum judicia, quam tantis fabricis conſtat ornatam.* WESS.

TRAGVRIVM M. P. XVI.] *Regium* Tragurio M. P. XV: & *Reliqua* XVI. *Plinius Lib.* 3. C. 22. *inter urbes Liburniae* Tragurium civium Romanorum, marmore notum, recenſet. Tragurium *inter nobiliores ejus ſinus inſulas Strabo commemorat: & Ptolemaeus inter eas, quae Dalmatiae adjacent, inſulam & urbem.* SVR.

TRAGVRIO.] Urbem hanc ab Attila fuiſſe occupatam And. Dandulus L. V. Chron. C. 5. prodit. Meminit ejus Polybius Leg. CXXIV. Τραγυρίειον vocat Imp. Conſtantinus De Adminiſt. Imp. C. 29., additque in inſula eſſe, quae anguſtiſſima cervice continenti cohaeret. Adde Sponium Itiner. tom. I. p. 71. WESS.

SISCIAM M. P. CCXIII.] *In Regio ſummae numerus deeſt. Blandinianum & Longolianum* M. P. CCXIIII. *Neapolitanum* CXIII. SVR.

AB AQVILEIA.] MSS. CCXIII. M. P. praeferunt: notat praeterea Pariſinus, *R. hic III. ſuperſunt.* WESS.

AVESICA.] Alias *Aneſica*; hodie, ut quidam volunt, *Scenaſechie.* SIML.

AVESICA.] Cuſani MSS. *A Veſica. Aneſica* Abr. Ortelius in Torrentii codice reperit. WESS.

AD MALVM M. P. XVIIII.] *Regium* XIIII. *Blandinianum & Longolianum* XVIIII. *Neapolitanum* XVIII. SVR.

AD MALVM.] M. P. XVIII. Cuſani & Vaticaane ſchedae. Vide de hac & ſuperiore Ph. Cluverium L. I. Ital. A. C. 20. WESS.

AD TITVLOS M. P. XVII.] *Regium* XII. *& reliqua* XVII.. SVR.

TARSATICO.] Hujus Ptolemaeus etiam meminit, atque, ut quidam volunt, *Arſia* eſt, Plinio dicta, finis Italiae. Nunc *S. Maria de Tranſiarch.* SIML.

THARSATICVM M. P. XVII.] *Regium* Tarratico M. P. XVII. *& reliqua* Tharſatico M. P. XVII. *Ptolemaeo in Illyridis ora maritima* Ταρσατικά. SVR.

TARSATICO.] Tabula *Tarſatica*, ut Ptolemaeus & Plinius. *Tarſaticam Liburniae civitatem* Annales Reuberi, Bertiniani & Pithoei An. IↃCCXCIX., *Tarſaricum* & *Tarſaricam* vitioſe Dandulus L. VII. Chron. C. 13. 15. appellat. Nunc *Terſatz* ſive *Fiume.* Rudera vetuſti operis, in hujus vicinia ſuperantis, deſcribit Comes Marſilius tom. II. Danubii Pannon. p. 75. WESS.

AD TVRRES.] Habet hanc & ſequentem in numeris concordans Tabula. De *turribus* diximus p. 135. WESS.

SENIAM M. P. XX.] *Regium* Senia M. P. XXIIII. *& reliqua* M. P. XX. *Ptolemaeo item inter easdem urbes* Σένια. SVR.

SENIA.] Neque eam Plinius praeteriit. Eſt in Theſ. p. CCCLXXII. 7. lapis, qui SENIAE

AVENDONE.	M. P. XVIII.
ARVPIO.	M. P. X.
BIBIVM.	M. P. X.
ROMVLA.	M. P. X.
QVADRATA.	M. P. XIIII.
AD FINES.	M. P. XIIII.
SISCIA.	M. P. XXI.

ITER AB AVGVSTA VINDELICVM VERONA. M. P. CCLXXII. Sic.

ABV-

& PLEB. SENIENSIVM meminit. Servat ejus vestigia *Segna*. WESS.

AVENDONE.] Alias *Vendum*. SIML.

AVENDONEM M. P. XVIII.] *Regium* M. P. VII. *& reliqua* XVIII. SVR.

AVENDONE.] Straboni L. VII. p. 314. Ὀυενδών, sive ut in MSS. est, Ὀυενδών: unde *A Vendone* hic scribendum & in Tabula, quæ eam XX. M. P. Senia disjungit, foret, ni Ἀουενδών) in Appiani Illyr. p. 9. vulgato quodammodo succurrerent. WESS.

AVRVPIO.] Vel *Arupium*. *Aursperg*. SIML.

ARVPIO.] Straboni Ἀρσπινών. Appiano Illyr. p. 9. Ἀυρσπινοὶ δέ, οἱ πλεῖστοι καὶ μαχιμώτατοι τῶνδε τῶν Ἰαπόδων εἰσὶν, ἐκ τῶν κωμῶν εἰς τὸ ἄστυ ἀναχίσαντο. *Aurupini, qui horum Japodum numero & fortitudine excellunt, ex vicis in urbem migrarunt.* Indicat urbem genti fuisse cognominem, quare Ἀρσπινοί præfero. WESS.

BIBIVM.] Vel *Bibilis* vel *Bilbilis*. *Billigraz*. SIML.

BIBIVM.] Sic omnes MSS. nostri. *Bibilin* Simleri nusquam offendi, nec bonam credo. Fuit hoc loco *bivium*, via sese secante in bina diverticula, quorum alterum in Dalmatiam, ut in Tabula, alterum in Pannoniam, quod hoc est, pergebat. Vide Tabulam, quæ licet *bivium* non habeat, verum me suspicari ostendet. WESS.

QVADRATA.] *Quadrania* vel *Quadrata*, ut supra in Itinere ab *Hemona Sirmium*. SIML.

QVADRATVM XIIII.] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Quadrata: *& in Neapolitano* Quadranta. *Sed cum supra eadem bis summo consensu* Quadratum *præferant, & exemplaria Notitiæ provinciarum eam obtineant dictionem*, Quadrati *nomen retinendum judico. Neque quemquam moverit, quod supra in itinere ab Aemona per Siscium Sirmium* Quadrata Siscium M. P. XXVIIII. *adsignentur, & hoc* XXXV. M. *numerentur: cum illud directo itinere, nullo in medio oppido relicto, confici videatur: & in hoc itinere ad mansionem, quæ* ad Fines *erat, deflexerit.* SVR.

VERONAM M. P. CCLXX.] *Regium* CCLXII: *& reliqua* CCLXXII. SVR.

ITER AB AVGVSTA.] Cusani MSS. & Lugdunense exemplar *A Baucia Vindelicum Verona*, pessime. WESS.

ABVZACO.] *Fussen*. SIML.

ABVZACVM M. P. XXXVI.] *Regium* Abuzam M. P. XXXVI. *Blandinianum & Longolianum* Abuzaco M. P. XXXVI. *Neapolitanum* Abuzato M. P. XXXVI. Abusiacum *oppidum esse Rhaetiae primæ perhibetur.* SVR.

ABVZACO.] Ptolemaeo Ἀβυδιακὸν, Tabulæ *Avodiaco*, quod discrimen ex solenni literarum D & Z permutatione natum est. Consentit Itinerario Vita S. Magni C. 28. *Invenerunt ambo sarcophagum optimum lapideum, a quodam duce antiquis temporibus nomine* Abuzaco *constructum, qui & ipsum castrum construxit, & a suo nomine similiter* Abuzacum *vocavit.* Est & *Vinum de Apozaco* ex Donatione Dagoberti in Chron. Augustano Part. II. C. 1. Nunc *Fussen* esse viris doctis convenit. WESS.

PARTHANVM M. P. XXX.] *Nunc* Bartenkirch *in Vindelicis esse traditur.* SVR.

VELDIDENAM M. P. XXX.] *Deest hæc mansio in exemplari Regio. Supra* Parthano Veldidenam M. P. XXIII. *adsignantur & hoc itinere* XXX: *tanta est itinerum diversitas.* SVR.

VELDIDENA.] Visi sunt numeri ab Augusta ad hanc usque urbem Lambecio L. II. Bib. Caesar. p. 719. pravi ob milliarium lapidem, qui ante Praemonstratensium monasterium *Wilden*, ubi olim Veldidena, superat, & Imp. Septimium Severum VIAS. ET. PONTES. REST. AB. AVG. MIL. PAS. CX. docet apud Pighium

ABVZACO.	M. P. XXXVI.
PARTHANO.	M. P. XXX.
VELDIDENA.	M. P. XXX.
VIPITENO.	M. P. XXXVI.
SVBLAVIONE.	M. P. XXXII.
ENDIDAE.	M. P. XXIIII.
TRIDENTO.	M. P. XXIIII.
AD PALATIVM.	M. P. XXIIII.
VERONA.	M. P. XXXVI.

ITER

Pighium Herc. Prodic. p. 168. atque huic ego accederem, modo certum esset, lapidem eo situ semper fuisse. WESS.

VIPITENO.] *Stertzingen* vel *am Lug*, vicus juxta Pirenaeum montem, *den Brenner.* SIML.

VIPITENO.] Cusani MSS. *Vipeteno*, Tab. *Vepiteno.* De situ cum Simlero nihil litis est Ph. Cluverio. WESS.

SVBLAVIONE.] *Brixen.* SIML.

SVBLAVIONE.] Sic etiam Tabula, quamquam XXXV. M. P. apponens. Recte vero Ph. Cluverius L. I. Ital. A. p. 122. *sub Savione* scriptum primitus fuisse opinatur: atque hoc postulat *Ingenuinus de Sabione* toties Paullo Diacono, Andreae Dandulo & Landulpho Sagaci memoratus; in primis autem Diploma Conradi II., vulgatum in Metrop. Salisburgensi, quo Imp. se tradidisse testatur Brixinensi Ecclesiae *Comitatum quondam Welfoni commissum, ab eo scilicet termino, quo usque longissime porrigitur in valle Enana cum Clausa SVB SAVIONE.* Nunc *Säben* appellant, unde in Carm. de Episc. Sabionensibus, publicato a Mabillonio Analect. p. 347. Nov. Ed.

Haec sedes vallis Noricanae dicta Sebana,
Ingenuinus habens primo quam rexerat almus.

Plura vide in Commentario Historico de Ingenuino ad V. Januar. magni operis Sanctorum. WESS.

ENDIDE.] *Endideum*, *Innye.* Germanis *Nümarkt.* SIML.

ENDIDAS M. P. XXIIII.] *Adponimus, quod in Regio recto casu* Endidae *legatur. In reliquis* Endide M. P. XXIIII. SVR

ENDIDAE.] Plerique MSS. *Endide*; tamen *Endidei* Lugduni vulgarunt. Distantia ut circa *Bolzanum* fuisse credamus facit. WESS.

TRIDENTO.] *Trient.* SIML.

TRIDENTVM M. P. XXIIII.] *Strabo*, Lepontios, & Tridentinos, & Stonos, *qui Italiam tenerent, superioribus annis latrocinari memorat. Plinius L. 3. C. 16. ab iis* Tridentinas Alpes *cognominat, Rhaeticumque oppidum appellat. Ptolemaeus* Cenomanis *attribuit. Ammianus libro XVI. C. 10. de Constantio*, Tricesimo postquam ingressus est die, IIII. K. Jun. ab urbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum festinavit. SVR.

AD PALATIVM.] *Palazo*, vicus dirutus. SIML.

AD PALATIVM M. P. XXIIII.] *Dion libro liii. p. 480. inter honores Augusto decretos, perhibet, ut ante ipsius domum* in Palatio *lauri statuerentur. Nam Imperatoris aedes* Palatium *cognominabantur: non quod ita constitutum decreto esset, sed quod in* Palatio *Caesar habitaret: ibique praetorium ejus sisteretur: & multum splendoris domus ejus ab eo monte acciperet, propterea quod in eo quondam Romulus inhabitasset. Nam etsi alibi Imperator domicilium suum conlocaret, tamen id quoque* Palatii *nomen obtinuit. Inde Mediolani, Ravennae & Aquileiae, atque aliis in locis, Caesarum domus* Palatia *cognominabantur: & Claudianus Poeta de consulatu* VI. *Honorii* ℣. 409., *conquerens Romae urbis nomine, quod Honorius Ravennae diu commoraretur, inquit:*

Cur mea quæ cunctis tribuere palatia nomen,
Neglecto squalent senio. ——

SVR.

VERONA.] *Dieterichs Bern.* SIML.

ITER AB AQVILEIA LAVRIACO.	M. P. CCLXXII. Sic.
VIAM BELOIO.	M. P. XXX.
LARICE	M. P. XXIIII.
SANTICO.	M. P. XXVII.
VIRVNO.	M. P. XXX.
CANDALICAS.	M. P. XX.
MONATE.	M. P. XXX.
SABATINCA.	M. P. XVIII.
GABROMAGO.	M. P. XXX.

TV-

VIAM BELOIO.] Forte *Belunum.* SIML.

VIAM BELOIO M. P. XXX.] *Regium* Viam Bellono M. P. XXX. *Blandinianum & Longolianum* Beloio, *Neapolitanum* Viam Boloro M. P. XXX. *Suspicor* Viam Beluno *esse legendum, quod Plinius lib. 3. C. 19. juxta Opitergium,* Belunum *inter Venetorum oppida; & Ptolemaeus in Venetiae regionis mediterraneis* Βελλήνον *conlocet. Laurentii* Belunensis *Episcopi Paulus Diaconus meminit libro de gestis Longobardorum III. Cap. 27.* SVR.

VIAM BELOIO.] Quid hoc sit non expedio. Regii quidem libri *BELLONO* haud multum a *Beluno* abest; nec situs tamen feret, ut hoc sit. Fuit enim *Belunum* supra Feltriam qua Tridentum pergitur. Est apud Jornandem Rer. Get. C. 42., quod prima fronte huc pertinere diceres: *Nam Leo papa per se ad eam accedit in Acroventu Mambolejo:* nam *Mambolejo* & *Viam Beloio* pæne vicina sunt: si vero animum intenderis, aliud esse agnosces; quippe in Venetum finibus, *ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur,* ut Jornandes ait: & tanto quidem magis, quod optimæ notæ Ambrosianus MS. *in agro Venetum Ambulejo* præferat. WESS.

LARICEM M. P. XXIIII.] *Regium* Lacire M. P. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* Larice M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Larico M. P. XXIIII. SVR.

LARICE.] Ab arbore cognomine mansio dicta est. Habet Vitruvius L. II. Architect. C. 9. circa Alpes *Castellum Larignum,* ab eadem arbore nuncupatum, quod tamen hic fuisse non dixerim. *Larix Alpibus est propria arbor, abieti, pino & piceæ affinis, cortice quam pinea asperiore, frondibus pinguioribus, mollioribus & magis densis, quas tamen autumno amittit, proceritate cognatas arbores aquans, sæpe etiam superans,* sic Josias Simlerus in Comment. de Alpibus p. 127., ubi & Plinii aliorumque veterum de arbore ea opiniones examinat. Cluverius *Laricem* nostram Germanis *Lorch* ejusdem arboris patrio nomine appellari monet. WESS.

SANCTICVM M. P. XXVII.] *Regium* Sanctico M. P. XXIIII. *Reliqua* Sanctico M. P. XXVII: *Ptolemaeo in Noricis* Σιαντικόν. SVR.

SANCTICO.] Vestigia nominis in *Sanek* ad *Sanam* amnem durant. WESS.

VIRVNO.] *Brunek.* SIML.

VIRVNDVM M. P. XXX.] *Regium* Virundo M. P. XXX. *& reliqua* Viruno M. P. XXX. *Plinius lib. 3. C. 24.* In Norico Rhaetis junguntur Norici Oppida eorum Virunum *&c. Ptolemaeus in Norico* Οὐιρούνον. *Suidas, de* Virunio *Norici urbe, nomen à viro uno deducit.* SVR.

VIRVNO.] Colonia fuit a Claudio Imp. deducta: Hinc Thesauri p. IↃLXIX. 7. NAT. NORICVS. COL. C. VIRVNO., quod de *COLONIA CLAVDIA VIRVNO* explicandum esse, ex lapidibus, quos Fabrettus Inscript. C. II. 244. 245. exscripsit, manifestum habemus. Nunc, si Ph. Cluverio fidimus, *Volmark* Carinthiae oppidum in ejus veteri sede est. WESS.

CANDALICAS.] Vel *Candilacas.* Liber Notitiæ *Canabica.* Vetus inscriptio *CONDOLLICA.* hodie ad *S. Vitum* nominatur. SIML.

CANDALICAS M. P. XX.] *Habent Regium exemplar & Neapolitanum. Blandinianum* Candolicas M. P. XX. *& Longolianum itidem: sed hoc* Candalicas *corrigit.* SVR.

CANDALICAS.] *Candilacas* margo libri Fabriciani. Quæ de *Canabica* Notitiæ Simlerus opinatur, incerta sunt. *CONDOLLICAM* in veterum monumentis nondum vidi. WESS.

MONA-

TVTATIONE. M. P. XX.
OVILABIS. M. P. XX.
LAVRIACO. M. P. XXVI.
A BRIGANTIA PER LACVM MEDIOLANVM VSQVE. M. P. CXXXVIII. Sic.
CVRIA. M. P. L.
TINNETIONE. M. P. XX.
MVRO. M. P. XV.
SVMMO LACV. M. P. XX.
CO-

MONATE M. P. XXX.] *Placet vetuſtiſſimi Regii exemplaris lectionem retinere, in quo hæc præfertur: cum reliqua* Montana *exponant.* SVR.

MONATE.] *Montana* MSS. excerpta, quibus utimur: ea ſi vera eſt ſcriptura, a ſitu manſio nomen invenit. WESS.

SABATINCAM M. P. XVIII.] *Habent manuſcripta auferendi caſu. Longolianum* Sabatinca M. P. XVIII. SVR.

SABATINCA.] Hanc Ph. Cluverius reperiſſe ſibi viſus eſt in vico obſcuri nominis *Sunebendkirch.* WESS.

GABROMAGVM M. P. XXX.] *Regium* Gabromago M. P. XXX. *& reliqua* Gabrumago M. P. XXX. SVR.

GABROMAGO.] *Gabrumago* Vaticanus cum priſcis editionibus. Regio libro Tabula conſentit. WESS.

TVTATIONEM M. P. XX.] *Hæc manſio in Regio deeſt exemplari: quæ præfertur in reliquis.* SVR.

TVTATIONE.] Tabula *Tutaſtione*, in M. P. fere concordans. De hoc & qui præceſſit loco nihil temere finivero, utpote temporum multa injuria obſcurato. Vide tamen Ph. Cluverium Vindel. p. 30. WESS.

LAVRIACVM M. P. XXVI.] *Regium* XXVII. *& reliqua* XXVI. *qui verior adparet numerus: nam ſupra pagina* CCXXXV. Lauriaco Ovilabim M. P. XXVI. *conſtituuntur.* SVR.

MEDIOLANVM VSQVE CXXXVIII.] *in Regio & Neapolitano, in quibus ſummæ numerorum ratio conſtat. Blandinianum* M. P. CXXXVIIII. *Longolianum* CXXXVIIII. *& CXXXVIII. corrigit.* SVR.

CVRIA.] *Chur.* SIML.

CVRIAM M. P. XXXXX.] *Id oppidum Paulus Diaconus, libro ſexto de geſtis Longobardorum C.* 21. Coriam *videtur cognominare, & Rhetorum civitatem appellat. Notum id oppidum eſt, ſupra quod* Inalpini Rhaeti, *quos* Griſones *nuncupant, imminent.* SVR.

CVRIA.] *Coriam* Nalgodus quoque in S. Majoli Vita C. 2. vocat: *Aliquando Romam devotione ſolita proficiſcens, tranſitis Alpibus, CORIAM civitatem ingreditur.* Tabula *Curia.* Ceterum *inter omnes ſcriptores antiquos nullum eſſe, qui Curiae mentionem fecerit, præter unum Antoninum* Aegid. Schudius in Rhaet. Alpinae Deſcript. C. 15. p. 51. adfirmat. WESS.

TINNETIONE.] *Tinzen.* SIML.

TINNETIONE.] Rhaeticum nomen *Tinnezon* veteri melius quam Germanum *Tinzen* reſpondet. Vide eundem Aeg. Schudium Rhaet. Alp. Deſcript. C. 29. WESS.

MVRO.] *Caſtelmur in Bergell.* SIML.

MVRO.] Eſt oppidum *Mur* in Praegalliae valle, prope quod ruinæ arcis apparent, a qua nobilis & clara *Caſtro murorum* familia nomen habet, Schudio & Simlero Comment. de Alpibus p. 104. auctoribus. WESS.

SVMMO LACO.] *La riva. Ze oberſte am Chumer See.* SIML.

SVMMO LACO.] Sic veteres libri ex conſuetudine Latinitatis infimæ, cujus apud Gregor. Turonenſem & ſimilis farinæ ſcriptores plura ſunt indicia: imo in Ligoriano lapide apud Gudium p LXXXIV. 3. MAGISTER VICI LACI TECTI RESTITVTI memoratur, qui ſi bonæ fidei eſt, quid fiet P. Victore, *Vicum Laci tecti* in Regione urbis XII. & *Vicum Laci reſtituti* in Regione XIV. ponente? ſed hæc alius ſunt loci; hanc manſionem *Vicum Summolacanum* appellant acta S. Fidelis & ſociorum, ut L. Holſteinius me docuit. Forte & CIVIS SVMMOLOCENENSIS ex Claſ. VIII. 55. Inſcriptionum Th. Reineſii huc eſt referendus, ſed male habitus. WESS.

COMO.	M. P. XV.
MEDIOLANO.	M. P. XVIII.
ALIO ITINERE A BRIGANTIA COMVM	M.P. CXCV. Sic.
CVRIA.	M. P. L.
TARVESEDE.	M. P. LX.
CLAVENNA.	M. P. XV.
AD LACVM COMACENVM.	M. P. X.

PER

COMO.] *Chum.* Siml.

COMO.] Labente Latinitate hoc casu ac si alium haberet nullum efferebant. Cassiodorus Senator L. XI. Var. Ep. 4. *Dum multis itineribus Como civitas expetatur.* Et dein: *merito ergo Como nomen accepit, quæ tantis lætatur compta muneribus.* Sub Longobardis & Germanis *Cumarum Cumaeque* nomine appellabatur: hinc auctor Vitae S. Abundii C. 1., ut ab ejusdem nominis urbe distingueretur, *Divina*, inquit, *gratia providente transfretavit, Cumamque adiit, non Sibyllini aut marini litoris, sed quam vicinia grati & piscosi lacus inundat & amœnat.* Vide & Muratorium Ant. Estens. Part. I. C. 25. Wess.

MEDIOLANO.] *Meyland.* In his duobus itineribus numeri diversi sunt, quibus longitudo lacus Larii, quem *Comacenum* vocat, indicatur. Uno enim loco XV., altero XL. M. P. ponit. Schudius in suo exemplari utrobique XXXV. M. P. posuit. Siml.

MEDIOLANO.] M. P. XVIII. justo sunt minora. Tabula XXXV. M. P. addit, quæ spatium nimis adaugent. Videtur denarii nota hic periisse. Mabillonius Itin. Ital. p. 215. XXV. M. P. ait Mediolano abesse. Wess.

TARVESDE.] *Splügen.* Siml.

TARVESEDE M. P. LX.] *Habent manuscripta, & Longolianum.* Svr.

TARVESDE.] Tabula *Tarvessedo*, pari fere distantia. Quo situ fuerit, non convenit rerum Rhaeticarum peritis. Aeg. Schudius, *villam, quæ S. Jacobus* dicitur in Rhaet. Alpin. Descript. C. 30., *Spelugam* sive *Splügen* plerique alii esse arbitrantur: Quia tamen Speluga a Curia Rhaetorum M. P. XXXVI. a Clavenna autem M. P. XXXVII. semota est, ut Simlerus Comment. de Alpibus p. 104. intervallum dimetitur, verior fortasse erit Ant. Guleri & Ph. Cluverii sententia, *Madesen* ejus sedem occupare. Consule Joan. Jac. Scheuchzerum Hist. Nat. Helvet. Part. I. p. 215. Wess.

CLAVENA.] *Claesen.* Siml.

CLAVENNA.] Tabula M. P. XX. addit: Est hujus mentio in Paulli Diaconi L. VI. Gest. Longob. C. 21. *Quo comperto Ansprandus fugit Clavennam.* In situ Clavennae figendo Simlero Schudius adsentitur Rhaet. Alpin. Descript. C. 30. Wess.

AD LACVM COMACENVM M. P. X.] *Regium* Ad Lacum Comanicum M. P. X. *Reliqua* ad lacum Comacenum. *Hoc cognomento* Lacum Larium *appellari, à* Como *oppido, quemadmodum hodie mos est, mirum videtur. Præterea à* Como Comense *ducitur à Plinio L. 2. C. 103.* In Comensi, *inquit*, juxta Larium Lacum fons largus, horis singulis semper intumescit ac residet: *& ipse à Tranquillo*, Novocomensis *appellatur, in vita, si modo Suetonii ea est.* Svr.

LACVM COMACENVM.] In Regio MS. *Comanicum* loco *Comacinum* videtur scriptum. Ex Como *Comacinum* & *Comacenum* formabant, ac si rectum *Comacum* esset, ut pulchre observavit præstantissimus Th. Reinesius Epist. ad Daumium XXX. *Insula Comacina* est apud Paullum Warnefridi L. VI. Hist. Longob. C. 21. *Rupes Comacinas*, quæ lacui Lario imminebant, habes in Ambrosii Epist. LV.; nam Joan. Fred. Gronovius in *Comagenas* Observ. in Eccl. script. C. 25. mutans, audiendus non est. *Magistri Comacini*, sive fabri cæmentarii, & *Comacinorum* mentio est in L. 144. & 145. regis Rotharis, quæ Goldasti editionis IX. & X. est L. I. C. 9. *Portam* urbis Mediolanensis *Comacinam* in Reb. Laudens. O. Morena memorat. Wess.

COMVM VSQVE M. P. LX.] Firmat hos numeros Cato apud Servium Georg. II. 159. *Larius est lacus vicinus Alpibus, qui juxta Catonem in Originibus per sexaginta extenditur millia.* Nunc quidem paullo ejus est spatium amplius, quod partim fluctibus ripas alludentibus atque absorbentibus, partim etiam M. P., quibus veteres metiebantur, nostris aliquanto minoribus tribuendum est. Vide quoque Ph. Clu-

PER LACVM COMVM VSQVE. M. P. LX.
ITER AB AQVILEIA PER COMPENDIVM VELDIDENA. M. P. CCXV. Sic.

AD TRICENSIMVM. M. P. XXX.
JVLIA CARNICO. M. P. XXX.
LONCIO. M. P. XXII.
AGVNTO. M. P. XVIII.

LIT-

Cluverium L. I. Ital. A. p. 411. WESS.

AD TRICENSIMVM] *Legitur in Regio, uti supra* Ad Vicensimum. *In reliquis* ad Triceſimum. SVR.

AD TRICENSIMVM.] In obſoletis ſchedis & lapidibus literatis ſæpe ita reperies, ut Theſ. p. IↃCCCV. 8. CONIVGI. PIISSIM. OPTIME. DE. SE. MERITAE. QVAE. ANNVM. TRICENSIM. AGENS. DECESSIT. Locus veteris nominis veſtigia ſervat. WESS.

JVLIVM CARNICVM.] *Zuglio.* SIML.

JVLIAM CARNICO M. P. XXX.] *In Reg. exemplari deeſt hæc manſio. In reliquis* Julia Carnico *legitur, manſione mihi penitus ignota: niſi* Forum Julium *in* Carnorum *mediterraneis celebre oppidum ſit: & Julium* Carnicum *legas. Nam è* Carnis *gentile nomen* Carnicum *deduci, Plinius, non minus inſignis artis Grammaticae, quam naturæ magiſter, nos docere poteſt.* Sanè, *inquit*, ex Alpibus Carnicis placidior. *Hic ipſe auctor* Julienſes Carnorum *recenſet. L. 3. C. 19.* SVR.

JVLIA CARNICO.] Sic MSS. Ptolemaeo Ἰούλιον Καρνικὸν. Surita non bene *Forum Julium & Julium Carnicum* permiſcet: diverſa fuiſſe oppida teſtis Plinius eſt, qui memoratis *Julienſibus Carnorum* ſubjungit *Foro Julienſes:* idem perſpicue Paullus Diaconus L. VI. Hiſt. Longob. C. 51. manifeſtat: *Adveniens anteriore*, inquit, *tempore Fidentius Epiſcopus de Caſtro Julienſi cum voluntate ſuperiorum Ducum intra Foro Juliani Caſtri muros habitavit.* Caſtrum Julienſe illi Julium Carnicum eſt, cujus Epiſcopus *Julienſis* dici adſuevit: *Maxentius* enim *Sanctae Eccleſiae Julienſis* Synodo Gradenſi ſcribendo adfuit. Pugnat quidem Palladius L. I. Rer. Foro Jul. ut vincat Julienſem & Foro Julienſem eſſe eundem, ſed fruſtra: Nam Paullus Warnefridi, Foro Julio ortus, aliud docet, & Julio Carnico everſo Epiſcopum Forum Julium commigraſſe oſtendit. Atque hoc meritiſſimo urſit H. Noriſius Diſſert. Hiſt. de Synodo V. C. 4., recte præterea monens, *Forum Julium* non eſſe *Utinum*, quod eidem Palladio L. IV. Rer. Foro Jul. fuerat viſum, ſed *Cividal di Friuli* ad Natiſonem amnem. Adi etiam Monumenta Vet. Antii p. 378. Phil. a Torre. WESS.

LONCIO.] Liber Notitiae *Lencia. Luntz.* SIML.

LONCIVM M. P. XXII.] *In Regio* Longo M. P. XXII. *Blandinianum* Loncio M. P. XII. *& item Longolianum: ſed in hoc* XXI. *corrigitur. In Neapolitano* Loncio M. P. XXII. SVR.

LONCIO.] Fuit haud multum a Dravi fontibus. *Lencia* Notitiæ, quam Simlerus arceſſivit, omnium fere conſenſu *Lintz* eſt, nobile Auſtriae ſuperioris oppidum: ut adeo *Loncium* & *Lencia* ſono parum differant, ſitu plurimum. WESS.

AGVNTVM M. P. XVIII.] *Regium & Blandinianum* Agunto M. P. XVIII. *Neapolitanum* M. P. XVII. *Longolianum* M. P. XVIII. *&* XVII. *corrigitur. Plinio L. 3. C. 24. inter* Noricorum *oppida recenſetur* Aguntum: *& Ptolemaeo item in* Norico Ἄγυντον. SVR.

AGVNTO.] Colli impoſita urbs fuit. Fortunatus L. IV. de S. Martino.

Per Dravum itur iter, qua ſe caſtella ſupinant,
Heic montana ſedens in colle ſuperbit Aguntus.

Aventinus L. II. Ann. Boicor. p. 62. lapidem Agunti repertum inſeruit, cui inerat: C. TREBONIVS. IIVIR. ET. PRAEF. I. D. CIVITATIS. AGOVNT., quem ſi bene exſcriptum liqueret, diceres *Agountum* verum urbis nomen videri. Fuiſſe creditur, ubi *Innichen* conſpicitur in Tirolenſi Comitatu oppidulum. Conſule Th. Reineſium Cl. I. Inſcript. 14. WESS.

LIT-

LITTAMO.	M. P. XXIII.
SEBATO.	M. P. XXIII.
VIPITENO.	M. P. XXXIII.
VELDIDENA.	M. P. XXXVI.
AB OPITERGIO TRIDENTO.	M. P. CX. Sic.
AD CEPASIAS.	M. P. XXVIII.
FELTRIA.	M. P. XXVIII.
AVSVGO.	M. P. XXX.

TRI-

LITTAMVM M. P. XXIII.] *In Regio & Blandiniano auferendi casu legitur. Neapolitano* Littamo M. P. XXIIII. *Longoliano* M. P. XXIII. & XXIIII. *corrigitur.* SVR.

LITTAMO.] Ph. Cluverius L. I. Ital. A. p. 123. *Lutach* ejus locum insidere censet; quod autem addit LITIACVM vel LITACVM verum urbis vocabulum esse, id unde probaturus sit, non video: neque enim recentius nomen justam veteris mutandi caussam præbet. WESS.

SEBATO.] Vel *Sabatinca.* Nominatur etiam *Sabiona* in Vita S. Ingenuini, Brixenum quondam caput & Episcopi sedes, sicuti & *Sublavio:* hodie *Brixen* nominatur. & ad *Sublavionis* differentiam *Brixina* minor dicitur. SIML.

SEBATO.] *Sabatinca* haud sane bene a Simlero cum *Sebato* componitur, quippe longius hinc remota: de *Sabione* deinde viderimus. Wolfg. Lazius, quem Lambecius L. II. Bib. Caesar. p. 692. sequitur, ex *Sebato Suatium* sive *Schwatz,* vicum in valle Aenana, metallis celebrem & egregie descriptum a Pighio Hercul. Prodic. p. 149. facit: at huic itineris ordo adversus est. Quod si enim Vipitenum sit *Stertzingen* ad Utium amnem, *Littamum* vero *Lutach,* apparet intempestive & prorsus perverse *Suatium* inter ea interponi. Vidit hæc vir multo doctissimus Th. Reinesius L. II. Var. Lect. C. 16., urgetque *Sebatum,* seu uti refingendum existimat, *Sebanum,* esse Sabionem *Saben,* sede Episcopi olim nobilem. Quæ opinio, quin, si non vera, vero certe affinis sit, dubium esse nequit. Habuimus enim *Sublavione,* sive ut scribi oportebat, *Sub Savione* supra hoc situ. Vidimus etiam *Sebanum* nihil discrepare a *Savione:* id solum obstare videtur, quod *Sebatum* MSS. constanter edant, & *Sebani* nomen Itinerario sit recentius, ex *Sabione* paullatim formatum. WESS.

VIPITENVM M. P. XXXIII.] *In Regio* M. P. XXXIIII. *& in reliquis* M. P. XXXIII. SVR.

VELDIDENAM M. P. XXXVI.] *In Regio* XXVI. *& reliquis* XXXVI. SVR.

AB OPITERGIO TRIDENTVM M. P. CX.] *In Regio* Ab Opitergio Tridento M. P. CVIII. *In Blandiniano & Longoliano duo hæc verba* ab Opitergio *desunt, & Longolianum* Vterzo *tantum corrigit, ac* Tridento M. P. CX. *præferunt: quo numero recte summa conficitur.* SVR.

AB OPITERGIO.] Simlerus Basileae, A EVRGIO TRIDENTO. M. P. CX. publicavit, secutus, puto, quamquam tacet, scriptos libros. Nostri contra eunt: namque schedæ Cusani *Ab Utergio,* Vaticanae *Ab Ubitergio,* quomodo Fredegarius in Chronico: margo Fabriciani exemplaris *Ab Opitergio.* Situm urbis signavit Paullus Diaconus L. IV. Hist. Longob. C. 47. *Opitergium quoque civitatem inter Tarvisium & Foro Julii positam pari modo expugnavit.* WESS.

AD CEPASIAS M. P. XXVIII.] *In Regio,* Ad Cerasias M. P. XXXIIII. *In reliquis* ad Cepasias M. P. XXVIII. SVR.

AD CEPASIAS.] Ph. Cluverius *Plasburg* in Plavis ripa esse docet, & *ad Ceplasias* corrigit, quod factum nollem. Videtur à CEPASIIS, quo nomine noti ex Cicerone fratres sunt, dicta mansio. WESS.

FELTRIAM M. P. XXVIII.] *Urbs Caesaris carmine, ut Pe. Bembus in historia auctor esse voluit, non nota tantum, sed etiam* nimio rigore damnata. *Fontei* Feltrini *Episcopi Paulus Diaconus libro de gestis Longobardorum* III. *meminit.* SVR.

FELTRIA.] Ita literati quoque lapides. Est tamen in Diar. Ital. C. 26. Montfauconii MAGIVS STATVTVS FELTRIS. WESS.

AV-

TRIDENTO.	M. P. XXIIII.
ITER AB AQVILEIA BONONIAM.	M. P. CCXVI. Sic.
CONCORDIA.	M. P. XXXI.
ALTINO.	M. P. XXXI.
PATAVIS.	M. P. XXXII.
ATESTE.	M. P. XXV.
ANNEIANO.	M. P. XX.
VICO VARIANO.	M. P. XVIII.
VICO SERNINO.	M. P. XX.

MV-

AVSVGVM M. P. XXX.] *In Regio* Ausuco M. P. XXX. *& in reliquis* Ausugo. SVR.

AVSVGO.] Refert huc probabili conjectura Ph. Cluverius *Alsucam* Paulli Warnefridi L. III. Rer. Longob. C. 30. Tamen si citra omne dubium fuerit inscriptio ex Ligorii schedis petita a Gudio p. IX. I., vulgatum non erit sollicitandum:

IOVI. OPTIMO. MAXIMO
SACRVM
L. VIBIVS. L. F. PVB. SABI
NVS. VI. VIR. AVGVSTAL.
PATRONVS AVSVGANEI
H. V.

Videntur enim *AVSVGANEI* ab *Ausugo* formati: nunc *Alsiaga* dicitur. WESS.

CONCORDIAM M. P. XXXI.] *Regium* XXXV. *reliqua vero* XXXI. SVR.

CONCORDIA.] Totidem M. P. & supra adposuit. Inscripti lapides *IVLIAM CONCORDIAM* vocant, qua de accurate disputantem Ph. a Torre Monum. Vet. Antii p. 344. adi. Hoc vero prætereundum non est, Auctorem Chronici Ferrarienses, provulgati tom. VIII. Script. Ital. p. 474. exscripsisse hoc iter. *Ex iis*, inquit, *scriptus & confectus est Codex, qui Itinerarium appellatur, quem perlegi non semel. In ultima parte ejus operis inveni rubricam de spatio & dimensione facta ab Aquilegia usque Bononiam, quæ sic stabat, ut vidi: Ab Aquilegia usque Bononiam sunt CCXV. millia passuum. Ab Aquilegia Concordiam M. P. XXXI.* &c. Jam quod *in ultima parte* Itinerarii hæc sese reperisse dicit, id mihi certo videtur esse argumento, aut codicem eum decurtatum, aut ordinem itinerum fuisse perturbatum. WESS.

ALTINVM M. P. XXXI.] *In Regio deest hæc mansio: & reliqua* Altino M. P. XXXI. SVR.

ALTINO.] Tabula M. P. XXX. addit. *Altinum* Chron. Ferrariense, quod ab Attila eversum ruinas & nominis vestigia ad Silis ostium ostendere Pignorius Origin. Patav. C. 13. docet. WESS.

PATAVIVM M. P. XXXII.] *Regium* Patavis M. P. XXII. *& reliqua* M. P. XXXII. *Supra pag.* CXXVIII. Patavio Altinum M. P. XXXIII. *constituuntur.* SVR.

PATAVIS.] Ita magno consensu MSS., quem spernere non libuit, pro *Pataviis*, ut infra *Pistoris*, pro *Pistoriis*, ubi vide. WESS.

ATESTE.] Auctor Chronici Ferrar. *Ad Estum* M. P. XV., & mox *Ab Este*, vocabulo ad recentiorem pronuntiationem inflexo. *Adestum* Ravennas quoque L. IV. C. 31. WESS.

ANEIACO.] Vel *Avetiano*. hodie *Mont Agnano*. SIML.

ANNEIANVM M. P. XX.] *Regium* Anneiano M. P. XX. *Blandinianum* Aneiano M. P. XX. *& infra* Anneiano. *Neapolitanum* Aneiano, *& infra* Antiano. *Longolianum* Anetiano: *& infra* Anneiano. SVR.

ANNEIANO.] MSS. nostri *Aneiano*. Chronicon Ferrar. *Mejanum*. De situ nulla lis est Ph. Cluverio cum Simlero. WESS.

VICVM VARIANVM M. P. XVIII.] *Regium & Blandinianum* Vico Variano M. P. XVIII. *Neapolitanum* M. P. XVII. *Longolianum* Vico Fervino M. P. XX. *& Servino corrigit.* SVR.

VICO VARIANO.] *Vicum Varianum* Auctor Chronici, qui a Ferraria V. M. P. semotum esse adfirmat. *Vigo*, haud procul oppido *Legnano*, ex Ph. Cluverii sententia erit. Cusani codex M. P. XVII. adponit. WESS.

VICO SERVINO.] Vel *Fervino*. SIML.

MVTINA.	M. P. XXIII.
BONONIA.	M. P. XVIII.
A VERONA BONONIA.	M. P. CV. Sic.
HOSTILIA.	M. P. XXX.
COLICARIA.	M. P. XXV.
MVTINA.	M. P. XXV.
BONONIA.	M. P. XXV.
A VERCELLIS LAVDE.	M. P. LXX. Sic.
LAVMELLO.	M. P. XXV.

TI-

VICO SERNINO.] Ita Vaticanae aliæque obſoletæ ſchedæ; margo tamen Fabriciani libri *Fernino*. Auctor Chron. Ferrar. *A Vico Variano Sermidum M. P. XX. A Sermido Mutinam M. P. XXIV.*, quæ verior fortaſſe ſcriptura eſt, niſi ſi Chronici ſcriptor ex *Sermone*, quod recentius *Vici* hujus nomen, *Sermidum* formaverit. Vide Ph. Cluverium L. I. Ital. A. p. 282. WESS.

MVTINAM M. P. XXIII.] *Regium* XIII. *& reliqua* XXIII. SVR.

MVTINA.] *Motina* Vaticanus & Cuſani MS., ſicuti rudibus ſeculis ſolebant. *Strata Motinenſis* pari ſono eſt apud Donizonem atque alios. WESS.

BONONIAM M. P. XVIII.] *Manuſcripta & Longolianum* M. P. XVIII. *cum conſequenti itinere in eisdem* à Mutina Bononiam M. P. XXV. *numerentur.* SVR.

BONONIA M. P. XVIII.] Vir doctus Fabricii exemplari *Forte XXV.* adſcripſit, & recte: nam variis itineribus hoc intervallo hæ urbes ſejunguntur ab Antonino & Tabula, nec diſſidet noſtri temporis intercapedo. Verum quidem eſt, obſervationibus egregiorum virorum Riccioli, Grimaldi & Caſſini paullo amplius ſpatium, quod urbes disjungeret, fuiſſe animadverſum, quo de Memoriae, quæ dicuntur, Academiae R. S. An. CIↃIↃCCII. p. 17. cujus differentiæ ea cauſſa fuit, quod intervallum non ab utriusque urbis porta, ſicuti Romani ſolebant, ſed ab eo Bononienſis Mutinenſisque urbis loco, ubi obſervationi intenti erant, fuerint permenſi, quemadmodum Delisle in iisdem Memoriis Anni CIↃIↃCCXXV. p. 56. obſervavit. WESS.

HOSTILIAM M. P. XXX.] *Hoſtilia Veronenſium visi Tacitus Hiſt. 3. C. 9. meminit.* Mox Caecinna inter Hoſtiliam vicum Veronenſium, & paludes Cercari fluminis (*ita enim in vetuſto legitur exemplari, non* Tartari) caſtra permuniit. *Et eodem libro C. 4.* Abrupto ponte Hoſtiliam rurſus, inde Cremonam pergunt: *Et item eodem libro*, quorum indicio noſcitur, VI. Vitellianas legiones, omnemque exercitum, qui Hoſtiliae egerat, eo ipſo die XXX. M. P. emenſum, comperta ſuorum clade, in prælium accingi, ac jam affore. *Hodie nomen ſervat.* SVR.

COLICARIAM M. P. XXV.] *In Regio* Colicaria M. P. XXV: *& in Blandiniano. Neapolit. vero* Colocaria M. P. XXX. *Longolianum* Colicaria M. P. XXX: *&* Colocaria *corrigitur: forte* Calcariam *legendum eſt: cujus nominis manſionis ad* Maſſiliam *ſit infra mentio.* SVR.

COLICARIA.] Hoc MSS. probant. Situm ejus Ph. Cluverius invenit in vico, medio Hoſtiliam inter & Mutinam, *Rocaglia.* WESS.

A VERCELLIS LAVDEM M. P. LXX.] *In Regio* M. P. LX. *& tamen numeri ejus manſionum* LXX. M. P. *ſummam conficiunt. In Blandiniano* M. P. LXX: *nec numeri, qui in eo exemplari præferuntur, ſummam eam conficiunt. Idem in Longoliano evenit. In Neapolitano* M. P. LX. SVR.

VERCELLIS.] LXX. M. P. plerique ſcripti libri apponunt. Vir doctus in Fabriciano exemplari LX. M. P ex conjectura reſinxit, quæ in ſua editione Simlerus expreſſit, & à Cuſani ſchedis legitima agnoſcuntur. *Vercellum* Guntherus Ligurini L. II. & ejusdem ætatis alii appellant. WESS.

LAVMELLVM M. P. XXV.] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Laumello M. P. XXV. *In Neapolitano deeſt hæc manſio. Ptolemaeus in Libycis, qui ſunt ſub* Inſubribus Vercellis, *Γαύμελλον adjungit, pro Λαύμελλον. Ammianus libro XV. C.*

TICINO.	M. P. XXII.
LAVDE.	M. P. XXIII.
A CREMONA BONONIA.	M. P. CXII. Sic.
BRIXELLO.	M. P. XXX.
REGIO.	M. P. XL.
MVTINA.	M. P. XXVII.
BONONIA.	M. P. XXV.
ITER A FAVENTIA LVCAM.	M. P CXX. Sic.
IN CASTELLO.	M. P. XXV.

AN-

xv. C. 8. Comitatu parvo ſuſcepto Cal. Dec. egreſſus eſt: deductusque ab Auguſto adusque locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interjacet, & Ticinum. SVR.

LAVMELLO.] Eadem M. P. in Tabula inſunt. *Lomellum maximum & antiquum caſtrum* dicitur Anonymo ſcriptori *de Laudibus Papiae* C. XII. *Laumellina* Morenae in Reb. Laudens. p. 813. Ed. Leibnitii. Nomen in noſtra tempora ſervat. WESS.

TICINO.] Hodie *Papia*, *Pavey*. Ponuntur a Laumello Papiam M. P. XXII. ab aliis XVII., idque rectius. SIML.

TICINO.] Numeris ratio conſtat, ut ex Tabula & hodierno intervallo apparet. De *Papiae* cognomine lis eſt. Sigonius, nam Anonymi de Laud. Papiae C. 21. ineptias tangere ſupervacaneum eſt, L. I. Reg. Ital. A. IↃXC. a Francorum duce *Papio* repetit, qui cum obſcuriſſimus ſit & cauſſa inditi nominis non appareat, malim a *Papia* tribu, in qua Ticinenſes cenſebantur, Longobardos eum titulum formaſſe cum Fontanino in Disquiſitione, qua de corpore S. Auguſtini, Ticini reperto, diſputavit, cenſere. Videtur quidem huic opinioni obſtare Serm. XXV. Auguſtini, quo *Papienſes Ravennatibus* & *Mediolanenſibus* junguntur. Verum ea Oratio Hipponenſium doctore eſt indigna, illique a plano quodam ſubjecta, ut dictionis barbaries argumento eſt. WESS.

LAVDE.] XIII. M. P. MSS. atque editi præferunt, quod verius eſt intervallum. Urbem Mediolanenſes circa A. CIↃCXI. everterunt: inſtaurari everſam juſſit Fridericus I., ſed paucorum millium a priſtina ſede diſtantia, qua de re J. Ant. Saxius ad Morenam p. 1009. Edit. Nov. WESS.

BRIXELLVM M. P. XXX.] *Regium* Brixello M. P. XXX. *& reliqua* Brixello M. P. XXX. *Sunt qui* Brixillum *ſcribendum cenſeant. In Plinii vetuſtis libris L.* 3. *Sect.* 20., Bruxillum *legitur. In Taciti item exemplari vetuſto, libro Hiſt.* 2. *C.* 39. Brixellum, *& Ptolemaeo in Gallia Togata* Βρίξελλον.. SVR.

BRIXELLO.] *Brixellus civitas ſuper Padi marginem ſita* Paullo L. III. Geſt. Longob. C. 18. *Brixillum oppidum* Sidonio L. I. Ep. 5. pariter ac Ambroſio Epiſt. 35. *Nempe*, inquit, *de Bononienſi veniens urbe a tergo Claternam, ipſam Bononiam, Mutinam, Regium derelinquebas: In dextra erat Brixillum; a fronte Placentia, veterem nobilitatem ipſo adhuc nomine ſonans.* Tum poſt pauca: *Tot igitur ſemirutarum urbium cadavera terrarumque ſub eodem adſpectu funera nomine te admonent:* quæ egregie nobis, qua fortuna conditioneque urbes hæ Ambroſii tempeſtate fuerint, ante oculos ponunt. Donizo L. I. Vit. Machtildis C. 3. *Birſellum* corrupte vocat. WESS.

MVTINAM M. P. XXVII.] *Regium* M. P. XVIII., *& à* Cremona Bononiam M. P. LXXXVIII. *Blandiniano* M. P. XXVI. *cum ſummam* M. P. XCII. *adponat, neque eam conficiat, uno dempto milliario: quare legendum adparet* M. P. XXVII. *quemadmodum in Neapolitano legitur, quo numero ſummæ ratio conſtat.* SVR.

MVTINA.] De M. P. nimis auctis vide ſupra p. 99. WESS.

LVCAM M. P. CXX.] *In Regio* M. P. CXV: *& tamen manſionum numeri ejus exemplaris ſummam* M. P. CXX. *conficiunt, & reliqua* M. P. CXX. *numeris manſionum inter ſe congruentibus.* SVR.

IN CASTELLO.] *Caſtellenſe municipium* Frontinus de Colon. p. 121. memorat, quod cum hoc *caſtello* componit Cl. Goeſius, haud

ANNEIANO.	M. P. XXV.
FLORENTIA.	M P. XX.
PISTORIS.	M. P. XXV.
LVCA.	M. P. XXV.
ITER A PARMA LVCAM.	M. P. C.

VIA CLODIA.

ITER A LVCA ROMAM PER CLODIAM. M. P. CCXXXVIII.

Sic.
PIS-

sane bene. In Piceno enim illud municipium fuit, ſicuti alias dictum eſt. WESS.

ANNEIANO.] Non patitur itineris ordo, ut idem hoc ſit atque illud, quod Itinere ab Aquileia Bononiam vidimus. Ph. Cluverius pravum arbitratus nolentibus libris obtrudit *In Apennino M. P. V.*, quod equidem ego improbavero: non diffitebor in numeris eſſe commiſſum: ut vero manſionis titulum innoves, cauſſa nulla eſt; neque enim inſolitum eſt, ut caſtella oppidaque eodem ſint nomine. Eum vide L. I. A. Ital. p. 291. WESS.

FLORENTIAM M. P. XX.] *In manuſcriptis, & Longoliano* Forentia M. P. XX: *ſed in Longoliano* Florentia *corrigitur. Tot vetuſtos auctores* Florentiae *urbis mentionem feciſſe videmus, ut mirum videri debeat, eam rem in dubitationem veniſſe. Ptolemaeo inter mediterraneas Tuſcorum urbes* Φλωρεντία. *Procopius praeterea de bello Gothorum libro iii. C. 5. & Suidas ejus mentionem fecere, & dubitationem omnem, vetuſſimum exemplar v. librorum Cornelii Taciti, à Philippo Beroaldo juniore in lucem editum, ſuſtulit: cujus libro primo*, C. 79. Auditaeque, *inquit*, municipiorum Coloniarumque legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis ſolito alveo demotus, in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret. *Agathias libro primo*, Florentiam & Centum cellas *parva Tuſciae oppida eſſe memorat. Vetuſti praeterea ipſi lapides teſtantur, quorum inſcriptiones* Petrus Victorius, *noſtrae aetatis vir doctiſſimus, & mihi ſumme carus, expoſuit.* SVR.

FLORENTIA.] *Forentia* Vaticanus & pauci alii, male. Vulgo eam a Gothis everſam & circa Caroli M. aetatem reſtitutam fuiſſe ferunt, verum injuria. Περάσαντος ἐλάχιστον ἐπίσκοπον τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Φλωρεντίνης, qui Synodo Romanae ſub Agathone interfuit, aliud monet. Vide tom. XVI. Conciliorum Labbei p. 149. & eruditum auctorem Diſſert. Chorograph. Ital. p. CCCIII. WESS.

PISTORIS.] *Piſtores* plerique libri pro *Piſtoris*, quod Tabula pro *Piſtoriis* poſuit: idem invenio in Decreto Ludovici Auguſti, ubi *Piſa, Luca, Piſtoris & Lunis* conjunguntur, apud Camillum Peregrinum Hiſtor. Princip. Longob. p. 265. tom. II. Scriptor. Ital. & in veteri monumento, quod Diar. Ital. C. 26. p. 386. Montfauconius inſeruit; nam qui in Diario C. VIBIVS VERVS PISTORIO ortus dicitur, is PISTORIS in lapide ipſo originem repetebat, ſi L. Holſteinius Annot. in Cluverii Ital. p. 38., & Caeſar Malvaſia Marmor. Felſin. Sect. V. C. 8. recte ſuis uſi oculis ſunt. WESS.

ITER A PERME LACA.] Ita habet MS. Impreſſum exemplar *Iter per me Lacum.* Legendum arbitror, *a Parma Lucam M. P. C.* SIML.

ITER A PARMA.] Sic Surita publicari juſſit, de ſuis MSS. hic tacens. Cuſani ſchedae, *item a Perme Luca*; Vaticanae, *item a Perme Laca:* margo Fabriciani libri, *Iter a Perme Locum via Clodia M. P. M. C.*, unde vir doctus *a Parma Lucam via Clodia M. P. C.* procudit, recte, ſi *viam Clodiam* inde ſuſtuleris, quippe ſequenti itineri praeponendam aliorum MSS. auctoritate, & auctoris conſuetudine, ſaepe capiti itineris viam, qua pergendum eſt, praefigentis. Novi *Parmam* in Actis S. Domnini *viae Clodiae* apponi, ſed ea *Clodia* veterum eſt *Aemilia*, uti egregie Muratorius ad Donizonem L. I. Vit. Machtildis C. 18. & Diſſert. Chronogr. auctor p. LI. condocuerunt. Viam vero Aemiliam a Parma Lucam fuiſſe perductam, huc usque probatum non vidi; quamvis non ignorem

PISTORIS.	M. P. XXV.
FLORENTIA.	M. P. XXV.
AD FINES SIVE CASAS CAESARIANAS.	M. P. XXV.
ARRETIO.	M. P. XXV.
AD STATVAS.	M. P. XXV.
CLVSIO.	M. P. XII.

VVL-

rem eruditas Differt. Chorographicae ſuſpiciones, quas è manuſcriptis confirmari vellem. Quod ad Lucam attinet, COLONIA LVCENSIVM dicitur in Sponii Miſcel. p. 168., nec is tamen lapis rem confeſſam redderet, niſi aliunde coloniam fuiſſe liqueret: eſt enim futilis, nec dignus, qui inter vetuſta monumenta locum tueatur. Ecquis enim ferat DIVO TIBERIO CLAVDIO QVARTO EIVS AN. NERONI INVICTO PATRI PATRIAE SEMPE AVGVSTO? WESS.

VIA CLODIA] *Hæc via* Flaminiae *adjungebatur, quod Naſonis carmine apparet, primo de Ponto libro, 8. v. 43.*

Nec quos pomiferis poſitos in collibus hortos
Spectat Flaminiae Claudia juncta viæ.
SVR.

VIA CLODIA.] Vatic. *Via Clodia Romana*, quam poſtremam vocem ceteri libri damnant, viam huic itineri præmittentes, quod & Suritae MSS. feciſſe ſuſpicor: notaſſet enim, ſi quod fuiſſet diſcrimen. Via ipſa negotium faceſſit. Ph. Cluverius expulſæ *viam Caſſiam* ſubſtituit L. I. Ital. A. p. 269., Holſteinio conſentiente in Cluverii Ital. A. p. 77. Movit utrumque, quod *Caſſia* per mediam Hetruriam duxerit. Verum ea non ſatis gravis eſt cauſſa, quam ob rem invitis libris *Caſſiam viam* inculcemus: nam & *Clodiam* per Hetruriam perrexiſſe locuples teſtis eſt Marcellinus Comes An. IↃ XXXVIII. referens per *Clodiae aggerem & annonariam Tuſciam Vitigem eſſe profectum*, & in primis ſcripta Peutingeri Tabula, quæ circa manſionem *Ad Rubras* ductum *Viae Clodiae* è Flaminia emittit, pergentem *Ad ſextum*, ubi *Caſſia* ex ea diſcedit *Vejos* verſus, cum ipſa per *Careias Forum Clodii* tendat. Mecum ſentit Cl. Burmannus ad Ovid. I. Pont. 8., & in Addendis, ubi & doctiſſimum Polenum teſtem excitat, qui ad Frontini Aquaeduct. II. 71. *Clodiam* egregie explicuerit. WESS.

PER CLODIAM M. P. CCXXXVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum: in Regio duarum manſionum primarum numeri deſunt.* SVR.

AD FINES.] *S. Caſſano.* SIML.

AD FINES.] L. Holſteinius in Cluver. Ital. A. p. 72. diſtantiam incidere ait in nobile oppidum S. Joannis, ubi etiam nunc Epiſcoporum Arretini & Faeſulani confinium eſt. WESS.

ARRETIVM M. P. XX.] *In Regio* Adretio M. P. XXV. *quo ſatis indicat* Arretium *ſcribendum. Blandinianum item exemplar pervetuſtum* Arretio M. P. XXV. *Ptolemaeo* Ἀρρήτιον. *Livius lib. x. C.* 37. Vulſinios, Peruſiam, & Arretium, tres validiſſimas urbes, Etruriae capita *appellat. Strabo L. v. p.* 226. *ab* Arretio *Romam* CIↃ. *ſtadia intereſſe, &* Cluſio DCCC. *memorat.* SVR.

AD STATVAS.] Tabula hoc ſitu *Ad novas* habet, unde Ph. Cluverius verum nomen *Ad ſtatuas novas* fuiſſe, haud male cenſuit. Eo loci ſtetiſſe, ubi via, quæ Sena Peruſium ducit, Caſſiam, ſeu Clodiam potius, interſecat, L. Holſteinius p. 71. in Ital. A. Cluverii monet. WESS.

CLVSIO.] Plinius *Cluſinos veteres & novos* L. III. C. 5. memorat, nomine non re & loco diverſos colonos, ut pulchre L. Holſteinius: contra quidem venit Harduinus Emend. XXXVI. Pliniani ejus libri, applaudente auctore Differt. Chorogr. p. CCX., ſed teſte non bonæ fidei producto: nam fragmentum Antonini, quo potiſſimum nititur & ex quo Livium emendat, futile eſt atque in Annii Viterbienſis incude procuſum. Verum hoc commodius ad illa fragmenta agemus. WESS.

VVLSINIS.	M. P. XXX.
FORVM CASSI.	M. P. XXVIII.
SVTRIO.	M. P. XI.
BACCANAS.	M. P. XII.
ROMA.	M. P. XXI.
ITER A ROMA FORO CLODI.	M. P. XXXII.
ITER AB ARIMINO DERTONAM.	M. P. CCXXIX. Sic.
CVRVA CAESENA.	M. P. XX.

FO-

VVLSINIOS M. P. XXX.] *Manuscripta & Longolianum* Vulsinis M. P. XXX. *ut satis appareat, oppidum plurium numero veteres protulisse. Ptolemaeo tamen* Οὐολσίνιον. *Capitolini lapides* Vulsinios, *&* Vulsinienses *edunt. Plinius Lib.* 3. *C.* 52. Qualiter cum Vulsinii, oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine. SVR.

VVLSINIS.] Sic MSS. pro *Vulsiniis*, ut Juvenal. Sat. III. 191. *Aut positis nemorosa inter juga Vulsiniis. Volsinis* Tabula, *Bulsinis* Ravennas: durant nominis reliquiæ in *Bolsena*. Vide Leand. Alberti Ital. Descript. p. 106. WESS.

FORO CASSI.] *Guasdo.* SIML.

FORO CASSI.] Forte hoc *Forum* Jul. Obsequenti Prodig. C. 73. restituendum est, ubi *Esii forum* edunt, quomodo *Forum Veasii* in Aethico pro *Cassii Foro* legitur. Rudera hujus describit L. Holsteinius in Cluverii Ital. A. p. 64. WESS.

BACCANAS.] *Tacanas* vel *Pacanas.* SIML.

BACCANAS M. P. XII.] *Habent Regium & Blandinianum & Longolianum. In Neapolitano* Dactanas M. P. XII. SVR.

BACCANAS.] Cusani schedæ *Dacanas*, ceteris vulgatum retinentibus. Nominis vestigia superant, ut Ph. Cluverius bene monuit, in eo tamen aberrans, quod Itinerarii numeros mutaverit, quippe Tabulæ probatos & ab Holsteinio p. 64. defensos. *Fundum Baccanas*, sed ad Appiam viam, Anastasius Bibliothecarius in Marci Pontificis Vita memorat. WESS.

ITER A ROMA.] Hoc loco in Scudii exemplari hæc interponuntur: *Ab Arimino recto itinere Aquileiam M. P. CLXXXXII. Sic. Ravenna M. P. XXXII. Inde navigantur &c.* Ceterum hoc iter supra interpositum fuit itineri ab Vrbe Mediolanum, uti eo loco annotavimus. SIML.

ITER A ROMA.] *Foro Clodii* omnes libri. Tabula *Foro Clodo.* FORO CLAVDIENSE'S MVNICIP. sunt in lapide Ligoriano apud Gudium p. LXXXVII. 6. Plinius L. III. C. 5. *Novem pagi, Præfectura Claudia Foro Clodii.* Vide vero, ut fucum nobis facere adnisus sit fragmentorum Antonini architectus, ex Plinianis verbis *Foro novem paganorum Claudii* fabricans. WESS.

ITER AB ARIMINO.] Germani milites *Rumelen* vocant. SIML.

DERTONAM M. P. CCXXVIIII.] *In Regio* CCXXVIII. *Blandinianum* CCXXVIIII: *In Neapolitano* XXVIIII. *ut satis adpareat à librario* CC. *numerum omissum fuisse. In Longoliano item* CCXXVIIII. *Supra mentio facta de* Aemilia via, *quæ à* Scauro Dertonam usque *perducta est.* SVR.

CVRVAM CAESENAM.] *Regium* Curva Cuesena M. P. XX. *Blandinianum* Curva Caesena M. P. XX. *In Neapolitano* Caraa Cesena M. P. XX: *&* *Longolianum* Curva Cesena XX. *Supra pagina* C. Caesenae *cognomento Civitatis est ab Antonino mentio, neque quò spectet* Curvae *cognomentum, assequi possum.* SVR.

CVRVA CAESENA.] Sic & Tabula appellat, & Agnellus in Pontificali Ravennate Vita S. Felicis C. 3. *Instet, quæ Curva vocatur, Caesena.* Caussam nominis viri eruditi in tenebris latere ajunt: quid si a situ *curva* sit dicta, pariter ac Brundisium, quo de Lucanus L. V. 406.

——— *Curvique tenens Minoia tecta*
Brundisi. ——— ———

Firmat suspicionem meam Sidonius Epist. 8. L. I. *Et tu*, inquiens, *hæc ista Caesenatis furni potius quam oppidi verna deblateras?* nam quin *furnus* ille *Caesenas* recte *curvas* dicatur, quis dubitet? Est apud Gudium inscriptio p. LXXXVIII. 2. in

FORO LIVI.	M. P. XIII.
FAVENTIA.	M. P. X.
FORO CORNELI.	M. P. X.
CLATERNA.	M. P. XIII.
BONONIA.	M. P. X.
MVTINA.	M. P. XXV.
REGIO.	M. P. XVIII.
TANNETO.	M. P. X.
PARMA.	M. P. IX.

FI-

2. in qua RAVENNATI CAEREVIANI CAESENATI Trajano optimo Principi dedicasse quiddam dicuntur; quæ si genuina fuerit, jam *Ravennatos* & *Caesenatos* noverimus, ne de *Caerevianis*, vix ante Longobardorum tempora cognitis: dicam, antiquissimus sane, a quo *Cerviam* recensitam recordor, Agnellus est loco, quo dixi. WESS.

FORO LIVII.] *Furlin.* SIML.

FORO LIVII.] Sic. Car. Sigonius. Vulgati male *Foro Julii.* SCHOT.

FORO LIVI.] *Foro Julii* Cusani MSS., præter verum. Incolæ *Livienses* Agnello dicuntur in Vita S. Felicis C. 3. *Livienses accolæ instent in litore curvo: Bedente vetere amne castra Faventina scrutentur: post Lachernum portum & Eridani ora Cornelienſis acies lustrei; Coriandri campos & loca omnia circa phalanges armata:* sic videtur locus distinguendus: *Bedentem veterem amnem*, uti scribere debuit, appellat, qui Plinio *Bedesis*, *Bidens* recentioribus. *Lachernus portus* videtur *Saternus* esse, quo nomine circa Cornelii Forum fluvius est. WESS.

FORVM CORNELII.] *Imola.* SIML.

FORO CORNELI.] Audiamus Paullum Warnefridi L. II. Gest. Longob. C. 18. ubi de Aemilia: *Hæc locupletibus urbibus decoratur Placentia scilicet Parmaque Regio & Bononia Corneliique Foro, cujus castrum Imolas appellatur.* Agnellus in Vita Petri Chrysologi C. 1. *Imolae* nomen Petri ejus ætate vetustius facit, aliaque addit parum probabilia, quæ tangere nolo. WESS.

CLATERNA.] *Castel S. Petro.* SIML.

CLATERNA.] *Glacerina* vulgati. Sigonius *Clacerna.* SCHOT.

CLATERNA.] Parisinus codex *Clacerna*, Vatic. *Calcerina*; *Clacerina* in Lugdunensi editione inest. Oppidum Ambrosii ævo jam desolatum fuit, ut ex verbis, quæ supra dedimus, apparet. Nominis vestigia in *Quaderna* manent. WESS.

TANNETVM M. P. X.] *Habent Regium, Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano* Tanetum M. P. X. *Livius* Tanetum *vicum* Pado *propinquum vocat libro* XXI. C. 24. *& libro* XXX. C. 19.; *ejus meminit Plinius lib.* 3. C. 15. *in Regione* VIII. *Italiae*, Saltusque Galliani, qui cognominantur Aquinates, Tannitani. *Ita enim in pervetustis exemplaribus Toletano, & Caesaraugustano legitur. Ptolemaeo inter urbes Galliae Togatae* Τάνητον: *& Polybio libro* III. C. 40. Τάνητος κώμη. *Mihi in mentem venit in Ciceronis ad Atticum libro* I. *Epist.* 19. *ubi legitur* Syllanorum hominum possessiones confirmabam; Volaterranos & Artemitanos, quorum agrum Sulla publicarat, in sua possessione retinebam: *legendum esse*, Volaterranos, ac Tannetanos. SVR.

TANNETO.] Nomen, quod sub Longobardis, ut ex Paullo L. II. Gest. Longob. C. 2. & Landulpho Sagace in eadem historia liquet, retinuit, ne nunc quidem exolevit. *Tannetanos* Ciceroni a Surita inculcatos pauci credo probabunt: *Artemitanos* Jac. Gronovius, haud male defendit: quamquam id obstare viri doctissimi sententiæ videtur, quod *Artemita* Graecum insulæ sit nomen, quam *Dianium* aut *Artemisiam* Latini appellant. Quare si quid in Cicerone sit novandum, *Armenitanos* præferrem ab *Armenita* fluvio, quem in Hetruria Tabula habet, dictos, quomodo *Lambrani* apud Suetonium Caes. C. 9. accolæ *Lambri.* WESS.

FI-

FIDENTIA.	M. P. XV.
FLORENTIA.	M. P. X.
PLACENTIA.	M. P. XV.
COMILLOMAGO.	M. P. XXV.
IRIA.	M. P. XVI.
DERTONA.	M. P. X.

ITER

FIDENTIA.] *Fidentiola. Borg S. Dionyſo.* SIML.

FIDENTIA.] Fidentiolam ſupra ὑποκορισ-τικῶς appellavit. De hac Pighius Hercul. Prodic. p. 237. SCHOT.

FIDENTIA.] In numeris nullus Tabulæ atque Itin. H. cum Antonino diſſenſus eſt. De *Fidentiola* p. 127. diſputatum eſt. WESS.

FLORENTIAM M. P. X.] *Manuſcripta, & Longolianum* Florentia M. P. X. *Nec tamen video, quem locum hic obtinere poſſit: cum à Fidentia, & Parma* Florentiam verſus, *retro iter agatur; ab eo quod* Dertonam *propoſitum hoc itinere fuit: ac ſuſpicor ex margine libri irrepſiſſe, cum ab aliquo* Fidentia *in* Florentiam *verteretur: ac poſtea utrique locum datum. A Plinio in octava regione* Faventini, & Fidentini *recenſentur & præterea* Fluentini, *in præfluenti Arno appoſiti. A Ptolemaeo, uti ſupra monuimus,* Florentia, Tuſcis *attributa, inter urbes* Galliae Togatae Φιδένπα *juxta* Placentiam, *& prope* Caeſenam Φασένπα *commemorantur: quare aſteriſco eam manſionem ſignavi.* SVR.

FLORENTIA.] Surita audiendus non eſt. Habet *Florentiam* hoc ſitu Tabula: eam vero aliam eſſe atque illam in Hetruria, non eſt, uti admoneatur. *Florentiolam* Ravennas vocat L. IV. C. 33. & Luitprandus L. II. C. 17. *Duodecim longe a Placentia milliariis juxta Florentiolam bellum parant:* ubi nolim vim quisquam fecerit M. P., quæ & Tabula adprobat, ob Luitprandum: ſunt enim ejus milliaria, quod & alias monui, Itinerarii M. P. productiora. Vide de *Florentiola* veterem quoque Chartam Hildeprandi tom. II. Annal. Benedict. Mabillonii p. 705. Jam ſi hæc Florentia a *S. Florentio*, cujus ibi Baſilica vetus, ſit dicta, manifeſto apparebit Itinerarium rebus Chriſtianis eſſe recentius: viſum ita erudito ſcriptori Chorographiae Ital. med. ævi p. CXXI., ſed mihi dubium eſt: quod vero ibidem adnectitur, *Florentiolam olim Fidentiolam eſſe dictam*, nusquam legere aut audire memini. Neque verum puto. Vide ſupra p. 99. Nunc *Fiorenzola.* WESS.

CVMILLO MAGNO.] Alias *Cumilo mago*, vel *Cumillum. Cigomol* juxta Verſam fluvium. SIML.

COMILLOMAGVM M. P. XXV.] *In Regio* Comillomago M. P. XXVI. *Blandinianum* Cum illo mago M. P. XXV. *In Neapolitano* Cum illo mago M. P. XXVI: & XXV. *corrigit. Longolianum* Cumilo mago M. P. XXV. SVR.

COMILLOMAGO.] Sigon. *Camillomago:* in editis *Camillo magno.* SCHOT.

COMILLOMAGO.] Excerpta MSS. varie ſcribunt: *Cumillomago, Conullomago, Cumillomagno.* Tabula *Cameliomagus* & *Comelimagus:* Haud ſcio an huc pertineat *Camellum caſtrum*, in cujus turri Gunderberga occluſa a rege marito fertur apud Fredegarium C. 51. WESS.

IRIAM M. P. XVI.] *Regium, Blandinianum, & Longolianum* Iria M. P. XVI. *Neapolitanum* Iria M. P. XXV. *Plinius Lib.* 3. *C.* 7., ad Padum amnem omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia, Iria. *Ptolemaeo in* Taurinis Εἰρία. SVR.

IRIA.] Fuit circa cognominem fluvium, quem *Iram* & *Hyram* recentiores appellant. Jornandes Rer. Get. C. 45. *Dertonae juxta fluvium Ira cognomento occiditur:* in quibus *Dertonae* eſt in agro Dertonenſi, ut recte Ph. Cluverius. Audi Hiſtor. Miſcellae ſcriptorem L. XVI. *Majorianus apud Ravennam invadit imperium, quod cum prope annos IV. obtinuiſſet, haud procul a Dertonenſi civitate juxta Iram fluvium occiſus eſt:* adde Comitem Marcellinum An. CCCCLXI. *Voghiera* nunc vocant. WESS.

DERTONAM M. P. X.] *Strabo medio inter* Placentiam, & Genuam *itinere* Dertonam *conſtituit: ab utraque* CCC ſtad. *diſtantem.* SVR.

DERTONA.] *Terdonam* recentior ætas nuncupavit. Otho Friſingenſis L. II. Geſt. Friderici I. C. 17. urbem ejusque ſitum deſcripſit, &, qui hujus veſtigia premere ſolet, Guntherus

ITER A LVCA PISAS. M. P. XII.

ITER A LVCA LVNAE. M. P. XXXIII.

VIA AVRELIA.

A ROMA PER TVSCIAM ET ALPES MARITIMAS ARELATVM VSQVE. M. P. DCCXCVI. Sic. LO-

rus Ligur. L. II. Vide vero & considera utrumnam hæc poetæ,

Nam licet urbs Ligurum spatio breviore locorum
Dissideat, medius Ticini gurges utramque
Separat, & geminos interfecat unda tumultus.
At qua turrigeram spectat TERDONA Papiam,
Omnia plana jacent: non hic mons, silva, vel amnis;

Perpende inquam utrum ea his Othonis respondeant: *Papiensibus conquerentibus plus se a Terdona quam Mediolano molestari: eo quod quamvis civitas Papia in sinu quidem Mediolanensium posita, robur tamen comitatus sui ultra Ticinum fluvium habeat, isti nullo montis seu fluminis objectu expositum:* animadvertis puto, Guntherum Papiae sedem migrasse & ultra Ticinum transtulisse, secus ac Frisingensis episcopus voluerat, & præterea ab utroque nullam Padi habitam esse rationem. WESS.

PISAS M. P. XII.] *In Regio* M. P. X. *Blandinianum & Longolianum* M. P. XII. *Neapolitanum* M. P. XV. SVR.

PISIS.] Luitprandi ætate *Tusciae provinciae caput* erat, sicuti L. III. C. 4. profitetur. Benjamin Tudelensis Itiner. p. 10. a Luca IV. parasangis semovet: verum non satis certum est, tribusne an quatuor M. P. parasangas suas fuerit mensus homo Judaeus. XV. M. P. adponunt obsoletae Cusani schedae. WESS.

LVNAM M. P. XXXIII.] *Neapolitanum* XXIII. *Reliqua* M. P. XXXIII. *Plinius lib.* 3. 4. primum Etruriae oppidum Luna, portu nobile, colonia Luca. *Strabo & urbem, & portum* Lunae *esse Graecis memorabiles: inter* Lunam *item &* Pisas Macrae *tractum esse, quo Tusciae atque Liguriae termino plerique scriptores usi sint: ut apposite hoc Itinerario hæc itinera singularia à* Luca Pisas *&* à Luca Lunam *interjiciantur.* SVR.

LVNA.] *Lunae* Vaticanus, *Lune* more seculi sui Cusani MSS., quod priores editi probarunt; Tabula *Lunae*, ut patrio casu nomen urbis extulisse videantur. Nunc in ruinis est, nec tamen a Normannis desolata, uti L. Holsteinius & Harduinus tradiderunt, qua de re egregie auctor Differt. Chorogr. p. CCII. WESS.

VIA AVRELIA] Viam Aureliam *ad inferum mare fuisse, Cicero docet. Ait enim in Antonium Philipp. XII. C.* 9. Tres viæ sunt ad Mutinam: à supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. SVR.

VIA AVRELIA.] Ducebat via Aurelia profecturum per maritima Hetruriae loca *Forum Aurelii* usque, unde producta ad Alpes maritimas atque inde per Galliam in Hispaniam: de maritimis Alpibus testantur Eutropii allata a Panvinio in Roma p. 117. & ex eo a Bergerio verba: *Hetruriae per Aureliam usque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, hique fertiles & silvosi*; quæ tamen in Eutropio incassum quæsiveris, quippe Vopisci in Aureliano C. 47. Eandem porro in Galliam fuisse continuatam, & nomen, quo Provinciales vulgo vocant, & monumenta, inibi reperta, argumento sunt: de utrisque accurate N. Bergerius L. III. Viar. Milit. C. 28. WESS.

PER TVSCIAM.] Primum esse Itinerarii auctorem, qui *Tusciam* dixerit, Rhodius ad Scribonium observat: Paganinus vero Gaudentius Observ. ad Antiq. Etruscas C. 4. *Tusciam nec in Plinio reperiri, nec in ullo scriptore, qui vixerit ante Constantinum* pertendit: sequeretur ergo Constantino recentiorem esse Itinerarii scriptorem. At *Tusciam* Florus habet L. I C. 5. Eandem in Scribonio Largo invenies Compos. 146.; neque ignorata fuit Varroni L. IV. L. L. p. 10., ut Rhodius & Dukerus, viri celeberrimi, monuerunt. Novi Rhodium *in Thuscis* apud Scribonium, & Scaligerum in Varrone *Tusci* refingere, sed invitis MSS. Vaticanis, qui

LORIA. M. P. XII.
AD TVRRES. M. P. X.
PYRGOS. M. P. XII.

omnes *Tuſciam*, Rhodio teſte, probant. Literaria monumenta ſub Philippis Theſ. p. CCCC-LXXIV. 3. offerunt CONSVLAREM TVSCIAE, ſub Severo CORRECTOREMTVSCIAE apud Gudium p. XCIX. 1., principe M. Aurelio Antonino p. CXXXVII. 5., Ti. Claudio Auguſto p. CXXVII. 2., quibus tamen Ligorianis lapidibus non admodum fido. Certius pro *Tuſcia* Marci Imp. temporibus teſtimonium præbebit Scaevola Leg. 41. §. 2. D. de Legat. & Fideicom. III., ubi *Tuſciam* atque *Umbriam* conjungit. Satis itaque certum eſt *Tuſciae* vocabulum non admodum recens eſſe, quod tamen Latinitate labente magis eſt frequentatum. Τυσκίαν Conſtantino Imp. memorat Athanaſius Apol. contra Arianos p. 123., & alii, quos coacervavit Cluverius L. II. Ital. A. C. 1. Reddit & hanc Alexandro Tralliano L. I. p. 29. Ed Steph. Jac. Goupylus cum ἐν Τυρκίᾳ legeretur, & eo potiſſimum colore, quod *Turcia* Alexandri ævo eſſet ignota. Tu vero alia cognoſces ex Menandri Excerptis Hoeſchelii p. 86. 87. WESS.

ET ALPES MARITIMAS] Alpium maritimarum *mentio apud Ptolemaeum*, & *nationes* Alpium maritimarum *in jus Latii tranſlatas auctor eſt Tacitus*, *qui Hiſt.* 2. C. 12. Maritimas, *inquit*, tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente, nec deeſt juventus, arcere provinciæ finibus Othonianos intendit. *In* Georgio *oppido Delphinatus in via militari*, *quæ Mediolanum ducit*, *prope* Druentiam *amnem ſito*, *quod ab* Ambruno *metropoli* XVI. M. P. *abeſt*, *Cippum cum hac inſcriptione*, *in averſa ejus parte*, *vidi*, *anno M. D. L. cum Romam iter haberem.*

PIO PRINCIPI
..... INVICTO
RESTITVTORI ORBIS
PROVIDENTISSIMO
RETRO PRINCIPVM
..... E OMNES
FORTISSIMO
NANIVS RVF. KARVS. V. F. PROC. II.
PRAEFECTVS ALPIVM MARITIMAR.
DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE
EIVS. SVR.

ARELATVM VSQVE DCCXCI.] *In Regio* Arelatum usque DCCXCV; *& reliqua* Arelatum usque M. P. DCCXCVI. *& omnia eadem in hujus itineris fine* Arelate: *fuit rectus caſus priſcis auctoribus* Arelas. *Straboni non recte in vulgatis exemplaribus* Ἀρελάτων *pro* Ἀρελάτης. *Item à Pomponio*, *Tranquillo*, *& Ammiano* Arelate. *A Feſto Avieno*, *ut arbitror*, *non recte pro* Arelatum, *Arelatus* illic civitas attollitur, *Theline* vocata, ſub priore ſæculo, Graio incolente. *Ptolemaeo* Ἀρελάτου Κολώνια. *Auſonius Gallus* Clar. Urb. VIII. ỳ. 1.

Pande duplex Arelate tuos blanda hoſpita portus:
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Duplicem *enim urbem* Arelate *Auſonius*, *eam ob cauſam*, *in fine carminis* Moſellae *adpellat.*

—— Duplicemque per urbem
Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.

Et epiſt. quadam ad Paulinum:

Vtque duplex Arelas, Alpinæ tecta Viennæ.
SVR.

ARELATVM.] Placuit ætatis poſterioris ſcriptoribus *Arelatus:* nam ne quid de Ptolemaeo dicam, ſic eſt in L. 13. C. de Apellat. τῶν Ἀρελατῶν Athanaſius Hiſt. Arian. p. 361., Hilarius Fragm. V. Operis Hiſtor. p. 1331. *Vincentius*, *qui cum ceteris miſſus fuerat Arelatum:* neque aliter Sulpicius L. II. Hiſt. S. C. 55. aut Suidas in Φαβωρῖνος, aut Idatius, pluresque alii, vocare ſolent. WESS.

LORIVM M. P. XII.] *Omnia exemplaria* Loria *præferunt*; *ego* Lorium *legendum arbitror. Julius Capitolinus C. 2. Antoninum Pium* Lori *educatum refert in* via Aurelia, *ubi palatium extruxit*, cujus, *inquit*, hodie reliquiæ manent: *& apud* Lorium *alienatum in febri. Eutropius L. 8. C. 4. eadem attribuit milliaria; nam obiiſſe apud* Lorios *villam ſuam*, *milliario ab urbe* XII. *auctor eſt.* SVR.

LO-

CASTRO NOVO. M. P. VIII.
CENTVM CELLIS. M. P. V.
MARTHA. M. P. X.
FORVM AVRELI. M. P. XIIII.

CO-

LORIA.] Hoc & MSS. noſtri oſtentant, a Salmaſio ad Capitolinum in *Lorio* verſum ex Tabula: mihi res adhuc dubia: *Lorium* enim, *Lorios* & *Loris* locum appellari multorum teſtimoniis Ph. Cluverius vicit. Rudera deſcripſit L. Holſteinius in Cluver. Ital. A. p. 43. WESS.

PYRGOS M. P. XII.] *Habet Regium & Longolianum, atque infra itidem à* Turrium *manſione* XII. M. P. *aſſignantur. Blandinianum* Pyrgos XI. M. P. *& Longolianum, ſed* XII. *corrigit: & infra* XII. M. P. *proferunt. Rutilius Numatianus* Oſtienſi *portu ſolvens, ita in Itinerario proſequitur, lib.* I. ℣. 223.

Alſia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt,
Nunc villæ grandes, oppida parva prius.

Strabo à Pyrgis Oſtiam CCL. ſtadia *conſtituit.* SVR.

CASTRVM NOVVM M. P. VIII.] *Manuſcripta habent, & Longolianum.* Caſtri novi *colonia maritima Livius L.* 36. *C.* 3. *meminit anno v. c.* DLVIIII. *Plinius L.* 3. *C.* 5. Caſtrum novum & Pyrgos *in Tuſcis adjungit: atque item Ptolemaeus. Caſtrum hoc,* Inui Caſtrum *dictum ejusdem Rutilii carmine ibidem conijcimus; nam illi* Centum cellas *adjungit* ℣. 227.

Stringimus *** & fluctu, & tempore Caſtrum,
Index ſemiruti porta vetuſta loci.

De Caſtro Inui Servius ad illud Virg. vi. Aen. ℣. 776.

Pometios, Caſtrumque Inui ——
SVR.

CENTVM CELLAS M. P. V.] Id (*inquit Plinius minor ad Cornelianum ſcribens*) loco nomen eſt: *qui cum urbi adeo vicinus eſſet, ſatis videtur lib.* VI. *Ep.* 31. *indicare, nedum oppidi, ſed ne vici quidem nomen fuiſſe id temporis adſecutum.* Villam *fuiſſe pulcherrimam viridiſſimis agris cinctam deſcribit, qua litori immineret: cujus in ſinu portus, velut* Amphitheatrum, *ſiniſtrum brachium firmiſſimo opere munitum eſſet, dextrum illo ipſo tempore conſtrueretur.* In ore, *inquit,* inſula adſurgit, quæ illatum vento mare adiacens frangat, tutumque ab utroque latere decurſum navibus præſtet. *Eo ſe evocatum in conſilium à Trajano Caeſare ſcribit. Rutilius Claudius ex Caſtro Inui* ℣. 237.

Ad centum, *inquit,* Cellas forti defleximus Auſtro,
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.

Strabo in ea regione Regis villam *commemorat, quæ* Malaeoti *Pelasgi regia fuerit, quæ an ad* Centum cellas *pertineat, mihi dubium eſt: uti pro certo adfirmant* Centum cellarum *ruinas, civitatis nunc cognomento* Veteris *ædificiis contineri. Huc Diogenem præfectum, cum parte militum Roma egreſſum contendiſſe auctor eſt rerum à Gothis geſtarum Iohannes Magnus lib. xiiii. cap. vii. Infra* Itinerario *quoque* maritimo, *à Caſtro Novo* Centum cellas V. M. P. *adſignantur.* SVR.

CENTVM CELLIS.] Ita MSS. & Paulinus de Martiani periculis:

Longinquiorem portum ab urbe adlabitur,
Cui Centum cellis nomen eſt.

Procopius L. II. Bel. Goth. C. 7. σταδίοις ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις *ſtadiis CCLXXX.* Roma disjungit, quæ L. Holſteinio in CCCLXXX. viſum eſt mutare, quod ea XLVII. M. P. æquent; recte, ſi Procopius VIII. ſtadiis ſingula M. P. dimetiretur: at ſupra probatum dedimus, VII. ſtadia in ejus libris unis M. P. paria eſſe: Vide itaque utrum numero rotundo ſit uſus. WESS.

MARTHAM M. P. X.] *In Regio* Marta M. P. X. *Reliqua* Martha M. P. X. Martham *fluvium ab Antonino conſtitui ferunt à* Marthae *lacu cognominatum.* SVR.

FORVM AVRELI M. P. XIIII.] *Habet Regium exemplar & Neapolitanum: Blandinianum* M. P. XIII: *atque item Longolianum, ſed hoc* XIIII. *corrigit.* SVR.

COSAM.	M. P. XXV.
AD LACVM APRILEM.	M. P. XXII.
SALEBRONE.	M. P. XII.
MANLIANA.	M. P. VIIII.
POPVLONIO.	M. P. XII.
VADIS VOLATERRIS.	M. P. XXV.

AD

COSSAM M. P. XXV.] *Manuscripta & Longolianum* M. P. XXV. *Plinio L. 3. C. 5.* Portusque Telamon, Cossa Volcientium à populo Romano deducta. *Strabo à* Populonio Cossam DCCC. *tribuit stadia: & alios* D C. *assignare perhibet. Ptolemaeo in maritimis Tuscorum* Τελάμων. Ὄσσα. Κόσσα: *& vetustus interpres* Osae fluminis ostia *vertit: & mox* Cosse. *Stephano* Κόσσα πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ. SVR.

COSAM.] Veteres libri una sibilante scribunt, uti Virgilius Æneid. X. 168.

Quique urbem liquere Cosas, ——

& Rutilius L. I. 286. cum nota Burmanni. WESS.

AD LACVM APRILEM M. P. XXII.] *In manuscriptis & Longoliano legitur. Ab* Prile amne *lacus hic nomen sumpsisse videtur. Plinius post vada* Volaterrana, *&* Populonium, Hinc, *inquit*, amnes Prille, mox Vmbro navigiorum capax: *Tametsi Plinii vetusta exemplaria non satis eam vocem* prille *exprimunt, sed* Pile. *In* Itinerario *tamen* maritimo *Antonini hujus lacus fit mentio. Ab* Alminia portum Telamonis, fluvium Vmbronem, Lacum Aprilem. A lacu Aprile in Alma flumen. SVR.

AD LACVM APRILEM.] Constanter hoc MSS. defendunt; nec tamen est, qui lacum ita nominaverit: Ciceroni enim *Prelius* Milon. C. 27., Plinio *amnes Prille* dicuntur. Vide Ph. Cluverium L. II. Ital. A. p. 475. WESS.

SALEPRONE.] Vel *Salumbronis.* In fragmentis Originum Marci Catonis scribitur, Italiam olim *Sale Vmbronis* dictam. SIML.

SALEBRONEM M. P. XII.] *Regium* Salebronem M. P. XII. *Neapolitanum* Salebronem M. P. XII. *In Blandiniano* Sale prone M. P. XII: *& item Longolianum: sed* Salebrone *corrigit. Mihi Plinii locum, & Itinerarium* maritimum *perpendenti, nihil certius ac verius videtur, quam* ad Vmbronem *legendum: qui fluvius non modo navigiorum capax à Plinio memoratur, sed ab eo Vmbriae tractum nomen accepisse. Neque me fugit virum utique doctum Panvinum Onuphrium* Saepronem, *inter hujus Itinerarii mansiones edidisse: & Volaterranum* Salebronem. *Neque verisimile est* Vmbronis *fluminis hoc itinere mentionem non fieri. Cicero ad Q. Fratrem epistolarum libro II. Epist. 6.* Labronis *stationis, sive portus meminit:* Erat autem, *inquit*, iturus, ut ajebat, A. D. III. Id. April. ut, aut Labrone, aut Pisis conscenderet; *ut forte* Vmbrone *legendum sit, quòd ad ejus fluminis ostium recte naves conscenderentur, ut Rutilius in Itinerario suo docet lib. I.* 337.

Tangimus Vmbronem, non est ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis semper patet alveus undis
In pontum quoties sæva procella ruit.

In fragmento Itinerarii hujus, quod in fine librorum Longolianorum adpositum est, in Tiberino itinere Salenumbronis *mansionis fit mentio.* SVR.

SALEBRONEM.] *Saleprone* MSS. nostrorum excerpta. De *Umbrone* ne cum Surita cogitemus, Tabula facit, quæ post Vmbronem fluvium *Saleborna M. P. XII.*, & Ravennas L. IV. C. 32., ubi *Hasta, Umbrone, Salembro, Malliana.* Ph. Cluverius L. II. Ital. A. p. 475. amnem fuisse adfirmat, summaque audacia in Plinio L. III. C. 4. pro vulgatis, *Hinc amnes Prille, mox Umbro*, substituit: *Hinc Salebro cum lacu Prile; mox Vmbro.* At quis eum docuit *Salebronem* fuisse fluvium? quos scriptos libros habet auctores? Putem *amnis Prile* Plinium scripsisse, & *lacum* intellexisse, in quem fluvius cognominis influebat. Quæ Simlerus ex Catonis Originibus habet Annii nugas redolent. WESS.

MANLIANA M. P. VIIII.] *Ptolemaeus in mediterraneis* Tuscorum Μανλίανα. SVR.

MANLIANA.] *Maniliana* Tabula cum iisdem

AD HERCVLEM.	M. P. XVIII.
PISAE.	M. P. XII.
PAPIRIANA.	M. P. XI.
LVNAE.	M. P. XII.
BOACEAS.	M. P. XII.

BO-

dem M. P. Ravennas, ſicuti vidimus, *Malliana.* Ptolemaei Manliana, utpote in mediterraneis, niſi ſi in earum poſitione error ſit, hic referri non poſſunt. WESS.

POPVLONIO.] *Populoniam* & *Populonium* vocant, qua de re F. Oudendorpius ad Frontinum L. I. Stratag. C. 2. A Graecis direptum fuiſſe Annales Reuberi tradunt IↃCCCIX. *In Tuſcia Populonium, maritima, a Graecis, qui ἐρεβιῶν vocantur, depraedata eſt.* Portum urbis ſerior ætas *S. Severae* nuncupavit: Walterus in Translat. S. Monicae C. 3. *Inde applicuimus ad portum S. Severae circa Populonium.* WESS.

VADIS.] *Volaterris* M. P. XXII. Sigonius *Volaterranis* M. P. XXV. SCHOT.

VADIS VOLATERRIS.] Id Cuſani, Pariſinis, & ſchedis, quas vir doctus verſavit, cujus Fabricianum fuit exemplar, cum M. P. XXII. ineſt: veteres editi accedunt, ſed XXV. M. P. probantes. Tabula *Vadis Volateris* M. P. X., errore in numeris manifeſto. Forte, quae *Volaterrana* prius, *Volaterra* deinde appellarunt *vada.* WESS.

AD HERCVLEM M. P. XVIII.] *Habent Regium & Blandinianum. In Neapolitano* M. P. XI. *Longolianum* M. P. XVIII. & XI. *corrigit. Ptolemaeo inter* Lunae *promuntorum*, & Arni *fluminis oſtium* Ἡρακλέους ἱερον. SVR.

AD HERCVLEM.] XI. M. P. ſcriptus Cuſani liber; XVII. M. P. priſtinae editiones. Ph. Cluverius & Ch. Cellarius, viri doctiſſimi, *portum Herculis Labronis* fuiſſe putant, & eo quidem ſitu, quem celeberrimus portus *Liburni* obtinet. Habet ſane Itiner. Maritimum pari intervallo *portum Piſanum*, eſtque apud Ciceronem L. II. Q. Fratr. Ep. 6. *Labronis* mentio. Vereor tamen vehementer, ut recte haec conjungantur: nam Cicero tantum dicit, *ut aut Labrone aut Piſis conſcenderet*, nihil de Hercule addens: liquet quidem *Labronem* ad mare fuiſſe, non autem hanc eſſe manſionem: jam cum *Salebronem* in hac ora viderimus, prorſus mihi perſuadeo, eam Ciceronem deſignaſſe. Deinde adduci non poſſum, ut credam, *Liburni*, tanquam ſua ætate jam clari, Zoſimum L. V. C. 20. meminiſſe: quae enim de navibus *Liburnicis*, ab urbe Italiae, ut ait, dictis, memorat, ea ſine controverſia foedis erroribus ſunt obſita, quae & Appianum L. II. Bel. C. p. 743. inſpicienti confeſſa erunt: ad hoc, ſi *Liburnum* ſeculo V. nobilitatum fuit, quae tandem cauſſa eſt, quamobrem nulla ejus, niſi ſera, ſit mentio? Scio in Ptolemaei Latinis Tabulis & verſione conſpicuum eſſe; ſed & male illic collocatum & a Graecis abeſſe novi. Fuerit ergo *ad Herculem* ubi portus *Liburni* eſt, multo tamen id nomen recentius, & ex *Ligurno* formatum. Vide L. Alberti Ital. Deſcript. p. 40. WESS.

PAPIRIANA M. P. LI..] *Legitur in Regio exemplari, & Blandiniano, In Neapolitano* Papiriana M. P. XII. *Longoliano* XI. & XII. *corrigit. Inter Lunam & Piſas Strabo, quod ſupra admonuimus*, Macrae *tractum interjacere memorat, quo Tuſciae, atque Liguriae termino plerique ſcriptores ſint uſi. In hoc tamen Itinerario* Papiriana *inter Piſas & Lunam interponuntur. Atque haud ſcio an* Papirianae foſſae *ſint, quas Ptolemaeus inter mediterraneas* Tuſcorum *urbes conlocat: ſed cum itinera haec ad certas manſiones deflectere ſoleant, neque ſemper directis viis peragerentur, forte eas* foſſas *deſignat:* & Papirianas *ea ratione legendum erat, ut* foſſae *ſubaudirentur.* SVR.

PAPIRIANA.] *Foſſis Papirianis* Tabula: unde male a Ptolemaeo in mediterranea translatae ſunt. XII. M. P. Cuſani MSS. WESS.

LVNAE.] *Tunc* M. P. XXVII. Cuſani ſchedae, quibus Pariſinae cum vetuſtioribus editis accedunt, ſed XII. M. P. amplexae. WESS.

BOACEAS.] Vel *Boactа.* Ptolemaeus *Boactі* fluvii meminit. SIML.

BOACEAS M. P. XII.] *In Regio* Boacias M. P. XII. & *reliquis* Boaceas. SVR.

BOACEAS.] *Boacias* ſcriptus Cuſani liber. *Boactes* Ptolemaei eſt, uti poſt Simlerum plenius a Cluverio aſſertum eſt L. II. A. p. 73. WESS.

BODETIA.	M. P. XXVII.
TEGOLATA.	M. P. XII.
DELPHINIS.	M. P. XXI.
GENVA.	M. P. XII.
LIBANVM.	M. P. XXXVI.
DERTONA.	M. P. XXXV.
AQVIS.	M. P. XXVIII.

CRI-

BODETIAM M. P. XXVII.] *Habet Regium exemplar. Blandinianum & Longolianum* Bodecia M. P. XXVII. *Neapolitanum* Bodecia M. P. XXI. SVR.

BODETIA.] Neapolitano MS. assentitur Cusani. Tabula *ad Monilia* præfert: unde Ph. Cluverius L. I. Ital. A. p. 72. *Monelia* hoc loco refingit, Holsteinio probante & rem certissimam esse adfirmante. Non ausim tantis viris obloqui, neque etiam a MSS. recedere. Diffiteri tamen non possum, ortam mihi esse suspicionem, *Bodetiam* eandem videri ac Βονδελίαν Ptolemaei, quam *Fossis Papirianis* adjungit: Est ea quidem in mediterraneis, sed cum Geographus in *Papirianis fossis* erraverit, potuit & in *Bondeliae* situ peccatum esse. Viderint peritiores. WESS.

TECOLATAE.] Vel *Tecolata*. Ptolemaeo *Tegulia*. SIML.

TEGVLATAM M. P. XII.] *Regium* Tegolata M. P. XII. *& infra hoc ipso itinere, in hoc exemplari, altera occurret ejusdem nominis mansio. In reliquis utrobique* Tecolata *legitur*. SVR.

TECOLATE.] Sic vulgo. Sigonius *Tecolata*. SCHOT.

TEGOLATA.] *Tecolata* & *Tezelate* MSS. præbent. Est Tigulia Plinii L. III. C. 5. Nunc in ruinis, quas *Tegresa* vocant, jacet, III. M. P. a Segesta Tiguliorum, sive *Sestri:* neque enim audiendus est Cluverius, qui Tiguliam *Sestri* esse jussit, ut bene L. Holsteinius in Cluverium Ital. A. p. 10. animadvertit. WESS.

DELPHINOS M. P. XXI.] *In Regio* Delfinis M. P. XXII: *& in reliquis* Delphinis M. P. XXI. *Plinio L. 3. C. 4. in* Liguria, portus Delphini. *In Itinerario* Maritimo *Antonini, à portu Veneris* portum Delphini *conlocat, qui hodie nomen pæne retinet*. SVR.

DELPHINIS.] *Portum Dalfini* Chronic. Pisanum CIↃLXXII. Rectius Walterus in Translat. S. Monicae C. I. die IV. Maji Act. Sanctorum. WESS.

GENVA.] Margo Fabriciani libri *Gentia*. Medio ævo *Januam*, de quo & *Genuae* nomine egregie ineptit Jac. Auria principio L. X. Annal. Genuens. Caffari, appellabant. WESS.

LIBANVM M. P. XXXVI.] *In Regio* Libanum M. P. XXXV. *& in reliquis* Libanum M. P. XXXVI. SVR.

LIBANVM.] Ita vulgo. Sigonius *Liburna*, & mox *Derthona* cum H. spiritu. SCHOT.

LIBANVM.] *Libarnum*, quod Tabula M. P. XXVI., veriore a Genua distantia, habet, rectum est. Plinio & Ptolemaeo *Libarna*, quo modo vetus lapis Diar. Ital. C. 26. Montfauconii T. BILLIENVS DEXTER LIBARNA. T. VETVLEIVS PRIMVS LIBARNA. Sozomenus hanc, aut certe Dertonam, videtur Λιβεῶνα πόλιν & Λιγυστίας L. IX. H. Eccl. C. 12. appellare: nam Verona, quam Henr. Valesius malebat, esse non potest ob ea, quæ Sozomenus addit. WESS.

AQVIS.] Tabula *Aquis Tatelis* XXVII. M. P. a Dertona, unde *aquas Statiellas* intelligi oportet: eas autem, ut nunc *Acqui*, ita *Aquas* aut *Aquis*, neglecto *Statiellarum* cognomine, sæpe appellaverunt. *De Aquis, de Genua* est in Capitulari Lothari I. Imp., edito a Cl. Muratorio inter additamenta Legum Longobardicarum. *Aquae* Luitprando L. II. C. II., XI. fere milliaribus a Papia abesse, at L. IV. C. 2. L. milliariis, dicuntur. WESS.

CRIXIA.] Nunc *Crosera. Canalico*, nunc *Caralupo*. SIML.

CANALICO.] Tabula *Crixia M. P. XXII.* ab Aquis & *Calanico M. P. XX.* De utriusque situ, cum nusquam alii memorarint, consulendus est Ph. Cluverius L. I. Ital. A. p. 83. WESS.

VA-

CRIXIA.	M. P. XX.
CANALICO.	M. P. X.
VADIS SABBATIS.	M. P. XII.
PVLLOPICE.	M. P. XII.
ALBINGAVNO.	M. P. VIII.
LVCO BORMANI.	M. P. XV.
COSTA BALENAE.	M. P. XVI.

AL-

VADIS SABBATIS.] Vel *Vada Sabata. Savona.* SIML.

VADA SABATIA M. P. XII.] *Plinio lib.* 3, 5. *in* Liguria portus Vadorum Sabatium: *ita enim in vetuſtis legitur exemplaribus, & in vulgatis* portus vadum ſabatium. *Ptolemaeo inter mediterraneas urbes Liguriae Σάβατα. Strabo L.* 4. *p.* 210. ad Genuam Liguſtinum emporium, & Sabatia vada nuncupata: quæ paludes ſunt. Apeninus quidem à Genua, Alpes vero à Sabatiis initium capiunt. Inter Genuam vero & Sabatios idem CCLX. *ſtadia intereſſe perhibet: ſed hoc directo itinere, non manſionum diverſionibus. Hæc vada intelligi voluit D. Brutus ad Ciceronem ſcribens lib. II. Ep.* 13. Conſtitit, *inquit*, nusquam prius, quam ad Vada veniret: quem locum volo tibi eſſe notum. Jacet inter Apeninum & Alpes, impeditiſſimus ad iter faciendum. SVR.

VADIS SABBATIS.] Straboni Σαββάτων Οὐαδα. Intervallum quod in eo eſt, nihil M. P. nocere debet Itinerarii, uti Caſaubonus volebat. Ducit enim hæc itineris pars non ſecundum litus ſed per Apeninum Dertonam, Aquas Statiellas, ſicuti poſt Cluverium Palmerius animadvertit. *Vada* vero hæc *Savonam* eſſe Simlero Ph. Cluverius aſſentitur, merito contra veniente L. Holſteinio in Cluver. p. 8. Diverſa enim eſſe & ſitus & Caſſari Annal. Genuens. L. VI. p. 485. produnt. *Et tota*, inquiunt, *die vaſtantes a ponte Lavagnolae, quæ eſt prope Savonam, usque ad Vadum.* Tum poſt pauca: *Et nocte illa iverunt in Vado: die craſtina de Vado redeuntes verſus Savonam usque ad portas civitatis.* Maneat itaque *Vadorum* ſitus in *Vadi* ſive *Vai.* WESS.

POLLVPICE.] Sive *Lollupice. Final.* SIML.

PVLLOPICEM M. P. XII.] *In Regio* Pullopice M. P. XII. *Blandinianum* Pullupice M. P. XII. SVR.

PVLLOPICE.] *Pollupice* vetuſti noſtri libri edunt. *Finale* nunc eſſe, virorum doctorum conſenſione conſtat. *Finalis* Annales Caſſarii An. CIↃCC. meminerunt, & *caſtri, quod dicitur Fine, ultra V. milliaria diſterminati ab Alba* p. 455. WESS.

ALBINGAVNVM M. P. VIII.] *In Regio* Abingaulo M. P. VIII. *& reliqua* Abbingauno M. P. VIII. *& Longolianum* XIX. *Strabo poſt* Sabatia CCCLXX. Albigaunum *eſſe oppidum refert, cujus incolæ* Ligures Ingauni *appellentur. In vetuſtis Plinii exemplaribus* Album Ingaunum *appellatur. In vetuſto codice Taciti Hiſt.* 2. 15. Vitelliani retro Antipolim, Narbonenſis Galliae municipium, Othoniani Albigaunum interioris Liguriae, revertere. *Neque aliter in Ptolemaei libris quam* Αλβιγάννον. SVR.

ALBINGAVNO.] *Finarium* ſive Finale XV. M. *Albingauno* Auctor Itineris Romani, quod Labbeus Bibliothecæ Novæ inſeruit, removet. Seculo IX. *Albeganum* dicebatur, ut ex Lotharii I. Capitulari liquidum eſt; Annalibus Genuenſ. *Albingana.* WESS.

LOCO BORMANI.] Vel *Locobormanium* aut *Locobani.* SIML.

LVCVM BORMANI M. P. XV.] *In Regio* Luco Bormaci M. P. XV. *Reliqua*, Loco Bormani M. P. XV. Bormanici *oppidi, longiſſime ab hac manſione diſtantis, utpote in* Tectoſagibus *meminit Plin. L.* 3. *C.* 4. SVR.

LVCO BORMANI.] Cuſani MSS. *Locobormam*, Tabula *Luco Boramni*, Ravennas *Luco Vermanis. Bormanus*, cujus hoc loco lucus fuit, Dei localis cognomentum eſt, Germanorum ſermonem redolens. WESS.

COSTA BALENAE.] *Coſta Bellene* pleriqueMSS., neque aliter Tabula: Ravennas *Coſta Ballenis.* Fuit ad portum Mauricii, ubi nunc *Coſta Raimera*, Holſteinio indice. WESS.

AL-

ALBINTIMILIO. M. P. XVI.
LVMONE. M. P. X.
ALPE SVMMA. M. P. VI.
HVCVSQVE ITALIA.
AB HINC GALLIA.
CEMNELO. M. P. VIIII.
VA-

ALBINTIMILIVM M. P. XVI.] *In Regio exemplari deeſt hæc manſio. Blandinianum* Albintimilio M. P. XIV. *Neapolitanum* Albinte milio M. P. XVI. *Longolianum* Albinte millio M. P. XVI. *In vulgatis Plinii exemplaribus oppidum* Albium Intemelium, *quæ in Toletanae Bibliothecae exemplari, & aliis vetuſtis deſiderantur. Tacitus Hiſt.* 2. 13. Vertit iras in municipium Albintimilium: *& in vetuſto* Albintimum. *Ptolemaeo item corrupte* Ἀλβιτιμίηον. *Strabo lib. iiii. p.* 202. *ex* Albingauno *ad Monoeci portum ſtadia* ccccl*xxx. tribuit: quo in medio urbem ingentem eſſe* Albium Intemelium, *cujus habitatores* Intemelii *vocentur: atque inde conjicere, quod à* Sabbatiis Alpes *primordia ſumunt.* Alpiam *enim prioribus ſeculis* Albiam *vocari: & cum Ligures partim* Ingauni *partim* Intemelii: *eorum colonias ad mare deductas, unam quidem* Albium Intemelium, *quaſi* Alpium, *alteram vero* Albigaunum *vocari. Qua ratione* Albigaunum *ſcribendum erat, &* Albium Intemilium. *Sed quoniam de* Intemiliis *neceſſario mentio facta eſt, cujus nationis M. Caelius Rufus, in epiſt. ad Cicer. meminit, libet Taciti locum, fœde depravatum, corrigere. Ita enim in Agricolae vita C.* 7. *legitur:* Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit. Nam claſſis Othoniana licenter vaga, dum in Templo, Liguriae pars eſt, hoſtiliter populatur, matrem Agricolae in prædiis ſuis interfecit. Intemelios *enim pro* in Templo *legendum eſſe adparet ex eo loco, cujus ſupra fit mentio, & ex Hiſt.* 2. *ejusdem Taciti.* SVR.

ALBINTIMILIO.] Meritiſſimo Ch. Colerus Suritae in Taciti Agricola emendationem laudavit: quod vero *Intemelios* a ſe primo Tacito redditos arbitratur, id mihi indicio eſt, fugiente oculo ea, quæ Surita ſcripſit, ab eo relecta eſſe. M. SABINVS FAB. ALBINTIMILI EVOC. AVG. SALVT. eſt in Sponii Miſcellan. p. 155. at in Gudianis è Ligorio inſcriptionibus p. CLXXXIII. 9. SEX. SENTIVS SEX. F. POMPTINA LOLLIANVS INTEMEL. AL. MIL. COH. X., quaſi urbs *Intemelium Albium* eſſet. Ἰωάννης ἐλάχιστος ἐπίσκοπος ἁγίας ἐκκλησίας Βιντιμιλίας memoratur in Concil. Conſtantinop. II. Sp. 149. tom. XVI. Concil. G. L., urbis vocabulo jam tum ad hodiernum ſonum inflexo. WESS.

LVMONE.] Nulli alii hæc dicta eſt, quod reſciſcere quivi; nec numeris parum ſanis ulla auxilii ſpes è MSS. eſt. WESS.

ALPEM SVMMAM M. P. VI.] *Non video qua ratione hoc itinere, quod ab Onuphrio Panvino editum eſt,* Alpes ſummas *legatur. Summus enim locus* Alpium maritimarum, *quo iter hoc dirigebatur, intelligitur: uti diverſis in locis Antoninus* ſummum Penninum, *&* ſummum Pyrenaeum *appellat. Manuſcripta & Longolianum* Alpe ſumma M. P. VI. *Caeſar* ſummas Alpes *adpellat Alpium culmina libri iii. initio:* Qui à finibus Allobrogum & Lacu Lemano & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent. SVR.

ALPE SVMMA.] *Alpem maritimam* intelligendam eſſe è Tabula citra dubium eſt. Appoſita ſunt Simleri verba Comment. de Alpib. p. 87. *Porro Alpis ſumma non ità accipitur Antonio, uti plerique ſummas Alpes apud Caeſarem interpretantur; nempe proprium & peculiare nomen jugi, ita dicti, quod ſummum ſit inter Alpes, uti Rhenanus exiſtimaſſe videtur. Sed ſummum Alpis eſt cacumen ejus montis, per quem iter deſcribit. Sunt autem hodie in omnibus Alpibus, per quas frequentius iter fit, hoſpitia & Xenodochia quædam pro viatoribus exſtructa, quæ tamen, quia ignobilia ſunt, nullo proprio nomine annotari poterant, ideoque Antonius ſummum Alpis pro vertice & manſione in vertice exſtructa ponit.* WESS.

HVCVSQVE ITALIA.] *Hæc in Regio non adponuntur.* SVR.

VSQVE HVC ITALIA.] Agnoſcunt vetuſti libri & manu & formis deſcripti, & recte, ut dicetur. WESS.

CEMENELVM M. P. VIIII.] *Neapol.* Comenelo M. P. XIIII. *& reliqua* Comenelo

VARVM FLVMINE. M. P. VI.
ANTIPOLI. M. P. X.
AD HORREA. M. P. XII.
FORVM JVLI. M. P. XVIII.
FO-

lo M. P. VIIII. *Plinio Lib.* 3. §. 7. oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion, portus Herculis Monoeci, Liguſtina ora. *In Toletano vero* Gemellino. *Ptolemaeo in Vediantiis* Κεμενέλεον. SVR.

CEMENELO.] Ponitur hoc oppidum in Gallia contra Plinii & Ptolemaei, Italiae tribuentium, ſententiam: verum hi *Varo* flumine Italiam terminant, non *Alpe ſumma*, uti Itinerarium. In eadem Gallia ab Uſuardo & veteri Provinc. Notitia agnoſcitur, ſicuti Ph. Cluverius in Ital. A. & Sirmondus Præfat. ad Homil. S. Valeriani docuerunt. Addo Acta S. Pontii C. 15. tom. II. Miſcel. Baluzii. *Fines Italiae tranſiens urbem ſub Alpium jugo procul ſitam petiit nomine Cimelam.* Jam verum eſſe urbis, quod Antoninus dat, cognomen, teſtis eſt Sponii lapis Miſcel. p. 109., quo C. PATERNVS CEMENELENSIS continetur. Plura offert Honoratus Bouche L. III. Hiſt. Provinc. C. 2. §. 3. WESS.

VARVM FLVMEN M. P. VI.] Varum flumen *Italiam à* Narbonenſi *provincia dirimit, unde Plinius lib.* 3. §. 6. *univerſæ Italiae ambitum ab eo flumine ad* Arſiam *deſignat. Ptolemaeus item Narbonenſem provinciam ad Oſtia Vari determinat. Inde Caeſar L.* 1. *Bel. Civil. C.* 37. *iter* ab Legionibus *ex Hiſpania factum ad* Varum flumen, *atque ibi reliquam partem exercitus eſſe dimiſſam tradit. Strabo ex Hiſpaniae, & Galliae confiniis, quibus Pompeii tropaea conſtituta erant, ad* Antipolim, & Varum flumen *milliaria numerat, & medium eſſe inter* Antipolim & Nicaeam. SVR.

VARVM FLVMINE.] Sic volunt MSS. Lucanus L. I. 404.

Finis & Heſperiae promoto limite Varus.

ex quo ſuos hortulos Vibius Sequeſter rigavit, *Varus*, inquiens, *hic nunc Galliam ab Italia dividit, ante Rubicon*; verum imperite. Rubicon ad ſuperum mare Italiam & Ciſalpinam Galliam terminat, Varus ad inferum. V. Cluverium L. I. Ital. A. C. 2. WESS.

ANTIPOLIM M. P. X.] *Plinio L.* 3. *C.* 4. oppidum Latinum Antipolis: *& quare Latinum vocet, ex Strabone diſcimus. Ait enim, quod cum* Antipolis *in Narbonenſi Gallia ſita ſit,* Nicaea *in Italica regione,* Nicaeam *in Maſſilienſium jure permanere, & in ea provincia exiſtere:* Antipolim *vero intra Italicas connumerari: & cum Maſſilienſibus judicio contendentem, ab eorum imperio liberam factam. Tacitus Hiſt.* 2. 15. Antipolim Narbonenſis Galliae Municipium *adpellat.* SVR.

ANTIPOLI.] Tabula idem intervallum agnoſcit. Videtur utrique Strabo obſtare L. IV. p. 184., Antipolin ſtadiis LX. Varo removens, nec facit tamen: ſunt inter Varum atque Antipolin Leugae Provinciales II. & s., quarum ſingulae III. M. P. Strabonis æquant, IV vero M. P. Itinerarii, ut exemplis bene multis Hon. Bouche L. III. Hiſt. Provinc. C. 2. patefecit. Stadia Strabonis LX. M. P. VII. & s. non excedunt, eſtque eorum par ratio ad Leugas II. & s., quae M. P. X. Itinerarii. Antipolis in *Antibes* perdurat. WESS.

AD HORREA.] Accedit Tabula. Labbeus & Samſonius *Napoule*, H. Bouche L. III. Hiſt. Provinc. C. 4. p. 148. *Graſſe* eſſe arbitratur. De *Horreis* ſæpe dictum eſt. WESS.

FORVM JVLI M. P. XVIII.] *In Regio* Forum Juli M. P. XVII. *reliqua* M. P. XVIII. *Strabo navale Caeſaris Auguſti*, Forum Juli *vocatum, & inter* Olbiam & Antipolim *conſtructum eſſe. Plinius lib.* 3. *C.* 4. Forum Julii Octavianorum colonia, quae Pacenſis appellatur; & Claſſica. SVR.

FORVM JVLI.] XVII. M. P. Regii MS. Tabula adfirmat. CIVITAS FOROIVLIENSIVM eſt in lapide apud H. Bouche L. IV. Chorogr. Provinc. C. 2. p. 247. *Furiolana* Monacho S. Galli L. II. Geſt. Caroli M. C. 27. *Urbem Furiolanam, quam, qui ſibi ſcioli videntur, Forum Julienſe nuncupant.* Annales Caffari Genuenſ. *nundinas & mercatum Fori Julii* celebrant p. 332. Strabo inter Maſſiliam & Forum Julii ſtadia 1000 c. intereſſe ait, quae ſane

FORVM VOCONI.	M. P. XXIIII.
MATAVONIO.	M. P. XII.
AD TVRREM.	M. P. XIIII.
TEGVLATA.	M. P. XVI.
AQVIS SEXTIS.	M. P. XVI.

MAS-

non respondebunt, nisi si, quod paullo ante diximus, observetur. Wess.

FORVM VOCONII.] Vel *Vocona:* mendose tamen, ut videtur. Distantia ejus a Foro Julii in uno exemplari ponitur XII. M. P., in altero, quod emendatius videtur, XXIIII. M. P. Sic etiam inter *Varum* & *Cemeneleum* ponuntur VI. M., ubi rectius XI. M. P. ponerentur: & inter Varum atque Antipolin X. M. P., quibus addenda V. sunt. Siml.

FORVM VOCONI M. P. XII.] *Plancus Ciceroni lib. X. Ep.* 17. Forum Voconii à Foro Julii quattuor & viginti M. P. abesse *prodit, & is numerus mendo non vacat: cum* XII. *tantum* M. P. *hoc Itinerario adsignentur.* Svr.

FORVM VOCONI.] *Voconia* liber Parisinus. Tabula XVII. a Foro Julii separat. Planci locum non mutavero. Simlerus enim XXIIII. M. P. in MSS. invenit, quæ epistolæ numeros adfirmant. Videtur hoc Forum fuisse, ubi *Luc* est in Provincia aut *Le Canet* non longe a *ponte Argentei.* Vide Honorat. Bouche de hacre egregie disputantem L. III. Hist. Provinc. C. 4. Wess.

MAVTOVONIVM M. P. XII.] *Regium* Matabonio M. P. XII. *Blandinianum* Mauta vonio M. P. XII. *& Longolianum: Neapolitanum* Mauto M. P. XII. Svr.

MATAVONIO.] *MAVTOVONIO* codex Parisiensis cum Lugdunensi edito. *Maittavono* Simlerus Basileae provulgavit; Tabula *Matavone*, è quibus inter se comparatis Amp. M. Altingius notis MSS. in Tabulam *Matarone* & *Mataronio* format, persuasus in *Torone*, oppido ad ripam dextram Argentei fluminis, nominis locique reliquias durare. Mihi non videtur hæc tuta via, præsertim cum mansionis situs sit dubius. Hon. Bouche *Cabasse* esse censet ob hunc lapidem, inibi repertum:

IMP. CAES. FL. VAL.
CONSTANTINO. P. F. AVG.
DIVI. MAXIMIANI. AVG.
NEPOTI. DIVI. CONSTANTINI. AVG. FILIO
XXXIIII.

Repetit XXXIIII. M. P. a Foro Julii, non male, si cetera responderent: atqui inter Forum illud & Matavonium M. P. sunt XXXVI. Itaque ampliabimus. Wess.

AD TVRREM.] Similiter Tabula, sed XVII. M. P. additis. Est in hoc tractu vicus *Turues*, situ sonoque satis conveniens. Insignite vero Savaro ad Sidonium peccat L. II. Ep. 1. p. 95. *Aturensium civitatem* cum hac mansione componens. Hoc si non est toto cœlo, certe tota est errare provincia. Wess.

TEGVLATA.] *Tecolata:* hæc alia est a superiore, quam *Tiguliam* Ptolemaeo & Plinio esse diximus in Liguria; hæc vero Galliae Narbonensis oppidum est, quod hodie *S. Maximini* nomen habet. Siml.

TEGVLATA.] Novit & hanc Tabula: Ravennas bis *Tegulitiam* nominat. Oppidum autem *S. Maximini* esse non potest, quoniam ab Aurelia via id longius semotum est. Labbeo *Tretz*, quod pari distantia a priore mansione & sequenti abest, Boucheo illi proximum *Peigiere* placet. Ut ut est, urbs *S. Maximini* olim satis ampla fuit, servatque in templo Divae Magdalenae lapidem inscriptum:

SVAE COLLACTANEAE
FECIT. L. THEMATILLA
ET. L. VAL. CERTVS. L. VALERIO
LVCINO. FILIO. PIENTISSIMO
FECERVNT.

Hon. Bouche, qui L. IV. Chorog. Prov. C. 2. p. 213. eum exscripsit, opinatos plerosque auctor est, quod ductus literarum essent parum elegantes & penitus implicati, omnia Hebraea esse & magnum aliquod arcanum, S. Maximini manu his involucris reconditum, complecti, seque ægre hominum stultitiam & superstitionem discussisse. Adde Thes. p. 109 LX. II. & hinc corrige. Wess.

AQVAS

MASSILIA. M. P. XVIII.
CALCARIA. M. P. XIIII.
FOSSIS MARIANIS. M. P. XXXIV.
ARELATE. M. P. XXXIII.

ALI-

AQVAS SEXTIAS M. P. XVI.] *Reg. exemplar* Aquis Sextis M. P. XVI. *Blandinianum & Longolianum* Aquis Sextis M. P. XV. *Neapolitanum* Aquis M. P. XVII. *Strabo à Pompeii tropæis, Hiſpaniae & Galliae confiniis, ad* Aquas Calidas, *quas* Sextias *nominant, prope Maſſiliam* LIII. M. P. *numerat. Plinius Lib.* 3. C. 4. Salyorum *oppidum eſſe, qui perperam* Salices *Ptolemaeo cognominantur. Epitome Liviana libri lxi.* C. Sextius Proſc. victa Salviorum gente coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus atque à nomine ſuo ita adpellatas. *Strabo cum de* Sextii *colonia ab eo mentio fit, partem* calidarum *earum aquarum, in* frigidas *permutatam perhibet.* SVR.

AQVIS SEXTIS.] Hoc MSS. & vetera monumenta probant apud Fabrettum C. V. 322. SEVIRO. AVG. IN. PROVINCIA. NARBONENSI. COLONIA. AQVIS. SEXTIS. & in Pontific. Arelat. Petri Saxii p. 115. Ed. Menk. P. SETIVS. FLORVS. IIIIII. AVG. COL. IVL. AQVIS. ET. COL. AREL. Cuſani liber M. P. XVII., Tabula XV. adponit. WESS.

MASSILIA.] Vel *Maſſalia.* SIML.

MASSILIA.] *Maſſaliam* per primam vocalem, Graecorum more, libri quidam. Sigonius *Maſſiliam.* SCHOT.

MASSILIA.] Ita conſtanter ſcripti codices. Μασσαλίην ἱερὴν πόλιν, ob ſacra Apollinis, Dianae & Minervae credo, Oppianus L. III. Halieut. ℣. 544. appellat. Situm urbis expinxit Eumenius Paneg. ad Conſtantinum Aug. C. 19. WESS.

CALCARIA.] Vel *Calcana.* Schudio *Cabanna.* SIML.

CALCARIAM M. P. XIIII.] Calcariae, *à* calce *dicta: lex Juriconſulti Vlpiani* VIII. *de pœnis.* In *Calcariam* quoque vel *Sulphurariam* damnari ſolent: ſed hæ metalli ſunt magis. SVR.

CALCARIA.] Verum id eſt & Tabulæ ac Ravennati probatum. A *calce*, ut bene Surita, nomen eſt, uti & *calcariis fornacibus* apud Plinium L. XVII. C. 9. & *calcarienſibus*, quos cura excoquendæ calcis tangebat, Leg. 37. C. Theod. de Decurion. Nunc *Carry* eſſe volunt, ubi ad ſuam usque ætatem calcarias fornaces fuiſſe H. Bouche L. III. H. P. C. 4. obſervat. WESS.

FOSSAS MARIANAS M. P. XXXIIII.] *Plinio, ex vetuſto exemplari Toletano, lib.* 3. 4. Ultra, foſſae ex Rhodano, C. Marii opere & nomine inſigne ſtagnum. SVR.

FOSSIS MARIANIS.] Duxit has *Foſſas* Marius ex Rhodano per campum lapideum, *la Crau*, usque ad oppidum, a foſſis dictum, *Foz*, ſuperantque earum veſtigia circa *Galejon*, quemadmodum erudita diſſertatione Honor. Bouche L. III. Hiſt. Prov. C. 5. p. 164. &c. probavit, & ex eo Harduinus Emen. XXV. ad Plinianum L. III. WESS.

ARELATE M. P. XXXIII.] *In Regio* Arelate M. P. XIII. *Reliqua* Arelate M. P. XXXIII. *Strabo pari intervallo diſtare* Arelate à Maſſilia, *atque* Narbonem *à promuntorio Veneris Pyreneae.* SVR.

ARELATE.] In Sponii Miſcel. p. 165. COL. IVL. PATERNA ARELATE. Eſt & in Gruteri Theſ. p. CLIX. 8. lapis, in quo MAMILLARIA videtur nuncupari, cujus tituli cauſſam ignorare ſe faſſus eſt Ill. Scaliger Lect. Auſon. L. II. C. 30. At Pet. Saxius Pontific. Arelaten. princ. a *Mammis*, quondam ab Arelatenſium agris opem fidemque, ut ait, Gallia acceperit, derivat: addit ex eadem cauſſa *Thelinen* a Graecorum θηλὴ Avieno fuiſſe appellatam, quam opinionem approbavit Hon. Bouche L. IV. Chorogr. Prov. C. 4. §. 1. Hoc demum eſt, ut ingenue agam, acutum cernere! Verius Pet. Marca L. I. Hiſt. Bearn. C. 13. §. 14. vocabulum MAMILLARIA diſtrahendum & MA. MILIARIA, quemadmodum & lapis præfert, legendum cenſuit; qui tamen cum de *MATRE Arelate*, unde *miliaria*, uti ex urbe Roma, per Gallias initium ordirentur, accepit, multo inferior eſt Th. Reineſio, L. III. Var. Lect. C. 16. certiora docente, quem vide. WESS.

ALITER A ROMA COSAM.	M. P. LXI. Sic.
CAREIAS.	M. P. XV.
AQVIS APOLLINARIS.	M. P. XVIIII.
TARQVINIOS.	M. P. XII.
COSAM.	M. P. XV.
ITER A ROMA PER PORTVM CENTVM CELLIS.	M. P. LXVIIII. Sic.
IN PORTVM.	M. P. XVIIII.
FREGENAS.	M. P. IX.

AL-

ALITER A ROMA.] Cusani MSS. *Al iter a Roma.* Lugdunensis editus *A Litera Romacoso:* an *aliud iter a Roma* voluerunt? *Coso* in plerisque libris legitur. WESS.

CAERE M. P. XV.] *Mirum est quam detortum, ac depravatum nomen librarii ex pervulgato & noto reddiderint. In Regio* Caretas *legitur: & in Blandiniano & Longoliano* Cereias. *Neapolitanum* Cereiar. *Livio, Plinio, Straboni, Ptolemaeo, & Stephano* Caere. *Ab eo institutum esse, sacra* caerimonias *vocari, quia* Caerites *ea infracto reip. statu perinde ac florente coluerint, Valerius Maximus lib.* 1. *C.* 1. *auctor est. Plinius lib.* 3. 5. *à mari intus* IIII. M. P. SVR.

CERETVS.] Alii rectius *Cere.* SCHOT.

CAREIAS.] *Cereias* MSS. nostri. *Careias,* quod dedimus, in Tabula est, neque multum abeunt codices Suritae. *Caere* ut sit, situs non patitur. Illud haud dubie oppidum est, quod *Careas* Frontinus L. II. Aquæduct. p. 240. Ed. Keuchen. vocat. *Alsietinae conceptionis modus* ——— —— *cum ex lacu Alsietino & deinde circa CAREAS ex Sabatino* &c. Sedem habuit, ubi nunc *Galera,* sicuti docuit L. Holstenius in Cluv. Ital. A. p. 44. WESS.

AQVIS APOLLINARIS.] Sic MSS. Tabula *Aquas Apollinaris.* Ph. Cluverius eas cum Caeretanis confudit, notatus propterea ab Holsteinio. Nunc *Stilianas* vocitant. WESS.

TARQVINIOS M. P. XII.] *In Regio,* Tarquinius M. P. XII: *& in reliquis* Tarquinios M. P. XII: Tarquinii *urbs Livio, & Plinio lib.* 3. 5. populi Tarquinienses. *Dionysius Halicarnasseus L.* 3. *p.* 184. florentissimam Etruriae urbem *adpellat, in qua* Damaratus Corinthius *domicilium constituit.* SVR.

TARQVINIOS.] *La Tarquinia* sive *La Turchina* veteris cognominis reliquias servat. WESS.

ITER A ROMA PER PORTVM CENTVMCELLAS.] *Hic* portus *à Claudio Imperatore extructus est: qui* Augusti *in Itinerario* portuum *& positionum ab hoc eodem auctore cognominatur. De eo* portu, *quem* Ostiensem *Tranquillus adpellat, plura à Dione libro lx. p.* 772. *referuntur, quem perfeciisse, magnitudine animi, & potentia Romana dignum; quod loca circum ostia Tiberis, neque tuta navibus adpellendis essent, neque portus opportunos haberent. Plinius libro xxxvi. C.* 9. D. Claudius aliquot per annos asservatam, qua Caius Caesar importaverat omnibus quæ unquam in mari visæ sunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex pulvere exædificatis, perductam Ostiam, portus gratia, mersit. *Longius ab urbe portum quam Ostiam distare hoc ipso itinere admonemur, quo ab urbe in portum* XVIIII. M. P. *adsignantur & statim subdit* urbem ab Ostia XVI. M. P. *distare. Rutilius Numatianus ejus in itinerario meminit lib.* 1. *v.* 155.

Pande precor gemino placatum Castore portum,
Temperet æquoream dux Cytherea viam.

Procopius portum *ab urbe Roma* CXXVI. stadiis *abesse memorat, & decursum fluminis ad portum describit, qui dextro brachio fluminis adjungebatur: & urbem eo loco à priscis Romanis constructam, & muro prævalido munitam, cui à* portu *ipso illi proximo nomen inditum fuerit, quem* portum *hic Antoninus designat: nam ab eodem Procopio traditur ad lævam ex altera parte, qua in mare Tiberis altero brachio influit, urbem* Ostiam *adjacere, & eam fluminis ripa fuisse contiguam. Hæc de Bello Gothorum libro* 1. *C.* 26. *ab eo traduntur.* SVR.

CEN-

ALSIO.	M. P. IX.
AD TVRRES.	M. P. IIII.
PYRGOS.	M. P. XII.
CASTRO NOVO.	M. P. VIII.
CENTVM CELLIS.	M. P. VIII.
AB VRBE OSTIS.	M. P. XVI.
LAVRENTO.	M. P. XVI.
LANVVIO.	M. P. XVI.

PRAE-

CENTVM CELLAS M. P. LXVIIII.] *Hæc manſionum ſumma deeſt in Regio, ſed numerorum ejus ratio cum ea congruit. In Blandiniano & Longoliano* LXVIIII. *& in Neapolitano* LXVIII. Centum cellarum *nomen recentius erat, quàm ut à Plinio recenſeri poſſet: cujus nec à Ptolemaeo fit mentio.* SVR.

CENTVM CELLIS.] *Portus Trajani* inibi conditus, a Plinio Seniore haud dubie commemorari non potuit. De *Centumcellis* dubites non immerito: videtur enim vetuſtius & ex re ipſa ſumptum nomen; quæ quoque cauſſa eſt, quam ob rem id in vulgus abierit, nomine *portus Trajani* paullatim obliterato. WESS.

IN PORTVM M. P. XVIIII.] *Strabo libro* v. *p.* 226. *à* Pyrgis Oſtiam CCLX. *definit: & in medio* Alſium *interjacere, &* Fregenas: *tametſi bis corrupte in editis quibusdam* Ἀλειον *pro* Ἀλσιον *legitur. Deſignat præterea à* Coſſa *oppido ſupra mare ſito,* Oſtiam *navigantibus exigua oppida occurrere,* Graviſcas, Pyrgos, Alſium, & Fregenas. SVR.

IN PORTVM.] VIIII. M. P. addit non ſine peccato Pariſinus MS. Procopii ſtadia CXXVI. accurate reſpondent M. P. XVIII., quæ in Tabula inſunt. *Portum, portum urbis, portum Auguſti* appellant, ut Ammianus L. XIX. C. 10. cum Lindebrogii nota & Acta Martyrii Ignatii, ubi Uſſerium vide. De Rutilii verſibus, a Surita paullo ante productis, conſule P. Burmanni commentaria. WESS.

FREGENAS M. P. VIIII.] *Plinius lib.* 3. 8. *in* Tuſcis, *qui* Tyrrheni *dicebantur,* Alſium & Fregenas *adjungit. Livius L.* 36. *C.* 3. Fregenas *maritimum oppidum adpellat.* SVR.

FREGENIS.] Coloniae dignitate inſignes fuiſſe docet Cluverius. MVNIC. FREGENATES ſunt in lapide Ligoriano apud Gudium p. CLXXXVI. 6., &, quod miraberis, Neptunus FREGINVS p. XLI. 2.

NEPTVNO SEVERIANO
FREGINO
S. P. Q.
FREGEN.....

WESS.

ALSIO.] Eſt in ejus veteri ſede villa ſive caſtellum Urſinae gentis *Palo.* WESS.

CENTVM CELLIS.] Sic alii legunt, ſed non recte. Terminus enim viæ. SCHOT.

AB VRBE LAVINIVM.] Ita Sigonius, additis M. P. LXVIII. Sed errat calculus, niſi legas XLVIII. IDEM.

AB VRBE OSTIS.] Hoc malunt MSS. aut *Hoſtis*, quibus Tabula adſtipulatur: *Oſtia* enim recentiore ævo, vocis originationem ſecuti, plurium numero pronuntiabant, ut exemplis bene multis Ph. Cluverius L. III. I. A. C. 13. commonſtravit. Urbem XVI. M. P. Roma afuiſſe, teſtis Eutropius eſt L. I. C. 5. & ſcholiaſtes Lucani, nuper a F. Oudendorpio è MSS. erutus, L. VI. 76. hæc notans. *A Roma dicit Oſtiam civitatem; & ipſa enim tantum abeſſet, niſi Tiberis torqueretur: quia ſi per flexus torquetur XXIV. M. ſunt, recto itinere XVI.* Quæ vero C. Sigonius addebat *Lavinium M. P. LXVIII.*, ea ex conjectura nata fuiſſe ſuſpicor; abſunt enim a libris. WESS.

LAVRENTVM M. P. X.] *Plinius ab* Oſtia *ſtatim* Laurentum *ſubjungit. Strabo Aeneam cum Anchiſe patre, & Aſcanio filio* Laurentum *applicuiſſe memoria eſſe proditum, auctor eſt: atque idem prodit Dionyſius Halicarnaſſeus.* SVR.

LAVRENTO.] XVI. M. P. magno conſenſu, cui obviam ire non libuit, MSS. apponunt. *S. Lorenzo*, ac ſi a *S. Laurentio* nomen eſſet, nunc vocant. WESS.

LAVINIO.] Vel *Lanuvio.* SIML.

LANVVIVM M. P. XVI.] *Regium* Lanuviones M. P. XVI. *Blandinianum, & Longolianum* Lanuvio M. P. XVI. *Neapolitanum* Loniano M. P.

PRAENESTINA.

AB VRBE BENEVENTO VSQVE M. P. CLXXXVIII. Sic.

GABIOS.	M. P. XII.
PRAENESTE.	M. P. XI.
SVB ANAGNIAE.	M. P. XXIIII.
FERENTINO.	M. P. VIII.

FRV-

XV. *peſſime in Aldino* Lavinium. SVR.

LANVVIO.] Hoc MSS., præter eum, quem Fabriciani exemplaris poſſeſſor verſavit, agnoſcunt: *Lavinio* Simlerus & Lugdunenſis dederunt; atque hoc ſolum verum eſſe Paullus Merula pugnat Cosmogr. Part. II. L. IV. p. 825. ex Tabula, quæ ab Urbe per Oſtiam & Laurentum viam Lavinium usque continuat. Permutari ſæpe a librariis Lavinium & Lanuvium Ph. Cluverius L. III. I. A. p. 935. & N. Heinſius Ovidii L. VI. Faſt. ℣. 60. docuerunt; poſſetque adeo ſuſpicio non injuſta eſſe, idem & hoc loco eveniſſe. Quia tamen plerique omnes MSS. in *Lanuvio* conſpirant, & Tabula non idem omnino iter perſequitur, nolim quicquam mutari; in primis cum Lavinii ab Urbe diſtantia non conveniat: aberat enim ſtadiis CL., Appiano L. II. B. C. p. 725. auctore, quæ XVI. M. P., ſi ea ab Urbe repetas, ſunt auctiora; ſin, ut ſane fieri oportebit, anteriorum manſionum numeros in ſummam addas, longe ſpatio ſignato erunt minora. Putem indicari iter Roma Lanuvium, ut paullo ante Roma Oſtiam & Roma Laurentum, nec negavero M. P. juſto eſſe minora. WESS.

VIA PRAENESTINA.] Ejus initium a porta eſt Esquilina, quam Procopius propterea L. I. B. G. C. 19. *Praeneſtinam* appellat. *CVR. VIAE PRAENESTINAE* eſt in Theſ. p. CCCCXXXVII. 2. v. Joſ. Mar. Suareſium L. I. Praeneſt. A. C. 19. WESS.

GABIOS.] *Gabrios* vel *Glabrios*. Lego *Gabios*. Gabiorum enim urbs, cujus plerique veterum meminere, ad viam Praeneſtinam ſita fuit, non longe a Roma, ut Dionyſius Halicar. ſcribit: ſed ipſius ætate deſolata fuit, relictis tantum aliquot tabernis in uſum iter agentium. SIML.

GABIOS M. P. XII.] *Dionyſius* Gabios, via Praeneſtina *ad centeſimum ab urbe ſtadium conlocat libro iiii. p.* 252. & XCVI. ſtadia XII. milliarium *conficiunt. Strabo itidem L. v. p.* 238. *Praeneſtina via inter Latinam & Valeriam* Gabios *locat, ab Vrbe, & Praeneſte ex æquo ſtadiis centum diſtantes, quæ ſi vera dimenſio, Praeneſtinæ urbi* XII. M. P. *applicandæ erant, aut* ab Vrbe, Gabios XI. M. P. *ut ex æquo diſtarent.* SVR.

GABIIS.] Ita Sigonius. Male alii *Gabrias.* SCHOT.

GABIOS.] Vaticanus hoc amplectitur, ceteri *Gabrios*, quod margo Fabriciani libri in *Gabios* mutat. Tabula XI. M. P. addit, nec plura Praeneſtinae urbi, egregieque adeo Straboni adſtipulatur. WESS.

PRAENESTE.] Hieronymus in Martyrum indice, quem L. d'Achery Spicilegio inſeruit, & Notkerus a. d. XV. Kal. Sept. XXXIII. M. P. ab urbe ſeparant, intervallum X. M. P. intempeſtive augentes. Sita urbs erat in monte *Aventino*, ſive, uti in veteri MS. Vibii Sequeſtri Suareſius invenit, *Apennino*, aut *Arentino*, ut Joan. Boccatius: nobilitarunt eam præter alia ſortes de quibus Cicero. Procopio in MS. Boico Πενεστίνη dicitur, ad quem modum Anaſtaſio Bibliothecario & multis aliis *Peneſtre*; unde nunc *Paleſtrina*. Vide Joſ. Mar. Suareſium L. I. Praeneſt. A. C. 3. WESS.

SVB ANAGNIAM M. P. XXIIII.] *In Regio* Sub Anagnie M. P. XXIIII. *In Blandiniano, & Longoliano* Sub Anagniae M. P. XXIIII. *In Neapolitano* Sub Anagnie M. P. XIIII. *ut legendum ſit* ſub Anagniam, *uti ſupra* Sub Romulam: *aut utrobique* Sub Romulae, Sub Anagniae. SVR.

SVB ANAGNIE.] Sic alii. Sigonius *Anagnia.* SCHOT.

SVB ANAGNIAE.] Hoc Pariſinis ineſt ſchedis: aliæ ſui temporis more modoque *Sub Anagnie.* Dicta manſio eſt, quod *Sub Anagniam* eſſet: *Compitum Anagninum*, Livio L. XXVII. C. 4. non ignotum, Tabula hoc ſitu habet. WESS.

FE-

FRVSINONE.	M. P. VII.
FREGELLANO.	M. P. XIIII.
FABRATERIA.	M. P. III.
AQVINO.	M. P. VIII.
CASINO.	M. P. VII.
VENAFRO.	M. P. XVI.

TEA-

FERENTINO.] In integrum hanc mansionem ex MSS. & editis restituimus, a Surita neglectam. WESS.

FRVSINONE.] Vel *Frusione.* SIML.

FRVSINONE.] Vaticanus *Ferentino M. P. VIII. Fabrateria M. P. III. Frusinone M. P. VII. Fregellano M. P. XIIII.*, non bene. Est in lapide apud Gudium p. IX. 6. *A. AGNEIVS. L.F. OVF. NIGER IIVIR COLON. FRVSIN.* Juvenalis Sat. III. 224.

——— —— *optima Sorae*
Aut Fabrateriae domus, aut Frusinone paratur.

De civitate Frisilone, unde nostro tempore *Frussilone*, habes in Hormisda Anastasii. WESS.

FREGELLANVM M. P. XIIII.] *In Regio* Fregellano M. P. XXIIII. *& infra* Frusinone Fregellanum M. P. XV. *designat. Livius lib.* 8. 22. Fregellas, Sidicinorum *agrum, ac deinde* Volscorum, *coloniam deductam auctor est. Plinius lib.* 3. 9. *cum* Fabraternis *&* Ficolensibus Fregellanos *recenset. Hoc loco oppidum, aut prædium significari videtur.* SVR.

FREGELLANO.] Ita alii. Sigonius *Fregellis.* SCHOT.

FREGELLANO.] MSS. hoc probant. Sigonii *Fregellis* conjecturæ debetur, ut multa. Diversorium aut prædium in agro Fregellano indicatur. WESS.

FABRATERIAS.] Alii ita. Sigonius vero *Fabrateria.* SCHOT.

FABRATERIA.] A Simlero est *Fabraterias.* Lugduni dederunt *Fabrateria* M. P. XIII., sed invitis MSS. Servat nominis locique reliquias *Falvatera.* WESS.

AQVINO.] Silio Italico *ingens Aquinum* L. VIII. 405. Ciceroni *municipium frequens* Philip. II. C. 42. PATRONVM MVN. AQVINAT. leges in lapide apud Gudium p. XXXVII. 7. Nunc præter rudera ingentia & veterem Basilicam paucæ superant casæ, de quibus Angelus de Nuce ad S. Benedicti vitam C. 16. Porro in Tabula eadem M. P. insunt. WESS.

CASINO.] Alias *Casilino.* SIML.

CASINO.] *Castrum Casinum* Gregorius M. appellat in Vita S. Benedicti, atque hunc in modum C. 8. describit: *Castrum namque, quod Casinum dicitur, in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recipit, sed per III. M. in altum se subrigens, velut ad aëra cacumen tendit.* Apparet hinc *Casinum* non fuisse, ubi nunc celeberrimum in summo monte Benedictinorum est monasterium, sed in montis ejus decliviore latere, quo antiquæ urbis superbas reliquias conspici Ang. de Nuce ad Gregorii M. locum testatur. Quare jure eos reprehendit, qui Casinum in montis verticem imposuerunt, nec recte tamen Ph. Cluverium illis accensens, ut ex ejus L. III. Ital. A. p. 1042. cuivis manifestum erit. Quod autem Gregorius M. Apollinem in montis cacumine Benedicti tempestate cultum fuisse prodit, id lapide Ligoriano, modo bonæ fidei sit, Casini, ut fertur, reperto, comprobabitur apud Gudium p. XXIV. 2.

APOLLINI. INVICTO. MITHRAE
SACRVM
T. AVFIDIVS T.F. STEL. PRINCEPS
PATRONVS MVNIC. ET. COLON.
CASIN. MVNIC. IIII.VIR QVINQ.
D.D. KAL. AVG. VINOMALO ET
OPILIONE COS.

Consules *Vincomalus*, hoc enim verum ejus nomen, & Opilio magistratu insignes fuere An. CCCCLIII. Habet & id monumentum alia prorsus notabilia, quæ hujus loci non est excutere. WESS.

VENAFRO.] Vulturno flumini appositum est, Erchempertoque Hist. Longob. C. 29. Edit. Ekhardi *Castrum Benafranum* dicitur: pari modo *Benafranos Comites* reperies L. II. Chron. Casin.

TEANO.	M. P. XVIII.
ALIFAS.	M. P. XVII.
TELESIA.	M. P. XXV.
BENEVENTO.	M. P. XVIII.

LAVICANA.

AB VRBE BENEVENTO VSQVE.	M. P. CLXX. Sic.
AD QVINTANAS.	M. P. XV.
AD PICTAS.	M. P. X.

COM-

Caſin. C. 37. *Civitatem Benafranam* in Chron. Vulturnenſi p. 376. *Urbem Benafro* p. 377. *Venabri* data eſt lex 22. C. Theod. de Curſu Publ. WESS.

TEANVM M. P. XVIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Theano: *& ſupra* Teanum *ſcribendum eſſe monuimus. Et hoc idem eſt* Sidicinum. SVR.

THEANO.] Sic quidam libri: veteres lapides absque ſpiritu, ut dixi ſupra, & *Alliſas*, geminata liquida, Inſcript. Italiae. SCHOT.

ALIFAS.] *Aliſas* Lugduni vulgatum eſt, Pariſienſi MS. non vetante. Eſt autem *Alifas* ex uſu recentioris ævi. Leo Oſtienſis L. I. Chron. Caſin. C. 36. *Inde Alifas pertranſiens per Teleſiam venit ad Civitatem, quæ nominatur S. Agathae*; quibus gemina ſunt in Chron. Longobardico apud Camillum Peregrinum p. 268. Vide ſupra p. 122. WESS.

LAVICANA] *Strabo* Lavicanam *viam à porta* Exquilina *ducit, a qua &* Praeneſtinam *exordium ſumere tradit: ad* Pictas *vero, &* Latinam *viam finiri: à* Labicis *dictam populis ferunt, qui &* Lavici *vocantur. Nam in vetuſtis exemplaribus Graecis & Latinis utrumque ſcriptum video.* SVR.

BENEVENTVM VSQVE M. P. CLXX.] *In Regio deeſt hic ſummæ numerus: In Blandiniano* DXX. *facili occaſione erroris ex* CL. *&* D. *arrepta. In Neapolitano* CLXX. *In Longoliano* DXX. *&* CLXX. *reſtituit.* SVR.

AD QVINTANAS M. P. XV.] Ad quietis *legendum arbitror, dum locum illum T. Livii reſpicio, libro* 4. *C.* 41. Cum hæc agerentur, jam, *inquit*, conſul via Lavicana ad fanum Quietis erat, eo miſſa plauſtra jumentaque alia ab urbe exercitum affectum prælio, ac via nocturna excepere. *paulo poſt*, in urbem eſt ingreſſus Conſul. SVR.

AD QVINTANAS.] Mutari quidpiam Tabula vetat. Fuit olim hoc ſitu *Labicum*, unde viæ nomen, XV. M. P. ſive CXX. ſtadiis ab urbe, ut Strabo L. V. p. 237. auctor eſt: atque hinc Labicani *QVINTANENSES* in lapide, quem R. Fabrettus Diſſ. III. de Aquaeduct. p. 1773. Ed. Graevii publicavit:

D. M.
PARTHENIO ARCARIO
REIPVBLICAE
LAVICANORVM
QVINTANENSIVM

Huc quoque refert vir eruditus *PRAEDIA QVINTANENSIA*, quorum meminit inſcriptio, ab ipſo vulgata, Inſcript. C. VII. p. 450. WESS.

AD PICTAS M. P. X.] *Strabo*, πρὸς τὰς Πίκτως: *quas ab urbe Roma* CC. *diſtare ſtadiis tradit libro v. p.* 237. *Forte* Pyctas *legendum, id eſt*, pugiles, *Graeca voce latinis auctoribus uſurpata: ut locum deſignet, quo pugiles exercerentur: & in Strabone* πρὸς τὰς Πύκτας, *legendum.* SVR.

AD PICTAS.] Strabo ſtadiis CCX. *Pictas* ab Urbe ſemovet, quæ cum M. P. XXVI. æquent, levis unorum millium differentia eſt. Vt autem quid in eo aut Itinerario mutes, nihil neceſſe eſt: videntur enim *pictae tabernae* loconomen feciſſe. *Maſſam Pictas in territorio Gabinenſi* Anaſtaſius in S. Silveſtro deſcribit, quæ ſi non eædem, certè haud longe afuerunt. Tabula *Pactas*, non recte. WESS.

FERENTINVM M. P. VIII.] *Livius L.* 4. *C.* 56. Ferentinum Hernicis *à Romanis donatum, & Volſcis ademptum tradit.* Ferentum *vero oppidum* Apuliae. *Horatius lib. iii. Oda iv.* & arvum

Pin-

COMPITVM. M. P. XV.
FERENTINO. M. P. VIII.
FRVSINONE. M. P. VII.
FREGELLANO. M. P. XIIII.
BENEVENTO MANSIONIBVS, QVIBVS ET IN PRAENESTINA. M. P. CI.

LATINA.

AB VRBE AD DECIMVM. M. P. X.
ROBORARIA. M. P. VI.
AD PICTAS. M. P. XVII.
COM-

Pingue tenent humilis Ferenti.

Et lib. I. epiſt. xvii. ℣. 8.

Si lædit caupona, Ferentinum ire jubebo.

Tacitus Hiſt. 2. 50. & Tranquillus Othoni *originem fuiſſe è municipio* Ferentino *in Othon. C. 1. tradunt.* SVR.

FERENTINO.] Numeris ratio conſtat. Scholiaſtes Horatii ad Epiſt. a Surita citatam: *Ferentinum, oppidum Campaniae, alii municipium volunt viæ Labicanae ad XLVIII. lapidem:* immo milliarius lapis XLVII. in oppido Ferentino durat, eo è vicinia tralatus, uti bene L. Holſteinius in Ital. A. Cluverii p. 203. ſuſpicatur. In Ligoriano lapide apud Gudium p. CXXXVII. 1. eſt PATRONVS MVNIC. FERENTINATI NOVANI, qui cum RICCINATIS HELVIANIS p. XCIX. 1. illis adjungendus eſt, de quibus ſupra p. 287. WESS.

FREGELLANO.] Reſtitui hoc in priſtinum locum è MSS. & editis, neglectum a Surita. WESS.

MANSIONIBVS QVIBVS ET IN PRAENESTINA M. P. CI.] *In manuſcriptis, & Longoliano* M. P. CI. *cum tamen ex ſuperiori itinere ex* Fregellano Beneventum *manſionum numeri* CXII. M. P. *conficiant, non* CI. SVR.

AB VRBE AD DECIMVM.] Alii *ab urbe Beneventum* ſcribunt, & *ad Decimum* primam manſionem faciunt, X. M. ab urbe diſtantem. SIML.

AB VRBE AD DECIMVM.] Sic editi plerique: Sigonius ita: *Ab Urbe Compitum M. P. XLV. Ad Decimum M. P. X. Roboraria*, ut in editis olim. SCHOT.

AB VRBE.] Præter morem neglectus eſt itineris finis, & ſumma M. P., quibus iter abſolvitur; nam quæ Simlerus & Sigonius notarunt, in MSS. nusquam mihi obvia fuerunt, uti neque Suritae; nam notare non neglexiſſet, ſi quid ejusmodi reperiſſet. Prima manſio eſt *Ad Decimum*, ut ex Tabula liquet. Simili modo *Ad Ennatum* Alexandriae Severus & Julianus Halicarn. conſediſſe dicuntur in Liberati Breviario C. 19., quod parum intellectum mirificas nobis emendationes peperit: vulgo *ad Laborem* malunt, quam vocem A. Pagi Criticae ſuæ IↃXIX. 18. ex Gloſſario Cangii *vexillum* notare admonet: Baſnagius vero Præfat. Caniſian. C. 3. §. 26. *ad Labranum* refingit & *Labranda* Cariae & Jovem *Labrandeum* in auxilium advocat. Sed *ad Ennatum* ſolum rectum eſt, ut è Leontio de Sectis Actione V. liquet, nonumque lapidem indicat; uti ὦ ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀλεξανδρείας apud Anaſtaſium Sinaitam Hodegi C. 26. vicum ad XVIII. lapidem urbis Alexandrinae. WESS.

ROBORARIA.] Excerpta MSS. noſtrorum III. M. P. cum editis vetuſtioribus adponunt: margo tamen Fabriciani exemplaris VI. M. Sequor plurium conſenſum, ſitu hodierno comprobatum: *Burghetto* enim eſt, teſte L. Holſteinio in Ital. A. Cluverii p. 197. WESS.

PICTAS.] Pariſienſes ſchedæ XVIII., quæ ſi Roboraria ſit *Burghetto*, omnino in XIV. cum Holſteinio p. 193. mutanda ſunt. WESS.

COMPITVM M. P. XV.] *Onuphrius Panvinus hanc viam non* Compitum *tantum usque, ſed etiam* Canuſium *ex Antonino deduxit: & manſiones, quas* Compito *adnectit, ſunt, quæ*

COMPITVM. M. P. XV.

INTRAT IN LAVICANAM.
SALARIA.

AB VRBE ADRIAE VSQVE.	M. P. CLVI. Sic.
ERETO.	M. P. XVIII.
VICO NOVO.	M. P. XIIII.
REATE.	M. P. XVI.

CV-

in Praeneſtina *ſub* Anagnia *jam recenſentur: neque aſſequi poſſum, qua ratione id fiat.* SVR.

AD COMPITVM.] Fecit hoc Panvinius in Roma ſua p. CXXI., haud dubie ex ea cauſſa, quod Prænestina hic viæ Latinæ jungeretur, unde *Compitum* & *Anagninum* quidem, uti antea dictum eſt, quod circa Anagniam ea conjunctio fieret, appellabatur. WESS.

INTRAT IN LAVICANAM.] Car. Sigonius ſic edidit: *Iter Lavicana & Salaria. Ab Urbe Hadriam usque M. P. M. CLVI. Hereto. M. P. I.* (ſed ut numerus conſtet, lege XVIII.) *Viconovo* &c. SCHOT.

INTRAT IN LAVICANAM.] Male Sigonius; neque enim via Lavicana Adriam iter erat, quippe quæ a porta Esquilina Pictas pergebat, ubi Latinæ jungebatur: Salaria vero a porta Collina inchoabatur, ſicuti Strabo L. V. p. 228. docuit. Putem voces *INTRAT IN LAVICANAM* ſedem ſuam migraſſe & ſcriptas olim fuiſſe poſt *Pictas*, ubi Latina in Lavicanam incurrebat, eodem Strabone L. V. p. 237. auctore. WESS.

HADRIAM M. P. CLVI.] *In Regio* Adria M. P. CLVI. *& Neapolitan. Blandinian. vero* Atriae usque M. P. CLIII. *& Longol. Sed hoc* CLVI. *corrigit.* SVR.

ADRIAE VSQVE.] Hoc arripui, quod noſtri *Adriae* & *Adrie.* CLIII. M. P. in MSS. vir doctus invenit, qui Fabriciano exemplari ejus differentias adſcripſit. WESS.

FRETO.] Alias *Ereto*, & rectius: ita enim etiam Strabo & Virgilius nominant. SIML.

ERETVM M. P. XVIII.] *Virgilii carmine celebre oppidum lib. vii. v.* 711.

— Poſtquam in partem data Roma Sabinis
Vna ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites
Ereti manus omnis.

Strabo, Viam Salariam *non magna longitudinis conſtratam fuiſſe, in quam &* Nomentana *incideret via apud* Eretum Sabinorum *vicum, ſupra* Tiberim *jacentem: & ex porta* Collina *inchoare. Livius libro xxvi. C.* 11. Caelius, *inquit*, Romam euntem ab Ereto, divertiſſe eo Annibalem tradit: iterque ejus ab Reate Cutiliisque, & ab Amiterno orditur. *Dionyſius, & Stephanus* Sabinorum *urbem eſſe affirmant.* SVR.

ERETO.] *Freto* Cuſani ſchedæ. Aberat ſtadiis CXL., quæ fere M. P. XVIII. æquant, ab urbe, Dionyſio Halicarn. teſtificante L. XI. A. R. p. 867. Videtur his quidem obſtare, quod L. III. p. 137. de praelio Romanos inter & Sabinos περὶ Ἔρετον *circa Eretum* Tulli regis ætate pugnato, ſtadio CVII. ab urbe, refert. Sed fruſtra ea urget, ut M. P. corrupta hoc loco Cluverius evincat; neque enim officient, ſi cum L. Holſteinio notaveris, praelium ubi commiſſum ſit ſignaſſe Dionyſium L. III., non *Ereti* ſitum. Vide ejus notas p. 105. WESS.

VICO NOVO.] *Vici novi* memoria in Chron. eſt Farfenſi p. 377., & in Diplomate p. 375., qui idemne an alius ſit, nondum decrevi. *Forum novum* in hac vicinia invenio in Actis S. Anthimi & ſociorum C. 2. *S. Maximus*, inquiunt, *poſitus eſt in via Salaria milliario ab urbe Roma XXX.* tum poſt pauca: *Baſſus autem in eodem loco permanens ubi poſitus erat, Maximus Martyr, hortabatur populum credentium, ut ſanctorum paſſione gauderent potius, quam lugerent. Factum eſt autem, ut convenirent populi in locum, qui appellatur FORVM NOVVM, ubi fiebant ſacrificia Libero Patri & Cereri.* Situs hujus *Fori* non male *Vico novo* reſpondet; nam qui præter Acta *Forum novum* hoc tractu collocaverit, neminem recordor. Tabula *ad Novas* cum iisdem M. P., nec diſſidet in ſequenti. WESS.

CVTILIAS M. P. XVIII.] *In Regio* M. P. VIII. *& in reliquis* M. P. XVIII. *ſubaudiendum eſt* aquas. *De* Cutiliis *Seneca Quæſtionum Natura-*

CVTILIAS.	M. P. VIII.
INTEROCRIO.	M. P. VI.
FALACRINO.	M. P. XVI.
VICO BADIES.	M. P. IX.
AD CENTESIMVM.	M. P. X.
ASCLO.	M. P. XII.

CAS-

ralium libro iii. C. 25. Ipſe ad Cutilias natantem inſulam vidi, *& ſtatim*, Cutiliarum inſula & arbores, & herbas nutrit. *Plinius Lib.* II. *C.* 95. Et apud Cutilias aquas opaca ſilva, quæ nunquam die ac noctu eodem loco viſitur. *Et lib.* 3. *cap.* 12. In agro Reatino Cutiliae lacum, in quo fluctuetur inſula, Italiae umbilicum eſſe M. Varro tradit. *In vetuſtis Plinii exemplaribus* Cutiniae *legitur. Straboni libro v.* καὶ τὸ ἐν Κωπακολίαις ψυχρὸν ὕδωρ· *pro* Κοτυλίαις. *Vide Feſtum, & Varronem lib. iiii. de ling. Lat.* SVR.

CVTILIAS.] *Catilias* alii male. Sigonius *Cotilias*, *Interocrea*, *Falacrino*. De hoc oppido Turnebus L. VI. C. 6. Adverſ., ut & de altero illo Steph. Pighius Herc. Prodic. p. 277. SCHOT.

CVTILIAS.] Egregius eſt Regius Suritae MS. & ad verum nos proxime ducit; neque enim *Aquae Cutiliae* XVIII. M. P. a Reatina civitate abſunt, ſed VIIII., ut bene ſpatium finivit Tabula. Sequamur ergo Regium. WESS.

INTEROCRIVM M. P. VI.] *In Regio* M. P. XVI. *& in reliquis* M. P. VI. *Strabo eodem libro*, Interocream *vicum*, Reati *finitimum, recenſet: & plurium numero leguntur apud eum* Ἰντεροκρεᾶς. SVR.

INTEROCRIO.] Membranae antiquiores cum Tabula hoc uno ſe amplectuntur. Venit loco nomen, quod inter montium angustias ſedem obtineret. *Ocrem* enim *antiqui montem confragoſum appellabant*, Feſto auctore. Tabulae VII. M. P. veriora ſunt. WESS.

FALACRINVM M. P. XVI.] *In Regio* Filacrino M. P. XVI: *& in reliquis* Falacrino *legitur.* SVR.

FALACRINO.] *Vicum modicum, cui nomen eſt Falacrine*, in quo Veſpaſianus natus ſit, Suetonius in ejus Vita C. 1. vocat. *Falacrinis* Tabula. De hodierno nomine Maphaeus Vegius in Vita Bernardini Senenſis C. 5. *Tum eodem die*, inquit, *declinante jam ſole, inde egreſſus eſt, profecturus in Civitatem Ducalem, antiquam, ut opinor, Phalacrinam, quam in Samnio eſſe, ultra Reate, vico modico ſitam atque in ea Veſpaſianum natum legimus.* Vide quoque L. Holſteinium in Ital. A. C. p. 118. WESS.

VICO BADIES.] Vel *vicus Badius.* SIMI.

VICVMBADIES M. P. VIIII.] Vicobadies M. P. VIIII. *habent Regium & Blandinianum exemplar. In Neapolitano* Vicobadies M. P. VIII. *In Longoliano* vico Badies M. P. VIIII: *&* VIII. *corrigit. Apparet vicum eſſe cum cognomento, quod ita luxatum eſt, ut vulneri mederi non poſſim.* SVR.

VICO BADIES.] Cuſani membranæ *Vico Baides M. P. VIII.* Merula Cosmograph. Part. II. L. IV. p. 951. *Vico Martis* corrigit ex Tabula, quæ *ad Martis* habet XVI. M. P. a *Falacrinis.* At diſtantia vetat & titulus ipſe, nam *Ad Martis* templum indicat. Simleri *vicus Badius* forte præſtat, ut a *badio* colore ſit vico nomen; quamquam hoc divinare eſt. In ſitum inquirit Ph. Cluverius L. II. I. A. p. 742. WESS.

AD CENTESIMVM M. P. X.] *Manſionem hanc* ad Centeſimum *nuncupatam apparet, quod* C. *milliario ab urbe diſtaret: & tamen manſionum numeri quos in itinere recenſuimus,* M. P. CVII. *conficiunt.* SVR.

AD CENTESIMVM.] Illis omnibus, quæ dixi, emendatis, calculus non male conſtabit. L. Holſteinium in I. A. C. p. 117. vide. WESS.

ASCLVM M. P. XII.] Aſclo M. P. XII. *habet Regium exemplar, & Blandinianum* Oſclo M. P. XII. *Neapolitanum uſitato errore* Aſdo M. P. XII. *& Longolianum* Oſclo, *&* Aſdo *corrigit. Infra etiam* Aſclo *legitur, &* Aſculum *eſſe coloniam* Piceni *nobiliſſimam adparet ex Plinio lib.* 3. *C.* 13., *quam Ptolemaeus in mediterraneis* Picenorum *conſtituit. Caeſar commentario primo belli civilis C.* 15. Aſculum Picenum *cognominat.* SVR.

ASCLO.] Sic alii. Sigonius *Aſculo* tribus

CASTRO TRVENTINO. M. P. XX.
CASTRO NOVO. M. P. XII.
ADRIAE. M. P. XV.

VALERIA.

AB VRBE ADRIAE VSQVE. M. P. CXLVIII. Sic. TI-

syllabis, quot & hodie oppidum nominatur. SCHOT.

ASCLO.] Τὸ Ἄσκλον ὃ Πικηνὸν Strabo L. V. p. 241., atque hinc *Aſclum* pro *Aſculo*. WESS.

CASTRO TVENTINO.] Vel *caſtrum Truentinum*. Ptolemaeus, Strabo, Plinius *Truentum* vocant. SIML.

CASTRVM TRVENTINVM M. P. XX.] *In Regio* Truentino: *& in reliquis* Tuentino *legitur. Plinio lib.* 3. *C.* 13. *videtur eſſe in* Piceno, Truentum *cum amne, quod ſolum* Liburnorum *in Italia reliquum eſſet: & Ptolemaeo in Picenorum regione* Κάστρον: *quòd à* Truento *flumine* Truentinum *ſit dictum: Cn. Pompejus Procoſ. ad L. Domitium Procoſ. lib.* 8. *Attic. Epiſt.* 12. Nam illa cauſa, quam mihi Vitulius ſcribit, levis eſt, te præterea moratum eſſe, quòd audieris Caeſarem Firmo progreſſum in Caſtrum Truentinum veniſſe. SVR.

CASTRO TRVENTINO.] Male quidam *Tuentino*. SCHOT.

CASTRO.] *Tuentino* etiam noſtri libri. *Caſtrum Truentinum* recte Pompejus. Truentum eſſe M. P., quibus a *Caſtro novo* ſemovetur, indicio ſunt. Vide ſupra p. 101. WESS.

HADRIAM M. P. XV.] *In Regio* Adrie M. P. XV. *Reliqua* Hadriae: *& in Neapolitano numerus* M. *deeſt: & in Longoliano* XIIII. Hadriam Tuſcorum *coloniam, & ab ea* Hadriaticum *mare vocaſſe Italicas gentes, atque itidem Graecos Livius libro* V. *C.* 32. *auctor eſt. Pomponius Mela lib.* 2. *cap.* 4. Caſtelli *nomen* Hadriae *attribuit.* Caſtella autem, Firmum, Hadria, Truentinum. Atriam *dictam, & ab ea* Atriaticum *mare ante appellatum, quod poſtea* Adriacum *lib.* 3. *C.* 16. *Plinius prodit: & à mari* VII. M. *abeſſe lib.* 3. *cap.* 13. *Ptolemaeus inter mediterraneas* Picenorum *urbes recenſet. Jovianus Pontanus ſequente D aſpirari A in his dictionibus, quae è Graeco ductae ſint, docet: ut pote* Hadriam *maſculini generis pro ſinu maris, & feminini pro oppido, & quae ab his fiunt,* Hadriaticum, Hadriacum, *& adjicere potuit ex Stephano* Hadrianum *adjectivum, ut Horatio lib. I. Oda xvi.*

——— Sive flamma
Sive mari libet Hadriano.

Itemque Hadrianum *proprium nomen. Quod ſi id adeo certum eſt, aſpiratum fuiſſe, non video qua ratione reliqua non aſpirentur. Nam* Hadriam, *tanquam alteram* Hadriani *patriam fuiſſe Spartianus auctor eſt.* In patria, *inquit C.* 19., ſua Quinquennalis, & item Hadriae Quinquennalis, quaſi in alia patria, & Athenis Archon fuit. SVR.

ADRIAE.] Placet hoc MSS., quorum quidam vocem ſpiritu aſperant, ut Cuſani, alii *Adrie*, uti Vaticanus. Ceterum confudit doctiſſimus H. Surita *Adriam* coloniam Piceni, qua de Plinius L. III. C. 13., & *Adriam* Thuſcorum coloniam, ſitam inter Padum & Atheſis oſtia: ab hac Plinius & ante eum Livius Adriatici maris titulum repetunt: tamen in nominis, quo vulgo ſinus ille notus eſt, origine Paullus Diaconus L. II. C. 19. conſentit; nam de Piceni urbibus agens, *& vetuſtate*, inquit, *conſumpta Adria, quae Adriatico pelago nomen dedit.* WESS.

VALERIA] *Strabo* Valeriam viam à Tiburtinis *initium capere, &* Marſos *&* Corfinium Pelignorum *oppidum ducere.* SVR.

ADRIAE VSQVE.] Vaticanus ita jubet, nec diſcordant ceteri, quamquam *Adrie*, vitioſo temporis ſui more, præferunt. WESS.

TIBVR M. P. XX.] *Manuſcripta & Longolianum* Tiburi M. P. XX. *Martialis carmine ad* Fauſtinum *L.* 4. *Ep.* 57. *ſatis conſtat*, Tibur *ab urbe* XX. M. P. *diſtare:*

Tu colis Argivi regnum, Fauſtine, coloni
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.

Nam Tibur *deſignaſſe conſtat, quod ab* Hercule

Stra-

TIBVRI. M. P. XX.
CARSEOLOS. M. P. XXII.
ALBA FVCENTIA. M. P. XXV.
CERFENNIA. M. P. XXIII.
COR-

Strabo, & *idem poëta*, Herculeum *adpellant. Horatius L.* 2. *Od.* 6. *item* Argeo colono *positum* Tibur *cecinit: quem* Argivum *Martialis vocat, ut apud Procopium de bello Gothorum libro* 2. *C.* 4., CLX. ſtad. *ab Vrbe diſtare prodendum eſſet, non* CL. *quemadmodum in vulgatis legitur.* SVR.

TIBVRI.] Sic alii. Rectius *Tibure.* SCHOT.

TIBVRI.] Rectam MSS. ſcripturam Suetonius adfirmabit in Calig. C. 8. *Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum ſcribit*, & Servius Aen. IV. 224. *Sic Horatius: Romae Tibur amem, ventoſus Tibure Romam, pro Tiburi.* In Procopio τριάκοντα τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν invenies, quæ pro ejus conſuetudine M. P. XX. peræquant. WESS.

CARSEOLOS M. P. XXXI.] *In Regio* Tarſiolos M. P. XXII. & *reliqua* Caſſiolos M. P. XXII. *Livius libro.* x. Carſeolos *coloniam in agrum* Aequicolarum *deductam perhibet: Plinio L.* 3. *Sect.* 17. Carſeolani *item* Aequiculanorum. *Strabo in* Valeria *via conlocat* Carſeolos & Albam. *Ptolemaeo item in* Aequiculis Καρσίολοι. *Ovidius ſingulari numero protulit libro Faſtorum* 4. *v.* 683.

Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
SVR.

CASSIOLAS.] Ita vulgo. Sigonius *Carſeolos.* SCHOT.

CARSEOLOS.] *Caſſiolos* excerpta MSS., quibus utimur. Videtur autem in M. P. error eſſe, quæ juſtiſſima quidem L. Holſteinius in Ital. A. C. p. 164., ubi parietinas Carſeolanas deſcribit, eſſe pertendit: verum ex R. Fabretti Diſſert. II. Aquaeduct. p. 1723. ſatis patet, M. P. XXXVIII. Carſeolos ab urbe afuiſſe; nam lapides milliarii & alia, quæ ibidem in medium ſunt allata, rem confeſſam faciunt. WESS.

ALBA TVCENTIA.] Vel *Alba Tucennia.* SIML.

ALBAM FVCENTIAM M. P. XXV.] *Auferendi caſu manuſcripta*, & *Longolianum* Alba Tucentia: & *in Longoliano* XXII. M. P. & XXV. *corrigitur. Hac* Alba *ad* Fucinum *lacum cognomine diſtingui videtur ab alia ejusdem nominis: unde Varroni de lingua Latina gentilia nomina etiam diſtinguuntur. Erant enim* & Albani, & Albenſes. *Strabo in mediterraneis inter* Latinas *urbes ſitam eſſe* Albam, Marſis *finitimam, in excelſo locatam ſaxo, ac prope* Fucinum *eſſe* lacum. *Plinio L.* 3. *Sect.* 17. Alba *ad* Fucinum lacum: *quorum auctorum conſenſu mihi pro* Tucentiam, Fucentiam *legendum videtur, quod ad* Fucinum lacum & *in* Fucentibus *eſſet.* Fucentes *enim* Marſicum *populum fuiſſe, ex eodem adparet Plinio; unde Ptolemaei locum etiam emendandum exiſtimo in* Marſis *interverſione litterarum corruptum: legitur enim ex duobus Marſorum oppidis* Carſeolis *vicinis* Ἀλφαβάκηλις *pro* Ἄλβα Φουκίνης, *uti ego conjectans ſuſpicor. Nam verſimile non eſt* Albam, *celebre oppidum, à Ptolemaeo fuiſſe prætermiſſum. Quare non verebor hac Ptolemaei auctoritate ſubnixus*, Fucentiam, *pro* Tucentiam *in Antonino reſtituere: cum facili lapſu librarii ex F, T duxerint: quamquam magis placeret* Albam Fucentum *adponere. Alteram, ut Livius eſt auctor, ſub* Albano *monte Aſcanius condidit, quæ ab ſitu porrecta in dorſo urbis* Longa Alba *eſt adpellata.* SVR.

ALBA FVCFNTIA.] Ita Sigonius, & M. P. XXII. SCHOT.

ALBA FVCENTIA.] *Tucentia M. P. XXV.* Cuſani codex: *Tucenna* Pariſinus, *Tucentia* Vaticanus: error ortus eſt ex ſimilitudine T & F in MSS. *CVR. R. P. ALB. FVC.* eſt in Gudiano lapide p. CXXII. 3. WESS.

CERFENNIA.] Vel *Cerveunia.* SIML.

CERFINNIAM M. P. XXIII.] *In Regio* Cerfinnia M. P. XIII. *Blandinianum* Cervennia M. P. XXIII. *Neapolitanum* Cerfenina M. P. XXIII. *In Longoliano* Cervennia M. P. XXIII. & Cerfennia *corrigit.* SVR.

CERFENNIA.] Commatis hoc eſt probi. *Cervennia, Cerfemua*, ut ſolent librarii aberrare, in quibusdam eſt membranis; quod dedimus habent Pariſinae & vetuſti lapides. Fuiſſe volunt prope *collem Armelum*, ubi parietinæ in-

CORFINIO. M. P. XVII.
INTERBROMIO. M. P. XI.
TEATE MARRVCINO. M. P. XVII.
ADRIAE. M. P. XIIII.

F L A M I N I A.

AB VRBE PER PICENVM ANCONAM ET INDE BRVNDISIVM. M. P. DCXXVII. Sic.

VTRI-

gentes durant. V. Camarram Teat. Antiq. L. I. C. 5. WESS.

CORFINIO.] XXVIII. M. P. Sigonius. SCHOT.

CORFINIO.] Celebre olim oppidum gentisque Pelignorum caput, nunc adeo obscurum est, ut situs controversiam subierit. *Valvam*, unde Valvensis seu Balbensis Comitatus in finibus Sabinorum & Aequicolarum, medio ævo fuisse L. Holsteinius in Ortel. p. 27. adfirmavit. Contra ea venit eruditus Auctor Dissert. Chorogr. Ital. p. CCL., & partim quidem Ravennatis auctoritate motus, qui *Valvam* a Corfinio distinxit; partim Sigeberti Gemblacensis, a quo An. IↃCCCCLXX. Corfinium adhuc superstes describitur. Mihi, quod ejus pace dictum sit, ea omnia ad Holsteinium expugnandum non satis valida sunt visa: nam Ravennati non tuto fiditur, solito ex Tabula, cujuscemodi illa Peutingerana est, nomina locorum excerpere, & subinde è suo alia addere eaque erroribus induere; ut certe ea sunt, quæ L. IV. C. 31. de *Balba*, ipso doctissimo viro arbitro, perscripsit. Sigebertus, quæ de Lucia Virgine prodidit, hausisse videtur è libello, quo Sancti erant comprehensi, quos Theodoricus Metensium præsul in Italia repererat: eum itaque consulamus editum tom. II. Spicilegii d'Achery p. 137. Nov. Edit. *Ea in Corfinio, quæ vetus olim civitas fuerat, nunc tota diruta, quiescebat.* Quæ Sigeberti ævo Corfinium dudum in ruinis fuisse manifestant. Quod si ergo nihil aliud officiat, neque enim Acta Valentini, C. 2. Corfinium in Valvensi Comitatu locantia, oberunt, L. Holsteinii opinio facile sese tuebitur. WESS.

TEATE MARRVCINVM M. P. XVII.] *Ab hoc oppido* Teatini *Plinio L. 3. C. 12.* Marrucinorum: *& Ptolemaeo item in mediterraneis* Marruncinorum Τεατέα *pro* Τεάτε: *& apud Strabonem etiam corrupte* Τεγεάτε Marrucinorum *metropolis. Statius Papinius ad Marcellum, de* Vesuvii *conflagratione, L. IV. Silvar. 4. ℣. 85.*

—— Necdum letale minari
Cessat apex: procul ista tuis Tifata, Teate,
Nec Marrucinos agat hæc insania montes.
SVR.

THEA MARRVCINO.] Male vulgo. Alii *Teate Marrucicorum.* Livii Epitoma L. LXXIII. *Asinii Maruccinorum prætoris*, hoc est στρατηγοῦ, meminit, & Catullus, *Marrucine Asine.* Vide Gifanium in Lucret. Indic. p. 438. SCHOT.

TEATE.] Vaticanus *Theae Marrutino*, Parisiensis *Thee Marrucino*; Simlerus *Thee Marracino* publicavit. Tabula *Tea nomarrucinoceios*, unde Ravennas L. IV. C. 35. procudit, *Teano Marrucion cegios.* Rectum sine dubio est *Teate Marrucino*, quo de Camarra L. I. Teat. A. C. 3. Strabonis Τεγεάτε in Τεάτε ex MSS. mutari oportet, ut L. Holsteinius in Epist. ad Camarram, quam hic L. I. C. 2. habet, docuit. Distantia, quæ inter Teate & Cerfenniam est, lapide milliario, quem sub Teate effoderunt, apud Camarram p. 73. adfirmatur:

TI. CLAVDIVS
CAISAR
AVG. GER. PONT. MAX.
TRIB. POT. VIII. IMP. XVI
COS. IIII. P.P. CENSOR
ƎIAM CLAVDIAM ƎALER...
A CERFENNIA OSTIA ATE...
MVNIT IDEMQVE
PONTES FECIT
XLIII.

WESS.

AN-

VTRICVLI. M. P. XLVII.
NARNIAE. M. P. XII.
AD MARTIS. M. P. XVII.
MEVANIAE. M. P. XVI.
NVCERIAE. M. P. XVIII.

DV-

ANCONAM ET INDE.] Hæc tria verba absunt a Sigoniano. SCHOT.

VTRICOLI.] Alias *Ocriculum*. SIML.

OCRICOLOS M. P. XLVII.] *In Regio* Ocriculi M. P. XLIIII: *& reliquis* Vtriculi M. P. XLVII. *Strabo* Ocriculos *in Flaminia via collocat: & Ptolemaeo in* Vilumbris Ὀκρίκολον. *Supra pagina* CXXIIII. *ab urbe* Ocricolos *per* rostratam villam M. P. XLVIIII. *designantur. Stephano ex Dionysio* Ὀκρίκλαι. SVR.

VTRICVLI.] Ita MSS., sui temporis consuetudinem secuti, qua & *castrum Utriculum* Anastasius in Hadriano I., atque alii, quos p. 125. excitavi, vocant. M. P. XL IIII., quæ in Regio Surita offendit, Itiner. Hieros. rata esse jubet: nihil tamen mutavero, Servio confisus, qui Aen. VII. 517. *In LX.*, inquit, *Flaminiae est civitas Narnia, in montibus posita, quibus subest Nar fluvius.* Immo Procopii L. I. B. G. C. 17. stadiis CCCL., quibus Narniam ab Urbe semovet, centum alia addenda suspicor, ne his discrepet. WESS.

AD MARTIS.] Hinc fuisse volunt VICANOS VICI MARTIS Thes. p. MXXIX. 5. & VICANOS VICI MARTIS TVDERT. p. MXXXII. 1. Numeris vici hujus vitium inolevit, quod bene eluit L. Holsteinius in Cluverii Ital. A. p. 97., IV. M. detractis: quod vero vir ceteroqui accuratissimus *Fanestres* vici incolas à Fano Martis apud auctorem de Limitib. agrorum appellatos autumavit, metuo ut verum perviderit. Verba, quibus in opinionem impulsus est, sunt Edit. Goes. p. 58. *Ut Tudertini, qui apud principes egerunt, ut Fanestres incolæ, si essent alienigenæ, qui intra territorium incolerent, honoribus fungi in colonia non deberent. Sed Fanestres hoc postea impetraverunt:* quæ Tudertinis Fanestres adjungentia prima fronte *Fanum* hoc *Martis* in Tudertinorum finibus innuere videntur: si tamen penitius consideraveris luxata & mutila reperies. Ne longum faciam, ea sodes expende, quæ p. 71. perscripta sunt: *Sed quædam coloniæ aut beneficio conditorum perceperunt, ut Tudertini, aut postea apud principes egerunt, ut Fanestres; ut incolæ etiamsi essent alienigenæ, qui intra territorium colerent, honoribus fungi in colonia deberent. Hoc Fanestres nuper impetraverunt: Tudertini autem beneficio habent conditorum.* Viden coloniam Fanestrem, sive *Col. Julium Fano Fortunæ* designari & priorem locum ex hoc esse reformandum? WESS.

NARNIAM M. P. XII.] *Livius libro x. c.* 10. Nequinum Vmbriae oppidum, quo colonia adversus Vmbros missa fuit, postea Narniam à flumine appellatam. *Plinius item* Narniam Nequinum *appellatum fuisse auctor est.* SVR.

VEMANIAE.] Rectius *Mevania*. SIML.

MEVANIAM M. P. XVI.] Nevaniae *interversis litteris legitur in manuscriptis exemplaribus, & Longoliano. Strabo* Mevaniae *meminit, etsi corrupte* in Vmbria Meovaniae *legitur. Plinio lib. 3. C. 14.* in Vmbris Mevanienses. *Ptolemaeo item* in Vilumbris Μεβάνια. SVR.

MEVANIAE.] *Vemaniae, Vemanie, Vamame* excerpta MSS. Quod secuti sumus, rectum justumque est. Plinii vetusti codices manu & formis descripti *Mevanionenses & Mevianates*; unde Ph. Cluverius *Mevaniolenses*, sequente Harduino, fecit. *MEVANIOLAE* enim in Thes. p. CCCCLXXXIII. 7. mentio est. WESS.

NVCERIAM M. P. XVIII.] *Supra quatuor recenseri à Ptolemaeo* Nucerias *mentio facta est. Hæc* Vmbrorum *esse adparet: Plinio lib. 3. c.* 14. in Vmbris Nucerini, cognomine Favonienses. SVR.

NVCERIAE.] Hoc aut *Nucerie*, quod & in veteri Charta, *Invesliturum* vocant, Chron. Casaurienſis A. IↃCCCLXXIIII. inest, MSS. edunt. Tabula *Camellariae* cognomen illi appingit; eoque motus Ph. Cluverius Plinii *Nucerinos Camelianos* in *Camellarios* transmutat. Equidem L. Holsteinio assentiri malo, nihil in Plinio moventi ob *Camelianum*, quod proxime Nuceriam in antiquis donationibus monasterii

DVBIOS.	M. P. VIII.
PROLAQVE.	M. P. VIII.
SEPTEMPEDA.	M. P. XV.
TREA.	M. P. IX.
AVXIMO.	M. P. XVIII.
ANCONA.	M. P. XII.
NVMANA.	M. P. VIII.

PO-

terii Farfenſis invenit: & quamvis fruſtra id *Camelianum* in Farfenſi Chron., multas ejuscemodi donationes complexo, quæſiverim, nec indidem eruere auctor Diſſ. Chorogr. Ital. potuerit, nunquam tamen viri eruditi fidem labefactabo: potuit enim alias vidiſſe. De M. P. vide Cluverii Ital. A. L. II. p. 631. WESS.

DVBIOS M. P. VIII.] *Strabo lib.* V. *p.* 227. *in* Vmbria, *vicanas quasdam habitationes eſſe perhibet, potius* viæ *gratia, quam ullo civili cœtu congregatas, quarum mihi inſtar ſunt in hoc itinere* Dubii, Prolaque, *&* Trea: *quarum apud alios auctores nullam mentionem reperi.* SVR.

DVBIOS.] Refert huc Wil. Goeſius ex Frontino de Colon. p. 105. *Dunos municipium* & *Divinos* p. 137. WESS.

PROLAQVEVM M. P. VIII.] *Regium exemplar, Blandinianum, & Neapolitanum* Prolaque M. P. VIII. *Neque aliter in Longoliano legitur: adeo ſummo conſenſu in eam vocem conveniunt. Videntur librarii ex* Prolaqueo *auferendi, ſuo more, caſu,* Prolaque *duxiſſe, &* Prolaqueum *ſcribendum, ut* Sublaqueum, *cui oppido tres nobiles amœnitate lacus, quos* Anio *defert in* Tiberim, *nomen, ut Plinius ait lib.* 3. *C.* 12. *dedere. Tacitus libro* xiiii. *C.* 22. Nam quia diſcumbentis Neronis apud Simbruina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt, ictæ dapes, menſaque disjecta erat, *&c. ut* Prolaqueum *ſi oppidum,* ante lacum *adpoſitum, quemadmodum* Sublaqueum, *quod* ſub Lacus *ſitum eſſet.* SVR.

PROLAQVE.] Ita Vaticanus: ceteri *Proloque.* Ph. Cluverius oppidum eſſe vult in valle Apennini a lacu, cui aſſidebat, dictum: Ego a monte manſionem id nominis accepiſſe ex Actis S. Severini & Victorini C. 1. edoctus ſum: *Eumque diſtis,* inquiunt, *faciens vale ſe de tugurio eliminat, ſilvas petit vicini montis, quem dicunt Prolacem.* WESS.

SEPTEMPEDAM M. P. XV.] *Habet Regium exemplar auferendi caſu. Blandinianum & Longolianum* M. P. XVI. *Neapolitanum* M. P. XVII. *Plinio lib.* 3. *c.* 13. Septempedani *in Piceno; Ptolemaeo in mediterraneis Picenorum* Σεπτέμπεδα. *Hyginus de modis agrorum, de* Septimpeda *oppido iter populo non deberi prodit, & ejus agrum ea lege contineri, qua & ager* Cingulanus. SVR.

SEPTEMPEDA.] Municipium fuit, unde *FLAM. FERON. MVNICIPI. SEPTEMPED.* in Theſauro p. CCCVIII. 3. *Septempedum oppidum* Frontino Colon. p. 143., rectius Actis S. Severini & Victorini C. 1. *Picentinae accolae provinciae, qua vadoſus FLVSOR praterfluit SEPTEMPEDAM:* quæ, etſi pauca, egregia ſunt: nam & *Fluſorem* Tabulæ, *de quo nomine nihil certi dici poſſe* Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 9. p. 754. adfirmabat, ſtabiliunt; prætereaque fluvium oſtendunt, qui *Sanſeverinum,* id nunc Septempedae nomen ab Epiſcopo Severino, alluebat, cujus in nomine falſus eſt Ph. Cluverius L. II. I. A. p. 738. WESS.

TREA.] Ptolemaeo *Trajana.* SIML.

TREA.] Hinc *Treenſis ager* Frontino Colon. p. 125. Verum tamen *Treia* eſt, ut ex veteri epigrammate Theſ. p. CCCCXLVI. viri docti monuerunt, ubi *ORDO ET PLEBS TREIENSIS PATRONO MVNICIPI.* Rudera municipii in ſiniſtra ripa amnis, quem Potentiam vocant, ſignavit L. Holſteinius in Cluv. Ital. A. p. 136. WESS.

AVXIMVM M. P. XVIII.] *Plinio lib.* 3. *c.* 13., ab Ancona intus Auximates. *Procopius lib.* 2. *bel. Goth. C.* 13. *minime cum* XII. *milliarium convenire videtur, quae* Auximo Anconam *tribuuntur, cum perhibet* Anconam ab Auximo LXXX. ſtadiis *ſummum diſtare, quod forte eo diſcrepat, quod iter Antonini fere non directo tramite, ſed diverticulo aliquo duceretur.* Auximum *praterea idem Procopius eodem libro* II. *belli Gothici c.* 23. *in agro* Piceno *urbem Romanos* metropolim *vocaſſe, & ab Ionio ſinu ſtad. ad ſum-*

POTENTIA.	M. P. X.
CASTELLO FIRMANO.	M. P. XII.
CASTRO TRVENTINO.	M. P. XXIIII.
CASTRO NOVO.	M. P. XII.
HADRIAE.	M. P. XV.
OSTIA ATERNI.	M. P. XVI.
ANGVLO.	M. P. X.
ORTONA.	M. P. XI.
ANXANO.	M. P. XIII.

HIS-

summum LXXX. *distare, & in edito colle sitam, ut nullum à planicie aditum haberet.* SVR.

AVXIMVM.] Parisiensis MS. *Auxinium.* Procopii stadia LXXX. non male convenient, si unis M. P. septem dederis. *DECVR. COLON. AVX.* est in Ligoriano lapide apud Gudium p. CXXII. 9. WESS.

ANCONA.] Situm & nominis caussam habet Procopius L. II. B. G. C. 13. ὁ δὲ Ἀγκὼν οὗτος πέτρα τίς ἐστιν ἐγγώνιος, ἀφ' οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφε ταύτην. Ἀγκῶνι γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ἐμφερής ἐστιν. *Est Ancona rupes angulata, inflexoque cubito simillima, quæ & nominis caussa.* Adde Magistrum Boncampagnum de Anconae Obsidione C. 3. WESS.

NVMANAM M. P. VIII.] *Mela Pomponius L. 2. C. 4.* Numanam, Potentiam, Claternam *recenset. Plinio lib. 3. c. 13. in ora* Cluana, Potentia, Numana à Siculis condita. *Ptolemaeo juxta Adriaticum sinum* Ποτέντια, Νούμανα. *In mansione* Potentiae *deest numerus* X. *in Regio exemplari.* SVR.

NVMANA.] Municipium fuit, unde MVNICIP. NVMANAT. in Thes. p. CCCCXLVI. 1. & IIII.VIR QVINQ. NVMAN. apud Gudium p. XXVII. 8. Vulgus *Humanam* vocat, quo nomine Seculo IX. non ignota fuit: est enim *Cosmas Episc. Humanae* in Romana Synodo A. IↃCCCXXVII., & *Humanatium patrimonium* in pluribus MSS. Anastasii in Zacharia Pontifice. WESS.

POTENTIA.] *IIII.VIR. COLON. POTENT. ET. PATRONVS* inscriptus est lapidi Ligoriano apud Gudium p. CLXXIX. 1. unde coloniam fuisse, ni aliunde liqueret, colligeres. WESS.

CASTELLVM FIRMANVM M. P. XII.] *Regium & Neapolitanum* Castello Firmano M. P. XII. *Blandinianum* Castello Firmano M. P. XXII. *& item Longolianum, sed* XII. *corrigit.* SVR.

HOSTIA AETERNI.] Rectius *Aterni.* SIML.

OSTIA ATERNI M. P. XVI.] *In Regio* Ostia Aetenni M. P. XVI. *In Blandiniano* Hostia æterni M. P. XVI. *Neapol.* Ostia eterni M. P. XV. *In Longoliano* Hostia Aterni M. P. XVI., *&* XV. *corrigitur. Livius* Ostiorum Aterni *fluminis meminit, & Ptolemaeus in* Marrucinis Ostium Aterni *fluminis conlocat. Nam ex* Ancona Piceni *oppido rursus hoc iter retro per* Marrucinos, Pelignos, *&* Ferentanos, *&* Apulos, *&* Peucetios *in* Ionium *pelagus &* Calabros Brundisium usque *perducitur : & ob eam causam,* Anconae *mansionem miniaceis litteris descripsimus.* SVR.

OSTIA.] *Aterni* perspicue Vaticanus. Vide quæ ad p. 101. disputata sunt. WESS.

ANGVLVM M. P. X.] Angelum *in manuscriptis & Longoliano legitur. Plinio lib. 3. c.* 12. Vestinorum Angulani: *& Ptolemaeo item in* Vestinis Ἄνγελος. SVR.

ANGELVM XV.] Sigonius *Angulo X.* SCHOT.

ANGVLO.] *Angelo* plerique omnes MSS. Quod si oppidum sit *Sant Angelo*, oportet locum & sedem mutaverit, quod & Cluverio visum. WESS.

ORTONAM M. P. XI.] *Hæc* Urbs Latina *Livio, Dionysio, & Plinio lib. 3. cap.* 12. SVR.

ORTONA.] PATRONVS COL. ORTONAE, & II.VIR. COL. ORTONAE AVG. est in Sponii Miscel. p. 174. Servat in nostra usque tempora nominis pristini vestigia. WESS.

AVXANO.] Vel *Auzono*, vel *Auzano.* hodie *Agnone.* SIML.

ANXANVM M. P. XIII.] *Regium & Blandinianum* Auxano M. P. XIII. *Neapol.* Auxona M. P. XIII. *Longolianum* Auzano M. P. XIII. *&* Auxona *corrigit. Plinio lib. 3. cap.* 12. Aternus

HISTONIOS.	M. P. XXV.
VSCOSIO.	M. P. XV.
ARENIO.	M. P. XIIII.
CORNELI.	M. P. XXVI.
PONTE LONGO.	M. P. XXX.
SIPVNTO.	M. P. XXX.
SALINIS.	M. P. XV.
AVFIDENA.	M. P. XL.

RE-

nus amnis. Intus Anxani cognomento Frentani: *& Ptolemaeo in* Frentanorum *mediterraneis* Αγξανον. SVR.

ANXANO.] Excerpta MSS. *Auxona* aut *'Auxano.* Gentili nomine *Anxanenses*, non, ut apud Plinium legitur, *Anxanos*, Ph. Cluverius L. IV. I. A. p. 1207. fuisse decernit. Tu mecum audi egregium Gudii lapidem p. CXLI. 9. *PATRONVS CIVITATIS SVPER AEQVANORVM. ITEM PATRONVS CIVITATIS ANXATIVM FRENTANORVM ET PELTVINATIVM VESTIN.* Unde liquidissimum est, ab *Anxano* ANXATES esse formatos, seu potius ab *Anxa:* nam quod Harduinus Plinio adscripsit, *Anxanos* ab *Anxano* eum fecisse, ut *ab Anxa, quæ Callipolis in Salentinis, eo cognomine discriminarentur*, id hoc lapide non esse perpetui usus ostenditur. *PELTVINATES* sunt in Plinii L. III. C. 12. WESS.

HISTONIVM M. P. XXV.] *Regium & Blandinianum* Histonios M. P. XXV. *Neapolitanum* Histonias M. P. XXV. *In Longoliano* Histonios M. P. XXV. *&* Histonias *corrigitur. Plinio lib. 3. cap. 12. in Ferentanis* Histonium, Buca, Ortona *& item in eadem regione Ptolemaeo* Ἱστόνιον. *In vetusta, ut ferunt, inscriptione:* PLEBS VNIVERSA MVNICIPVM HISTONIENSIVM STATVAM AERE CONLATO DECREVIT. SVR.

HISTONIOS.] Sic vulgo. *Histonio* Sigonius. SCHOT.

HISTONIOS.] Hoc Vaticanae & Parisinae schedæ præferunt, aliæ *Histonias*, Tabula *Istonium.* Variatum fuisse in vocabuli numero, testis Frontinus est p. 126. ubi *Istoniis colonia:* stetisse vero ubi nunc *Guasto d'Amone* plerorumque consensione constat. WESS.

VSCOSIVM M. P. XV.] *Neapolit.* Vscosio M. P. XV. *& reliqua* Vscosio. SVR.

VSCOSIO.] *Useesio* MS. Parisinus, aliis in vulgato probando concordantibus: Ego de mansione hac, sitne rectum ejus nomen an vitiosum, constituere non possum; quamquam de M. P. non immerito ambigitur. WESS.

ARENIVM M. P. XIIII.] *In Neapolitano & reliquis* Arenio M. P. XIIII. *Plinio*, juxta Teanum Apulorum Larinum: *& Ptolemaeo in* Ferentanis Anxano *adjunctum* Λαρίνον: *quod haud scio, an ad hanc mansionem pertineat, in tanta librariorum inscitia.* SVR.

ARENIO.] *Municipium* esse *Larinas*, quo de Cicero pro Cluentio C. 5., dubium esse non patitur Tabula, quæ hoc situ locat. WESS.

CORNELI,] Vel *Forum Corneli.* SIML.

CORNELI M. P. XXVI.] *In Regio* XVI. *& in reliquis* XXVI. SVR.

CORNELI.] *Carneli M. P. XXVI.* Vaticanus. Quid sit non temere finivero; nam *Corneli Forum*, quod Jos. Simlerus adfert, nemo hoc loco novit. Tabula *Teanum Appulum*, sed paullo propius *Larinum*, hic agnoscit. Forte à *Cornelio* vicus aut taberna nomen accepit. WESS.

PONTE LONGO.] In numeris puto peccatum esse; neque enim tanta locorum est a Larino ad Sipuntum intercapedo, ut ex Tabula apparet. WESS.

SIPONTO.] Alias *Sipus.* SIML.

SIPVNTVM M. P. XXX.] *Regium & Blandinianum* Sipunto. *Neapolitanum & Longolianum* Sipinto. *Strabo creditum fuisse* Sipontem *ædificium esse Diomedis, quæ à Græcis* Σηπῦς *sit nuncupata, dictam* ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων Σηπιῶν. *Livius* Sipontum *in agrum, qui fuerat Arpinorum, coloniam deductam libro xxxiiii. C. 45. perhibet. Plinio L. 3. C. 11., & in vetustis exemplaribus* Sipontum. *Ptolemaei libris in* Apulorum Dauniorum *regione* Σηπῦς, *& Stephani* Σιπῦς πόλις Δαυνίων. SVR.

SI-

RESPA.	M. P. XXIII.
BARIVM.	M. P. XIII.
ARNESTO.	M. P. XXII.
GNATIAE.	M. P. XV.
SPELVNCIS.	M. P. XXI.
BRVNDISIVM.	M. P. XVIII.
AB HELVILLO ANCONAM.	M. P. L. Sic.

AD

SIPONTO.] Alii *Syponto* legunt. SCHOT.

SIPVNTO.] Mela L. II. C. 4. *Extra Sipuntum eſt, vel ut Graji dixere, Sipus.* Sita urbs ad Garganum erat. Lucanus L. V. ℣. 377.

——— ——— ——— *& ſubdita Sipus*
Montibus; Auſoniam qua torquens frugifer oram
Dalmatico Boreae, Calabroque obnoxius Auſtro
Apulus Hadriacas exit Garganus in undas.

Duravit eo loci ad tempora usque Manfredi, qui, quod aëre ob vicinas paludes perflaretur male ſano, portuque careret bono, civibus II. inde M. P. locum aſſignavit, quem urbi, quam *Manfredoniam* vocarunt, ſedem optarent. Sic Ricordanus Maleſpina Hiſtor. Florent. C. 148. WESS.

SALINIS.] Videndum an ſit *Salapia.* SIML.

SALINIS.] Salinas hoc tractu Tabula oſtentat, vimque illis fieri prohibet. *Torre Salina* videtur vocis reliquias ſervare. WESS.

AVFIDENAM M. P. XL.] *Plinius lib. 3. c. 12.* Aufidenates *Samnitibus attribuit.* SVR.

AVFIDENA.] Ita formis & manu ſcripti libri, at perverſe: neque enim *Aufidena* in Samnitibus hunc locum poteſt occupare. *Aufidus* eſt, ut pulchre monuit Merula Coſmogr. Part. II. L. IV. C. 23., quem & Tabula agnoſcit & Ravennas, *Auſidum* tamen ſcribens. WESS.

RESPAM M. P. XXIII.] *In Regio* M. P. XXIIII. *& in reliquis* M. P. XXIII. SVR.

RESPA.] De numeris nullum in excerptis MSS. diſſidium. Qui vero præter Itiner. *Reſpam* memorarit, nondum recognovi. WESS.

ARNESTVM M. P. XXII.] *In Regio* Erneſto M. P. XXII. *In Blandiniano* Arneſto M. P. XXII. *Neapolitano* Arneſte M. P. XXII. *Longoliano* Arneſto M. P. XXII. *& Arneſte corrigitur. Ptolemaeo in Apulis* Ἀπνέστι, *forte pro* Ἀρνέστι, *aut in alterutro error eſt librarii. Supra pag.* CXVII. *inter* Barium & Egnatiam Turrium *manſionem conſtituit.* SVR.

ARNESTO.] Sic alii. *Apeneſtae* Sigonius. SCHOT.

ARNESTO.] Vaticanus hoc probavit; at *Arneſte* Pariſienſis. Sigonius *Apeneſtae* conjectura ductus ex Ptolemaeo hic inculcavit. Surita, ut vides, aliam ingreſſus eſt viam. Mihi neutra facilis aut plana videtur: nam Ptolemaeus *Apeneſtas* Sipunto & Gargano adjungit, atque adeo longe longeque hinc ſeparat. Quæ ſit viderint alii; mihi nusquam occurrit. WESS.

GNATIAE.] Vel *Egnatiae. Ananzo* hodie. SIML.

GNATIAM M. P. XV.] *In manuſcriptis, & Longoliano* Gnatiae *legitur: Cum ſupra eadem exemplaria* Egnatiae *nomen prætulerint: utroque enim modo adparet nuncupatam. Horatius Satyra v. lib. I. ℣. 97.*

——— Via pejor adusque
Bari mœnia piſcoſi. Dehinc Gnatia, Lymphis
Iratis extructa, dedit riſusque jocosque.

Pomponio lib. II. C. 4. in vetuſto exemplari; poſt Barium, & Gnatia, & Ennio cive nobiles Rudiae. SVR.

SPELVNCAS M. P. XXI.] *In omnibus* Speluncis M. P. XXI: *cum ſupra ab* Egnatia Speluncas M. P. XX. *conſtituantur, &* Speluncis Brundiſium M. P. XVIIII. *hoc vero itinere* M. P. XVIII. SVR.

AB HELVILLO ANCONAM M. P. L.] *Præferunt eadem exemplaria: & tamen manſionum numeri ſummam* LX. M. P. *conficiunt.* Helvilli *cognomento* vici, *ſupra mentio facta eſt.* SVR.

AD CALEM.	M. P. XIIII.
AD PIRVM.	M. P. VIII.
SENOGALLIA.	M. P. VIII.
AD AESIM.	M. P. XII.
ANCONA.	M. P. VIII.
A SEPTEMPEDA CASTRO TRVENTINO.	M. P. LXXIV. Sic.
VRBE SALVIA.	M. P. XII.
FIRMVM.	M. P. XVIII.

AS-

AD CALLEM.] Vel *Cales. Caglie.* SIML.

AD CALLEM M. P. XIIII.] *In Regio* ad Calem: *atque hac lectione cum superiori eorundem exemplarium conlata, recte constat, & supra* Callem vicum *scribi oportere & hoc itinere* Ad Callem, *tametsi illo superiori itinere*, ab Helvilo ad Callem XXIII. M. P. *constituantur*, *hoc* XIIII. SVR.

AD CALEM.] Memini supra p. 125. quædam notare. Id addo, *Cale* & *Calem* Regii libri, Tabulæ & Itin. Hieros. præstare. Servius Aen. VII. 728. *Cales civitas est Campaniae: nam in Flaminia quæ est, CALE dicitur.* WESS.

AD PIRVM.] *Ad pirum Filumeni* Tabula. A *piro* insigni, quam *Filumenus*, sive *Philumenus*, destituerat & panxerat, nomen mansioni natum est. WESS.

SENIGALLIA.] Rectius *Senogallia.* SIML.

SENOGALLIAM M. P. XVIII.] *In Regio* VIII. *& in reliquis* XVIII. SVR.

SENOGALLIA.] *Senii gallia, Semicallia, Semigallia* MSS., satis inepte. *Senigalia* est in L. 16. C. Theod. Operib. Public. VIII. M. P. è Regio arripuimus ob Tabulæ consensum. WESS.

AD HESIM.] Vel Ad *Hesum.* Malim *ad Aesim.* Id enim fluvii nomen est Straboni, Plinio, Ptolemaeo, Melae, Silio. SIML.

AD AESIM M. P. XII.] *In Regio* Adesim M. P. XI. *In Blandiniano* Ad Haesim M. P. XII. *& Neapolitano* Ad Hesum, *& Longoliano* Ad Hesim. *Strabo* Aesim *libro* 5. *fluvium inter* Anconam *labi, &* Senogalliam: *& factum fuisse antea limitem Italiae, & Galliae, ac rursus* Rubiconem *amnem, & navigabilem fluvium esse: ex quo Piceni longitudo initium sumat. Plinio lib.* 3. *c.* 14. in ora Ambrorum Aesis, Senogallia. *Ptolemaeus in* Senonibus *ostium* Aesis *&* Senam Gallicam *statuit: etsi* Ἀσία *non recte legitur.* SVR.

AD HESIM.] Ita vulgati. Sigonius *ad Aesim M. P. XVIII.* SCHOT.

AD AESIM.] Vaticano hoc inerat: alii *ad Hesum, ad Hesin*, ex barbari more seculi: sæpe ita *Hesinus Comitatus* in Farfensi & Casaurienſi Chronicis. *Esis* Anastasio Bibliothecario dicitur in Stephano III. p. 171. Edit. Mediolan., estque eidem restituenda in Hadriano p. 182. ubi plures MSS., *Et occupare fecit*, sermo est de Desiderio Longobardorum rege, *fines civitatum Senogallienſis, Esis, Monteferrati, Urbini, Eugubii & ceterarum civitatum:* nam ex Stephani vita apertum est & hanc Longobardis ereptam Pontifici Francos dono dedisse. WESS.

M. P. LXXIV. Sic.] Simlerus LXXIII. M. P. vulgavit, MSS. nostris vetantibus & in M. P. LXXIV. acquiescentibus. WESS.

VRBEM SALVIAM M. P. XII.] *In Regio* Vrbe Salvia M. P. XII. *& in reliquis* Vrbe Salvia M. P. XII. *Vrbis* Salviae *Plinius lib.* 3. *C.* 13. *meminit in quinta Italiae regione, quæ Piceno attribuitur: & Ptolemaeo in Mediterraneis* Piceno-rum Οὐρβα Σαλεία. *Procopio libro de bello Gothico* 2. *C.* 16. *in vulgatis, in Latinum versis sermonem,* Vrbisalia *vocatur, pro* Vrbe, *ut opinor*, Salvia, *quam ab* Alarico *deletam fuisse prodit.* SVR.

VRBE SALVIA.] In Procopio est Οὐρβισαλία, voce, ut videtur, jam tum ad vulgarem sonum detorta. Apud R. Fabrettum, prorsus ut hic, C. X. Inscript. p. 709. *DECVR. VRBE SALVIA.* At in Montfauconii Diar. It. C. 26. T. RAESIVS SALVIANVS VRLISAL., pro *VRBISAL*, aut certe *VRBESAL.* Ager *urbis Salvienſis* est in Frontino de Colon. p. 118. WESS.

ASCLVM M. P. XXIIII.] *Praeferunt manuscripta pro* Asculum. *Plinio L.* 3. *C.* 13. supra Castellum Firmanorum colonia Asculum. *Ptolemaeo* Ἄσκλον, *& item ab eo* Firmum, *&* Asculum

ASCLO. M. P. XXIIII.
CASTRO TRVENTINO. M. P. XX.

ITER QVOD DVCIT A DYRRHACHIO PER MACEDONIAM ET THRACIAM BYZANTIVM VSQVE.

A BRVNDISIO TRAIECTVS DYRRHACHIVM VSQVE. STAD. NVM. I. CCCC.

A DYRRHACHIO BYZANTIVM. M. P. DCCLIIII. Sic. CLO-

culum *adjunguntur. Stephano ex primo Dionysii historiarum libro* Ἀσκλῶ. SVR.

A DYRRHACHIO.] Vaticanus & Parisinus, secuti sui temporis morem, *Duratio:* sic enim Seculo IX. & deinceps appellabant. Vide Gaufredum Malaterra L. III. H. Sicul. C. 26. WESS.

TRAJECTVS DYRRACHIVM.] In Itinerario Maritimo tantum CIↃ. stadia ponuntur. Strabo scribit trajectum e Brundisio in Epidamnum esse mille & octingentorum stadiorum. Plinius CCXX. M. P. ponit, quæ sunt stadia CIↃIↃCCLX. SIML.

STADIA ñ. I. CCCC.] *In Regio hæc nota* ñ. *habetur: & in Blandiniano & Neapolitano Stadia* ICCCC. *& eam prætermitti notam non visum est: quod, ut adparet infra, numeri nota sit: ut legatur* stadia numero MCCCC. *tametsi ea in* Itinerario maritimo *usus non sit, sed in Blandiniano postea adjicitur.* SVR.

STAD. NVM. I. CCCC.] Ita Vaticanus: Parisiensis MS. *Stad. I. CCCC.* Sine dubio in his vitium inhæret, quod Strabo, ut recte N. Bergerius L. III. V. Milit. C. 47., eluet: habet enim L. VI. p. 283. stadia CIↃIↃCCC., Plinioque consentit: nam hujus CCXXV. M. P., quæ Harduinus L III. C. 11. jure è melioribus MSS. recepit, peræquant Strabonis stadia. WESS.

A DYRRHACHIO BYZANTIVM M. P. DCCLIIII.] *In Regio* M. P. DCCCLIIII: *& in reliquis* M. P. DCCLIIII. *Hæc* via *est quæ à M. Tullio Cicerone designatur in oratione de Provinciis consularibus C.* 2. Ita enim, *inquit*, via illa nostra, quæ per Macedoniam usque ad Hellespontum militaris. *Plinius lib.* 4. *C.* 11. *de Byzantio*, Abest, *inquit*, à Dyrrhachio IↃCCXI. M. P. tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. *Nec mirum eum numerum cum hac Antonini summa non convenire: cum Itinerarium hoc non recto itinere, sed stativis mansionibus diverticula sequatur. Hanc viam* Egnatiam *fuisse adpellatam Strabo auctor est: cujus egregia descriptio cum Antonini mansionibus mirum in modum congruit. Priorem viæ partem ex* Candavia *nomen adipisci & montem esse Illyrici. Seneca in epistola* 31. Non per Poeninum, Graiumve montem, nec per deserta Candaviae: *& Cæsar commentario iii. C.* 79. *Belli civilis perhibet*, Pompejum per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habuisse. *Ergo per* Lychnidum *urbem, & Pylonis locum, quem in ipsa via Illyricum & Macedoniam disterminare Strabo perhibet, per* Heracleam, Aedessam, & Pellam, *atque* Thessalonicam *iter, ut idem est auctor, agebatur: & à Dyrrhachio Polybium* CCLXVII. *miliaria constituisse: quæ ratio cum hujus itineris miliaribus congruere non potest, quæ* CCLXXX. M. P. *à Dyrrhachio Thessalonicam usque conficiunt: quod in obeundis provinciis, ut sæpius admonuimus, Proconsules suas prosequerentur mansiones.* SVR.

DYRRHACHIO.] Urbem celeberrimam multis descripsit Palmerius L. I. Vet. Græc. C. 19. Addo Guilielmi Appuli ex L. IV. versus:

Dyrrhachium obsedit: quondam fuit urbs opulenta
Magnaque, præcipue tegulosis obsita muris:
Rex Epirotarum dicier hanc Epiduarum
Pyrrhus præcepit.

Et post pauca:

Destructam spatio post composuere minori
Zetus & Amphion, & præcepere vocari
Dyrrhachium.

Quæ unde Guilielmus hauserit, quærere non libet; sunt enim inepta: quis enim credat, si parum in his calleat, *Epidamnum* aut *Epidaurum*, alterutrum dedisse videtur, & testis Eustathius est in Iliad. B. p. 217. Edit. Basil., quam-

CLODIANA.	M. P. XLIII.
SCAMPIS.	M. P. XX.
TRES TABERNAS.	M. P. XXVIII.
LIGNIDO.	M. P. XXVII.
NICIA.	M. P. XXXIIII.

HE-

quam non admodum locuples, Dyrrachio *Epidauri* fuisse nomen; quis, inquam, crediderit hoc cognominis a Pyrrho accepisse, aut destructam dein Zethi atque Amphionis cura fuisse excitatam urbem? WESS.

CLODIANAS M. P. XLIII.] *In Regio* Clodiana M. P. XXXIII. *In reliquis* Clodiana M. P. XLIII. *Tamen cum postea eadem* Clodianis *edant*, Clodianas *scribendum duximus, ut forte* aquas *subaudiri oporteat.* SVR.

CLODIANA.] Sic Tabula, sed XXXI. M. P. a Dyrrhachio. Quæ sit, in dubio est; Ampl. Mensо Altingius ad Candaviam montem & *Clodianas Pylas* vero nomine fuisse in notis MSS. ad Tabulam censuit: immo *Pylonem* Polybio apud Strabonem L. VII. p. 323. vocari: quæ mihi parum certa visa sunt: nam *Candaviam* Itin. Hieros. M. P. XXXVII. a *Clodianis* locat; Strabo vero Pylonem post Lychnidum, finemque esse Illyrici & Macedoniae. Palmerius aliam ingressus viam *Clodianas tabernas* intelligit, æque dubias atque incertas. WESS.

SCAMPIM M. P. XX.] *In Regio, Blandiniano & Longoliano* Scampis M. P. XX. *Ptolemaeo in Mediterraneis* Macedoniae *Eordetarum* Σκαμπεῖς. SVR.

SCAMPIS.] *Scambis* Cusani & Parisinus MS. Rectius Tabula *SCAMPIS* cum iisdem M. P. *Hiscampis* Itiner. H., hinc adjuvandum: Hierocli Σκίπτια, quamquam Imp. Constantinus L. II. Them. 9. Σκάμπα in ejus Synecdemo reperit: è quibus non injuria cogas, *Scampis* sextum esse casum, eoque deceptum videri Ptolemaeum, Σκάμπεις formantem: tanto magis, quod Latini sibi in hoc casu constent. Sic in Suggestionis 11. Exemplo ad Hormisdam tom. X. Conciliorum G. p. 515. Germanus & Joannes Episcopi, *Scampis nobis positis, post missas hora cœnatoria Stephanus & Leontius VV. CC. ab Imperatore missi in occursum nobis venerunt:* & Dioscorus Diaconus Suggestione sua p. 521. *Quid in Aulone sit actum, quid Scampis, quid Lignidi fuerit subsecutum anteriore significatione suggessi.* Etsi autem ita Latini velint, tamen Σκαμπίαν Malchus in Excerpt. Hoesch. appellat, nec tantum p. 65. ἐκέλευστε ἢ αὐτὸς πεμμένα ἐν Καμπίᾳ, quem locum acri usus ingenio Henr. Valesius instauravit, sed & alio postmodum adferendo. WESS.

TRES TABERNAS M. P. XXVIII.] *In Regio* M. P. XXIIII. *& in reliquis. De* Tribus *aliis* Tabernis *supra mentionem fecimus, fuisse munimentum exadificatum ad arcendas Germanorum excursiones in intima Galliarum. De his nullam reperi mentionem.* SVR.

TRES TABERNAS.] Itiner. Hieros. *In Tabernas* M. P. XXVII. a *Scampina civitate*, ut in Exemplo Suggestionis paullo ante producto dicitur. Fuerunt *Tabernae* hæ ad montem *Candaviam*, ut ex eodem Itinerario liquet: putem Exemplum Suggestionis in his *Tabernis* esse scriptum; *Istam*, inquiunt Episcopi, *epistolam ante XXX. M. P. a Lignido fecimus.* WESS.

LYCHNIDVM M. P. XXVII.] *Hujus urbis supra ex Strabone mentio facta est. Livius eam in* Dassaretiis Macedoniae *conlocat libro 27. C. 27. Ptolemaeo item in* Dassaretiis Λιχνίδος, *rectius apud Stephanum* Λυχνίδος, *quam* Illyridis *urbem esse perhibet: & quam Herodianus* Lychnitum *adpellat.* SVR.

LIGNIDO.] Malunt ita universi codices & Tabula, nec aliter Exempla Suggestionum tom. X. Concil. G. L. p. 516., quæ & incolas *Lignidonenses* appellant. Urbs erat celebris & lacui cognomini in munito loco assidens. Malcho παλαιόπλουτος καὶ ἐνδαίμων πόλις dicitur, qui præterea p. 64. hæc habet. Καὶ ὡσὲι μὲ τὴν Λυχνιδὸν ἐπελθὼν ἀπεκρύβθη ἐπὶ ὀχυρᾷ κειμένην καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη, καὶ σίτου παρούσης· Ἀναχὰς ἢ ἐκεῖθεν, τὴν τε Καρπίαν αἱρεῖ, τὴ οἰκητόρων αὐτὴν πάλαι ἐκλελοιπότων· καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμήσας Ἐπίδαμνον λαμβάνει· quæ si recte expenderis & ad iter hoc examinaveris, non dubium erit, τὴν Καρπίαν debere Σκαμπίαν esse sive *Scampinam* urbem. Quod vero Lychnidum ab Imp. Justiniano *Justinianam* fuisse dictam & patrio ejus

solo

HERACLEA. M. P. XI.
CELLIS. M. P. XXXIIII.
EDESSA. M. P. XXVIII.
PELLA. M. P. XXVIII.
THES-

solo vicinam arbitrantur, id mihi vero non videtur simile: nam Procopius L. IV. Aedif. C. 1. *Justinianam I.* in Dardania locat, & Imperator Novel. XI. non longe a Dacia mediterranea removet: atqui Dardania amplo terrarum tractu hinc divisa fuit, ut ex Malchi Excerpt. p. 66. apertissimum est. Verum hoc ad Hieroclem commodius agemus. WESS.

NICIAM M. P. XXXIIII.] *In Regio* Nicia M. P. XXIIII. *& in reliquis* M. P. XXXIIII. Nicaeae Illyridis *fit à Stephano mentio.* SVR.

HERACLEAM M. P. XI.] *Hanc* Heracleam *urbem esse* Macedoniae, *cognomento* Sinticen *adparet. Caesar commentario* 3. *belli civilis C.* 79. Accessit etiam improviso aliud incommodum, quod Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra conlata habuisset, rei frumentariae causa ab eo discesserat, & Heracleam Sinticam, quae est subjecta Candaviae, iter fecerat. *Livius libro, xlii. C.* 51. Heracleam ex Sintiis *adpellat, & Plinius lib.* 4. *C.* 10. Heracleam Sinticam: *Ptolemaeo* Ἡράκλεια Σίντικη. SVR.

HERACLEA.] Excerpta MSS. *Heraclia.* H. Surita Heracleam Sinticam non sine gravi errore hanc esse jussit, quippe longissime hinc in Bisaltarum fines remotam, ut praeter Tabulam Livius L. XLV. C. 29. docet. Tu Heracleam in Lyncestide intellige ex Strabone L. VII. p. 323., quam modo Heracleam Pelagoniae, modo Lyncestidum appellant. Concilio Constantinopolitano sub Justiniano *Benignum Heracleae Pelagoniae* scribendo adfuisse, subscriptio testatur: male vero in Constituto Vigilii, edito a Baronio An. IOLIII. *Heracleae Paphlagoniae* dicitur, sicuti praeter H. Norisium Dissert. de Synodo V. J. Sirmondus ad Facundum Hermianensem L. VIII. C. 3. commonefecit. *Dionysius Heracleae Lyncestidum* Concilii Chalcedonensis pars fuit. Nimirum Heraclea hæc in confinio Pelagoniae & Lyncestidis erat posita, quam ob causam nunc huic nunc illi contribuitur. Πελαγονία Hierocli dicitur, Nicetae Choniatae & aliis; Immo Livio L. XLV. C. 29. & Dexippo, qui IV. Macedoniae caput faciunt; nam Schurzfleischius V. C. ad eam sine causa adhæsit Biblioth. Vinariens. p. 75. WESS.

CELLAS M. P. XXXIIII.] *In Regio* M. P. XXIIII. *& in aliis* Cellis M. P. XXXIIII. SVR.

CELLIS.] Habet eas Tabula & Itiner. Hierosol., sed ampliore ab Heraclea intervallo. WESS.

AEDESSAM M. P. XXVIII.] *In Regio* Edessa M. P. XXVIII. *In Blandiniano* Cedissa M. P. XXVIII. *& item in Longoliano, &* Edissam *corrigit. Strabo in hac via, uti supra memoravimus,* Aedessae *meminit. Ptolemaeo* Αἰδεσσα, *item* Macedonica. SVR.

EDESSA.] Sic veteres membranae, & Livius L. XLV. C. 29. Ἔδεσσαν Malchus Excerpt. p. 64. & eo antiquior Dexippus apud Syncellum Chronogr. p. 268. appellat, sed prave. Vide Is. Vossium ad Melam L. II. C. 3. & Ezech. Spanhemium Dissert. II. V. & P. N. p. 128. WESS.

PELLA.] Maxima urbium Macedoniae, μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων Xenophonti L. V. Hellen. p. 433. Recte ergo Manilius L. I. 768.

Atque Asiae gentes & Magno maxima Pella:

quamquam & ejus tituli alia potest esse ratio ob natales Alexandri, qua de re vir doctus in nuperis Observ. Miscellan. p. 102. Quid ergo Aphthonius sibi vult, cum Pellam terrae Macedonum contemptissimam urbem Progymnasmat. p. 56. vocat? Πέλλη ἡ τῶν Μακεδόνων γῆς τὸ φαυλότατον. Quid Libanius in Vituperatione Philippi p. 104. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι πρὸς αὐτὸν καλόν· τὴν πολίχνιον; βάρβαρόν τε ἦν· τὸ δὲ πόλεως μέγεθος; καὶ τί φαυλότερον τῆς Πέλλης; adeone vilis & contemptui Rhetorum obnoxia urbs fuit? an secuti principem sunt oratorem, qui, cum Orat. pro Corona p. 146. non sine quadam loligine Pellam χωρίον ἄδοξον καὶ μικρὸν, cujusmodi ad Athenas composita videri poterat, appellasset, amplum campum aperuit, in quo Philippum convitiis lacera uri excurrere atque exsultare possent. Re-

THESSALONICA. M. P. XXVII.
MELLISSVRGIN. M. P. XX.
APOLLONIA. M. P. XVII.
AMPHIPOLI. M. P. XXX.
PHILIPPIS. M. P. XXXIII.
NEA-

Retinuit Pella ex veteri ſplendore Dionis Chryſoſtomi & Luciani tempeſtate nihil niſi nomen. Vide Ezech. Spanhemium Diſſert. IX. V. & Præſt. N. p. 654. WESS.

THESSALONICAM M. P. XXVII.] *In Regio* M. P. XXVIII: *& in reliquis* M. P. XXVII. *Plinius lib. 4. C. 10. à Dyrrachio Theſſalonicam* CXIIII. M. P. *enumerat, vetuſtis exemplaribus adſentientibus: & hoc Itinerario* CCLXXX. *numerantur ob flexus manſionum itineris militaris.* SVR.

THESSALONICA.] Μήτηρ πάσης Μακεδονίης *Macedoniae metropolis* Antipatro L. I. Anthol. C. 26. Luciano in Aſino μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλις. Situm urbis Joan. Cameniata egregie exſecutus eſt in Excidio Theſſalon. inter Symicta Allatii C. 2. WESS.

MELLISVRGIN M. P. XX.] *Apud Suidam nudum nomen* Μελισσεργὶς. SVR.

MELLISVRGIN.] Hoc MSS. edunt. Tabula *Meliſſirgin* cum iisdem M. P. pro *Meliſſurgin*: *locum mellificum* ex Columella L. IX. R. R. C. 3. vertere poſſis; nam a mellificii ſtudio manſio nomen indepta videtur. Suidae Μελισσεργὶς poeticum eſt, nec urbem, ſed apem indicans. WESS.

APOLLONIAM M. P. XVII.] *Hæc* Macedonica Apollonia *eſt, quam ab* Amphipoli *unius diei itinere diſtare Livius perhibet, libro XLV. C. 28.* Macedonicam *hanc recenſet Plinius lib. 4. C. 10. cujus incolæ* Macrobii *cognominarentur. Ptolemaeus* Mygdoniae *cognomen attribuit, ab altera item* Macedoniae *diſtinguens, quam* Taulantiis *attribuit, cujus infra Antoninus meminit.* SVR.

APOLLONIA.] Idem ſitus Apolloniae tribuitur Actor. Apoſtol. C. XVII. 1. Poſita in Mygdonia aut circa fuit: Plinius L. IV. C. 10. *Et regio Mygdoniae ſubjacens, in qua recedentes a mari Apollonia, Arethuſa:* nam Plinii Apollonia, cujus incolæ *Macrobii*, in Atho monte fuit, ubi ante Acroathon oppidum, quo de paria Pomponius L. II. C. 2. Tabula unis M. P. auctior eſt. WESS.

AMPHIPOLI.] Poſita fuit ad Strymonem, Athenienſium colonia: olim Ἐννέα Ὁδοὶ, teſtibus Herodoto L. VII. 114. & Thucydide L. I. 100. & IV. 102. Harpocration tamen diſtinguit, & τόπον eſſe περὶ τὴν Ἀμφίπολιν, ſed Aeſchinis Fals. Legat. p. 32. non bene percepta ſententia; Orator enim recens & vetuſtius urbis nomen, quo Acamantis ætate nota erat, apponit. Poſt Perſea debellatum caput fuit primæ Maceconiæ, quam qui Dexippus apud Syncellum p. 268. deſcribat, operæ erit conſiderare: Ὧν τὸ πρῶτον τὰ μεταξὺ Νέστου ποταμοῦ καὶ Στρύμονος, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἀπὸ Νέστου Ἐρύμην, καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηρα καὶ Μαρώνειαν καὶ Αἶνον πόλεις· πρὸς δυσμὰς δὲ ἀπὸ Στρύμονος Βισαλτία πᾶσα μέχρι τῆς ἐν Σιντικῇ Ἡρακλείας. in quibus pleraque omnia expedita ſunt, modo τὴν Ἐρύμην excipias, quæ Salmaſium & Schurzfleiſchium Notit. Biblioth. Vinarien. p. 71. habuit exercitos. Si & mihi ſententiæ dictio eſſet, ἐρύματα legerem, ut *caſtella* indicentur; ejusque opinionis fundum è Livio darem L. XLV. C. 29. *Unam*, inquit, *fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Neſſum amnem ſit; acceſſurum huic parti trans Neſſum, ad orientem verſum, qua Perſeus tenuiſſet vicos, CASTELLA, oppida præter Aenum & Maroneam & Abdera:* perſpicue enim τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἀπὸ Νέστου ἐρύματα enarrat. WESS.

PHILIPPOS M. P. XXXIII.] *Plinius L. 4. C. 11. abeſſe à Dyrrhachio* CCCXXV. M. P. *perhibet, &* Thraciae *attribuit. Ptolemaeus vero* Macedoniae. SVR.

PHILIPPIS.] Urbis ſitum Appianus L. IV. B. C. p. 1040. deſcribit: in numis *COL. AVG. PHILIP.* apud J. Vaillantium tom. I. Colon. p. 109. WESS.

NEAPOLIM M. P. XII.] *Dion libro XLVII. p.* 397, Symbolum *montem inter* Neapolim & Philippos *ſtatuit, quorum* Neapolis *ad mare è regione* Thaſi *ſita eſt:* Philippi *vero in planicie, inter*

NEAPOLI. M. P. XII.
ACONTISMA. M. P. VIIII.
TOPIRO. M. P. XVII.
COSINTO. M. P. XIII.
PORSVLIS, QVAE MODO MAXIMIANOPOLIS. M. P. XXIII.
BREN-

inter montes. Plinius Lib. 4. *C.* 11. *item* Neapolis Thraciae *meminit.* SVR.

NEAPOLI.] Itinerarium H. IX. addit, quibus nostra veriora videntur ob Appiani consensionem: is enim L. IV. B. C. p. 1041. Cassium & Brutum in collibus, stadiis XVIII. a Philippis remotis, castra fuisse metatos, ipsa autem castra LXX. stadiis Neapoli afuisse auctor est; quod intervallum proxime ad XII. M. P. accedit. WESS.

ACONTISMA M. P. VIIII.] *Regium* M. P. VIII. *& reliqua* M. P. VIIII. *Ammianus libro xxvii. C.* 4. *de Thraciarum regionibus agens:* Ex angulo, *inquit*, orientali Macedonicis jungitur collimitiis per arctas præcipitesque vias, quæ cognominantur Acontisma: cui proxima Arethusa convallis & statio, in qua visitur Euripidis sepulchrum, tragœdiarum scriptoris. *Et rursus lib. xxvi. C.* 7. Pariaque deinde metuens, obstruxit tres aditus angustissimos, per quos provinciæ tentantur Arctoae, unum per Ripensem Daciam, alterum per Succos notissimum, tertium per Macedonas quem adpellant Acontisma. SVR.

ACONTISMA.] Habent Itineraria omnia cum Hierocle. WESS.

TOPIRIM M. P. XVII.] *In Regio, Blandiniano, & Longoliano* Topiro M. P. XVII. *Plinius à* Philippis Scotusam & Topirim *recenset in* Thracia *provincia. Ptolemaeo* Τοπιρίς. *In Concilio Chalcedonensi Eusebius* Topiris *civitatis Episcopus subscripsit: atque ea Macedoniae attribuitur. Procopius L.* 4. *C.* 11. περὶ τῶν Κτισμάτων, *urbem vetustam nomine* Τόπερον, *in* Rhodope *constitutam, perhibet, cujus muros, cum à* Sclavinis *barbaris capta esset, Justinianus majorem in altitudinem eduxerit, ut tumulum imminentem superaret.* SVR.

TOPIRO.] Ita & Tabula. Procopio L. III. B. G. C. 38. Πρώτη μὲν Θρᾳκῶν καὶ παραλίων *prima Thraciae urbium maritimarum*, distareque Constantinopoli itinere XII. dierum perhibetur. WESS.

COSINTHO.] Vel *Casinta.* SIML.

COSINTVM M. P. XIII.] *In Regio* Cosinto M. P. XIII. *& Blandiniano* Cosinto M. P. XIIII. *In Neapolitano* Casinto M. P. XIII. *Longolianum* Cosinto mp. XIIII. *&* Casinto *corrigit.* SVR.

COSINTO.] Tabula *Consinto*, quam vocem in recentioris Graeciae Thraciaeque Tabulis itidem invenias, sed secure ex Peutingerana transumptam. Fluvius est, aut mansio circa flumen, cui Κοσσινίτου in Abderitarum regione nomen est apud Aelianum L. XV. Hist. Anim. C. 25. WESS.

PYRSOALIM M. P. XXIII.] *In Regio* Portulis M. P. XXIII. *In Blandiniano* Porsulis, quod modo Maximianopolis M. P. XXIII. *& eodem modo in Neapolitano, & Longoliano. Infra exemplaria* Pyrsoalim *edunt, & ea verba* Porsulis *adjecta in alienum devenerunt locum ex studiosi alicujus nota: quando* Maximianus *Imperator, à quo urbi inditum nomen adparet, cum* Diocletiano *imperium obtinuit, & ejuravit. Propter auctoritatem tamen pervetusti exemplaris Blandiniani, miniaceis litteris ea verba signavimus, ut aliena esse indicentur, nec Antonini Itinerario tribuenda. Ammianus libro xxvii. C.* 4. Rhodope huic annexa Maximianopolim habet, & Maroneam, & Aenum: post quam conditam, & relictam Aeneas Italiam auspiciorum prosperitate perpetua, post diuturnos occupavit labores. SVR.

PORSVLIS.] Hoc universi codices & Tabula probant. A Vaticano absunt, *quod modo Maximianopolis*; ceteri mordicus tenent: neque caussa est, cur inducantur; manifestis enim indiciis jam ante cognovimus, Itinerarium, ut nunc a nobis teritur, Diocletiano & Maximiano videri posterius. Habet Maximianopolin in provincia Rhodope Hierocles. Acta vero S. Glyceriae C. 1. Trajanopolin & Maximianopolin vicinas faciunt, notantibus Bollandi sociis a. d. XIII. Maji, esse & ejus apud Appianum mentionem, sed Ammianum haud dubie cogitantibus. WESS.

BRENDICE.	M. P. XXI.
MILOLITO.	M. P. XII.
TIMPORO.	M. P. XVI.
TRAIANOPOLI.	M. P. IX.
DYMIS.	M. P. XVI.
ZERVIS.	M. P. XXIIII.
PLOTINOPOLIM.	M. P. XXIIII.
HADRIANOPOLIM.	M. P. XXI.
OSTVDIZO.	M. P. XVIIII.

BVR-

BRENDICE.] Vel *Bricize.* SIML.

BRENDICEM M. P. XXI.] *Manuſcripta, & Longolianum exemplar* Brendice M. P. XXI. *& infra eadem* Brizice M. P. XX. à Pyrſoali. SVR.

BRENDICE.] Tabula *Brendici* XX. M. P. a Porſulis. Itinerarium H. *Berozica* cum iisdem M. P.; qui conſenſus ut ea veriora putem efficit. Urbem & regionem Βεννικὴν in Thracia Ptolemaeus & Stephanus in Βέννα noverunt: ea ne ſit, an a Diana, que Thracibus Βένδις Strabone & Heſychio auctoribus dicebatur, nomen manſio acceperit, finire non auſim. WESS.

MILOLITO.] *Micolita* Tabulæ M. P. XII., Itiner. H. *Melalico* M. P. XV., quæ ex XII. nata videntur: horum quodnam verius ſit, non temere dixero. WESS.

TIMPORVM M. P. XVI.] *In Regio* Timero M. P. XVI. *In Blandiniano* Timporo M. P. XVI. *Neapolitanum* Timpiri M. P. XVI. *Longolianum* Timporo M. P. XVI. *& Tompiri corrigit. Infra* Imparae *mentio ſit inter has manſiones.* SVR.

TIMPORO.] *Timpiro* MS. Pariſinus. Itin. H. *Adunipara M. P. XV. S.* a Melalico, quod ex *Ad Timpara* pro *Tempyra* ortum eſt: aſſentior enim Cl. Cellario L. II. G. A. C. 15. p. 1325. *Tempyro* corrigenti. Meminit ejus præter Ovidium Livius L. XXXVIII. C. 41. *Aliae*, inquiens, *anguſtiæ circa Tempyra, hoc loco nomen eſt, nec minus confragoſæ.* WESS.

DYMEM M. P. XVI.] *Manuſcripta, & Longolianum* Dimis M. P. XVI. *Et infra item* Dimis *edunt. Ptolemaeo in Thracia provincia poſt* Druſiparam Δύμη. SVR.

DIMIS.] *Dymis* rectius Tabula, Itin. Hier. *Demas* M. P. XIII. a Trajanopoli. WESS.

ZERVIS.] Vel *Zerne.* SIML.

ZERVIM M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano* Zervis M. P. XXIIII. SVR.

ZERVIS.] Sic MSS. excerpta. Ex *Zerne* Joſ. Simleri Ortelius *Thernen* format, quam Stephanus Thraciae urbem facit. Tabula *Zirinis* præfert, in quo vocabulo Menſo Altingius vetus Trajanopoleos nomen latere ſuſpicatus eſt. Mihi Tabulæ quidem ſcriptura videtur verior eſſe, nec quicquam tamen cum Trajanopoli commune habere: vetat enim ſitus in utroque Itinerario ſignatus; eſſe autem *Ziriniam*, cujus ex Theopompo Stephanus meminit, Ζειρηνία, πόλις Θρᾴκης. Quæ ſequuntur urbes in anterioribus ſatis ſuperque tractatæ ſunt. WESS.

OSTVDIZVM M. P. XVIIII.] *In Regio* Oſtidizo M. P. XVIIII. *& ſupra* Oſtudizon M. P. XVIII. ab Hadrianopoli. *In Blandiniano* Hoſtridizo M. P. XVIIII. *In Neapolitano* Hoſtridizo M. P. XXI: *& in Longoliano* Hoſtridizo M. P. XVIIII. *Nec veremur nimio faſtidio variam exemplarium lectionem indicare, in tam abſtruſis, & reconditis nominibus, ſi vera lectio erui poſſit.* SVR.

BVRDIDIZVM M. P. XVIIII.] *Supra* Burtudizon M. P. XVIII. *& hoc itinere manuſcripta & Longolianum* Burdidizo M. P. XVIIII. *præferunt.* IDEM.

BERGVLAS M. P. XVII.] *Eadem* Bergulae M. P. XVII: *cum ſupra à* Burtudizo Bergulas XVIII. M. P. *adſignentur.* IDEM.

DRVSIPARVM M. P. XVI.] *Supra* Drizaparam M. P. XIIII. *In hoc itinere Regium* Druſiparo M. P. XVI. *Blandinianum* Druzibaro M. P. XVI. *Neapolitanum* Druzibaro M. P. XVII. *Lon-*

BVRDIDIZO. M. P. XVIIII.
BERGVLAE. M. P. XVII.
DRVSIPARO. M. P. XVI.
TIRALLO. M. P. XVI.
PERINTHO HERACLEA. M. P. XVIII.
CENOPHRVRIO. M. P. XVIII.
MELANTIADA. M. P. XXVII.
BYZANTIO, QVAE CONSTANTINOPOLIS. M. P. XVIIII.

ITER A BRVNDISIO SIVE AB HYDRVNTE. TRAJECTVS AVLONAM STADIA NVM. I.

IN-

Longolianum Druzibalo M. P. XVI. & Druzibaro *corrigit, in fine libri.* IDEM.

TIRALLVM M. P. XVI.] *In manuſcriptis & Longoliano* Tirallo M. P. XVI. & *ſupra* Izirallon *adſcripſimus.* IDEM.

PERINTHERAS.] Vel *Perinthus*, quæ etiam *Heraclea* nominatur alibi a noſtro auctore. SIML.

PERINTHVM HERAC. M. P. XVIII.] *Supra p.* CXXXVIII. *Heraclea ſine* Perinthi *cognomento cenſetur, cum eadem ſit: quod huic itineri adjectum videtur, quod in eo alterius* Heracleae, *nempe* Macedonicae *mentio fiat. Ammianus libro XXII. C. 8.* Et civitatem, quam Herculeſ conditam Perinthi comitis ſui memoriæ dedicavit. *Stephanus* Perinthum *non ab Herculis comite, ſed à* Perintho Epidaurio, *qui cum Oreſte militaverat, cognominatam perhibet. Ptolemaeo* Πέρινθος, ἤτοι Ἡράκλεια. SVR.

PERINTHO HERACLEA.] Vaticanus *Perintherai*, Pariſinus *Perintho Erac:* quod ſecuti ſumus, Henr. Valeſius in ſuo MS. inveniri ad Ammianum L. XXII. C. 2. adſcripſit. Ἡράκλεια, ἡ πρὶν Πέρινθος ὀνομαζομένη Sozomeno L. III. H. E. C. 5. *Perinthus, quam Heracleam poſteritas dixit* Ammiano L. XXVII. C. 4. A quo vero *Heracleae* cognomen acceperit, ad finiendum non eſt facile. Si ἤτοι Ἡράκλεια Ptolemaei eſſet, aut numi ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΑΝ ad Perinthum, ut Vaillantius voluit, pertinerent, Trajano Imp. nomen illud antiquius foret. Verum prius dubium eſt, poſterius autem falſum, ut Ezech. Spanhemius Diſſ. IX. V. & P. N. p. 578. oſtendit. Ergone Conſtantinopolitanis Impp., quæ viri Illuſtris ſententia eſt, titulum eum acceptum ferre debet, atque in primis Conſtantino M., ſicuti Jac. Pontanus ad Theophylactum L. I. C. 11. decrevit? neutrum probavero; nam Lactantius Mort. Perſec. C. 45. Conſtantino vetuſtius eſſe, fidem mihi fecit. In numis ultima Perinthiorum & Perinthi mentio eſt, quantum reſciſcere quivi, ſub Gallieno: oportet ergo è ſucceſſoribus ejus, ſive Aureliano ſive Maximimiano Herculio, novo nomine fuerit ornata. WESS.

BYZANTIVM M. P. XVIIII.] *In Regio* Byzantio M. P. XXVIIII. *In reliquis* Byzantium, quæ Conſtantinopolis M. P. XVIIII. *quæ ut adjecta videantur, miniaceis litteris deſignavimus.* SVR.

BYZANTIO M. P. XVIII.] Ita Vaticanus, omiſſis, *quæ Conſtantinopolis:* alii ſervant. WESS.

ITER A BRVNDISIO.] Duo hic trajectus indicantur, ideoque in Schudii exemplari utrique ſeparatim numerus ſtadiorum appoſitus eſt; *A Brundiſio Aulonam MCC. Ab Hidrunte Aulonam M. Ab Aulona Amphipolin. M. P. DCCXCI.* SIML.

AVLONEM STAD. NMR. I.] *Regium* Aulona Stad. I. *Blandinian.* Aulonam ſtadia NMR. Mille. *In Neapolitano & Longoliano* Aulonam numero CC. *ex nota enim ∞., quæ mille denotat,* CC. M. P. *edit librariorum inſcitia. Hujus ſtationis Ptolemaeus mentionem fecit in ora* Macedoniae *maritima, juxta* Apolloniam, *& urbis, ac navalis nomine decorat.* Αὐλῶν πόλις, ἐπίνειον· *ut qui ex oppidi nomine,* Aulorum *regionem verterint, nimis inepte fecerint. Neque adeo male vetuſtus interpres, qui* Aulonem civitatem navalem *vertit. Stephanus cum plures ejus nominis urbes recenſeat, hujus ab eo mentio non fit. In* Itinerario maritimo *Antonini, ejus ſtationis meminit.* Sunt, *inquit,* ſuper Acroceraunia, &

INDE PER LOCA MARITIMA IN EPIRVM ET THESSALIAM ET MACEDONIAM. Sic.
AD ACROCERAVNIA. M. P. XXXIII.
PHOENICE. M. P. XLI.
BVTROTO. M. P. LVI.
CLY-

relinquit Aulonam in dextro interius. *Alterius* Aulonis *prope* Tarentum *Horatius meminit carminum lib. ii. ad Septimium Ode 6. Strabo libro vi. p.* 283. *&c. trajectus in Italiam è Græcia tres esse tradit*, Tarentum, Brundisium & Rhegium. *Tamen* Tarentinum *&* Hydruntinum *eundem ferme fuisse adparet. Vnde Plinius ab* Hydrunte *in Græciam trajectum breviorem esse tradit; à* Brundisio *vero longiorem illum quidem, sed certiorem.* Svr.

STAD. NVM. I.] Excerpta MSS. sibi non constant: Vaticanus *NVM. mille.* in aliis *N. ill. CC. MILLE*, aut *n.. m. Comille.* Simlerus *num. CC. mille* vulgavit; è quibus quid verum sit, difficulter eruas. Si Schudiani MS. certiorem notitiam nobis Simlerus impertivisset, ab ejus sententia probanda non longe abessem, quamquam stadiorum numeri neque in eo sunt sani. Plinius L. III. C. 11. Hydruntum inter & Apolloniatum oppidum, ubi brevissimus in Graeciam trajectus, non amplius L. M. P., sive stadia CCCC., esse adfirmat. Procopius vero L. I. B. Vand. C. 1. sinum circa Hydruntum stadiis IↃCCC. patere auctor est, insigni a Plinio, cui ego accesserim, dissensione. Vide quoque N. Bergerium L. III. Viar. M. C. 47., ubi sane miraberis, virum doctum *Num.* 1. ita accepisse, ac si unum tantummodo stadium indicaretur. Jam ut ad *Aulonem* veniamus, multo frequentissima ejus est mentio in Roberti Guiscardi rebus gestis: *Avelonam* appellant Gaufredus Malaterra L. III. C. 24. & Romualdus Salernitanus An. CIↃLXXXI., *Velonam* Anonymus Barensis An. CIↃCVIII., a quo *Valona*, quo nomine nunc est, Leunclavio Pand. Turc. C. 126. auctore, non longe recedit. Wess.

INDE PER LOCA.] Desunt M. P. in summam redacta, quibus iter absolvitur. N. Bergerius L. III. Viar. M. C. 48. conjectura usus rescribit: *Iter per loca maritima ab Aulone in Epirum & Thessaliam & Macedoniam Mellisurgin M. P. IↃCCLIII.*, non male: mallem tamen integra reliquisset, *Inde per loca maritima in Epirum:* nam ab Aulone iter inchoari anteriora docent. Wess.

AD ACROCERAVNIA M. P. XXXIII.] *In Regio* Ad Acroceraunia M. P. XXXIII: *ut sit* ad Acroceraunia *ex* Aulonis *statione. In reliquis* Acroceraunia M. P. XXXIII. *Hi montes* Ceraunii *nuncupantur, quos Horatius L.* 1. *Od.* 3. infames scopulos, Acroceraunia *vocat. Strabo intra* Ceraunios *montes portum esse amplissimum, cui* Panhormi *nomen erat: quem hac statione Itinerarii designari arbitror.* Svr.

AD ACROCERAVNIA.] *Ad* plerique MSS. ignorant. Tabula *Acroceraunia* cum iisdem M. P. ab Aulone. Virgilius Aen. III. 505.

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta,
Unde iter Italiam, cursusque brevissimus undis.
Wess.

PHOENICEM M. P. XLI.] *Urbs est* Epiri *Polybio libro II. C.* 5. *Livius libro xxix. C.* 12. Phœnice, *inquit*, urbs est Epiri. *Strabo*, τὸ δὲ ἀπὸ Βυθρωτοῦ ἡ Φοινίκη. *Ptolemaeus mediterraneis Epiri adscribit.* Svr.

PHOENICE.] Sic Parisinus: alii *Poenice* & *Phenice.* Tabula in M. P. consentit. Positam urbem in locis palustribus fuisse, stagnantibusque aquis circumdatam Procopio L. IV. Aedif. C. 1. credimus. Est & ejus apud Polybium Leg. CXXVII. mentio. Wess.

BVTROTVM M. P. LVI.] *Exemplaria manuscripta Antonini non aspirant: & Caesaris, Ciceronis, ac Plinii L.* 4. *C.* 1. *vetustis exemplaribus, caret aspiratione* Butrotum. *In Strabonis, Ptolemaei, & Stephani aspiratur. Strabo in* portus *ore conditum esse, & Romanis frequens accolis juxta* Posidium. *Caesar libro iii. de bello civili C.* 16. Erat autem ad Butrotum oppositum Corcyrae. Svr.

BVTROTO.] *Rutharoto M. P. LVI.* Tabula Peutingerana. *Celsam Buthroti arcem* Virgilius

CLYCIS LIMEN.	M. P. XXX.
ACTIA NICOPOLI.	M. P. XX.
ACHELOV FLVVIVM.	M. P. XXV.
EVENO.	M. P. XX.
DELPHI.	M. P. XL.

PHO-

lius Aen. III. 292., ubi Servius *positam in saxo, quod mari cingitur*, dicit. Numi vocabulum adspirant, ut in Vaillantii Coloniis tom. I. p. 14., ubi AVGVSTVS BVTHR. Tamen BYTPOTINΩN est in Thes. Britan. tom. II. p. 101., quem cum N. Haymius ad *Buthrotum*, amnem haud procul ab urbe Locris, retulit, non satis expendisse videtur discordiam MSS. Livii L. XXIX. C. 7. & quæ ibi Gronovius. WESS.

CLYCIS LIMEN M. P. XXX.] *In Regio* Clicis limen M. P. XXX. *In Blandiniano* Clycis limen M. P. XXX. *& Neapolitano* Clitis limen M. P. L. *In Longoliano* Clycis limen M. P. XXX: *& L. corrigit.* SVR.

GLYCIS LIMEN.] Hoc verum mansionis nomen: *Clicis* Tabula & MSS. nostri, quorum Parisinus & Cusani L. M. P. addunt: illa XXI. M. Γλυκὺς Λιμὴν Straboni & Dioni Cassio L. L. p. 487., qui Acherontem fluvium, in hunc portum influentem, & aquam ei dulcem & nomen facere addit. WESS.

ACTIA NICOPOLI.] Vel *Actianopolis:* est autem apud Actium Epiri oppidum, propter victoriam Augusti nominatum Nicopolis. SIML.

ACTIAM NICOPOLIM M. P. XX.] *In Regio* Ctia Nicopoli M. P. XX. *In Blandiniano* Actia Nicopoli M. P. XX. *& Neapol.* Acivam popolim M. P. XX. *& Longoliano* Actianopoli M. P. XX. *Veteres*, ut Nicopolim *hanc à reliquis distinguerent*, πλὴν πρὸς Ἀκτίῳ *vocabant: nam Augustus* Actium *urbem* Nicopolim *cognominatam condidit: & Stephanus docet* Actiam *urbem, &* Actium *dici, cum Tacitus libro Annalium II. C. 53. tradit*, Germanicum consulatus honorem iniisse apud urbem Achaiae Nicopolim: Acarnaniae *legendum videtur, non* Achaiae. *Nam Plinius lib. 4. c. 1.* Acarnaniae, *inquit*, quæ antea Curetis vocabatur, oppida, Heraclia, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana. *Stephanus* Nicopolim *hanc* Epiri *cognominat.* Acarnaniam *vero* Epiro *contineri certum est.* SVR.

ACTIA NICOPOLI.] Cusani MS. *Acuniani popolim*, Parisiensis *Accianinopoli. Nicopolin apud Actium* Suetonius Aug. C. 18. Augustus, ut frequentissime habitaretur, *Anactorios, Ambraciotas* & *Aetolos* eo traduxit, Pausania Eliac. I. C. 23. & Phocic. C. 38. & Antipatro, cujus epigramma vide in Holsteinii notis ad Stephani ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, testibus: incolas ingenuitatis ac libertatis suæ summos fuisse ostentatores & singulos, ut ille apud Horatium, *Liber, liber sum*, exclamasse, colligas, ex his Epicteti apud Arrianum L. IV. C. 1. Οὕτω καὶ Νικοπολῖται ἐπιβοῶν ἐώθασι· Νὴ τὴν Καίσαρος τύχην ἐλεύθεροί ἐσμεν. De Taciti loco, quem Surita mendi manifestum habuit, vide meliora docentes Muretum & Lipsium. WESS.

ACHELOV.] Sic plerique MSS. Vaticanus *Achelau Fluviusze.* Homero πρείων Ἀχελώϊος Iliad. φ. 194. ubi Eustathius p. 1316. Edit. Basil. monere haud neglexit, adeo olim celebrem fuisse, ut pro quavis aqua poni cœptus fuerit: adde Turnebum L. XXX. Adverss. C. 39. WESS.

EVVENNO.] *Evenus* fluvius. SIML.

EVENVM M. P. XX.] Evenum *fluvium Strabo L. 7. p. 327.* Lycormam *vocatum perhibet, &* Acheloum *&* Evenum *in mare fluere: illum quidem per* Acarnaniam *delabi, &* Evenum *per* Aetoliam. *Plinius lib. 4. c. 1.* Acheloum *è Pindo fluere, &* Acarnaniam *ab* Aetolia *dirimere. Ptolemaeo in* Achaia *ostium statuitur* Εὐηνοῦ. SVR.

EVENO.] *Euveno* aut *Euvenno* scripti codices, prave. Lucanus L. VI. 365.

Et Meleagream maculatus sanguine Nessi
Evenos Calydona secat.

Strabo L. X. p. 459. Evenum ab Actio promontorio stadiis IↃCLXX. semovet. WESS.

PHOCIDE.	M. P. XL.
THESPIAS.	M. P. XL.
MEGARA.	M. P. XL.
ELEVSINA.	M. P. XIII.
ATHENIS.	M. P. XIII.

ORO-

PHOCIDE.] Hoc quid ſit, dicere non poſſum: ſuſpicor tamen Phocidis fines indicari. Pauſanias L. X. C. 3. Φωκικὴν inter urbes Phocidis annumerat, ſed male in ea voce a librariis habitus, ut Sylburgius & Palmerius viderunt: nihil ergo ea ad hanc manſionem. WESS.

TESTIAS.] Vel *Theſpiae.* SIML.

THESPIAS M. P. XL.] *Adeo inverſum fuerat à librariis hoc nomen, ut vix reſtitui in veram lectionem potuerit, cum tam illuſtribus, & memorabilibus manſionibus* Achaiae *totum hoc peragatur iter. In Regio etenim exemplari* Eſtias M. P. XL. *& in Blandiniano & Longoliano* Teſtias *legitur. Neapolitanum* Theſtias *habet. Eæ ſunt* Theſpiae, *quæ propter Praxitelis* Cupidinem, *ut Verri Cicero inſultat, viſebantur: quorum verborum memor Plinius, inſita illa non vulgari doctrina,* Ejusdem, *inquit L.* 36. *C.* 5. eſt & Cupido objectus à Cicerone Verri; ille, propter quem Theſpiae viſebantur: nunc in Octaviae ſcholis poſitus. *Donum illud Glycerium* Theſpienſibus *conſecraſſe Strabo auctor eſt: ac nonnullos idcirco prius in id oppidum conſcendiſſe,* Cupidinem *ipſum contemplaturos, infra* Heliconem *montem ſitum: cum alioqui ſpectatu foret indignum. Primum à ſede ſua à Cajo Imperatore amotum, & Romam advectum, & à Claudio remiſſum, Neronem iterum reportaſſe Romam Pauſanias auctor eſt Boeotic. C.* 28. *atque ibi igne fuiſſe conſumptum.* SVR.

THESPIAS.] *Theſtias* & *Teſpias* MSS.; unde verum viderunt viri docti. Circa Heliconem Theſpiae fuerunt; πρὸς τῷ Ἑλικῶνι Strabo, οὐχ ἑκὰς τοῦ Ἑλικῶνος Conon C. 24. WESS.

MEGARA.] Stadiis CCX. Procopius L. I. Bel. Vand. C. 1. Athenis diſparat, pæne Tabula cum ſuis XXIX. M. P. conſpirante, & Dione Chryſoſtomo, qui unius diei itinere Megaris Athenas perveniri poſſe ſcribit Orat. VI. p. 87. WESS.

ELEVSINAM M. P. XIII.] *In Regio* Eleuſina M. P. XIII. *& in reliquis* Eleuſia M. P. XIII. *Pomponius, cum* Eleuſinem *item, atque hoc itinerario,* Athenis *adjungat, rectum caſum* Eleuſin *ducit.* In Attide, *inquit L.* 2. *C.* 3. Eleuſin Cereri conſecrata, & clariores, quam ut indicari egeant, Athenae. *In Plinii vetuſtis exemplaribus L.* 4. *C.* 7., in Hellade Megara, Eleuſin. *Strabo* εἶτ' Ἐλευσὶν πόλις. *Ptolemaeo item in Attica* Ἐλευσὶν. *Pauſaniae in Phocicis* Ἐλευσίνη. SVR.

ELEVSINA.] *Eleuſia* noſtris MSS. probatur. Viae, qua hinc Megara iter eſt, meminit Pauſanias Attic. C. 39. Sponius Athenis XII. M. P. removet Itiner. tom II. p. 218. WESS.

ATHENIS.] De Athenis ſilere melius eſt, quod de Carthagine Salluſtius, quam parum dicere. Tantum de ejus ambitu obſervabo, Dionem Chryſoſtomum Orat. VI. p. 87. ſtadiis CC. eum metiri, & dimidiatam Babylonis amplitudinem occupare Athenas, τὸ ἥμισυ ἔχειν Ἀθήνας Βαβυλῶνος; in quibus, ſi Herodotum ſequitur, qui L. I. C. 178. Babylonis circuitum ſtadiis CCCCLXXX. finivit, error erit: forte Strabonem, a quo Babylon ſtadiis CCCLXXXV. L. XVI. p. 738. circumſcribitur, aut alium in animo habuit. Utcunque fuerit, ampliores Athenae Roma fuerunt, cujus ſub initium Seculi V. εἴκοσι καὶ ἑνὸς μιλίου διάστημα ἦν, *ambitus M. P. XXI. erat,* Olympiodoro apud Photium Cod. LXXX. p. 198. teſte. WESS.

OROPO.] Vel *Orope.* SIML.

OROPVM M. P. XLIIII.] Oropum *confinio Boeotiae adnectit Plinius L.* 4. *C.* 7. Oropium *agrum medium inter* Atticam, *&* Tanagreos *tenuiſſe Boeotios Pauſanias Attic. C.* 34. *perhibet: nam cum diu Athenienſes de eo dimicaſſent, non ante potitos eſſe, quam à Philippo Rege, cum Thebas expugnaſſet, receperunt. Complures annos ſuper ea re contendiſſe adparet: unde Ammian. lib. xxx. C.* 4. Et Calliſtratus, *inquit,* quem nobilem illam

OROPO. M. P. XLIIII.
THEBIS. M. P. XXXVI.
CHALCIDE. M. P. XXIIII.
OPVNTE. M. P. XLVIII.
DEMETRIADE. M. P. XIIII.

LA-

lam ſuper Oropo cauſam, qui locus in Euboea eſt, perorantem, idem Demoſthenes, Academia cum Platone relicta, ſectatus eſt; *ut mirum ſit* Euboeae *eum locum Ammianum attribuere. Multo poſterior fuit illa trium ſapientiae procerum ab Athenis Romam legatio ſuper eadem controverſia: de qua Plinius lib. 7. cap. xxx. Et quibus Coſſ. ea legatio, & Carneades Romam venerit, Cicero à Pomponio Attico ſciſcitatur L. XII. Ep.* 23. Hæc nunc quæro, *inquit*, quæ cauſa, fuerit. De Oropo opinor: ſed certum neſcio. *At ipſe explicat libro de Oratore 2. C. 32. de* Carneadis, Critolai, & Diogenis *legatione, qui ab Athenienſibus legati Romam venerant.* SVR.

OROPO.] *Aropo* noſtri. Dicaearchus diei itinere Athenis videtur ſeparare; nec licet tamen inquinatioribus ejus verbis fidere, de quibus Salmaſ. in Solin. p. 103. Urbs erat *ad mare* ἐπὶ θαλάσσης, Pauſanias Attic. C. 34. & Thucydides L. VIII. C. 95. Nunc *Ropo* II. M. P. à mari, Sponio teſte Itiner. tom. II. p. 243. WESS.

THEBAS M. P. XXXVI.] *In Regio, & Neapolitano* Thebis M. P. XXXVI. *In Blandiniano* M. P. XXXIII. *& item in Longoliano, ſed* XXXVI. *corrigitur. Hæ* Baeotiae *ſunt* Thebae, *quas, cum ſibi quondam* Graeciae *principatum vindicarent, Pauſanias ad arcem jam unam, ſua ætate, & non ita multos incolas redactam, vix dum vetus nomen ſervare, auctor eſt in Arcadicis C.* 33., *qui Antonini Imperatoris, Antonini Pii filii imperio, id opus commentabatur.* SVR.

THEBIS.] XXXVI. Cuſani codex. *Thebas*, quas Thucydides L. II. C. 5. ſtadiis LXX. Plataeis ſemovet, *frigoribus hiemis intolerabiliter horrere* Columella L. I. R. R. C. 4. tradit, & circa Trajani tempora fere defertas fuiſſe Dio Orat. VII. p. 123. Ab urbe non longe aberat locus, quem Γραῖαν appellant. Stephanus in Τάναγρα. τὴν δὲ Γραῖαν ἔνιοι λέγεσιν τὸ νῦν τῆς Θηβαΐκης κωλέμωνα ἔθνος. Vide vero, ecquid hinc auxilii oriatur his Xenophontis L. V. Hellen. p. 449. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐπελθόντες ἀντεπέξαντο ἐπὶ Γραὸς τῇδε, & Polyaeni, rem eandem narrantis, L. II. C. 1. οἱ δὲ κατέλαβον τὸν λόφον ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ δύσβατον καλέμωνα Ῥέας ἔθνος. alter uter ſine controverſia vitio deformatus; imo vero uterque, ſi qua Stephano fides; cujus auctoritatem & Polyaeni veſtigia ſecutus Γραίας ἔθνει & ἔθνος ſcribebam, Ti. Hemſterhuſio, amico noſtro, conſentiente. Hoc obiter; nunc denuo in viam. WESS.

CHALCIDE.] Χαλκὶς ἡ ἐν Εὐβοίᾳ Aeneae Tact. C. 4. Sita erat loco commodo non longe a Boeotia, quo de Demoſthenes in Ariſtocratem p. 422. Livius L. XXVIII. C. 7. *Nam & ipſa Chalcis, quamquam ejusdem inſulæ urbs eſt, tamen adeo arcto interſcinditur freto, ut ponte continenti jungatur, terraque aditum faciliorem quam mari habeat.* Atque ea cauſſa videtur, quare & hoc itinere adeatur. De ponte, quo continenti adhærebat, præter Strabonem Procopius L. IV. Fabric. Juſtiniani C. 3. & Iſ. Voſſius ad Melam L. II. C. 7. Sponius a Thebis Chalcidem usque M. P. XXV. aut XXVI. numerabat p. 265. Itiner. WESS.

OPVNTE.] Excerpta MSS. ita recte. *Opante* Vaticanus. Locridis metropolis erat a mari ſtadiis circiter XV. a navali vero LX. apud Strabonem L. IX. p. 425. Livius aliter L. XXVIII. C. 6. *Claſſemque inde ad Cynum, emporium id eſt Opuntiorum urbis, mille paſſuum a mari ſitæ, trajecit:* an fuit *M. P. II. a mari ſitæ?* WESS.

DEMETRIADEM M. P. XIIII.] Demetrias *hæc, oppidum* Pagaſae *antea dictum Plinius L. 4. C. 8. tradit in Theſſalia provincia: & Ptolemaeo, ac Stephano* Theſſaliae Phthiotidis: *atque item* Lariſſa Cremaſte: *quæ hoc Itinerario* Demetriadi *ſubjungitur. Livius libro xlii. C.* 56. Lariſſa, quæ Cremaſte dicitur, oppugnata. SVR.

DEMETRIADE.] Cuſani MS. *Demetride M. P. XIV.*

LARISSA.	M. P. XLIIII.
DIO.	M. P. XXIIII.
BEROEA.	M. P. XVII.
THESSALONICA.	M. P. LI.
MELLISSVRGIN.	M. P. XXI.

ITER

P. XIV. Fuit loco oportuno in Theſſalia poſita. Philippus Macedonum rex eam propterea atque in Euboea Chalcidem & Corinthum Graeciae compedes appellabat, Livius L. XXXII. C. 37. Eſt in Theſ. Britan. tom. II. p. 104. numus inſcriptus ΔΗΜΗΤΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡ., quem Nic. Haymius ad Sicyonem refert, Demetriada, ut Plutarcho & Diodoro teſtibus conſtat, a Poliorcete Demetrio appellatam: mihi aut Demetrii, ubi Δημητρέως πέδιον Strabo L. IX. p. 435. habet, aut certe hac in urbe, nobili & regum Macedonum quondam ſede, cuſus videtur; nam Sicyoni haud diu is titulus duravit & cum Demetrio exolevit: at ΔΗΜΗΤΡΙΩΝ ſeu potius ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ ſub Auguſto numi meminerunt, mode recte vir doctus p. 176. ejusdem Theſauri conjecerit. WESS.

LARISSA.] Theophraſtus *Λάρισαν τὴν ἐν Θετταλίᾳ* L. V. Cauſſ. Plant. C. 20. *Λάρισαν, πόλιν εὖ πεφράξθαι τὴν ἐν Θετταλοῖς* Philoſtratus L. II. Vit. Sophiſt. C. 1. Ea enim intelligitur, ad Peneum appoſita, non *Cremaſte*, quippe quae infra Demetriadem in Phthiotide. WESS.

DIVM M. P. XXIIII.] *In Manuſcriptis, & Longoliano* Dio M. P. XXIIII. *Ptolemaeo in ſinu Thermaico poſt Aliacmonis fluminis oſtium* Δῖον Κολώνια. *Stephano* Dion *urbs & Euboeae, & Macedoniae recenſetur.* SVR.

DIO.] *Urbem ſicut non magnam, ita exornatam publicis locis & multitudine ſtatuarum, munitamque egregie* Livius L. XLV. C. 7. vocat. Aberat haud longe a Baphyra fluvio, quo de praeter Livium Archeſtratus apud Athenaeum L. VII. C. 22. cum egregia Caſauboni animadverſione, & monte Olympo, Thucydide L. IV. C. 78. teſte. Macedones ibidem certamen Olympicum edidiſſe Stephanus & ante eum Dio Chryſoſtomus Orat. II. p. 18. tradidere. WESS.

PVCLATA.] Vel *Pudata.* Forte *Pidna*, quam *Platam* nominari Moletius tradit. SIML.

PVDAIAM M. P. XVIII.] *In Regio* Pudaia M. P. XVIIII. *& in Blandiniano, & Longoliano* Pudata M. P. XVIIII. *Neapolitano* Puclata M. P. XVIIII. *Forte ea eſt, quae a Ptolemaeo in Thraciae mediterraneis* Πανδαλία *vocatur.* SVR.

PVDAIA.] Hoc licet pravum retinuimus, quod a vero haud procul abeſſet: aliae *Puclata* aut *Pudata.* Videtur eſſe *Pydna*, ad quam Aemilius Paullus Perſeum debellavit. Fuerunt enim Pydna & Beroea vicinae, ut ex Thucydide L. I. C. 61. colligas. In excerptis Strabonis L. VII. p. 330. invenio, Πύδνα, ἡ νῦν Κίλλου καλεῖται, quae Strabonis eſſe perſuaſus Palmerius dubitat e Livione L. XLII. C. 51. *Citum* refingat, an viciſſim ex Strabone auxilium ferat Livio, Exercitat. p. 302. Mihi neutro opus videtur, cum Strabonis ea non ſint, ſed recentioris Graeculi; quod virum doctum non fuiſſe odoratum demiror; praeſertim cum auctarium Thematibus Conſtantini additum, quo utitur, id pane juberet. Gemina habes in ſcholiis ad Demoſthenis Olynthiac. I. p. 3. & 4., licet eorum auctor ſibi non conſtet. *Pautalia*, quam H. Surita cogitavit, longe longeque hinc remota fuit, ut poſtmodum oſtendam. WESS.

BOEREAM M. P. XVII.] *Ptolemaeo juxta* Aedeſſam *Macedoniae* Βέρροια. SVR.

BEROEA.] *Belia* & *Berea* plerique MSS. Βέροια ἡ πρὸς Μακεδονίαν L. VII. Conſtit. Apoſtol. C. 46., ut ab altera Thraciae & Syriae diſtinguatur. Appoſita erat ad Bermium montem, pro quo *Boram* Livius L. XLV. C. 29., cis flumen Axium, quem *Bardarium* recentior aetas appellavit, ut ex Epitoma Strabonis L. VII. p. 330. & Georg. Acropolita C. 70. cum nota Allatii cognoſcas. Scribunt autem Βέρροιαν & Βέροιαν, qua de differentia vide Waſſium ad Thucydidem L. I. C. 61. & Schurzfleichium Biblioth. Vinarien. Notit. p. 74. WESS.

THESSALONICA.] Excerpta MSS. quaſi de

ITEM RECTO ITINERE AB HYDRVNTE AVLONAM. STAD. I.

INDE PER MACEDONIAM VSQVE CONSTANTINOPOLIM. M. P. DCCLVI. Sic.

APOLLONIA. M. P. XXV.
AD NOVAS. M. P. XXIIII.
CLODIANIS. M. P. XXV.
SCAMPIS. M. P. XXII.
TRIBVS TABERNIS. M. P. XXX.
LIGNIDO. M. P. XXVII.

SCIR-

de compacto *Theſſalia* aut *Theſalia*. Eſt præterea in Vaticano *Meliſurgin*, rectius quam quidem ante. Quas autem è Schudii ſchedis expreſſit binas manſiones Simlerus, illæ è codicibus vetuſtis exulant. WESS.

MELISVRGIN.] Poſt hanc in Schudii exemplari additur *Apollonia* verſus Thraciam Mygdoniorum *M. P. XVII.* & *Amphipoli M. P. XXX.* Ponuntur autem hæc duo loca priori quoque itinere pari diſtantia. SIML.

INDE PER MACEDONIAM] *Hæc in Regio habentur, & in reliquis adduntur uſque* Conſtantinopolim M. P. IↃCCLVI: *quæ verba, tanquam aliena ab Antonini opere, communibus characteribus deſcribuntur.* SVR.

ITEM RECTO] Cuſani liber, *Iter rectum ab Hidrunto Aulonam*, non omnino male. Porro *ſtadia mille* Vaticanus, &, quod idem, *ſtadia* Ⅰ. Pariſinus: notum enim eſt lineolam numeris impoſitam totidem millia indicare, ſæpeque neglectam multa conturbaſſe, ut in Plinio L. VII. C. 56. *Anticlides in Aegypto inveniſſe quendam nomine Menona tradit, XV. annis ante Phoroneum, antiquiſſimum Græciæ regem: idque monumentis approbare conatur. E diverſo Epigenes apud Babylonios IↃCCXX. annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum, Beroſus & Critodemus, CCCCLXXX. annorum. Ex quo apparet æternus literarum uſus.* Omnis in hoc loco, quem Harduinus & Jac. Perizonius Orig. Babyl. C. 2. examinaverunt, difficultas ex neglecta transverſa illa linea, millenarium numerum indicante, nata eſt: neque dubito, quin $\overline{XV}$. *annis ante Phoroneum*, h. e. XV. M. annorum Anticlides voluerit. Ni enim ea ſit ſententia, nihil opus erat, ut tanto eum mendacio Babylonii ſuperarent: Præterea *æternus literarum uſus* hoc videtur requirere. WESS.

APOLLONIA.] Duæ Apolloniæ in hoc itinere commemorantur, quarum prior Taulantiorum, altera Mygdoniorum. SIML.

APOLLONIAM M. P. XXV.] *Hæc item* Macedoniæ *provinciæ eſt* Apollonia VII. M. P. *à mari recedens, uti Plinius lib. 3. C. 23. eſt auctor, quam* Taulantiorum *regioni Ptolemæum attribuere memoravimus, Macedoniæ provinciæ Stephanus* Illyridi *attribuit.* SVR.

APOLLONIA.] Sita erat prope Aoum flumen. Herodotus L. IX. C. 91. Ἀπολλωνίην τὴν ὑπὸ τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, Dioſcorides L. I. Mat. Med. C. 100. τὴν πρὸς Ἐπιδάμνῳ, Auctor Geopon. L. XV. 7. τὴν κατὰ Δυρράχιον, licet duorum circiter dierum itinere Dyrrachio abeſſet, appellant: plura de urbe Palmerius L. I. Vet. Græc. C. 27. coacervavit. WESS.

AD NOVAS.] *Novas tabernas* manſioni nomen feciſſe, credibile fit. WESS.

CLODIANIS.] *Clodiana* ſupra habuimus: hinc diſcimus, viam a Dyrrachio & alteram ab Apollonia ad Clodiana ſeſe conjunxiſſe. Vid. Palm. L. I. V. G. C. 25. WESS.

SCAMPIM M. P. XXII.] *Manuſcripta, & Longolianum* Scampis M. P. XXII. *cum ſupra pagina* CCCXVIII. *à Clodianis* Scampim XX. *tantum* M. P. *numerentur.* SVR.

TRES TABERNAS M. P. XXX.] *Eadem præferunt, cum eadem pagina à* Scampi Tres Tabernas XXVIII. M. P. *tribuantur.* SVR.

LYCHNIDVM M. P. XXVII.] *In Regio* M. P. XXVIII. *& in reliquis* M. P. XXVII. *totidem ſupra à* Tribus Tabernis Lychnidum *conſtituuntur.* SVR.

SCIRTIANA.	M. P. XXVII.
CASTRA.	M. P. XV.
HERACLEA.	M. P. XII.
CELLIS.	M. P. XXXIII.
EDESSA.	M. P. XXXIII.
DIOCLETIANOPOLIS.	M. P. XXX.
THESSALONICA.	M. P. XXVIIII.
APOLLONIA.	M. P. XXXVI.

AM-

SCIRTIANA] Vel *Scintiana* vel *Sirtiana*. SIML.

SCIRTIANAM M. P. XXVII.] *In Regio* Scirtiana M. P. XXVII. & *in Neapolitano* Scirciana M. P. XXVII. *Blandinianum & Longolianum* Sirtiana M. P. XXIIII: *sed in hoc* XXVII. *corrigitur.* SVR.

SCIRTIANA] MS. Cusani *Scitiana M. P. XXVII.* Haud scio unde cognomen duxerit, utrum a gente Illyrici, quam Σκιρτῶνας Ptolemaeus, *Scirtiaros* Plinius L. III. N. H. C. 22. vocat, an a *Scirto* quodam. *T. CARTORIVS SCIRTVS* est apud Gruterum p. IↃCCCCLIX. WESS.

CASTRA M. P. XV.] *In Regio* M. P. VI. & *in reliquis* M. P. XV. SVR.

CASTRA] Sæpe in Livio reperies, Romanos bellis Macedonicis *castra* in his oris esse metatos: ab illis loco nomen. WESS.

CELLAS M. P. XXXIII.] *In Neapolitano exemplari* Cellis M. P. XXIII. & *tamen supra itinere à Dyrrhachio Byzantium, ab* Heraclea Sintice Cellas M. P. XXXIIII. *adsignantur.*

DICAEOPOLIM M. P. XXX.] *In Regio, & Blandiniano* Dioclitianopolis M. P. XXX. & *in Neapolitano* Diodianopolis M. P. XXX. *In Longoliano* Diocletianopolis M. P. XXX. & *miniaceis litteris corrigitur* Diodranopolis. *Cum tamen omnino quodvis potius nomen, quam urbis* Diocletiani, *huic mansioni conveniat, sicuti & de* Maximiano *supra, & hac ipsa pagina indicatur: Mihi* Dicaeopolim *proponere placuit, asteriſco adposito: quod apud Suidam* Δικαιόπολις *fiat mentio: & quamvis addatur apud eum auctorem in* Θρᾴκῃ πλησίον Ἀυδήρων, *fieri tamen potest, ut* Macedoniae *pars ea sit, aut* Thraciae *contributa. Illud etiam persuadet, quod apud Plinium ex* Macedonia *provincia, medio flexu litoris,* Thessalonica, *quæ hoc itinere huic mansioni adjungitur, recensetur: & statim idem auctor Lib. 4. C. 10. inter oppida* Thermaici *sinus primam* Dicaeam *adplicat: & Ptolemaeus in eodem sinu* Thermaico, Thessalonicam *commemorat. Praterea cum* Dicaeae Macedoniae *à Ptolemaeo mentio non fiat, & juxta* Heracleam Sinticem Παροικόπολις *meminerit, mihi maxime sit verisimile, librariorum culpa id esse nomen detortum, ac depravatum: & ejus loco* Δικαιόπολιν *substituendum. Praterea Procopius Lib. 4. Cap. 3.* περὶ τῶν Κτισμάτων, Diocletianopolim Thessaliae *attribuit, non* Macedoniae, *aut* Thraciae: *utcunque tamen acciderit, merito* Diocletianopolis *ex hoc Itinerario posthac extrudetur. Stephanus Dicaeae, urbis Thraciae, meminit.* SVR.

DIOCLETIANOPOLIS] Cusani schedæ *Diadonopolis,* Parisinae *Dioclianopolis,* Vaticanae *Dioclitianopolis:* verum est, quod amplexi sumus. Nam quod Surita disputat, ἄρρητον ἄμεινον· neque enim Dicaea sive *Dicaeopolis* hæc esse poterit, quippe inter Maroneam & Abdera ad Bistonidem lacum accubans, Herodoto L. VII. C. 109. auctore: nedum ΠΑΡΟΙΚΟΠΟΛΙC Ptolemaei, ex ΠΑΡΘΙΚΟΠΟΛΙC corrupta, sicuti Hierocles, *Parthicopolin* Heracleae, plane ad Ptolemaei mentem, jungens, & *Jonas a Macedonia de Parthicopoli* in fragmento II. Operis Histor. Hilarii p. 1239. ostendunt: multo minus Diocletiani nomen officiet: cum citra dubium sit ex *Jovia* & *Herculea* legione, quam utramque a Diocletiano & Maximiano appellatam, (ἐγκώπων γὰρ, inquit Zosimus L. III. C. 30., ἐοῦσαι ὀνομάζω, ὧδε ὑπὸ Διοκλητιανῷ τῷ Μαξιμιανῷ κελευσάντων, φερόντων τὰς τότων ἐπωνυμίας) suo loco habuimus, Itinerarium, sicuti nunc est, illo recentius esse. Id solum dubium est, quænam hæc Diocletianopolis? Hierocles pariter ac Procopius hoc nomine urbem in Thessalia habet, cujus nulla

hic

AMPHIPOLI. M. P. XXXII.
PHILIPPIS. M. P. XXXII.
ACONTISMA. M. P. XXI.
OTOPISO. M. P. XVIII.
STABVLO DIOMEDIS. M. P. XXII.
IMPARA SIVE PYRSOALI NVNC MAXIMIANOPOLI M. P. XVIII.
BRICIZE. M. P. XX.
TRAIA-

hic poteſt eſſe ratio, utpote longius ab Edeſſa & Theſſalonica ſemotae: memorat alteram Hierocles in Thracia ſub Philippopoli, quæ, ſi noſtra ſit, oportet iter in Thraciam deflectat, & poſt deinde in Macedoniam ſe vertat. Si cui tamen ad credendum id difficile videatur, præſtabit Itinerario fidem addicere & tertiam hoc cognomine urbem in Macedonia fuiſſe arbitrari: *infinita* illa *cupiditas ædificandi*, qua Diocletianus tenebatur, quamque Lactantius Mort. Perſ. C. 7. notavit, haud invalidum huic opinioni robur addet. WESS.

OTOPISO] Hæc manſio ſuperiore itinere nominatur *Topinio*, a Ptolemaeo *Topiris*. SIML.

OTOPISVM M. P. XVIIII.] *In Regio exemplari legitur* Atopiſo M. P. XVIII. *In Blandiniano, & Longoliano* Otopiſio M. P. XVIII. *In Neapolitano* Otopiſo M. P. XVIII. SVR.

OTOPISO.] *Otopiſio* Pariſinus. *Topiro* rectum eſt. Diceres huc referri oportere ex L. ult. C. Theod. de Primicer. *X. Kal. Oct. Topiſo*: ſed cum *Otopiſo* ſit pravum, non injuria id aliorſum tranſtulimus. Vid. ſupra p. 137. WESS.

STABVLVM DIOMEDIS M. P. XXII.] *Pomponius lib. ii. c.* 2. Tum Sthenas fluvius, & ripis ejus adjacens Maronia. Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos ſolitum objectare advenas, & eisdem ab Hercule objectum. Turris, quam Diomedis vocant, ſignum fabulæ remanet. *Plinius Lib.* 4. *cap.* 11 *in* Thracia *provincia oppidum fuiſſe* Tyridam (*ita enim in vetuſtis legitur exemplaribus non* Tindam) Diomedis *equorum ſtabulis dirum perhibet. Solinus Polyhiſt. C.* 10. Tyrida, *inquit*, oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum: ſed ceſſit ævo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat: *quæ manſio nunc hoc indicari Itinerario videtur, à Pomponio & Solino* Turris *vocata*. SVR.

STABVLO DIOMEDIS] *Ad Stabulodio* Itiner. H., quod quid ſit, ad percipiendum nihil habet difficile. Seneca Herc. Oet. *v.* 1538.

Thraciae ſi quis Rhodopes alumnus,
Durior terris Helices nivoſæ,
Spargit humano STABVLVM cruore.

Tyridæ & ſtabulatos in ea Diomedis equos Capella quoque L. VI. p. 212. memorat: plura ad Itiner. Hieroſ. WESS.

IMPARAM SIVE PYRSAOLIM M. P. XVIII.] *In Regio evaneſcentibus litteris* In I.. A.. ſive Pirſoali M. P. XVIII. *In Blandiniano* Inipara ſive Pyrſoalii nunc Maximianopoli M. P. XVIII. *Neapolitano* Juraparo ſive Pyrſoalii nunc Maximianopoli M. P. XVIII: *& in Longoliano* Impara ſive Pyrſoalii nunc Maximianopoli M. P. XVIII. *Supra duæ manſiones ab Antonino repoſitæ ſunt, itinere* à Dyrrhachio Byzantium, Pyrſoalis, & Timporum: *videturque hoc itinere à Stabulo Diomedis* Imparae (*ſive Timporum ea eſt*) & Pyrſoalis, *quaſi æqua diſtantia, manſio proponi. In reliquis, excepto Regio, illa verba* Pyrſoali *adduntur*, nunc Maximianopolim, *quæ tanquam aliena diſtinguuntur.* SVR.

IMPARA SIVE.] MSS. nihil hoc loco vitioſius eſt; nam Cuſani, *Impara ſive Pyrſo, alii nunc Maximianopoli:* Vaticanus, *Inipora ſive Pirſoali M. P. XVIII.*, ſine Maximianopolis mentione ulla: nec melius ceteri. Putem ita conſtitui atque ordinari debere; *Porſulis, nunc Maximianopoli M. P. XVIII.*, ut *Impara* ex ſede ſua exulet, colacanda inter Bricizen & Trajanopolin: ſi quid enim video, *Tempyra* indicat, pro quo *Timporo* in anterioribus eo loco habuimus, & in Hieroſ. Itiner. *Adunimpara*, cui ſi præpoſitionem detraxeris, pæne ſimili nomine videbitur. WESS.

BRICIZEM M. P. XX.] *Regium & Blandinianum*

TRAIANOPOLI.	M. P. XXXVII.
CYPSALA.	M. P. XXVIIII.
SIRACELLA.	M. P. XXX.
APRIS.	M. P. XXI.
RESISTO.	M. P. XXVI.
HERACLEA.	M. P. XXVI.
CENOPHRVRIO.	M. P. XXIIII.
MELANTIADA.	M. P. XXVIII.
BYZANTIO.	M. P. XVIIII.

DE

num Bricize M. P. XX. *In Neapolitano* Brixice M. P. XX. *Longolianum* Brizice M. P. XX. & Brinice *corrigitur. Supra eadem* Brendicem *summo conſenſu ediderunt.* SVR.

TRAJANOPOLIM M. P. XXXVII.] *In Regio auferendi caſu, & Neapolitano : Blandinianum & Longolianum* Trajanopoli M. P. XXXIIII. *ſed in hoc* XXXVII. *corrigitur.* SVR.

CYPSELA.] *Gipſala.* Ptolemaeo & Plinio *Cypſela.* SIML.

CYPSELAM M. P. XXVIIII.] *In Regio, fugientibus litteris,* Gij. Ala M. P. XXVIIII. *In Blandiniano* Gipſala, modo Cipſala M. P. XXVIIII. *Neapolitanum* Gipſala modo Cypſala M. P. XXVIIII. & *Longolianum* Cipſala M. P. XVIIII. *Straboni L. 7. p. 322. in vulgatis* Cypſelus, *cum perhibet ex* Apollonia *in* Macedoniam, Egnatiam *viam in Orientem protendi, quam per millia paſſuum dimenſi fuerant: & per lapideas columellas, usque* Cypſelum, & Hebrum *amnem* M. P. IↃXXXV. *Stephanus namque* ἔστι καὶ Κύψελα πόλις Θρᾴκης, πλησίον Ἔβρου ποταμοῦ. *Pomponio Melæ L. 2. C. 2. in vetuſto exemplari*, & Biſaltae Samiorum, & ingens aliquando Gipſela. *Plinius lib. 4 C. 11. in Thracia provincia*, Circa quem locum fluvius Melas, à quo ſinus appellatur. Oppida Cypſela; Biſanthe. *Ptolemaeo in mediterraneis Thraciae* Κύψελα. SVR.

CYPSALA.] Membranae Cuſani *Cypſala*, Vaticanae *Gypſala*, aliæ *Hypſala.* Servius Aen. I. 321. MSS. ſcripturam firmabit, *Eſt autem*, inquit de Hebro, *in Thracia ante muros Cypſalae civitatis.* Situm urbis inter amnes Melana & Hebrum ſignavit Livius L. XXXVIII. C. 40. *Apros*, ut vicinam urbem, Nicephorus Gregoras L. VII. C. 11. illi adjungit. Vide Leunclavii Pand. Turcic. C. 31. & Waſſii Addenda in Thucydidem p. 671. WESS.

SIRACELLA.] Alias *Syraſcele* vel *Syracolla.* SIML.

SYRACELLAM M. P. XXX.] *In Regio* Siracella M. P. XXX. & *infra* Siraſcele : *In Blandiniano* Syracella M. P. XXII : & *infra* Syraſcaele : *Neapolitano* Siracolla M. P. XXV. *Longolianum* Siracollam M. P. XXXVII. SVR.

SIRACELLA.] Cuſani liber M. P. XXV., quæ proxime abſunt à M. P. XXVI., quæ Itiner. H. probat. Ego manſionem hanc, ſi Itineraria & Ravennatem exceperis, alibi legere non memini. WESS.

APRIS.] Plinius etiam L. IV. C. 11. meminit hujus coloniæ atque eam a Philippis M. P. CLXXXVIII. diſtare ſcribit: hic autem paullo plura numerantur. SIML.

RESISTO.] Plinius *Reſiſta* nominat & ab *Apro* XXXII. M. P. diſtare ait. SIML.

RESISTON M. P. XXVI.] Reſiſto M. P. XXVI. *præferunt manuſcripta & Longolianum, cum ſupra pag.* CLXXVII. ab Apris Reſiſton *ex Plinio L. 4. C. 11. & exemplaribus Regio, & Blandiniano* XXII. M. P. *tribuantur. A* Reſiſto *vero* Heracleam Perinthum M. P. XXV. & *hoc itinere* M. P. XXVI. *omnia præferunt exemplaria.* SVR.

RESISTO.] MSS. in Plinio L. IV. C. 11. Reſiſton XXII. M. P. Apris ſemovent, ut Harduinus obſervavit; qui tamen cum addit, *forte pro XXV. nam ab Apro Reſiſton diſtare XXVI. mill. paſſ. auctor eſt Antoninus*, non recte excuſſiſſe hunc libellum videtur: perſpicue enim Regius Suritae codex p. 176. M. P. XXII. Reſiſton atque Apros diſjungit. Serventur itaque Pliniani numeri, atque hæc potius XXVI. ex Plinio & altero Itiner. loco refingantur. WESS.

COENOPHRVRION M. P. XXIIII.] *Eadem*

DE THRACIA IN ASIAM.

A TRAJANOPOLI CALLIPOLIM AD TRAJECTVM ASIAE. M. P. CXXIX. Sic.

A TRAJANOPOLI DYMIS. M. P. XII.

SIRASELLE. M. P. XXXVIII.

APRIS. M. P. XXI.

APHRODISIADE. M. P. XXXIIII.

CALLIPOLI. M. P. XXIIII.

A CALLIPOLI TRAJECTVS IN ASIAM LAMPSACVM VSQVE. STADIA. LX.

INDE

dem exemplaria hæc milliaria præferunt, cum ſupra ab Heraclea Perintho Coenophrurion XVIII. *tantum* M. P. *adſignentur.* SVR.

MELANTIADA M. P. XXVIII.] *In Regio* XXIIII. *Reliqua* M. P. XXVIII. *& ſupra à* Coenophrurio Melantiada M. P. XXVII. SVR.

BYZANTIVM M. P. XVIIII.] *In Regio* M. P. XXIIII. *Blandinianum & Longolianum* M. P. XVIIII. *& in Neapolitano* M. P. XVIII. *Supra à Melantiada Byzantium* M. P. XVIIII. *Confecto hoc itinere in Blandiniano legitur,* ab Aulona usque Conſtantinopolim M. P. DLIII. *& in Neapolitano* M. P. DCCLVI: *& Longolianum Blandiniani lectionem præfert, ſed* DCCLVI. *corrigit, quæ in Regio non habentur, ac tanquam adjectitia, & inepte à librariis repetita, rejiciuntur.* SVR.

BYZANTIO.] Itineri huic excerpta MSS. quaſi conjuratorum addunt: Ab *Aulona usque Conſtantinopolim M. P. DCCLVI.*, quæ & Baſileae Simleri juſſu expreſſa ſunt. Surita inepte & præter morem repetita fuiſſe, bene monuit. WESS.

A TRAJANOPOLI.] In Schudii exemplari legitur, *A Trajanopoli ad Callipolim, ad Trajectum Aſiae Lampſacum usque & inde Laodiceam M. P. CCCCLXXII.* SIML.

A TRAJANOPOLI.] Noſtra excerpta cum editis nulla in parte diſſident; neque ulla mutandi cauſſa eſt. WESS.

APHRODISIADEM M. P. XXXIIII.] *Regium & Neapolitanum* M. P. XXXIIII. *Blandinianum* XXVIII. *& Longolianum* XXIIII. *Ptolemaeo in Thracia cum* Cypſela & Apris Ἀφροδισιάς. *Stephano in Thracia* Ἀφροδίτης πόλις. *Procopius L. 4. C. 10.* περὶ τῶν Κιμμερίων, *perhibet Juſtinianum, ut Cherrhoneſi incolas tutiores redderet, urbem* Aphrodiſiadem *vallo munitiſſimo, cum majore ex parte antea muris careret, circumdediſſe.* SVR.

APHRODISIADE.] In ſcripto Cuſani *Afroſiade,* additis M. P. XXXIII. Tabula *Aphrodiſia,* quo modo Agathias L. V. p. 155., prave puto. In Theſ. Britannico tom. II. p. 93. numus eſt ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ & ΚΟΡCΥΜΟC fluvius; qui cum nusquam alibi ſit lectus, dubium eſt, ad hanc, an ad cognominem in Caria aut Cilicia pertineat; mihi Cariae Aphrodiſias ob Plinium haud displicet: *Cariam* enim fluvios *circumfluere Maeandrum & Orſinum* prodidit L. V. C. 29., quorum *ORSINVS,* quem *Moſſinum* veteres editi appellant, videtur eſſe numi hujus ΚΟΡCΥΜΟC *CORSYMVS*; & tanto probabilius, quod in fluminis nomine Pliniani MSS. ſecum invicem diſſideant. WESS.

CALLIPOLIM M. P. XXIIII.] *Regium* M. P. XXXIIII. *& reliqua* XXIIII. SVR.

CALLIPOLI.] Non longe Seſto fuit remota, & quamlibet ab elegantia & pulchritudine nomen habeat, nulla tamen re ceteris præcelluit. Agathias L. V. p. 155. Οὐ πόῤῥω δ' αὐτῆς, Seſtum deſcripſerat, καὶ ἑτερόν τι κεῖθι πολίχνιον, ἐλάχιστον μὲν καὶ ἀκμαλὲς, καὶ οὐδὲν ὅπῃ ὑπέρογκον ἔχον, ΚΑΛΛΙΠΟΛΙC δ' ὅμως ὀνομαζόμενον. Recentiores rerum Conſtantinopolitanarum ſcriptores Καλλιέπολιν appellare ſolent, ut Nicephorus Gregoras L. II. C. 5. Nicetas Choniates L. VII. Imp. Iſ. Angeli, Ducas Hiſt. Byzant. C. 4. aliique. Hiſtoriam urbis & hodiernum ſitum cum cura exſecutus eſt Turnefortius Epiſt. XI. p. 177. WESS.

A CALLIPOLI TRAJECTVM IN ASIAM LAMPSACVM VSQVE STAD. LX.] *Habet Regium exemplar. Reliqua* A Callipoli Trajectum ſtad. LXX. *Strabo L. 13. p. 589.*

INDE ABYDO.	M. P. XXIIII.
DARDANO.	M. P. IX.
ILIO.	M. P. XII.
TROAS.	M. P. XVI.

ANT-

Callipolim *à* Lampſaco *non amplius* XL. ſtadiis *abeſſe auctor eſt.* Europa *tamen ab* Aſia *ſeptem ſtadiis dirimebatur. Plinius lib.* 3. *c.* 11. Et Helleſpontus ſeptem, ut diximus, ſtadiis Europam ab Aſia dividens, quattuor illinc inter ſe contrarias urbes habet: in Europa Callipolin & Seſton; in Aſia Lampſacum & Abydon. *Strabo ad promuntorium juxta* Dardanum, *ſeptem item ſtadiorum mare* Aſiam *ab* Europa *dirimere tradit, à Xerxe ponte conſtratum.* Lampſacum, *unde nomen invenerit Pomponius memorat, extremo libro primo:* Lampſacum Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus, in quasnam terras potiſſimum tenderent, reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet, ibi ſedem capeſſere. SVR.

TRAJECTVS IN ASIAM.] Sic Cuſani ſchedæ, quibus parere placuit. Numeri corrupti, ut è MSS. nullum auxilium, ita ex illis, quæ Surita adſcripſit, ſanitatem recipere poſſunt. De Lampſaco vide Scholia Apollonii Rhodii L. I. Argon. 933. & Waſſium ad Thucydidem L. VI. 59. WESS.

ABIBO.] Rectius *Abido.* SIML.

INDE ABYDVM M. P. XXIIII.] *In Regio,* Abido M. P. XXIIII. *& in reliquis,* Inde Abydo M. P. XXIIII. *Strabo L.* 13. *p.* 589. Lampſacum *inſignem ſua ætate urbem, quæ optimum habebat portum ab Abydo* CLXX. *diſtare ſtadia tradit: quod ſpatium* XXIIII. *milliaria non æquat. Ex* Abydi *anguſtiis ad* Aeſepum *flumen, &* Cyzicenum *agrum ad Propontidem Troadis regionem pertinere, idem memoriæ prodit.* SVR.

ABYDO.] Vaticanus *Ab yro,* ceteri *Abido. Avido* Tabula cum eodem a Lampſaco intervallo. Capella VII. ſtadiis ad Abydum patere Helleſpontum memorat L. VI. p. 212. Xenophon ὃ πλεῖον ἐκτὼ σταδίων L. IV. Hellen. p. 418. ſed Capellae adſtipulatur Herodotus L. IV. C. 85. & VII. C. 34. Vide Waſſium in Thucydidem L. VIII. C. 61. WESS.

DARDANVM M. P. VIIII.] *Livius libro xxxvii. C.* 9. In portum, quem vocant Achaeorum, claſſem primum advertit: inde Ilium aſcendit, ſacrificioque Minervae facto, legationes finitimas ab Elaeunte, & Dardano & Raetheo, tradentes in fidem civitates ſuas, benigne audivit. *Poſt Abydum* Dardanum *promuntorium eſſe, & urbem* Dardanum *lxx. ſtadiis ab* Abydo, *quo L. Sylla, & Mithridates convenerint, Strabo L.* 13. *p.* 595. *memorat: & Plutarchus in Sylla congreſſos fuiſſe* Dardani Troadis *perhibet. Plinio lib.* 5. *c.* 30. *à* Rhoeteo Dardanium *oppidum parvum abeſſe ſtadiis lxx. tradit. Ptolemaeo in Helleſponto* Abydus, *&* Δάρδανον *conlocantur. Stephano* Δάρδανος πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τευκείς. SVR.

DARDANO.] Δάρδανον, ἥπερ δὴ Ἀβύδου ὁμορός ἐστι, *quæ Abydo confinis eſt* Herodotus L. VII. C. 43. Tabula VIIII. M. P. ſemovet Abydo. WESS.

ILIVM M. P. XII.] *Strabo L.* 13. *p.* 593. Ilienſium *urbem xxx. fere ſtadiis diſtare ab eo loco, quo* vetus Ilium *ab* Ilo *conditum fuerat, ſuperius ad orientem,* Idam *&* Dardanum *verſus memorat, juxta vicum, qui ejus ætate,* Ilienſium *dicebatur. De hac urbe plura ab eo ſcitu admodum digna referuntur, quam* novi Ilii *cognomine diſtinguit.* SVR.

ILIO.] Strabo L. XIII. p. 591. Ilium Abydo ſtadiis centum circiter & LXX. disjungit, numeros Itinerarii egregie firmans. Urbis fata & calamitates Ariſtides Rhodiaca tom. II. p. 369. Appianus Mithridat. p. 346. Tzetzes in Lycophron. ℣. 69. pluresque alii deſcribunt. WESS.

TROADEM M. P. XVI.] *Livius* Alexandriam Troadem *adpellat libro xxxvii. C.* 35. *Strabo poſt Alexandri Magni obitum ejus urbis curam à Lyſimacho ſuſceptam, quæ jam ab* Antigono *habita erat, &* Antigoniam *nuncupatam perhibet; & coloniam Romanam deductam inter inſignes urbes ſua ætate haberi. Plinius lib.* 5. *C.* 30., Ipſaque Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana. *Ptolemaeo* Ἀλεξανδρία Τρῳὰς *minoris* Phrygiae *Aſiæ provinciæ, ſeu* Troadis. *Nicephorus Calliſtus plura ſcitu digna*

ANTANDRO. M. P. XXXV.
ADRAMVTTIO. M. P. XXXI.
PERGAMO. M. P. LIII.
GERME. M. P. XXV.
THYA-

gna commemorat de Silvano Troadis *Episcopo.* SVR.

TROAS.] *Alexandria Troas M. P. XVI.* Tabula: numi urbem COL. AVG. TROAD., & qui Caracallae honori sunt dati, COL. AVG. TROA. ALEX., ac COL. AVG. ANTONINIAN. ALEXAN. vocant. Præter eos Goltzius in Thesauro alium memorat, inscriptum *COL. TROAS ANTIGONIA ALEXAND. LEG. XXI.*, quem tamen Vaillantius tom. I. Colon. p. 161. falsi arguit, quod sub Augusto Legio XXI. nulla fuerit; quæ ratio tum valeret, si Goltzius sub Augusto procusum fuisse decrevisset. *Troadem* multis illustrarunt excellenti eruditione viri Usserius ad Act. Ignatii & Spanhemius Hym. Callimachi in Cerer. ℣. 135. Ceterum hinc ad Pergamum versus per easdem urbes iter Xenophon continuavit L. VII. Exped. Cyri p. 331. WESS.

ANTANDRVM M. P. XXXV.] *Hæc urbs sub Ida monte in* Mysia Aeolidis *Stephano: & Ptolemaeo extra Aeolidem in minore* Phrygia. *Plinio L. 5. C.* 30. in litore Antandros, Edonis prius vocata. SVR.

ANTANDRO.] Nominis caussas adscribit Mela L. I. C. 18., quibus alias addit Servius Aeneid. III. 6.

——— —— *Classemque sub ipsa*
Antandro, & Phrygiae molimur montibus Idae.

qui poëtæ versus clara luce è Thucydide L. IV. C. 52. circumfundi poterit. Cusani & Parisienses membranæ *A Tundro* M. P. XXV. WESS.

ADRAMYTTIVM M. P. XXXI.] *Strabo L. 13. p.* 607. Adramyttium *Atheniensium fuisse coloniam, quæ & portum haberet, & navale, & bello Mithridatico magna calamitate affectam memorat. Ab ea* Adramyttenus *sinus dictus, cujus pars est* Elaiticus. *Ptolemaeo* Ἀτραμύττιον. *nam cum* τ, *aut* δ *id nomen describi, Stephanus admonet.* SVR.

ADRAMVTTIO.] *Hadrainto* M. P. XXI. Cusani liber, alii *Hadramitio.* Hierocles Ἀδραμύττιον ἤ ποτε Λυρνησὸς, dissentiente Strabone & Homeri Lyrnesum stadiis LXXX. Adramuttio removente L. XIII. p. 612. Alii Homeri Iliad. A. 366. *Theben* esse volunt, ut scholiorum auctor & Diaconus in Aspid. Hesiodi ℣. 49., quam cum poetarum princeps Ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος appellet, nihil sane caussæ erat, quamobrem Jos. Barnesius Euripidis Andromach. ℣. 1.

Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,

de evanida & menti tantum infixa Asiæ gloria acciperet. Ceterum in *Adramyttii* nomine sibi non constant scriptores, qua de re viri Clariss. Dukerus Thucydid. L. V. C. 1. & Wassius L. VIII. C. 108. Nunc *Edremit*, si Leunclavio Pand. Turc. C. 23. fides, aut *Landrymyti*, ut Bullialdus in Ducae Hist. Byzant. C. 17. vocitant. WESS.

PERGAMO.] Mysiae urbs erat, Herodiano tamen L. IV. C. 8. Πέργαμον τῆς Ἀσίας, proconsularem Asiam, quam sæpe Asiam simpliciter appellari ex Aristidis Orat. de Concordia tom. II. p. 301. novimus, intelligenti. Θρόνος τοῦ Σατανᾶ Apocal. II. 13. in urbe fuisse dicitur, cujus tituli caussam egregie exsecutus in Comment. Camp. Vitringa est. Vide Ezech. Spanhemii Epist. IV. ad Morellium & Joan. Masson in Vit. Aristidis. WESS.

GERME.] Vel *Gerine* vel *Gerre.* SIML.

GERMAM M. P. XXX.] *Hæc* Germa *est cognomento* sacra: *Ptolemaeo inter Mediterraneas* Mysiae *minoris in* Hellesponto ἱερὰ Γέρμη, *altera ab ea, cui coloniæ cognomen tribuit, in* Tolistobogiis, *cujus supra ab Antonino fit mentio, itinere à* Pessinunte Ancyram. *Stephano* Hellespontia *cognominatur, & ab Herodiano* Asiæ *attributa.* SVR.

GERME.] Ita Cusani codex atque alii. Tabula *Gerame* M. P. XXV. a Pergamo. Est hæc alia ac ἱερὰ Γέρμη, *sacra Germe:* locatur enim a Ptolemaeo in Mysia minore, qua ad Hellespontum vergit; a Stephano vero πλησίον τῆς

Κυζικοῦ

THYATIRA. M. P. XXXIII.
SARDIS. M. P. XXXIII.
PHILADELPHIA. M. P. XXVIII.
TRIPOLI. M. P. XXXIII.

HIE-

Κυζικῆ *proxime Cyzicum*: neutrum in hanc cadit. *Germis* Antonium à Macedonianis contruci. datum refert Marcellinus Chron. A. CCCCXXIX., ſed neque illæ Germae cum noſtra componi poſſunt, ut ex Socrate L. IV. H. E. C. II., ubi de eadem cæde agit, perſpicuum eſt. Fuit itaque manſio obſcurior. Γερμένια Phrygiae apud Stephanum non longe abit a Tabulæ *Gerame*, nec tamen eſſe finivero. WESS.

THYATIRA M. P. XXXI.] *Et femineo, & neutro genere profertur. Livius libro XXXVII. C.* 21. Inde per Thyatira Sardeis *rediit. Item Plutarchus in Sylla, Appianus. Ptolemaeus inter urbes Aſiæ provinciæ, Lydiæ & Maoniae*, Thyatiris, *cognomen* Metropolis *tribuit.* SVR.

THYATIRA.] Tabula prave *Tyatum*, ſed in M. P. egregie conſentiens. Lapides urbem ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΝ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΠΟΛΙΝ vocant; incolæ præter *Tyrimnum* ΤΥΡΙΜΝΟΝ aut ΤΥΡΙΜΝΑΝ Deum Dianam colebant *Boritenen* ΒΟΡΕΙΤΗΝΗΝ, ut ex numo, quem L. Holſteinius ad Stephan. produxit, & binis aliis Theſauri Britan. tom. II. p. 107. apparet. Ecquod ergo dubium eſſe poteſt, refingi epigramma Græcum, quod Smithus Notit. VII. Eccleſ. p. 20. inſeruit,

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΟΡΕΙΤΙΝ.
ΠΑΤΡΙΔΙ ΓΑΑΥΚΩΝ ΕΥΜ
ΔΟΝΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚ.

& ΒΟΡΕΙΤΗΝΗ ſcribi oportere; præſertim cum Sponius tom. I. Itin. p. 391. ΟΡΕΙΤ... legerit: cetera inſcriptionis, modo integram eſſe liqueret, una alterave litera additis, a ſanitate non multum afuerint. Pergamo milliar. XLVIII. Smithus removet. plura ad Hieroclem. WESS.

SARDEIS M. P. XXXIII.] *In Regio deeſt numerus milliarium. In Blandiniano & Longoliano* M. P. XXXIII. *Neapolitano* M. P. XXXVI. SVR.

SARDIS.] Sic MSS. Cuſani codex *Sardis M. P. XXXVI.*, quæ & in Tabula, licet urbis nomen perierit, conſpiciuntur. Herodotus πὰς Σάρδις L. I. C. 15. paſſimque alibi: *Croeſi regia Sardis* Horatius L. I. Ep. II. 2. *Oppidum Sardis* Servius Georg. I. 56. Thucydidis tamen ſcholia Σάρδεις de urbe, Σάρδις de civibus dici monent. Urbem ſub Tmolo poſitam interluiſſe Pactolum nemo ignorat: Homeri tempore Ὑδὴ *Hyde* dicebatur, ſi Leandro apud Stephan. & Scholiaſtae Iliad. Υ. 385. fidere liceat: poſterior ſibi certe non conſtat, quando Iliad. Ε. 44. eandem Poëtae Τάρνην *Tarnen* appellari adfirmat. Aberat Thyatiris diei itinere, ut Acta S. Carpi C. 2. & Wehlerus L. III. Itin. p. 265., ubi & parietinas ejus deſcribit, trium vero dierum intervallo Epheſo, quemamodum Xenophon L. III. Hellen. p. 381. & Herodotus L. V. C. 5. obſervarunt. WESS.

PHILADELPHIA.] *PHILADELPHEA* in marmorea baſi, commentario Theod. Laur. Gronovii explicita, quem Cap. 22. vide. Φιλαδελφία ἡ ἐν Λυδίᾳ Dioſcoridi L. V. C. 131. Nunc, ut pleræque per Aſiam minorem, in ruinis eſt: diutiſſime tamen Turcarum potentiæ reſtitit; nam cum per centum circiter annos, vicinis urbibus jam domitis, Turcis obſtitiſſet, ſeque, Graecorum Impp. alia agentibus, ſtrenue defendiſſet, demum a Bajazethe; quem *fulmen* populares vocant, occupata eſt, Duca Hiſtor. Byzant. C. 4. auctore: addit Laonic. Chalcocondyles L. II. Emmanuelem Imp. victori Turcae in ſubjuganda urbe auxilio fuiſſe; nec captam tamen Bajazethes ſolo æquavit, licet ita viſum Thom. Smitho Notit. VII. Eccleſ. p. 33. Nam ex Duca C. 17. & 18. apertum eſt, poſt Turcae capitivitatem & mortem ſuperſtitem floruiſſe. Putem a Timure graviſſime fuiſſe afflictam, & cives, quod ſolvendo non eſſent, dirum in modum excarnificatos, ob ea, quæ apud Ducam C. 22. leguntur. WESS.

TRIPOLIM M. P. XXXIII.] *In Regio* M. P. XXXIII. *& in reliquis* M. P. XXXIII. *Ptolemaeo. Inter urbes Lydiae & Maeoniae cum* Thyatiris Sardis, (*quam Horatius* Croeſi regiam *cogno-*

HIERAPOLI. M. P. XII.
LAVDICIA. M. P. VI.
ITER DE DALMATIA IN MACEDONIAM, ID EST, SALONIS DYRRHACHIVM. M. P. CCCIII. Sic.
PONTE TILVRI. M. P. XVI.
TRO-

nominat) Philadelphiam & Tripolim *conlocat.* SVR.

TRIPOLI.] XXXVIII. M. P. Philadelphia disjungitur in Tabula. Credo hanc esse è Thesaur. p. CIↃIↃXXX. 3. ACIAC TPIΠOΛIN ΠOΛIN AΓNHN. Apposita erat Maeandro, unde numi TPIΠOΛEITΩN MAIANΔPOC apud Vaillantium. Κόμμοδος Τελπόλεως τῆς Λυδίας in Act. V. Concilii Ephesini I., sed Cariae a Ptolemaeo contribuitur. WESS.

HIERAPOLIM M. P. XII.] *Plinius lib. 5. C. 29.* Hierapolitarum *meminit, qui conventui* Cybiratico Phrygiae *contribuebantur: quo &* Laodicia, *quæ hoc itinere* Hierapolim *prope contingit: Strabo item in ea regione cum* Magnesia & Myunte Hierapolis *mentionem fecit. Stephanus hujus urbis meminit.* SVR.

HIERAPOLI.] Phrygiae ad Maeandrum urbs erat; unde MENANΔPOC IEPAΠOΛEITHC ΠPOC MAIANΔPON ΠOTAMON in lapide, quem L. Holsteinius ad Stephan. exscripsit: in alio apud Smithum Notit. VII. Eccles. p. 37. XPYCOΠOΛIC IEPAΠOΛIC, & titulo plane superbo, ACIΔOC EYPΩΠHC ΠPOΦEPECTATON OYΔAC AΠANTΩN, quo urbibus Asiæ atque Europæ præstare omnibus dicitur. Philostratus L. II. Vit. Soph. C. 24. urbibus Asiæ, quæ maxime florent, annumerat, καλλιστεῖα δ' αὖτη, inquit, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὧν πεπαίδευται. Colebant Apollinem Archegeten, quo de Spanhemius Hymn. Callimachi in Apollin. ℣. 57, incolæ, ut ex lapide Smithi, cui inerat ΑΠOΛΛΩNI ΑΡΧΗΓ., apparet. Refer ergo huc numum Thesaur. Britan. tom. II. p. 111., cujus una pars IEPAΠOΛEITΩN, altera circa radiati Apollinis caput ΑΡΧΗΓΕΤΗC inscripta est. WESS.

LAODICIAM M. P. VI.] *Ptolemaeo hæc est* Λαοδικία *ad* Lycum *fluvium. Strabo auctor est* Caprum & Lycum *fluvios in Maandrum influere: & quod* Laodicea Lyco *proxima sit, ab eo nomen sumpsisse. Plinius Lib. 5. C. 29. impositam esse* Lyco *flumini, latera alluentibus* Asopo & Carpo. *Inter ejus nominis urbes, hanc* Lydiae *Stephanus Antiochum condidisse perhibet, Stratonices filium.* SVR.

LAVDICIA.] Sic MSS., quod quare spernendum non sit, diximus ante. Tabula *Laudicium Pylicum*, pro *Laudicia epi Lycum*, ut L. Holsteinius ad Stephan. voluit, aut *peri Lycon*; nam Ravennas L. II. C. 18. *Laoditiæ perillicon* ex simili Tabula exscripsit. Sita fuit in Cariae & Phrygiæ finibus; unde Philostrato L. I. Vit. Soph. C. 25. Λαοδίκεια ἡ ἐν Καρίᾳ, πολισμᾷ πρόσοικος Λύκῳ dicitur, qui tamen paullo ante suam ætatem in Phrygia fuisse §. 7. addit. Cives, ut ab aliis ejusdem nominis discernerentur, a vicino flumine sese appellabant, uti in lapide Gudiano p. CCCXXXIII. 15.

ENΘAΔ
E KEITAI
TPYΦΩN
ΛAΔIKYC (sic)
THC ΠPOC
ΛYKON

& apud Diogenem Laert. L. IX. 116. Ἀντίοχος Λαοδικεὺς ὁ ἐπὶ Λύκῳ, cui geminum est è lapide Holsteinii ad Stephan. *POPVLVS LAODICENSIS AF LYCO*

ITER DE DALMATIA.] Sic jubet Cusani MS. Quod vero additur *in Macedoniam*, id non injuria ceteris accessit: Dyrrhachium enim post Persea debellatum Macedoniae fuit transcriptum. Dio L. XLI. p. 197. Τὸ δὲ Δυρράχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυρίων τῶν Παρθινῶν, νῦν δὲ καὶ τότε γε τῇδε Μακεδονίᾳ νενομισμένῃ, κεῖται. *Dyrrhachium in regione, quæ ante Illyriorum Parthinorum erat, nunc, ut isto tempore, Macedonia censetur, situm erat.* WESS.

M. P. CCCIII.] *In Regio* M. P. CCCVI. *& reliqua* M. P. CCCIII. *cujus summæ ratio constat.* SVR.

PONTEM TILVRI M. P. XVI.] *In Regio* M. P. II. *& in reliquis* M. P. XVI. SVR.

TRONO.	M. P. XII.
BILVBIO.	M. P. XIII.
AVFVSTIANIS.	M. P. XVIII.
NARONA.	M. P. XXV.
DALLVNTO.	M. P. XXV.
LEVSINIO.	M. P. XL.
ANDARBA.	M. P. XXVIIII.
SALLVNTO.	M. P. XVIII.

ALA-

PONTE TILVRI.] Tabula *Tilurio M. P. XVI.* Salonis removet: Ravennas L. IV. C. 16. *Tilurion*, *Ponteluri.* Tilurio flumini, aliunde vix cognito, pons impositus fuit: censuit quidem Joan. Lucius L. I. Reg. Dalmat. C. 4. Tilurium Stephani *Nestum* esse; an vero aliis hoc sit approbaturus nescio: mihi sane Stephanus Illyridis fines latissime propagasse & Thraciae fluvium intellexisse videtur. WESS.

BILVDIVM M. P. XII.] *In Regio* Bilubium M. P. XIII. *& in reliquis* Biludium. SVR.

BILVBIO.] Regii MS. lectio praeferenda est ob Tabulae *Billubio M. P. XXII.* a Tiluri ponte. Plinio videtur *Tribulium* dici L. III. C. 22. *In hoc tractu sunt Burnum, Andetrium, Tribulium, nobilitata populi Romani praeliis castella.* Praecedentem mansionem nusquam inveni. WESS.

AVFVSTIANAS M. P. XVIII.] *In Regio* Aufaustinianis, *& in reliquis* Aufustianis. *Vide an legendum sit* Ad Faustinianas, *aut* ad Fustianas. SVR.

AVFVSTIANIS.] Tabula *Ad Fusciana*, quod ego verius esse putem, quantumvis cum Itinerario Ravennas faciat. WESS.

NARONAM M. P. XXV.] *In Regio* Narona M. P. XXV. *Blandinianum* Harona M. P. XXV. *Neapolitanum* Narona M. P. XXX. *Longolianum* Arona M. P. XXV. *&* Narona M. P. XXX. *corrigit. Plinio L. 3. C. 22.* Narona Colonia tertii conventus, à Salona LXXXII. M. P., apposita cognominis sui fluvio, à mari XX. M. P. *Ita enim in Caesaraugustano legitur exemplari, & in Toletano* à Salona LXXV. M. P. *distare, & aliud item Caesaraugustanum exemplar* M. P. LXXX. *Ex hoc vero itinere à* Salonis LXXXIIII. M. P. *ducuntur. Ptolemaeo in Dalmatiae mediterraneis* Ναρβονὰ Κολώνια *pro* Ναρονὰ. SVR.

NARONA.] Laudo H. Suritam, Ptolemaeo succurrentem. MSS. Palatini Ναρβῶνα ἐπίσημον κολωνία, Ill. Scaligero teste; nec aliter Coislinianus codex: unde Ναρῶνα probum videtur. Scaliger quidem ad Eusebium n. MMCCXCVIII. Plinio, Ptolemaeo & Itinerariis *Narbonam* restituit, sed, quod Salmasius observare ad Fl. Vopisci Carum C. 4. haud neglexit, obstant conjecturae veteres membranae, & *Naro fluvius magnus, pulcher & pisculentus*, uti Catoni apud Nonium p. 151. Ed. Sedan. dicitur: officit praetera Titi Imp. numus in Goltzii Thes. COL. NARONA inscriptus. Ceterum Tabula M. P. XXVI. adponit, Cusani autem liber XXX. M. WESS.

DALLVNTO.] *Dilunto* est in Tabula, quae & *Leusinio* agnoscit. Nescio an posteriori lucem adferre possit Imp. Constantinus de Administ. Imper. C. 29.; auctor est Λαῶ praecipitem & praeruptum locum significare; inde vero Λαυσαίους *Lausios* in Illyrico cognomen duxisse, quod praecipitia incolerent. WESS.

ANDARBA.] Ravennas *Auderba*, Tabula *Sanderva*, quae, ut perspicuum est, ex *Andarba* originem acceperunt. *Sallunto* in eadem ineft, sed bis repetitum. WESS.

ALATAM M. P. XVII.] *Haec videtur esse, quae in* Illyride *inter mediterraneas* Dalmatiae *urbes recensetur à Ptolemaeo* Αλητα. SVR.

ALATA.] Tabula *Nalato*, rectius *Aleta* Ravennas; ex quo etiam vero fit simillimum, Ptolemaei eandem atque hanc esse mansionem: nam nominis differentia, quae Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 8. p. 619. ab assensu cohibuit, Ravennatis scriptura tollitur. WESS.

BIRZIMINIO.] Forte *Rhizana* Ptolemaei; Plinio *Rizinium.* SIML.

BIRZIMINIVM M. P. X.] *Omnia conveniunt in hanc lectionem exemplaria.* SVR.

BIRZIMINIO.] In Tabula *Berfumno* est cum pari X. M. intervallo. Ravennas *Burzumi* praefert, nec alium novi, qui commemoratione digna-

ALATA.	M. P. XVII.
BIRZIMINIO.	M. P. X.
CINNA.	M. P. XVIII.
SCODRA.	M. P. XII.
DYRRHACHIO.	M. P. L.

DE ITALIA IN GALLIAS.

A MEDIOLANO ARELATE PER ALPES COTTIAS. M. P. CCCCXI. Sic. TI-

dignatus fuerit: nam Simleri conjecturam Tabula evertit, *Rizinium* hinc distinguens & ad mare apponens, hoc in mediterraneis sedem occupante. *Berbelimbum* Dalmatiae emporium Sophronius in Vit. Hilarionis habet: Εἰς Βερβήλιμβον ἐμπόριον τῆς Δαλματίας κατοίκει· at neque illud huc referri poterit, utpote mari proximum; & praeterea, quae non injusta H. Roswei di suspicio est, turpi errore a Sophronio ex Hieronymi *brevi lembo*, quo Hilarionem in Dalmatiam transfretasse prodit, nec addicentibus auspiciis exstructum. Vid. ad illam Vitam C. 34. WESS.

CINNAM M. P. XVIII.] *Manuscripta & Longolianum* Cinna M. P. XVIII. *Ptolemaeo in eadem* Illyridis *provincia inter mediterraneas urbes* Dalmatiae Κίννα. SVR.

CINNA.] Tabula *Sinna*. Est apud Optatum Milevitanum L. I. Schis. Don. Cap. 23. *Florianus a Sinna*, qui praeter ceteros in caussa Donatistarum judex sederit: nec huic tamen urbi episcopus fuit, siquidem *Italis*, ut diserte Optatus, fuit annumeratus. Tabula XVI. tantum M. P. addit. WESS.

SCODRAM M. P. XII.] *Plinius L. 3. C. 22.* Amnis Drilo, superque eum oppidum civium Romanorum Scodra, à mari XVIII. M. P. *Ptolemaeo in eadem regione* Σκόδρα. SVR.

SCODRA.] Eam Gentius sibi ceperat, velut regni totius arcem, & quod Labeatium gentis munitissima longe esset & difficilis aditu, Livius L. XLIV. C. 31. Romani colonis eam locupletarunt, si fides numo Ligoriano, quem L. Holsteinius in Ortel. Thes. p. 171. exscripsit, praeferenti *COL. CLAVDIA AVGVSTA SCODRA.* Nunc *Scutari*, ubi ad pontem in veteri lapide REIP. SCODR. memoria durat apud Gruterum Thes. p. CLXIII. 1. WESS.

PER ALPES COTTIAS M. P. CCCCXI.] *In Regio* per Alpes Gottias, *& numeri summa desunt. Blandinianum* per Alpes Pontias M. P. CCCCXI. *& Neapolitanum*, per Alpes pontias M. P. CCCCXV. *& Longolianum* per Alpes pontias M. P. CCCCXI. *& XV. corrigit. Aliud iter per Alpes maritimas Arelate usque supra processit: nunc* per Cottias *iter eo peragitur. Ammianus libro XV. C.* 10. Aggeribus cedit Alpium Cottiarum: quas rex Cottius perdomitis Galliis, solus in angustiis latens, inviaque locorum asperitate confisus, lenito tandem timore in amicitiam Octaviani receptus principis, molibus magnis exstruxit, ad vicem memorabilis muneris compendiarias, & viantibus opportunas: medias inter alias Alpes vetustas. *Et paulo post*: Et licet haec, quam diximus, via media sit, & compendiaria, magisque celebris, tamen etiam aliae multo antea temporibus sunt constructae diversis. Thebanus Hercules ad Geryonem exstinguendum, ut relatum est, & Tauriscum lenius gradiens, prope maritimas composuit Alpes. SVR.

PER ALPES COTTIAS.] *Pontias Alpes* Vaticanus & in sua editione Simlerus. *Cottiae* Alpes Galliam ab Italia separabant. Sozomenus L. IX. H. E. C. 11. μέχρι τῆς μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Γαλατίας ὁρῶν· ἃς Κοττίας Ἄλπεις Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· Labente aetate *Gottiae* sermonis quodam vitio, ut infra in Regio *Guttie*, videntur dictae scriptaeve: hinc certe enata Bonincontro Morigiae, ut in Chron. Modoëtiensi p. 1066. de Theodorico scriberet, occasio: *Hic ordinavit, ut Italia Gothia diceretur, quia ipse Gothus erat: unde usque hodie Alpes, in quibus Terdona, Bobium, Janua, Sagona, Albingana, Aquis, Gothiae Alpes nominantur.* Vid. Jos. Simlerum in Comm. de Alp. p. 89. WESS.

TICINVM.	M. P. XXII.
LAVMELLVM.	M. P. XXII.
COTTIAE.	M. P. XXIII.
CARBANTIA.	M. P. XII.
RIGOMAGO.	M. P. XII.
QVADRATIS.	M. P. XV.

TAV-

COTTIAS M. P. XXIII.] *In Regio* Guttie M. P. XII. *In Blandiniano* Cottiae M. P. XXIII. *& in Neapolitano* Cottiae M. P. XXIII. *Strabo libro iiii. p.* 179. Cottii *oppidi mentionem fecit in hac regione.* SVR.

COTTIAE.] Hoc è MSS. ob Tabulæ & Itin. Hier. consensionem restitui. Tabula solemne urbis insigne addit, cum *mutatio* tantum in Itiner. H. sit: equidem urbem fuisse non temere credam: nam *Cottium* nullo auctore Strabonis interpres architectatus est: πρὸς τὴν Κοττίου, ut bene magnus Casaubonus, est πρὸς τὴν Κοττίου γήν· Nunc vico insigni nomen est *Cozo.* WESS.

CARBANTIAM M. P. XII.] *In Regio* Carbantia M. P. XII. *In Blandiniano* Garantiae M. P. XXII. *Neapolitano* Carcantiae M. P. XII. *& Longoliano* Carantiae M. P. XXII. *&* Carcantiae XII. *corrigit.* SVR.

CARBANTIA.] Dedimus hoc optimo Suritae codici, ut vulgatum amplecteremur; licet in dubio maneat, hoccine an *Scarcantiae M. P. XII.*, ut Cusani, an *Carcantiae*, quod in aliis est, verius sit. Situm signavit Ph. Cluverius ad Padi Sessitisque confluentes, ubi *la Grangia*; qui locus cum à Cottiis M. P. VII. sit remotus, oportet numeri vitio sint fœdati. WESS.

RIGOMAGO.] *Rigomagensis pagus* est in Abbonis Testamento, ætate Caroli M. scripto. *Rigomagensium civitatem* Notit Provinc. Galliæ novit, qua de commodiore loco. *Trino*, oppidum Pado appositum, Cluverio L. I. Ital. A. p. 234.; rectius *Rincum* Auctori Dissert. Chorogr. Ital. p. CXIX. WESS.

QVADRATAS M. P. XV.] *In Regio* Quadrato M. P. XIII. *& infra* Quadratis. *In Blandiniano* Quadratis M. P. XXV. *In Neapolitano* Quadratis M. P. XXV. *& Longolianum* M. P. XX. *&* XV. *corrigit.* SVR.

QVADRATIS.] Tabula M. P. XXIII. Rigomago separat; unde suspicio est, alteram denarii notam è Regio MS. excidisse, tamen Vaticanae & Cusani schedæ M. P. XV. Ravennati L. IV. C. 30. *Quadrata mumum*, quo utrum *munimentum*, an aliud indicaverit, non satis explorate cognosco: habet ibidem *Quadratam Padam*, pro quo multo verius Tabula *Quadrata ad Padum.* Vide Dissert. Chorogr. Ital. p. CIX. WESS.

TAVRINOS M. P. XXIII.] *In Regio* M. P. XXIIII. *& reliqua* XXIII. *Livius libro xxi. C.* 38 Taurini, Galliæ proxima gens in Italia. *Plinius lib.* 3. *C.* 17., *in regione Transpadana* Coloniae ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde navigabili Pado. *Ptolemaeus* Taurinos *sub* Salassiis *conlocat: quorum primam* Augustam Taurinorum *recenset.* SVR.

TAVRINIS.] *Augusta Taurinorum* Tabula, Ravennas *Civitas, quæ dicitur Staurinis.* CVR. REIPVBLIC. AVGVSTAN. TAVRIN. est in Brixianis Memor. p. 104. Oct. Rubei. Induit annis labentibus urbis gentile nomen, quod *Augustae Trevirorum*, *Augustae Suessonum* pluribusque aliis per Gallias evenisse notissimum est. *Taurinum* habet Chron. Novaliciense L. V. C. 3. WESS.

FINES.] Nomen finium sæpe occurrit: hoc autem loco significare videtur *fines* inter Alpes Cottias & Taurinas. SIML.

FINES.] Cusani MS. X. M. P. summam auget Hieros. Itin. XVI. M. P., sed Tabula XVIII. *Fines* regni Cottii fuisse videntur; nisi malis Italiae esse terminum, quoniam XII. ab hinc M. P. Hieros. Itin. *inde incipit Italia* adscribit. WESS.

REGVSIONE.] Vel *Segusione*, ac forte ita rectius: nam eodem modo ab Ammiano appellatur; a Ptolemaeo *Segusium:* hodie *Susa*, oppidum Pedomontanæ regionis. SIML.

SEGVSIONEM M. P. XXXIII.] *In Regio auferendi casu: & in reliquis* Regusione M. P. XXXIII. *Plinius lib.* 3. *C.* 17. *in* Transpadana *regione oppida* Vibi forum, *&* Segusionem *commemo-*

TAVRINIS.	M. P. XXIII.
FINES.	M. P. XVIII.
SEGVSIONE.	M. P. XXXIII.
AD MARTIS.	M. P. XVI.
BRIGANTIONE.	M. P. XVIII.
RAME.	M. P. XVIIII.

EBV-

memorat. Ptolemaeo in Grajis Alpibus Σεγέσιον: *quod mirum videri debet, cum hoc iter per* Cottias *ducatur; & Ammianus refert* Cottiarum Alpium Seguſionem *oppidum initium eſſe, libro xv. C.* 10. *Idem perhibet* Cottii *reguli ſepulcrum* Seguſione *eſſe, mœnibus proximum. Nazarius in Panegyrica oratione, Conſtantino dicata, C.* 17. Differamus, *inquit*, parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium civitatem, quæ ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtrum objicit, cum vi & virtute, velut januam belli refregiſſes; inde per objectas acies, per exercitus obvios, usque ad Romana mœnia inoffenſus victoriarum impetus percurrit. SVR.

SEGVSIONE.] *Reguſione* Pariſinus MS. CIVITAS SEGVSINA, & ORDO SPLENDIDISS. CIVITATIS SECVSINAE in Sponii Miſcel. p. 159. ac p. 199. *Civitas Secuſina* pari modo Chron. Novalicienſi L. I. C. 3. *Seguſium urbem* vocat Gregorius Turonenſis L. IV. C. 39.; hinc paullatim formatum eſt *Sioſium* & *Seuſium*, ut apud Fredegarium C. 45. & ejus ſupplementum: *usque ad Cluſas, quæ cognominantur, in valle Seuſiana:* ad quod exemplum *canes Seuſii* pro *Seguſianis* in Leg. Salicis tit. VI. §. 1. *Si quis canem Seuſium furaverit*; & Bojoaricis tit. XIX. §. 1. *Si quis canem Seucem, quem Leitihunt vocant, furaverit.* Non ignoro in alia omnia diſcedere Cangium in Gloſſar. & Jan. Vlitium ad Gratium ỳ. 220.; quia tamen Bojoaricae leges vocem eſſe peregrinam innuunt, & Xenophon Venat. C. 3. *Eguſias* ſive *Seguſias* canes a Gallica gente dictas eſſe admonet, horum auctoritate non moveor: præſertim cum *Seuſium* a Seguſio nihil differre, idque in Gallia fuiſſe ex Itin. H. & Notit. Provinc. clareſcat. Adde Had. Valeſii Notitiam Gal., a meis partibus ſtantem. Porro in M. P. vitium eſte ſuſpicor; Tabula XXII. M. P., quæ binis aliis Itin. H. adauget, adnectit. WESS.

AD MARTIS M. P. XVI.] *Hujus ſtationis eodem loco mentionem feciſſe videtur Ammianus, cum de* Cottiis Alpibus *agitur.* A ſummitate, *inquit*, hujus Italici clivi planicies adusque ſtationem, nomine Martis, per VII. extenditur milliaria. *Infra ejusdem fit mentio: & alio itinere* Fanum Martis, *quæ alia videtur eſſe manſio: & Aelius Spartianus in Pertinace C.* 1. villæ Martis *in Apennino mentionem fecit, in qua natum fuiſſe* Pertinacem *perhibet.* SVR.

AD MARTIS.] Conſentit Itin. H., Tabula unis M. P. auctior eſt. Ph. Cluverius oppidum *Orſi*, Hon. Bouche *Oulx* fani hujus ſedem occupare cenſet. WESS.

BRIGANTIONE.] *Brigantium* Ptolemaeus. Eſt autem Galliae oppidum apud Caturiges, aliud à Brigantia, hodie *Brianzon* dictum. SIML.

BRIGANTIONEM M. P. XXIIII.] *In Regio* Brizantione M. P. XVIII: *& infra* Brigantione; *& in reliquis* Brigantione M. P. XXIIII. *Strabo eodem libro 4. p.* 179. *quo* Cottii *meminit*, Brigantii vici *mentionem facit. Ptolemaeo juxta* Seguſium Βελγόνιον. *Ammianus de via Alpium Cottiarum L. XV. C.* 10. Vnde, *inquit*, declive quidem iter, ſed expeditius ad usque Caſtellum Virgantiam patet. SVR.

BRIGANTIONE.] Sequor Regium Suritae, quod ejus numeri haud longe abſint a M. P. XIX. Tabulæ & Itiner. Hieroſ. Eſt in Sponii Miſcel. p. 60. OB HONORES. II.VIRAT. ET. FLAMIN. BENE. GESTOS. PATRON. COOP. A. R. BRIG.; alios dabit lapides Honor. Bouche L. IV. Hiſt. Provinc. C. 3. p. 281. *Pagum Brigantinum*, hinc appellatum, ſæpe memorat Teſtamentum Abbonis. WESS.

RAME.] Vel *Roama*, vel *Roſana*: hodie *porta Roſans.* SIML.

RAME M. P. XVIIII.] *In Regio* Rame M. P. XII. *& in reliquis* M. P. XVIIII. SVR.

RAME.] Plerique MSS. *Rame*, more olim inter libarios recepto, pro *Ramae*. *Rama* Tabula cum iisdem M. P.: in Abbonis Teſtamen-

EBVRODVNO.	M. P. XVIII.
CATVRIGAS.	M. P. XVII.
VAPINCVM.	M. P. XII.
ALABONTE.	M. P. XVIII.
SEGVSTERONE.	M. P. XVI.

ALAV-

to *Roma*. Durant nominis vestigia inter Brigantionem & Eburodunum. WESS.

EBVRODVNO.] Vel *Ebroduno*: hodie *Ambrun*. SIML.

EBVRODVNVM M. P. XVIIII.] *In Regio* Eburoduno M. P. XVIII. *In Blandiniano, & Neapolitano* Eburuduno M. P. XVIIII. *Longolianum* Ebruduno M. P. XVIIII. *Strabo L. 4. p. 179.* εἰς Ἐπεβρόδυνον κώμην. *Ptolemaeo in* Caturigibus Ἐβορόδυνον. *Plinius auctor est*, Galbam *Imperatorem Narbonensi provinciæ adjecisse ex Inalpinis gentibus* Ebroduntios. SVR.

EBVRODVNO.] *Ebredunensem urbem* Gregor. Turonensis L. IV. H. F. C. 39. *Ebredunensem pagum* Testamentum Abbonis: nec aliter Acta S. Vincentii C. 3. *Donec*, ajunt, *juxta civitatem Ebredunensem pervenerunt: At ubi prope muros civitatis ejusdem, quæ ponitur in capite Alpium maritimarum, pervenit*; recte vero *in capite Alpium maritimarum*; ejus quippe provinciæ metropolis erat. Strabonis Ἐπορόδυνον κώμην If. Casaubonus in ἐπ' Ἐβρόδυνον πόλιν mutat, qua ratione εἰς, quæ præfigitur particula, foret inducenda: putem librarium in MSS. inveniſſe Ἐπρόδυνον & Ἐβρόδυνον, & utramque lectionem conjunxiſſe. Κώμην non moverim, licet urbs ab aliis nuncupetur; potuit ex vico ampliore in urbem excrescere. WESS.

CATVRIGAS.] *Caturrigas* Vaticanus, *Catorigas* Hieros. Itin.; nunc voce aliter inflexa *Chorges*, ubi Sponius Miscel. p. 161. hoc epigramma eruit:

F. INV. AVG. II.
COS. PROCOS.
CIVIT. CATVR.

Disjungitur ab Ebroduno in Itin. Romano Cardinalis Ostiensis, quod Labbeus Bibl. Nov. inseruit p. 357., Leucis IV.; dat autem M. P. III., sed quæ Itinerarii mill. pass. ampliora sunt, uni Leucae p. 354. WESS.

VAPINCVM.] Vel *Vapingum*. *Gap*. SIML.

VAPINCVM M. P. XII.] *Habent Blandinianum & Longolianum. In Neapolitano* Vapingum M. P. XII. *Urbs illo tempore, & postero celebris: infra enim Antoninus summam milliarium à* Mediolano Vapincum *designat, &* Aquensi *metropoli* Vapincensis *Ecclesia addicitur.* SVR.

VAPINCVM.] Parisinus MS., vocis sono ad recentiorem deflexo, *Gapincum*: III. Leucis ab urbe superiore Itin. Rom. Cardinalis Ostiensis disjungit; cum nostro stat Itin. H. WESS.

ALAPVNTE.] Vel *Alamontis*. *Tallard*. SIML.

ALABONTEM M. P. XVIII.] *Blandinianum & Longolianum* Alabonte M. P. XVIII. *& Neapolitanum* Alabunte M. P. XVIII. *Infra eadem exemplaria* Alamonte *edunt*. SVR.

ALABONTE.] Ita & Vaticanus. In mansionis situ nomineque hodierno Had. Valesius Notit. Galliae Simlero adstipulatur. Credo veriora edoceri nos posse ex his Cardinalis Ostiensis. *Fuit in monasterio Alamoni, & distat a civitate Vapincensi IV. Leucis; in sero fuit in civitate Cistericensi, seu de Cisteron & distat a loco Alamoni IV. Leucis.* Nam barbari hujus scriptoris *Alamoni* cum *Alamonte*, ut inferius scribitur, non male congruit; nunc *Alamon* dicitur. Vide & Honor. Bouche L. III. H. P. C. 3. §. 3. *Tallard*, quo de Simlerus cogitabat, videor mihi inveniſſe in his Testamenti Abbonis: *Simili namque modo in pago Vapincense corte mea Talarno una cum libertos nostros* & reliqua; neque enim animus est verborum eas sordes exscribere. WESS.

SEGOSTERONE.] Vel *Secusterone. Sisteron*. SIML.

SEGVSTERONEM M. P. XVI.] *In Regio* Segusterone M. P. XVI: *& in reliquis* Secusterone M. P. XVI. SVR.

SEGVSTERONE.] *Setusiterone* Vaticanus, *Secusterone* alii. *Civitas Segesterorum* in Notit. Provinc. Galliae dicitur. *Pagum Sigestericum* habet

ALAVNIO.	M. P. XXIIII.
CATVIACA.	M. P. XVI.
APTA JVLIA.	M. P. XV.
FINES.	M. P. XVI.
CABELLIONE.	M. P. XII.
GLANO.	M. P. XVI.

ER-

habet Teſtam. Abbonis tom. II. part. II. p. 753. Script. Ital. WESS.

ALAVNIO.] Ita & Tabula, additis tamen M. P. XIII. *Mane* ex M. P. intervallo nunc eſſe Hon. Bouche L. III. Hiſt. Prov. C. §. 3. arbitratur. WESS.

CATOLVCAM M. P. XVI.] *In Regio* Catviaca M. P. XIII. *& in reliquis* Catoluca M. P. XVI. SVR.

CATVIACA.] Ex Regio MS. hoc recipiendum duxi, quoniam in Tabula *Catviacia M. P. XVI.* ineſt. *Ceireſte* erit, ſi Hon. Bouche omnia recte dimenſus fuerit. WESS.

AVIA.] Rectius *Apta Julia.* SIML.

APTA JVLIAM M. P. XV.] *In Regio* Apta Julia M. P. XII: *& in reliquis* Avia Julia M. P. XV. *Plinius in Narbonenſis provinciæ deſcriptione* Aptae Juliae Vulgientium *meminit. Infra aliquot harum manſionum fit mentio.* SVR.

APTA JVLIA.] *Avia Dulia* aut *Julia* MSS., quibus utimur, excerpta: at ſolus divinus eſt Regius Suritae. Coloniam hanc *Aptam* Sidonius L. IX. Ep. 9. appellat, ubi Sirmondus lapidem exſcripſit, qui *JVL. C. F. TERTVLIN. FLAM. COL. APTA* ſiſtit; neque ſane erat, cur Had. Valeſius eum fictum opinaretur; nam & in hoc Sponii Miſcel. p. 164. *Colonia* inſcribitur:

IIII. VIRO. COL. JVL. APT.
ORDO APTENSIVM.

Vide plures in Hon. Bouche L. IV. Hiſt. Prov. C. 2. p. 221. WESS.

FINES.] Hic locus inter Aptam Juliam & Cabellionem videtur indicare *Fines* Vulgientium & Salyorum. SIML.

FINES M. P. XV.] *In Regio* M. P. X. *& in reliquis* M. P. XVI. SVR.

FINES.] Rectius *fines* Vulgientium & Cavarum intelliges; *Apta* enim *Julia* Vulgientium eſt, Cavarum *Cabellio.* Intervallum ducit ad *Oppede*, ubi nunc quoque limites Provinciæ & Comitatus Venaſcenſis ſunt. WESS.

CABELLIONEM M. P. XII.] *In Regio, & Blandiniano* M. P. XII. *Neapolitanum* M. P. XVI. *Longolianum* XII. & XVI. *corrigit. Strabo lib. iiii. p.* 185. *à* Maſſilia *itineris initio capto, & ducto per Alpes & Rhodanum usque ad* Druentiam *amnem, per ſtadia D. Salyes incolere: ubi navigio ad oppidum* Cabellionem *trajicitur. Itidem perhibet p.* 192. *inter* Dubim *atque* Ararim, *gentem* Aeduorum *incolere, oppidum ad* Ararim Cabellionem *inhabitantium: ubi corrupte legitur* Cabyllinum. *Plinius lib.* 3. *C.* 4. *item in* Volcis Tectoſagibus, Cabellionis *meminit. Ptolemaeo* Καβελλίων Κολώνια: *& inepte vertunt* Cabelliorum Colonia. *Non rectè in Caeſaris Commentario vii. belli Gallici C.* 42., *legitur* Cabillonum. M. Ariſtium Tribunum militum iter ad Legionem facientem fide data ex oppido Cabillono educunt. *Et ejus Commentarii fine. Stephanus* Καβελλίων *ex Artemidoro urbem eſſe* Maſſilienſium. *In Panegyrica oratione, Flavienſium nomine, Conſtantino perorata*, Cabillonenſis portus ad Ararim fluvium *fit mentio.* SVR.

CABELLIONE.] Cuſani MS. XVI. M. P. addit; at XII. M. a Tabula probantur. *Cavaillon* Provinciales vocitant. Quæ vero Surita huic adſcripſit, ea perturbata admodum ſunt, & Cabellionem ac Cabillunum confundunt. Cabellio flumini Druentiae aſſidet, & in Notit. Provinc. Galliae *civitas Cabellicorum* dicitur. Cabillunum erat in Lugdunenſi I. ad Ararim, *caſtrumque Cabillonenſe* eidem Notitiæ appellatur, nunc *Challon* omnium conſenſu. Plura cum eo devenerimus. WESS.

CLANVM.] Hoc Schudius omittendum putat, & inter *Ernaginum*, quod Straboni eſt *Urgernum*, Taraſconem ponit. SIML.

GLANVM M. P. XVI.] *In Regio* Glano M. P. XVI. *& in Blandiniano & Neapolitano* Clano M. P. XVI. *Longolianum* Clavo M. P. XVI. *Plinius lib.* 3. *c.* 4. Forum Voconii, Glanum Li-

vii,

ERNAGINO. M. P. XII.
ARELATE. M. P. VII.
ITER A MEDIOLANO PER ALPES GRAIAS VIENNA. M. P. CCCVIII. Sic.
NOVARIA. M. P. XXXIII.
VERCELLIS. M. P. XVI.
EPO-

vii. *Ptolemaeo* Γλανὸν *in* Salyis. Svr.

GLANVM.] MSS. noſtri *Clano*. Tabula XII. M.P. a Cabellione removet, oſtenditque multo apertiſſime, Schudium temere *Glanum* inducendum cenſuiſſe. Rectius viri docti L. Holſteinius, Iſ. Voſſius & Jac. Gronovius ex Mela L. II. C. 5. *Glanum*, quod Barbarus imprudenter importaverat, ejecerunt. Ubi fuerit, magnum certamen eſt. Had. Valeſius Notit. Gall. *Lanſac* ad Rhodanum ejus ſedem occupaſſe pertendit: at huic diſtantia, quæ ſignatur, obeſt; Menſo Altingius Comm. MS. in Tab. Peutingeranam *Maillane* eodem eſſe ſitu voluit, probabiliore conjectura, nec certa tamen; nam S. Remigii oppidum, *S. Remy*, eodem nunc eſſe loco, egregie commonſtravit Honor. Bouche L. III. Hiſt. Provinc. C. 3. §. 3. Wess.

ERNAGINVM M. P. XII.] *In Regio* Ernagino M. P. XII. *Blandinianum* Ernegino M. P. XII. *Neapolitanum* Ervagino M. P. XII. *Longolianum* Ernegino M. P. XII & Ernagino *corrigitur*. *Ptolemaeo cum* Glano, & Arelate, & Aquis Sextiis Ἐρνάγινον. Svr.

ERNAGINO.] *Ernagina* ſcripta Tabula: hinc fuerunt *Ernaginenſes*, de quibus Theſ. Grut. p. CCCCXIII. 4.

M. FRVNTONI EVPOR.
IIIIIVIR. AVG. COL. IVLIAE
AVG. AQVIS. SEXTIS. NAVICVLAR.
MAR. AREL. CVRAT. EIVSD. CORP.
PATRONO. NAVTAR. DRVENTI
CORVM. ET. VTRICVLARIORVM
CORP. ERNAGINENSIVM
IVLIA. NICE. VXOR
CONIVGI. KARISSIMO.

Had. Valeſius nominis veſtigia in *Eragnac* invenit. Sed contra venit Hon. Bouche, multisque vincere connititur aut *S. Gabriel*, ubi lapis hic erutus eſt, aut *Maillane*, illi vicinum, viderі. Quod vero *Urgernum*, ſeu *Ugernum* potius, Strabonis L. IV. p. 178. Joſ. Simlerus cum hac manſione comparavit, non laudo. Erat *Ugernum*, quo de ad Itin. Hieroſ., Arelate inter & Nemauſum, ſicuti Tabula docet. De *Ernagino* Thom. Reineſium quoque Claſ. XI. 64. Inſcript. adi. Wess.

ARELATE.] Vaticanus M. P. VIII. appingit, Hieroſ Itin. non improbata. Wess.

PER ALPES GRAIAS] *Supra ex Ammiano*, Alpes Graias *ab Hercule Thebano dictas oſtendimus. Plinius* Grajis Alpibus *Herculem tranſiſſe memorat. Idem traditur ab Aemilio Probo in Annibale, C. 3. ſive is Corn. Nepos eſt.* Svr.

ALPES GRAJAS.] Porrigebantur hæ Alpes juxta Tarantaſiam & Salaſſorum gentem. Vide Aeg. Schudium in Rhaetia C. 32. Wess.

NOVARIAM M. P. XXXIII.] *In Regio* M. P. XXXII. & *in Blandiniano* XXIII. *In Neapolitano* XXXIII. & *Longol.* XXIII. & XXXIII. *corrigitur: eoque numero ſummæ ratio conſtat.* Svr.

NOVARIA.] Aſſidet urbs cognomini fluvio, ut Tabula docet: nunc eum *Gogna* vocant. Otho Friſingenſis *civitatem non magnam, ſed ex quo ab Imp. Henrico olim everſa reædificari cœpit, novo muro & vallo non modico munitam* ſuo tempore fuiſſe prodit L. II. Geſt. Frid. C. 15. Tacitus L. I. Hiſt. 70. Transpadanae regionis municipiis annumerat; poterit tamen coloniae titulo ſuperbire, ſi fidelis eſt Ligoriana apud Gudium p. 1. 5. inſcriptio:

IOVI. IVNONI. MINERVAE
TVT. NOVARIAE
M. AQVILLIVS. Q.F. FLORVS
TI. CLAVDIVS. TI.F. DRVSVS
II. VIR. COL. NOVA
RIENS. AVGVST.

poterit etiam nobiliſſimis duumviris ſe jactare, modo ne aliunde, quod vereor vehementer, adſciti

EPOREDIA. M. P. XXXIII.
VITRICIVM. M. P. XXI.
AVGVSTA PRAETORIA. M. P. XXV.
AREBRIGIVM. M. P. XXV.
BERGINTRVM. M. P. XXIIII.
DA-

adſciti ſint; verum ea disquiſitio non hujus eſt loci. WESS.

VERCELLIS.] Sic & Tabula. Hieronymus Epiſt. 17. *Vercellis Ligurum civitas haud procul a radicibus Alpium ſita, olim potens, nunc raro eſt habitatore ſemiruta:* edidit quidem Martianaeus *Vercellae*, ſed contra MSS. fidem, qui *Vercellis* aut *Vergellenorum*; prius ego verius putavero ob conſuetudinem ejus temporis, quam ſæpe indicavimus. Adſtipulantur Paullinus Vitæ Ambroſii C. 47. *Honoratus etiam ſacerdos Eccleſiae Vercellis cum in ſuperioribus ſe ad quieſcendum compoſuiſſet:* Annales Bertin. An. ıɔ CCCI. *Quibus obviam mittens inter Vercellis & Eporediam:* denique ne longum faciam Manipulus Flor. C. 178. *Urbs bona Vercellis, Aquis, Alba ſenex, Eporeia.* Plura hoc genus Munckerus ad Hyginum fabulatorem C. 15. WESS.

EPHOREDIA.] Vel, ut plerumque ſcribitur, *Eporedia* aut etiam *Eboredia. Liverey.* SIML.

EPORAEDIAM M. P. VIIII.] *D. Brutus Ciceroni L. XI. Ep.* 23. VIII. K. Jun. Eporaedia. *Strabo L. 4. p. 205. Romanam coloniam fuiſſe docet: & Plinius lib. 4. C. xvii. Sibyllinis libris à populo Romano condi juſſam. Ptolemaeo in* Salaſſis *cum* Auguſta Praetoria Ἐπορεδία. *Meminit & inter colonias Paterculus extr. lib. I.* SVR.

EPOREDIA.] Cuſani MS. *Epboredia.* Medii ævi ſcriptores *Hipporegiae, Eporegiae, Iporeiae,* variantibusque aliis ejusdem vocabuli titulis urbem cohoneſtarunt. Lepidum & joculare eſt, quod in Vita Conradi Salici Wipponis An. CIɔXXVII. reperitur: *Rex Chunradus in Ipo, regia civitate, natalem Domini celebravit.* Ceterum coloniam olim fuiſſe Vellejus L. I. C. 15. docet, ut bene H. Surita. WESS.

VITRICIVM M. P. XXI.] *Neapolitanum* Vitricum: *& in reliquis* Vitricium. SVR.

VITRICIVM.] Vaticanus *Vitridium*, Tabula *Vtrico M. P. XXI.* ab Eporedia; *Bitricium* tamen Ravennas, Itinerarii ſcripturam adfirmans. *Vereggio* ſive *Verezo* ad Duriam flumen nominis obſcuras reliquas retinere Ph. Cluverius L. I. Ital. A. p. 97. & alii cenſent. WESS.

AVGVSTAM PRAETORIAM M. P. XXV.] *Plinius L. 3. C. 4. patere Italiam* longitudine ab Alpino fine Praetoriae Auguſtae, per urbem Capuamque curſu meante, Rhegium oppidum in humero ejus ſitum, à quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena, & XX. M. P. *perhibet: & eam item* Salaſſorum *regioni tribuit.* Dein, *inquit lib. 3. C. 17.* Salaſſorum Auguſta Praetoria juxta geminas Alpium fauces Graias, atque Penninas: *fuit & urbs altera ejusdem nominis, inter nobiliores* Daciae *urbes.* SVR.

AVGVSTA PRAETORIA.] A prætorianis militibus, quos eo Auguſtus deduxerat, cognomen duxit, Dione indice L. LIII. p. 588. Labente Imperio *Auguſta*, ut in Fredegarii Chron. C. 45., dicebatur; unde nomen, quo nunc eſt, paullatim formarunt: *Auguſtam* tamen *Praetoriam* in Divionenſi Chron. An. ıɔ CCXCI. reperio, ſed ex vetuſtiore aliquo excerptam. WESS.

AREBRIGIVM.] Vel *Areburicum*, vel *Ereburicum:* hodie *Burg de la Duila.* SIML.

AREBRIGIVM M. P. XXV.] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano* Ereburicum: *& Neapolitano* Areburicum. *Longolianum* Ereburicum, *&* Areburicum *corrigit: & ſequenti itinere cum Regio convenientia* Arebrigium *praeferunt Blandinianum, & Longolianum: ut dubium non ſit, quin ita ſit ſcribendum.* SVR.

AREBRIGIVM.] Hoc verius videtur ob Tabulam auctorem. Si *Are* veteri Celtarum ſermone *ad*, uti volunt, notarit; *Arebrigium* tantundem erit atque *ad pontem*, quo in Salaſſorum valle Duriam tranſibant. Vid. Ph. Cluverium L. I. Ital. A. C. 13. WESS.

BERGINTRVM.] Vel *Bergitrum. Sentron.* SIML.

BERGINTRVM M. P. XXIIII.] *In Regio* Bergintum *& in ſequenti itinere* Bergintrum. *Reliqua hoc itinere* Bergintrum *praeferunt.* SVR.

BERGINTRVM.] Vaticanus *Bencintrum*, quem Tabula deſerit, vulgatum firmans, & ab Arebrigio M. P. XXXIII. ſemovens. WESS.

DARANTASIA.	M. P. XVIIII.
OBLIMVM.	M. P. XIII.
AD PVBLICANOS.	M. P. III.
MANTALA.	M. P. XVI.
LEMINCVM.	M. P. XVI.
LABISCONE.	M. P. XIIII.
AVGVSTVM.	M. P. XIIII.
BERGVSIA.	M. P. XVI.
VIENNA.	M. P. XX.
ITER A MEDIOLANO PER ALPES GRAIAS ARGENTORATO.	M. P. DLXXVI. Sic. TICI-

DARANTASIA.] Vel *Tarantaſia. Mouſtier.* SIML.

DARANTASIAM M. P. XVIIII.] *In Regio* M. P. XVIIII. *& eo numero ſummæ ratio conſtat. In reliquis* M. P. XVIII. *atque item inſequenti itinere.* SVR.

DARANTASIA.] *Tarantaſia* Ennodio in Vita Epiphanii p. 1020. *Dum ergo*, inquit, *Ticinum remearet antiſtes, ut Tarantaſiam venit, ſic enim vocitatur oppidum, Alpibus vicinum. Cendronum oppidum in valle Tarentaſienſi* in Actis Jacobi Epiſcopi Tarentaſienſis C. 2., non male; erat enim gentis Centronum, olim *Forum Claudii*; quorſum pertinere puto inſcriptionem, quam ex Simleri Comment. de Alp. p. 30. Gruterus Theſauro p. CCLXXXIV. 5. inſeruit. *Darentaſia* eſt ex uſu temporis recentioris; unde & *pagus & vallis Darentaſienſis* in Teſtamento Abbonis. WESS.

OBLIMVM M. P. XIII.] *In Regio habetur: & in reliquis* Bilumum M. P. XIII. SVR.

OBLIMVM.] Excerpta MSS. *Bilumnum* & *Belumnum.* Tabula *Obilonna*, *Obeloxon* Ravennas: quid verius ſit, non temere finivero. Situs incidere videtur in *Conflans.* Aliter Simlerus, qui *Bilumnum* probavit, Comment. de Alp. p. 19. WESS.

AD PVBLICANOS M. P. III.] *Habet Regium exemplar: & reliqua*, ad Pnplicanos M. P. III. *ſed in Longoliano* Ad Publicanos *corrigitur.* SVR.

AD PVBLICANOS.] Nihil diſſidet cum Itiner. Tabula. Videtur proxime pontem & *Confluentes* fuiſſe manſio, a *Publicanis*, quorum ibi ſedes erat, ut portoria exigerent, appellata: nam & apud Romanos *in pontibus quibusdam pro tranſitu dabatur*, ut Seneca ait Conſtant. Sapient. C. 14. WESS.

MANTANAM M. P. XVI.] *In Regio* Mantana M. P. XVI. *quo numero ſummæ ratio conſtat. In Blandiniano* Mantala M. P. XIII. *Neapolitano* Mantalia M. P. XVI. *Longoliano* Mantala M. P. XIII. *& XVI. corrigit.* SVR.

MANTALA.] Probat hoc Cuſani MS., cui cum Tabula & Ravennas adſtipulentur, reniti nolui. WESS.

LEMNICVM.] Ravennati *Levinum*, verum vetante Tabula, quæ pulchre Antonino conſentit. Sunt qui *Camberiacum* eſſe jubeant. M. Altingio circa Rhodani flexum inter fana *Petri* & *Geniſii* locatur. WESS.

LABISCONEM M. P. XIIII.] *In Regio* M. P. VI: *& in reliquis* M. P. XIIII. SVR.

LABISCONE.] *Laviſcone* in Tabula & Ravennate, quod idem. WESS.

AVGVSTVM.] Hanc & ſequentem Tabula videtur in unam conflare; Ravennas recte L. IV. C. 26. diſtinguit, *Auguſton*, *Birguſia.* Porcheronius utriusque veſtigia invenit in *Hoſte* & *Burgoin.* WESS.

VIENNA.] *Saxoſa conſtructam in valle Viennam* Theodulphus appellat. Caput erat provinciæ cognominis, unde inter ἐπισήμους μητροπόλεις *illuſtres* Galliæ *metropoles* prima nominatur L. V. H. E. C. 1. Euſebii. Vide P. Marca Diſſ. de Primat. §. 112. & Had. Valeſii Notit. WESS.

M. P. DLXXVI.] *In Regio* DL. *& tamen in eo duæ manſiones hujus itineris deſunt. In Blandiniano* DLXXVI. *In Neapolitano* DLXXVII: *& Longoliano* DLXXVI. *&* DLXXVII. *corrigit.* SVR.

M. P. IↃLXXVI.] Pariſinus MS. unis M. P. ſummam auget, admonens præterea *R. LXVIII. hic minus ſunt*: nec tot tamen M. P. in eo, quamlibet

TICINVM.	M. P. XXII.
LAVMELLVM.	M. P. XXII.
VERCELLAS.	M. P. XXVI.
EPOREDIA.	M. P. XXXIII.
VITRICIVM.	M. P. XXI.
AVGVSTA PRAETORIA.	M. P. XXV.
AREBRIGIVM.	M. P. XXV.
BERGINTRVM.	M. P. XXIIII.
DARANTASIA.	M. P. XVIII.
CASVARIA.	M. P. XXIIII.
BAVTAS.	M. P. XVIII.
CENAVA.	M. P. XXV.

EQVES-

libet *Cenabum* cum M. P. ſuis prætereat, deficiunt. WESS.

AREBRIGIVM M. P. XXV.] *Hæc manſio deeſt in exemplari Regio & in Neapolitano. In Blandiniano* Arebrigium M. P. XXV: *& item in Longoliano.* SVR.

BERGINTRVM M P. XXIIII.] *Habet Regium exemplar, & Neapolitanum. In Blandiniano* Bergitrum M. P. XXIIII. *cum ſupra* Bergintrum *prætulerit. In Longoliano quod ſupra* Bergintrum M. P. XXIIII. *prætulit, hoc itinere* Bergitrum M. P. XXIIII. *habet.* SVR.

DARANTASIAM M. P. XVIII.] *Deeſt hæc manſio in Regio, quæ in reliquis eodem numero præfertur exemplaribus: quem ſuperiori retinuerunt itinere.* SVR.

CAVARIA.] Ciceroni forte *Civaro* in Allobrogum finibus L. X. Fam. Epiſt. 24. ad Plancum. Alii *Caſuariam* vocant: hodie *Solame in Frouſigni.* SIML.

CASVARIAM M. P. XXIIII.] *In Regio* Cauſuaria M. P. XVIIII. *In Blandiniano* Cavaria M. P. XXIIII. *Neapolitano* Caſuaria M. P. XXIIII. *In Longoliano* Canaria M. P. XXIIII. *& in emendationibus*, Cavaria *corrigitur.* SVR.

CASVARIA.] Ita Vaticanus; *Ceſuaria* Cuſani liber, alii *Cavaria. Civerone* vel *Civrone*, unde ad Ciceronem Plancus ſcribit, vereor, ut recte cum hac componatur; ſi, quod Hon. Bouche L. II. Hiſt. Provin. Sect. II. p. 452. ex Boiſſiei libro de Delphinatus miraculis ejusdemque ad ſe literis obſervavit, *Civron* ad Iſaram in Sabaudis ſit. WESS.

BAVTAS M. P. XVIII.] *In Regio* Bantas M. P. XXX. *In Blandiniano* Bautas M. P. XVIII. *Neapolitanum* Bautas M. P. XVII. *& Longolianum* Bautas M. P. XVIII. *& XVII. corrigit.* SVR.

BAVTAS.] M. P. XVII. in Cuſani ſchedis inveniuntur. Ch. Cluverius L. II. Germ. A. C. 4. *Bautas* hinc exulare jubet, *Genevam* ſubſtituens. Mihi non eadem confidentia eſt; prohibent enim MSS. & *Cenava* ſive Geneva, ex Regio codice ſuo loco reddita. De numeris alia res eſt, quibus vitium haud dubium inolevit, uti diſtantia Tarantaſiam inter & Genevam oſtendit. Nunc *Bonam* vocant, ſi Simlero Comment. de Alpib. p. 33. fides. WESS.

CENABVM M. P. XXV.] *In Regio* Cenava M. P. XXV. *quæ manſio in reliquis non habetur. Infra* Canabi *manſionem in itinere* ab Auguſtoduno Lutetiam Pariſiorum *omnia præferunt: & utroque itinere* Cenabum *legendum videtur: quod oppidum eſt, quod in vii. belli Gallici Commentario, & Hirciano, perperam* Genabum, *pro* Cenabum *præfertur: quod miror viros magni nominis, & litteraturæ, qui nobis egregias emendationes ediderunt, non animadverſiſſe. Locos explicemus, Commentario vii. initio.* Carnutes Cotuato & Conetoduno ducibus, deſperatis hominibus, Cenabum ſigno dato concurrunt: *Vrſini & Manutii codices eo loco* Genabin *habent, Glareani tamen & aliorum* Genabum. *Eodem poſtea libro C. 11.* Ipſe ut quam primum iter faceret, Cenabum Carnutum proficiſcitur; *& codices omnes eo loco habent* Genabum. *Item eodem libro:* præſtare omnes perferre acerbitates, quam non civibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallo-

EQVESTRIBVS. M. P. XVII.
LACV LAVSONIO. M. P. XX.
VRBA. M. P. XVIII.
ARIORICA. M. P. XXIIII.
VISONTIONE. M. P. XVI.
VELA-

rum interiſſent, parentarent. *Et hoc loco exemplaria edita ponunt* Genabi. *Hircius in Commentario Gallico C.* 5. In oppido Carnutum Cenabo caſtra ponit. *Ita enim in vetuſtis legitur exemplaribus. Strabo libro iv. p.* 191. *cum de* Ligeri *fluvio ageret* ῥυὰς ᾧ ὄνομα Γήναβον, *&* τὸ Καρνάτων ἐμπόριον. *quo in loco, quis non videat* Κήναβον *eſſe legendum: à Ptolemaeo certe in* Carnutibus Κήναβον *conſtituitur. Nam qui ex emendatoribus indicat initio lib. vii. Commentariorum belli Gallici vitioſe apud Oroſium* Genapum *pro* Genabum *legi, rectius admonuiſſet, ſi pro* Cenapo Cenabum *legendum doceret. Nam in vulgatis Oroſii, qui Venetiis anno* MD. *excuſi ſunt,* Cenapo *legitur, non* Genapo. SVR.

CENAVA.] Hoc, parum a vero recedens, ex Regio MS. recipiendum duximus: *Geneva* eſt, quam *Gennavam* Tabula ſcribit; variarunt enim in urbis cognomine, *Genavam, Jenuam, Janubam* appellantes; qua de re J. Sirmondus ad Caroli Calvi Capital. tit. XXIX. §. 5. Quæ vero H. Surita de *Cenabo* diſputat huic loco alieniſſima ſunt; illa quippe in Carnutibus erat ad Ligerim, nunc *Aurelianorum* nomine illustris. Aegidius in Carolino.

Obvius adveniens urbem, cui Genabus olim
Nomen erat, noto quod deinde receſſit ab uſu;
Diverſumque illi nunc Aurelianis habetur.

tamen Suritae conſentit G. Henſchenius, cum *territorium Gennavenſe in provincia Burgundia,* de quo Eginhardus in Transl. SS. Marcellini &c. C. 9., ad Genabum tom. I. Junii p. 204. retulit. WESS.

EQVESTRIM M. P. XVII.] *In Regio* Equeſtribus M. P. XXVII. *Blandiniano* Equeſtribus M. P. XVII. *Neapol.* equeſtribus M. P. XVI. *Longol.* M. P. XVII. *&* XVI. *corrigit. Plinio Lib.* 4. *C.* 17. coloniæ, Equeſtris, & Rauriaca. *Ptolemaeo in Sequanis* Ἐκβίσεις. SVR.

EQVESTRIBVS.] Sic MSS. jubent. *Coloniam Equeſtrem* eſſe dubio caret, eſtque frequens ejus mentio in lapidibus, quorum titulos Historiæ Genevenſi Sponius adjunxit. In Tabula XII. M. P. Geneva disjungitur, quod verius eſt intervallum & hic reſtituendum, uti pulchre Ch. Cellarius & auctor Diſſer. de Equeſt. Colonia, quæ recentatæ Hiſtor. Genevenſi inſerta eſt, docuerunt. Notitiæ Provin. *Civitas Equestrium Noiodunum* audit; nunc *Nion.* WESS.

LACVM LAVSONIVM M. P. XX.] *In Regio* Laco Lauſonio M. P. XXX. *Blandinianum* Lacu Lauſinio M. P. XX. *Neapolitanum* Lacu Lauſonio M. P. XX. *Et Longolianum, quod Blandiniani ferme veſtigiis procedit,* Lacu Lauſimo. *Hodie veſtigia antiqui nominis remanent; Lacus enim* Luſanae *dicitur; nam idem eſt, qui* Lemanus. SVR.

LAVSONIO.] *Laco Lauſonio* plerique libri: tamen *lacu* Cuſani codex. Guillimannus *Lauſunum* Antonini Itiner. L. I. Rer. Helv. C. 3. dici adfirmat, mihi nusquam inventum. *Lauſana* intelligitur ad lacum Lemanum XX. M. P. ab Equeſtri Colonia; nam XII. M. Tabulæ ſine controverſia in mendo ſunt. WESS.

VRBAM M. P. XVIII.] *Regium,* Vrba M. P. XXI. *In Blandiniano* Vrba M. P. XVIII: *atque item in reliquis, vetus oppidum & ſatis cognitum Helvetiorum.* SVR.

VRBA.] Non eſt *Urbae* infrequens memoria in Francorum Germanorumque rebus. Annales Bertiniani An. IↃCCCLXXVII. *Urbam ultra Juram* vocant: Signatius Odilo in Adelheidis Aug. Vita C. 13. *Dehinc GENEVENSIVM adiit urbem; inde LAVSONIAM venit: quibus in locis ab rege & epiſcopis, ſuis videlicet nepotibus, honorabiliter ſuſcepta, devenit in vicum, qui vocatur VRBA.* Plura dabunt Guillimannus L. I. R. H. C. 3. & Had. Valeſii Notitia. WESS.

ARIORICAM M. P. XXIIII.] *In Regio* Areorica M. P. XV. *& in reliquis* Ariorica M. P. XXIIII. SVR.

ARIORICA.] Tabula *Abiolica.* Pontem Arlinum *Pont Arley* ad Dubim flumen Guillimanni

VELATVDVRO. M. P. XXII.
EPAMANTADVRVM. M. P. XII.
GRAMATO. *M. P. XVIIII.*
LARGA. M. P. XXV.
VRVNCIS. M. P. XVIII.
MON-

mannus esse decernit. *Urba* & *Pons Arlie* junguntur in Divionensi Chronico An. IↃLXXXVII. WESS.

VISONTIONEM M. P. XVI.] *In manuscriptis, & Longol.* Visontione M. P. XVI. *Caesar lib.* I. *belli Gallici C.* 38. Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei, Arioviſtum cum suis omnibus copiis ad occupandam Visontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere. *Ptolemaeo in* Sequanis Ὀυισόντιον. *Ammianus libro* XV. *C.* II. Apud Sequanos Visontios vidimus: *nam non rectè in vulgatis* Bisontios: *& libro XVI.* Vbi in unum congregatum exercitum Vesuntii jusserat operiri praesentiam suam: *& lib. XX. C.* 10. *eadem depravatione, vulgare nomen sequentes*, Besantionem Viennam hyematurus abcessit. SVR.

VISONTIONE.] *Municipalem scholam apud Visontionem* Ausonius Paneg. p. 713. memorat: *MVN. VISONTIVM* ex Galbae numo Goltzius in Thes.; *Bissancion, villa partis Burgundiae* in Capitul. Caroli M. p. 378. *Chrysopolin* serior aetas nominavit, unde Gunthero L. V. Ligurini *placida Chrysopolis*; cujus tituli quae sit caussa, lis anceps, & varie inter Chiffletios & Had. Valesium disputata est. Putem neque a Byzantio, aureo numo, neque a Crispo, Constantini M. filio, *Crispolim* & *Crysopolim* fuisse dictam, sed *Chrysopoleos* titulum ab elegantia & opum locuplete copia esse promeritam; prorsus ut Parma & Hierapolis, quam utramque hoc cognomine se jactasse, ostensum alias est. WESS.

VELATVDVRVM M. P. XXII.] *In Regio* Vetatuduro M. P. XIIII. *Blandinianum & Longolianum* Velatudoro M. P. XXII. *Neapolitanum* Velatudero M. P. XXII. SVR.

VELATVDVRO.] Vaticanus *Velatudaro*, quam ego mansionem alibi invenire non memini. Est in Tabulis Vesontionem inter & Epamantadurum *Velerot*; quod nostrumne sit, finire non ausim. WESS.

EPAMANTADVRVM M. P. XII.] *Haec mansio in Regio pro* Gramati *mansione praefertur, quae in eo deest exemplari: legitur enim* Epamantaduru M. P. XII. *& in reliquis deest exemplaribus: & cum utramque adponere oporteat, hanc miniaceis litteris signamus: neque enim de nihilo videtur, in optimo exemplari fuisse adpositam, & reliqua* Gramato M. P. XVIIII. *summo consensu interjicere. Infra in reliquis exemplaribus* Epamanduoduri *fit in hoc Itinerario mentio, ut supra monuimus, totidemque milliaria ab eo* Vesontionem, *atque hoc itinere adplicantur.* SVR.

EPAMANTADVRVM.] Abest a nostris libris; rectum tamen, licet paullo mendosius scriptum, aliud iter & Tabula monstrant: huic *Epomanduo*, quod ex *Epamanduoduro*, ut infra legitur, contractum videtur, durant nominis pristini obscura vestigia in *Manduere*, uti bene Guil. Catellus L. II. Hist. Langued. C. 10. observavit. WESS.

GRAMATO.] Tabula inter Largam & superiorem mansionem intervallum M. P. XVI. interjicit; quod si verum fuerit, oportet *Gramatum* hinc expellatur; tantoque magis, quoniam optimus manuscriptorum id ignorat, & locorum intercapedo Epamanduodurum inter & Largam Gramatum cum M. P. XVIIII. capere non potest. WESS.

LARGAM M. P. XXV.] *In Regio* Larga M. P. XXIIII: *& in reliquis* Larga M. P. XXV. SVR.

LARGA.] In Tabula Peutingerana, sicuti diximus, inest. *Larg* in Ferretensis Comitatus agro nominis vestigia servat. WESS.

VRVNCIM M. P. XVIII.] *Regium* Virincis M. P. XXV. *Blandinianum* Vtirencis M. P. XVIII. *Neapolitanum* Vtirentis M. P. XVIII. *& Longolianum* Vtirensis M. P. XVIII. *Supra pagina* CCLII. *hujus mansionis fit mentio: cujus certiora vestigia retinentur in exemplari Regio.* SVR.

MONTE BRISIACO. M. P. XXIIII.
HELVETO. M. P. XXV.
ARGENTORATO. M. P. XXX.
ITER A MEDIOLANO PER ALPES PENNINAS MAGONTIACVM. M. P. CCCCXIX. Sic.
NOVARIA. M. P. XXXIII.
VERCELLAS. M. P. XVI.
EPO-

MONTE BRISIACO.] Vel *Monte Blusiaco*, ut supra in itineribus è Pannoniis in Gallias. SIML.

MONTEM BRISIACVM M. P. XXIIII.] *Regium itidem sua in hac mansione observat vestigia: nam* Monte Obrisiaco M. P. XV. *legitur. In reliquis* Monte Blusiaco M. P. XXIIII. *Supra ab* Vrunci *ad montem* Brisiacum M. P. XXII. *adsignantur.* SVR.

MONTE BRISIACO.] *Brusiaco* Vaticanus, ceteri longe mendosius *Blusiaco* legunt. De eo & *Helveto* ante p. 252. observata videantur. WESS.

ELCEBVM M. P. XXV.] *In Regio* Elveto M. P. XXV: & *in reliquis* Helveto M. P. XX. *Supra à* Monte Brisiaco *ad* Elcebum M. P. XXVIII. *constituuntur.* SVR.

ARGENTORATVM M. P. XXX.] *In Regio* M. P. XX. & *in reliquis* M. P. XXX. *Supra* Helveto Argentoratum XXVIIII. M. P. *adsignantur.* SVR.

PER ALPES PENNINAS] *In Regio*, Penianas: & *in reliquis* Apenninas: & *quare* Penninas *scribendum arbitremur, statim explicabimus.* SVR.

M. P. CCCCXVIIII.] *In Regio* M. CCCCXVI. & *in reliquis* M. P. CCCCXVIIII. SVR.

ALPES PENNINAS.] Dedit ita Basileae Simlerus, habetque adstipulatores MSS. Nostri *Penninas* praeter Cusani schedas, quibus *Apenninae* insunt, amplectuntur: dubites tamen, an aliud voluerint, quandoquidem *Alpes tiu* vel *tid* praemittunt & in *Apennino* mox acquiescunt. De Peninis Alpibus plura Simlerus Comment. de Alpibus p. 96. WESS.

SVMMVM PENNINVM M. P.] *In Regio* Summo Penino M. P. XXV: & Summo Apennino M. P. XXV. *in Blandiniano & Longoliano, nam in Neapolitano haec deest mansio: quorum exemplarium vestigiis apparet*, Penninas *in eo scriptum* Alpes, *non* Poeninas *quemadmodnm scribendum esset; si eorum auctorum opinioni accedatur, qui eas* Alpes, *Annibale transcensas,* Poeninas *arbitrantur fuisse cognominatas. Livius libro xxi. C.* 38. Miror, *inquit*, ambigi, quanam Annibal Alpes transierit & vulgo credere Pennino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, transgressum. *Et paulo post.* Neque hercule montibus his ab transitu Poenorum ullo Veragri, incolae jugi ejus, norunt nomen inditum, sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani adpellant. *Vt maxime verisimile videatur hujus Itinerarii auctorem* Veragrorum *incolarum opinioni adsentiri, & non Plinii, aut aliorum auctorum, qui vulgari sunt adsensi: quando in hoc Itinerario summi ejus jugi, quem* Penninum *vocatum in vertice sacravere, mansio conlocata videtur. Plinius alterius opinionis adsertor*, Juxta geminas, *inquit lib.* 3. *C.* 17., Alpium fauces, (*de Salassorum Augusta Praetoria ab eo sit mentio*) Grajas, atque Poeninas. His Poenos, Grajis Herculem transisse memorant. *Polybius per* Taurinos *Annibalem transisse perhibet, cui Livius adsentiri videtur. Ammianus libro xv. C.* 11. Quae Annibal doctus à perfugis, ut erat expeditae mentis, & callidae, Taurinis ducentibus accolis, per Tricastinos, & oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios venit. *Haec juga intellexisse Caesarem adparet L.* 3. *B. G. C.* 1., *cum perhibet se Servium Galbam cum leg. xii. & parte equitatus in* Nantuates Veragros & Sedunos *misisse, qui finibus Allobrogum, & lacu Lemano & flumine Rhodano ad* summas Alpes *pertinebant. Antoninus enim diverso itinere* Alpium *nempe Maritimarum*, summae Alpis *meminit: quemadmodum ter etiam ab eo conscribitur in transitu* Pyrenaei, *tribus itineribus longe distantibus*, summum Pyrenaeum *nuncupando. Tacitus itinera haec* Cottiarum Penninarum & Grajarum Alpium

EPOREDIA.	M. P. XXXIII.
VITRICIO.	M. P. XXI.
AVGVSTA PRAETORIA.	M. P. XXV.
SVMMO-PENINO.	M. P. XXV.
OCTODVRO.	M. P. XXV.
TARNAIAS.	M. P. XII.
PENNE LOCOS.	M. P. XIII.

VIBIS-

Alpium *aptè distinxit: libro enim* 1. *Histor. C.* 61. Ingens, *inquit*, viribus, opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cottianis Alpibus Italiam irrumpere; Caecina propiore transitu Penninis jugis digredi jussus. *Et paullo post C.* 70., In Alpe Graja ipse paulum cunctatus, num Rhaeticis jugis in Noricum flecteret, sed reputans Noricos in certa victoriæ præmia casuros, Pennino itinere subsignanum militem, & grave Legionum agmen hibernis adhuc nivibus traduxit. Svr.

SVMMO PENINO.] Abest a Cusani MS., ceteri *Apenino*. Rectum & justum est, quod secuti sumus: nec discrepat multum Tabulæ *summo Pennino*. Dicta mansio in summo monte est a Deo *Penino*, cujus Livius & vetus hæc inscriptio apud Gudium p. LIV. 6. meminit:

LVCIVS LVCILLVS
DEO PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM DEDIT.

Nunc *montem S. Bernhardi majorem* vocant, quo de non protrita Jo. Jac. Scheuchzerus in Hist. Helv. Nat. part. I. p. 200. conduxit. Wess.

OCTODVRO.] Vel *Octodoro*. *Martinach in Wallis*. Siml.

OCTODVRVM M. P. XXV.] *In Regio* Octoduro M. P. XXV. *In Blandiniano & Longoliano* Octodoro M. P. XXV: *& in Neapolitano* Octudero M. P. XXV. *Caesar initio libri iii. belli Gallici, de Servio Galba, qui Inalpinos domuit, agens*, Constituit, *inquit*, cohortes duas in Nantuatibus conlocare, & ipse, cum reliquis ejus legionis cohortibus, in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus (*ita in pervetusto exemplari Commentariorum legitur*) hiemare: qui vicus positus in valle non magna adjecta planicie, altissimis montibus undique continetur. *Plinius lib.* 3. *c.* 20. *de Inalpinis*, sunt præterea Latio donati incolæ, ut Octodurenses. Svr.

OCTODVRO.] In Actis S. Mauricii, quæ XI. Febr. magni operis ab Antwerpiensibus vulgata sunt, *Octodorense oppidum*, in Passione vero Agaunensium apud Ruinartum Actor. Sincer. p. 275. *Octodorum* vocatur. *Martinach* esse nemo addubitat. Wess.

TARNADAS.] *Mauritzen in Wallis:* nominatur etiam *Agaunum*. Siml.

TARNADAS M. P. XII.] *In Regio* Tarnajas M. P. XII. *& in reliquis* Tarnadas M. P. XII. Svr.

TARNAIAS.] *Agaunum* sive *S. Mauritii* oppidum est: ejus enim Acta *Agaunum XII. M. P. spatio ab Octodoro* disjungunt. Situs ab Eucherio in Martyr. Agaunens. Histor. C. 3. ita signatur: *Acaunus LX. ferme millibus a Genavensi urbe abest; XIV. vero M. P. distat a capite Lemani lacus, quem influit Rhodanus*. Id mirabere, *Agaunum* sive *Acaunum* a Christianis scriptoribus vocitari, nulla prioris cognominis mentione facta: addi præterea vocem esse Celticae originis. Ergone gemino fuit nomine? Greg. Turonensis, qui primus Martyrum Agaunensium L. I. Glor. Mart. C. 75. commeminit, nec longissime ab tempore scriptæ Tabulæ, in qua *Tarnaias* cum iisdem M. P., remotus fuit, *Agaunum* tantum habet. Unde probabilius videbitur, *Agauni* titulum recentioris esse ævi, mansioni cum maxime impositum, ubi ea valuere, quæ de Thebaea legione, a Maximiano Herculeo post plures decimationes contrucidata, vulgo rumor differebat. Wess.

PENNE LOCVS.] Forte *Neuenstad* ad lacum Lemanum. Siml.

PENNE LOCOS M. P. XIII.] *Legitur in Regio*

VIBISCO.	M. P. VIIII.
BROMAGO.	M. P. IX.
MINNODVNVM.	M. P. VI.
AVENTICVM HELVETIORVM.	M. P. XIII.

PE-

Regio & in Blandiniano, & Neapol. Penne locus M. P. XIII. *In Longol.* Penne locus M. P. XXI. & XIII. *corrigitur.* SVR.

PENNE LOCOS.] Tabula *Penno lucos*; at Cuſani MS. *Penne locos*, quicum pæne conſentit Ravennatis *Penno locus*. Forte tamen verior eſt Tabulæ ſcriptura; ut a *luco*, Deo Penino ſacrato, manſio hæc ad pedem Alpium Peninarum cognomen duxerit. De ſitu nulla lis Simlerum inter & Guillimannum eſt L. I. Rer. Helv. C. 3. WESS.

BIBISCVM.] *Vivis*, oppidum ad lacum Lemanum. SIML.

BIBISCO.] Ità MSS.; Tabula proxime ad hodiernum nomen *Viviſco*. WESS.

BRAMAGVM.] Vel *Bromagum. Romont.* WESS.

BROMAGVM M. P. VIIII.] *In Regio* Vromago M. P. VIIII. *Blandiniano* Boromago M. P. VIIII. *& in Neapolitano* Bramago M. P. VIIII. *Longolianum Blandiniani lectionem præfert. Mihi hæc manſio diverſa videtur à* Breucomago, *cujus ſupra in hoc Itinerario fit mentio, cujus in* Tribocis *Ptolemaeus meminit.* SVR.

BROMAGO.] *Broniago* Vaticanus, quod ex *Bromago*, ſicuti Cuſani liber edit, originem accepit. Quo ſitu fuerit, non convenit. Guillimannus in vico *Bromaſim* proxime oppidum *Rue* reliquias veteris nominis invenit: Ph. Cluverius L. II. Germ. Ant. C. 4. in *Bro* ad lacum cognominem: ego Guillimanno acceſſero. WESS.

MINIDVNVM.] *Milden.* SIML.

MINNIDVNVM M. P. VI.] *In Regio* Minnodunum M. P. XII. *In Blandiniano* Minnidunum M. P. XII. *Neapolit.* Mimiodunum M. P. VI. *& Longol.* Mini Dunum M. P. VI. SVR.

MINNODVNVM.] Hoc placuit: nam præter Regium Vaticanus & Cuſani codex ita malunt; nec Tabulæ *Minodum* aliud deſiderat. M. P. VI., quæ & Tabula addit, Ph. Cluverius in XIV. M. commutat: atque ita fieri oportebit, ſi *Bromagus* ſit *Bro.* nobis tali augmento non opus eſt. WESS.

AVENTICVLVM.] Vel *Aventicum. Wifflisburg.* SIML.

AVENTICVM HELVETIORVM M. P. XIIII.] *In Regio* Adenticulum Elvetiorum M. P. XIIII. *& in Blandiniano & Longoliano* Aventiculum helvetiorum M. P. XIII. *In Neapolitano* Aventiculum M. P. XIII. *dictione* Helvetiorum *relicta. Mihi dubium non eſt* Aventicum *legendum eſſe, oppidum, quod Ptolemaeus ſub* Helvetiis, *in* Sequanis *conlocat, & Ἀβάνικον legitur: nam etſi in Sequanis à Ptolemaeo conſtituatur, id ſatis indicat* Helvetios Sequanorum *jurisdictioni contribui. Tacitus certe libro I. Hiſt. C. 68. agens de Helvetiis à Cæcina Vitellioque devictis*, Multa, *inquit*, hominum millia cæſa, multa ſub corona venundata. Cumque direptis omnibus Aventicum, gentis caput, juſto agmine peteretur, miſſi qui dederent civitatem. *Ammianus L. 5. C. 11.* Alpes Grajae & Poeninae, exceptis obſcurioribus, habent & Aventicum deſertam quidem civitatem, ſed non ignobilem quoque demonſtrant. SVR.

AVENTICVM.] Excerpta MSS. *Aventiculum Helvetiorum*; Tabula *Aventicum Heletiorum.* Vulgatum probum eſſe præter Tacitum vetus lapis Guillimanni L. I. Rer. Helvet. C. 9. oſtendit; *COLONIA* quippe in eo *PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA AVENTICVM HELVETIORVM* dicitur. De ſitu plerique omnes conſentiunt, durantque haud obſcura veteris cognominis indicia in *Avanches*, pro quo Germani, quod Wivilo Comes urbem ex parietinis excitaverit, *Wifflisburg* uſurpant: quæ cum confeſſa ſint, tamen viro cuidam docto contra ea venire libuit, & Aventicum Helvetiorum in *Elutiorum* convertere atque ex Helvetiis in *liberum*, quem vocant, *Comitatum* oppidumque *Antre* transportare, in ſingulari Diſſert., quæ Amſtelodami hoc ſeculo provulgata fuit: inibi fuiſſe ait auri metalla: ab illis *Aventicum Elutiorum* appellari. Hic vero non injuria quæſiveris, ubinam Aventicum *Elutiorum* dicatur? Vetuſtiſſimi Taciti & Itinerariorum codices cum literatis lapidibus *Helvetiis* contribuunt,

PETINESCA. M. P. XIII.
SALODVRO. M. P. X.
AVGVSTA RAVRACVM. M. P. XXII.
CAM-

buunt, uti vides. Non ignoramus, varie in corruptiſſima Provinciarum Notitia ſcribi; nec quicquam tamen Helvetiis obſunt melioris notæ MSS., ut Vaticanus, quem Em. Schelſtrate expreſſit, & alius, qui a Sirmondo fuit tritus: uterque enim in Maxima Sequanorum *Civitas Elvitiorum Aventicus*. Et qui tandem illi *Elutii*? an, quia Plinius L. XXXIV. C. 16. in auratiis metallis *elutia* memorat, continuo gentis inde nomen formabitur? ſaltem *elutia* dubiæ admodum ſcripturæ & ab Harduino confixa firmaſſet, ut ne *Elutii*, ejusdem agnati, funditus interirent. Quanta porro confidentia eſt, urbem ab omnibus Helvetiae genti adſcriptam ex levi conjectura in Burgundiæ veteris agros transferre? Plura ſi caperent notarum anguſtiæ, dandus etiam locus foret Harduino, Ammiani *Aventicum* in Alpes tranſcribenti, Emend. XXXI. ad Plinianum L. III.; quod ſane ex lacera ejus oratione, quam Salmaſius Epiſt. 6. ad Puteanum inſtaurare adnititur, haud commode fiet. Verum omnia hæc cum cura, ut conjicio, Wildius excuſſit in Apolog. pro Aventico, quam fruſtra quæſitam videre mihi non contigit; nec ſpernenda eſt opera, qua Aventico vindicias paravit eruditus auctor Diſſert. Hiſtoricarum anno VI. vertentis ſæculi Pariſiis in publicum emiſſarum. WESS.

PETINESCA.] Vel *Praeneſtica* vel *Pireneſtica*. *Buren*. SIML.

PENESTICAM M. P. XIII.] *Hæc manſio in Regio deeſt exemplari. In Blandiniano legitur* Peneſtica M. P. XXII. *& in Neapolitano* Petineſta M. P. XIII. *Longol. præfert* Preneſtica M. P. XIII. *& Petineſca corrigitur. Sed Blandinianum exemplar mihi Regii inſtar erit; ea eſt ejus vetuſtas, & ſcriptionis integritas.* SVR.

PETINESCA.] Hoc ceteris præoptavimus; nam & Tabula *Peteneſca XIV. M. P.* ab Aventico. Guillimannus adſtipulatur Simlero in *Buren* intervallum incidere. Ph. Cluverio *Biel* ad ripam Urbae nunc eſſe, Menſoni Altingio *Aarberg* placet. Adeo in his conſentire difficile eſt. WESS.

SALOTVRVM.] Vel *Salodurum*. *Solothurn*. SIML.

SALODVRVM M. P. IX.] *Habet Regium exemplar: & in reliquis* Saloturum M. P. X. *legitur. Ad flumen* Arulam *in* Helvetiis *notum oppidum.* SVR.

SALODVRVM.] *Soloturum* MS. Pariſinus. *In civitate Solodoro* legitur in Hagiologio, quod Labbeus tom. II. Bibl. Novæ inſeruit, prid. Kal. Octob.; *juxta Ararium flumen, non longe a caſtro Solodoro* Notkerus Martyrol. Kal. Septembris. Rectius Eucherius in Hiſtor. Agaunenſium C. 6. *Salodorum caſtrum eſt ſupra Arulam flumen, neque longe a Rheno poſitum.* WESS.

AVGVSTA RAVR.] *Augſt.* SIML.

AVGVSTAM RAVRACVM M. P. XXII.] *Regium, & Blandinianum* Rauracum: *at vetuſta inſcriptio, cujus ſtatim fit mentio, oppidum ipſum* Rauricam *vocat, ſi recte id nomen deſcriptum eſt: Haud procul à* Baſilea *ejus ruinæ viſuntur. Plinius, nec quisquam ex vetuſtioribus, quod ſciam*, Auguſtae *cognomen tribuit*, Inde, *inquit Lib. 4. C. 12.*, Oſtia Iſtri. Ortus hic in Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverſo Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milibus. *Et poſtea* coloniam Rauricam *vocat, deductam nempe à L. Munatio Planco, ut vetus inſcriptio, quam Cajetae viſam perhibent, docet. Hæc verba legi in ejus fine feruntur:* COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM ET RAVRICAM. *Ptolemaeus* Auguſtae *tribuit cognomentum, quem Antonini Pii imperium conſecutum fuiſſe credimus. Ammianus tanto ætate poſterior*, Rauracum *vocat id oppidum; libro enim XIIII. C. 10. ait*, Vbi prope Rauracum ventum eſt, ad ſupercilia fluminis Rheni, reſiſtente multitudine Alemana, pontem ſuſpendere navium compage Romani vi nimia nitebantur. *In vetuſtis Commentariorum Caeſaris exemplaribus* Rauracum *oppidum* & Rauraci *populi vocantur L. I. B. Gal. C. 5. & in Plinianis* Rauricum *oppidum* & Raureci *pop. legitur. Ptolemaeo* Ῥαυρακῶν Αὐγῦστα. SVR.

AVGVSTA.] *Rauracum* loco Rauracorum omnes MSS., quorum unus etiam *Auſta*, COL. *AVGVSTA RAVRACOR.* ex Tiberii numo in Theſauro ſuo Goltzius habet. Vide quæ ad p. 252. adſcripta ſunt. WESS.

CAMBETE.] Vel *Caribete*. *Kemps*. SIML.

CAMBETE.	M. P. XII.
STABVLIS.	M. P. VI.
ARGENTOVARIA.	M. P. XVIII.
HELVETO.	M. P. VI.
ARGENTORATO.	M. P. XII.
SALETIONE.	M. P. VII.

TA-

CAMBETEM M. P. XII.] *Regium exemplar* Cambedeme M. P. XII. *Blandinianum* Cambete M. P. XII. *Neapolitanum* Caribete M. P. XII. *Longolianum Blandiniani lectionem præfert, & Caribete corrigitur. Nunc pagum esse ad* Rhenum *pertinentem* Caempis *nomine, ferunt.* SVR.

CAMBETE.] Sic Vaticanus, *Caribete* alii; etiam is, quem Seculo IX. scriptum Jo. Georg. Ekhardus Dissert. de Apolline Granno C. 13. a se versatum tradit. Natum *Caribete* ex vulgato, quod Tabula firmat, videtur. *Kembs* esse passim agnoscitur. Soli docto viro, quem excitavi, aliud incidit: quippe *Caribete* sive *Cariabete* a *Cambete* distinguit: hoc illi *Kembs* est, illud vicus *Geierspitsen* ad silvæ initium, quæ *die Hart* audit. Credo si attendisset ad Tabulæ atque Itinerarii consensum, illi conjecturæ vale fuisse dicturum. WESS.

STABVLIS.] Alii hæc *Stabula* præterierunt: in Ravennate quidem L. IV. C. 16. *Stafulon* legitur, quod tamen ordo, quo collocatur, hinc removet; neque Ph. Cluverio L. II. Germ. Ant. C. 8. se approbare potuerunt, *Saltibus* in *Stabulorum* locum substituenti: fuisse enim in magno *saltu*, qui Basileam inter & Colmariam vulgari vocabulo *die Hart* appellatur: sed ea ratio, ut mollissime dicam, infirma est; fuerit enim in eo *saltu*, propterea ne mansionis titulus erit refingendus? adeone *stabulorum* in viis militaribus ignoratus est usus? quorum fabricis ad publicam peregre abeuntium commoditatem Imp. Valentinianus & Valens Leg. 16. & 17. Cod. Th. de Oper. Publ. consuluerunt. Et si de jumentorum *stabulis*, quibus in vehiculatione utebantur, intelligere nolis, insolensne in viis est diversorium, quod *stabulum* Hieronymus Lucae X, 34. appellat, & ante eum plures: inde Optatus Milevitanus L. VI. Schism. Donat. C. 4. Paullum Apost. *stabularium*, respiciens ad Lucae verba; inde Ambrosius Orat. de Obitu Theod. Helenam, Constantini matrem, *stabulariam* ter quaterque, quod in *stabulo* aut nata fuisset, aut ejus curam egisset, appellat. Vide plura a viris doctis Petronio Sat. C. 6. apposita. *Stabulorum* vestigia Cl. Ekhardus invenisse sibi in *Staffelsfelden* visus est. WESS.

ARGANTONARIA.] Vel *Argentuaria. Colmar.* SIMI.

ARGENTOVARIAM M. P. XVIII.] *In Regio, & Neapolitano* Argentovaria M. P. XVIII. *Blandinianum* Argantovaria M. P. XVIII. *Longolianum Blandiniani præfert lectionem. In Ptolemaei libris, in* Tribocis Ἀργεντοβάρια. *Ad vicum redactum id oppidum ferunt in* Germania *prima.* SVR.

ARGENTOVARIA.] *Argentoraria* codex Parisinus; reliqui cum Tabula vulgatum malunt. Hieronymo in Chron. *Argentuaria*, Ammiano L. XXXI. C. 10. *Argentaria.* Celebre urbis est nomen ex prælio, quo circa eam Alemannos Imp. Gratianus contudit. Lis autem de situ & hodierno nomine est, his *Colmariam*, illis *Horburg* esse pugnantibus. Jo. Georg. Ekhardus nominis vestigia in *Ober-Herken* & *Nieder-Herken* durare censet. Ut ut est, peccat Ravennas L. IV. C. 26., cum *Argentariam* nunc *Stratisburgum* dici tradit, & ante eum Nithardus L. III. p. 471. Edit. Pith. WESS.

ELCEBVM M. P. VI.] *In Regio* Elbeium M. P. XVI. *In Blandiniano, & Longoliano* Helvetum M. P. VI. *nam in Neap. deest hæc mansio.* SVR.

HELVETVM.] Sequor MSS.; quorum aliqui, ut Ekhardi & Cusani, mansionem silentio prætervecti sunt: abest quoque ab editione Simleriana. WESS.

SALETIONE.] Vel *Saliſſo. Seltz.* SIMI.

SALETIONEM M. P. VII.] *In Regio* Salentione M. P. XIII. *& in Blandiniano, & Longoliano* Saletione M. P. VII. *Neapolitano* Salitione M. P. VII. *In Notitia Provinciarum sub Maguntiacensi duce, Præfectus militum Pacensium* Saletione: *nomen* Salts *retinet, ad Rhenum, infra Argentoratum.* SVR.

SA-

TABERNIS.	M. P. XIII.
NOVIOMAGO.	M. P. XI.
BORBITOMAGO.	M. P. XIIII.
BAVCONICA.	M. P. XIII.
MAGVNTIACO.	M. P. XI.

A ME-

SALETIONE.] *Caſtrum, quod dicitur, Sels* Reginoni An. ıɔccLxxxvIII., eſtque adeo de ſitu, egregie a Frehero L. II. Orig. Palat. C. 16. conſtituto, nulla controverſia: ſecus in M. P. eſt, quorum XIII. Regii codicis vulgatis quidem auctiora ſunt, nec explent tamen intervallum, quod Argentoratum & Saletionem diſtinguit. Tabulæ XXV. M. P. a vero proxime abſunt. Vid. Ph. Cluverium L. II. G. A. C. 12. WESS.

TABERNAS M. P. XII.] *Hæc manſio deeſt in Regio exemplari: & in reliquis* Tabernis M. P. XIII. *legitur. Has* Tres Tabernas *eſſe, quarum Ammianus in rebus à Juliano geſtis libris XVI, & XVII. meminerit, ſupra admonuimus.* SVR.

TABERNIS.] A Vaticano M. P. X., XI. M. P. a Tabula adduntur. Sunt hæ Rhenanae *Tabernae*, quarum in Notit. Imp. Occid. ſub Duce Mogontiacenſi memoria eſt: nam Marcellini *Tabernas* in Alſaticas competere, alias monuimus. WESS.

BORBITOMAGVM M. P. XIIII.] *In Regio* Borbitomago M. P. XIIII. *In Blandiniano* Bornittomago M. P. XIIII. *In Neapolitano* Bornuto mago M. P. XIIII. *& Longoliano* Bormitago M. P. XIIII. *Recte tamen in Regio præferri, Ptolemaei libri docent: legitur enim in Vangionibus* Βοεβητόμαγος. SVR.

BORBITOMAGO.] Excerpta MSS. cum Ekhardiano *Bormitomago*; Tabula *Borgetomagi* XIII. M. a Noviomago. Caput erat Vangionum; evenitque illi, quod ſeneſcente Imperio & Latinitate pluribus aliis, ut gentili nomine inſigniretur: hinc *Vangiones* in Ammiano, Notit. Imp. Occid. & pluribus aliis urbis titulum & nomen præferunt. Ex *Borbitomago* tamen ſive *Bormitomago* formata eſt *Bormatia*, ut in Vita Ruperti Epiſcopi C. 1., & *Wormatia*. Marq. Freherum L. II O. P. C. 13. adi. WESS.

BAVCONICAM M. P. XIII.] *In Regio* Bauconica M. P. XIII. *& in reliquis* Bouconia M. P. XIII. SVR.

BAVCONICA.] *Bonconia* Tabula, ſed *Bouconia* noſtri & Cl. Ekhardi MSS., quod ex *Bonconia* originem accepiſſe videtur. Fuiſſe Ph. Cluverius ait, ubi *Oppenheimium* locum occupavit, M. Altingius, ubi *Alsheim*; quod poſterius ſi verum fuerit, fœdata mendo M. P. erunt. WESS.

MAGONTIACVM M. P. XI.] *In Regio* Maguntiaco M. P. XIII. *& in reliquis* Mogontiacum M. P. XI. *Ptolemaeo in inferiori* Germania *poſt* Agrippinenſem, Bonnam, *&* Legionem Trajanam, Μογοντίακον. *Ammianus* primam Germaniam *vocat. Nam libro XV. C.* 11. Dein, *inquit*, prima Germania, ubi præter alia municipia Moguntiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota.. SVR.

MAGVNTIACO.] Urbis nobiliſſimæ nomen varie admodum effertur: Pariſinus *Moguntiaco*, Vaticanus *Mocontiacum*, *Mogontiaco* Not. Imp. Occid., Tacitus & Hieronymus *Magontiacum*, *Magontia* Notit. Provin.: nec minor de vocis origine diſſenſio intercedit, qua de Serarius L. I. Rer. Mogunt. C. 4. Ego cum illis facerem, qui a flumine, cui urbs quodammodo aſſidet, repetunt; ſi *Moenum* antiquiſſima ætate *Mogum* fuiſſe appellatum liqueret: eſt quidem in eleganti diſſertatione a J. G. Ekhardo ad *Mogum* ſive *Mogonum* veteribus Romanis pariter ac Germanis reſtituendum allatus lapis, ita inſcriptus:

APOLLINI GRAN
NO. MOGOVNO
Q. LICINIVS. TRIO
D. S. D.

qui tamen, cum in dubio ſit, qui genus, unde domo Q. Licinius fuerit, non videtur rem conficere: adde, aliis provinciis ſimili cognomine deos in honore fuiſſe; vix certe dubitem, ejusdem generis hunc lapidis Cambdeniani pronuntiare:

A MEDIOLANO PER ALPES COTTIAS VIENNAM.	M. P. CCCCIX.
INDE DVROCORTORO.	M. P. CCCXXX.
QVAE FIVNT LEVGAE.	CCXX.
INDE GESSORIACO.	M. P. CLXXIIII. Sic.
QVAE FIVNT LEVGAE.	CXVI.
TICINVM.	M. P. XXII.
LAVMELLO.	M. P. XXII.
RIGOMAGO.	M. P. XXXVI.
QVADRATIS.	M. P. XVI.
TAVRINIS.	M. P. XXI.
AD FINES.	M. P. XVI.
	SE-

D E O
MOVNO CAD
INVENTVS DO
V. S.

neque alium putavero *DEVM MOGONT. CAD.* in Britan. Roman. L. II. C. 3. p. 235. aut *DEVM MOGONT. VITAE REST.*, quem Gordonus in Itiner. Septentrion. p. 98. expreſſit. Jam cum *Cadeni* ex Britannis fuerint, eorumque numen *MOGON* & *MOVNVS*, me quidem judice, Apollo *MOGOVNVS* Mogi in Germania fluminis nomen nihil juvabit. Liceat ergo de Maguntiaci vera originatione ampliare. WESS.

INDE DVROCORTORVM &c.] *In Regio* Inde Durocontoro CCCXXX. que fiunt Leg. CCXX. *In Blandiniano*, Inde Duro cortoro M. P. CCCXXXII. quæ fiunt Leugas CCXXI. *Neapolit.* Induro Cortoro M. P. CCCXXXII. quæ fiunt Leg. M. P. CCXXI. *Longolianum* Inde Durocor dorum M. P. CCCXXXII. quæ fiunt Leugæ CCXXI. *Quorum ſi ſcripturam conferas, ſatis manifeſte elicies ex nota* Legionum, Leugas *vertiſſe librariorum inſcitiam, & ex ſingulis itineribus bina concinnaſſe: de* Durocortoro, *ita enim ſcribendum arbitramur, ſuo loco explicabitur.* SVR.

INDE DVROCORTORO.] H. Surita ſolito ſibi errore, quo ex *Leugis*, quibus in Gallia locorum ſpatia fuiſſe menſos ad pag. 251. oſtenſum eſt, *Legiones* conſcripſit, tenetur. *Leugas* plerique omnes libri probant, tantummodo in earum numero diſſidentes. Flodoardus L. I. Hiſt. Rhemenſ. C. 1. ſic exſcripſit: *Inde Durocortorum M. P. CCCXXXIII., quæ fiunt Leugae CCXXI.* MS. Thuaneus, quem N. Bergerius L. III. V. M. C. 26. conſuluit, *inde Durocortoro M. P. CCCXXXIII., quæ fiunt Leugas CCXXXI.* Vaticanus, *M. P. CCCXXXIII., quæ fiunt Leugae CCXVI.* Pariſinus, *inde Durocortoro* M. P. CCCXVI., *quæ fiunt Leugae CCXVI.* In tanto diſſidio Regium codicem, cujus Leugæ ſummam M. P. rotundant, ſequimur. WESS.

INDE GESSORIACVM &c.] *In Regio* Geſſoriaco M. P. CXXIIII. que fiunt Leg. CXX. *Bland.* Inde Geſſoriaco M. P. CLXXIIII. quæ fiunt leugas CXVI. Sic. *Neapolitanum* Inde Soſoriaco M. P. CLXXIIII: que fiunt Leg. CXVI. Sic. *& in Longoliano*, Inde Geſoriaco M. P. CLXXIIII. quæ fiunt Leugae CXVI. Sic. *ſimili errore, atque in proximi itineris titulo.* SVR.

INDE GESSORIACO.] Codex Thuaneus & alii Longoliano aſſentiuntur; nec nobis, ſiquidem Leugarum ſumma M. P. numerum peræquat, cum illis diſſentire libuit. WESS.

TICINVM M. P. XXII.] *Bona pars hujus itineris ſupra explicatur, à* Mediolano *per Alpes Cottias,* Arelate *usque.* SVR.

TAVRINOS M. P. XXI.] *Manuſcripta & Longolianum* Taurinis M. P. XXI. *præferunt: cum ſupra* Quadratis Taurinos M. P. XXIII. *adſcripſerint.* SVR.

AD FINES M. P. XVI.] *Eadem præferunt, cum ſupra* Taurinis ad Fines M. P. XVIII. *adjecerint.* SVR.

SEGVSIONEM M. P. XXIIII.] *Eadem præferunt exemplaria, cum ſupra à* Finibus Seguſionem M. P. XXXIII. *appoſuimus.* SVR.

SEGVSIONE.] In Pariſienſi MS. & Baſileenſe edito *Reguſione* conſpicitur. WESS.

BRI-

SEGVSIONE.	M. P. XXIIII.
AD MARTIS.	M. P. XVI.
BRIGANTIONE.	M. P. XVIIII.
RAME.	M. P. XVIII.
EBVRODVNO.	M. P. XVII.
CATVRIGAS.	M. P. XVI.
VAPINCO.	M. P. XII.
MONTE SELEVCO.	M. P. XXIIII.
LVCO.	M. P. XXVI.
DEA VOCONTIORVM.	M. P. XII.

AV-

BRIGANTIONEM M. P. XVIIII.] *Eadem edunt, & supra ex mansione* ad Martis Brigantionem M. P. XXVIII. *adduntur.* SVR.

RAME M. P. XVIII.] *Consensu exemplarium, quæ supra à* Brigantione Rame M. P. XVIIII. *proferunt. Hoc loco Blandinianum, Neapolitanum, & Longolianum* Roame *edunt, non* Rame, *uti supra & Regium* Rame *retinet.* SVR.

RAME.] Recte ita Vaticanus; ceteri cum Simleriana editione *Roame.* WESS.

EBVRODVNVM M. P. XVII.] M. P. XVII. *manuscripta edunt, & Longolianum, cum supra* Rame Eburodunum M. P. XVIIII. *prætulerint.* SVR.

EBVRODVNO.] Consenserunt in *Ebreduno* amplectendo vetusti libri, nec aliter Francofurdiense Caroli M. Capitul. An. IↃCCXCIV. *De Tarentasia & Ebreduno sive Aquis legatio facta est ad sedem Apostolicam.* Vide alibi de urbe hac notata. WESS.

MONTE SELEVCO.] Hic addita sunt XXIII. M. P., sed X. redundare videntur; sicut & in proximo numero distantiae Luci a monte Seleuco. SIML.

MONTE SELEVCO.] Schedæ Cusani M. P. XXXIII., quæ Simlerus exprimi quoque jusserat. Celebri nomine mansio est ea clade, qua ab Imp. Constantio ad eam Magnentius fuit debellatus. Auctor Histor. Tripart. L. V. C. 10. *Sequentibus Constantii militibus circa Montem Seleucum facta congressione venit in Lugdunensem urbem.* Socrati & Sozomeno loci hujus nomen mendosissimum ostentantibus subsidio ad Sidonii Apollin. L. V. Ep. 6. Jac. Sirmondus venit: idem Paschali Chron. restituendum est, quod p. 292. ὦν Μέσῳ Σελεύκῳ, & Theophanis Chronogr. p. 37., ubi συμβάλλων τῷ Σελεύκῳ non minore vitio quam negligentia editur; nam Vaticanus & Barberin. MS. ὦν Μόντῳ Σελεύκῳ perspicue legunt. Nunc *Monsaleon* vocare adsueverunt. WESS.

LVCVM M. P. XXVI.] *In Regio,* Luco M. P. XXVI: *& in reliquis* M. P. XXVI. *Plinius L. 3. Sect. 5.*, Vocontiorum civitatis fœderatæ duo capita, Vasio & Lucus Augusti. *Ptolemaeus* Vasionis *meminit, & non* Luci. *Inepte præterea, quisquis vertit,* Οὐασπῶν, Vasiorum, *& non* Vasion, *ut oppidi sit nomen, non nationis.* SVR.

LVCO.] Tacitus L. I. Hist. C. 66. *Lucum, Vocontiorum municipium* vocat; durantque in nostram ætatem non obscura nominis vestigia. WESS.

DEAM VOCONTIORVM M. P. XII.] *Manuscripta, & Longolianum* Bocontiorum: *sed cum* v *scribimus ex libris Plinii, & Ptolemaei.* SVR.

DEA VOCONTIORVM.] *Dea Bocontorum* Vaticanus; Tabula *Ad Deam Bocontiorum* M. P. XII. a Luco; atque ita fere in vetusto epigrammate Sponii Miscellan. p. 164. CVRAT. AD. DEAM. AVG. VOC. Paullus Diaconus L. III. H. Long. C. 8. *urbem Diensem* appellat; *Zaban*, inquit, *per Diensem descendens urbem, usque Valentiam venit:* quia vero Gregorii Turonensis, rem eandem L. IV. C. 39. memorantis, veterrimi MSS. *per Virdunensem* legunt; inde Hadr. Valesio in Notit. Gal. suspicio incidit, duplici cognomine usam fuisse urbem, Gallico *Virduni*, Latino *Deae Vocontiorum:* quod mihi parum probabile accidit; cum enim simili nomine in Galliis alia sit, Gregorius hanc nota addita distinguere debuisset: adde, Paullum & alios Gregorii MSS. *Deensem* probare, præterea que Romualdum Salernitanum, licet men-

AVGVSTA.	M. P. XXIII.
VALENTIA.	M. P. XXII.
VRSOLIS.	M. P. XXII.
VIENNA.	M. P. XXVI.
LVGDVNO.	M. P. XXIII.

AVT

dose, *Dersen urbem* Chron. p. 116. scribere; ipsum denique Gregorium de Glor. Confess. C. 70. WESS.

AVGVSTAM M. P. XXIII.] *Regium, & Blandinianum* Augusta M. P. XXIII. *Neapolitanum* XXII. *Longolianum item* XXIII. *etsi* XXII. *corrigit. Hæc* Alba Augusta *Ptolemaeo videtur esse, quam juxta* Vocontios *statuit.* SVR.

AVGVSTA.] Tabula *Augustum* M. P. XIII. a Dea Vocontiorum. Videtur esse *Aouste* sive *Hoste*, de qua ad Itin. Hieros. WESS.

VALENTIAM M. P. XXII.] *Plinius* Valentiam *Galliæ Narbonensis* Cavarum *agro, &* Viennam Allobrogum *attribuit. Ptolemaeus eam in* Segalaunis *statuit. Ammianus libro xv. C.* 11. In Narbonensi Elusa & Narbo, & Tolosa, & principatum urbium tenent: Viennensis civitatum exultat decore multarum: quibus potiores sunt Vienna ipsa, & Arelate, & Valentia: quibus Massilia jungitur. *In vulgatis enim Ammiani libris* clusa *corrupte legitur pro* Elusa: *cujus Claudianus mentionem fecit in Rufinum: & ab* Elusa, Elusates *Caesari in vetustis exemplaribus, non* Flustates, *qua dictione viri docti Galli usi sunt; nomine in vulgus usurpato. Plinio in Aquitania* Ausci, *&* Elusates *recensentur: nunc* Foxenses. SVR.

VALENTIA.] Ambrosius *Valentiam Gallorum* Ep. 27., ut ab ejusdem nominis aliis secerneret, appellat. Tabula & Itin. H. in M. P. fere consentiunt. WESS.

VRSOLIM M. P. XXII.] *Hæc mansio deest in exemplari Regio.* SVR.

VRSOLIS.] Vel *Urseole*: ita Simlerus. Nostri vulgatum malunt. Valesius *Roussillon* in Delfinatu inter Valentiam & Viennam non longe a Rhodano esse decernit. WESS.

LVGDVNVM M. P. XXIII.] *Diversæ viæ consulares ab Italia* Lugdunum *ducebantur, uti ex Strabone L.* 4. *p.* 208. *perdiscimus; perhibet enim, ubi ex Italia supra conscenderis, viam in exteriorem Galliam, & ad Septentriones esse, & per* Salassos Lugdunum *ducere. Eam vero bipertito dirigi: & alteram prolixiorem, plaustro permeabilem, per* Centrones *porrigi; alteram vero rectam, & angustam, compendiariamque per* Penninum: Lugdunum *vero in medio, instar arcis situm esse, cum ibi amnium confluentes sint, & partibus omnibus propinquius accedat. Ob eam propterea causam Agrippam ex eo loco vias fuisse partitum; nam quæ per* Cemmenos *montes ducebantur, usque ad* Santones, *&* Aquitaniam *pertinuisse: alteram ad* Rhenum; *tertiam ad* Oceanum, *&* Bellovacos, *&* Ambianos: *quartam in agrum* Narbonensem, *litusque* Massiliense, *perduxisse.* SVR.

LVGDVNO.] *Tudunum* vitiosissime Vaticanus. De nobilissimæ urbis veriverbio magna lis est: posteriorem vocabuli partem veteribus Gallis montem notasse, non dubium est: Clitophon apud Plutarchum de Flumin. Δοῦνον τὴν ἐξέχοντα patrio gentis sermone significasse; clarius Annal. Bertin. An. IↃCCCXXXIX. *Dunos* Frisiorum populo *aggeres arenarum*, mari oppositos obices, esse scribit. Sed hæc commodius alibi reddemus; vide interea Savaronem ad Sidon. L. I. Ep. 8. & P. Marca Dissert. de Primat. C. 109. WESS.

AVT PER COMPENDIVM &c. M. P. XV. LEG. X.] *Hæc mansio est unica in Regio; & in Blandiniano duæ factæ, hoc pacto.* Aut per compendium M. P. XVI. Asa Paulini. M. P. XV. Leugas X. *In Neapolitano item, & Longoliano duæ exponuntur mansiones: sed pro ea voce* Leugas, Leg. *præferunt. Præterea* Assa *adscripsimus non* Asa, *cujus nominis nulla exponitur significatio. De* Assis *apud Ciceronem L.* 3. *ad* Q. *Fratrem Ep.* 1. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. *Miniaceis vero literis* Compendii *numerum descripsimus, ne cum superiori in summæ ratione geminetur: alterutrum enim ex illis itineribus proponitur suscipiendum, diverticulo* Lugdunum, *aut per* Compendium assa Paullini. SVR.

AVT PER COMPENDIVM.] Nostri codices Blandiniano adstipulantur, M. P. XVI. addentes,

AVT PER COMPENDIVM. M. P. XVI.
ASA PAVLINI. M. P. XV. LEVGAS X.
LVNNA. M. P. XV. LEVGAS X.
MATISCONE. M. P. XV. LEVGAS X.
TINVRTIVM. M. P. XIX. LEVGAS XIIII.

CA-

dentes. Indicatur Vienna breviore via Lugdunum posse perveniri, ut apud Plinium L. V. C. 5. *compendium viæ quatriduo deprehensum est*; & Ovidium Metam. III. 234.

Tardius exierant, sed per compendia montis
Anticipata via est. ——— ——

ac Statium Thebaid. II. 497.

——— —— *qua calle latenti*
Praecelerant, densæque legunt compendia silvæ.

Viennam autem XVI. M. P. Lugduno disjunctam fuisse Seneca de Morte Claudii testis erit: *Lugduni natus est; Marci municipem vides: quod tibi narro ad sextum decimum lapidem a Vienna natus est.* WESS.

ASA PAVLLINI.] *Asapauli* aut *Asapulini* scripti libri. *Assa* Ciceronis nihil adjuvant mansionem; erant in balineis, ubi sudabant; unde Glossae veteres *Assa cella*, ἀφιδρωτήριον. *Asa* hæc *Paullini* deinceps *Ansa* fuit nuncupata; unde *Ansa villula* in Diplom. Caroli Crassi L. II. Miscel. p. 151. Baluzii, duratque hoc titulo non longe ab Arari & Lugduno: quare, si Latinæ originis sit vocabulum, videndum est, ecquid auxilii ex his Varronianis apud Macrobium L. III. Satur. C. 2. adipisci possit: *Inde Varro L. V. Divinarum dicit* aras *primum* asas *dictas, quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri*; ansis *autem teneri solere vasa quis dubitet?* Hoc porro notandum venit, primæ post Lugdunum versus interiorem Galliam mansioni præter M. P. *Leugas* affigi: consueverant enim ab ea urbe *non millenis passibus, sed Leugis itinera metiri*, sicuti Ammianus L. XV. C. 11. tradidit; atque hinc in Peutingerana Tabula, *Lugduno caput Galliarum; usque hic Leugas.* WESS.

LVNNA.] Vel *Luna*. Forte *Clunia*. *Clugni*. SIML.

LVNNA.] Abest hæc cum sequenti a Vaticano. Tabula *Ludna M. P. XVI.* a Lugduno. Situm, quem Jos. Simlerus illi posuit, notum satis Cluniacum aversatur, ut bene Valesius in Notit., arbitratus ipse nunc Bellumjocum *Beaujeu* videri. Alii, quos inter M. Altingius, in hodierno *Lurcey* vel *Lurcy* quærunt. WESS.

MATISCONEM M. P. XV. LEG. X.] *Manuscripta & Longol.* Matiscone M. P. XV. Leg. X. *Caesar in fine Commentarii vii. C. 90. belli Gallici, Q. T. Ciceronem, & P. Sulpicium* Cabellione & Matiscone *in Aeduis ad Ararim, rei frumentariæ causa, conlocat.* SVR.

MATISCONE.] Franci, qui sub prima secundave regum suorum familia res gestas scriptis mandarunt, *Matiscensem urbem*, *Matascense oppidum*, *castrum Matescanum*, aliisque mendosioribus nominibus signaverunt: exempla vel trimodio admetiri possem, ni talia desiderantibus Valesius abunde feciisset satis. Hoc moneo, Jos. Simlerum male Matiscone Tinurtio postposuisse. WESS.

TINVRTIVMM. P. XVIIII. LEG. XIII.] *In Regio* Leg. X. *In Blandiniano* Leg. XIII. & *in Neapol.* Leg. XIIII. *Longolianum* Leg. XIII. *praefert*, & XIIII. *corrigitur. Apud Spartianum in Severi vita C.* 11. Multis, *inquit*, interim varie gestis in Gallia, primo apud Tinurtium contra Albinum felicissime pugnavit Severus. SVR.

TINVRTIVM.] *Tenurcio* Tabula. *Castrum Ternocium* in Martyrum indice, cujus Hieronymus auctor fertur, a. d. XVII. Kal. Octob., pro quo Notkerus mendosissime *in territorio Cabillonensi castro Nortio.* Gregorius Turonensis L. I. Glor. Martyr. C. 54. *Castrum Trinorciense, XL. a Cavillonensi, urbe milliario*, sed numeris alterum tantum & contra verum auctis, quod Valesius commonefacere haud neglexit. Nunc *Tornus* ad Ararim, nullo dissidente; quare aut imperite versatus est in describendo prælio, quo Severus Albinum prostravit, aut, quod credere malim, mutilatus est Spartianus: *Primo apud Tinurtium felicissime pugnasse Severum* ait,

cum

CABILLONO. M. P XXI. LEVGAS XIIII.
AVGVSTODVNVM. M. P. XXXIII. LEVGAS XXII.
SIDOLOVCVM. M. P. XXVII. LEVGAS XVIII.
ABALLONE. M. P. XXIIII. LEVGAS XVI.
AV-

cum multa alia varie in Galliis fuiſſent geſta: innuit dein prope Rhodanum fuiſſe decertatum: unde magnus Iſ. Caſaubonus, *ex ſequenti* Spartiani *narratione colligi poſſe a Rhodano propius quam Arari Tinurtium afuiſſe.* Cumque *primi* ad hoc oppidum prælii meminiſſet, nullius dein alterius mentionem injicit; quæ profecto ſcopæ diſſolutæ ſunt, & verum diſſipantes; præſertim ubi ex Dione & Herodiano L. III. C. 7. decretoriam pugnam ad Lugdunum fuiſſe commiſſam noveris. Itaque ſcribere Spartianus debuit: *primo apud Tinurtium contra Albinum feliciſſime pugnavit Severus*; deinde apud Lugdunum. *Quum quidem ingens*, &c. qua ratione & cum locorum poſitura & rerum geſtarum ordine ipſi bene conveniet. Mecum ſentit Ill. P. de Marca Diſſ. de Primat. C. 110. WESS.

CABILVMNO.] Vel *Cabilonum. Chalon.* SIML.

CABILLONO.] Hoc placuit: nam *Cabillionem* Suritæ nemo hoc loco probaverit. Obſoleti libri *Gapilunno*, *Cabilumno*, *Gabilluno*, & paullo inferius *Cavillono* ac *Cavilluno* edunt: quod amplexi ſumus, in Ambroſio eſt Epiſt. 27. *Juſſeram eum deduci Cabillonum & vivum exuri*; & Sidonio L. IV. Ep. 25., ubi plura Savaro. Atque huc magna eorum pars, quæ ſupra p. 345. ad Cabellionem H. Surita conduxit, fuerat referenda. WESS.

AVGVSTODVNVM M. P. XXXIII. LEG. XXII.] *In Regio* Auguſtodunum M. P. XXXIIII. Leg. XX..... *Blandinianum*, *& Neapol.* M. P. XXXIII. Leg. XXII. *Longol.* M. P. XXXIII. Leg. XXII. *& Legio* XXXIII. *corrigitur. Pomponius Mela L. 2. C. 3. in* Aeduis *opulentiſſimam urbem recenſet* Auguſtodunum. *Ptolemaeus in* Aeduis Galliae Lugdunenſis Auguſtodunum *&* Cabellionem *conlocat. Ammianus libro* 15. *C.* 11. Lugdunenſem ornat & Cabellion, & Senones, & Bituriges, & mœnium Auguſtoduni magnitudo vetuſta. *Et libro xvi. C.* 2. Comperit Auguſtoduni civitatis antiquæ muros ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis invalidos, barbarorum impetu repentino infeſſos. SVR.

AVGVSTODVNO.] Quia *dunum* veteri Gallorum dialecto montem notabat, inde Florus Lugdunenſis Epiſt. ad Moduinum hujus urbis præſulem,

Salve Sancte parens; Chriſti venerande ſacerdos,
Auguſti montis paſtor in arce potens.

& Herricus L. I. Vit. S. Germani C. 3.

Auguſtidunum demum concepta vocari,
Auguſti montem transfert quod Celtica lingua.

Quoniam vero in Aeduis erat, hinc *civitas, quæ olim Edua, nunc autem Auguſtidunus vocatur* in Vita S. Eligii C. 35., & *urbs Aedua* in vetuſtis Diplomat., cujusmodi Joan. Munier Part. II. Hiſt. Auguſtod. p. 193. 122. plura habet. Ceterum Vaticanus *Leugas XII.* adnectit, non bene; eſtque in Pariſienſi libro *Autunno*, voce ad ſonum recentiorem deflexa. WESS.

SIDOLOVCVM M. P. XXVII. LEG. XVIII.] *In Regio* Leg XXX: *In Blandiniano, & Longoliano* Leg XVIII. *Neapolitanum* Leg. XXVIIII. SVR.

SIDOLVCVM.] *Sidoleucum* urbem nominat, ſed depravate excuditur, Ammianus Marcellinus L. XVI. C. 2. De Auguſtoduno & Tricaſſibus Campaniae ſeu *Trecis*, patria ſua, diſputat Pithoeus J. C. doctiſſimus L. II. Adverſ. C. 1. SCHOT.

SIDOLOVCVM.] *Sidolocum* MS. unus. Martyrol. Hieronymi a. d. VIII. Kal. Octob. *In Auguſtiduno civitate, vico Sediloco, natalis ſanctorum Andocii, Tyrſi.* Amulo in Epiſt. ad Theoboldum: *Nam & in Auguſtodunenſi territorio, quod Sedelocus vocatur*, &c. Vid. Steph. Baluzium ad Epiſt. 80. Lupi, & Valeſium ad Ammian. L. XVI. C. 2. nunc *Saulieu.* WESS.

ABALLONEM M. P. XXIIII. LEG. XVI.] *In Regio* Abollone M. P. XXIIII. Leg. XVI. *Blan-*

AVTESIODORVM.	M. P. XXXIII. LEVGAS XXII.
EBVROBRICA.	M. P. XVIII. LEVGAS XII.
TRICASIS.	M. P. XXXIII. LEVGAS XXII.
ARCIACA.	M. P. XVIII. LEVGAS XII.
DVROCATELAVNOS.	M. P. XXXIII. LEVGAS XXII.

DV-

Blandinianum Aballone M. P. XXVII. Leugas XVI. *Neapolit. Regii exemplaris præfert lectionem. Longolianum* Aballone XXVII. Leg. XVI. SVR.

ABALLONE.] *Aballione* Cusani MS. Venantius Fortunatus in Vita S. Germani C. 1. *Deinde cum Avallone castro puer scholis excurreret:* hinc pagum *Avalensem* aliaque formarunt, de quibus præter Valesium in Notit. St. Baluzius ad Lupi Epist. 28. *Avalon* veteris nominis reliquias servat. WESS.

AVTHESIODORVM.] Vel *Autesiodorum* vel *Antisiodorum.* SIML.

AVTESIODORVM M. P. XXXIII. Leg. XXII.] *In Regio* M. P. XXIII. *& in Blandin.* Autesiodor. M. P. XXXIII. Leug. XXII. *Neap.* Autisiodoro M. P. XXXIII. Leg. XXII. *Longol.* Atisiodorum M. P. XXXIII. Leg. XXII. *Sed tanti est apud nos Regii, & Blandiniani exemplarium consensus, ut non vereamur reliquis omnibus anteponere. Ammianus libro* 16. *C.* 2. Percurso eodem itinere, Autosidorum *pervenit.* SVR.

AVTESIODORVM.] Hoc & Vaticano probatur: *Autesiodero* est in Parisino, quomodo Fredegarius Chron. C. 58., nec bene tamen: *Dorum* & *Durum* in compositione verborum, quæ urbes notant, fluviis appositas esse indicat. *Dur* veteri Celtarum & Britannorum sermone, uti Giraldus Cambrensis L. I. Itin. Cambriae C. 8. admonuit, *aqua* erat. Adde Buchananum L. II. Rer. Scot. p. 64. Aliter Hericus L. I. Vitae S. Germani C. 1.

Ex augmentatis verso cognomine muris,
Sive sequax usus dicas Autissiodorum;
Seu mutilare velis & dixeris Altiodorum,
Nomine diverso res est cumulatior una.

sed hujus ineptias Valesius in sua Galliæ Notitia explosit. WESS.

EBVROBRINCAM M. P. XVIII. LEG. XII.] *In Regio auferendi casu* M. P. XXIII. Leg. XII. *Blandinianum* Eburobrica M. P. XVIII. Leug. XII. *Neapolitanum & Longolianum* Eburobrica M. P. XVIII. Leg. XII. *fortè legendum erat* Eburobrivam: *ut postea in* Samarobrivae *mansione indicabitur.* SVR.

EBVROBRICA.] Ita MSS., quorum Parisinus non bene Leugas XI. addit; Tabula *Eburobriga*, quod prorsus idem est. *Brica* enim & *Briga* veteri Celtarum dialecto *pontem*, & in compositione urbem, ponti appositam, notavit, qua de re Buchananus L. II. R. S. p. 61. & Ph. Cluverius L. I. G. V. C. 7. *Brignon* Eburobrigae, quæ male πόλις Αἰβυροβισυγησία in Phlegontis de Longaev. libro C. 1. dicitur, vestigia servare creditur. WESS.

TRICASES M. P. XXXIII. LEG. XXII.] *In Regio* Tricasis M. P. XXII. *&* Legionis *nota, ejusque numeri fuere deleti. In Blandiniano* Tricasis M. P. XXXIII. Leug. XXII. *Neapolitanum & Longolianum* Tricasis M. P. XXXIII. Leg. XXII. *In Plinii exemplaribus* Tricasses, *&* Trecasses. *Ptolemaeo sub* Parisiis Τελκάσιοι. *Ammianus libro* 16. *C.* 2. Per multa discrimina venerat Tricassas. *Vide Pet. Pithoeum Adversar. Subsec. lib.* 2. *cap.* 1. SVR.

TRICASIS.] Gentis nomen, consueto in Galliis more, urbi est impositum: Sidonius L. VI. Ep. 4. *Quem nunc Tricassibus degere fama divulgat;* & L. VII. C. 13. *Lugdunum nuper a Tricassibus venit.* Tabula *Augustobonam*, quæ non alia, hoc loco habet. Vide Bergerium L. III. V. M. C. 39. WESS.

ARTIACAM M. P. XVIII. LEG. XIII.] *Habet Regium auferendi casu & item Neapolitanum: Blandinianum & Longolianum* Arciaca. SVR.

ARCIACA.] Franci scriptores ita vocare malunt. Auctor Collect. Histor. apud Canisium L. IV. C. 65. *Sigebertus cum exercitu Arciaca residens.* Plura Valesius in Notit. Gall. Nunc *Arci sur Aube.* WESS.

DVROCORTORO. M. P. XXVII. LEVGAS XVIII.
SVESSONAS. M. P. XXXVII. LEVGAS XXV.
NOVIOMAGO. M. P. XXVII. LEVGAS XVIII.
AMBIANIS. M. P. XXXIIII. LEVGAS XXIII.

PON-

DVROCATELAVNOS.] *Durocaralaunos* MS. unus. *Cataulaunos* alii vocant, ut Eutropius L. IX. C. 9. *Superavit in Gallia Tetricum apud Catalaunos.* unde ergo illud *Duro?* Vir egregius Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 3. p. 392. additamentum hoc a librariis ex sequenti *Durocortoro* retractum fuisse suspicatur; neque ego intercederem, nisi & MSS. suspicioni officerent, & *durum* sæpe partem titulorum urbis per Galliam & circa faceret. Nunc *Chalons* vocare adsueverunt. WESS.

DVROCORTORVM M. P. XXVII. LEG. XVIII.] *In Regio* Durocortoro M. P. XXVII. & Legionis *nota intercidit, & ex numero* Legionis III. *numerus remansit. In Blandiniano* Durocordoro, M. P. XXVII. Leug. XVIII. *In Neapolitano deest hæc mansio: & Longolianum Blandiniani lectionem præfert. Infra* Durocortoro, & Durocordoro, & Durotorcoro. *Ego legendum arbitror* Durocortorum. *In Cæsaris Commentario belli Gallici vi. 44. vetusto exemplari,* Tali modo vastatis regionibus, exercitum Caesar duarum cohortium damno, Datocortorum Remorum reducit. *Strabo libro iv. p.* 194. *de* Remis *agens,* καὶ ἡ Μητρόπολις αὐτῶν Δουροκόρτορα. *Ptolemaeo Remorum urbs* Δουροκόπορον. SVR.

DVROCORTORO.] Nihil ad hoc stabiliendum aptius est Frontonis verbis, quæ Consentius Artis p. 2031. servavit: *Et illæ vestræ Athenæ Dorocorthoro;* quibus hæc Grammaticus addit: *apparet nominativo casu posuisse Dorocorthoro: sive igitur dicas hæc urbs, sive hic vicus, sive hoc oppidum, nominativi casus erit Dorocorthoro* Ceterum è Simleri edito & Cusani MS. vox exulat. WESS.

SVESSONAS M. P. XXXVII. LEG. XXV.] *In Regio* Siveſſonas: *& deest numerus milliarium &* Leg XXV. *mansit. In Blandiniano & Longol.* Sueſſonas XXXVII. Leg. XXV. *Neapol.* Sueſſionis M. P. XXXVI. Leg. XXV. *Cæsaris Commentario 2. belli Gallici C. 3.* Sueſſones *& in vetustis exemplaribus* Suveſſiones. *Straboni* Σουεσσίωνες. *Plinii vetusti libri* Sueſſiones. *Apud Ptolemaeum corrupte,* Οὐέσσονες *pro* Σουέσσονες *legitur.* SVR.

SVESSONAS.] *Sueſſionis* Parisinus; atque ita incertus auctor Vitæ S. Medardi C. 1. *Contra rex Sueſſionis eum deferendum disponit;* & C. 2. *Exinde Sueſſionis relatus.* Codex vero Cusani, *Sueſſonas M. P. XXXVI.,* quo modo in Lucano viri eruditi scribunt L. I. 324.

——— *Longisque leves Sueſſones in armis.*

ubi tamen Flodoardus L. I. H. Remens. C. 2. *Axones* legit, sicuti & poëtæ vers. 426.

Et docilis rector rostrati Belga covini.

unde colligas, non esse ex Gryphii ingenio, quæ Cl. Oudendorpii suspicio, natam *rostrati covini* scripturam; sed ea alius sunt loci. Infra *Augustam Sueſſonum* auctor appellat. WESS.

NOVIOMAGVM M. P. XXVII. LEG. XVIII.] *In Regio,* Novomago M. P.....VII. Leg. XVIII. *& in reliquis,* Noviomago M. P. XXVII. Legio XVIII. *Plura hujus nominis oppida esse advertimus, & hoc videtur juxta* Belgium *à Ptolemaeo in* Bellocassis, Vadicassiis *apud eum cognominatis, vocari* Νειόμαγος. SVR.

NOVIOMAGO.] *Noviomus* plerisque medii ævi scriptoribus, unde *Noyon* formatum, dicitur: tamen *Noviomagus* Venantio Fortunato in Vit. S. Medardi, & *castellum Noviomagum* anonymo vitæ ejusdem Medardi scriptori. Situm accurate exsecutus est Radbodus in vita Medardi C. 3. *Ipse inter geminos rivulos constitutus est Noviomus; ab oriente Galliola, ab occidente Margareta circumluitur; quos ambos tertius suscipit, qui Versa nominatur, & sic pariter confluentes non longe a mœnibus illius in Isaram, qui magni est nominis, delabuntur.* Vide Mabillon. L. IV. R. D. p. 305. WESS.

AMBIANOS M. P. XXXIIII. LEG. XXIII.] *In Regio* Leg. XIIII. *& in reliquis* XXIII. *Cæsar L. 2. Bel. Gal. C. 15.* Ambianos Morinis *adnectit, quorum fines* Nervii *attingebant, & item*

PONTIBVS. M. P. XXXVI. LEVGAS XXIV.
GESSORIACO. M. P. XXXIX. LEVGAS XXVI.
ITER A CAVILLONO TREVEROS.
ITER A DVROCORTORO DIVODVRVM VSQVE M. P. LXII. Sic.

BA-

item Strabo L. 4. p. 194. Ambianos Morinis *propinquos adjungit, &* Sueſſiones. *Ptolemaeus poſt* Bellovacos *in Gallia Belgica* Ambianos *ſtatuit.* SVR.

AMBIANIS.] Sic ſcribunt obſoleti libri; nec aliud ſcriptoribus rerum Francicarum placuit: Chron. Turonenſe inter Normannica Duchenii p. 36. *Normanni Franciam pervagantes Ambianis, Atrebatis, Corbeiam, Cameracum, Taruennam deſtruunt:* aliud Chron. p. 5. *Ille vero Bellovacum, & ita Ambianis perrexit.* Sigebertus An. CCCLXXXII. *Civitatem, quam Antoninus, Sommonobriam ab adjacente flumine appellavit, Gratianus, mutato nomine, Ambianis, ab ambitu fluminum fecit vocari*; qui, ſi ea ſcripſerit, abſunt enim a Miraei editione, in nominis originatione egregie eſt falſus; ſed hoc alias agemus. Tu, ſi hæc exempla non abunde videantur, Th. Reineſii Ep. 72. ad Daumium inſpice. WESS.

PONTES M. P. XXXVI. LEG. XXIIII.] *In Regio* Pontibus M. P. XXXVI. Leg. XXIII. *In Blandiniano, & Longol.* Pontibus M. P. XXXVI. Leg. XXIIII. *Neapol.* Pontibus M. P. XXXI. Leg. XXIIII. SVR.

PONTIBVS.] Fuere *pontes* hi non longe ab oſtio Alteiae; credunturque nomen quoque *pago Pontivo* feciſſe, vetante tamen Valeſio in Notit. Gall.; a *ponte* obſervat *Pontinum* debuiſſe dici; quod uti verum eſt, ita conſtat *Pontium Ponticumque* eſſe appellatum, neque ſeneſcente Latinitate analogiæ juſtam ſemper rationem fuiſſe habitam. WESS.

GESSORIACVM M. P. XXXVIIII. LEG. XV.] *In Regio* Ceſoricia. M. P. XXX.....III. Leg. XV. *Blandinianum* Geſoriaco M. P. XXXVIIII. Leg. XXVI. *& item Neapolitanum & Longolianum. Hæc manſio ad extremos, ut Poeta inquit,* hominum Morinos *refertur. Mela Pomponius L.* 3. *C.* 2. Pertinentque, *inquit*, ad ultimos Galliarum gentium Morinos, nec portu, quem Geſſoriacum vocant, quicquam notius habent. *Suetonius in* Claudio C. 17. *de expeditione Britannica*, quare a Maſſilia Geſſoriacum usque pedeſtri itinere confecto inde tranſmiſit. *Ptolemaeus poſt Sequanae fluminis oſtia adjungit* Ἴκιον Ἀκρὸν. *&* Γισοῤῥίακον, ἐπίνειον Μορίνων. *Præterea, quod in vulgatis Plinii legitur L.* 4. *C.* 16. Oromanaſci juncti pago, qui Geſſoriacus vocatur, *in vetuſtis exemplaribus*, pago qui Cerſiacus vocatur, *habetur: Nunc* Audomari fanum *id ſolum obtinere ferunt, non* Bononiam, *ad mare ſitam, cujus Ammianus libro xx. meminit. Lege Turnebum Adverſar. lib.* 8. *cap. xxi.* SVR.

GESSORIACO.] Non recte Geſſoriacum a Bononia diſtingui, nunc ſatis conſtat; neque enim Tabula tantum *Geſoriacum, quod nunc Bononia*, & Anonymus Valeſii ſcriptor de Conſtantino. *ad patrem*, inquit, *Conſtantium venit apud Bononiam, quam Galli prius Geſoriacum vocabant*: idem ex Eumenii Panegyricis rectiſſime oſtendit Hen. Valeſius. Habet ea urbs Phari veteris reliquias, quas Carolus M. ad uſum navigantium inſtauraſſe dicitur in Annal. Reuberi, Bertinianis, Rheginone & aliis An. IↃCCCXI., atque haud ita pridem egregie deſcripſit Montfauconius in Comment. Acad. Inſcript. tom. IX. p. 293. Fuiſſe ibidem *Itium* ſive *Iccium* portum, non dubitavero; vide Guil. Somneri Cap. 8. de eo portu: nam ad eam diſputationem notarum auguſtiæ deſcendere me vetant. Id præterire non debeo, reſtitutas in ſuum eſſe locum *Leugas XXVI.*, quod XV. Regii MS. nullo pacto M. P. XXXVIIII. quadrarent. Adde N. Bergerium L. III. V. M. C. 37. paria monentem. WESS.

ITEM A CABELLIONE TREVEROS.] *In manuſcriptis & Longol. peræque non adponuntur itineris hujus numeri.* SVR.

ITER A CAVILLONO.] Ita MSS. malunt, æque tamen ac Suritae codices, truncati. Periit ergo totum hoc iter. WESS.

DIVODVRVM VSQVE M. P. LXII.] *In Regio* M. P. LXXIIII. *cum ejus manſionum numeri* LXIII. M. P. *ſummam conficiant. In reli-*

BASILIA.	M. P. X.
AXVENNA.	M. P. XII.
VIRODVNVM.	M. P. XVII.
FINES.	M. P. VIIII.
IBLIODVRVM.	M. P. VI.
DIVODVRVM.	M. P. VIII.
ALIO ITINERE A DVROCORTORO DIVODVRVM VSQVE.	M. P. LXXXVII. Sic.
FANO MINERVAE.	M. P. XIIII.

ARIO-

quis M. P. LXII. *conſtante numerorum ſumma.* SVR.

ITER A DVROCORTORO.] Verba hæc Flodoardus L. I. H. Rhem. C. 1. exſcripſit. WESS.

BASILIA.] Vicum, cui *albæ ripæ* cognomen, Valeſius eſſe jubet; Ph. Cluverius L. II. G. A. C. 9. fluvium *Vesle* facit, reclamante N. Bergerio L. III. C. 39. & ignoti ſitus eſſe aſſeverante: mihi Valeſii conjectura non diſplicet. WESS.

AXVENNA.] Vel *Axona.* SIML.

AXVENNA.] Vaticanus *Aruena*, quod ſcribentis peccato ex vulgato natum eſt; Tabula non diſſimili errore *Auxenna* & Pariſinus *Auxuenna.* Fluvius eſt *Axonna*, Caeſari, ſcriptoribus Vitæ S. Medardi & Annal. Bertinian. An. IↃCCCLXXIX. non præteritus, ejusque trajectus ad oppidum S. Manechildis, ſi verum Valeſius vidit; nam N. Bergerio L. III. V. M. C. 39. *Neufchatel* eſt. WESS.

VIRODVNVM.] Vel *Verodunum.* SIML.

VIRODVNVM.] Ita MSS. *Vircdunum* Paullo in Epiſt. ad Deſiderium Cadurcenſem: *Viridunum* Annal. Pithoeanis & Bertinianis; Venantio Fortunato L. III. Carm. 29.

Urbs Vereduna, brevi quamvis claudaris in orbe.

Probum tamen vulgatum eſſe, Hugo Flaviniacenſis in Chron. Virdun. tom. I. Bibl. Nov. Labbei p. 79. teſtis erit: *Has autem omnes*, inquit, *conjectiones Aethicus in Coſmographia excludens in Itinerario mundi vocat eam VIRODVNVM, ob virorum fortium induſtriam, longe lateque celebratam:* reſpicit enim hunc, quem in manibus habemus, locum. Non me quidem fugit, Had. Valeſium in egregia Galliæ ſuæ Notitia *Verodonum* præoptare, & a *Verunis*, quos editi quidam Plinii L. IV. C. 17. memorant, repetere: cum tamen MSS., Harduino teſte, *Verunos* ignorent, ejus auctoritate non moveor; nam Tabulæ *Vironum*, quod ad *Verunum*, *Verunosque* conſtituendos, vir doctiſſimus excitaverat, mendoſum eſt & cum Viroduno nihil habet commune: ponitur M. P. XXI. a Bagaco Nerviorum; quod intervallum *Verbinum* requirere alias commonſtrabo. WESS.

FINES.] Videntur hic indicari *fines* Mediomatricorum. SIML.

FINES.] *Fines* Virodunenſis Comitatus in Teſtam. Volfaudi Comitis, quod Baluzius L. IV. Miſcel. p. 404. & 410. vulgavit, reperio; nec hos tamen indicari aſſeveravero. De *Ibliodoro* viderint alii. WESS.

IBLIODVRVM M. P. VI.] *In Regio* Ibliodorum M. P. VI. *& in reliquis* Ibliodurum M. P. VI. SVR.

DIVODVRVM M. P. VII.] *In Regio* M. P. VIII. *& in reliquis* M. P. VIII. *quæ* LXII. M. P. *conficiunt.* Mediomatricum *urbs Ptolemaeo* Διβόδερον. SVR.

ALIO ITINERE.] Item hæc Flodoardus L. I. H. R. C. 1. inſeruit, ſed ſummam unis millibus augens, ut in Simleri edito & ſcripto Cuſani. Vaticanus tantum M. P. LXXXVI., quibus & ſingulæ manſiones reſpondent. WESS.

FANO MINERVAE.] *Foro Minervae* Pariſinae & Cuſani membranæ: Tabula *Tanomia*; quam vocem Paullus Merula L. III. part. II. Coſmog. p. 486. ex *Fano Minervae* ſuſpicatur eſſe corruptam; neque ſane injuria, ut ordo innuit. Quo ſitu fuerit, harum rerum peritis non convenit. Merulae *Bajones* aut circa, M. Altingio vicus agri Rhemenſis *Vadenay*, N. Bergerio L. III. V. M. C. 39. celebris pagus *Suippa* eſt. Componant alii has lites: Ego arbitrium finium regundorum non fecerim. WESS.

ARIO-

ARIOLA. M. P. XVI.
CATVRIGIS. M. P. IX.
NASIVM. M. P. IX.
TVLLVM. M. P. XVI.
SCARPONNA. M. P. X.
DIVODVRVM. M. P. XII.

ITER A DVROCORTORO TREVEROS VSQVE LEVGAS XCVIIII.

VVNGO VICVS. LEVGAS XXII.

EPO-

ARIOLA.] Nusquam hanc legisse memini. Sequentem Tabula *Caturices*, & MSS. *Gaturriges* & *Caturriges* vocant. WESS.

NASIVM.] Vel *Nassium*. *Nancy*. SIML.

NASIVM M. P. VIIII.] *Ptolemaeo in* Leucis, Τῦλλον & Νάσιον. *Hodie* Tullenses *dicti*: *cui civitati Episcopi sedes est constituta*, *in Lotharingia*. *Infra in hoc ipso Itin. auctor* Tullum Leucorum *cognominat*. SVR.

NASIVM.] Non est *Nanceium*, ut pulchre H. Valesius vidit. Obstant & itineris ordo & Chron. Divionense, a L. D'Achery publicatum, p. 366. Ed. N.; ibi quippe *Nasio castrum ad Ornam fluvium situm* Theodoricus rex Francorum occupasse perhibetur: atqui Nanceium *Mortæ* fluvio assidet. Cum vero ad *Ornae* ripas vici sint *Petit Nanci* & *Grand Nanci*, alter uter *Nasium* fuisse, Valesio videtur. WESS.

TVLLVM.] Leucorum erat metropolis; unde Bertinianis Annal. IↃCCCLIX. *Tullum Leucorum*, Wiberto vero in Vita Leonis IX. C. 2. *Leuca urbs* dicitur. WESS.

SCARPONNA.] *Scarponna* plerisque MSS., neque aliter Paullo Warnefridi de Meten. Episc. non longe a principio; pauca inde, huic loco prorsus idonea, tibi delibabo: *Igitur*, inquit, *audientes Hunni*, *qui duodecimo exinde milliario situm castrum*, *quod Scarponna dicitur*, *obsidebant*, *Metenses urbis mœnia corruisse*: nec Tabula aut Ammian. L. XXVII. C. 2. dissentiunt: tamen a *Scarpona* Annal. Bertin. An. IↃCCCLXX. *Scarponise* formant. Servat nominis reliquias & multa vetustatis argumenta, de quibus in Itiner. P. Divaeus, *Charpeigne* ad Mosellam. WESS.

A DVROCORTORO TREVEROS VSQVE] *In Regio nulli numeri hujus itineris manstonum designantur*: *& in reliquis ineptè attribuuntur*, *numeris* Leg. *computatis*, *ac si mansionum essent*. *In Bland.* Triveros usque Leug. CXCVIII. Sic. *In Neap.* Treveros usque Leg. CXVIIII. Sic. *In Long.* Triveros usque Leug. CXCVIII. Sic & XCVIIII. *corrigitur*. *Nec nova res est in hoc Itiner. in aliquo itinere mansionibus numeros non adponi*, *ubi legiones sitæ erant*: *quod adparet in pagina* CCLIV. SVR.

A DVROCORTORO.] Neque hæc prætermittenda censuit Flodoardus L. I. H. R. C. 1. Doctissimus H. Surita solens peccat, cum Legiones nobis obtrudit, Leugarumque summam inducit. Ego eas è MSS. & Flodoardo in suum locum revocavi. WESS.

VVNGO.] *Yungo* vicus. SIML.

VVNGO VICVS.] Sic Parisinus codex. Vaticanus *Dongo vicus*. Habuit hic vicus plures exercitos: Ph. Cluverius L. II. G. A. C. 14. *Longo* præfert; *Yongo* N. Bergerius, prætoriumque *Yonnum*, *le palais d'Yonne* esse decernit L. III. V. M. C. 39. Verum nimia ea est medicina, præsertim cum vicus hic non sit affectus: Flodoardus enim L. III. H. Rhem. C. 10. *municium Vongum*, & L. II. C. 18. *pagum Vongensem* memorat, sicuti J. Sirmondus in Capitul. Caroli p. 63. probe monuit. Jam cum in Vita S. Vedasti C. 2. *Vungise pagus prope Reguliacam villam circa florigeras Axonnae ripas* fuisse ab Alcuino scribatur, recte omnino Valesius in *Vousi* sive *Vouzi* ejus situm quæsivit. WESS.

EPOISSIO.] Liber Notit. *Epuso*. *Ipsch*, *Ivois*. SIML.

SEPOISSVM VICVM LEG. XXVII.] *In Regio* Vico Sepoisso Leg. XXII. *In Bland. & Longol.* Epoissio vicus Leg. XXII. *In Neapol.* Epoissius vicus Leg. XXII. SVR.

EPOISSO. LEVGAS XXII.
OROLAVNO VICVS. LEVGAS XX.
ANDETHANNAE VICVS. LEVGAS XX.
TREVEROS CIVITAS. LEVGAS XV.
AB AVGVSTODVNO LVTICIA PARISIORVM M. P. CLXXXVII. Sic.
ALISINCVM. M. P. XXII.
DE-

EPOISSO.] Ita Vaticanus, quod quoniam a Notitiæ Imp. Occid. & Regii MS. lectione proxime abeſt, ſequi placuit; neque morari quemque ſibilans litera, quam manuſcriptus ille præponit, debet; ſæpe enim ea & vocabulis præfigitur & aufertur; hic tamen omnes libri in ea delenda conſpirant. *Caſtrum Epoſium* Gregorio Turonenſi L. VIII. Hiſt. Franc. C. 15. & Rhabano in Martyrum indice III. Id. Auguſti. *Ivoſium* vero *caſtrum* in Vita S. Magnerici C. 2. De ſitu nemo Simlero diſcordat. WESS.

OROLAVNO.] *Arle.* SIML.

OROLAVNO VICVS.] Oppidum Luxemburgici eſt Ducatus montanum *Arlon*; quo nomine jam innotuerat ſeculo IX., ut Annales Bertiniani An. IↃCCCLXX. & Charta diviſionis regnii Lotharii apud Valeſium loquuntur. WESS.

ANDETHANALE.] *Echternach.* SIML.

ANDETHANALE VICVM LEG. XV.] *In Regio* Vicus Vandetannaie Leg. XV. *Bland.* Andethannale vicus Leug. XX. *& Neap. In Longol.* Andetamnale vicus Leug. XX. SVR.

ANDETHANNAE VICVS.] Ita ex veſtigiis Regii MS. eſt refingendum; addique ex Vaticano & aliis ſchedis Leugæ XX. oportet. Vicum *Andethannam* fuiſſe appellatum, locuples teſtis eſt Sulpicius Severus Dialog. III. C. 15. *haud longe*, inquiens, *a vico, cui nomen eſt Andethanna*; eumque ſecutus ducem Venantius Fortunatus L. IV. Vitæ Martini:

Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens,
Progreſſis ſociis ubi ſe Andethanna propinquat.

quod tamen nomen paucis a Sulpicii multoque paucioribus a Venantii obitu ſeculis mutavit; jam enim ſeculo VII. *Epternacus, ſita ſuper fluvio Sura* dicitur in Diplom., quo Irmina S. Willibrordo ejus partem tradidit; & *cœnobium, cui antiquum Aternacus hæſit vocabulum* in Vita S. Amelbergae C. 2. Ceterum cum vir eruditus in Gundlingianis ſuis part. III. p. 246. *Andethannam & Antunnacum* inter ſe componit, errat graviſſime: ſunt enim ſitu & nominibus diverſiſſima. *Anthabet* vero Paulli Warnefridi L. I. G. Longob. C. 13. *Andethannam* eſſe, atque ita primis Longobardorum temporibus fuiſſe nuncupatam, eundem ſibi atque aliis perſuaſiſſe, vehementer demiror; ſola enim mentio regionis *Vurconthaib*, ut in Ambroſiano eſt MS., ſedem priſtinam Burgundionum indicantis, & longe longeque hinc ſemotæ, illam opinionem jugulat. *Anthaib* aut *Andhabet Antarum* ſedem indicare, atque adeo partem hodiernæ Poloniæ, equidem non dubitem. WESS.

ASILINCVM.] Vel *Aliſincum.* Videndum an ſit *Alexia.* SIML.

ALISINCVM. M. P. XXII.] *Habet Regium exemplar: Bland. & Long.* Aſilincum M. P. XXII. *Neapol.* Alſinicum M. P. XXII. SVR.

ALISINCVM.] Sequimur optimum Suritae codicem, quamquam dubii verane ejus an aliorum ſit ſcriptura: Pariſinus *Aſilincum*, Vaticanus *Aſilinicum.* Tabula *Aquis Niſinei*; quod forte verius. Situs incidit in *Aniſi:* nam quod de *Alexia* ſive *Aleſia* Caeſaris Simlerus ſuſpicatur, id ipſa locorum poſitio, ſicuti Had. Valeſius dudum commonefecit, ſubruit. WESS.

DECETIA.] Vel Deciſia. *Deciſe.* SIML.

DECETIA.] MSS. Pariſienſis & Cuſani *Dececia*; quam urbem Caeſaris L. VII. B. G. C. 33. F. Urſinus, eruditorum plaudente cavea, reſtituit. Satius ergo fuiſſet, ſi manum hinc abſtinuiſſet auctor Diſſert. Hiſtoricarum, quæ Pariſiis vertentis ſeculi An. VI. provulgatæ ſunt. WESS.

NEVERNVM.] Vel *Nivernum.* In exemplari Schudii *Belea* ponitur inter Nevernum & Condate: alia exemplaria id poſt Condate & Bridoburum ponunt. SIML.

NE-

DECETIA.	M. P. XXIIII.
NEVIRNVM.	M. P. XVI.
CONDATE.	M. P. XXIV.
BRIVODVRVM.	M. P. XVI.
BELCA.	M. P. XV.
CENABVM.	M. P. XXII.

SA-

NEVIRNVM M. P. XVI.] *Habet Regium exempl. Bland.* Nivernum M. P. XVI. *Neapol.* Nevurnum M. P. XV. *Longol.* Nivernium M. P. XVI. SVR.

NEVIRNVM.] Membranæ Cuſani *Nevurnum*, Pariſinae *Neivirnum*. *Noviodunum* eſt oppidum Aeduorum in Caeſaris L. VII. B. G. 55., ut viri egregii J. Scaliger & H. Valeſius vicerunt. Serior ætas *Nivernis* nomine uſa eſt, ut Charta regni inter Caroli M. filios partiaria An. IↃCCCVI. *Et de civitate Nivernis, quæ ſita eſt ſuper fluvium Ligerim:* dicta autem ita eſt a cognominis ſui fluvio in Ligerim influente. WESS.

CONDATE M. P. XXIIII.] *In Regio* M. P. XXIII: *& in reliquis* M. P. XXIIII. *Ptolemaeo in* Rhedonibus ad Ligerim Κονδάτε. *Severus Sulpitius de tranſlatione corporis S. Martini auctor eſt, apud* Condatenſem *diœceſis ſuæ vicum, exceſſiſſe è vita.* SVR.

CONDATE.] Neutrum *Condate* ex Suritae commentario huc referri poterit: prius poſt deinde ſuo loco habebimus; poſterius in Turonum finibus eſt, longe hinc diverſum. Hoc ad Autiſſiodorenſem diœceſim pertinet, confluentibus Ligeris & Noiani aquis accubans, & nomine *Coſne ſur Loire* notum. *Conada* Annal. Bertiniani, a Valeſio haud neglecti, An. IↃCCCLXVIII. vocant. Ceterum ad hoc attendi oportet, eſſe pluribus in Galliis & Britannia manſionibus hoc nomen; eas vero ad fluminum confluentes plerasque aſſidere; adeoque a vero non alienum videri, quod præter Valeſium plures arbitrati ſunt, *Condate* veteri Celtarum ſermone fluviorum conjunctiones confluentesque adſignificaſſe. WESS.

BRIDOBORVM.] Vel *Bribodorum*, vel *Briodorum. Briare.* SIML.

BRIVODVRVM.] Tabulæ conſenſio fecit, ut ceteris hoc præferrem: MS. Pariſinus *Bribodorum*, quod proxime a vulgato abeſt; Vaticanus & Cuſani codex *Bridoborum*, non bene. *Briva* in vocis compoſitione facile agnoſcitur, eſtque eadem ac *Briga:* cum autem Celtis *Dur* idem atque aqua ſit, patet Ligeris hoc loco trajectum, uti nunc eſt, & olim fuiſſe. WESS.

BELCA.] Ita plerique MSS. cum ſcripta Tabula, numeros itidem probante. *Belea* in Simleri edito conſpicitur. WESS.

CANABVM.] Forte *Genabum.* SIML.

CENABVM.] Codices, quos quidem noverim, univerſi *Canabum:* quod dedimus è Suritae conjectura eſt, ita cum de Geneva p. 349. ageretur & hoc loco & in Caeſaris Commentariis refingentis: firmat hanc ſuſpicionem Tabulæ *Cenabo*, & Strabonis L. IV. p. 191. Κήναβον; nam Γήναβον, ut vulgo legitur, a Xylandro venit: nec quicquam his omnibus Ptolemaeus diſcordat; tamen Caeſaris Græcus interpres L. VII. B. G. C. 3. Γένναβον πόλιν, & Jul. Celſus *Genabin oppidum*; ut uterque in Caeſaris Commentario VII. *Genabum* legiſſe videatur. De vero ejus ſitu non minus certamen eſt. Aimonius, Hugo Floriacenſis, Scaliger, Valeſius & plures eruditione præſtantes viri *Aurelianos* eſſe cenſuerunt. Contra eos venit auctor Diſſert. Hiſtoricarum, de quibus in ſuperioribus dicere memini, pugnatque acriter *Cenabum* eſſe *Gien* ad Ligerim; quod ipſum multis ante eum annis Paradino Burgund. Antiq. p. 183. fuerat viſum. Commode vero in nuperis Academ. Inſcript. Commentariis tom. IX. p. 376. Genabi ſive Cenabi patrocinium profeſſus eſt Vir Cl. Lancelotus, atque ex ſignatis in hoc Itiner. intervallis nullam, niſi Aurelianos, eſſe poſſe oſtendit; totidem enim Leugas noſtro quoque tempore inter Aurelianos & Brivodurum, interque eandem & Pariſios intercedere, quod Itiner. offert. Sequitur ergo, negligentiſſimos librarios non priore tantum ſed & hoc itinere M. P. præteriſſe, Leugis retentis, prætereaque M. P. ſummam imperite itineri præſcripſiſſe. WESS.

SA-

SALIOCLITA. M. P. XXIIII.
LVTICIA. M. P. XXIIII.

CAPVT GERMANIARVM.

A LVGDVNO ARGENTORATVM M. P. CCCXXV. Sic.

AL-

SALIOCLITA.] Vel *Solioclita.* Post hanc in Schudii exemplari tres mansiones ponuntur, quarum nomina sunt omissa: numeri distantiarum hi annotantur, M. P. XV., M. P. XXII., M. P. XXIII. SIML.

SALIOCLITA.] Excerpta MSS., quorum nobis usura est, nullum hiatum, uti neque Tabula, licet *Salioclita* ex ea exulet, agnoscunt. *Saclas* est, qua transibant olim Cenabo Lutetiam profecturi, Lanceloto indice. WESS.

LVTITIA.] Ita plerumque scribitur in MS. nostro, quamvis impressa exemplaria *Lutetiam* usitato more nominent. SIML.

LVTICIAM M. P. XXXIII.] *Exemplaria manuscripta hoc itinere, & aliis* Luticiam *semper præferunt. Ptolemaei libris* Παρισίων Λουτέκια, *quemadmodum & hoc cognominatur Itinerario. Ammianus libro* 15. *C.* 11. Parisiorum Castellum *adpellat, Julianus vero Augustus in Misopogone p.* 304. Ὀνομάζουσι δὲ οὕτως οἱ Κέλτοι τῶν Παρισίων τὴν πολιχνὴν: *cum Caesar* oppidi *cognomento decoret: & vetusta Commentarii* 7. *C.* 58. *exemplaria* Lutetiam *edunt.* SVR.

A LVGDVNO CAPITE GERMANIARVM, ARGENTORATVM] *In Regio* A Lugdunum caput Germaniarum Argentoratum M. P. CCCXXV. *Hoc iter à* Lugduno Batavorum *oppido ducitur, quod ut à* Lugduno, *à quo* Lugdunensis Gallia *nomen accepit, distingueret, à* Germaniæ capite *duci auctor commonstrat. Nam ita* caput Germaniarum *hoc loco accipi* Lugdunum *video, quemadmodum Plinius lib.* 3. *C.* 3. Segobrienses *caput* Celtiberiæ *nuncupavit, id est in superiore Celtiberiæ parte sitam eorum urbem. Id enim hic titulus itineris indicare videtur, iter ipsum à* Lugduno Argentoratum *duci, quo Germaniæ superior pars initium sumit. Nam Ptolemaeus regionem ab* Obrinco *flumine, alio nomine* Mosellæ *nuncupato, meridiem versus dici* Germaniam superiorem *testatur: in qua ab eodem* Obrinco Nemetum *civitates initium capiant: & ab eis in* Vangionibus Borbetomagus *&* Argentoratum *conlocantur;* Vangiones *enim* Germani *populi numerantur,* Tullensibus *&* Metensibus *finitimi: Ptolemaeo* Λουγόδεινον Βαταυῶν. SVR.

CAPVT GERMANIARVM.] Sic è Vaticano, qui *CAPVT GERMANIARVM a Lugduno*, scripsi; neque aliud ceteri voluisse videntur, cum singulari consensu *Caput Germanioaum*, quamquam Lugduno postponentes, præferunt, non sane facturi, si Lugdunum Germaniarum esse caput, docere voluissent. Capita regionum & provinciarum principes earum urbes sunt: eo modo *Antiochia caput Syriae* Claudiano L. II. Eutrop. 571., & κεφαλὴ καὶ μήτηρ πόλεων τῶν ὑπὸ τὴν Ἑωκειμένων Chrysostomo Homil. III. ad Antioch. p. 36. Ed. N. Emerita *Lusitanorum caput oppidorum* Prudentio Peristeph. IV. 37. Larissa *caput Thessaliae* Livio L. XLII. C. 47. Corduba *caput provinciæ* Auctori Bel. Hisp. C. 3., aliæque aliis urbes, quarum exempla Savaro comportavit ad Sidonium L. IV. Ep. 25. Hoc sensu Lugdunum Batavorum Germaniarum caput nunquam fuit: non me quidem fugit eundem Savaronem ad Sidon. L. V. Ep. 8. *Lugdunensem Germaniam*, cujus Apollinaris ea epistola meminit, ab hac Lugdunensi urbe dictam arbitrari: sed ea erroris plena opinio est. *Lugdunensem Germaniam*, ut bene J. Sirmondus, Burgundiam Sidonius appellat, quod Burgundi originis essent Germanicæ, & Lugdunum illi regioni caput esset. *Caput Germaniarum* hoc loco, sicuti Had. Junius Bataviae suæ p. 264. dudum monuit, earum est initium; quemadmodum Massilia *in capite Galliarum* Actis S. Victoris C. 2., & Juliopolitani *in capite Bithyniae* Plinio L. X. Ep. 81. & Gades *in capite Baeticae* Solino C. 23. fuisse traduntur. Si tamen MSS. plurium consensus quem moveat, ut *a Lugduno caput Germaniarum* altero melius existimet, cum eo equidem pugnare nolim: poterit Tabula scripta, quæ ex Provincia egressa *Lugdunum caput Galliarum* offert, sese tueri: nec alia tamen è verbis sententia exsurget. Utcunque ceciderit, facile carebi-

ALBINIANIS.	M. P. X.
TRAJECTO.	M. P. XVII.
MANNARITIO.	M. P. XV.
CARVONE.	M. P. XXII.
HARENATIO.	M. P. XXII.

BVR-

rebimus Pontani in Discept. Chorograph. C. 38. invento, *A Lugduno, Caput Germaniarum Argentoratum*, & altero P. Bertii L. I. German. p. 209. *A Lugduno, ad caput Germaniarum Argentoratum:* uterque Argentoratum Germaniarum caput faciunt, quo titulo & dignitate ea urbs nunquam se jactare potuit. WESS.

LVGDVNVM.] *Leiden. Albinianis* vel *Albimanis. Alfen.* SIML.

ALBINIANAS M. P. X.] *In Regio* Albanianis M. P. X. *& in reliquis* Albinianis M. P. X. Albinianae *nota in eo tractu esse possunt iis, qui medias esse videant, inter* Lugdunum, *&* Trajectum urbem *dictam, quòd eo loci veteris* Rheni *trajectus esset inferior, in Batavis.* SVR.

ALBINIANIS.] Ita nostri; tamen incertum est, hoccine an Regii MS. *Albanianis* verius sit: Tabulæ *Albamanis* posterius firmat, quippe ex *Albanianis* ortum. Non ignoramus, quæ de Albino & Alpheno Had. Junius Batav. p. 268. fuerit suspicatus; nec item J. Car. Spenerum L. VI. Notit. German. C. 5. pronuntiasse, certum videri ab *Albino*, quem Commodus ad Frisios compescendos apud Capitolin. in Albino C. 6. misit, castra hæc *Albiniana* nomen traxisse: sed hæ meræ & dubiæ sunt suspiciones: æque enim ab *ALBANIO*, quicunque fuerit, ac Albino dici potuerint. Cl. certe Spenerus, si ab Ampl. Altingii, quem ob oculos habebat, modestia exemplum sumpsisset, multo navigasset cautius. WESS.

TRAJECTVM.] *Utrecht.* SIML.

TRAJECTO.] Antiquissima hæc amœnissimæ urbis mentio est. *Castrum Trajectum, vicum Trajectum, urbem Trajectum* vetera Diplomata apud Hedam appellant: *Vetus* quoque *Trajectum*, ut Annal. Bertin. An. IↃCCCXXXIV. *Trajectum, antiqua civitas* Ludgero in vita Gregorii Trajectini; *urbs, quæ dicitur Trecht* Willibaldo & Otholono in Histor. Bonifacii: unde colligas, *Trajectum* in patrii sermonis *Trecht* fuisse inflexum; cum autem *vetus Trajectum* vulgo vocaretur, priore vocabulo suæ linguæ consuetudine verso, *Oldtrecht*, &, liquida, ut in multis fieri assolet, extrita, *Utrecht* Belgæ appellarunt. Esse vero satis id vetustum Annal. Bertiniani An. IↃCCCLXX. ostendunt, Ludovico ex Lotharii regno *Coloniam, Treveris, Utrecht, Basulam* aliasque urbes cessisse tradentes. Vid. Willibrord. Bosschaerts Dissert. XVI. de Fris. Apostol. WESS.

MANARICIO.] *Maurik.* SIML.

MANNARITIO.] Sic veterrimi MSS. De situ a Simlero nihil Ph. Cluverius L. II. G. A. C. 36. diffidet, reclamante M. Altingio, cui, quod nihil ruderum Romanorum eo loci, quem uterque signaverant, duret; multa vero eruantur circa Wiltaburg Vechtamque, placuit X. M. P. spatio detractis Mannaritii sedem ibidem figere; quæ mihi non satis prægnans videtur, ut contra omnium librorum consensum quippiam mutatum velim, caussa. WESS.

CARVONE.] *Graffen an der Maas.* SIML.

CARVONEM M. P. XXII.] *In Regio* Carvone M. P. XVI. *Blandinianum & Longolianum* Carvone M. P. XXII. *Neapolitanum* Carnone M. P. XXV. *Gregorius Turonensis libro ii. C. 9.* Hostes onusti præda Rhenum transiere &c. & multis Francorum ad Carbonariam ferro peremptis: *& haud scio an ad hanc pertineat mansionem.* SVR.

CARVONE.] Quæ H. Surita de *Carbonaria Silva* adfert, ea Carvonem illustrare apta non sunt: ea enim silva longissime hinc fuit inter Mosam Scaldimque disjuncta. Cluverius nominis quadam similitudine allicefactus Jos. Simlero assentitur & *Gravam* ad Mosam esse decernit. Cum tamen hoc iter secundum Rheni ripam ducat, difficilis & nimius is saltus est ad Mosam, ut post M. Altingium Ch. Cellarius animadvertit. Verius Altingius circa *Rawyk* Carvonis vestigia quæsivit: sunt fateor numeri justo ampliores; nec longe tamen a vero aberunt, si Regii MS. XVI. M. P. recipiantur. WESS.

HARENACIVM] *Supra hujus & sequentis*

BVRGINATIO.	M. P. VI.
COLONIA TRAJANA.	M. P. V.
VETERIBVS.	M. P. I.
CALONE.	M. P. XVIII.
NOVESIAE.	M. P. XVIII.
COLONIA AGRIPPINA.	M. P. XVI.
BONNA.	M. P. XI.

AN-

mansionis nomina describuntur, pag. CCLVI. *nullis adjectis numeris, sed* Legionum *stationis, quæ iis in locis erant constitutæ.* Herenacium *hujus itineris manuscripti libri aspirant.* SVR.

HARENATIO.] Cusani codex XII. tantum M. P. addit, & cum Simleri edito & scripto Parisino *Herenatio* præfert, Tabula *Arenatio* edente. Nominis & situs non magna differentia plures impulit, ut *Arnhemum*, nobilem Geldriæ urbem, esse existimarent. Vid. Cluverium L. II. G. A. C. 36. Verum his manifesto Itineraria obstant, quorum scripta Tabula X. M. P. Noviomago, XI. vero M. P., prorsus ut hoc itinere, a Colonia Trajana removet; quare, cum ea Colonia sit *Kellen*, apertum est, medium fere spatium inter Trajanam coloniam & Noviomagum olim occupasse, & X. circiter M. P. ab Arnhemo afuisse. Vici *Aert* & *Herwert* non multum, quod Amp. Altingius in Notit. Batav. admonuit, dissonant. WESS.

BVRGINATIO.] Jos. Simlerus in superioribus *Cranenburg* esse ajebat, quem itineris ordo satis confutat. Ph. Cluverio Quadriburgum Ammiani L. XVIII. C. 2. & Burginatium idem est, situm extra Batavorum insulam ad lævam Vahalis ripam. Mihi Ampl. Altingii probabilior visa est sententia, Burginatium in principio Batavorum insulæ, ubi a Schenkio dictum munimentum, quærentis. Quod vero Quadriburgium & Burginatium idem esse largitur; quin etiam rem eandem notare: hoc enim veteri Germanorum sermone *Waterburg*, ex quo *Quadriburgium* formarint, significare; id equidem acutum nimis atque arcessitum putavero. Oportet enim eodem tempore *Quadriburgii* & *Burginatii* nominibus locus fuerit insignis, quorum alterum Ammianus, alterum Itineraria servarint; quod an vincere vir Ampl. possit, haud sane scio: nam quæ probabilis variati nominis caussa? esset utique aliqua, si a turribus munitique loci natura Quadriburgii cognomen duceretur; quomodo Justinianus natale solum τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα, καὶ γωνίᾳ ἑκάστῃ πύργον ἐνθέμενος, Τετραπυργίαν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε apud Procopium L. IV. de Fabr. C. 1. Atque hinc in ipsa Pannonia *Quadriburgium* Notit. Imp. Occid. novit. Itaque tutius erit *Burginatium* & *Quadriburgium* distinguere. WESS.

COLONIAM TRAJANAM M. P. V.] *Ptolemaeus* Legionis Trajanæ *meminit, & inter* Bonnam & Maguntiacum *constituit.* Vlpium *vero* Trajanum *arcem suo nomine constituisse, haud longe à* Moeno Rhenoque *fluminibus ferunt, quæ* Trajani arx *appellata sit.* SVR.

COLONIA TRAJANA.] MS. Parisinus *Colonia Trojana*, male. Solis Itinerariis memoria hujus coloniæ debetur; nam *munimentum, quod in Alamannorum solo conditum Trajanus suo nomine voluit appellari* apud Ammian. L. XVII. C. 1., quodque huic comparavit Lindenbrogius, aliud est, ut *Alamannorum solum*, a quo longius absumus, ostendit. Nominis vestigia, ut alias dictum est, in *Coln* sive *Kellen* perdurant. Quod vero in Gundlingianis suis part. III. p. 245. vir doctus suspicatur, *coloniam* hanc Longobardorum ætate *Golandiam* ex Paulli Diaconi L. I. Rer. Longob. C. 13. fuisse appellatam, id veterrimi codices, qui *Rogulandiam* & *Rugulandiam* præferunt, manu nos ad Rugios eorumque sedem ducentes, abunde confutabunt. WESS.

VETERA M. P. I.] *Habet Regium exemplar, & in reliquis deest numeri nota. Supra* Vetera castra *cognominantur, & hoc loco tantum* Vetera: *quemadmodum apud Ptolemaeum à* Batavoduro Ὀυέτερα *in inferiore* Germania. SVR.

VETERIBVS M. P.] Ita sine M. P. numero vetusti libri; idem de suis Pighius prædicat Herc. Prodicii p. 24. *Nec in ullis*, inquit, *exemplaribus, quæ plura antiqua vidi, inter Vetera & Vlpia vel Coloniam Trajanam situs aliam distantiam*

ANTVNNACO.	M. P. XVII.
CONFLVENTIBVS.	M. P. IX.
VINCO.	M. P. XXVI.
NOVIOMAGO.	M. P. XXXVII.
TREVEROS.	M. P. XIII.
DIVODVRVM.	M. P. XXXIIII.

PON-

tiam annotatam invenio, quam M. P. M, id est, milliare plus minus. Hinc vero cogit, Trajanum coloniam suam & castra huic juncta Veteribus ad unius milliaris spatium vicina constituisse; cui sententiæ ex Regio Suritae qualecunque robur accedit; nec validum tamen: infringitur enim a Tabula, quæ Coloniam Trajanam XL. M. P. a Veteribus disterminat, gravi quidem peccato, sed facile, modo observetur, ex XV., ductu dextro literæ V. in planum inclinato, nata esse XL. M. P., eluendo: atque hoc situs, qui *Coln* & *Santen* disjungit, ut Ph. Cluverius L. II. G. A. p. 91. & M. Altingius itidem viderunt, expostulat. WESS.

CALONEM M. P. XVIII.] *Supra hujus mansionis mentio facta est, in qua* Leg. VIIII. & ala, *constitutæ sunt.* SVR.

NOVESIAE.] Hoc Simlerus edidit & a vetustis MSS., qui mox *Coloniae Agrippinae, Bonnae*, præter Vaticanum tamen, in quo *Bonna*, probatur. WESS.

ANTVNNACVM M. P. XVII.] *Vide Ammianum L.* 18. *C.* 18. SVR.

CONFLVENTES M. P. VIIII.] *In Regio* Confluentibus M. P. VIII: & *in reliquis* Confluentibus M. P. VIIII. *Hi* Confluentes *sunt fluminum* Rheni, & Mosellae. *Ammianus lib. XVI. C.* 3. Ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Caesaris in Gallias adventum excisam: per quos tractus, nec civitas ulla visitur, nec castellum: nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Mosella confunditur Rheno, Rigodulum oppidum est, & una prope ipsam Coloniam turris. *In Notitia Provinciarum sub dispositione Ducis Maguntiacensis, Praefectus militum defensorum* Confluentibus. SVR.

CONFLVENTIBVS.] Venantius Fortunatus L. X. Carm. 9. de navigio suo:

Tum venio, qua se duo flumina conflua jungunt,
Hinc Rhenus spumans, inde Mosella ferax.
WESS.

VINCVM M. P. XXVI.] *Manuscripta & Long.* Vinco M. P. XXVI. & *mihi res dubia est, an* Vico *legi debeat, & sit* Vicus Julius, *cujus in Notitia Provinciarum fit mentio sub Dispositione ejusdem Ducis. Ita enim in ea recensetur: Praefectus militum Anderecianorum* Vico Julio. SVR.

VINCO.] Ordo itineris *Bingio* requirit, estque ita a Ph. Cluverio & aliis emendatum. Nam *Vicus Julius*, quem Surita ex Notitia Imp. Occid. advocavit, ante Noviomagum Nemetum ponendus est; & *Vinci* reliquias, a Frehero ad Ausonii Mosellam ℣. 454. in *Winneberg* quæsitas, superiora itinera non ferent. WESS.

NOVIOMAGVM M. P. XXXVII.] *In Regio auferendi casu* M. P. XXXVII. & *in Neapol. Blandinianum & Longolianum* M. P. XXIIII. *Hic* Noviomagus, *regionis* Nemetum *est.* SVR.

NOVIOMAGO.] Non recte hoc ab H. Surita in Nemetibus est quæsitum; id, quod in Treveris erat, intelligitur, veteris cognominis reliquias ad Mosellam in *Neumagen* servans. Ausonius Mosel. ℣. 11.

Nivomagum, divi castra inclyta Constantini.

Plura hoc titulo oppida fuisse notissimum est, fere signis additis distincta, uti *Neomagum in Batua* apud Rheginonem An. IↃCCCVI.; ubi jocularis est error nuperi commentatoris, *Batuam* ex Gallorum sermone de navi explicantis: cogitasset, quæ ad An. IↃCCCLXXXV. adscripsit, & hujus errati fuisset immunis. WESS.

DIVODVRVM M. P. XXXIIII.] *In Regio* Divodorum M. P. XXIIII. & *reliqua* Divodorum M. P. XXXIIII. SVR.

PONTE SARVIX.	M. P. XXIIII.
ARGENTORATO.	M. P. XXII.
A TREVERIS AGRIPPINA.	LEVGAS LXVI.
BEDA VICVS.	LEVGAS XII.
AVSAVA VICVS.	LEVGAS XII.

EGO-

PONTE SARVIX.] Vel *Sarnix. Sarbruggen.* SIML.

PONTEM SARVIX M. P. XXIIII.] *Manuſcripta* ponte Sarvix M. P. XXIIII. *& in Longoliano* Ponie Sarnix M. P. XXIII: *cujus manſionis rationem aſſequi non poſſum in tanto exemplarium conſenſu.* SVR.

PONTE SARVIX.] Conjuraverunt in mendoſa voce librarii. Rectum eſt, Tabula indice, *Ponte Saravi:* flumen enim, cui *die Sahr* nomen eſt, cum Auſonio Itineraria *Saravum*, alii *Saram* & *Sarram* vocant. Vid. præter Illuſt. Scaligerum Freherum ad Moſel. v. 367. Tabula, quæ ampliores numeros edit, hos vitioſos eſſe docet. WESS.

ARGENTORATVM M. P. XXII.] *In Regio & Neap.* M. P. XXII. *Blandin. & Longol.* M. P. XXV: *ſed in hoc* XXII. *corrigitur.* SVR.

A TREVERIS AGRIPPINAM LEG. XVI.] *In Regio*, A Treveros Agrippina Leg. LXVI. *In Blandiniano*, A Treveris Agrippinam Leug. LXVI. Sic. *& in Neapolitano*, A Treveros Agrippina in Leg. LXVII. Sic. *In Longol.* à Treveris Agrippinam Leg. XVIII. Sic. *ut numerum legionis Agrippinae conſtitutæ, quæ* XVI. *erat, ut infra apparet, in numerum ſummæ hujus itineris converterint: quaſi* manſionibus *numeri adderentur, non* legionibus: *quare nos & titulum itineris, & legionum numeros ex eisdem exemplaribus concinnavimus.* SVR.

A TREVERIS AGRIPPINA.] H. Surita a propoſito non deflectit; ego *Leugas* revocavi; licet productius ita ſpatium fiat, quod Treveros & Agrippinam ſejungit; neque enim a MSS. diſſentire animus eſt. Ph. Cluverius L. II. G. A. p 65. in *Leugarum* locum *M. P.* ſubſtituit: recte quidem, ſi diſtantiæ habeatur ratio; ſed cum plurima in hoc libello turpiſſime ſint fœdata; credibile fit, notas M. P. a librariis fuiſſe neglectas, & Leugas in eorum locum migraſſe, Leugis ipſis, quæ M. P. fuerant poſtponendæ, præteritis: habebimus ipſo hoc itinere exemplum, ſuſpicionem eam adfirmans. WESS.

BEDAM VICVM LEG. XII.] *In Regio* Leda Leg. XII. vicus *legitur*, *in reliquis* Beda vicus Leg. XII. SVR.

BEDA VICVS.] Dictus hinc *pagus* eſt *Bedenſis* in Teſtam. Willebrordi; *Pagus Pedonis* Hiſtor. Trevirens. in Spicil. D'Achery p. 208. N. E., pro quo male *pagus Hedonis* Geſt. Trevirens. C. 26., quæ Leibnitius tom. I. Acceſ. Hiſtor. dedit. *Bedagowa* Annal. Bertin. An. IↃCCCLXXX. Nunc in *Bidburg* veſtigia durant. WESS.

AVSAVA VICVM LEG. XII.] *In Regio* Auſaba Leg. XII. vicus. *& in Bland. & Longol.* Auſava vicus Leg. VII. *Neapolit.* Auſava vicus. Leg. VIII. SVR.

AVSAVA.] *Auſana* Simlerus, nec diſſident Cuſani membranæ, quæ & Leug. VII. addunt: ceteri *Auſava* cum Tabula, M. XII. probante. Prius M. Altingius præfert, ut ab *Hauſen*, voce Germanorum, junctas domos notante, repetatur; quod ſane quam dubium eſt. Cluverio eſt *Palleſcheid*, Ekhardo Diſſert. de Apolline Granno vicus *Oes*, opinione non ſpernenda. WESS.

EGORIGIO VICVS.] Tabula *Igorigio* M. P. XII. Ph. Cluverius ſium ejus in *Ruid* quæſiſivit; Altingius in *Jonkeraid*: Ekhardus, ut *Kerpen* ſit, ſine cauſſa *Egoripium* emendat. Huc refero lapidem, quem Crombachius Woringae infra Coloniam effoſſum tradit.

IN. H. D. D.
DEAE REGIN.
VICANI SE
GORIGIENSES

ut vicus *Egorigium* & *Segorigium*, ut *Epoiſſum* & *Sepoiſſum*, pluraque hujus generis, ſit dictus. WESS.

MARCOMAGO VICVS.] Vel *Mariomagum vicus.* Poſt Marcomagum deeſt nomen manſionis. Schudius *Areburicum vicum*, *Arnberg*, reponit. SIML.

MARCOMAGVM LEG. XII.] *In Regio* Marcomago Leg. VIII. *In Bland.* Marcomago vicus M. P. LVIII. Leg. XXVIII. *Et Neapolit. & Lon-*

EGORIGIO VICVS. LEVGAS XII.
MARCOMAGO VICVS. LEVGAS VIII.
BELGICA VICVS. LEVGAS VIII.
TOLBIACO VICVS SVPERNORVM. LEVGAS X.
AGRIPPINA CIVITAS. LEVGAS XVI.

ITER

& Longol. librarii ex ea manſione duas commenti ſunt, unam Marcomago vicus Leg LVIII. *Alteram ſine nomine manſionis lacunam vacuam relinquunt, & adjiciunt ei,* Leg. XXVIII. *In hac manſione deſtituimur à Regio exemplari: in quo reliqua omnia hujus Itinerarii deſunt: in qua re magna jactura facta eſt.* SVR.

MARCOMAGO VICVS.] Numeros Regii MS., quod & Tabulæ VIII. ineſſent, retinendos cenſuimus: ceteris in libris magna varietas eſt. Vaticanus *Marcomago vicus M. P. LVII.*, alii *Marcomago vicus Leg. LVIII.* & ſtatim alio verſu, nulla præpoſita manſione, *Leug.* ſive *Leg. XXVIII.*; quæ mihi differentia nata videtur, quod primitus M. P. & Leugae hoc itinere eſſent ſignata: nam nihil hic deeſſe, Tabula argumento eſt numeros poſt hanc manſionem ſervans, ſed nominibus caſſos. Cenſet autem Ph. Cluverius L. II. G. A. p. 85. Marcomagum & Marcodurum Taciti L. IV. Hiſt. C. 28. eundem eſſe vicum; cumque hic ad Ruram nunc *Duren* appelletur, in eo Marcomagi ſitum figit: neque obeſt illi diverſa vocis productio; nam *magum* & *durum* in ejuſcemodi compoſitionibus rem eandem, oppidaque fluviis appoſita indicare. Mihi, ut libere dicam, hæc non videntur vera: ut enim taceam, Tulpiacum hac ratione pæne præteriri, cui probabitur, eadem tempeſtate duplici nomine urbem fuiſſe? quis porro eſt, qui Marcodurum Marcomagi nomine ornaverit? non eſt ejus in Francorum rebus obſcura memoria; nec tamen, niſi truncata voce, appellare ſolent, ut Saxo poëta Annal. Caroli M. An. IↃCCLXXV.

Quippe duces, omnisque ſimul delecta juventus
Ad DVRIAM vicum properant.

mitto alia, quæ in Mabillonii L. VI. R. Dipl. p. 495. & L. IV. p. 211. obvia ſunt. Verius ergo *Marmagen* ſive *Marcmagen*, cum ob nominis ſimilitudinem tum ſitum putatur. WESS.

BELGICA.] Vel *Belgia. Bullingen.* SIML.

BELGICAM LEG. VIII.] *Blandinianum & Neapolitanum* Belgica Leg. VIII. *& Longol.* Belgia Leg. VIII. SVR.

BELGICA.] Vaticanus *Vicus Belgica Leugas VIII.*, ceteri *vici* nomen ſpreverunt. De ſitu diſputantem vide Ph. Cluverium L. II. G. A. C. 7. mihi non omnia ſunt liquida. WESS.

TOLPIA SVPENORVM.] Vel *Tolbiaco vicus ſupernorum. Zulg.* SIML.

TOLBIACVM VICVM SVPENORVM Leg. X.] *In Blandiniano* Tolbiaco vicus Supenorum Leug. X. *& in Neapolitano* Tolpiaco vicus Supemorum Leg. X. *& in Longoliano* Tolbiaco vicus Supernorum Leg. X. Tolbiaci *mentio fit à Tacito libro 4. Hiſtor. C. 79.* Tolbiaci, *inquit*, in finibus Agrippinenſium agebat. SVR.

TOLBIACO.] *Vicus Supenorum* Vaticanus; Pariſini *vicus Supernorum*; unde Colerus ad Taciti citatum a Surita locum *Gugernorum vicus* legit: videamus quam commode. Tacitus *Tulpiacum* in finibus Agrippinenſium locat: *Gugernos* vero infra Geldubam, quæ Ubiorum postrema, L. IV. H. C. 26. Non poteſt ergo *Tulpiacum* Gugernorum eſſe, utpote in Ubiis poſitum. Accedit Plinius, qui L. IV. C. 17. *Gubernos*, ſic eſt in Harduini & vetere Pariſina editione, inter *Ubios* & *Batavos* agnoſcit. Ergone Tolbiaco *vicus Ubiorum* cum Cluverio erit refingendum? qua quidem ratione ſuæ genti vicus relinquitur; ſed nimium receditur a MSS. veſtigiis. Itaque *vicus ſupernorum* meliusne ſit vide; ut innuatur *ſupernos infernosque* cauſſa ſitus fuiſſe Ubios; quomodo *ſupernates* & *infernates* in Italia Vitruvius L. II. C. 10. habet. Ceterum Tolbiaci celeberrima in rebus Francorum veterum memoria eſt: exempla Valeſius in Notit. Gal. habet, facile aliis accumulanda, ſi quæ neceſſitas foret. Id potius moneamus, Taciti MSS. *Gugernos* & *Cugernos* edere; poſterius autem verum videri & Plinio reddendum ob lapidem Edinburgenſem, qui *COH. I. CVGERNOR.* in Britannia Roman.

ITER A TREVERIS ARGENTORATO. M. P. CXXIX. Sic.

BAVDOBRICA.	M. P. XVIII.
SALISSONE.	M. P XXII.
BINGIO.	M. P. XXIII.
MAGONTIACO.	M. P. XII.
BORBITOMAGO.	M. P. XVIII.
NOVIOMAGO.	M. P. XVIII.
ARGENTORATO.	M. P. XVIII.

ITER

L. II. C. 3. p. 203. inſcriptus eſt. WESS.

M. P. CXXVIIII. Sic.] *In Blandiniano* M. P. CXXVIII. *& in Neapolitano* M. P. CXXVII. *& in Longoliano* M. P. CXVIIII. *&* CXXVIII. *corrigit, cum numeri ipſarum manſionum Blandiniani exemplaris ſummam conficiant* M. P. CXXVIIII. SVR.

BAVDOBRICA.] Vaticanus *Baudo brigra.* Habuimus p. 254. aliam hoc nomine, quam vulgo eandem exiſtimant; ſed vetat itineris ordo: illa, quæ Tabulæ *Bontobrice* dicitur, M. P. XVIII. Bingio aberat; nec hæc eſſe poterit, niſi ſi per ambages & varios anfractus hoc iter ducere proficiſcentem velis; quis enim, qui Treveris Bingium cogitet, ſine neceſſitate Confluentes adibit? Videtur ergo in mediterraneis fuiſſe. Sitne vero corruptum ejus nomen, quod Cl. Cellario L. II. Geogr. Ant. C. 3. p. 320. viſum fuit, quoniam credibile non fit, in tractu haud ampliſſimo duas fuiſſe Baudobricas, exploratum nondum habeo. Conſtat ex variis Itinerarii locis inſolens non eſſe, ut in vicinia ſimili nomine manſiones inveniantur. WESS.

SALISSONEM M. P. XXII.] *Blandinianum, & Neapolitanum* Saliſſone M. P. XXII. *& Longolianum* M. P. XXI. *Ammianus libro XVI. C. 2.* Audiens itaque Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Saliſonem, Nemetas, & Vangiones, & Magontiacum civitates barbaros poſſidentes, territoria eorum habitare &c. SVR.

SALISSONE.] *Saliſo* Ammiani in Alſatia fuit, nihil, ut dictum alias, a Saletione discrepans. Hanc Ph. Cluverius L. II. G. A. p. 57. in *Veſaliam* mutat, & *Oberweſel* eſſe decernit. Ego vero corrigendi illam pruriginem, a MSS. damnatam, non fero; tanto minus quod hæc in mediterraneis fuerit, atque alia a ſignato Cluveriano loco. WESS.

BINGIVM M. P. XXIII.] *Blandinianum* Bingio M. P. XXIII. *Neapolitanum* M. P. XXII. *Longolianum* M. P. XXIII. *&* XXII. *corrigit.* SVR.

BINGIO.] Simlerus *Vingio M. P. XXIII.* Baſileae edidit. MS. Pariſinus & Cuſani *Vingio* M. P. XXII. WESS.

BORBITOMAGO.] *Brotomagum* a Surita venerat, contra veteres libros. Vaticanus M. P. XVII. appoſuit. WESS.

ARGENTORATO.] Membranæ Cuſani & quibus Simlerus uſus eſt M. P. XVIIII. WESS.

A COLONIA TRAJANA.] *Trajani* Baſileenſis editus cum ſcriptis Vaticano & Cuſani. *Trajana* tamen Pariſinus. In M. P. nulla eſt differentia, quamtumvis juſta ſit inferior ſumma. Ampl. Altingius in Notit. Bataviae p. 124. CXXI. M. in LXXI. a negligente librario verſa arbitratur. Forte & hic, quod ante, commiſerunt, & Leugarum ſummam & numeros manſionibus reliquerunt, M. P., ut ſupervacaneis, præteritis. WESS.

MEDIOLANO.] Vicus juxta *Moſam. Metler.* SIML.

MEDIOLANVM M. P. VIII.] *Plures hujus nominis urbes terræ* Galliæ *reperimus, præter celebrem illam* Tranſpadanæ *regionis urbem, quam* Inſubres *condidere: Nam* Mediolani Aulercorum, *&* Mediolani Santonum *urbium infra fiet ab Antonino mentio. Hæc cui cognomentum non adjicitur, inter* Germaniæ *urbes à Ptolemaeo commemoratur.* SVR.

MEDIOLANO.] Cluverio vicus eſt *Moyland* VI. circiter M. P. a Colonia Trajana, conjectura, ſi nominum ſpectes ſimilitudinem, non ſpernenda. De Ptolemaei *Mediolano* Notit. Batav. p. 94. Altingii vide. WESS.

SABVLONIBVS.] *Sambek* vicus. SIML.

SABLONIBVS.] Ita MSS. E re ipſa nomen indi-

ITER A COLONIA TRAJANA COLONIAM AGRIPPINAM. M. P. LXXI. Sic.

MEDIOLANO	M. P. VIII.
SABLONIBVS.	M. P. VIII.
MEDERIACVM.	M. P. X.
TEVDVRVM.	M. P. IX.
CORIOVALLVM.	M. P. VII.
JVLIACVM.	M. P. XII.
TIBERIACVM.	M. P. VIII.

COLO-

inditum est: a jejuno fabulone, pro quo *Sablonem* dixerunt. Althelmus Laud. Virgin. *v.* 171.

Squalidus ut sablo spreti sub cespite ruris.

De situ lis est: Ph. Cluverius eum *int' sand*, prope oppidum *Straelen*, M. Altingius in *Sandhof* invenit. WESS.

MEDERIACO.] *Mierle.* Theudurum, *Tutderen by Sittart*, *vicus.* SIML.

MEDERIACVM M. P. X.] *Habet exemplar Blandinianum. Neapolitanum* Mederiacum M. P. X. *Longolianum* Mederiacum M. P. X. *&* Mederiaco *corrigitur.* SVR.

THEVDVRVM.] In hujus sede figenda plerique omnes Simlero assentiuntur. Barthius tamen L. XLVI. Adv. C. 1. *Theudurum* & *Duriam*, non sine errore eandem censet: *Marcodurum* enim sive *Duria* longius hinc abest, situm ad Ruram supra Juliacum tenens. *Mederiacum*, quod præcessit, Cluverio vicus est *Swalm.* WESS.

CORIOVALLVM.] *Falkenburg.* SIML.

CORIOVALLVM M. P. VII.] *Habent Blandinianum, & Longolianum. Neapolitanum* M. P. VI. SVR.

CORIOVALLVM.] Tabula *Cortovallio.* De situ cum Simlero eadem sentit Ph. Cluverius: Wendelinus ad Leg. Salic. *Drelenborg* Coriovalli locum possidere arbitratur; ab utroque diversus abit M. Altingius, ejusque situm in valle haud multum a Trajecto ad Mosam, ubi vicus est *Keyer*, figit, nec male pro suis rationibus. Quia vero numeri omnium consensu sunt pravi, malui discordantes eas opiniones adscribere, quam quidquam finire. WESS.

JVLIACVM M. P. XII.] *Ammianus libro xvii. C.* 2. Remos Severus, magister equitum per Agrippinam petens, & Juliacum. Vbiorum *hoc oppidum est.* SVR.

JVLIACVM.] Vaticanus sexto casu effert: numeros Tabula firmat; quamquam alio itinere X. M. signentur. Eginharto in Translat. S. Marcellini C. 6. *Juliacus, antiquum municipium, a vico Aquensi VIII. Leucarum spatio disparatum.* Id dubium est, unde nomen illi adhæserit: Ph. Cluverio a Julia Agrippina, Neronis matre, L. II. Germ. A. C. 17. repetit: Gobelinus Persona a Julio Caesare Cosmod. Aetate VI. p. 171. *Idem Julius*, inquit, *cum in partibus Galliarum esset, præsidium quoddam fecit, quod a nomine suo Juliacum dictum est, & a vulgo corrupto nomine Guleke dicitur, situm inter Coloniam & Aquisgranum*; quæ habere potuit ex Witekindo Corbeiensi L. II. princ. *Est autem locus ille*, dixerat de Aquisgrano, *proximus Julo, a conditore Caesare Julio cognominato:* nam *Julum*, si tamen sanum est vocabulum, appellat, quod Juliacum alii: sed hæc evolvi ita non possunt, ut ad certum deveniant. WESS.

TIBERIACVM M. P. VIII.] *Videtur* Forum Tiberii *designare, cujus Ptolemaeus meminit, ut* Helvetiorum *urbis, quæ Rhenum attingit.* SVR.

TIBERIACVM.] Non satis caute H. Surita ingenii viribus usus est, cum *Forum Tiberii* ex Helvetiis in Ubios transtulit: illud *forum* multis idem ac *Caesaris solium* sive *Keysersthul* videtur, quamquam invito Guillimanno, quem L. I. R. H. C. 3. vide. Tiberiacum eo putatur fuisse situ, quo *Berchem*; imo vero ex *Berchem* nova quadam metamorphosi Romanos *Tiberiacum* formasse Ph. Cluverius conjectat; quod an aliis sit persuasurus, nescio; mihi non placet: *Tiberiaci* enim nomen manifesto, ut *Juliacum* ad Julium

COLONIA AGRIPPINA. M. P. X.
ITER A PORTV GESSORIACENSI BAGACVM VSQVE. M. P. LXXXIII. Sic.
TARVENNA. M. P. XVIII.
CASTELLO. M. P. VIIII.
VIROVIACVM. M. P. XVI.
TVRNACVM. M. P. XVI.
PONTE SCALDIS. M. P. XII.
BAGA-

Julium Juliamve, ad Tiberium, quicunque fuerit, ducit. Porro *Tibenacum* vitio errantis calami Cusani codex. WESS.

ITER A PORTV GESSORIACENSI.] *Blandinianum & Longolianum exemplar*, Gesorienſi. *Neapolitanum*, Geforigenſi; *ut haud dubie à* Geſſoriaco, Geſſoriacenſi, *ſit ſcribendum: atque hic idem auctor in Itinerario maritimo* Geſoriagenſem portum *inſcribet.* SVR.

ITER A PORTV.] Vaticanus, *Item a portu Geſorigenſi*, neque aliter Pariſinus: Cuſani membranæ, *Geſorienſi:* pejus Simleri editus, *a portu Geforigenſi.* Verum & juſtum eſt, quod ſequimur. WESS.

TARVENNAM M. P. XVIII.] Tarvenna *habet Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano* Tarvenne. *Ptolemaeo in* Morinis *mediterraneis* Ταρουάννα. *Nunc nomen retinet.* SVR.

TARVENNA.] Tabulæ *Tervanna:* Actis S. Scaribergae C. 1. *Morinorum metropolis Teruanna: Urbs Taruenna* in Vit. Wandregisli C. 3.; *urbs Taruvannica* Act. S. Treverici C. 1. Nunc in ruinis jacet, a Carolo V. An. CIↃIↃLIII. exciſa, qua de re Thuanus principio L. XII.; ejus autem veterem poſituram atque opera, quibus ab Imp. Carolo fuit circumdata, expicta nuper monachi Benedictini dederunt in Itiner., quod Literarium inſcripſerunt, tom. II. p. 181. WESS.

CASTELLVM M. P. VIII.] *Ptolemaeo in* Menapiis *poſt* Moſam *fluvium* Κάστελλον. *Ammianus libro xvii. C.* 2. Retento milite, circumvallare diſpoſuit Caſtellum oppidum, quod Moſa fluvius præterlambit. *Nunc* Caſleti *nomen retinere ferunt.* SVR.

CASTELLO.] Ptolemaei *Caſtellum* aliud eſt, ſitum in Menapiis ad Moſam; Ammiani verba, a Surita itidem producta, nihil juvant; voces enim *Caſtellum oppidum*; *quod* è MSS. exulant, & malo exemplo a Caſtello ſunt inculcatæ. Hoc in Morinis fuit, a Gulielmo Britone, ut præter Valeſium in Notit. Gall. Ch. Cellarius admonuit, L. IX. 403. deſcriptum:

Mox ſubduntur ei ſola formidine, ſummo
Moenia Caſſelli pendentia vertice montis.

Mont Caſſel vocant. WESS.

VIROVIACVM M. P. XVI.] *Nunc* Vueerviacum *ſuper* Lyſam *eſſe traditur.* SVR.

VIROVIACVM.] Tabula *Virovino*, non ex vero. Labentibus annis *Wervi* appellarunt, unde Guilielmus fuit, cujus famoſum inter Caroli Boni, Flandrorum Comitis, percuſſores nomen eſt. Gualterus in Caroli Vita C. 6. *Guillielmum Viroviacenſem* vocat, addens C. 13. *Viroviacum* a præfecto Cortracenſi fuiſſe occupatum, atque ita, *ut nec ſtipes in loco remaneret*, deſolatum: Galbertus vero in ejusdem Comitis Vita C. 3. *Willelmum ex Wervi*; peſſime vero Joan. Iperius in Chron. S. Bertini C. 41. ex uno binos facit, *Wilermum & Werweke*, verius *Willelmum ex Werveke* appellaturus. WESS.

TORNACVM.] Audoënus *Tornacenſem urbem, quæ quondam exſtitit civitas regalis* L. II. Vitæ S. Eligii, ob Clodionem, Merovaeum, Childericumque Francorum reges, quos inibi ſedem habuiſſe Annales loquuntur, vocat; ut bene Jo. Jac. Chiffletius in Anaſtaſ. Childerici C. 20. WESS.

PONTEM SCALDIS M. P. XII.] *Blandinianum* Pontis Caldis M. P. XII. *Neapolitanum* Pontis caldis M. P. XVI. *Longolianum* Pontis Scaldis M. P. XII. & XVI. *corrigitur. Caeſar Commentario belli Gallici vi. C.* 33. Scaldem fluvium in Moſam influere *memorat:* & Valentianas *oppidum, ſtationem hanc* Pontis *obtinere ferunt.* SVR.

PONTE SCALDIS.] Sic Cuſani MS., additis XVI. M. P.; ceteri *Ponti Scaldis*: Tabula *Pontes*

BAGACVM. M. P. XII.
A CASTELLO PER COMPENDIVM TVRNACVM VSQVE. M. P. XXXVIII. Sic.
MINARIACVM. M. P. XI.
TVRNACVM. M. P. XXVII.
A CASTELLO COLONIA. M. P. CLXXII. Sic.
MINARIACVM. M. P. XI.
NEMETACVM. M. P. XVIIII.
CAMARACVM. M. P. XIIII.

BA-

Pontes Caldis M. P. XII., vulgato adſtipulata. Eſt in Diplom. Childerici Francorum regis apud Chiffletium *telonei de ponte ſuper flumen Scalt* mentio; qui pons hiccine ſit an alius Tornaci non temere finivero. Nunc *Eſcaupont.* WESS.

BAGACVM.] Vel *Bajacum*, *Bavacum. Bavay.* SIML.

BAGACVM M. P. XII.] Baiacum *appellatur hoc oppidum in exemplari Blandiniano, & Longoliano. Et paulo poſt in Blandiniano* Bagacum *ſcribitur, &* Baiacum *corrigitur, & iterum* Bagacum *præfert, & in Neapolitano ſemper* Bagacum: *videtur id oppidum eſſe, quod Ptolemaei exemplaribus in* Nerviis *adpellatur* Βάγανον, *& vetuſtus interpres* Vaſacum *vertit; ut non dubitem, quin* Bagacum *ſit legendum.* Bavacum *eſſe in Hannonia, ſunt qui ſuſpicentur.* SVR.

BAGACVM.] *Bacaco Nervio*, pro *Nerviorum* Tabula: Tyro in Notis *Nervius Baſiacum*, gentile nomen ex conſueto ſibi more metropoli præponens: Acta S. Liborii L. II. C. 8. *Caſtellum, quod Bavaca nominatur.* Eſſe vero Bavacum Hannoniae præter itineris ordinem Circi veteris reliquiæ, ingentium ædificiorum fundamenta, magnificorumque aquæ ductuum veſtigia & plura Romanorum Imp. numiſmata probant, quæ ſua ætate circa An. CIↃIↃCXXX. eruta teſtificatur Bollandus ad XV. Januarii magni operis & Wendelinus ad Salic. Leges p. 72. WESS.

MINARIACVM M. P. X.] *Oppidum* Minorem villam *ſuper* Lyſam *nuncupatam eſſe arbitrantur.* SVR.

MINARIACVM.] *Mariacum* eſt in Pariſino MS.; vulgus *Merghem* vocitat, Franci *Merville*; quam vocem Had. Valeſius ex *Minariaco villa*, non *minore villa*, conflatam arbitratur. WESS.

A CASTELLO COLONIAM.] Coloniam Agrippinam *deſignari, ipſius itineris manſionibus indicatur.* SVR.

NEMETACVM.] Quærendum an ſit *Nemetocerna Atrebatum.* SIML.

NEMETACVM M P. XVIIII.] *Præferunt manuſcripta & Longolianum; & in Blandiniano, poſtquam bis* Nemetacum *prætulit,* Menetacum *præfert: &* Menetacum *quidam vocant, &* Maym *vel* Menym *eſſe in agro* Inſulano *credunt.* SVR.

NEMETACVM.] *Nemetocenna* ex Comment. VIII. B. G. C. 47. a multis cum hac componitur, probabili conjectura. Suritae vero opinionem *Meninum* idem atque Nemetacum arbitrati, merito in Notit. Gall. Had. Valeſius exploſit: non enim ordo, ut id huc referatur, feret. Nemetaci ſitus incidit in *Atrebates* ſive *Arras:* movit quidem huic poſitioni dubium ex Notit. Imp. Occid., *Præfectum Latorum Batavorum Nemetacenſium Atrebatis Belgicae II.* memorante, idem Valeſius; ſed id facile tolletur, modo, quod Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 3. p. 383. pulchre vidit, moris Gallici, quo gentile nomen præcipuæ urbi indebatur, habeatur ratio: mirum quippe nihil erit, ſi *Nemetacenſes* Atrebatis, utpote gentis metropoli, imponantur. Reddenda & hæc urbs Ptolemaeo L. II. C. 9; ubi enim vulgo legitur in Atrebatiis Ὀγμανὸν, ibi MS. Palatinus Μεζανὸν præfert, in Νεμετζανὸν transformandum. WESS.

CAMARACVM.] Pariſienſis codex M. P. XIII. annectit. Baldericus L. I. Chron. Camerac. C. 3. *Cameracum* in ſuo Itiner. MS. inveniſſe videtur: en tibi hominis verba. *Liber namque, qui jubente Julio Caeſare ex ſenatus conſulto prudentiſſimis viris de Coſmographia inſcribitur, ubi quidem totius orbis Romani univerſa loca famoſa diſtinguit, Cameracum etiam*

BAGACVM.	M. P. XVIII.
VODGORIACVM.	M. P. XII.
GEMINIACVM.	M. P. X.
PERNICIACVM.	M. P. XXII.
ADVACA TONGRORVM.	M. P. XIV.
CORIOVALLVM.	M. P. XVI.
JVLIACVM.	M. P. XVIII.
COLONIA.	M. P. XVIII.
ITER A TARVENNA TVRNACVM	M. P. XLIX. Sic.
NEMETACVM.	M. P. XXII.
TVRNACVM.	M. P. XXVII.

ITER

intromittit & quanto a Bagaco caſtro diſtet, id eſt, XVIII. M. P., evidenter oſtendit. WESS.

VODGORIACVM.] Ex Vaticano *Dodgoriacum* editur: Tabula *Vogo Dorgiaco* cum eadem XII. M. diſtantia. *Vaudre* eſſe putatur. WESS.

GEMINIACVM.] Tabula *Geminico vico M. P. XVI.*, quæ ſi, *Gemblacum* ſit, quod tamen *Gemmelaus* vetuſtioribus appellatur, uti Sigeberto in Vita Guiberti, monaſterii conditoris, C. 1., nondum ſpatium explent. Vid. Ph. Cluverium L. II. Germ. A. C. 21. *Gominiacum* hoc in tractu habet Hiſt. Marcelli papæ L. II. C. 3., hinc corrigenda. WESS.

PERNICIACVM.] Vel *Perticiacum*. Forte *Præſidienſes* Not. Imp. Occid. SIML.

PERNICIACVM.] Notitiæ *Præſidienſes* hinc dictos eſſe, non apparet. Ph. Cluverius *Perviciacum*, Divacus *Perviacum* refingit, ut *Pervis* ſit VI. M. P. a Gemblaco, audaci conjectura & damnabili: Tabula Peutingerorum *Pernaco M. P. XLIII.*, ſpatium præter verum adaugens. Eſt inter Gemblacum & Aduacam Tongrorum vicus, quem *Montenaken* nominant, cum hujus ſitu non male conveniens; qui, ſi olim, quod Altingius ſuſpicatur, *Bergenaken* fuerit appellatus, *Pernacum*, manifeſtiſſime oſtendet: at hæc mihi divinatio videtur. WESS.

ADVAGA TVNGRORVM.] Vel *Aduaca Tungrorum*. Advacum metropolis Tungrorum, *Tungeren*. Numerus paſſuum XIV. juſto longe minor eſſe videtur. SIML.

ADVACAM TONGRORVM M. P. XIIII.] *In Blandiniano* Advaca Tongrorum M. P. XIIII. *& item in Longoliano. In Neapolitano* Advagantogrorum M. P XIIII. *Ptolemaeus* Tungris *civitatem attribuit*, Ἀτουάκτιον. *Nihil ad hanc manſionem pertinere videtur* Atuatuca *Caſtellum, quod à Caeſare Commentario VI. C. 32. perhibetur eſſe in mediis* Eburonum *finibus, ubi Titurius Sabinus atque Aurunculeius Cotta, hiemandi cauſa conſidentes, in eodem caſtello occiderunt. Ammianus* Tungrorum *civitatem* Tungros *vocat. Lib. enim XV. C. 11.* At nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum: ſecunda Germania, prima ab occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris munita, civitatibus amplis, & copioſis. SVR.

ADVACA TONGRORVM.] Vero ſimillima eſt doctorum virorum Cluverii, Valeſii & aliorum ſententia, *Atuatucam* Caeſaris in Eburonum finibus hanc eſſe; namque Eburonum mentio officere nihil debet, ſiquidem Caeſar Tungros illis contribuiſſe videtur, Tungris ceteroqui præteritis: atque hoc Ἀτουάτικον, id verum eſt, Ptolemaei adfirmat. Ex *Atuatuca* dein *Atuaca* ſive *Aduaca* contracta eſt; quæ quia Tongrorum primaria urbs & caput erat, gentis dein, more per Gallias recepto, nobilitari & vocari nomine cœpta eſt; quo etiamnum nota eſt, quantumvis multum de vetere ſplendore deperierit. Jam quod Hub. Thomas Comment. de Tungris p. 108. Aduacam ex hoc Itinerario *Aduaticum Tungrorum*, & monaſterium *Tungerlo* in ejus ſede eſſe decernit; id enimvero, ut molliſſime dicam, a vero abhorret; pervertitur enim urbis nomen, & ex Tungris non admodum felici opera in Aduaticos tranſportatur. Ceterum plerique vetuſtiorum librorum in hac appellanda ſibi diſcordant; Vati-

ITER A TARVENNA DVROCORTORO. M. P. CIII. Sic.
NEMETACVM. M. P. XXII.
CAMARACVM. M. P. XIV.
AVGVSTA VEROMANDORVM. M. P. XVIII.
CONTRA AGINNVM. M. P. XIII.
AVGVSTA SVESSONVM. M. P. XIII.
FINES. M. P. XIII.
DVROCORTORO. M. P. XII.
ITER PER COMPENDIVM A NEMETACO SAMAROBRIVAM. M. P. XVI.

A SA-

Vaticanus *Ad vaga Tongorum*, aliis *Advacat ungrorum* & *Advangantogrorum*: Tabula *Atuaca*. WESS.

JVLIACVM M. P. XVIII.] *Habent manuſcripta & Longolianum, cum ſupra à* Coriovallo Juliacum M. P. XII. *aſſignentur.* SVR.

ITER A TARVENNA.] Hæc in MS. exemplari *Taverna* appellatur. SIML.

CAMARACVM.] Cuſani liber *Samaracum* cum M. P. XIII., quæ & alii agnoſcunt. WESS.

AVGVSTAM VEROMANDORVM M. P. XVIII.] *Ptolemaeus* Auguſtæ Veromandorum *meminit; quæ natio perperam ſcribitur in ejus exemplaribus: vocantur enim* Ῥομάνδυες *pro* Ὀυερομάνδυες. SVR.

AVGVSTA VEROMANDORVM.] E Vaticano Em. Schelſtrate vulgavit *Auguſta vero Mandorum*: Tabula *Auguſta viro Muduon.* Veromanduorum, ut apud Caeſarem, rectius eſt: tamen ſerior ætas *Viromandos* & *Virmandos* appellitavit. Acta Valerii & Rufini C. 1. *Audita famoſitate Quintini VIRMANDORVM Auguſtam aggredi cupiens*: Annal. Bertin. An. IↃCCCXLII. *Auguſtam VIROMANDORVM, quæ beati Quintini corpore inſignitur.* Atque hinc apparet, *Fanum S. Quintini*, ſicuti præter Claud. Hemeraeum L. I. Auguſt. Veromand. C. 12. Had. Valeſius in Notit. Gall. ex illis Annal. & Sigeberto ac Gregorio Turonenſi L. I. Glor. Martyr. C. 73. obſervavit, Auguſtae hujus locum inſidere; non autem vicum *Vermand*, de quo Ph. Cluverius cogitaverat.

CONTRA AGINNVM.] Vel *Contraginnum.* Liber Notit. *Noviomagum* nominat oppidum *Contraginnenſium.* SIML.

CONTRA AGINNVM M. P. XIII.] *Ptolemaeus Nitiobrigum urbem* Ἄγιννον *recenſet: videtur hæc manſio è regione* Aginni, *celebris oppidi, oppoſita: cujus urbis poſtea fit hoc Itinerario mentio. Auſon. Paulino Epiſt.* 24. *V.* 79.

Santonus ut ſibi Burdigalam, mox jungit Aginnum
Illa ſibi, & populos Aquitanica rura colentes.

Poſteriores Agennum *vocavere, & Archiepiſcopatui Burdigalenſi* Agennenſis *Eccleſia ſubjicitur.* SVR.

CONTRA AGINNVM.] Vaticanus *Contra agmum*: Pariſinus *Contra aginnum*; ad quod illuſtrandum nihil Aginnum facit, ab H. Surita excitatum; quippe ampliſſimo terrarum intervallo hinc remotum. Erat Contra Aginnum in Veromandorum finibus atque adeo in Belgica II., ubi & Notit. Imp. Occid. agnoſcit. Diſtantia ad *Calnacum* ſive *Chauny* ad Iſaram ducit, ubi præter Had. Valeſium P. Merula L. III. Coſmogr. part II. p. 364. ejus veſtigia invenit, paucis tamen, opinor, fidem facturus, *Contaunium*, ut propius à vulgari caſtelli vocabulo abſit, hoc loco legendum eſſe: reclamant enim MSS. Itiner. & Notitia. WESS.

AVGVSTAM SVESSONVM M. P. XII.] *Male in Ptolemaei libris,* Ὀυεσσονῶν *pro* Σουεσσονῶν. SVR.

FINES.] Indicantur *fines* Sueſſonum & Rhemorum. SIML.

FINES.] Celebrata hoc loco Synodus fuit, cujus actis, a Sirmondo editis, præſcriptum erat: *Synodus, quæ fuit acta in loco, qui dicitur Finibus, Rhemenſis paroeciæ. Fines* in confinio pagi Sueſſonici & Rhemenſis nominis priſtini reliquias ſervat, ut bene N. Bergerius L. III. Viar. Mil. C. 29. monuit. WESS.

SAMARABRIVA.] Vel *Samara briva. Ambiens.* SIML.

A SAMAROBRIVA SVESSONAS VSQVE M. P. LXXXIX. Sic.
CVRMILIACA. M. P. XII
CAESAROMAGO. M. P. XIII.
LITANOBRIGA. M. P. XVIII.
AVGVSTOMAGO. M. P. IIII.
SVESSONAS. M. P. XXII.
ITER A BAGACO NERVIORVM DVROCORTORO REMORVM VSQVE. M. P. LIII. Sic.
DV-

SAMAROBRIVAM M. P. XVI.] *In Blandiniano, & reliquis* Samarabrivas. *In vetuſtis Commentariorum libris Caeſaris belli Gallici libro v. C.* 24. Subductis navibus, concilioque Gallorum Samarobrivae peracto: & Craſſum Samarobrivae præficit. *& eodem lib. C.* 53. *ipſe cum III.* Legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare conſtituit: *ut mirer novos horum librorum emendatores* Samarobriva, *& Samarobrivam legere, cum tot ante annos in lib. epiſt. Cicer. ex P. Victorii doctiſſimi viri editione* Samarobrivam *legatur. Nam in Epiſtola ad Trebatium ita legitur in vetuſtis exemplaribus L.* 7. *Ep.* 12. O caſtra præclara! quid tu feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrivam miſiſſem? *Praeterea Strabo libro vii. p.* 319. *auctor eſt*, briam *Thracio ſermone* urbem *appellari: & Stephanus in* Meſembriae *dictione, ex Strabone, idem refert: atque item in voce* Brutobria: *Ut* bria; *& apud Caeſarem, ac Ciceronem* briva *& vetuſta Hiſpanorum lingua* briga *idem ſignificent: ut* Lacobriga, Nemetobriga, Segobriga, Mirobriga, Arcobriga, Juliobriga, *&* Auguſtobriga. *Ptolemaeo in* Ambianis Σαμαροβρίγα. SVR.

SAMAROBRIVA.] Excerpta MSS. *Samarobrivas.* Tabula *Samnarobriva.* Vetus Chron. inter Normannica Duchenii p. 3. *Sammarobriva Ambibianorum civitas*; Annal. Bertin. An. IↃCCCXLIV. Ragenarius *Samarobrica Ambianorum epiſcopus*, & item An. IↃCCCLIII. *Samamarobrica Ambianorum civitas.* Sigeberto *Sommonobria*, quod autem addit, hoc nomine ab Antonino Pio, *Ambianorum* vero a Gratiano fuiſſe cohoneſtatam, nemini facile perſuadebit: alterum enim diu ante Antoninum natum, quod ad eam *Samara* ponte tranſiretur, alterum ex conſueto Gallorum more, quod Ambianorum gentis caput eſſet, impetravit. Vide Ph. Cluverium L. II. Germ. A. C. 52. & de *briva briga* vè L. I. C. 7. WESS.

A SAMAROBRIVAS.] Ita MSS., quorum Pariſinus & Cuſani *Sueſſionem usque*, Vaticanus vulgatum firmat. Videtur ſibilans litera ex ſequenti voce Samarobrivae adhæſiſſe. Pæne vero præterieram, Hub. Thomam Comment. de Tungris p. 137. & Pancirolum in Notit. Imp. Occid. Samarobrivam & Cameracum eandem eſſe arbitrari, quod poſterius Italis *Samberey* appellitetur; quæ ſane pluma levior ratio eſt, & doctis indigna. WESS.

CVRMILIACAM M. P. XII.] Curmiliaca M. P. XII. *in Blandiniano: Neapolitano* M. P. XI. *& Longoliano* XII. *&* XI. *corrigit.* SVR.

CVRMILIACA.] *Carmiliaca M. P. XI.* Simlerus Baſileae dedit, cui, ſi M. P. exceperis, noſtri codices obloquuntur. Merulæ eſt *Corbei*, aliis *Cormoiles*. veriſimiliore conjectura, inter Ambianorum & Bellovacorum oppida. WESS.

CAESAROMAGVM M. P. XIII.] *Ptolemaeus meminit* Caeſaromagi *in* Bellovacis. SVR.

CAESAROMAGO.] Tabula *Caſaromago* M. P. XXXI. a Samarobriva; unde in numeris vitium inſediſſe arbitreris. Caeſar L. II. B. G. C. 13. *Bratuspantum* præcipuum Bellovacorum oppidum eſſe perhibet; quod cum deinceps haud alibi memoretur, & Ptolemaeus *Caeſaromagum* ejusdem gentis primam urbem nominet; non injuria viri eruditi, Caeſaromagum & Bratuſpantum idem exiſtimant, nunc *Bellovacorum* nomine inſignitum. WESS.

LITANOBRIGA.] Vel *Latinobriga.* SIML.

LITANOBRIGAM M. P. XVIII.] *Blandinianum* Litanobrige M. P. XVIII. *& in Neapolitano* Latanobrige M. P. XVIII. *Longolianum* Litanobrige, *&* Latanobrige *corrigit.* SVR.

LITANOBRIGA.] *Latanobriga* codex Pariſinus. Ph. Cluverius Vernolium ad Iſaram, *Verneüil*, in ejus ſede ponit, neque hilum diſſidet Had. Valeſii Notitia Gall.; aliter tamen Mabil-

DVRONVM. M. P. XII.
VERBINVM. M. P. X.
CATVSIACVM. M. P. VI.
MINATICVM. M. P. VII.
MVENNA. M. P. XVIII.
DVROCORTORO. M. P. X.
ITER A CAROCOTINO AVGVSTOBONAM M. P. CLIII. Sic.

JV-

Mabillonius L. IV. R. D. p. 337., quem vide. WESS.

AVGVSTOMAGO.] Oppidum maximum Sylvanectorum. Ptolemaeo *Ratomagus*, sed mendose, ut arbitror. SIML.

AVGVSTOMAGVM M. P. IIII.] *In Blandiniano* M. P. IIII. *Neapolitano* M. P. III. *& in Longoliano* IIII. *& III. corrigit.* SVR.

AVGVSTOMAGO.] *Augustamago* Parisinus. Cusani MS. III. M. P. appingit. Solet haec urbs in Notitiis Ecclesiasticis *civitas Silvanectum* appellari, cujus obscura vestigia in *Senlis* perdurant. Ceterum Ptolemaeum in hac urbe corruptum esse, Simlero Cluverius assentitur L. II. Germ. A. C. 25. Verba Geographi ex Coisliniano MS. haec sunt: ὑπὸ δ' τούτους Σεβάνεκτοι, ὧν πόλις ἀπ' ἀνατολῶν δ' Σηκουανῶν πόλεμος Ρατόμαγος: ubi *Subanecti* videntur iidem qui *Silvanectes*, & *Ulmanetes* Plinii ex Harduini editione; jam si *Ulbanectes* in Antonino invenirentur, quod diserte Harduinus Emend. CXI. ad L. IV. Plinii adfirmat, non equidem vererer, Ptolemaeo *Sylvanectas*, & Plinio *Ulbanectes* restituere; verum illi nusquam sunt. Tamen Ptolemaeum eam gentem descripsisse, cujus primariam urbem examinamus, non dubitem: hinc consequens videtur, *Rhatomagum* in *Augustomagum* cum Cluverio esse mutandum; idque fidenter amplecterer, si Augustomagi nomen Ptolemaeo vetustius esse liqueret: nunc, donec istud comprobetur, exspectabimus. WESS.

SVESSONAS.] Jos. Simlerus M. P. XII. addidit, quae X. M. P. in libris nostris augentur: quia tamen XXII. M. P. non explent spatium, quod Augustam Suessonum ab Augustomago separat, propterea Ph. Cluverius L. III. Germ. A. C. 25. XXXVI. M. P. adposuit. WESS.

ITER A BAGACO.] Cusani MS. *Iter ab Agaco Nerulorum.* Flodoardus L. I. Hist. Rhem. C. 1. *ab Agracco*, quod Georg. Colvenerius recte emendavit. WESS.

DVRONVM.] Servare nominis reliquias *Doran*, vicus Tirasii, creditur; qui cum M. P. XXII. a Bagaco distet, numeris X. M. P. deesse videntur. WESS.

VERBINVM.] Tabula *Vironum*, hinc adjuvanda: nam Had. Valesius in Notit. Gall. *Vironum* Tabulae cum Veroduno confundens ipso itineris ductu confutatur. Oppidum, nostro tempore *Vervin* appellatum, praeter obsidiones feralis *Ligae* tempore saepius toleratas pacificatio illuminat, qua inter Henricum IV. & Philippum II. pax coaluit. Numeri X. M. justo minores sunt. WESS.

CATVSIACVM.] N. Bergerius L. III. Viar. Mil. C. 39. *Chaoux*, haud longe infra Monticornetum esse ait. Divaeus *Carisiacum*, sed contra libros, legit. WESS.

MINATICVM.] Tabula *Ninttcaci* XIII. M. P. a Verbino, è quo Menso Altingius notis in Tab. MS. *Ninitiaci* format; cui quamvis hodiernum nomen *Nizi le Comte* favere videatur, nihil tamen finio. WESS.

MVENNAM M. P. XVIII.] *In Regio, & Longoliano* Muenna M. P. XVIII. *Neapolitano* Avennia M. P. VIII. SVR.

MVENNA.] Cusani codex VIII. M. P., Tabula IX. addit & *Auxennam* appellat: quod verius est & ab *Axuenna*, de quo ante, proxime remotum. Vid. Velserum in Tabulam. Ceterum in Suritae nota *Regii* libri intempestiva mentio est, quippe ex quo omnia haec exularunt. WESS.

ITER A CAROCOTINO] *Habet Blandinianum. Neapolitanum* A Caracobino: *Longolianum* à Corocotino, *&* Caracotino *corrigitur. Neque hujus oppidi mentionem reperio.* SVR.

ITER A CAROCOTINO.] *Caracotino* est in editis & Parisinis schedis. Quo loci *Carocatinum* fuerit, in ambiguo est: P. Merula L. III. Part. II. Cosmogr. C. 30. id cum Ptolemaei *Crociatono* & Tabulae *Crouciatonno*, quod, ut

JVLIOBONA.	M. P. X.
LOTVM.	M. P. VI.
LATOMAGO.	M. P. XIII.
RITVMAGO.	M. P. IX.
PETROMANTALVM.	M. P. XVI.

LV-

Creveceur esse possit, incredibili audacia in *Cruciacordo* pervertit, composuit; quem satis superque distantia, quæ in Tabula inter Crouciaconnum & Juliobonam intercst confutat. Ph. Cluverius Had. Valesio approbavit, *Carocotinum* esse *Crotoy* ad ostium Samarae & quidem in ea fluvii ripa, quæ egredientibus dextra est: in quam cogitationem nominum non magna dissimilitudine virum eruditum impulsum fuisse existimo: atque hoc facile paterer, si cetera convenirent. Jam si Carocotinum eo loci fuerit, oportet *Juliobona Deppa* sit; neque id Cluverius negaverit: hoc vero nec numeri, nimis angusti, nec veterum testimonia ferent. Itaque illis assentiri malo, qui Carocotinum ad Sequanae æstuaria in *Portu Gratiae*, *Havre de Grace*, aut circa quærunt. WESS.

JVLIOBONAM M. P. X.] *Hujus oppidi ab amne* Sequana *ad* Octanum *in* Caletibus Lugdunensis *provinciæ Ptolemaeus meminit.* SVR.

JVLIOBONA.] Videtur esse *Ilebonne* sive *Lilebonne*; & partim quidem ob distantiam, quæ a numeris non longe abit; partim ob vetustiores scriptores, quibus id cum Juliobona componere libuit. Ordericus Vitalis L. XII., etiam a Valesio productus, Caesarem refert, *munitionem construxisse*, *quam Juliam bonam vocarit*, *sed barbara locutio Illebonam corrupto nomine vocet:* addo Chron. Fontanellense C. 10., quod Erinhardum, monasterii præpositum, circa An. IↃCCXXXVII. basilicam Archangelo Michaëli exædificasse refert, *allatis petris de Juliobona*, *castro quondam nobilitissimo*, & *firmissimo:* dein post pauca: *hæc namque civitas fertur*, *ædificato fuisse a Gajo Julio Imp. Romanorum ante adventum Domini*, *dum Gallias vastando circuiret.* Taceo Ptolemaeum huic positioni sese accomodare. WESS.

LOTVM.] Vel *Lojum* aut *Lolium.* SIML.

LOTVM M. P. VI.] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* Lolium M. P. VI. *In Longoliano* Lotum M. P. VI. & Lolium *corrigitur.* SVR.

LOTVM.] MS. Parisinus *Lolium*; nec est, qui præterea meminerit. WESS.

LATOMAGVM M. P. XIII.] *Blandinianum* Latomago M. P. XIII. *Neapolitanum* M. P. XIII. *Longolianum* M. P. XIII. & XIIII. *corrigit.* SVR.

LATOMAGO.] Et hanc apud alios frustra quæsivi: sola Peutingerorum Tabula ejus videtur commeminisse: habet *Rattumagum* & post eam *Ritumagum* M. P. VIII. Quia vero Rotomagum priore indicatur, propterea M. Altingius Itinerarii versus mutatos ab imprudente exscriptore arbitratur, & *Ritumagum* Tabulæ in *Lotomagum* vertit, alteri ex altero succurrens. Mihi periculosum hoc videtur; præsertim cum in *Ritumago* Tabula & Itinerarii MSS. singulari concordia consphent. Forte ergo potius fuerit, hanc *Latomagi* urbem ex Tabula *Rotomagum* arbitrari, quam *Rotum* & *Rotumam* recentiores vocitarunt: hoc Annal. Bertin. An. IↃCCCXLI. dabunt; illud Acta S. Richardi, a Bollando VII. Febr. magni operis publicata, p. 76. *Et tentoria fixerunt in ripa fluminis*, *quod nuncupatur Sigonna*, *juxta urbem*, *quæ vocatur Rotum*; quibus gemina sunt in Willibaldi vita C. 5. apud Canisium: est autem *Sigonna* his scriptoribus Sequana. WESS.

ROTOMAGO.] Inter hoc & *Petromantalium* in Schudii exemplari interponitur *Caesarotium* vel *Cesortium*, *Gesors.* SIML.

ROTOMAGVM M. P. VIIII.] *Manuscripta*, & *Longolianum* Ritumago M. P. VIIII. & *paulo post eadem* Rotomago *præferunt. Ptolemaeo in* Nerviis, *una cum* Bagano, *quod* Bagacum *esse arbitramur*, Ῥαθομαγος: & *in* Belliocassis *ad* Sequanam *est*, & *altera ejus nominis urbs*, *quam esse arbitramur mansionem hanc.* SVR.

RITVMAGO.] Tabula cum Itiner. editis & scriptis libris hoc amplectitur; neque quicquam inter Petromantalum interponit; ut adeo non injuria denuo suspicari liceat, Aegid. Schudii codicem recentiore manu fuisse interpolatum. Distantia in Veliocassium oppidum *Lion* vide-

LVTITIA.	M. P. XVIII.
MECLETO.	M. P. XVIII.
CONDATE.	M. P. XV.
AGREDICVM.	M. P. XIII.
CLANVM.	M. P. XVII.
AVGVSTOBONA.	M. P. XVI.

ITER

videtur incidere; ne enim Rotomagum sit, Tabula facit. WESS.

PETROMANTALVM.] Infra *Petromantalium:* Tabula *Petrum viaco* M. P. XII. a superiore. Nomen urbi adhæsit a petra, cui accubat. Vulgo *Mante.* WESS.

LVTITIAM M. P. XVIII.] *Blandinianum habet. Neapolitanum* M. P. XVIIII. *Longolianum* M. P. XVIII. & XVIIII. *corrigitur.* SVR.

LVTITIA.] *Lutetia* exemplar Fabricianum: alii *Lutitia.* Numeri videntur ex alio itinere X. M. P. augendi. WESS.

MECLETO.] Vel *Metheto* vel *Medeto. Metiosedum.* SIML.

METHETVM M. P. XVIII.] *Ex Blandiniano, & Longoliano. Neapolitanum* Medeto M. P. XVIII. SVR.

MECLETO.] Sic MS. Parisinus: *Medeto* Cusani codex, natum ex priore: sæpe enim evenit ut *c* & *l* in unam coalitæ *d* formarint, multaque conturbarint: ita Lib. Subnotat. in Julianum C. 4. Marii Mercatoris: *Quis scenicus turpio, vel durio, vel sannio professa licentia turpitudinis publice ista proferret?* ubi Garnerius miris modis æstuat, nec aliud ex *durione* nisi *Curionem*, nequissimum frugalissimi patris filium, de quo Valer. Maximus L. IX. C. 1., eruit. Tu si *clurio* aut *cluria* legeris, plana omnia videbis: *cluria* & *clura* est πίθηκος in Glossis; inde vero notissimum in omnes corpore atque animo pravos convicium est, ut *simii clurinumque pecus* appellentur: sin autem hoc nolueris, *durionem* hominem *duri oris* & γλωτοποιὸν, qui in scena se objicere alaparum contumeliis adsueverat, intellige, & de literis *cl* & *d* confusis P. Leopardum L. X. Emend. C. 25. vide. Nos eo, unde digressi sumus, redeamus. *Metheto* Fabriciano exemplari adscriptum est; *Meteglo* Tabula: ex qua turpi codicum discordia punctum omne auferet vulgata lectio; nam *Mecledonense castrum* apud Gregor. Turonensem L. VI. C. 31. & *Mecledonensis episcopus: Mecledone episcopum ordinare* in Epist. Leonis Senonensis ad Childebertum regem, ad eam quam proxime accedunt. Est autem *Melodunum, Melun*, Senonum oppidum in Sequanae insula, de quo Caesar L. VII. B. G. C. 58. *Metiosedum* ejusdem Comment. C. 61., quod Jos. Simlerus & Ill. Scaliger a *Meloduno* non distinxerunt, diversum hinc fuit, in *Meudon* quærendum. Vid. Had. Valesii Notit. Gall. WESS.

CONDATE M. P. XII.] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* M. P. XV. *In Longoliano* M. P. XII. & XV. *corrigitur.* SVR.

CONDATE.] Tabula cum pluribus manuscriptorum M. P. XV. addit, nec libuit illis discordare. Fuit ad confluentes Sequanae & Jonnae, ubi *Monstereau Fautyonne*, si Valesii conjecturæ fides est. WESS.

AGREDICVM.] In Schudii exemplari *Agendicum.* SIML.

AGEDINCVM M. P. XIII.] *Manuscripta & Longolianum* Agredicum M. P. XIII. *ego* Agedincum *legendum contenderim, varia exemplarium scriptura permotus. Nam in fine vi. Commentarii belli Gallici, & in vii. C.* 10. *in vetustis exemplaribus* Agedinci, Agentinci, & Agednicum *legitur. Ptolemaeo in Senonibus* Ἀγηδικον. SVR.

AGREDICVM.] Ita veteres libri, pro *Agedinco.* Tabula minus corrupte *Agetineum.* Annal. Bertin. An. IↃCCCLIX. *Agedincum Senonum.* Nunc *Senones, Sens*, gentili nomine. WESS.

CLANVM M. P. XVII.] *Supra* Glani *seu* Clani (*utrumque enim nomen illo itinere in vetustis habetur exemplaribus*) *fit mentio, quod in* Salyis Galliae Narbonensis *recensetur: quod longe ab hoc itinere distare video. Manuscripta & Long. hoc loco* Clanum *praferunt.* SVR.

CLANVM.] Vere Surita; neque enim eadem esse oppida possunt. Quo nunc sit nomine, apertum non est. WESS.

AVGVSTOBONAM M. P. XVI.] *Vno consensu*

ITER A ROTOMAGO LVTITIAM VSQVE. M. P. LXXVII. Sic.

VGGADE.	M. P. IX.
MEDIOLANO AVLERCORVM.	M. P. XIIII.
DVROCASIS.	M. P. XVII.
DIODVRO.	M. P. XXII.
LVTITIA.	M. P. XV.

ITER A CAESAROMAGO LVTITIAM VSQVE. M. P. XLVI. Sic.

PETROMANTALVM.	M. P. XVII.
BRIVAISARAE.	M. P. XIV.
LVTITIAM.	M. P. XV.

ITER A JVLIOBONA MEDIOLANVM. M. P. XXXIIII. ITER

ſenſu præferunt exemplaria vetuſta & Longol. Auguſtobona M. P. XVI. *Ptolemaeus* Tricaſiorum *urbem Galliæ Lugdunenſis* Auguſtobonam *recenſet, tametſi in Græcis & latinis libris pervulgatis non recte* Αυγεστόμανα *legitur: quod à vetuſto interprete eſt animadverſum.* SVR.

AVGVSTOBONAM.] Aſſentior Suritae Ptolemaeum emendanti; & tanto magis, quod Palatinus MS. Αυγεστόβανα, Coislin. Αυτεστόβανα præferat. Scio Had. Valeſium *Auguſtomanam* Ptolemaei probaſſe, & ea quidem ratione, qua Latini veteres *manum* bonumque pro eodem ponebant: at de *mano*, priſcæ Latinitatis vocabulo, Ptolemaeum cogitaſſe aut Gallos adeo elegantes fuiſſe, ut eandem urbem Auguſtobonam & Auguſtomanam ex ea cauſſa appellarint, cras credam. Supra *Tricaſſes* ſive *Tricaſis* Itinerarii auctor appellavit. WESS.

ITER A ROTOMAGO.] Cuſani ſchedæ M. P. LXXII. addunt; ceteræ cum vetuſtioribus editionibus M. P. LXXVII., quæ reſtituimus. WESS.

VGGADE.] Alibi hanc legere non memini. Videtur ad Sequanam fuiſſe, ubi *Pont de Larche.* WESS.

MEDIOLANO.] Tabula *Mediolano Autercorum*, *l* & *t* confuſis. Oppidum fuit *Aulercorum Eburovicum*, ut recte Caeſari L. III. B. G. C. 17. dicuntur; male L. VII. C. 75. *Aulerci Eburones*, ſicuti a Valeſio jam pridem eſt animadverſum. Ammianus L. XV. C. 11. *Mediolanum* ſimpliciter appellat, in ſecunda Lugdunenſi poſitum: Notitiæ vero Eccleſiaſticæ *civitatem Ebroicorum* aut *Ebroicas*, unde *Evreux* ſuos natales accepit. WESS.

DVROCASIS.] Cuſani codex M. P. XXII. addit, recte Tabulæ numeris reſpondentia: mentio ejus eſt in lapidibus Ligorianis apud Gudium p. CLIII. 2.

DIS MANIBVS
T. AVIDIO. T. F. BLOSSO
DVROCASES
VETERANO. EX. COH. VII.

ibidem p. CLXXIV. 2.

DIS MANIBVS
L. LONGINO. L. F. MACERO
DVROCAS.
PRAEFECTO. PRAETOR.

paullatim urbis vocabulum contraxerunt, & *Durcaſinum caſtrum*, *Drocasque*, unde *Dreux*, formarunt. WESS.

DIODVRO.] Similerus & Lugdunenſes *Diuduro* dederunt, ſed MSS. invitis. Alibi eam invenire non memini. WESS.

PETROMANTALVM M. P. XVII.] *Præferunt eadem: cum ſupra Lutetiam* Petromantalo M. P. XVIII. *adſignentur.* SVR.

BRIVA ISARAE.] Vel *Briga Iſarae. Pontoyſe.* SIML.

BRIVANISARE M. P. XIIII.] *Summo conſenſu præferunt exemplaria: ſed in Blandiniano diſtinctum eſt, ut duæ adpareant dictiones, ut videatur* Brivam *oppidum eſſe cognomento* Iſaræ *flumi-*

ITER A JVLIOBONA DVROCASIS. M. P. LXXVIII. Sic.
BREVIODORVM. M. P. XVII.
NOVIOMAGO. M. P. XVII.
CONDATE. M. P. XXIIII.
DVROCASIS. M. P. X.

ITER AB ANDEMATVNNO TVLLO LEVCORVM VSQVE. M. P. XLIII. Sic.
MOSA. M. P. XII.
SOLIMARIACA. M. P. XVI.
TVLLVM. M. P. XV.

ITER

fluminis. Gregorius namque Turonenſis Epiſcopus lib. vii. C. 10. *magno incendio Baſilicam B. Martini apud* Brivam *vicum ab imminenti hoſte conflagratam fuiſſe perhibet: & apud* Brivatenſem *vicum* Avitum *mortuum fuiſſe delatum: &* Brivatenſis *Diœceſis ab eo ſit mentio.* SVR.

BRIVA ISARAE.] Ita vetuſtiores libri, aut *Iſare*. De ſitu nemo litem Simlero movet: Iſaram ſerior ætas *Hiſam Eſiamque* nuncupavit; hinc Chron. inter Duchenii Normannica p. 5. *Caſtrum ſtatuunt ſuper Hiſam in loco, qui dicitur ad Pontem Iſarae, quod Alteranno committunt cuſtodiendum:* ubi *Iſarae pons* non alius eſt ac *Briva Iſarae*. Quam vero è Turonenſi Gregorio *Brivam* Surita memorat, ea in Avernis fuit, de qua Savaronem ad Sidonii Carm. ult. adi. WESS.

ITER A JVLIOBONA.] Pariſinus numerum auget, M. P. LXXXVIII. exporrigens: eſt quoque, qui moneat, *R. hic X. minus.* WESS.

BREVIODORVM.] Vel *Brigadorum.* SIML.

BREVIODORVM.] Tabula *Brevoduro* M. P. XVIII. a Juliobona. Videtur ad Sequanam, ibidem ponte junctum, fuiſſe. WESS.

NOVIOMAGO.] Hujus qui meminerit, neminem novi. Tabula, quæ idem iter proſequitur, ejus loco Mediolanum Aulercorum habet. Cogitaveram de Noviomago Vadicaſſium, cujus cum dubius ſit ſitus, arbitrium aliis integrum relinquo. WESS.

CONDATE.] Habet etiam Tabula X. M. P. a Durocaſibus, & XII. a Mediolano Aulercorum; videturque *Condé* eſſe, circa ripam amnis *Honi*. WESS.

AB ANTEMATVNO] *Blandinianum & Longolianum exemplar* Antematuno *præferunt, & Neapolitanum* Andematimio. *Ptolemaeo in* Lingonibus Ἀνδομάτουνον. SVR.

ITER AB ANDEMATVNNO.] Pariſinus *Andemantunno*, nec Vaticanus aut Tabula diſſident. Lingonum caput erat; unde in Notit. Eccleſiaſt. *civitas Lingonum.* Creditur in hoc lapide ejus eſſe memoria:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F.
CAES. AVG. GER
MANIC. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. II. IMP.
III. P.P. COS. II. DE
SIGNAT. III.
AND. M. P. XXII.

nam *AND.* verſus ultimi Andematunnum ducit, pariter ut in Theſ. p. CLIII. 5. ſimilis columna, in Lingonum urbe reperta. Vide Trivultinas, quas vocant, memorias An. CIↃIↃCCIV. Septemb. menſe. WESS.

MOSAM M. P. XII.] *Manſionem ad Moſam fluvium deſignat: ut ſupra* Evenum, *& infra in citeriore Hiſpaniæ provincia* Gallicum; *ut ſit* ad Evenum, *&* ad Gallicum flumen. SVR.

MOSA.] Lugduni M. P. XIII., a noſtris libris damnata, appoſuerunt. Intelligitur vicus *Moſa* pagi Baſſiniaci, a fontibus Moſae, quibus eſt vicinus, dictus, *Meuſe en Baſſigni.* Vita Euſtaſii Luxovienſis C. 1. *Venit ad quendam virum, nomine Gundeonem, qui eo tempore ad villam, quam Moſam vocant ob amnem in loco fluentem, morabatur*; quibus gemina ſunt, quæ Had. Valeſius ex Salabergae Vita exſcripſit. WESS.

SOLIMARIACA.] *Salimariaca* editus Lugdunen. & veterum librorum aliqui. Alii ſcriptores, quantum recordor, præterierunt. WESS.

ITER AB ANDEMATVNNO CAMBATEM. M. P. CII. Sic.
VARCIA. M. P. XVI.
VESONTIONE. M. P. XXIIII.
EPAMANDVODVRO. M. P XXXI.
CAMBATE. M. P. XXXI.
ITER AB ALAVNA CONDATE. M. P. LXXVII. Sic.
COSEDIAE. M. P. XX.
FANO

VARCIA.] Habet hanc Tabula, sed X. M. P. ab Andematunno. Altingius situm Varciae invenit in *Vercur*, vico ad Ararim. WESS.

EPAMANDVODVRVM M. P. XXXI.] Epamanduoduro *legitur in manuscriptis & Longol. Supra itinere à* Mediolano *per alpes Grajas* Argentoratum, *ex Regio exemplari* Epamantadurum *adjecimus mansionem, quæ in reliquis libris deerat, & vetustis, & pervulgatis eadem quæ illo itinere à* Vesontione Epamantadurum XXXI. M. P. *adsignantur.* SVR.

EPAMANDVODVRO.] Lugduni M. P. XXXIII. addiderunt, sed vetustis libris & Tabula invitis. Suritae nota non convenit illis, quæ supra notaverat. WESS.

CAMBATE.] Ita hoc loco MSS.: est quoque in Tabula *Cambete M. P. XXVIII.* ab Epamanduodoro: M. Altingius diversam & prorsus aliam a ripensi, quam ante habuimus, esse censet: Tabula haud dubie illi favere videtur; sed vitio magis exscriptoris quam consulto: is Arialbinum & Cambetem intempestive duplicavit, & a Rheno in mediterranea transtulit: atque hoc, ut taceam, non esse simile vero, in XIII. M. spatio binas Cambetes & Arialbina fuisse, numerus M. P. utrobique Arialbino & Cambeti additus confirmat. De utraque mansione alias egimus. WESS.

ALAVNA.] Forte est *Laudunum. Laon.* SIML.

ITER AB ALAVNA.] Hoc, *Alaunio* Suritae, unde venerat, ablegato, restituimus, editis scriptisque libris obsecuti. Simleri Laudunum, quod numi & scriptores medii ævi *LVGDVNVM CLOATVM*, quo de Jac. Sirmondus ad Capitul. Carol. p. 46., vocant, perperam cum hac comparatur, ut Had. Valesius jam docuit: fuit enim in Aremoricis, &, si vir eruditus verum vidit, ubi nunc *Kemper Corentin.* Est & in Tabula *Alauna*, verum alia atque hæc; nisi si ordo itinerum, quod suspicor, ibi sit perturbatus. WESS.

COSEDIAE.] *Consedie* vel *Cosedia. Cussiacum.* SIML.

COSEDIAS M. P. XX.] *In Blandiniano & Longol.* Cosediae M. P. XX. *& in Neapol.* Consediae. SVR.

COSEDIAE.] Plerique librorum *Cosedie*; Cusani tamen *Consedie*. *Henbont* Valesio. WESS.

FANVM MARTIS M. P. XXXII.] *Supra alia mansio designari videtur, quæ* Ad Martis *vocatur.* SVR.

FANO MARTIS.] Sæpe pagi *Fano Martensis* in rebus Francicis mentio fit; sed id fanum isque pagus longius hinc semotus fuit; locatur enim *pagus Fano Martensis ad fluvium Helpra* in Diplom. apud Henschenium ad XXV. Martii magni operis Sanctor., prætereaque Folcuinus in Gest. Abbat. Lobeiensium C. 1. Spicilegii D'Achery p. 731. Hannoniam a flumine alluente *Hanau* pagum Fanomartensem appellari ait. Valesio in Notit. Gall. hoc *Martis Fanum* vicus est *le Temple*. Tabulæ *Fano Martis* quoque inest. WESS.

FINES.] Indicantur *Rhedonum fines*. WESS.

CONDATE.] Rhedonum caput erat, Ptolemaeo non ignotum: serior ætas *Rhedones*, unde *Rennes* nunc supereſt, appellavit. Rhedones præter alios Plinius habet L. IV. C. 18., illisque *Diablindos*, qui Caesari *Diablintes*, jungit; de quibus cum magna lis Sampsonem inter & Had. Valesium fuerit, liceat hoc præter viam mihi observare, *Diablintes* seriore tempore in pago fuisse Cenomanico: id liquidissimo traditur in Actis Pontific. Cenomanen., quæ Analectis inseruit Mabillonius, C. 1. nec hoc tantum, sed & *oppidum Diablentis juxta ripam Aroënae fluvioli* fuisse in Testam. Bertichramni p. 263. Analect. Edit. Nov., quibus ejus situs signatur. WESS.

ITER DE ITALIA IN HISPANIAS.] Hæc verba, quod ex editis & manuscriptis exula-

FANO MARTIS. M. P. XXXII.
AD FINES. M. P. XXVII.
CONDATE. M. P. XXIX.

DE ITALIA IN HISPANIAS.

A MEDIOLANO VAPINCVM TRANS ALPES COTTIAS, MANSIONIBVS SVPRA SCRIPTIS. M. P. CCLV.
INDE AD GALLECIAM AD LEG. VII. GEMINAM. M. P. DCCCCLXXV. Sic.
ALA-

exularent, inducenda exiſtimavimus. WESS.

M. P. CCLV.] *Rectè in hunc numerum ſumma exemplaria conſentiunt, & numeri manſionum, quæ pagina* CCCXXXIX, *à* Mediolano *per Alpes Cottias* Vapincum *usque ducuntur: quibus à Mediolano totidem* CCLV. M. P. *confici reperies.* SVR.

GALLITIAS.] Vel *Galetiam* vel *Gallaetiam.* SIML.

INDE AD GALLECIAM] *Habet exemplar Blandinianum. In Neapolitano à* Condate *manſione ad eam dictionem* Geminam *deſunt tituli partes. Habet enim* Condate M. P. XVIIII. Geminam M. P. CCCCLXXV. Sic. *In exemplari Hieronymi Pauli Barcinonenſis, viri doctiſſimi, qui libello, quem edidit* de fluminibus, & montibus Hiſpaniarum, *hæc earum provinciarum itinera adnexuit, cujus poſthac rationem ducemus,* Inde Gallias Leg. VII. Geminam M. P. DCCCCLXXV. Sic. *Longol.* Inde ad Galletiam ad leugas VII. Geminam M. P. DCCCCLXXV. *In* Galleciam *vero usque citerioris Hiſpaniæ regionem perduci in ultimis terris ſitam, cum ad finem hujus itineris pervenerimus, indicabitur. Illud tamen interea admonere æquum videtur, Strabonem L. 3. p.* 160. *duas vias propoſuiſſe, quibus itinera in interiores Hiſpaniarum regiones perducerentur à* Pyrenæis *montibus, &* Pompeii Magni tropæis. *Initio unam eandem fuiſſe viam, ſed primo mari proximam, quæ in* Bæticam *duceret, & eandem à mari longinquam reddi, præſertim ubi ad Oceaſum ſpectet. Idem docet viam eam à* Pompejanis monumentis Tarraconem *perduci, & inde litus legendo* Dertoſam, Saguntum, Setabim *perduci, ac deinde ſenſim à mari diſcedere, &* Caſtalonem *perduci, & in intimas atque ultimas regiones penetrare. Ea via ab Antonino poſtea perluſtrabitur. Hæc autem quæ primum propoſita eſt,* Tarraconenſem *provinciam prope omnem, qua longinquior eſt, dimetitur, quæ ab* Tarracone Ilerdam *deflectens, ad* Aſtures *usque perducitur.* SVR.

INDE AD GALLECIAM.] Membranæ Cuſani *Gallias*, alii *Galetias* aut *Galliciam*, quorum poſtremum medii ævi ſcriptoribus placuit. Poëta Saxo Annal. Caroli M.

Ex quibus unus erat Hadefonſus nomine dictus,
Qui rex Aſturiae Galliciaeque fuit.

& eo antiquior Martinus Dumienſis in Epitaphio:

Pannoniis genitus, tranſcendens æquora vaſta,
Galliciae in gremium divinis nutibus actus:
WESS.

AD LEG. VII. GEM.] *Ad Leugas VII. Geminam* Lugduni vulgarunt; MSS. tamen plerique *ad Leg. VII. Geminam*, quæ Ptolemaeo ΛΕΓΕΩΝ Ζ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗ, ſolito ejus in libris peccato, ſed quod Reſendius Epiſt. ad Kebedum p. 216. Vaſaeus Chron. Hiſp. An. CVI. atque alii eluerunt. Eſt VII. hujus Legionis in monumentis Hiſpanicis frequens memoria, ut in Theſ. p. CCLX. 1.; quæ cum hic caſtra haberet, evenit, prorſus ut ad Rhenum & Danubium, ut in urbem ea excreſcerent: atque huc referunt Tertulliani ad Scapulam verba: *nam & nunc a præſide Legionis & a præſide Mauretania vexatur hoc nomen, ſed gladio tenus:* me tamen invito; vix enim induci poſſum, ut credam Tertullianum, per *Legionem*, nullo addito titulo poſitam, VII. in Gallaecia voluiſſe intelligere; præſertim cum in Africa Legio non deeſſet, quæ a lectoribus accipi poſſet: nam Lambeſae in Numidia Legio III. Auguſta tendebat, a Ptolemaeo L. 4. C. 3. & Dione Caſſio L. LV. p. 645. memorata. Equidem

ALAMONTE.	M. P. XVII.
REGVSTVRONE.	M. P. XVI.
ALAVNIO.	M. P. XXIIII.
APTA IVLIA.	M. P. XXVIII.
CABELLIONE.	M. P. XXII.
ARELATE.	M. P. XXX.
NEMAVSVM.	M. P. XVIIII.

AM-

Præſidem Legionis ejus præfectum ſive præpoſitum, & legionis quidem in Africa militantis, à Tertulliano deſignatum, quamquam titulo paullo inſolentiore, putavere: ſimili ſententia Imp., qui res humanas adminiſtrat, *rebus humanis præſes* Senecae Conſol. Polyb. C. 31. dicitur; & de ſe Pompejus apud Lucanum L. II. 538.

——— ——— *Jamjam me præſide Roma*
Supplicium, poenamque petat. ———

WESS.

ALAMONTEM M. P. XVII.] *Manuſcripta & Longol. & Hieron. Pauli* Alamonte M. P. XVII. *cum ſupra pag.* CCCXLII. Alabontem *præferant: & à* Vapinco M. P. XVIII. *adſignentur.* SVR.

REGVSTVRONEM M. P. XVI] *Habent manuſcripta & Longolianum auferendi caſu. Exemplar Hier. Pauli* Reguſtorone M. P. XVI. *Supra* Seguſteronem *legitur.* SVR.

NEMAVSVM M. P. VIIII.] *Habent manuſcripta, & Longolianum. Exemplar Hier. Pauli* M. P. XXVIIII. Nemauſum *Plinius L. 3. C. 4. & Ptolemaeus* Volcis Arecomicis *contribuunt.* SVR.

NEMAVSVM.] Coloniam fuiſſe nemo dubitat: ſingularis tamen titulus eſt, quo in vetere monumento, ex Ligorianis ſchedis hauſto, ornatur apud Gudium p. XL. 2. *COL. ARICOM. NEMAVS. VOLCA. AVG. NEPT.*, i. e. *Colonia Aricomicorum Nemauſus Volcarum Auguſta Neptunia*, quod epigramma ſi fidele eſt, oportet ordo verborum ſit mutatus: fuit enim Volcarum Arecomicorum metropolis. Ceterum Pariſinus M. P. XVIII. addit. WESS.

AMBRVSSVM M. P. XV.] *Oppidum inſigne, & tamen priſcis Geographis non commemoratum.* SVR.

AMBRVSSVM.] Habent reliqua Itineraria, quorum Hieroſ. *Ambroſio M. P. XV.*, Tabula *Ambruſium.* Had. Valeſius, nominis quadam conformatione inductus, *S. Ambres* eſſe juſſit; cui tamen ſitus obeſt: nam Nemauſo Montispeſſulanum profecturi *S. Ambres* non adeunt, eſtque adeo extra militarem aggerem. Guil. Catellus L. II. Hiſt. Langued. C. ult. diſtantiam incidere ait in *Lunel le Vieil*, Altingius in *ſanum S. Omierei.* WESS.

SEXTATIONE M. P. XV.] Sextatione *legitur in manuſcriptis & vulgatis, & hoc, & ſequenti itinere, præter Blandinianum, in quo poſtea* Sextantione *legitur.* SVR.

SEXTATIONE.] Rectius infra *Sextantione.* Theodulphus Paraeneſi ad Judic. ℣. 132.

Inde Nemauſiacas ſenſim properamus ad arces,
Quo ſpatioſa urbs eſt, resque operoſa ſatis:
Hinc Madalona habuit lævam, Sextantio dextram;
Hic ſcabris podiis cingitur, illa mari.

ubi *podia ſcabra* ſaxa ſunt, quibus Sextantio erat incinctus. *Soſtantione* eſt in Itin. Hieroſ., vocabulo vitioſiore, ſed proxime ad *Souſtantion*, quo nomine nunc vicus eſt in agro Montiſpeſſulano, accedente: hinc *Suſtantionenſis* Comitatus, de quo præter Catellum vide Pet. de Marca L. II. Conc. Sacerd. & Imp. C. 3. §. 3. accurate diſputantem. WESS.

FORVM DOMITI M. P. XV.] Forum *id eſſe videtur cui* Neronis *cognomentum Ptolemaeus attribuit: ex gente enim* Domitia *duæ familiæ celebres claruerunt* Calvinorum, & Aenobarborum, *à qua genus ducebat Nero Imperator. Sueton. in Nerone C. 1.* SVR.

FORO DOMITI.] Plures MSS. cum Lugdunenſi edito *Foro Domini*, turpi vitio. *Fori* hujus poſitio dubia eſt: non eſt *Forum Neronis*, quod, quamquam non longe hinc fuerit diverſum, a *Luteva* disjungi non poteſt ob hæc Plinii L. III. C. 4. *Lutevani, qui & Foroneronienſes*: habet Ptolemaeus aliud *Neronis forum* cis

Rho-

AMBRVSSVM.	M. P. XV.
SEXTATIONE.	M. P. XV.
FORO DOMITI.	M. P. XV.
ARAVRA SIVE CESERONE.	M. P. XVIII.
BETERRAS.	M. P. XII.
NARBONE.	M. P. XVI.
SALSVLIS.	M. P. XXX.
	AD

Rhodanum, quod huc niſi vaniſſima opera transferri haud quitum eſt. Guil. Catellus, quoniam *mutatio* in Itin. Hieroſ. dicitur, obſcurum fuiſſe vicum, cujus memoria interciderit, exiſtimat; quæ tamen ratio parum firma eſt; nam & oppidis *mutationem* id Itiner. ſæpe præponit. Valeſius ex intervallo Frontiniacum *Frontignac*, vino ſuo illuſtre, ad ſtagnum maritimum eſſe decernit; cui & nos, donec certiora producantur, accedemus. WESS.

ARAVRAM SIVE CESERONEM M. P. XVIII.] *Hoc loco duæ manſiones, æqua diſtantia, proponuntur*, Araura, *ſive eſt* Arauris *fluvius, aut* Ceſero. *Strabo L. 4. p. 182.* Atacem *fluvium ex* Cemmeno *monte in mare deferri, &* Obrim, *&* Araurim *memorat. Pomponius lib. 2. C. 5.*, ex Cebennis demiſſum Araurim juxta Agatham, & ſecundum Bleterras Obrim fluere *perhibet: ut apud Plinium lib. 3. C. 4. ex Pomponio legendum ſit* Arauris *non* Araris: *quamvis in vetuſtis Plinii exemplaribus* Araris *legitur:* Araurii fluminis *oſtium Ptolemaeus juxta* Agatham *urbem conſtituit:* Ceſeronis *manſionis infra ſit, ſequenti itinere, ab Antonino mentio. Plinius L. 3. C. 4. in* Volcis Tectoſagibus Ceſſeronem, *&* Carpentoracte *conſtituit urbes: & in eadem regione Ptolemaeo* Κεσερών. SVR.

ARAVRA.] Non ex vero Surita duas eſſe manſiones arbitratur: Ceſero eadem ac Araura eſt, ita dicta, quod *Arauri* fluvio eſſet adpoſita. Vita S. Tiberii: *Et ſubito apparuerunt juxta fluvium, qui dicitur Araur, in vico, qui vocatur, Ceſeri.* Nunc a S. Tiberio *S. Vberi* nuncupant. Id vero bene, quod Plinio *Araurim* reſtituerit; quod idem factum deinceps eſt ab Iſ. Voſſio ad Melam L. II. C. 5. & Harduino atque aliis. In Strabone Xylander Ἀερουερέλις, fluvii nomine ſyllaba auctiore, edidit. WESS.

BETERRAS M. P. XII.] *Habent manuſcripta & vulgati libri. Straboni libro iiii. p. 184.* Βιλτέρα πόλις. *Plinii vetuſtis omnibus exemplaribus lib. C. 4.* Beterrae Septimanorum. *Ptolemaeo in* Volcis Tectoſagis, Βαιτέρα. SVR.

BETERRAS.] *Beteras* Vaticanus; in quo urbis cognomine ſcribendo multifariam variatur: *SEPT. BAETERR.* eſt in lapide Theſ. p. CCLXXII. 10. Strabonis vetus & verior lectio fuit BAITEPA; Stephano BAITAPPA: Theodulpho Paraen. ỳ. 135. *Beterre* ſive *Beterris* dicitur:

Linquimus & noſmet tecta Beterris habent.

Apollinari Sidonio L. IX. Ep. 10. *Biterrenſis urbs*, numis autem BHTHPPA; quamquam de numis lis eſt ob Harduini, ad Syriæ urbem transferentis, diſſenſum: fecero equidem cum illis, qui hic procuſos cenſuerunt: nam & rudior numorum forma, & figuræ, Hiſpanicis perſimiles, id poſtulant; nec propterea tamen omnibus *Beterras* inculcavero; diſſederunt enim in ſyllabæ primæ ſono. Vid. Holſtenium ad Stephan. & Theſaur. Fridericianum C. 5. WESS.

NARBONE.] XVI. M. P., ſeu paraſangis IV. a Beterrenſi urbe Benjamin Judaeus Itiner. p. 4. ſemovet. Theodulphus Paraeneſ. ỳ. 137.

Mox ſedes Narbona tuas, urbemque decoram
Tangimus. ———

Vide Sidonii Apollin. Carmen, cui *Narbonem* inſcripſit. WESS.

SALSVLAS M. P. XXX.] *Strabo L. 4. p. 182. juxta* Ruſcinonem, *lacum eſſe, & agrum, quem alluit, paululum ſupra mare, ſalinis refertum, & κεφαῖς ὀφυκτοὺς ἔχον, mugiles foſſiles habet, cujus rei Aelianus ex Polybio mentionem fecit. Is lacus à Pomponio Mela L. 2. C. 5. & Antonino Salſula cognominatur; ac celebre nomen retinet.* SVR.

SALSVLIS.] *Salſas* ſeneſcentis Latinitatis Diplomata appellant; nec alio nunc temporis

AD STABVLVM.	M. P. XLVIII.
AD PYRENAEVM.	M. P. XVI.
JVNCARIA.	M. P. XVI.
GERVNDA.	M. P. XXVII.
BARCINONE.	M. P. LXVI.
STABVLO NOVO.	M. P. LI.
	TAR-

notæ nomine ſunt. Polybii dè foſſilibus piſcibus verba ſervavit Athenaeus L. VIII. Deipn. C. 2. Nonium quoque adi Hiſpan. C. 92. WESS.

AD STABVLVM M. P. XLVIII.] *Manuſcripta, & vulgata præferunt: quæ ſi vera eſt dimenſio, apparet non recto itinere* Saltum Pyrenaei *petere, ſed alio iter deflecti, neque ea via* Ruſcinonem *perduci: quæ urbs in ſequenti additur itinere.* SVR.

AD STABVLVM.] Numeri M. P. nimii ſunt; neque enim tantum eſt Narbonem inter & Pyrenaeum intervallum. P. de Marca L. I. Marcae Hiſpan. C. 11. hoc *Stabulum* eo fuiſſe ſitu, quo *Boulou*, pertendit; is autem locus M. P. XXVIII. a *Salſulis* abeſt. WESS.

AD PYRENAEVM.] Manſio ea eſt, quæ ſequenti itinere *Summi Pyrenaei* titulo, quod in montis illius ſummo vertice eſſet, nobilis eſt. *Portum* noſtra ætate vocant, a priore manſione V. tantum M. P. diverſum, quæ propterea P. Marca in ſuam ſedem reſtituenda exiſtimat. WESS.

JVNCARIAM M. P. XVI.] *Strabo L. 3. p. 160. cum* Emporiarum *urbis, &* Emporienſis *portus mentionem feciſſet, interiorem agrum, cum aliarum rerum, tum etiam* ſparti *feracem habere memorat: qui vero inutilior eſſet, ac tenuis,* juncum *producere: ut etiam* Juncarium campum *appellent. Ptolemaeus in* Indigetibus *populis, qui primi tranſcenſo Pyrenaeo adeuntur,* Decianam, *&* Iuncariam *conſtituit: exſtatque ejusdem nominis oppidum.* SVR.

JVNCARIA.] Eſt utique in campo juncario ejusdem nominis oppidum, ſed V. M. P. *ſummo Pyrenaeo* ſemotum. Diſtantia, quæ hic ſignata eſt, incidit in *Ficarias, Figuerre,* ut idem P. Marca L. II. M. H. C. 19. oſtendit. Fuit ſimili nomine *in regno Septimaniae, territorio Magalonenſi, locus Juncarias vocatus,* ubi Arnuſti Narbonenſis Archiepiſcopi tempore An. IↃCCCIX. ſynodum celebratum fuiſſe acta docent. WESS.

GERVNDAM M. P. XXVII.] *Bland. & Longol.* M. P. XXVII. *ſed hoc* XVII. *corrigitur. Neap. & Hier. Pauli* M. P. XVII. Indigetum *celebre oppidum eſt, quod nomen retinet.* SVR.

GERVNDA.] XVII. M. P. Cuſani codex itidem addit: tamen Tabula vulgatos numeros mavult. Vid. Nonii Hiſpan. C. 89. WESS.

BARCINONEM M. P. LXVI.] *In Bland.* Barcenone M. P. LXVI. *Neapol.* Barcenona M. P. LXVII. *Hier. Pauli* Barcinone M. P. LXVII. *Longol.* Barcenone M. P. LXVI. *&* LXVII. *corrigitur. Exſtant complures lapides vetuſti ea in urbe, quibus* Barcinonenſes *deſcribunt. In maritimis Rufi Feſti,* Barcilonum amœna ſedes ditium, *legimus: Vrbs eſt* Laletanorum, *qui male in Ptolemmaei libris, in maritima & mediterranea regione* Λαιητανοι, *pro* Λαλητανοι *deſcribuntur.* SVR.

BARCINONE.] Membranaceus Cuſani liber M. P. LXXVII., reliquis LXVII. M. P. amplexis, adponit. Qui labente Imperio ſcripſerunt, varie urbis titulum extulerunt: *Prætextatus ab Spaniis de Barcilona* eſt in Hilarii Fragm. Hiſtor. p. 1292., neque Idatius in Chron. An. XXII. Honorii Imp. diſſentit: urbs,

Quam Barchinonam priſci dixere Latini,

Ermoldo Nigello L. I. Geſt. Ludovici Pii; urbs, *Barcinona cui nomen* Saxoni poëtæ Annal. Caroli M. An. IↃCCXCVII. ὡς ὑπὸ τῆς Βαρκέλωνος Olympiodoro apud Photium Cod. LXXX. p. 187. mitto alia, quæ mihi in mundo ſunt. In literatis lapidibus ornari his titulis ſolet: *COL. F. I. A. P. BARCIN.*, i. e., ut bene P. Marca L. II. M. H. C. 14., *Colonia Faventia Julia Auguſta Pia Barcino*; ſic enim plene legitur in monumento apud Gudium p. XXVI. 8. & LVI. 1. WESS.

TARRACONE.] *DOMO TARACONE*, ſculptoris opinor peccato, eſt in lapide apud Gudium p. c. 9. Quæ vero urbis originem & dignationem ſpectant, ex Nonio Hiſpan. C. 85. & il-

TARRACONE.	M. P. XXIIII.
ILERDA.	M. P. LXII.
TOLOVS.	M. P. XXXII.
PERTVSA.	M. P. XVIII.
OSCA.	M. P. XVIIII.

CAE-

& illustris Parisiensium episcopi Marca Hispan. L. II. C. 10. peti possunt. WESS.

ILERDA.] Strabo L. III. p. 161. Ilerdam Tarracone stadiis CCCCLX. semovet; quod intervallum non male numeris Itinerarii congruet, si quæ de Strabonis stadiis alias dixi, observentur. Situm egregie expinxit Lucanus L. IV. 11.

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu; placidis prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes.

Ausonii tempore in *dejectis juga per scruposa ruinis*, ut ex Epist. ad Paullinum liquet, fuit; quia tamen Ludovicus Imp. illam evertisse ab Anonymo vitæ ejus scriptore p. 346. Edit. Pithoeanae traditur, in aperto est, eam deinde fuisse instauratam. WESS.

TOLOVM M. P. XXXII.] *Manuscripta, & vulgata exemplaria* Tolous M. P. XXXII. *præferunt: & cum totum hoc iter per celebres & maxime notas urbes peragatur, hæc mansio, quæ inter* Ilerdam, *&* Pertusam *constituitur, & in* Ilergetibus *ab Antonino conlocatur, mihi incognita est. Neque media itineris via, oppidum exstare video, quod huic applicare mansioni certo audeam, præter* Montionem *fertilis agri, & aprici situs, oppidum, prope* Cingæ *ripas situm, cui collis imminet, à quo nomen sumpsisse videtur, conventibus Regnorum Aragoniae, & Valentini, & Principatus Cataloniæ celebrem sedem.* Ilerda Montionem *nunc Leugæ nostræ vi. aut vii. adsignantur, quæ* XXXII. M. P. *aut æquant, aut superant.* SVR.

TOLOVS.] Ita cum priscis editionibus membranacei codices. Situm ejus Surita approbavit P. de Marca L. II. M. H. C. ult. WESS.

PERTVSA.] Vel *Percula.* SIML.

PERTVSAM M. P. XVIII.] *Nomen id oppidum retinet ad* Canadris *fluvii ripas situm: itinere quo* Montione Oscam *perducitur: Apud Ptolemaeum forte* Bergusia, *pro* Pertusa. SVR.

PERTVSA.] Cusani & Parisinae schedæ *Percula* edunt; ceteræ *Dertusam* aut *Pertusa.* Sitne vero eadem ac *Bergusia* Ptolemaei, in dubio est: nam & positionis incertæ ea Geographi est *Bergusia*, & Bergusiorum seu Bargusiorum fuit caput: si itaque *Pertusa* verum mansionis sit nomen, Bergusia esse non poterit, quippe a Bergusiis dicta; cum *Pertusorum* longe alia sit originatio, ut ad Africæ Itiner. p. 45. patefactum est. Illustri Parisiensium episcopo *Bergusia* eadem ac *Balbastrum* est, *Pertusa* vero *Antillon.* WESS.

OSCAM M. P. XVIIII.] *Celebris hæc* Ilergetum *urbs: quæ in vetustis nummis* Vrbs victrix *cognominatur: & ejus nomen à Livio toties est repetitum in Triumphis, qui ex devictis Hispaniarum nationibus deportabantur: in quorum spoliis, & signati, &* Oscensis *argenti fit mentio. Præterea Plutarchus auctor est, Sertorium eam urbem delegisse, in quam filii Principum virorum, Hispaniarum obsides, studiorum specie, accitis disciplinarum magistris, mitterentur.* SVR.

OSCA.] Sertorium *Oscae* suorum fraude fuisse oppressum receptissima multorum est opinio, ex Velleio L. II. C. 30. & Strabone L. III. p. 161. derivata: ille *Sertorium Etoscae inter cœnam interemtum* memorat; hic ἐτελεύτα δὲ νόσῳ. Velleio *Oscae* Cl. Puteanus & Straboni ἐν Ὄσκῃ, eruditorum plaudente cavea, restituit. Visum tamen P. Marcae est L. II. M. H. C. 26. Paterculi patrocinium profiteri, & *Etoscae* tueri, in Strabone vero ἐν Ἰλεόσκῃ refingere; quod merito demiraberis; neque enim utrumque verum esse poterit. Fac *Ileoscam* urbem paullo ante a Strabone recte commemorari, proptereane, ubi de Sertorii nece agitur, recipienda erit? adde Ἰλεόσκην a vestigiis pristinæ scripturæ nimium quantum recedere. Ego Puteani partibus accessero; præsertim cum Plutarchus innuat, Sertorium Oscae vita fuisse ever-

CAESARAVGVSTA. M. P. XLVI.
CASCANTO. M. P. L.
CA-

eversum & privatum. Ceterum Strabonis stadia IↃXL. a M. P. Itiner. proxime absunt. WESS.

CAESARAVGVSTAM M. P. XLVI.] *Manuscripta & Longol.* Caesarea Augusta M. P. XLVI. *in Bland. infra* Caesarauguſta. *Hier. Pauli excusi libri* Caesareae Augustae M. P. XLVIII. *& arbitror non ex vetustis libris, sed de suo, duo milliaria adjecisse: ut* Leugis *nostris æqua milliarium mensura constitueretur, quæ mihi minime videtur à veteribus libris detorquenda. Jam vero* Caesarauguſtam *scribendum esse, vetusti nummi testantur: & Aurelii Prudentii carmen in hymno, de martyribus Caesarauguſtanis:*

Caesarauguſtam vocitamus urbem.

Ex compluribus nummis inscriptiones adponemus. In nummis æneis Augusti *duobus* vexillum *erectum hasta in base adfixa visitur, quod signum erat deducendæ coloniæ, ut secunda in M. Antonium Philippica Cicero docet, his verbis C.* 40. Vt vexillum tolleres, & aratrum circumduceres: *In uno eorum adparet* Augusti *effigies, & hic titulus* DIVI F. *deest enim intertrimento nummi nomen* AVGVSTVS: *& in aversa nummi parte, qua* Vexillum *propositum est,* CAESAR-AVGVSTA L. CASSIO. CN. FEN. IIVIR. *& in altero circum* Augusti *effigiem* AVGVSTVS DIVI F. *& aversa parte vexilli,* CAESAR-AVGVSTA M. POR. CN. FAD. IIVIR. *quæ nomina* duumvirorum *in aliis etiam nummis leguntur, quæ civica corona sunt circumplexa. In aliis majoris notæ nummis* AVGVSTVS DIVI F. *& aversa parte, qua aratrum deducendæ coloniæ circumducitur, tauro & vacca sub jugum missis, ut Varro auctor est, & ab* urbando urbium *nomen coloniis inditum, qui mos ab* urbis Romae *aratro circumducto deductus fuit,* CAESARAVGVSTA. Q. LVTATIO M. FABIO II. AVGVSTVS DIVI F. COS. XI. DES. XII. ET CAESARAVGVSTA. C. ALIARIO. T. VERRIO IIVIR. IMP. AVGVSTVS. XIV. CAESARAVGVSTA. M. PORCI. CN. FAD. IIVIR. IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES X.... Numantiam *à* Caesarauguſta CCC. *stadiis abesse Strabo perhibet L.* 3. *p.* 162. SVR.

CASCANTVM M. P. L.] *In manuscriptis & Longol.* Cascanto M. P. L. *& male in Hier. Pauli libris* M. P. XXVIIII. *Plinius regionis* Vescitaniae *Latinorum veterum recenset lib.* 3. *C.* 3. Cascantenses. *Ptolemaeo item; nam in* Vasconibus Βασκάντων *libri vulgati eâunt, pro* Κασκάντων. *Vetustus interpres* Castontum *vertit. In Tiberii Caesaris nummo.* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. *& in aversa parte supra tauri effigiem* MVNICIP. *& infra* CASCANTVM. *Hodie nomen retinet.* SVR.

CASCANTO.] Verum fuisse vatem Suritam Palatinus codex, Κάσκαντον præferens, testimonio est. *Cascantenses, Calaguritanos, Virgilienses & Tricienses* jungit Hilarus Pontifex in Epist. ad Ascanium. WESS.

CALAGVRRIM M. P. XXVIIII.] *Blandinianum* Calagorra M. P. XXVIIII. *& item Longolianum. In Neapolitano* Calagurra M. P. XXVIII. *& Hieron. Pauli* Calagurrae M. P. XXVIIII. *Strabo L.* 3. *p.* 161. Vasconum *urbem* Calagurim *commemorat. Plinio duplices* Calagurritani, *qui* Nassici *cognominabantur & ad* Ilergetes *pertinebant, &* Fibularenses *ex* Calagurri Vasconum *urbe: quæ hoc itinere conlocatur. Utra earum nobilis sit Fabio Quintiliano alumno, neminem arbitror affirmare posse. Divus Hieronymus ex Eusebii chronico:* Quintilianus Hispania Calagurritanus, primus Romæ publicam scholam tenuit, & salarium è fisco accepit, & claruit: *Vigilantium in adversarii odium idem Hieron. propter nomen viculi,* mutum Quintilianum *adpellat. Ausonius in commemoratione Rhetorum Burdigalensium, ita inquit:*

Primus Burdigalæ columen dicêre Minervi,
Alter Rhetoricæ Quintiliane togæ:
Adserat usque licet Fabium Calagurris alumnum,
Non sit Burdigalæ dum cathedra inferior.

Paulinus eidem Ausonio,

Mon-

CALAGVRRA. M. P. XXIX.
VERELA. M. P. XVIII.
TRI-

Montanamque mihi Calagorrim, & Bilbilim acutis
Pendentem ſcopulis, collemque jacentis Ilerdæ
Exprobras, velut his habitem laris exul & urbis.

Hanc Itinerarii urbem innuit Aurelius Prudentius Peri Steph. II. ℣. 537. quando hæc Calagurris *ad* Iberum *ſita eſt in Vaſconibus*; Nos Vaſco Hiberus dividit Binis remotos Alpibus Trans Cottianorum juga, Trans & Pyrenas ninguidos. *Feſtus Avienus in Jambis:* Hiberus inde manat amnis, & locos Fecundat unda. Plurimi ab ipſo ferunt Dictos Hiberos, non ab illo flumine, Quod inquietos Vaſconas prælabitur. *Recte ergo Prudentius* Hiberum Vaſconem *adpellat, quod* Vaſcones *præterlabitur: ſed ab Antonio Nebriſſenſi non recte, dum ea carmina explicat, Hiberum in Vaſconibus oriri proditur; oritur enim, ut manifeſte compertum eſt, & Strabo ac Plinius teſtantur, haud procul oppido* Juliobriga *in* Cantabris; *& per medios* Autrigonas *delapſus,* Berones *ac* Vaſcones *permeans,* Aedetanos *ab* Ilergetibus *dirimit, atque* Ilergaones *præterfluens in mare eorum regione devolvitur: neque vidit* Calagurrim *innui, quam alibi Prudentius* ſuam *vocat. Alterius urbis* Calagurritani *à Cæſare primo belli civilis Commentario C. 60. memorantur, quos* Oſcenſibus *contributos fuiſſe tradit, & Plinius* Naſſicos *cognominatos: hos enim ad eum ad* Ilerdam *legatos miſiſſe, ſeſeque imperata facturos fuiſſe pollicitos memorat:* Hos, *inquit,* Tarraconenſes, & Lacetani, & Auſetani, & paucis poſt diebus Ilergauones, (*ita enim legendum, ut ſuo indicabitur loco*) qui flumen Hiberum attingunt, inſequuntur. *Apparet enim de regionibus* Ilerdæ *urbi vicinis Cæſarem agere: & hanc* Calagurrim, *cujus hodie nulla exſtare ſcimus veſtigia, in* Ilergetibus *eſſe ſitam. Alteram enim, quæ hoc itinere recenſetur, tam longo terrarum ſpatio diſſitam, veriſſimile non eſt, ex aliena regione* Oſcenſibus *fuiſſe contributam: &* Oſcenſes, *ac* Calagurritanos *tanquam viciniores, ſe imperata facturos Cæſari fuiſſe pollicitos; quos* Tarraconenſes, Lacetani, Auſetani, & Ilergaones *inſequerentur, populi adeo vicini, ut eorum regiones intra xl. milliare contineantur: &* Fibularenſes Calagurritani *ultra xx. & c. milliare diſtent. Hanc* Calagurrim Juliae *cognomine decoratam fuiſſe veteres nummi teſtantur; fortaſſe ex eo, quod eorum opera & induſtria, Cæſari in* Ilerdenſi *obſidione perutilis fuerit. In æreo nummo effigies adparet, ore probo, quod mihi videtur juvenis eſſe* Auguſti, *cum hac inſcriptione* NASSICA: *in averſa verò parte* tauri *effigies, quæ inſigne videtur eſſe municipiorum cum hac ſupra tauri effigiem inſcriptione,* CALAG. *& infra ejus pedes* IVLIA. Municipii *nomen obtinuiſſe in omnibus fere nummis exponitur, qui ærei ſunt. In eorum uno, cui juvenis facies ineſt,* MVN. CAL. IIVIR. *& in averſa parte ſupra tauri effigiem.* Q. ATONI, *& infra* L. FABI. *In alio cum* Auguſti *imagine* AVGVSTVS MV. CAL. IVLIA: *& in averſa parte, ſupra tauri effigiem,* L. BAEB. PRISCO. C. CRAV. BROC. IIVIR. *& in alio cum effigie* Auguſti IMP. AVGVST. PATER PATRIAE: *& averſo nummo, ſupra Tauri effigiem,* L. VALENTINO. L. NOVO. IIVIR. M. CAL. I. *In alio cum Auguſti effigie* MVN. CAL. IVL. *& averſa nummi parte, ſupra tauri effigiem* IIVIR. L. CRAVIO: *& infra alterius duumviri nomen eſt interciſum. In Tiberii Cæſaris nummo, circum ejus effigiem* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS: *& averſa parte ſupra ſupra tauri effigiem* C. CELERE. M. C. I. CRECTO IIVIR. SVR.

CALAGVRRA.] Ita aut *Calagorra* MSS.; *Silvanus epiſcopus Calagurae in ultima parte noſtræ provinciæ conſtitutus* in Epiſt. Aſcanii ceterorumque Tarraconenſis provinciæ ad Hilarum papam. Jam quæ Surita hic accumulavit, non omnia pro bonis ducenda ſunt. *Calagurris* enim, cujus incolæ *Fibularenſes* Plinio dicuntur, non hæc, ſed *Loharre* XII. M. P. ab Oſca eſt: altera cognomento *Naſſica* cujusque a Surita numi ſunt exſcripti, noſtra eſt in Vaſconum finibus Ibero flumini adpoſita. Patriam Quinctiliani Fibularenſium Calagurrim Nonius Hiſpan. C. 81. & Oihenartus Not. Vaſcon. C. 7., ſed quam perverſe Ibero adſtruunt, fecerunt. Vid. P. de Marca L. II. M. H. C. 28. WESS.

VERELA.] Vel *Veraza*, vel *Verada*. SIML.

VARIAM M. P. XVIII.] *In Blandiniano*, Verala M. P. XVIII. *item Longoliano. In Neapolitano* Verela M. P. XVIII. *& Hieronymi Pauli*

TRITIVM.	M. P. XVIII.
LIBIA.	M. P. XVIII.
SEGASAMVNCLO.	M. P. VII.
VIROVESCA.	M. P. XI.
SEGESAMONE.	M. P. XLVII.

LA-

libri Verelæ M. P. XXVIII. *ſed ea haud dubie* Varia *oppidum eſt. Strabo L.* 3. *p.* 162. *è regione ſeptentrionis* Berones *Celtiberis proximos, & Cantabris Coniſcis habitare memorat: & ipſos è Gallica tranſmigratione ortos: horum urbem eſſe* Variam *ad Hiberi tranſitum ſitam. Plin. lib.* 3. §. 3. Hiberus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Juliobriga CCCCL. M. P. fluens: navium per CCLX. M. P. à Varia oppido capax. *Ptolemaeo in* Beronibus, *qui infra* Autrigones *ſunt*, Ὀυαρία. *Exſtat vicus juxta* Logroniam, *in* Variæ *urbis veſtigiis, qui nomen retinuit, ac* Vaream *nuncupant.* SVR.

VERELA.] Cuſani MS. *Verola*, *Verala* in aliis & Lugdunenſi edito eſt, aut etiam *Verela.* XVIII. M. P. margo Fabriciani exemplaris oſtendit. Utut autem Ambroſii Moralis & H. Suritae conjectura probabilis eſt, non tamen *Variam* invitis libris ingerere ſuſtinui. WESS.

ARITIO.] Ptolemaeus *Tritium Tuboricum.* Plinius *Tritium.* SIML.

TRITIVM M. P. XVIII.] *In Blandiniano, & reliquis* Aritio M. P. XVIII. *Melæ Pomponio lib.* 3. 1. *duplex* Tritium. *Plinius lib.* 3. 3. *in* Autrigonum *x. civitatibus* Tritium, & Viroveſcam *conſtituit*; & *Ptolemaeo in* Beronibus Τρίπιον Μέγαλον *eſt: idem haud dubie quo hoc iter ducitur; nam cum* Varia *in ea regione conjungit.* Tuboricum *verò à Ptolemaeo in* Vardulis *memoratur. Nunc juxta* Naiaram *urbem hoc* Tritium *nomen retinet, in vici formam redactum. Alterius* Tritii, *hoc eſt*, Tuborici, *quod à Plinio in* Autrigonibus *conſtituitur, & Ptolemaeo in* Vardulis, *infra fiet hoc Itinerario mentio.* SVR.

TRITIVM.] Omnes fere *Aritio*, præter Pariſinas ſchedas, *Tritium* porrigentes. Harduinus ad Plinii L. III. C. 3. Suritam tetigit, ob deſignatum *Tritii* ſitum prope *Najaram*, non advertens eum de *Tritio* non agere, quod XI. M. P. Viroveſca diſtabat, ſed de *Tritio Metallo*, quod μέγαλον perverſe appellat. Juſtiore titulo Oihenartus Notit. Vaſcon. C. 2. eundem Suritam taxavit, ob *Tritium Toboricum* ſive *Tobolicum* Devae flumini accubans & Plinii *Tritium* confuſum & pro eodem habitum: longius *Tobolicum* Viroveſca aberat. Vid. ejus Notit. p. 6. & 7. WESS.

OLBIAM M. P. XVIII.] *In Blandiniano* Lybia M. P. XVIII. *Neapolitano* Libia M. P. XVIII. *& item Longoliano. Hieron. Pauli libri* Lybiæ M. P. XVIII. *Dubium mihi non eſt, eam deſignari urbem, quæ in Ptolemaei libris in* Beronibus Ὄλιβα *cognominatur, atque una cum* Varia, & Tritio *in ea regione conſtituitur: quemadmodum hoc itinere adjunguntur: & apud utrumque auctorem* Olbiam *legendum eſſe, cum apud Stephanum quinta inter plures ejusdem nominis urbes* Olbia Iberica *recenſeatur.* SVR.

LIBIA.] Et hoc reſtituendum duxi ob ſingularem MSS. concordiam, hoc aut *Lybia Libya*ve amplexorum. Fuit in hoc quidem tractu *Olbia*, ſed hanc eſſe, ni meliores libri ſuccurrant, non temere dixero. WESS.

SAGASAMVNCLO.] Vel *Sagaſamundo.* Ptolemaeo *Segiſamunclum.* SIML.

SEGESAMVNCLVM M. P. VII.] *In Blandiniano* Segaſa munclo M. P. VII. *Neapolitano* Segaſa munde M. P. VII. *Hieron. Pauli libris* Sagaſamundo M. P. VII. *& Longoliano* Segaſamundo M. P. VII. & Sagaſamundo *corrigit. Ptolemaeo in* Autrigonibus, *qui ſupra* Berones *pertinent, & mediam eorum regionem* Hiberus *amnis ſcindit*, Σεγισαμόνκλον. SVR.

SEGASAMVNCLO.] Ita optimi librorum, unde *Segaſamundum*, quod in aliis legitur, ortum & originem nactum eſt. Addiderunt Lugduni M. P. VI Baſileae VII. M., quæ margo Fabriciani exemplaris & Vaticanus laudant. WESS.

VEROVESCA.] Vel *Veroneſca.* Plinio *Viroveſca*, Ptolemaeo *Virueſca* vel *Virdubeſca*: vulgo *Brivieſca.* SIML.

VIROVESCAM M. P. XI.] *Manuſcripta & Longolianum* Veroneſca M. P. XI. *Hieronymi Pauli libri* Veroveſcæ M. P. XI. *In exemplaribus Plinii veteribus* Viroveſca *in* Autrigonibus. *Ptole-*

LACOBRIGA. M. P. XXX.
CAMALA. M. P. XXIIII.
LANCE. M. P. XXIX.
AD LEG. VII. GEMINAM. M. P. IX.
ITER

Ptolemaeo itidem in Autrigonibus, Βρέσσω *in vulgatis libris, & in vetuſto exemplari Georgii Vallæ Placentini, quod ex Bibliotheca Jani Laſcaris, & ab ea Didaci Hurtadi Mendozæ ad Regiam D. Laurentii pervenit* Ὀυίρέσσω, *& vetuſtus interpres* Virdubeſcam *vertit: Hodie in* Riogiæ *regione oppidum nomen retinens.* SVR.

VIROVESCA.] Plerique veterum MSS. *Veroneſca.* Refert huc Ligorius *VORVESCASENSEM SPECVLATOREM*, ex lapide inter Gudianos p. CXLVII. 5., pariterque admonet, urbem *Vorveſcam* fuiſſe dictam; qua in re ratio eum fugit. Ptolemaei membranacei codices Palatin. & Coislin. Ουίρέσσω. WESS.

SEGESAMONEM M. P. XLVII.] *Plinius L.* 3. *C.* 3. *in* Turmodigis Segiſamonenſes *&* Segiſama Julienſes *conlocat: primi ſatis videntur à* Segiſamone *oppido ducti. Ptolemaeus* Segiſamonis *non meminit, &* Segiſamam Juliam *in* Vaccæis *recenſet.* SVR.

SEGESAMONE.] Diſſentit a Surita Harduinus, *Segiſamonenſes* Plinii a Flori *Segiſama* L. IV. C. 12. repetens, me tamen invito: a *Segiſama* Flori *Segiſama Julienſes* dici potuere: nunquam *Segiſamonenſes.* WESS.

LACOBRIGAM M. P. XXX.] *Manuſcripta exemplaria, & excuſi Hieronymi Pauli, & Longoliani libri* Juliobrica M. P. XXX. *Plinii vetuſtis exemplaribus L.* 3. *C.* 3. *in* Vaccæorum *civitatibus* Lacobrigenſes *leguntur: & Ptolemaeo item in* Vaccæis, *apud vetuſtum, & recentiores interpretes: quod nomen in Gracis deeſt exemplaribus.* SVR.

LACOBRIGA.] Sic omnes MSS. noſtri. Infra longe contractius intervallum Segiſamonem & Lacobrigam diſtinguit. Habet Goltzius in Theſaur. numum, *MVN. LACCOBRIGA* inſcriptum & huc fortaſſe referendum. WESS.

CAMALAM M. P. XXIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Camala M. P. XIIII. *& Hieron. Pauli libri* Camale M. P. XXIIII. *Cum ex* Vaccæis *iter in* Aſtures *ducatur, forte hac manſio ea eſt, quæ Ptolemaeo in regione* Aſturum, *quam ad orientem ſolem* Cantabri *tenuere* Καμάρικα *nuncupatur.* SVR.

LANCIA.] Vel *Lance* vel *Lauce.* SIML.

LANCIAM M. P. XXVIIII.] *Manuſcripta & Longolianum* Lance M. P. XXVIIII. *& Hieronymi Pauli libri* Lauce M. P. XXIX. *Plinius L.* 3. *C.* 3. *inter* Aſturum XII. *populos* Lancienſes *commemorat: & apud Ptolemaeum non recte, ut arbitror, in ea regione* Aſturum, *qua &* Legio VII. Gem. *recenſetur,* Λαγκίατοι, *pro* Λαγκία. *Dion libro liii. p.* 589. *auctor eſt, T. Cariſium, Auguſti legatum,* Lanciam, *maximam Aſturiæ urbem, deſertam occupaviſſe.* SVR.

LANCE.] Ita MSS., quibus utimur, excerpta. *Lanciam*, quam Florus L. IV. C. 12. *validiſſimam civitatem* appellat, intelligi probabile eſt: adde P. Oroſium L. VI. C. 21. WESS.

AD LEG. VII. GEMINAM M. P. VIII.] *Etſi a Ptolemaeo in* Aſturum *regione* Legio VII. *conlocetur, mirum videri non debet, ſupra ab Antonino hoc itinere, in* Gallecia *eam conſtitutam fuiſſe. Nam quamvis priſcis temporibus Hiſpaniæ in* citeriorem, *&* ulteriorem provinciam *diviſæ ſint, &* ulteriori Bætica & Luſitania *fuerint attributæ; poſtea in ſex fuiſſe diſtributas provincias, legimus in Breviario Rufi Feſti C.* 5. *Valenti Imperatori dicato.* Ac per omnes Hiſpanias VI. ſunt nunc provinciæ. Tarraconenſis, Carthaginienſis, Luſitania, Gallicia, Bætica, Inſulæ Baleares. Trans fretum etiam in ſolo terræ Africæ provincia Hiſpaniarum eſt, quæ Tingitana Mauritania cognominatur. Ex iis Bætica & Luſitania Conſulares, cæteræ Præſidiales ſunt. *Scotus auctor Notitiæ Provinciarum ſub diſpoſitione viri ſpectabilis vicarii Hiſpaniarum,* Conſulares Baticæ, Luſitaniæ, Galleciæ. Præſidiales Tarraconenſis, Carthaginienſis, Tingitanæ, Inſularum Balearium. *Paulus Oroſius Libro VI. C.* 21. Caeſar parum in Hiſpania per CC. annos actum intelligens, ſi Cantabros atque Aſtures, duas fortiſſimas gentes Hiſpaniæ, ſuis uti legibus ſineret, aperuit Jani portas, atque in Hiſpanias ipſe cum exercitu profectus eſt. Cantabri & Aſtures Galleciæ *provinciæ portio ſunt: qua extentum* Pyrenæi *jugum*

ITER AB ARELATE NARBONE.	M. P. CI.
INDE TARRACONEM.	M. P. CCXXXIIII.
INDE CARTHAGINE SPARTARIA.	M. P. CCCLX.
INDE CASTVLONE.	M. P. CCCIII. Sic.
NEMAVSVM.	M. P. XIIII.
AMBRVSSVM.	M. P. XV.
SEXTANTIONEM.	M. P. XV.
FORO DOMITI.	M. P. XV.
CESERONE.	M. P. XVIII.
	BETER-

gum, haud procul ſecundo Oceano, ſub ſeptentrione deducitur. Eam vero Galleciæ provinciam adeo finium terminos promoviſſe adparet, ut Paulus Oroſius Numantiam, *celebrem olim* Pelendonum *regionis citerioris Hiſpaniæ urbem, in capite Galleciæ ſitam, ultimam* Celtiberorum *faciat. Recte igitur hoc Itinerarium* Legionem *in* Gallecia, *& Scotus idem auctor Notitiæ provinciarum in eadem provincia* Præfectum Leg. VII. Geminæ Legione *conſtituit. Illud præterea minime erit omittendum, exſtare auctores, qui ante cccc. annos id prodiderint, urbi huic antea* Floris *nomen inditum fuiſſe.* SVR.

LEGION. VII.] De *Floris* cognomine Legionenſi urbi impoſito quæ H. Surita habet, ſumpta ex veteri libro ſunt, cui *Itacio* apud Hiſpanos nomen eſt. partem ejus Garſ. de Loaiſa ad Lucenſe Concilium tom. II. Concil. Hiſpan. p. 304. provulgavit: *Legio, quam*, inquit, *condiderunt Romanæ legiones, quæ antiquitus FLOS fuit vocata:* at his, niſi gravioris ponderis accedat auctoritas, fidem non adſtringimus. WESS.

ITEM AB ARELATE NARBONEM M. P. CI.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & vulgati libri Longol. & Hieron. Pauli: cum eadem manſiones, quæ ſupra conſtitutæ ſunt, repetantur: neque iidem adſignentur numeri, & tamen cum ſummæ hujus ratione congruant.* SVR.

INDE TARRACONEM. M. P. CCXXXIIII.] *Rurſus ex* Narbone Tarraconem *iter ducitur, ut aliquot manſiones, quæ ſuperiori itinere, dum mare ſequitur, prætermiſſæ ſunt, ex* Volcarum Tectoſagum *regione Narbonenſis provinciæ, & ex* Indigetibus & Laletanis *citerioris Hiſpaniæ obeantur.* SVR.

INDE CARTHAGINEM SPARTARIAM M. P. CCCLX.] *In eosdem numeros conſentiunt manuſcripta, & vulgata exemplaria.* Tarracone *vero juxta mare ſiniſtrorſum iter ducebatur: qua præcipue iter ad* Bæticam *dirigi conſueverat, ut ſupra ex Strabone advertimus: per* Dertoſam, Saguntum, Setabum *urbem, & ut idem perhibet Strabo, ſenſim à mari diſcedens* Spartario *campo ſe inſinuat. Antea enim medium per* Spartarium, *atque* Egeleſtam *urbem, nunc* Inhieſtam *in* Manciæ *regione vocant, via ipſa & longinqua, & aſpera peragebatur: ætate vero Strabonis ad mare converſa, atque eodem pertendens,* Caſtulonem & Obulconem *ducebatur. Hac itidem via, quæ nunc proponitur, ſcriptores prodidiſſe, Cæſarem è Roma* Obulconem *in caſtra* VII. & XX. *die perveniſſe Strabo L. 3. p. 160. commemorat. Nam poſtquam Roma egreſſus fuerat,* Saguntum *xvii. die* & XXVII. *in conſpectum ſuorum, & hoſtium omnium, opinione citius, adventaſſe memorant. Tranquillus C. 56. ab Urbe in Hiſpaniani ulteriorem iiii. & xx. die perveniſſe ſcribit: qui dierum numerus Straboni non repugnat, quod* Obulco *intra ulteriorem provinciam longius diſtaret.* Spartarium *vero eum* campum Carthagini *nomen indidiſſe adparet: Plinius* Spartariorum Hiſpaniæ *meminit. Iſidorus libro XV. C. 1.* Afri ſub Annibale maritima Hiſpaniæ occupantes, Carthaginem Spartariam conſtruxerunt: qua mox à Romanis capta, & colonia facta, nomen etiam provinciæ dedit. Nunc autem à Gothis ſubverſa, atque in deſolationem redacta eſt. *Neque ab Antonino tantum, aut Iſidoro* Carthagini novæ, Spartariæ *cognomentum adjicitur, ſed ab ipſo etiam Plinio libro XXXI. C. 8.* Nunc, *inquit,* è ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cætariis: Sociorum id appellatur, ſingulis millibus nummum permutantibus congios pæne binos. SVR.

INDE CARTHAGINEM.] Pariſinus codex notat»

BETERRIS.	M. P. XII.
NARBONE.	M. P. XII.
AD VIGESIMVM.	M. P. XX.
COMBVSTA.	M. P. XIIII.
RVSCIONE.	M. P. VI.
AD CENTVRIONES.	M. P. XX.
SVMMO PYRENAEO.	M. P. V.
JVNCARIA.	M. P. XVI.
CINNIANA.	M. P. XV.
	AQVIS

notat, *R.*, *hic X. minus ſunt.* Ceterum quæ doctiſſimus Surita de Caeſaris itinere commentatur, ea, ſi, quæ de Sagunto ſunt interpoſita, exceperis, vera putavero. Straboni nihil diſcordat Appianus L. II. B. C. p. 804., ut magnus Caſaubonus ad Sueton. commonefecit; ubi jure optimo Hiſtor. Miſcel. L. VI. auctorem quoque correxit, qui cum ſua ex Oroſio L. VI. C. 16. exſcripſerit, eadem illi medicina debetur. Hinc autem conſequens eſt, Suetonii dies XXIIII. non eſſe mutandos, quos ſua qualicunque auctoritate Celſus p. 210. Edit. Græv. adfirmat. WESS.

INDE CASTVLONEM M. P. CCCIII. Sic.] *Quod* Caſtulo *ultima urbs eſſet* Oretanorum, *inſigni fama nobilitata, cujus fines* Bæticam *attingerent, Plinius lib. 3. C. 3. longitudinem citerioris Hiſpaniæ ad finem* Caſtulonis *à* Pyrenæo *ducit,* & DCVII. M. P. *adſignat:* & Bæticæ *longitudinem ab eodem* Caſtulonis *fine ducit, ut ſuo loco indicabitur.* SVR.

INDE CASTVLONEM.] Margo veteris libri *R.*, *hic C. minus ſunt:* eſtque profecto ſumma M. P. minor numeris, quas ſingulæ manſiones adſcriptos habent, nec tanto tamen. WESS.

NEMAVSVM M. P. XIIII.] *Habent manuſcripta exemplaria & Hieron. Pauli libri: Longol.* M. P. XIII. & XIIII. *corrigit: cum ſuperiori itinere* Arelate Nemauſum *eadem exemplaria* M. P. XVIIII. & XXIIII. adſignent. SVR.

AD VICESIMVM.] Videtur fuiſſe in litore *Leucata*, de quo Mela L. II. C. 5., ubi Birra amnis *Sigean* alluit, nobilis ex prælio, quo Carolus Martellus An. IↃCCXXXVII. victos in Hiſpaniam Saracenos redire compulit. Vid. Adrevaldum L. I. Mirac. Benedicti C. 14. WESS.

COMBVSTA.] Nominis cauſſa ad divinandum non eſt difficilis: incidit intervallum in *Ripas altas*, *Rives altes*, vicum ubere proventu generoſioris vini celebrem. WESS.

RVSTIONE.] Vel *Ruſcione. Ruſcino* Plinio & Ptolemaeo: hodie *Ruſcillon.* SIML.

RVSCINONEM M. P. VI.] *Urbis hujus apud auctores Græcos, & Latinos in primis celebris, exſtant veſtigia haud procul oppido* Perpiniano, *juxta turrim, quæ ejus nomen retinet: vocant enim* Turrim Roſſilionis. SVR.

RVSCIONE.] Univerſi, quos quidem noverim, codices, cum Tabula ſcripta ita malunt. Nomen Ruſcino a fluvio, cui aſſidebat, habet, pariter ut Illiberis, de quo utroque Polybius L. VIII. C. 2. Seculo IX. & X., ut ex Carolorum Calvi & Simplicis Diplomat. apparet, *caſtellum* & *caſtrum Ruſſilio* dicebatur. WESS.

AD CENTVRIONES.] Tabula *Ad Centenarium*, quod cum de lapide C. accipi non poſſit, noſtrum verius videtur. Numeri, ut P. Marca L. I. M. H. C. 11. obſervavit, ad Ceretum, *Ceret*, ducunt. WESS.

CINNIANAM M. P. XV.] *Cum ex* Indigetibus *iter* Barcinonem, Laletanorum *urbem, ducatur, neceſſario per* Auſetanos, & Lacetanos *eſt iter peragendum:* & *in* Lacetanis, (*qui falſo in Ptolemaei libris* Ἰακκητανοὶ *cognominantur*) Κίννα *recenſeatur, videtur proxime ad hanc manſionis vocem accedere: de qua nihil temere affirmare auſim.* SVR.

CINNIANA.] Mendoſe Tabula *Cemuana*, hinc & ex Ravennate L. IV. C. 42. adjuvanda: nunc *Cervianum* eſt non procul a rivo, cui ex *Cinniana* cognomen *Cignianae* adhæret. De Ptolemaei Κίννα *Cinna* lis eſt; Pariſienſium doctiſſimus præſul L. II. M. H. C. 24. eam

AQVIS VOCONIS.	M. P. XXIIII.
SECERRAS.	M. P. XV.
PRAETORIO.	M. P. XV.
BARCINONE.	M. P. XVII.
FINES.	M. P. XX.
ANTISTIANA.	M. P. XVII.
PALFVRIANA.	M. P. XIII.

TAR-

Κίσσαν esse jubet; quod oppidum hoc in tractu Polybius L. III. C. 76. & Livius L. XXI. C. 20. celebrant: neque enim credibile fieri, a Ptolemaeo esse præteritum. At enim quoniam multo incertissimum est, duraveritne id oppidum in Ptolemaei ætatem, Liviusque a Polybio abeat, *Scissum* appellans, haud sane scio an Geographi *Cinnae* injuria & vis inferatur: utique si MSS. addicentibus Harduinus Plinii *Cincenses* L. III. C. 3. in *Cinnenses* mutaverit, *Cinna* loco movenda non est. WESS.

AQVAS VOCONIAS M. P. XXIIII.] *In Blandiniano & Longol.* Aquis Voconis M. P. XXIIII. *& in Neapolit.* M. P. XIIII. *atque eodem numero in libris Hieron. Pauli. Plinius L. 3. C. 3.* Aquicaldenses *connumerat, & in* Ausetanis *Ptolemaeo,* Ὑδατα Θέρμα: *quae haud scio an ad hanc pertineant mansionem. Hodie vulgus* Caldes Aquas *vocat, quae vox* aquas Calidas *significat.* SVR.

AQVIS VOCONIS.] Ita pro *Voconiis* MSS. & Ravennas L. IV. C. 42. M. P. XIV., quæ Simlerus adposuit, & a Neapolitano & aliis probantur, veriora sunt. Nunc *Caldes de Malavella*, ubi thermarum & magnitudinis Romæ plura vestigia durare P. de Marca L. II. M. H. C. 22. auctor est. WESS.

SECERRAS M. P. XV.] *In* Lacetanis *Ptolemaeo* Ἀσκερρίς, *quae haud scio an ad hanc pertineat mansionem.* SVR.

SECERRAS.] Ravennas L. IV. C. 42. *Seterras*, & L. V. C. 3. *Seterram.* Strabo L. III. p. 160. post campum Juncarium Βεπέρρων commeminit, quæ, si Ravennati in his rebus fides esset, non male cum *Seterris* Casaubonus contulisset: sed *Secerras* universi libri præoptant; incurruntque Geographi *Veteres* in vicum *Vidreras, Secerrae* vero, intervallo ita requirente, in *San Celoni*, sive oppidum *S. Chelidonii.* WESS.

PRAETORIO.] Habet & Ravennas, quamquam post Barcinonem. Fuit ad *la Roca*, ubi ingentes antiquissimi prætorii parietinæ superant, teste P. Marca L. II. M. H. C. 20. De *prætoriis* autem dispersæ variis locis dictum est. WESS.

FINES.] Laletaniae *fines* intellige. Distantia competit in *Martorellum* ad Rubricatum: addit autem XV. M. P. Vaticanus. WESS.

ANTISTIANAM M. P. XVII.] *In Blandiniano* M. P. XXVII. *& in Longoliano, sed* XVII. *corrigit: & in Neapol. & libris Hieron. Pauli* M. P. XVII. *qui numerus rectè summam* CCXXXIIII. M. P. *conficit, quae* Narbone Tarraconem *usque proponuntur.* SVR.

ANTISTIANA.] XVII. M. P. Vatican. & Cusani MS. adponit. Creditur esse *Villa franca* in Pinetensi campo. WESS.

PALFVRIANA.] Ravennas modo *Palturiam* modo *Palturianam*, haud dubio scribentis peccato, appellat. Duxit nomen mansio a Palfurio, quo notus ille *Sura* fuit, de quo Suetonius in Domitian. C. 13. & Scholiastes Juvenalis Sat. IV. 53. Nunc *Vaudrell* dici volunt. WESS.

OLEASTRVM M. P. XXI.] *Praeferunt manuscripti & libri vulgati. Strabonis libro 3. p. 159.* Πλησίον δ' πόλεις εἰσὶ, Χερρονησός τε ἡ Ὀλέαστρον καὶ Καρθαλίας. SVR.

OLEASTRVM.] If. Casaubonus de Strabonis verbis, *veteres*, inquit, Ὀλέαστρον *cum Plinio non uno loco.* Est certe in Baetica conventuque Gaditano *Oleastro* Plinii L. III. C. 1., unde *Oleastrense plumbum* L. XXXV. C. 17.; habet ibidem Mela L. III. C. 1. *lucum Oleastrum appellatum:* nec is tamen *Oleaster* Strabonis esse poterit, quippe qui ab Ibero non multum semotus fuit, uti neque Geographi noster: hic enim cis Iberum fuit ante Dertosam; Strabonis vero trans id flumen post Dertosam. Intervallum ducere videtur ad oppidum *Cambrils.* WESS.

TRAJA

TARRACONE	M. P. XVII.
OLEASTRVM.	M. P. XXI.
TRAJA CAPITA.	M. P. XXIIII.
DERTOSA.	M. P. XVII.
INTIBILI.	M. P. XXVII.
ILDVM.	M. P. XXIIII.

SE-

TRAJA CAPITA.] Vel *Trajana Capita.* SIML.

TRAJA CAPITA M. P. XXIIII.] *Habent Blandinianum & Neapolitanum*, *Hieron. Pauli libri* Traja capita M. P. XXIIII. *Longolianum* Trajane capite M. P. XXIIII. *quod ex conjectura videtur correctum. Sed cum hæc manſio neceſſario ad* Ilergaones *pertineat, quorum regione* Dertoſa *continetur, & in ea à Ptolemaeo* Τιαιήλια *recenſeatur & à Plinio lib.* 3. *C.* 3. Teari, *qui* Julienſes: *videndum an* Tiara *aut* Teara capita *ſit legendum.* SVR.

TRAJA CAPITA.] Ravennas plus ſemel *Trea capita* appellat; unde prona & in aperto ad refingenda *Tria capita* via eſt: fierique potuit, ut manſio a *tribus capitibus* cognomen traxerit, quod ibi ficta pictave conſpicerentur; quo modo *ad capita bubula*, *caput Minervae*, *caput bovis*, *caput Gorgonis*, *caput Africae* varia urbis Romanæ loca ex Suetonio Auguſt. C. 5. & Victore de Region. Urb. cognominata novimus. H. Suritae conjectura non inelegans eſt, calculumque Ch. Cellarii L. II. G. A. C. 1. p. 140. promeruit, nec mea tamen certior. WESS.

DERDOSA.] Vel *Dertoſa.* SIML.

DERTOSAM M. P. XVII.] *Blandinianum* Derdoſa M. P. XVII. *Neapolitanum* Tertoſa M. P. XXVII. *& Hieron. Pauli* Dertoſae M. P. XVII. *Longolianum* Derdoſa M. P. XVII. *&* Pertoſa *corrigit. Strabo L.* 3. *p.* 159. ἐπ' αὐτῇ ὃ τῇ διαβάζει ἡ Ἴβηξ Δέρτοσα καθοικία. *Plinio lib.* 3. *C.* 3. *celeberrimi civium Romanorum* Dertoſani, *non* Dertuſani, *quemadmodum in vulgatis libris legitur. Vetuſtus lapis exſtat* Dertoſae. P. VALERIO DIONYSIO VI. VIR. AVG. CVI ORD. DERTOSAI. OB. MERITA EIVS. AED. HONORES. DECREVIT. P. VAL. PARDVS. LIB. VI. VIR. AVG. PATRONO. OPTIMO. *Suetonius in Galba C.* 10. Ac ſubinde Alexandrina navis Dertoſam adpulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta, ac vectore ullo. *Exſtant vetuſti nummi cum hac inſcriptione.* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. *Et in averſa parte infra carinam navis*, DERT. ILERGAONIA. SVR.

DERTOSA.] Ita è Vaticano Em. Schelſtrate, ceteri *Derdoſa. Ilergaonia* in numis dicta eſt, quod Ilergaonum gentis eſſet caput; nam Jo. Vaillantius tom. I. Colon. p. 77. *Ilergaoniam* a Dertoſa diſtinguens, merito ſprętus eſt; uti quoque Harduinus, impudenti confidentia Straboni oppedere & coloniam fuiſſe negitare auſus; cujus flatus meritiſſimo N. Haymius ex eleganti numo *COL. DERTOSA* inſcripto Theſ. Britan. tom. II. p. 169. compreſſit. *Dertuſam in ripa Iberi fluminis ſitam* Annales Reuberi An. IↃCCCIX. & fruſtra a Ludovico Caroli M. F. obſeſſam tradunt. WESS.

INTIBILI M. P. XXVII.] *Manuſcripta exemplaria, & vulgati libri* Intibili *præferunt.* Indibilis, Sueſſetanorum ducis *à Livio libro xxv. C.* 34. *&* Ilergetum reguli *apud Polybium, & Livium libro xxix. C.* 2. *mentionem fieri reperi. Livius* Incibilis urbis, *meminit libri xxiii. fine.* Iliturgi obſidione liberato, ad Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti: *vetuſtiſſimus codex* Intibili *habet: & Jul. Frontinus Stratag. libro* 2. *cap. iii.* Cn. Scipio in Hiſpania adverſus Annonem, ad oppidum Intibilim, cum animadvertiſſet Punicam aciem directam. *Quam lectionem edunt vetuſti duo libri, ut vetuſtiſſimi T. Livii exemplaris, & aliorum, & Itinerarii hujus merito ſit præferenda lectio.* SVR.

INTIBILI.] Hoc ſingulari concordia MSS. & Ravennas L. V. C. 3. præferunt: ut jure optimo viri eruditi H. Suritam ſecuti in Livio & Frontino receperint. Situm inveniunt in oppido *San Matthaeo.* WESS.

ILDVM.] Servavit & hanc manſionem Ravennas, *Hilldum* & *Ildum* nuncupans. Quæ ſequitur *Sepelaci*, ea *Sepalaci* ac *Sebelaci* veterrimis membranis dicitur. Simlerus, quod pæne prætereram, adſcripſerat: *Ilduni*, vel *Ilduni. Sepelaci*, vel *Sepe lacus*: quo nomine in hac

ora

SEPELACI.	M. P. XXIIII.
SAGVNTVM.	M. P. XXII.
VALENTIA.	M. P. XVI.
SVCRONEM.	M. P. XX.
AD STATVAS.	M. P. XXII.
AD TVRRES.	M. P. VIIII.
	ADEL-

ora lacum, ut neque alteram manſionem, nondum inveni. WESS.

SECVNTVM.] Vel *Sacundum. Saguntum.* SIML.

SAGVNTVM.] Nobilitata fide ſua & clade urbs in *jugo clementer creſcente*, uti Silius ait, poſita erat: nec dum interciderat Gregorii Turonenſis ætate, ut ex ejus libro de Glor. Confeſſ. C. 12. liquet; nunc in ruinis jacet, ipſo *Murviedro* nomine veteres disjectasque parietinas oſtentans. Vid. Nonium Hiſp. C. 70. & P. Marca L. II. M. H. C. 7. WESS.

VALENTIAM M. P. XVI.] *Mirum eſt* Valentiae *urbis à Strabone mentionem non fieri, cum* Cherroneſi, Oleaſtri, Dertoſae ad Iberi *tranſitum &* Setabis *meminerit: & celeberrima ea urbs bello* Sertoriano *fuerit, prælio quo Cn. Pompejus juxta eam urbem* Herennium, *atque* Perpernam, *magnos* Sertorii, *ut Plutarchus eſt auctor, duces devicit: quod prælium Cicero* Turienſe *adpellat, quod inter læva mœnium, & dextrum flumen* Turia, *ut Salluſtius in hiſtoriis perhibet, commiſſum ſit; Plinius lib. 3. C. 3. regionis* Aedetaniae Valentiam *coloniam* III. M. P. *à mari remotam commemorat: & Ptolemaeus* Conteſtaniorum *mediterraneis attribuit. Exſtant nummi altera parte Mercurii, ut apparet, capite, cum hac inſcriptione* C. LVCIEN. C. MVN. I. Q. *& altera* Cornucopiæ *figura fulmine transverſo, & infra cornu* VALENTIA: *& hanc deſignari potius libet credere, quam eam, de qua in Epitome Liviana libri lv. fit mentio; qua traditur* Junium Brutum COS. *in Hiſpania iis, qui ſub Viriato militaverant, agros & oppidum dediſſe, quod* Valentia *vocatum ſit: cum ejusdem nominis oppidum in Luſitania proſe* Tagi *ripas exſtet.* SVR.

VALENTIA.] H. Suritam non addicentibus auſpiciis alteram Valentiam Tago flumini adſtruentem notarunt Nonius Hiſpan. C. 69. & P. Marca. Id quæritur, quo auctore hæc fuerit inſtaurata? Pariſienſium doctiſſimus præſul, quod Valentiae nulla in Strabone ſint veſtigia; memorent autem Mela Pliniusque; ſub Tiberio in integrum, colonia inſuper deducta, fuiſſe reſtitutam arbitratur. Obſtant tamen numi, C. I. V. & Divi Julii atque Auguſti nomine inſcripti; qui ſi *coloniam Juliam Valentiam*, quæ Jo. Vaillantii tom. I. Colon. p. 4. & 12. ſententia eſt, ſiſtant, oportet Auguſto principe è ruinis excitata fuerit. WESS.

SVCRONEM M. P. XX.] Fluvium *non* oppidum *ab Antonino deſignari arbitror, quod* oppidum *Plinii ætate deletum fuiſſe adparet.* Sucro, *inquit lib. 3. C. 3.*, fluvius, & quondam oppidum, Conteſtaniæ finis. *Cicero pro Corn. Balbo C. 2. Sucronenſe prælium in Hiſpania ſub Pompejo geſtum ait: Vide Aſcon. in Scaurianam. Apud Strabonem L. 3. p. 159.*, & urbis & fluminis *fit mentio, apud Ptolemaeum nulla oppidi mentio, cum in* Conteſtanis Sucronis fluminis *oſtia ſtatuit. C. Julium Caeſarem talum ad* Sucronem *intorſiſſe Seneca in libro quinto de beneficiis C. 24. commemorat.* SVR.

SVCRONEM.] Mallem credere manſionem hanc *Sucronis* nomine inſignem fuiſſe, quod ad parietinas urbis cognominis, ubi nunc vicus *Cullera*, eſſet. WESS.

AD STATVAS M. P. XXII.] *Habent manuſcripta, & Longolianum. In libris Hieron. Pauli* M. P. XXIIII. SVR.

AD STATVAS.] MS. Vaticanus M. P. XXXII. adſcribit, ceteris intra vulgatos numeros manentibus. WESS.

AD TVRRES.] Habet has *turres* Ravennas. Cui uſui fuerint, ex Livio L. XXII. C. 19. licebit cognoſcere: *multas*, inquit, *& locis altis poſitas turres Hiſpania habet, quibus & ſpeculis & propugnaculis adverſus latrones utuntur.* Plura alias diximus. WESS.

ADELLO.] Vel *Ad ellum.* SIML.

ADELLVM M. P. XXIIII.] *Manuſcripta exemplaria, & Hieron. Pauli itinerarium typis excuſum,* Adello M. P. XXIIII. *Longolianum* Adel-

ADELLO.	M. P. XXIIII.
ASPIS.	M. P. XXIIII.
ILICI.	M. P. XXIIII.
THIAR.	M. P. XXVII.
CARTHAGINE SPARTARIA.	M. P. XXV.
ELIOCROCA.	M. P. XLIIII.
AD MORVM.	M. P. XXIIII.
BASTI.	M. P. XXVI.

AC-

Adello M. P. XXIII. & XXIIII. *corrigitur.* SVR.

ADELLO.] Ravennati bis *Edelle:* nec alium qui præterea memoraverit novi. WESS.

ASPIDA M. P. XXIIII.] *Manuſcripta exemplaria & vulgati libri* Aſpis M. P. XXIIII. *Ptolemaeo in mediterraneis* Conteſtanorum Ἰασπις, *quam cum* Ilici *adjungat, uti in hoc Itinerario adjungitur, eandem eſſe arbitror.* SVR.

ASPIS.] Prorſus vero eſt ſimilis Suritae conjectura. *Aſpe* vetuſti nominis non obſcura veſtigia ſervat, Ilici tamen propior quam numeri volunt. WESS.

ILICIM M. P. XXIIII.] *Vetuſti, & Hier. Pauli ac Longoliani libri* Ilici M. P. XXIIII. *Plinii exemplar Toletanum & pervetus Caeſarauguſtanum lib.* 3. *C.* 3.; colonia immunis Ilicis, *unde* Ilicitanus Sinus *Ptolemaeo in* Conteſtanis, Ἰλικιτας. *In Concilio Toletano iv. v. vi. viii. xi. & xii.* Ilicitanus *qui &* Dotanae *Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcribit.* SVR.

ILICI.] Plinius ad flumen *Tader* appoſuiſſe videtur. Hiſpanis quo ſitu fuerit non bene convenit: non paucis eſt *Alicante*, portu celeberrimo nobilis; aliis *Origuela*, fluvio, quem *Seguram* vocant, aſſidens, quos inter Garſ. Loaiſa ad Concilium Lucenſe: certior eorum tamen opinio eſt, quibus *Elche* placet. Vid. Pet. de Marca L. II. M. H. C. 6. WESS.

THIAR M. P. XXVII.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & vulgati Hieron. Pauli, & Longoliani libri: de qua manſione veſtigium nullum reperi.* SVR.

THIAR.] Sic & MSS. noſtrorum excerpta; neque ego invenire memini, niſi in lutulento Fl. Dextri Chron. An. CCCLIII., ubi eadem eſſe dicitur ac *Baga* prope Carthaginem, & Tamayo, qui *Thyar, urbem Ilercaonum Tarraconenſis Hiſpaniæ* in Elogio S. Anatoliae appellat; quod tamen Elogium adeo abſurdum atque ineptum Bollandi ſociis eſt viſum, ut vix a riſu temperarint tom. II. Julii p. 676. magni operis. WESS.

CARTHAGINE.] Ravennati *Carthago Partaria*, Vaticano non longe abeunte. Præter eos, quos ſupra Surita teſtes adhibuit, *Carthaginem Spartariam* Idatius in Chron. & Gregorius Turonenſ. Glor. Confeſſ. C. 12. vocat. Polyaeno L. VIII. Stratag. C. 16. πόλις Φοίνισσα. neque erat, ut de eo titulo ſolliciti forent: dicitur ita a conditoribus, ut *Ebuſus Phoeniſſa* Silio L. III. 362. Appiani de urbe hac errores excuſſit S. Bochartus L. I. Chan. C. 35. WESS.

ELIOCROCAM M. P. XLIIII.] *In Blandiniano* Eliocroca M. P. XXIIII. *& in Neapolitano* Eliocroca M. P. XLVIII. *Hieron. Pauli libri* Helicrote XLVIII. *præferunt & Longoliani* Eliocroca XLIIII. & Eliocraca XLVIII. *corrigitur. In concilio Eliberritano Succeſſi Epiſcopi* Eliocrocenſis *fit mentio.* SVR.

ELIOCROCA.] Membranaceus Cuſani liber *Eliocroca* M. P. XLVIII., reliquis vulgatos numeros firmantibus: tamen Lugduni & Baſileae *Eliocrota* dederunt; quorum auctoritate commoti Mendoza & Garſ. Loaiſa *Succeſſum Eliocrotenſem* eſſe juſſerunt, licet MSS. *Eliocrocenſem* præferrent, & in Urgellitano Succeſſi presbyter *Liberalis de Eliocroca* diceretur; quod factum nollem. Nunc *Lorcha* eſt; nam Fr. Bivarii levis & deſultoria eſt ſententia, qua eam in agro Valliſolitano ad Fl. Dextri Chron. p. 109. transfert: quid enim fingi magis ineptum poteſt, quam ſibi & aliis perſuadere velle, in *Valladolid* latere *vallem Aeliciam* ſive *Elii*, eamque quod *Eliocroca* ex *Elio* quid trahere videatur, ab *Eliocroca* nihil omnino diſcrepare? WESS.

BASTI M. P. XXVI.] *Habet Blandinianum*

ACCI.	M. P. XXVI.
ACATVCCI.	M. P. XXVIII.
VINIOLIS.	M. P. XXVIII.
MENTESA BASTIA.	M. P. XX.
CASTVLONE.	M. P. XXV.
ITER A CORDVBA CASTVLONE.	M. P. XCVIIII. Sic.
CALPVRNIANA.	M. P. XXV.

VRCA-

exemplar, & liber Hier. Pauli. In Neapol. M. P. XVI. *& in Longol.* XXVI. *&* XVI. *corrigitur. Oppidum hoc* Baſtitanis *nomen tribuiſſe videtur: quos &* Baſtulos *eſſe Strabo L. 3. p. 156. perhibet: cum à Plinio, & Ptolemaeo diſtinguantur.* SVR.

BASTI.] Olim ſuum ſibi epiſcopum, Toletano ſubditum, habuit, ut ex Lucenſi Concilio An. IↃLXIX. claret. Fuiſſe creditur, ubi *Baza* eſt. WESS.

ACCI M. P. XXV.] *Plinius L. 3. C. 3. Carthaginem convenire ex colonia* Accitana Gemellenſes *perhibet: & Ptolemaeus* Baſtitanis tribuit Ἄκκι. SVR.

ACCI.] Colonia *Juliae Gemellae* titulo ſuperba fuit, uti in Theſ. p. CCLXXI. 6.

COL. JVL. GEM. ACCITANA.

nunc *Guadix*, vocabulo a Mauris indito. Plura Gonzales ad Concil. Illiberitan. tom. I. Concil. Hiſpan. p. 296. WESS.

ACATVCCI M. P. XXVIII.] *Habent Blandinianum exemplar, & libri Pauli, & Longoliani. In Neapolitano* Acatuci M. P. XXVIII. *Plinio L. 3. C. 3.* Tucci vetus *Baſtitaniae vergentis ad mare; & in Aſtigitano conventu* Tucci, *quae cognominabatur* Auguſta Gemella. *Ptolemaeo vero in Turdulis* Τέκκι: *ut mihi diverſa haec videatur manſio Antonini.* SVR.

ACATVCCI.] Plures MSS. cum vetuſtis editis *Accatucci*; tamen *Acatucci* margo Fabriciani exemplaris. Habet *Accatucci* Fl. Dextri Chron. An. CCV. in Baetica, ſed hinc ab ejus auctore *Higuerra* ſumptum. WESS.

VINIOLIS.] Plinius L. III. C. 1. *Caſtra Vinaria* memorat *Baſtitaniae vergentis ad mare*, quae Fr. Bivarius ad Luitprandi Chron. p. 443. cum his *Viniolis* compoſuit: nec eadem eſſe tamen poterunt; *caſtra* enim haud multum a mari aberant, cum haec manſio in mediterraneis ſedem ſibi vindicet. Forſan huc *Vineae*, quarum presbyter Titus Concilio Illiberitano adfuit, pertinent; atque hoc citra dubium foret, ſi *a Viniolis*, uti Gonzales corrigit, MSS. darent; quod tamen ſecus eſt. WESS.

MONTE SEBASTIANI.] Vel *Monte Sabatiani*: forte legendum *Menteſa Baſtitanorum*: meminit autem *Menteſanorum* Plinius, qui & *Oretani* & *Baſtuli* dicantur. SIML.

MENTESAM BASTIA M. P. XX.] *Cum Plinio lib. 3. C. 3. duplices ſint* Menteſani, *qui* Oretani, *& qui* Menteſani Baſtuli; *videntur hac manſione* Menteſani Baſtulorum *deſignari.* Menteſae Oretanorum *à Ptolemaeo fit mentio.* SVR.

MENTESA BASTIA.] MSS. plerique *Mente Sabaſtiam*, aut *Sebaſtia*, uti Caeſarauguſtanus, quemadmodum Schottus monuit. Meritiſſimo autem haec mendoſa viſa ſunt Mendozae ad Illiberit. Concil. p. 298; nec tamen, quod ſubſtituit, *Menteſa & Baſti* probare poſſum; nam *Baſti* ſuo loco habuimus, & prorſus in hoc libello inſolens eſt duarum, quae multis M. P. diverſae ſint, manſionum connexio. Fuit *Menteſa* non longe Caſtulone ac Iliturgi, ut ex Livio L. XXVI. C. 17. conſtat, disjuncta, & quidem in Baſtitania; unde alterutra Simleri aut Suritae opinio videtur probanda. Vaſaeus, Reſendius, Mendoza *Monteio* eſſe decernunt, Garſ. Loaiſa ad Concil. Lucenſe p. 310. ſibi non liquere pronuntiante. WESS.

CASTVLONEM M. P. XXV.] *In Blandiniano, & Longoliano* Caſtulone M. P. XXV. *Neapol. & Hier. Pauli libri* M. P. XXII. Caſtulo *celeberrima, & vetuſtiſſima Hiſpaniae citerioris urbs, quam* Parnaſſiam *Silius L. 3. v. 391. quaſi* Caſtaliam *cognominat. Apud Strabonem lib. iii. p. 166. ſaepe nomen corruptum eſt.* Καϛάλων *pro* Καϛύλων. *Stephano* Καϛάλων μεγίϛη πόλις Πιϛανίας, *pro* Ὠρηϛανίας. *Idem Strabo* Baeticae *terminos ad ortum usque* Caſtulonem *veteres conſtituiſſe memorat. Hac* ſaltui Caſtulonenſi *nomen tribuit,*

VRCAONE. M. P. XX.
ILITVRGIS. M. P. XXXIIII.
CASTVLONE. M. P. XX.
ALIO ITINERE A CORDVBA CASTVLONE. M. P. LXXVIII. Sic.
EPORA. M. P. XXVIII.
VCIENSE. M. P. XVIII.
CAS-

tribuit, & eum esse arbitror, qui Portus S. Stephani *vulgo nuncupatur, qua hac Antonini via* Castulonem, *& inde in* Bæticam *provinciam dirigebatur. Caesar Commentario belli civilis primo C.* 38., *M. Terentium Varronem, Pompeji legatum, Hispaniæ Baticæ regiones tenuisse, à* saltu Castulonensi, *ad* Anam. *C. Asinius Pollio Ciceroni indicat* saltum Castulonensem *semper suos tenuisse tabellarios.* Svr.

CASTVLONE.] Cusani codex M. P. XXII. addit, assentientibus aliis & scriptis & editis. Urbem hanc Appianus Iberic. p. 457. Κάστωνα appellat; nam de Castulone esse accipienda, quæ ibidem habet, è Livio L. XXVIII. C. 19. & 20. in aperto est: ipsene vero an librarii ita dederint, non satis explorate novi. Stephanus in Appiano non aliter invenit, uti ejus Κάστις argumento est. Ὠφρηνίας, quod Suritae notam fœdabat, correxi. Wess.

M. P. XCVIIII.] *Manuscripta & Longolianum præferunt: & Hieron. Pauli libri* M. P. XCVIII. Svr.

CALPVRNIANAM M. P. XXV.] *Ptolemaeo in* Turdulis *Baticæ provinciæ* Καλπερνίανα. Svr.

VIRCAONE.] Vel *Virgao.* Siml.

VRGAONEM M. P. XX.] *Blandinianum exemplar* Vircaone M. P. XX. *Neapol. & Hieron. Pauli* Virgaone M. P. XX. *In Longoliano* Vircaone M. P. XX. & Virgaone *corrigitur. Plinio lib.* 3. *C.* 1. *in vetustis exemplaribus,* Vrgao, quæ Alba. Argionam Vrgaonem *esse ferunt ex inscriptione vetusti lapidis, in quo* MVNICIPIVM ALBENSE VRGAVONENSE D.D. *legitur.* Svr.

VRCAONE.] *Vircaone* plerique omnes MSS.; *Vrcaone* tamen Parisinus. Wess.

ILITVRGI M. P. XXXIIII.] *In Blandiniano, & reliquis* Iliturgis M. P. XXXIIII. *In vetustis Plinii exemplaribus lib.* 3. *C.* 1. *simplici* l Iliturgi, *quod* Forum Julium. *Ptolemaei libris non recte in mediterraneis* Turdulorum Ἰλήργις, *Livius libro xxviii. C.* 19. maxime insignes civitates Hispaniarum & magnitudine, *inquit,* & noxa Iliturgi & Castulo erant. *Et locus ille, qui à Prisciano laudatur libro vi.* Inveniuntur, *inquit,* & barbara in I. Livius XXIII. ab v. c. Iliturgi oppidum expugnabatur. Svr.

ILITVRGIS.] Ita nostri. Notat personatus Luitprandus, sive falsarius potius Higuerra, Adversar. p. 510. in pluribus Livii MSS. una liquida vocabulum scribi; ego quamquam homini fidere non soleo, de MSS. quibusdam non negavero. Ἰλεργίαν Appian. Iber. p. 457. appellat. Fuisse ferunt, ubi *Anduiar el vejo.* Vid. præter Ambr. Moralem ad Eulogii Toletani Apologetic. Roder. Carum L. III. Antiquit. Hispalensium C. 33. Wess.

EPORAM M. P. XXVIII.] *In eam lectionem & manuscripti, & vulgati libri conveniunt. Plinius lib.* 3. *C.* 1. Mox Epora fœderatorum: *ita enim legendum arbitror, non* Ripepora: *recensuerat enim oppida circa fluvium* Bætim, *& mox ad ripam alia. In Ptolemaei libris in* Turdulorum *regione non rectè legitur* Ἔβοραpro Ἔπορα: *cum* Ebora Lusitaniæ *provinciæ oppidum fuerit. Extat lapis in oppido* Montoro, *quod* VII. *leugis à* Corduba *distat ad* Bætim *fluvium, qui urbis vestigia patefecit, cum hac inscriptione.*

RES. PVB. EPORENSIS
EX DECRETO ORDINIS
Svr.

EPORA.] Plinii locum recte ab H. Surita constitutum arbitror, nec alia est Rod. Cari L. III. Ant. Hispal. C. 22. sententia. In Thesaur. Gruteri p. CV. 11. *ORDO MVN. EPOR.* ex lapide *Montori* reperto memoratur. Wess.

VCIENSE.] Vel *Uticense* vel *Veiense.* Siml.

VCIENSE M. P. XVIII.] *In Manuscriptis, & Hieron. Pauli* Vciense M. P. XVIII. *Longolianum* Vticense M. P. XVIII. Svr.

CASTVLONE.	M. P. XXXII.
ITER A CASTVLONE MALACAM.	M. P. CCXCI. Sic.
TVGIA.	M. P. XXXV.
FRAXINVM.	M. P. XVI.
HACTARA.	M. P. XXIIII.
ACCI.	M. P. XXXII.
ALBA.	M. P. XXXII.
VRCI.	M. P. XXIIII.

TV-

VCIENSE.] Sic MSS. aut *Veiense*: utrum verius sit, finire non possum. WESS.

TVGIAM M. P. XXXV.] *In manuscriptis, & Longoliano* Tugia M. P. XXXV: *& in libris Hieron. Pauli* Turgie M. P. XXXV. *Forte oppidum id est, quod à Ptolemaeo in Mediterraneis* Turdulorum Οὐάγια *cognominatur.* SVR.

TVGIA.] Ea *Tugia* est, unde *Tugiensis saltus*, ex quo Bætis originem sumit apud Plinium L. III. C. 1. WESS.

FRAXINVM.] Dicta mansio est, quod *ad fraxinum* esset appositа; quomodo *ad morum* paullo ante, & similes aliæ. WESS.

HACTARAM M. P. XXIIII.] *Blandinianum* Hactara M. P. XXIIII. *Neapolitanum* Hactarum M. P. XXIIII: *& Hieron. Pauli. In Longoliano* Hactara, *& Hactaram corrigit.* SVR.

HACTARA.] Consentiunt in hoc MSS.; A. Ortelius *Lacurim* Ptolemaei esse conjectat. WESS.

ALBAM M. P. XXXII.] *Forte eadem est, quæ hoc Itinerario supra* Vrgaon *cognominatur; cui* Albæ *cognomentum fuisse Plinius docuit: municipiumque* Albense *& Vrgauonense fuisse vetustus indicat lapis. Neque mirum est, duobus usum fuisse nominibus hujus Itinerarii auctorem: quod supra animadvertimus in* Heraclea Perintho, *quam sine cognomine statuit, & post alio itinere cognomen adjecit: tametsi nihil in hac re statuam.* SVR.

ALBA.] Quamvis insolitum non sit, ut eadem urbs diversimodis appelletur; præsertim si quod recentius nomen sit indepta; tamen probabile mihi non videtur, *Albam* hanc eandem atque *Urgaonem* esse: obstat intervallum, quod longe amplius est M. P., quæ Castulonem & Urgaonem distinguunt. Quæ sit, feliciores invenient. WESS.

VRCI.] Vel *Urgi*. Plinio *Urci*. SIML.

VRCI M. P. XXIIII.] *Habent Neapolitanum exemplar, & Hieron. Pauli. In Blandiniano* Vrgi M. P. XXIIII: *& hoc* Vrsi *corrigit. Plinius lib.* 3. *C.* 3. in Bastulis oppida oræ proxima, Vrci, adscriptumque Bæticæ Barea. *Ptolemaeo post* Bæticæ *finem in* Bastetanorum *maritimis* Οὐρκὴ: *tametsi* Οὐρκὶ *legendum arbitror. Item in Plinio lib.* 3. *C.* 1. *Mox* à fine Vrcitano citerior: *non* Vrgitano, *aut* Murgitano: *ut paulo post.* SVR.

VRCI.] *Virgi* Lugduni vulgarunt: *Urti* in Cusani schedis, in Vatican. *Urgi*. Plinianum *Urci* in Tarraconensi positum quo minus nostrum videatur, ipsa distantia vetabit: sumus enim in Bætica. Usuardus *Indaletium Urci* Idib. Mart. pro religione Christiana occubuisse tradit; hiccine an in Pliniano incertum est. P. de Marca L. II. M. H. C. 3. *Urci* Itinerarii oppido respondere ait in Granatensi regno, cui *Orche* nomen hæret. WESS.

TVRANIANAM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Turaniana M. P. XVI. *& item Longoliano. In Neapolitano* Turramana M. P. XVI. *& in libris Hieron. Pauli.* Turranianæ M. P. XVI. *Forte villam* Turanii Gracculæ *designat: aut ejus familiæ: quem natum juxta fretum* Gaditanum *Plinius perhibet.* SVR.

MVRGI M. P. XXI.] *Plinius L.* 3. *C.* 1. Murgi Bæticæ *finem esse tradit. Ptolemaeo in* Turdulorum *mediterraneis* Μυργὶς. SVR.

MVRGI.] Plinii *Murgi*, cum Bæticæ finis fuerit, qui tandem hoc esse poterit? Penitius in Bæticam penetravimus, quam ut ejus esse ratio possit. Rectius convenit Ptolemaei *Murgi*, nunc *Murga*. WESS.

SEXITANVM M. P. XXXVIII.] *Manuscripta, & vulgati libri* Saxetanum M. P. XXXVIII. *A* Sexi *oppido* Sexitanum Prætorium, *aut* prædium *dictum arbitror. Plinii manuscripti libri L.* 3. *C.* 1., dein Menoba cum fluvio, Sexi firmum cogno-

TVRANIANA.	M. P. XVI.
MVRGI.	M. P. XII.
SAXETANVM.	M. P. XXXVIII.
CAVICLVM.	M. P. XVI.
MENOBA.	M. P. XXXIIII.
MALACA.	M. P. XII.
ITER A MALACA GADIS.	M. P. CXLV. Sic.
SIVEL.	M. P. XXI.

CIL-

cognomine Julium, Sex, Abdera, Murgis Bæticæ finis. *Ptolemaeo poſt* Malacam & Menobam in Baſtulis Σέξ. *Straboni L. 3. p. 156.* Τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, *idem enim eſt, atque latine* Sexitanorum: *è qua ſalſamentaria præcipuum nomen adepta fuerint: ac poſt* Abderam *ſtatuit. Ab interprete tamen Strabonis rectius* Sexitanorum urbs *verſa eſſet.* SVR.

SAXETANVM.] Probabilis eſt Suritae conjectura; nec tamen neceſſe erit, ut *Sexitanum* refingas; alterum enim probum eſſe Martialis L. VII. 77. oſtendit:

Cum Saxetani ponatur cauda lacerti.

Vide Iſ. Caſaubonum in Athen. L. III. C. 33. & S. Bochartum L. I. Chan C. 34. WESS.

CAVICLVM.] Vel *Cavidum.* SIML.

CAVICLVM M. P. XVI.] *Blandinianum exemplar & Hieron. Pauli libri* Caviclum M. P. XVI. *Neapol. & Longol.* Cavidum M. P. XVI. SVR.

MENOBA.] Sic Plinius. *Menova.* Porro inter hanc & Caviclum in Schudii exemplari interponuntur *Abdera M. P. X. & Selamina M. P. X.* SIML.

MENOBAM M. P. XXXIIII.] *Plinius, ut memoravimus,* Menobæ *cum fluvio meminit: quem navigabilem eſſe perhibet: & Ptolemaeo in eodem tractu inter* Malacam, & Sex, Μάνοβα *in* Baſtulorum *regione: ut corrigendus videatur Stephani locus, apud quem legitur* Μανόβωρα πόλις Μασιηνῶν. SVR.

MENOBA.] Quod Simlerus ex Aeg. Schudii codice adfert, nulli noſtrorum ratum habent; vereorque vehementer, ne aliunde huc migraverit. Fuere quidem in hac ora *Abdera* & *Salambina*; ſed ſi *Saxetanum* a *Sexi Firmo*, quæ non injuſta ſuſpicio eſt, nomen duxerit, illique vicinum fuerit, locum binæ illæ urbes tueri hic nullo modo poterunt, quippe ante *Sex*, uti è Plinio liquido clarum eſt, poſitæ. *Menobam*, cui Cuſani MS. M. P. XXVIII. adnectit, nunc *Torres* dici volunt. Ceterum de Stephani verbis, de quibus Surita, Iſ. Voſſius ad Melae L. II. C. 6. veriora docuit. WESS.

ITER A MALACA GADIS M. P. CXLV.] *Strabo L. 3. p. 156. in hoc interni maris litore, primarium exſtare oppidum* Malacam *memorat; quod eodem à* Calpe, *atque Gades, intervallo disjungi perhibet, ac* Phœnices *civitatis formam retinuiſſe. Plinio lib. 3. C. 1.* Malaca cum fluvio fœderatorum: & Sigam *oppidum ex adverſo* Malacæ, *in Hiſpania ſitæ, ſtatuit: neque recte in vulgatis adſpiratur: cum in vetuſtis libris adſpiratione careat. Ptolemaeo itidem* Μαλάκα: *& Stephano* Μαλάκη. *Auctor Commentarii Alexandrini C. 64.* Ipſe omnibus rebus celeriter correptis, Malacam contendit. Malacæ *portus Feſtus Avienus meminit in Maritimis.*

Et rurſus inde ſi petat quisquam pede
Tarteſiorum litus exſuperet viam
Vix luce quarta. Si quis ad noſtrum mare
Malacæque portum ſemitam tetenderit,
In quinque Soles eſt iter.

Et idem flumen *ejusdem nominis cum urbe memorat.*

Hos propter mox jugum Barbetium eſt
Malacaque flumen, urbe cum cognomine.
SVR.

SIVEL.] Plinius *Suel.* SIML.

SIVEL M. P. XXI.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & libri Hieron. Pauli & Longoliani. Plinio L. 3. C. 1. in vetuſtis exemplaribus* Siuel, Malaca; *ideo nihil ex hac ſcriptura mutandum*

CILNIANA. M. P. XXIIII.
BARBARIANA. M. P. XXXIIII.
CALPE CARTEIAM. M. P. X.
POR-

existimaverim: tametsi in Ptolemaei libris Σξελ *legitur.* SVR.

SIVEL.] *Suel*, quomodo Ravennas L. IV. C. 42.. verius est ob lapidem *Fuengirolae*, quæ ejus locum insidet, repertum apud Bernh. Aldrete L. I. Orig. Ling. Castellan. C. 2.

NEPTVNO. AVG. SACRVM
L. IVNIVS. PVTEOLANVS
VI. VIR. AVGVSTALIS
IN MVNICIPIO SVELITANO.

WESS.

CILNIANA.] Vel *Cilmana*, vel *Cilviaca*, vel *Silviaca:* forte *Silvia* Livii L. XXVIII. C. 12. SIML.

CILNIANA.] *Cilviaca* Cusani liber. *Silvia* seu *Silpia* Livii dubii pariter situs & scripturæ est; Polybius enim, quem in primis sequi solet, L. XI. C. 18. Ἐλιγσὰν appellat. Ego huic a *CILNIIS* nomen venisse putavero. WESS.

BARBARIANA.] Credo in hac voce *Barbesulam* sive *Barbesul* latere. Movet me Ravennas L. IV. C. 42. & ceteri hanc oram describentes; movent quoque editiones vetustæ post Belonem exhibentes: *Barbesul M. P. XXXIII. Calpe M. P. X. Tartheiam M. P. X.*; quæ quamquam suum locum non teneant, indicio tamen sunt, *Barbesul* ex hoc itinere exulare non debere. Mecum sentit Joan. Conduit in egregia Dissert. de vero Carteiae situ, cujus epitomen dedit H. Jones Part. II. vol. v. Actor. Philosoph.; situm *Barbesulae* in *Marbella*, cujus etiam titulus ex *Barbesula* sit natus, If. Vossius ad Melae L. II. C. 6. invenit: ego vero Jo. Conduit assentior, urbis ejus parietinas in orientali ripa fluminis, cui *Guadiaro* nomen, & IV. Leug. a Gibraltare reperienti: inibi frustum marmoris eruit, cui MM. BARBESVLANI inerant. Obstant quidem huic positioni Ptolemaeus & Marcianus Heracleota, Barbesulae situm Carteiam inter & Transductam figentes, sed perperam, uti in confesso apud omnes est. WESS.

CARPE CARCEIA.] Vel *Carpe Carcenia*, vel *Calpe Carteia.* Dubito; tamen an hæc mansio omittenda sit, cum post Belonem ponantur *Barbesul*, quam Plinius vocat *Barbesulam*, *Calpe* & *Tarteia*; quæ est *Carteia*, a Græcis dicta *Tartessos:* etsi tria hæc nomina tantum in Aldino legantur. SIML.

CALPE CARTEIAM M. P. X.] *Blandinianum* Carpe carceiam M. P. X. *In Neapolitano* Carpe Caritiam M. P. X. *Hieron. Pauli* Carpe Carciæ M. P. X. *Longol.* Carpe Carcenia M. P. X. *Sed satis indicant* Calpe Carteiam *legendum esse: ut significet, non recta iter ex* Siuel Carteiam *deduci, sed paululum ad* Calpem, *montem in totius orbis descriptione insignem, deflecti.* Carteia *enim ad fretum, Oceanum versus, sita est, urbs memorabilis & Græcis, & Latinis auctoribus. Livius libro xxviii. C.* 30., ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. *Plinius L.* 3. *C.* 1. Fretum, *inquit*, ex Atlantico mari, Carteia, Tartessos a Græcis dicta, mons Calpe. *Ptolemaeo item adjunguntur* Καρτήια, Καλπὴ ὄρος, καὶ πόλη ἡ ἐντὸς Ἡρακλείους. *Cicero libro epistolarum ad Atticum xii. Ep.* 44. Sed quid est, quæso? Philotimus ne, Carteiæ Pompejum teneri: *Et libro xv. Ep.* 20. Pompejum Carteiæ receptum scribis. *Auctor Commentarii Hispanienses C.* 32. Carteiam à Corduba abesse M. P. CLXX. *perhibet.* SVR.

CARPE CARCEIAM.] Universi ad hunc fere modum codices scribunt. *Calpe Carteiam* vere emendari, dubio caret. Id merito quæsiveris unane an binæ mansiones indicentur? Doctissimus Jo. Conduit *Carteiam ad Calpen* esse censet, atque ita appellari, quo distinguatur ab altera Carteia, cujus Livius L. XXI. C. 5. commeminit; nec multum hinc abest Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 1. p. 90.; quorum opinioni officere videtur, quod Carteiam a Calpe Marcianus stadiis L. semoveat, & vetustæ Itinerarii editiones, quamvis, uti monitum est, loco non suo, *Calpe M. P. X. Tarteia*, sive Carteia, *M. P. X.* ponant. Jam vero *Calpen* hoc tractu urbem fuisse, Strabo L. III. p. 160., frustra Casaubono & Bocharto, viris egregiis, renitentibus, testis est: testis etiam

Nic.

PORTV ALBO. M. P. VI.
MELLARIA. M. P. XII.
BELONE CLAVDIA. M. P. VI.
BE-

Nic. Damascenus, ad quem Excerpt. p. 72. Had. Valesius videndus est: testis denique Tzetzes Chiliad. VIII. 217.

Καὶ Κάλπη πόλις, ὄρος τε καὶ στήλη σὺν ἐκείνοις.

&, qui omnem dubitandi caussam aufert, numus, C. I. CALPE signatus, de quo Ezech. Spanhemius Dissert. XIII. V. & P. Num. p. 600. Ad hoc, si urbes disjungas singulis sua M. P. assignans, & summæ generali ratio constabit, & paullo melius hoc iter respondebit illis, quæ Strabo L. III. p. 165. de intervallo a Malaca ad Calpem & hinc ad Gades tradit. Ceterum de situ Carteiae Hispanis magnum certamen est: Marianae L. I. C. 2. videtur *Tariffa*, Amb. Morali & Nonio Hisp. C. 11. *Algezira*, Rod. Caro L. III. Ant. Hisp. C. 74. *Torre de Carthagena.* Ego Jo. Conduit sequor, cui *Rocadillo* est: hoc spatium, quod in Comment. Bel. Hispan. C. 32. Cordubam & Carteiam separat, hoc rudera & numi, caput turritum & *CARTEIAM* præferentes, atque eo in loco eruti, postulant. WESS.

PORTVM ALBVM M. P. VI.] Promuntorii Albi Africæ *ad fretum Plin. meminit, sed* Portus Albi Hispaniæ *ad eum trajectum, non video mentionem fieri.* SVR.

MELLARIAM M. P. XI.] *Strabo in freto L. 3. p.* 140. Mellariam, *optima habere salsamenta perhibet, & ab ea* Belonem *urbem, & fluvium conlocat. Pomponius Mela L. 2. C. 6.:* atque unde nos sumus cingente freto (*ita enim legit Hermolaus Barbarus, castigatione minime frivola, ut Pintianus noster prodit*) Mellaria & Belo, & Bæsippo. *Plinius lib.* 3. *C.* 1. Quindecim M. P. in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent: V. M. in latitudinem à vico Mellaria Hispaniæ, ad promuntorium Africæ Album, auctore Turanio Graccula juxta genito. *Et postea vetustis exemplaribus omnibus* Oppidum Belon, Mellaria, *non* oppida, *paulo enim antea vici nomen* Mellariæ *attribuerat.* Mellariæ oppidi *in interiore* Turdulorum *regione postea fit ab Antonino mentio. Ptolemaeo* Βαίλωνος πότ. Ἔκβολαι. Βαιλὼν πόλις, *& in* Bastulorum, *cognomento Pœnorum, maritimis, corrupte,* Μενραλία, *pro* Μελλαρία. SVR.

MELLARIA.] A *melle* nomen ducit, ut inferius ostendetur, hodieque præstantissimum mel in his oris colligitur. Nunc *Beier de la miel*, itidem a melle appellatum, esse volunt. Vid. R. Carum L. III. Ant. Hispal. C. 58. Quia tamen is locus a freto, cui Mellaria assidebat, aliquot M. P. est disjunctus, accedo J. Conduit, Mellariae situm in *Val del Vaca*, ita tamen, ut major ejus pars jam fluctibus sit hausta, invenienti: patet enim nostro ibi tempore fretum in latitudinem V. M. P. haud paullo ampliorem. Olim celebris hinc in Africam trajectus erat, unde Plutarcho in Sertor. πορθμὸς κατὰ Μελλαρίαν. WESS.

BELONEM CLAVDIAM M. P. VI.] *In Blandiniano* Belone Claudia M. P. VI. *Neapolitanum & Longolianum* Bellone Claudia M. P. VI. *Hieron. Pauli* Belonæ Claudiæ M. P. VI. *cujus cognomenti mentionem non reperi factam. Vide Stephanum in voce* Βῆλος *de etymo ejus urbis, &* Mellariæ, *quæ ab eo adpellatur* Μηλάρια. SVR.

BELONE CLAVDIA.] Lugduni *Glaudia*, quod in Caesaraugustano Schottus itidem offendit, vulgarunt. Rectum & verum *Claudia* est, quo titulo videtur ornata a cognomine Imp.; nominis pristini vestigia freto adjacens *Balania* servat, nunc quoque VI. M. P. a *Val del Vaca*, ubi olim Mellaria, si tamen omnia recte dimensus est Jo. Conduit, disjuncta. Falsus itaque Marcianus est, cum in Periplo Belonem a Mellaria CXL. aut C. stadiis semovet. WESS.

CALPE.] *Barbesul M. P. XXXIIII. Calpe M. P. X. Tartheiam M. P. X.* hæc aberant a scripto Caesaraugustano. SCHOT.

CALPE.] Exulant quoque è nostris omnibus: tamen Lugduni & Basileae retinuerunt: credo cum anteriora essent mendis fœdata, in vetustas editiones, quamquam loco non suo, ex aliis MSS. migrasse. WESS.

BAESIPPONEM M. P. XII.] *Pomponius lib.* 2. *C.* 6. Mellariam Belonem, & Bæsipponem usque ad Junonis promuntorium oram freti occupare *docet: Plinio lib.* 3. *C.* 1. portus Besippo, *& ab*

BESIPPONE.	M. P. XII.
MERGABLO.	M. P. VI.
AD HERCVLEM.	M. P. XII.
GADIS.	M. P. XII.
	ITER

& ab eodem Plinio & Ptolemaeo lib. 2. C. 4., Bæſippo *inter urbes* Turdetanorum, *&* Turdulorum, *qui interius* Luſitaniam *verſus pertinent, recenſetur.* SVR.

BESIPPONE.] *Belippone* Vatican., vitio ſcribentis, ut *Reſippone* MS. Cuſani. Ravennas L. IV. C. 43. *Item ſuper fretum ſeptem ſunt civitates, id eſt, Bepſipon*; ubi *Baeſippon* eſſe ſcribendum vere Ch Cellarius L. II. G. A. C. 1. p. 88. animadvertit: nollem vero ab eo additum: *cujus nomen ridicule* ἑπτάπολιν, *ſeptem civitates interpretatur:* neque enim Ravennas Bæſipponis veriverbium enarrat, ſed conſueto ſibi more fretum Herculeum *fretum ſeptem*, ut *Septe* & *Septe Gaditanum* paſſim, a *ſeptem fratribus* urbeque *Septa* in adverſa continente, plane uti Juſtiniano Leg. 2. C. de O. Præfect. P. A. §. 2. *trajectus, qui Septa dicitur*, appellat. Ruinæ urbis ad promontorium *Trafalgar, Aguas de Mecca* Hiſpani vocant, nunc, teſte Jo. Conduit, perdurant. WESS.

MERGABLO.] Vel *Mercablo*, vel *Mercallo:* forte *Macolica, nobilis urbs Hiſpaniæ*, capta a M. Marcello, ut Livius L. XLV. C. 4. refert. SIML.

MERGABLVM M. P. VI.] *In Blandiniano, & Longoliano* Mergablo M. P. VI: *ſed in hoc* Mercallo *corrigitur: & in Neapolitano, & libris Hieron. Pauli* Mercallo M. P. VI. *legitur.* SVR.

MERGABLO.] *Mercallo* MS. Cuſani, *Mercablo* Vatican.; *Marcolicam* Livii eſſe non dixero: ea enim & incertiſſimi ſitus & ſcripturæ eſt diverſiſſimæ. WESS.

AD HERCVLEM M. P. XII.] *Pomponius Mela, unus omnium optime*, Gades, *inquit, L. 3. C. 6.*, fretum attingit, eoque anguſto ſpatio, & veluti à flumine a continenti abſciſſa, qua terris propior eſt, pæne rectam ripam agit: qua Oceanum ſpectat, duobus promuntoriis evecta in altum medium latus abducit: & fert in altero cornu ejusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetuſtate illuſtre. Tyrii conſtituere. Cur ſanctum ſit, oſſa ejus ibi ſita efficiunt. Annorum quis manet ab Iliaca tempeſtate principia ſunt; opes tempus aluit. *Longitudinem inſulæ deſignari ex Polybio docet Plinius, totidem* M. P. *quæ ab* Hercule Gades *hoc tribuuntur Itinerario: Suetonius in Caeſare C. 7.* Quæſtori, *inquit*, ulterior Hiſpania obvenit: ubi cum mandato P. R. jure dicundo conventus circumiret, Gadisque veniſſet, animadverſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit. *Sed & ipſe Caeſar Commentario II. belli civilis C. 18.* Naves longas x. Gaditanis ut facerent, imperavit: complures præterea Hiſpali faciendas curavit. pecuniam omnem, omniaque ornamenta, ex fano Herculis, in oppidum Gades contulit. *Id* fanum *ab urbe* XII. M. P. *conſtitutum fuiſſe, uti in hoc itinere adſignantur, Strabo auctor eſt L. 3. p. 169.: quo ex loco maxime continenti adjungebatur Inſula, ad ſtadii latitudinem, medio interjacente pelago ſemota. Templum enim ab urbe* XII. M. P. *abeſſe memorari, ut quantum certaminum, tantum & milliariorum conficerent. Majus enim ferme tanto templum fuiſſe, quanta inſula erat longitudo.* SVR.

AD HERCVLEM.] Herculis templum omnem olim inſulæ ambitum, cui a S. Petro nomen eſt, ut è Philoſtrato L. V. Vit. Apol. C. 5. apertum eſt, occupavit. Originem ſuam Tyriis debere in confeſſo eſt; nam ſi quod dubium eſſet, egregie Hen. Valeſius in Excerpt. Peireſciana p. 110. explicuit, quamquam immerito Arrianum L. II. Exp. Alex. C. 16., ubi Jac. Gronovium vide, dubitantibus accenſens. Sacra & templi ceremonias dignitatemque fuſe exſecutus eſt Jo. Baptiſta Suarezius L. III. Antiq. Gaditan.; quod vero C. 1. ejus libri adfirmat, propterea XII. M. P. afuiſſe Gadibus templum, ut, qui peregre venerant ad id inviſuri, ſecum inter ambulandum XII. Herculis labores venerabundi revolverent, non ex Strabone aliove veterum, ſed ex receptis in Hiſpania ceremoniis & ambarvalibus ſumptum videtur; nec credo ulli probabit, quantumvis ſedulitate nimia L. I. C. 4. connitatur, Herculem aliquem

ITER A GADIBVS CORDVBA. M. P. CCXCV. Sic.
AD PONTEM. M. P. XII.
PORTV GADITANO. M. P. XIIII.
ASTA. M. P. XVI.
VGIA.

quem cognomine *Thaſii* a Tyriis fuiſſe cultum: Herodoti enim L. II. C. 4. verba, quibus utitur, eum Latina & ſatis negligenter relegiſſe oſtendunt; *Thaſii* quippe Herculis commeminit. WESS.

GADIS M. P. XII.] Bæticæ *longitudinem, uti Caeſar, quod ſupra monuimus, à ſaltu* Caſtulonenſi *ad* Anam *determinat, Plinius L. 3. C. 2. à* Caſtulonis *oppidi fine* Gades *perducit, & ut ſummo conſenſu vetuſta produnt exemplaria,* M. P. CCL. *adſignat, non, quemadmodum in vulgatis legitur,* CCCCLXXV. *Strabo L. 3. p. 168.* Gades *à* Calpe DCCL. *ſtadiis abeſſe perhibet: aut, ut alii prodidere,* DCCC. *Plinius L. 4. C. 23. oppidum fuiſſe civium Romanorum quod appellaretur* Auguſta urbs Iulia Gaditana *ab eo latere, quo Hiſpaniam ſpectat, paſſibus fere* C. *Alteram inſulam fuiſſe longam* III. M. P. *in qua prius oppidum* Gadium *fuerit; idem memorat Plinius, & vocatam ab Ephoro & Philiſtide* Erythiam, *à Timæo & Sileno* Aphrodiſiadem: *ab indigenis* Iunonis: *& majorem Timæum*, Cotinuſſam *apud eos vocatam prodidiſſe; Romanos* Tarteſſon *appellaſſe, Pœnos* Gadir; *ita Punica lingua* ſepem *ſignificante. Hinc cecinit Feſtus Avienus de ora maritima:*

Hic Gadir urbs eſt, dicta Tarteſſus prius
Hic ſunt columnæ pertinacis Herculis.

Et alio loco:

——— ——— Gadir hic eſt oppidum.
Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gadir vocabat, ipſa Tarteſſus prius
Cognominata eſt, multa & opulens civitas
Aevo vetuſto. Nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum agger eſt.
Nos hoc locorum, præter Herculaneam
Solemnitatem, vidimus miri nihil:
At vis in illis tanta, vel tantum decus
Aetate priſca, ſub fide rerum fuit,
Rex ut ſuperbus, omniumque præpotens;
Quos gens habebat forte tum Mauruſia,
Octaviano principi acceptiſſimus,
Et litterarum ſemper in ſtudio Juba
Interfluoque ſeparatus æquore
Inluſtriorem ſemet urbis iſtius
Duumviratu crederet.

SVR.

GADIS.] Inſulæ opes, variatam fortunam, conditores & alia memorabilia Suarezius L. I. Ant. Gadit. C. 2. & ſeq deſcripſit. Ex lapide Gruteriano p. CCCLVIII. 4., quem & Suarezius C. 4. inſeruit:

M. ANTONIO M. F.
GAL. SYRIACO II.VIR.
MVN. AVG. GAD.
D. D.

ex lapide inquam egregie firmatur, quod Plinius de Gadibus ait. Id vero mireris ad cognomen M. Antonii hujus offendiſſe Amb. Moralem & Suarezium: hunc *GALLOSVRIACO* formaſſe, illum *GARISIACO*: cum tamen *GAL.* tribum *Galeriam*, in qua *Antonius Syriacus* cenſebatur, notet. WESS.

AD PONTEM.] Nunc *la puente de Suaſo*, nomine nobilis viri, cui reges Hiſpani inſulam dederant, modo verum Suarezius L. I. A. G. C. 16. tradiderit. WESS.

PORTVM GADITANVM M. P. XIIII.] Portus Gaditani *à Pomponio fit mentio L. 3. C. 1.* Turduli, *inquit*, & Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt, quem Gaditanum, & lucus, quem Oleaſtrum appellant. SVR.

PORTV GADITANO.] Deſcribitur ab eodem Suarezio L. I. Ant. Gad. C. 9., eſtque in noſtra tempora navium ſtationibus celeberrimus. *Puerto Real.* WESS.

ASTAM M. P. XVI.] *Manuſcripta exemplaria, & vulgati libri, hanc dictionem adſpirant. Livius libro XXVIIII.* Aſtæ *meminit. Strabo* Aſtam, & Nebriſſam *ad* Aeſtuaria Bætis *conlocat. Mela Pomponius L. 3. C. 1.* Tum caſtellum Chollar in litore (*ita enim in vetuſto legitur exemplari non* Ebora) & procul à litore, Aſta colonia: *& forte pro* Chollar Colobona *ſit legendum. Plinius lib. 3. C. 1.* inter Aeſtuaria Bætis oppidum Nebriſſa cognomine Veneria, & Colobona coloniæ, Aſta, quæ Regia dicitur.

VGIA. M. P. XXVII.
ORIPPO. M. P. XXIIII.
HISPALI. M. P. IX.
BASILIPPO. M. P. XXI.

CA-

Ptolemaeo in Turdetanis ἡ κὴ Ἀστὶν ἐιχυσις Bætis *fluminis, & poſtea oppidum* Ἀστὶ. *In Commentario Hiſpanienſi C.* 36. Aſtæ *fit mentio, & C.* 26. *A Babii. C. Flavii, & A. Trebellii equitum Romanorum* Aſtenſium, *qui argento prope tecti equites, ad Caeſarem transfugerunt. De* Aeſtuariis Aſtenſium, *plura apud Strabonem lib.* 3. *p.* 140. Svr.

ASTA.] Noſtri quoque libri adſpiratione ornant, non Ravennas L. IV. C. 43. Campus deſertus, haud multum a *Xeres*, veteris nominis indicia retinet, ut Rod. Carus L. III. Ant. Hiſpal. C. 23. fuſe oſtendit. Wess.

VGIAM M. P. XXVII.] *In Blandiniano, & Longoliano* Vgia M. P. XXVII. *& in Neapolitano* M. P. XXVI. *Hieron. Pauli.* Vgie M. P. XXVI. *Ptolemaeo inter* Nebriſſam, *&* Aſtam, Ὄυγια. Svr.

VGIA.] Eadem eſſe videtur ac *Urgia, cognominata caſtrum Julium* Plinii L. III. C. 1. *Las Cabeſas* vulgus ejus ruinas, de quibus Rod. Carus L. III. Ant. Hiſp. C. 31., appellat. Wess.

ORIPPONEM M. P. XXIIII.] *In Blandiniano* Orippo M. P. XXIIII: *& Hieron. Pauli ac Longolianis libri. In Neapolitano* Orippo M. P. XXVI. *Exſtat apud me nummus vetuſtiſſimæ notæ, cujus altera parte effigies humani capitis viſitur, ſine nomine, ante os uva adpoſita: & in averſa parte* Apis *bos genibus flexis, quaſi adorans, cauda ſurſum detorta verſus creſcentis Lunæ ortum: & infra* Orippo: *cujus hieroglyphicæ imaginis ratio apud Plinium libro viii. pluribus explicatur. Ammianus libro xii. C.* 15. Apin Lunæ *dedicatum, qui diverſis notarum figuris exprimeretur.* Svr.

ORIPPO.] Eundem numum R. Carus L. III. Ant. H. C. 20. expreſſit. Hoc vero negligendum non eſt, ab eodem Caro hanc urbem auſpicato fuiſſe Plinio reſtitutam: namque ubi legebatur L. III. C. 1. *Vergentum, quod Julii genitor, Hippo, Cauraſiarum,* id egregia opera reſinxit, *Vergentum, quod Julii genius, Orippo, Caura, Siarum:* habet quidem paria Harduinus; laudem tamen abſtuliſſet, ſi ſua R. Caro, quem ob oculos habebat, accepta tuliſſet. Nostra tempeſtate *Dos Hermanas*, locum vitibus abundantem, unde uvæ, numo inſcriptæ, liquida cauſſa eſt, vocare adſueverunt. Wess.

HISPALI.] Nobiliſſimam urbem in Clar. Urb. Carm. IX. Auſonius luculente deſcripſit:

Clara mihi poſt has memorabere nomen Iberum
Hiſpalis, æquoreus quam præter labitur amnis &c.

Notum eſt, Ill. Scaligerum ad *Emeritam* hos verſus retuliſſe: at obſtant magni viri ſententiæ MSS. resque ipſa: neque enim de Emerita verum erit,

Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces:

quod Hiſpali unice convenit, quam *matrem ac metropolin Hiſpaniæ* Act. S. Lauriani tom. II. B. N. Labbei p. 411. nuncupant: dignior præterea *Baetis* eſt, ut *æquorei amnis* titulum ferat, quam *Anas*, ut è Philoſtrato L. V. A. C. 6. & Silio L. III. 392., cui *celebre Oceano atque alternis æſtibus Hiſpal*, cognoſcere licet. Atque horum partim El. Vinetus & Jac. Gothofredus ad Leg. 5. C. Th. de Sponſal. urſit; partim Rod. Carus L. II. A. H. C. 18., qui cetera, quæ urbis originem & dignitatem illuminaverunt, accurate L. I. & II. earum Antiquit. exſecutus eſt. Wess.

BASILIPPONEM M. P. XXI.] *In Blandiniano, & Hieron. Pauli, & Longolii libris* Baſilippo M. P. XIIII. *Suſpicor* Bæſipponem *oppidum eſſe, quod Plinius* Gaditano *conventui attribuit: & Ptolemaeo in* Turdetanis *recenſetur* Βαισίππων. Svr.

BASILIPPO.] Suritae ſuſpicio a vero recedit, & ipſo locorum ſitu confutatur: *Baeſippo* mari proxima & Gaditani conventus fuit, cum Baſilippo Hiſpalenſi, ut Ilipa ejusdem conventus indicio eſt, fuerit adſcripta. Venerat mihi in mentem *Ventisponte oppidum* ex Comment. Bel. Hiſpan. C. 27. huc pertinere, & ejusdem *Carrucam* ad Carulam, ſitus ratione ita jubente: poſtquam vero Rod. Carum L. III. A. H. C. 48. paria arbitrari & *Ventisponte* ex Baſilippone

CARVLA. M. P. XXIIII.
ILIPA. M. P. XVIII.
OSTIPPO. M. P. XIIII.
BAR-

pone ortum esse docere animadverti, haud parum in ea opinione præsidii nactus videor. Vulgo *Cantiliana* dicitur. WESS.

CARVLAM M. P. XXIIII.] *In Blandiniano, & Hieron. Pauli, & Longol. libris* Carula M. P. XXIIII. *In Neapol.* Carula M. P. XXI. Karulæ *oppidi fit mentio in Concilio Eliberritano: cui* Lamponianus de Karula presbyter *subscribit, sed cum in manuscriptis Plinii exemplaribus lib. 3. C. 1. uno consensu legatur* Carbula, *non* Carbulo, *suspicari cogor forte legendum esse* Carula. SVR.

CARVLA.] Non est Plinii *Carbula*, quippe conventus Cordubensis & longius hinc remota; nedum in *Carulam* abire Carbula debet; vetant numi *CARBVLA* insignes in Thes. Fridericiano C. v. §. 16. & Antiq. Hispal. Rod. Cari L. III. C. 49., in quarum L. I. C. 20. & alii, quibus *CARVLA* inerat, memorantur. *Carrucam* ex Comment. Bel. Hispan. C. 27. huc pertinere monitum ante est. Ecquis vero Fr. Bivarii audaciam sine ulla caussa *Lamponium de Carula*, qui Illiberitano Concil. adfuit, *Caldubae* ad Dextri Chron. An. CCC. p. 323. imponentis ferat? WESS.

ILIPAM M. P. XVIII.] *In Blandiniano, Hieron. Pauli, & Longol. libris* Ilipa M. P. XVIII. *In Neapol.* Hippa M. P. XXIIII. *In locis ad* Ilipam *pertinentibus maximam vim argenti esse Strabo admonet. Plinius lib. 3. C. 1.* Hispalensi *conventui attribuit* Ilipam, *cognomine* Italicam. *Ptolemaeo in mediterraneis* Turdulorum, Ἰλίπυλα Μεγάλη, *& in* Turdetanis Ἰλίπυλα, *nam quæ in eadem* Turdetanis *ab eodem juxta Hispalim* Λαῦπα Μεγάλη *cognominatur, oppidi nomen esse videtur, quod in Commentario Alexandrino C. 57. corruptum legimus:* Interim L. Titius, qui eo tempore Trib. mil. legionis vernaculæ fuerat, nunciat fama legionem XXX. quam Q. Caelius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim castra haberet &c. *ut apud oppidum* Læpem *sit legendum. In libris recens excusis* Ilurgim *oppidum adponunt de suo.* SVR.

ILIPA.] *Italicae* cognomine Ilipam fuisse usam magnus Casaubonus ad Strabonem itidem censuit, notatus propterea a Rod. Caro L. III. H. A. C. 11. Harduinus huc ex Inscriptionum Thesauro p. CCCL. 5. ILIENSES ILIPONENSES retulit, quod ut recte fecerit, satis vereor: in numis enim, quos R. Carus habet, incolæ *ILIPENSES* dicuntur; præterea que fieri poterit, ut ILIPONENSES in Astigitano fuerint conventu ob reliqua ejusdem inscriptionis. Ilipa, de cujus vero cognomine alias quæremus, nunc est *Pennaflor*. Ceterum verba Comment. Bel. Alexand. C. 57. examinavit R. Carus L. III. A. H. C. 35., abiitque in eas cogitationes, ut pro *Lepti* scribendam esse *Baetin* censuerit: hoc enim nomine in Bætica urbem fuisse non dubitat; movetur autem Strabonis L. III. p. 141. & Appiani Iber. p 149. auctoritate; in primis tamen Fl. Dextri & M. Maximi, qui *Baetin* urbem non multum ab Hispali locant. Foret utique hæc commodissima conjectura, modo constabiliri posset; nam quæ vir doctissimus advocavit, robur & fidem opinioni conciliare vix poterunt. Quis enim Dextri & Maximi Chronicis, ex nugivendi Hieronymi Romani de Higuerra, impostoris Jesuitæ, ingenio procusis, ut D. Papebrochius tom. VII. Maji p. 393. & Cardinalis de Aguirre tom. II. Concil. Hispan. Dissert. III. ostenderunt, fidem addixerit? nec quicquam Appiani Βαιτόκη, utpote in *Baeculam* ob Livium L. XXVIII. C. 13. commutanda, proderit. Unus Strabo viro erudito favet; cujus tamen verba cum aliis omnibus mendi sint manifesta, metuo ut rem conficere apta sint: vix certe erit, qui urbis *Baetis* præter eum meminerit. Mihi Glandorpii *Ilipam* Commentario illi reddentis sententia verior semper est visa; neque alia est Ptolemaei Λαῦπα. WESS.

OSTIPPONEM M. P. XIIII.] *Plinius lib. 3. C. 1.* Astigitano *conventui* Ostipponem *oppidum liberum attribuit.* SVR.

OSTIPPO.] Harduinus Livii L. XXVIII. C. 22. & Appiani Iber. p. 458. *Astapam* cum Ostippone componit, haud scio an male. Stephanus sane Ἀστάπας, quamquam patria in gentis sede enormiter peccans, ex Appiano citat, cui cum & Livius consentiat, aliud oppidum

BARBA.	M. P. XX.
ANTIQVARIA.	M. P XXIIII.
ANGELLAS.	M. P. XXIII.
IPAGRO	M. P. XX.
VLIA.	M. P. X.
CORDVBA.	M. P. XVIII.
	ITER

arbitreris; neque enim ad credendum facile erit, & Aſtapam & Oſtipponem eandem urbem videri dictam. WESS.

BARBAM M. P. XX.] *In Concilio Eliberritano* Barbæ *oppidi fit mentio: interfuiſſe enim legitur* Ianuarius Barbæ *presbyter.* SVR.

BARBA.] Vide, ut omnia ſibi licere arbitretur Fr. Bivarius: quia *Barba* parum placebat, *Januarius* jubetur *Barbeſulae* eſſe presbyter ad Fl. Dextri Chron. p. 324.; quæ, malum, hæc novandi prurigo! ſaltem cauſſam dixiſſet aliquam. Gonzales ad Illiberit. Synod. p. 320. *Barbam* recte defendit. WESS.

ANTIQVARIAM M. P. XXIIII.] *Hujus oppidi nomen apud Geographos non reperitur, & ex monumentis, quæ apud* Antiquariam, *cognomento* verem, *reperiuntur;* Singiliam *cognominatam fuiſſe, ex fluvii nomine, adparet.* SVR.

ANTIQVARIA.] *Anticaria* plures MSS. Plinianum *Singili* ſive *SINGILENSIVM MVNICIPIVM*, ut in literatis monumentis eſt, videri, Hiſpanorum plerisque placet. Vid. Nonii Hiſpan C. 26. WESS.

ANGELLAS.] Vel *Augellas.* SIML.

ANGELLAS M. P. XXIII.] *Habent manuſcripta exemplaria & excuſi libri Hieron. Pauli & Longol.* SVR.

IPAGRVM M. P. XX.] *In manuſcriptis, & excuſis* Ipagro M. P. XX. *In Concilio Eliberritano* Ipagrenſis *Epiſcopi fit mentio, vel ut in veteribus libris* Epagrenſis, *nam editi Concil. libri* Bigarrenſis. *Mentio & in legibus Wiſigothicis.* SVR.

IPAGRO.] Pro *In Pagro*, quod in vulgatis reperias, Caeſaraug. *Ipagro* habet. SCHOTT.

IPAGRO.] *In Pagro* Pariſinus codex, *Ipacgro* Vatican.; alii verius vulgatum amplectuntur. H. Suritae de *Epagrenſi epiſcopo*, qui Illiberit. Concilio ſubſcripſit, ſententia non ſane ſpernenda foret, ſi quæ in aliis Hiſpaniæ Synodis ejus eſſet mentio: atqui nulla *Epagrenſis*, frequentiſſima vero *Agabrenſis* in illis memoria eſt: unde ego doctiſſimi Suritae conjecturam non verebor opinioni Mendozae, cui *Egabrenſis* aut *Agabrenſis* placuit, poſtponere. Erat *Egabrum* Bæticæ oppidum, cui nunc *Cabra* nomen eſt. Vid. Ambroſ. Moralem ad Eulogii Toletani L. III. Memor. Sanctor. C. 14. WESS.

VLIAM M. P. X.] *Manuſcripta* Vlia M. P. X. *præferunt. Apud Strabonem lib. iii. p.* 141 *non recte* Ιελία, *pro* Οὐλια *legitur: & Comment. Alexandrino C.* 61. Celerique itinere Vllam contendit, *& paulo poſt*, Namque Vlla in edito monte poſita eſt. Et quam proxime poteſt Vllam, caſtra caſtris confert, *& Hiſpanienſi item Commentario C.* 4. Vllam *pro* Vliam. *Vulgati Plinii libri, contra vetuſtorum exemplarium fidem* Vliam *præferunt: cum ejus nominis in aliis, quæ contulimus, nulla veſtigia reperiantur. Ptolemaeo in mediterraneis* Turdulorum Οὐλία. *Apud Dionem itidem*, Vlla *pro* Vlia, *libro xliii. p.* 259. *legitur. Viſuntur in oppido* Monte maiore *elegantiſſima vetuſtorum lapidum monumenta, quæ ſatis indicant, eo loco* Vliæ *ruinas contineri. Exſtat apud me vetuſtiſſimæ notæ nummus, in quo turpiſſima viri effigies cuſa eſt, ſupra Lunæ creſcentis aſtrum, & ante os ſpica ſine inſcriptione, ex averſa vero parte olearum ramuſculi expreſſi ſunt, cum hac inſcriptione* Vlia. SVR.

VLIA.] Numum, quo de H. Surita, Ant. Auguſtinus Dialog. VIII. expreſſit. SPLENDIDISSIMVS ORDO REIP. VLIENSIVM in lapide, quem è Tarraconenſis epiſcopi ſchedis Gruterus p. CCLXXI. dedit, legitur. WESS.

ITER AB HISPALI.] Hoc iter in MSS. non habetur. SIML.

ABVCCVLA.] Vel *Obucula*, ut Plinius nominat. SIML.

OBVCVLAM M. P. XLII.] *In Blandiniano* Abuccula M. P. XLII. *& in Neapolitano* Abucculo M. P. XLIII. *Hieron. Pauli* Abiculæ M. P. XLIII. *& in Longoliano* Abuccula M. P. XLII. *&* XLIII. *corrigitur. Plinii exemplaria in hoc nomine depravata videntur. Ptolemaeo* Ὀβέκολα.

Apud

ITER AB HISPALI CORDVBAM. M. P. XCIII. Sic.
OBVCVLA. M. P. XLII.
ASTIGI. M. P. XVI.
AD ARAS. M. P. XVI.
CORDVBA. M. P. XXIIII.
AB HISPALI ITALICAM. M. P. VI.

ITER

Apud auctorem Commentarii Alexandrini C. 57. Obuculæ *fit mentio.* SVR.

OBVCVLA.] Ita Vaticanus; ceteri, quos inter Caesarauguſtanus, ut Schottus monuit, *Abuccula*, aut, uti Cuſani membranæ, *Abaiccula M. P. XLIII.* Plinio L. III. C. 1. *Obulcula*, unde proxime receſſit Appiani Iber. p. 496. Ὀβόλκολα: tamen in Pariſienſi An. CIↃIↃXI. Pliniana editione *Obucula.* Nunc, Rod. Caro L. I. Ant. Hiſpal. C. 19. teſte, *El Caſtillo de la Monclova* vocant. Quod vero Lud. Nonius Hiſpan. ſuæ C. 20. Joſ. Simlerum taxat ob *Obuculam* Plinii huc advocatam, id peſſime illi ceſſit, coarguendo ob *Obuculam* & *Obulconem*, diverſiſſimas urbes, inter ſeſe confuſas. WESS.

ASTIGI.] Mela Pomponius *inter clariſſimas Baticæ urbes* numerat; *Auguſtam Firmam* appellatam Plinius L. III. C. 1. addit; neque aliter vetera monumenta, de quibus Nonius Hiſpan. C. 18. *Ecyam* noſtro tempore dici Hiſpani ſcriptores conſentiunt. WESS.

AD ARAS M. P. XV.] *Habent Blandinianum, & Longolianum exemplar: ſed in hoc* XII. *corrigitur. Neap. & Hieron. Pauli libri* M. P. XII. *vide infra in voce* Celti *pagina* CCCCXIV. SVR.

AD ARAS.] H. Surita inferius in Plinio L. III. C. 1. *Arae* legit, & has intelligit, nec ſatis tamen, ut ego putem, cogitate: neque enim *Arae* hæ in Hiſpalenſi conventu, quem Plinius eo loci deſcribit, fuerunt: ponuntur inter Aſtigitanam coloniam & Cordubam, adſcriptæque adeo alterutri, Aſtigitano aut Cordubenſi, conventui fuerunt, quod bene Rod. Carus L. III. Ant. Hiſpal. C. 5. animadvertit, præterea Pliniani MSS. *Aruam* inibi offerunt, non ignoratam vetuſtis marmoribus, cujuſcemodi Gruterianum illud p. CCCCLXXVI., *ORDINEM MVNICIPII FLAVII ARVENSIS* ſiſtens. Noſtra hæc manſio ab *aris*, ad quas erat adpoſita, nomen duxit. WESS.

CORDVBAM M. P. XXIIII.] *Habent Blandinianum, & Longolianum. In Neapolitano & libris Hieron. Pauli deeſt hæc manſio.* SVR.

AB HISPALI ITALICAM M. P. VI.] *Habet Blandinianum exemplar. In Neapolitano & libris Hieron. Pauli* M. P. XI. *& in Longoliano* M. P. XVI. *&* XI. *corrigitur. In vetuſto exemplari hiſtoriæ* Lucæ, Tydenſis Epiſcopi, *in limitatione, quæ circumfertur, diœceſium Hiſpaniarum provinciarum hæc leguntur:* Inveni in Chronicis, quod Italica eſt Hiſpalis antiqua, unde populata fuit hæc Hiſpalis, quæ nunc eſt. *Jam vero, uti ridicula res eſſet, adſerere* Hiſpalim, *ex ruinis* Italicenſibus *conditam; ita certo affirmare poſſum eum pagum, qui vetus Hiſpalis cognominatur, Italicam eſſe, Imperatorum* Trajani & Hadriani *patriam: quæ in limitatione agrorum à Ferdinando rege, qui eam à Mauris expugnavit, facta, nomen* Talcæ *retinet. Pe. Crinitus* Silium Italicum *ab* Italica *urbe, unde cognomen reportaverit, genus deduxiſſe temere credidit: nam* Italicenſis *cognominari debuiſſet: quod ab auctore Commentarii Alexandrini C.* 52. *docemur. ibi.* T. Vaſius, & L. Mergilio ſimili confidentia Plancum municipem ſuum adjuvant: erant enim omnes Italicenſes. *Apud Gellium L.* 16. *C.* 13. *D. Hadrianus in oratione, quam de* Italicenſibus, *unde ipſe ortus fuit, in ſenatu habuit, peritiſſime diſſeruit: mirarique ſe oſtendit, quod & ipſi* Italicenſes, *& quædam item alia municipia antiqua, in quibus* Vticenſes *numerat, cum ſuis moribus legibusque uti poſſent, in jus coloniarum mutari geſtiverint. Qui Commentario II. C* 20. *belli civilis ex eo,* Cum itinere converſo ſeſe in Italiam venturum promiſiſſet, Italicam *repoſuerunt, recte conjectura uſi ſunt; ſed video poſtea in libris nuper excuſis* Ilipam Italicam *correctum, ſatis audacter ex Plinii verbis, L.* 3. *C.* 1., Menoba, Ilipa, cognomine Italica. SVR.

ITALICAM.] Situm bene finivit H. Surita: occupat enim ejus ſedem *Sevilla la Vieja*, qua de R. Carus L. III. A. H. C. 12, ubi & ægre fert, Silium Italicum, virum conſularem, urbi a doctiſſimo Surita eripi, acriterque pugnat C.

ITER AB HISPALI EMERITAM. M. P. CLXII. Sic.
CARMONE. M. P. XXII.
OBVCVLA. M. P. XX.
ASTIGI. M. P. XV.
CELTI. M. P. XXVII.
RE-

17., ne inulto id fiat: nec tamen L. RVFIVS PRIMVS ITALICVS & VALERIA ITALICA, quos è vetuſtis monumentis eruit, ab *Italica* recte *Italicos* formari probant; neque enim conſtat, urumque aut alterum utrum ex Italica fuiſſe: majus robur verbis Spartiani ineſt in Hadrian. C. 12., quæ, quod ad hanc diſputationem poſt elegantem Ch. Cellarii diſſertationem deſcendere animus non ſit, nihil nos morabuntur. Id prætereundum non eſt, exulare hoc iter ex Simleri editione; Lugdunenſem quidem habere, ſed ſine M. P., quæ tamen in Cuſani membranaceo codice XI. ſunt; in Vaticano vero & margine Fabriciani exemplaris VI. M. WESS.

AB HISPALI EMERITAM M. P. CXLII.] *In quam lectionem manuſcripta exemplaria, & vulgati libri conſentiunt: cum CLXV. forte legendum eſſet: quam ſummam numeri manſionem conficiunt: acciditque plerumque ut ex nota* V. II. *fiat, & ex* II. V. SVR.

AB HISPALI.] M. P. CLXV. præfert Lugdunenſis editus; Vaticanus CLXI., quibus una millia addit Fabriciani libri margo: cauſſa hujus eſt diſſenſus ex numeris, qui ſingulis addunturmanſionibus, in quibus veteres libri non concordant. WESS.

CARMONEM M. P. XXII.] *Caeſar Comm. II. belli civilis C.* 19. Carmonenſes longe firmiſſimam totius provinciæ civitatem *adpellat*; *Auctor Commentarii Alexandrini C.* 57. Ibi eum diem, ut quid ageretur perſpiceret moratus, Carmonem contendit. *Libet ejusdem auctoris depravatum locum corrigere. Ita enim legendum apud eum eſt C.* 64. Lepidus eodem tempore, Marcellusque Cordubam cum ſuis; Caſſius proficiſcitur Carmonem. Sub idem tempus, Trebonius procos. ad provinciam detinendam venit. *Interverſa enim verba ſunt. Nam cum legeretur, uti ſupra, eodem commentario* Carbonem *pro* Carmonem, *& ſtatim provinciæ mentio fieret*, Narbonem *repoſuerunt: De ulteriore enim Hiſpaniæ provinciæ agitur: non de* Gallia *provincia. Paulo enim poſt ita ſubdit*; ne ſe Trebonio, & Lepido, & Marcello committeret, *& in commentario Hiſpanienſi C.* 7. *Trebonii procos. ſit mentio*, Duæ, *inquit*, fuerunt vernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant. Carmo, *ut ex ſuperioribus adparet, Caſſii partes proſequebatur. Apud Ptolemaeum in* Turdetanis, *in vulgatis libris duplici errore*, Χαρμονία *legitur, pro* Κάρμων. *Eſt apud me vetuſtiſſimæ notæ nummus, qui altera parte viri effigiem præfert, peſſime cælatam, & in averſa inter duas ſpicas* Carmo: *quod fertiliſſimum ejus oppidi agrum denotat.* SVR.

CARMONE.] Numum expictum dedit Ant. Auguſtinus Dialog. VIII.; cetera, quæ Surita congeſſit, mirum in modum illis conſentiunt, quæ Amb. Morales Eulogii Toletani L. II. Memorial. Sanctor. C. 6 adſcripſit. Carmonem Appian. Iber. p. 449. Καρεώνην & p. 453. Καρβώνην appellat. Vide Rod. Carum L. III. Ant. Hiſp. C. 41. WESS.

CELTI M. P. XXVII.] *In Plinii manuſcripto exemplari Toletano lib.* 3. *C.* 1. oppida Hiſpalenſis conventus Celtiarana, Çaniama acua Ilipa cognomine illa Italica. *alterum ex Caeſar-auguſtanis exemplaribus vetuſtis.* Oppida Hiſpalenſis conventus Celtiaria exatim Vacamaria Acira Ilipa cognomine Ilpa Italica. *In altero vero pervetuſto*, Oppida Hiſpalenſis conventus Celtiaria Vacaniana æria Ilipa cognomine Ilpa Italica, *& in alio manuſcripto*, Celtiara exatim vaccamaria æria Illipa cognomine Ilpa Italica. *Ex horum exemplarium collatione ſuſpicor legendum eſſe* Celti, Aræ: *ut hoc Antonini oppidum ſit, & ea manſio, quæ ſupra* ad Aras *ab eodem Antonino vocatur. Præterea illud conjici videtur*, Ilipam *non fuiſſe cognomento* Italicam, *ſed* Ilpam, *aut aliud quippiam ſimile*, & Italicam *diverſum eſſe oppidum ab* Ilipa. SVR.

CELTI.] Plinii verba erudito & bene magno commentario R. Carus L. III. A. H. ornavit, emendata hoc modo: *Oppida Hiſpalenſis conventus, Celſita, Axati, Arua, Canama, Aruci, Menoba, Aria, Ilipa cognomine magna, Italica.*

REGIANA. M. P. XLIIII.
EMERITA. M. P. XXVII.
ITER A CORDVBA EMERITAM. M. P. CXLIIII. Sic.
MELLARIA. M. P. LII.
AR-

lica. Vid. Cap. 2. usque ad 20. Harduino aliter visum; refingit enim: *Celti, Arua, Canama, Evia, Ilipa cognomine Ilia, Italica.* Quas doctissimorum virorum conjecturas si inter sese comparaveris adhibuerisque MSS. differentias, videbis nimium fuisse Rod. Carum, in alteram partem peccasse Harduinum. Facile *Celti, Arua, Axati, Canama, Evia* è vestigiis codicum Suritae & Harduini eruuntur: certe *Axati* sive *MVNICIPIVM FLAVIVM AXATITANVM*, ut in Thes. p. CCCCXXXII. 7. est, exulare hinc non potest: insererem præterea *Ariam* ante *Eviam*, si certa atque explorata esset numi, ARIAM præferentis, de quo deinceps, scriptura. Quæ restant Pliniana, *Ilipam cognomine Ilpam* fuisse ostendunt, non *Iliam*; nam *ILIPONENSES ILIENSES*, quos Harduinus ad *Iliam* firmandam advocaverat, aliorsum pertinere diximus. Ceterum prius quam hinc abeo, observari oportet, Ravennatem L. IV. C. 44. *Celtum* appellare, & in margine Fabriciani exemplaris *Celsi M. P. XXVII.* esse, cum alii M. P. XXXVII. tueantur. WESS.

REGIANAM M. P. XLIIII.] *In libris Hieronymi Pauli* Regianæ M. P. XXIIII. *& in reliquis* Regiana M. P. XLIIII. *In Plinii vetustis exemplaribus L. 3. C. 1.*, Gaditani conventus civium Romanorum Regina, Latinorum Regia. *Ptolemaeo in* Turdetanis Ῥηγίνα. SVR.

REGIANA.] Ita veteres libri; Ravennas *Regina*, & verius: pertinet huc Ptolemaei Ῥήγινα, non Plinii, quippe conventus Gaditani. Habet R. Carus L. III. A. H. C. 71. lapidem in urbe *Ellerena* repertum:

D. M. S.
L. RVFIVS. PRIMVS. ITALICVS
D. REGINENSIS AN. XXXX.

& alium, cui *RESP. REGINENSIVM* inscripta est: uterque ad hanc *Reginam*, quæ *Ville de Reyna*, non multum ab urbe, ubi lapides effossi, nunc dicitur, teste R. Caro, referri bebet. WESS.

EMERITAM M. P. XXVII.] *Dion. libro liii. p. 589. perhibet, Augustum, bello Cantabrico confecto, emeritos milites exauctoravisse, & urbem in* Lusitania *condere jussisse, quæ* Augusta Emerita *cognominaretur.* Hygenus *Augusti libertus, quem &* Hyginum *vocant, auctor est p. 154. de limit. constit. D. Augustum in* Beturiæ Emerita *jugera quadringena dedisse. Exstant complures nummi cum ejus urbis nomine, in quibus vetustimæ notæ effigies Augusti cum corona radiata visitur, & hac inscriptione,* DIVVS AVGVSTVS PATER, *& aversa parte, supra urbis portam, cui geminæ sunt turres additæ, in portæ lateribus* AVGVSTA EMERITA. SVR.

EMERITA.] M. P. XXIIII. Lugdunensis editus, nec plura scriptus Vaticanus: XXVII. M. P. adscripta Fabricii sunt libro. Emeritam *Lusitanorum caput oppidorum* Prudentius dicit: COL. EMERITENSIS in Thes. p. XIII. 16. & numis. Vid. Nonii Hisp. C. 31. WESS.

ITER A CORDVBA.] Hoc quoque iter in MSS. & Aldino codice non habetur. SIML.

ITER.] *Iter a Corduba Emeritam M. P. CXLIIII. Sic. Mellaria M. P. LII. Astigi M. P. XXXVI., Metellinum M. P. XXXII. Emeritam M. P. XXIII. ITER ab Olissipone Emeritam.* Magnus hiatus in editis plerisque, ut fit, dum eadem nomina iterantur. Nos ex fide MS. Caesaraug. adscripsimus. SCHOT.

MELLARIA M. P. LII.] *Plinius L. 3. C. 4.* Altera, *inquit*, Beturia, quam dicimus Turdulorum, & conventus Cordubensis habet oppida non non ignobilia Arsam, Mellariam. SVR.

MELLARIA.] Nomen a *melle* duxit, plane ut Cordubæ vicinus mons *Pinna mellaria.* Eulogius Toletanus L. III. Memor. Sanct. C. II. *In eo loco, qui ex eo, quia antiquitus congestos in illa celsiore rupe apum industria favos majores nostri viderunt, Pinna mellaria vocatus est.* Huc referunt ORDINEM MELLARIENSEM ex Thes. p. CCCXXI. 10. monumento, prope Cordubam invento: hodie *Fuente de la Ovejuna.* WESS.

AR-

ARTIGI.	M. P. XXXVI.
METELLINVM.	M. P. XXXII.
EMERITA.	M. P. XXIIII.
ITER AB OLISIPONE EMERITAM.	M. P. CXLI. Sic.
EQVABONA.	M. P. XII.

CA-

ARTIGI M. P. XXXVI.] *In Blandiniano* Artigi M. P. XXXIII. *& in Neapolitano* Artigi M. P. XXXVI. *In libris Hieronymi Pauli desunt hujus itineris mansiones. In Longoliano* Artigi M. P. XXXIII., *&* XXXVI. *corrigitur: sed cum numero* M. P. XXXVI. *recte summa conficiatur, eam lectionem prætulimus. Ptolemaeo mediterraneis* Turdulorum Ἀρτιγὶς, *nec dubitarem in Plinio legere in* Celticis Beturiæ, *pro* Lastigi, Artigi, *Ptolemaei & Antonini fretus auctoritate.* SVR.

ARTIGI.] Abiit in easdem, quas Surita, cogitationes Is. Vossius ad Melae L. II. C. 6., & *Lastigi* Plinii in *Artigi* sive *Astigi*, idem enim esse vult, commutat. Neutrum esse audiendum numus, quem R. Carus L. III. A. H. C. 61. dedit, LASTIGI præferens, ostendit. Fuit in Caesaraug. *Astigi*, ut Schottus in præcedentibus monuit; nostri & Ravennas L. IV. C. 44. intercedunt. WESS.

METELLINVM M. P. XXXII.] *Manuscripta* Metellinum M. P. XXXII. *& in Longol.* Metellinum M. P. XXXII. *&* XXXIII. *corrigitur. Plinius L. 4. C. 22.* coloniæ, Augusta Emerita, Anæ fluvio adposita, Metallinensis, Pacensis, Norbensis: *ita enim in manuscriptis, & vulgatis legitur, ut in alterutro sit mendum.* SVR.

METELLINVM.] Ita excerpta MSS.; Ravennas *Metelion* L. IV. C. 44. Si urbi a Metello venerit cognomen, in Plinio peccatum erit. *Medelin* ad Anam. WESS.

ITER AB OLISIPPONE EMERITAM M. P. CLXI.] *Blandinianum exemplar*, ab Olisyppone Emeritam M. P. CLXI. *Neapolitanum* ab Olisippone Emeritam M. P. CLXXVII. *In Longoliano* M. P. CLXI. *&* CLXXVII. *corrigitur. In M. Varronis vetusto exemplari libro II. C. 1. rerum rusticarum, Bessarionis Cardinalis Niceni*, In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad Oceanum ea regione, ubi est oppidum Olisipo, monte Tagro, quædam è vento certo tempore concipiunt equæ. *In altero ejusdem auctoris exemplari* ubi est oppidum Olisippo, ... monte Tagro *legitur. At apud Columellam libro vii. C. 27.* Cum sit, *inquit*, notissimum etiam in Sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem juxta Oceanum, frequenter equas, sine coitu ventum pertulisse, fœtumque educasse. *Mirum tamen est* Olisiponis *à Columella, Hispano auctore, mentionem factam non esse, cujus Varro meminerit, & advertendum, an apud Varronem legendum sit* monte Sacro *pro* Tagro, *cujus montis nullam reperimus mentionem, & Columella satis indicat*, Sacrum promotorium *intelligi, cum eum montem procurrere in occidentem juxta Oceanum perhibet: cui adstipulari videtur Plinius L. 4. C. 32.* Ab Ana, *inquit*, ad Sacrum Lusitani: oppida memorabilia à Tago in ora Olisipo, equarum è Favonio vento conceptu nobile. *Et alio loco L. 8. C. 42.*, Constat in Lusitania, circa Olisiponem oppidum, & Tagum amnem equas Favonio flante obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni perniciissimum. *In Toletano, & duobus aliis vetustis Plinii exemplaribus:* Oppida memorabilia à Tago in ora Olisippo, equarum è Favonio vento conceptu nobile. *In alio æque vetusto*, Olisipo legitur, *quemadmodum vetusta exemplaria scribi oportere testantur, & ab* Andrea Resendio, *insignis litteraturæ viro, & egregio vetustatis assertore, ac vindice est restitutum Comm. in Vincentii vitam carm. à se conscriptam. Vicina Tago flumini opulentissima cæteris oppida esse Strabo libro iii. p. 153. auctor est: & Augusti ætate, ut* Lusitanorum *pars maxima* Gallaici *vocitarentur, effectum esse. Ptolemaeo perperam duabus dictionibus* Ὀλισ῾ Ἵππων. SVR.

OLISIPPONE.] Vatican. *Olishippone*, Cusani schedæ *Olissippone*, Lugdun. editus *Olis ipone.* ΟΛΙΟΣΕΙΠΩΝ Palat. & Coislin. Ptolemaei codices. Capellæ L. VI. p. 202. in pluribus MSS. *Olisipone illic oppidum ab Ulysse conditum ferunt:* Isidoro in scripto Groningano L. XV. C. 1. *Olisipara ab Ulysse condita est*, pro *Olisipona*; quod vero mirere, in Libel. precum Marcellini & Faustini p. 142. Ed. Sirmon. *Potamius Odysiponæ*

CATOBRIGA. M. P. XII.
CICILIANA. M. P. VIII.
MALCECA. M. P. XVI.
SALACIA. M. P. XII.
EBO-

ſiponae civitatis epiſcopus fuiſſe traditur. Ceterum prona & in aperto via viris eruditis ad Varronem è Columella emendandum fuit. At quis eſt, qui *Sacrum* montem Oliſipponi junxerit? Fuit utique eo nomine Luſitaniæ promontorium, ſed multis M. P. hinc diverſum; quod recte A. Reſendius L. I. Ant. Luſit. p. 56. urſit, neque oblitus eſt Salmaſius, ut *Artabrum* montem Varroni inculcare poſſet in Solin. p. 196. Verum Artabri dictumque ab illis promontorium non ſine errore hic ponuntur. Sive ergo *Sacro* ſive *Artabro* monte legas, non erit a peccato liber doctiſſimus togatorum; niſi ſi dicas, nunquam eum arcte Oliſipponi montem junxiſſe, ſed in eadem Luſitania & montem, miro equarum conceptu nobilem, & Oliſipponem eſſe condocuiſſe. Quare cum in Scaligeri & Suritae conjectura minor ſit mutatio, & de promontorio *Sacro* gemina Varronianis Columella docuerit, horum opinioni acceſſero. Id monendum reſtat, A. Reſendium M. P. CCIII., Vaſconcellum vero, qui illius Antiq. Luſitan. ſcholiis auxit, M. P. CCXII. adponere. Vide L. II. A. L. p. 176. & 248. WESS.

EQVABONAM M. P. XII.] *Blandinianum exemplar* Equabona, *In Neapolitano* Aqua bona M. P. XVI. *Longolianum* Equa bona: & XVI. *corrigitur.* SVR.

EQVABONA.] *Equa bona M. P. XVI.* Cuſani MS. *Couna* nunc dici Varrerius auctor eſt. WESS.

CATOBRIGAM M. P. XII.] *In Blandiniano, Neapolitano, & Longoliano* Catobrica M. P. XII. *cujus oppidi mentionem nullam reperi. Ptolemaeo in* Vettonibus Κοτυιοβρίγα. SVR.

CATOBRIGA.] Pertinet huc Ptolemaei Καιτόβριξ in Turdetanis, pro quo Καστόβριξ minus bene in Marciani Periplo. Referunt & huc FAVSTVM CORNELIANVM VETERANVM ORIVNDVM CAEBRIXEN. MVNIC. ex Ligoriano lapide apud Gudium p. CLXXVIII. 7.; qui tamen cum *Caebrixenſi municipio* haud bene hoc loco quadrabit; niſi forte velis, Ptolemaeo & Itinerario ex illo monumento auxilium ferri oportere, quod ego neceſſe eſſe ut credam, nondum adducor. Verius A. Reſendius L. IV. Ant. Luſitan. p. 210. *Catobrigam* in *Cetobrigam* mutat, & a *Setubal* non multum ſemovet: firmat enim viri docti conjecturam Ravennas L. IV. C. 43., *Cetobriccam* appellans. WESS.

CICILIANA.] Vel *Caeciliana*, vel *Ciliana.* SIML.

CAECILIANA M. P. VIII.] *In Blandiniano* Ciciliana M. P. VIII. & *in Longoliano*, & Ciliana *corrigit. Neapolitanum* Ciliana M. P. VIII. *Plinius L. 4. C. 22.*, Norbæ Cæſareæ contributa eſſe Caſtra Julia, & Caſtra Cæcilia *commemorat: & Ptolemaeo poſt* Norbam Caeſaream Λικινίανα & Κεκιλία, Μέλλινον: *qua de re nihil conſtituere auſim.* SVR.

CICILIANA.] Noſtri libri *Ciciliana*; tamen Cuſani ſchedæ *Ciliana*, unde proxime abeſt Ravennatis *Celiana:* quæ veterum codicum diſcordia facit, ut citra dubium non ſit eorum opinatio, qui *caſtra* Cæcilium Metellum hic metatum fuiſſe ſuſpicabantur. Reſendius M. P. XII. adjungit. WESS.

MALCECAM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Malceca M. P. XVI. & *in Neapolitano* Malececa M. P. XXVI. *In Longoliano* Malceca M. P. XVI. & Malececca M. P. XXVI. *corrigitur.* SVR.

MALCECA.] Cuſani ſcriptus *Malcetea* M. P. XXVI., quem numerum ceteri non improbant. Ravennati videtur eſſe *Malbiſte* L. IV. C. 34. Vaſconcellus M. P. VIII. tantum addit. WESS.

SALACIAM M. P. XII.] *Pomponio* in Sacro promuntorio Lacobriga, & in Magno Ebora; & *ſtatim ſubdit:* ſinus interſunt, & eſt in proximo Salacia, in altero Oliſipo, & Tagi oſtium. *Plinius L. 4. C. 22. poſt* Oliſiponem *à Tago* Salaciam *recenſet, cognominatam* urbem Imperatoriam. *Ptolemaeo ab occaſu juxta Oceanum in* Turdetanis Luſitaniæ *provincia* Σαλακία: *ut forte nomen urbi inditum ſit à* Salacia, *quam gentes Oceani ſororem, & terra filiam eſſe confinxerunt.* SVR.

SALACIA.] *MVNICIPI SALACIENS.* eſt in Theſ. p. XIII. 16., in L. Holſteinii vero Not. in Ortel. EX PROVINCIA LVSITA-

EBORA.	M. P. XLIIII.
AD ADRVM FLVMEN.	M. P. VIIII.
DIPONE.	M. P. XII.
EVANDRIANA.	M. P. XVII.
EMERITA.	M. P. IX.
ITER A SALACIA OSSONOBA.	M. P. XVI.
ITER AB OLISIPONE EMERITAM.	M. P. CXLV. Sic.
ARITIO PRAETORIO.	M. P. XXXVIII.

ABEL-

NIA SALACENSIS, non sine librarii peccato, ut opinor. Hodie *Alcacer de Sal*, si Lusitani non fallunt. WESS.

EBORAM M. P. XLIIII.] *Plinius L. 4. C. 22. inter oppida veteris* Latii Eboram *memorat, quod item* liberalitas Julia *cognominaretur: & Ptolemaeo in regione, quæ proprie* Lusitania *dicebatur,* Ἔβορα. *Vetusti tamen lapides exstant, qui* Eboram *præferunt, inter quos ex Andreæ Resendii monumentis ille satis cognitus, xii. ab urbe lapide, via* Salaciensi, *quæ statim ab Antonino proponitur, cum hac inscriptione,*

IMP. CAES.
MAXI
MIANO
PIO FELI
CI AVG. EBO
RA. M. P.
XII.

SVR.

AD ADRVM.] *Atrum flumen* Vaticanus. A. Resendius, quod hoc cognomine Lusitaniæ ora flumen nullum habeat, *Ad Anam flumen M. P. LX.* legit: quæ mihi suspicio periculi plena videtur, præsertim cum hoc tractu flumina, in Anam influentia, non deficiant: obstant præterea universi libri. Viderint itaque Lusitani, quo nomine nunc sit. WESS.

DIPONE.] In Parisiensi exemplari ponitur inter *Adrum* & *Evandrianam*, sed in MS. & Aldino codice omittitur. SIML.

DIPONEM M. P. XII.] *In Blandiniano* Dipone M. P. XII. *In Neapolitano, & Longol.* Dippone M. P. XII. *A Plinio L. 4. C. 22. recensetur municipium civium Romanorum* felicitas Julia *cognominatum, alterum nempe ab eo, quod in ora descriptum ab eo est: & mihi verisimile fit, id oppidum hac mansione designari, ut mendum in alterutro horum auctorum sit.* SVR.

DIPONE.] Sic Vatican.; deficit in Parisino & eo, quem Fabriciani libri possessor olim versavit. *Bippone* ex aberrantis librarii calamo est in Ravennate L. IV. C. 44. Plinii locus, quem Surita tetigit, nihil cum hac mansione commune habet: ejus enim *Felicitas Julia* est Olisippo; & ne censeas, aliud hic municipium aliamque adeo *Felicitatem Juliam* fuisse, Plinius disertissimis verbis *municipium unum civium Romanorum* Lusitaniam vidisse profitetur. WESS.

EVANDRIANAM M. P. XVII.] *Ptolemaeo in regione populorum, qui* Lusitani *cognominantur,* Ἀυγέστα Ἡμέρητα. Ἐυανδρία. SVR.

EVANDRIANA.] Ravennas L. IV. C. 44. *Augusta Merita, cujus proxima est civitas, quæ dicitur Evandria:* unde colligas, *Evandrianam* esse appellatam, quod non multum ab ea urbe abesset. WESS.

ITER A SALACIA.] Numeri flagitiosissime hic vitiati sunt: intercst enim inter has urbes supra CXVI. M. P. spatium, ut A. Resendius L. III. Ant. Lusit. p. 182. monuit. WESS.

OSSOBONA.] In MS. *Bona. Ossobona* Plinius; Ptolem. *Ossonaba*; nunc *Silvas.* SIML.

OSSOBONAM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Ossobona M. P. XVI. *In Neapolitano à* Salacia Bona M. P. XVI. *In Longoliano* Ossobona. *In Plinii manuscriptis exemplaribus, & vulgatis libris L. 4. C. 22.*, Oppida Ossonoba, Balsa, Myrtilis: *& Ptolemaeo itidem adjunguntur* Βάλσα, Ὀσσόναβα, *post* Anæ *fluminis ostia, in regione* Turdetanorum. SVR.

OSSOBONA.] Ita MSS., quibus utimur, excerpta: hodie *Estombar* seu *Stombar.* In veteri divisione provinc. Hispan., quam ad Lucense Concilium Garsi. de Loaisa vulgavit, *Exonoba* & *Oxonoba* dicitur, Rasi vero Mauro *Exubana*, unde, quod in vulgi usu est, paullatim detortum est. Vide R. Carum L. III. A. H. C. 75. WESS.

ARI-

ABELTERIO. M. P. XXVIII.
MATVSARO. M. P. XXIIII.
AD SEPTEM ARAS. M. P. VIII.
BVDVA. M. P. XII.
PLAGIARIA. M. P. XII.
EMERITA. M. P. XXX.
ITEM ALIO ITINERE AB OLISIPONE EMERITAM. M. P. CCXX. Sic.
JERABRICA. M. P. XXX.
SCA-

ARITIVM PRAETORIVM M. P. XXXVIII] *Ptolemaeo in regione eorum populorum, qui* Lusitani *proprie cognominabantur,* Ἀρήνιον. SVR.

ARITIO PRAETORIO.] Ravennas *Aretio prætorion:* indicari *prætorium,* quod proxime *Aritium* erat, opinor. WESS.

ABELTERIO.] Vel *Ab Elteri* vel *Abelitrium.* SIML.

ABELTERIM M. P. XXVIII.] *In Blandiniano* Abelteri M. P. XXVIII. *& Neapolitano* Abelterio M. P. XXVIII. *In Longoliano* Abelteri M. P. XXVIII. *& Abelitrio corrigitur: cujus manſionis, & reliquarum hujus itineris ad* Emeritam, *nullam reperio mentionem.* SVR.

ABELTERIO.] Sic Vaticanae & Cuſani membranæ, quibus Ravennatis *Abelterion* pæne conſentit: *Abelteri* juncta ſeparataque voce ſcriptorum alii. Jac. Vaſconcellus ſcholiis in L. III. Ant. Luſitan. Reſendii p. 249. *Elteri* legit & *Matuſaro* poſtponit, nulla, niſi quod animo ita placuerit, prolata cauſſa. *Alter* hodie dici Jac. Delgada Ortelium docuit. WESS.

MATVSARO.] Vel *Metriſarum.* SIML.

MATVSARONEM M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longoliano,* Matuſaro M. P. XXIIII. *ſed in hoc* Maniſaro *corrigitur.* SVR.

MATVSARO.] Schottus ex Caeſaraug. MS. *Matuſam* produxit, Ortelius *Maniſarum* ex alio. *Matuſſaria* Ravennati. WESS.

BVDVA.] Ptolemaeo *Burdua.* SIML.

BVDVA.] Nominis manſionisque veſtigia A. Reſendius in ſano Virginis matris, ad *Botuam* nuncupato, M. P. XII. ab oppido *Campi majoris* invenit. *Burdua* Ptolemaei non alia videtur ac *MVN. BVRDOVA*, cujus è Tiberii numo in Theſ. ſuo meminit Hub. Goltzius. WESS.

PLAGIARIA.] Vel *Plagia.* SIML.

PLAGIARIAM M. P. XII.] *In Blandiniano* Plagiari M. P. XII., *& ſequenti itinere* Plagiaria. *In Neapolitano* Plagiam M. P. VIIII. *& ſequenti itinere itidem præfertur* Plagiaria. *Longolianum* Plagiari M. P. XII. *&* VIIII. *corrigitur: & in eodem mox* Plagiaria *legitur.* SVR.

PLAGIARIA.] *Plagia* liber Cuſani cum M. P. IX.; tamen vulgatum alii malunt, nec multum diſconvenit *Plagearia* Ravennatis: ruinas hujus inter Emeritam & Oliſipponem ex literis Jac. Delgada durare monuit Ortelius. WESS.

AB OLISIPPONE.] Pro *Oliſippone*, quod quidam ediderunt, Caeſaraug. codex diſerte *OLISSIPONE*, quot fere literis ſcribendum è marmoribus & antiquis monumentis contendit L. A. Reſendius Eborenſis Luſitanus, homo eruditiſſimus, libris Antiq. Luſitan. & Notis ad Vincentium Martyrem, a ſe verſibus conſcriptum. SCHOTT.

GERABRICA.] Vel *Jerabrica.* Ptolemaeo *Arabriga.* SIML.

HIERABRIGAM M. P. XXX.] *In Blandiniano, Neapolitano & Longoliano* Gerabrica M. P. XXX. *& ſequenti itinere* Jerabrica *eadem præferunt: Hieron. Pauli libri* Lerabrica. *Arbitror hoc oppidum deſignari à Plinio L. 4. C. 22. corrupta voce,* Axabritenſium, *& legendum* Hierabrigenſium: *atque idem eſſe, quod Ptolemaeo* Scalabi *adjungitur, quemadmodum hoc ipſo Itinerario, &* Ἀξάβριγα *vocatur. Vetuſta Plinii exemplaria* Taxabricenſes *præferunt.* SVR.

JERABRICA.] Plures manu exaratorum *Gerabrica*, Ravennas *Perbrica. Jerabrica* Vatican., *Jerobrica* Caeſaraug., ut Schottus monuit: quod ſequimur, infra quoque in MSS. ineſt. Ceterum in Plinio *Arabricenſes* ex Ptolemaeo & Gruteri inſcriptionum Theſ. p. CLXII. 3. bene recepti ſunt. Equidem & hic in *Arabricam* pronior eſſem, præſertim cum *Jerabri-*

SCALABIN. M. P. XXXII.
TVBVCCI. M. P. XXXII.
FRAXINVM. M. P. XXXII.
MVNDOBRIGA. M. P. XXX.
AD SEPTEM ARAS. M. P. XIIII.
PLAGIARIA. M. P. XX.
EMERITA. M. P. XXX.
ITER AB OLISIPONE BRACARAM AVGVSTAM. M. P. CCXLIIII. Sic.

JE-

cae aut *Hierabricae* in obscuro memoria sit, si per MSS. liceret. Nunc *Alanqueram*, quam ex *Alan Kerke*, templo Alanorum, quos hoc in tractu incoluisse constat, natam arbitrantur, esse volunt. WESS.

SCALABIN M. P. XXXII.] *In Blandiniano & Longoliano* Scallabin M. P. XXXII. *& in Neapolitano* Scalabin M. P. XXXII. *Plinius L.* 4. *C.* 22. *quintam* Scalabin *coloniam* Lusitaniæ *provinciæ recenset, quæ* Præsidium Julium *vocaretur: & in Ptolemaeo erratum arbitror in nomine* Σκαλαβίσκος, *pro* Σκάλαβις κολ., *quæ nota* coloniam *esse designaret.* SVR.

SCALABIN.] Suritae probabilem περὶ τοῦ Σκαλαβίσκου conjecturam, nulla eum mentione dignatus, arripuit Harduinus. Solent autem plerique MSS. liquidam in hujus coloniæ vocabulo geminare, pariter atque Idatius sub Chron. finem: *Sunericus Scallabin obtinet civitatem.* Aliter Isidorus de Vir. Illust. C. 44. *Joannes Gerundensis Ecclesiæ episcopus nativitate Gothus provinciæ Lusitaniæ Scalabi natus:* hodie a S. Irene, cujus reliquias amplecti creditur, *Santaren* appellari præter Hier. Osorium initio L. I. Rer. Emmanuelis A. Resendius in Vita S. Aegidii testis est. WESS.

TVBVCCI.] Ptolemaeo *Tacabis.* SIML.

TVBVCCI M. P. XXXII.] *Habent Blandinianum exemplar & Neapolitanum* Tabucci. *In Longoliano* Tubuci. *Ptolemaeo post* Aradrigam *&* Scalabin, *interversis litteris, neque enim dubito quin idem oppidum sit,* Τάκουβις *pro* Τάβουκις. SVR.

MVNTOBRICA.] Vel *Mundobrica.* SIML.

MVNDOBRIGAM M. P. XXX.] *In Blandiniano, & Longol.* Mundobrica M. P. XXX. *& in Neapolitano* Montobrica M. P. XXX. *Auctor Commentarii Alexandrini* C. 48. Nec multo post cum in Lusitania Medobrigam oppidum, montemque Herminium expugnasset, quo Medobrigenses confugerant: ibique Imperator esset appellatus, iterum sestertiis c. milites donavit. *Plinio L.* 4. *C.* 22. *inter* Lusitaniæ *provinciæ populos, in vetustis exemplaribus,* Medubrigenses, qui Plumbarii. *Ptolemaeo inter* Celticos Lusitaniæ *provinciæ* Μερίβριγα. *Florianus Ocampius mihi sæpe confirmavit, in descriptione Pontis Alcantarensis, inter populos, qui stipe conlata opus pontis perfecerunt, & Imperatori* Trajano *dicaverunt,* Meidubrigenses *recenseri.* SVR.

MVNDOBRIGA.] *Meidobriga* aut *Medobriga* Surita voluisse videtur, qua in re adstipulatorem habet A. Resendium L. I. Ant. Lusit. p. 59. Pontis Alcantarensis inscriptionem, *MEIDOBRIGENSES* memorantem, Thes. p. CLXII. Gruterus inseruit. WESS.

AD VII. ARAS.] Cusani MSS. M. P. XXIV. apponit. WESS.

BRACARAM AVGVSTAM M. P. CCXLIIII.] *In manuscriptis & Longoliano* Bragaram Augustam. *Hieronymi Pauli libri* Bracharam Augustam. *Id oppidum* Callaicorum, *cognomento* Bracarum, *citerioris erat provinciæ: ut Plinius inter septem ejus conventus* Bracarum *commemorat, &* Bracarum *oppidum* Augustam *memorat L.* 4. *C.* 20. *Ptolemaeo inter* Callaicos Bracaros *primaria constituitur* Βράκαρ Αὔγουστα: *qui populi inter* Dorium, *&* Minium *amnes, continentur, regionis citerioris provinciæ.* SVR.

BRACARAM.] Plerique librorum *Bragaram*, Vaticanus tamen vulgatum probat. *Bracaram Augustam*, cujus vestigia in *Braga* perdurant, sæpe literati lapides offerunt. WESS.

SELLIVM M. P. XXXII.] *In Blandiniano* Cellium M. P. XXXII. *& item in Longoliano: sed* Cellum *corrigitur. In Neapolitano & Hieron.*

Pauli

JERABRICA.	M. P. XXX.
SCALABIN.	M. P. XXXII.
SELLIVM.	M. P. XXXII.
CONEMBRICA.	M. P. XXXIIII.
EMINIO.	M. P. X.
TALABRICA.	M. P. XL.
LANGOBRICA.	M. P. XVIII.
CALEM.	M. P. XIII.

BRA-

Pauli exemplaribus Sellium M. P. XXXII. *Ptolemaeo inter urbes regionis, quæ proprie* Lusitania *cognominatur, ejusdem provinciæ* Σέλιον. SVR.

CONEMBRICAM M. P. XXXIIII.] *Manuscripta & Longol. exemplar* Conembrica. *Hier. Pauli libri* Cœmbricæ. *Vetusta Plinii L. 4. C. 21. exemplaria* Cinumbrigam *edunt.* SVR.

CONEMBRICA.] Idatius extremo Chron. *Conimbricam* appellat, Phlegon Trallianus de Longaev. C. 1. πόλιν Κονιμβεργησίων· *Vetus Condexa* Lusitanorum consensu in ejus esse sede creditur. WESS.

EMENIO.] Vel *Eminio* vel *Aeminio.* SIML.

AEMINIVM M. P. X.] *Manuscripta & Long.* Eminio M. P. X. *Hieron. Pauli libri*, Eminii X. *In vetustis Plinii exemplaribus L. 4. C. 21.* Oppidum & flumen Eumenium, *atque idem* Aeminium *ab* Minio *distinguit.* Ab Minio, *inquit*, quem supra diximus, CC. M. P. ut auctor est Varro, abest Aeminius, quem alibi quidam intelligunt, & Limæam vocant, oblivionis antiquis dictus, & multum fabulosus. *Ptolemaeo in eadem regione Lusitanorum, cujus populi* Lusitaniæ *provinciæ nomen sunt sortiti,* Αἰμίνιον. SVR.

AEMINIO.] Una vocali in MSS. è more senescentis & pravæ Latinitatis scribitur. In Concilio ad Lucum *Eminium* sive *Eminio* Conimbricensi sedi subjicitur: Toletano Concil. III. *Posidonius Emmienses* adfuit. Nunc *Agueda* oppido atque amni nomen est. Numeri, quod probe Jac. Vasconcellus ad Resendii Ant Lusit. p. 245 docuit, transpositi sunt: Aeminio XL. M. P. annectenda sunt; tantum enim intervalli est inter Conimbricam & Aeminium; X vero M. P. danda sunt Talabricæ, quæ tali intervallo ab Aeminio disjungitur. WESS.

TALABRICAM M. P. XL.] *Plinio L. 4. C. 21. ejusdem* Lusitaniæ *provinciæ* oppidum Talabrica: cui oppidum *& flumen* Eumenium *adjungit. Ptolemaeo in eadem Lusitanorum regione* Ταλάβεγα. SVR.

TALABRICA.] Appian. Iber. p. 501. πόλις Ταλάβεγα Hodie, Vasconcello auctore, *Aveiro*, sed aliis apud Ortelium vetantibus. *Talobrica* est in Cusani schedis. WESS.

LANGOBRIGAM M. P. XVIII.] *Manuscripta & vulgati Hieron. Pauli & Longol. libri* Langobrica M. P. XVIII. *Pomponio Melae L. 3. C. 1.*, & cui oblivionis nomen est, Limia. Flexus ipse Lambriacam urbem amplexus *&c. ut forte* Langobrigam *sit legendum. Vetustum exemplar* Libriacam *habet.* SVR.

LANGOBRICA.] Melae *Lambriaca* non potest esse *Langobrica*; fuit enim illa cum fluvio, qui eam amplectebatur, ultra Durium, cis quod flumen hæc est Rectius huc referre posse videor ex Plutarchi Sertorio Λαγοβρίτας, seu potius Λαγοβρίκας, quos sola siti domari potuisse, quod ex uno intra urbem fonte berent, refert: ἓν γὰρ ἦν αὐτοῖς φρέαρ ἐν τῇ πόλει. *Langroivam* Jac. Delgada apud Ortelium esse ait. WESS.

CALLEM M. P. XIII.] *Eadem* Calem M. P. XIII. *præferunt: ego, quemadmodum in aliquot supra mansionibus* Callem *reponendum censeo, ut pastoriciam saltuum* Callem *designet.* SVR.

CALEM.] Ita MSS. jubent, nec aliter Sallustius apud Servium Aen. VII. 728., nam pro *Gallia* in Virgiliano commentatore *Gallaeciam* cum Is. Vossio esse legendam, Perperna, qui hoc oppidum cepisse commemoratur, ex bello Sertoriano notissimus, liquidissimo ostendit: firmat eandem scripturam Idatius in Chron. An. II. Imp. Marciani, ubi *locus, qui portu Cale dicitur*, & An. III. Majoriani *castrum portu Cale.* Videtur autem duplex hoc nomine portus fuisse: in Concilio enim Lucensi *Portu Cale castrum antiquum* Conimbricensi episcopo subjicitur, distinguunturque ab eodem *Portu Calenses in*

BRACARA.	M. P. XXXV.
ITER A BRACARA ASTVRICAM	M. P. CCXLVII. Sic.
SALACIA.	M. P. XX.
PRAESIDIO.	M. P. XXVI.
CALADVNO.	M. P. XXVI.
AD AQVAS.	M. P. XVIII.
PINETVM.	M. P. XX.
ROBORETVM.	M. P. XXXVI.

COM-

caſtro novo. Ab eo portu prope collem, Durio flumini imminentem, toti regioni *Portugalliæ* cognomen natum eſſe præter A. Reſendium vere H. Oſorius initio L. I. Rer. Emman. obſervavit. Quod vero Surita *Callem* præoptat, vocemque Latinæ originis autumavit, in ea re error eſt, ut bene Is. Voſſius ad Melae L. II. C. 6. advertit. Eſt hoc oppidum in Luſitanis antiquiſſimum, Calaicisque ſive Callaicis nomen peperit. Nunc *Puerto*, aut, ut noſtrates malunt, *Port a port.* WESS.

ITER A BRACARA.] Vaticanus M. P. CCXLIV., ſed quæ, uti neque vulgata, manſionum numeros non peræquant. WESS.

SALACIAM M. P. XX.] *In Bland.* Salacia M. P. XX. *& in Neapolitano & Longoliano* Salatia M. P. XX. *In libris Hieron. Pauli* Salanæ M. P. XX. *Hoc oppidum citerioris eſt provinciæ diverſum à* Salacia Luſitaniæ *oppido, cujus ſupra mentio facta eſt.* SVR.

CALADVNVM M. P. XXVI.] *In Bland. & Longol.* Caladuno M. P. XXVI. *& in Neapol. & in libris Hieron. Pauli* Caladuno M. P. XVI. *Ptolemaeo in* Bracaris, *juxta* Bracaram Auguſtam Καλάδουον. SVR.

CALADVNO.] XVI. M. P. Cuſani cum ſchedis Vaticanis præferunt. Videtur ejusdem eſſe originis vocabulum, cujus *Cale: dunum*, vocis productio, facit, ut hanc Callaicorum ſedem in colle excellente fuiſſe arbitremur. WESS.

AD AQVAS M. P. XVIII.] *Hæ* aquæ *non deſignantur ullo cognomento, quemadmodum aliæ earum regionum à Ptolem.* Cilinorum Quintiæ, Lææ, & Quacernorum. *De* Celeniis *ſequenti itinere fit mentio.* SVR.

AD AQVAS.] Videndum eſt, *Flaviaene aquæ* ſint, quas in Bracarum conventu fuiſſe monumentum in Fabretti C. IX. Inſcript. 119. indicio eſt.

C. CERAECIO
C. F. QVIR.
FVSCO AQVIFL.
EX. CONVENTV
BRACAR.

Aquiflavienſis Eccleſiæ Idatius An. IV. Imp. Majoriani meminit. WESS.

PINETVM M. P. XX.] *In Bland.* Penitum M. P. XX. *Neapol. exemplar, & Hieron. Pauli* Pinetum M. P. XX. *& item Longol. Ptolemaeo in* Callaicis Bracaris *inter* Caladunum & Compluticam, Πίνητ&, *pro* Πίνητον. SVR.

PINETVM.] Margo Fabriciani exemplaris *Penitum*, quod & in Caeſaraug. fuiſſe Schotto credimus. Alii vulgatum, quod & verius arbitrer, præferunt. Utraque manſio, hæc & quæ ſequitur, quod ſilvæ ejusdem nominis eſſet propinqua, cognomen ſortita videtur. Gloſſæ, *roboretum*, δρυμών, ὁ Τπ&. WESS.

COMPLEVTICA.] Vel *Complutica.* SIML.

COMPLEVTICAM M. P. XXVIIII.] *In manuſcriptis* Compleutica M. P. XXVIIII. *Libri Hieron. Pauli* Compleuticæ M. P. XXV: *& Long.* Compleutica M. P. XXXIIII. *& XXIX. corrigitur.* SVR.

COMPLEVTICA.] *Complentica*, ſcribentis peccato, ſchedæ Cuſani. *Compludo* nominis vetuſti indicia, Amb. Morale teſte, ſervat. WESS.

VENIATIA.] Vel *Vernatia*, vel *Venatia.* SIMI.

VENIATIAM M. P. XXV.] *In Bland. & Neapol.* Veniatia M. P. XXV. *Libri Hieron. Pauli* Venianæ M. P. XXV. *& Longol.* Veniatia M. P. XXV. *cujus manſionis nullam reperio fieri mentionem.* SVR.

PETAVONIVM.] Ptolem. *Petavonium Superatiorum.* SIMI.

PETAVONIVM M. P. XXVIII.] *Manuſcripta, & libri vulgati Hieron. Pauli & Longolii præſe-*

COMPLEVTICA. M. P. XXIX.
VENIATIA. M. P. XXV.
PETAVONIVM. M. P. XXVIII.
ARGENTIOLVM. M. P. XV.
ASTVRICA. M. P. XIIII.
ITER PER LOCA MARITIMA A BRACARA ASTVRICAM. M. P. CCVII.
AQVIS CELENIS STAD. CLXV.
VICO.

præferunt. Ptolemaeo in regione Σουπεράτιων Πετάνόνιον. *In Notitia Scoti Provinciarum, in provincia Hispania* Callecia, *Tribunus cohortis ii. Flaviæ Pacatianæ* Pætaonio *recensetur: & in exemplari Cœnobii* Aulæ Dei *vetusto* Petonio *legitur.* SVR.

PETAVONIVM.] *Petavonum* Lugduni vulgarunt præter MSS., quibus utimur, & Caesaraugustani, de quo Schottus, auctoritatem. *Vanenza* nunc dicitur, si Amb. Moralis non fallit. WESS.

ARGENTIOLVM.] Ptolemaeo *Argenteola.* SIML.

ARGENTIOLVM M. P. XV.] *In Neapolitano* Argentiolium M. P. XV. *& in reliquis* Argentiolum. *Ptolemaeo inter urbes* Asturiæ Ἀργυντέολα. SVR.

ARGENTIOLVM.] Habet de hoc oppido aliqua Fr. Bivarius in Dextri Chron. p. 333., quibus, qui volet, utatur. WESS.

ASTVRICAM M. P. XIIII.] *Plinius L. 3. C. 3., uti is qui res Hispanienses penitus calluerat, quod Caesaris res in Hispania procurasset, in Asturum regione* Asturicam, urbem magnificam, *egregio testimonio conlocat.* SVR.

ASTVRICA.] *COL. ASTVRICA AMAKVR. AVGVSTA* in numo Ligoriano, quo de Holsteinius in Ortelii Thesaur. Fuit *Asturica* in gente Ἀμακῶν, sicuti Ptolemaeo dicitur; nec inde tamen *AMAKVR.* numi recte repetetur: putem in eo exscribendo peccatum esse. Urbem hodie majore sacerdotum copia quam civium frequentia celebriorem esse, ad Lucense Concilium Gars. de Loaisa adscripsit. WESS.

M. P. CCVII.] *Neapolitanum* CCVI. *Bland. & vulgati* CCVII. SVR.

ITER PER LOCA.] Non sunt in hanc summam addita IↃCXC. stadia, quæ tamen negligi non oportuerat. WESS.

AQVIS CELENIS.] Vel *Cilenis*, vel *Selinis.* Sunt autem *Cileni* populi citerioris Hispaniæ apud Plinium, prope conventum Bracarum: forte *Aquæ Leæ* Ptolemaeo. SIML.

AQVAS CELENIAS STAD. CLXV.] *In Blandiniano* Aquis Celenis stad. CLXV. *& item in Longoliano. In Neapolitano insigni depravatione* Aquis Colonis stadia M. P. LXXX. *libri Hieron. Pauli* Aquis Celenis CXLV. stad. Cilenorum *Plinius L. 4. C. 20. meminit post* Celticos *cognomine* Præsa, *& à* Cilenis *conventum* Bracarum *statuit. Ptolemaeo in regione* Κιλινῶν, *Caporis finitima,* Aquas Calidas *conlocat: ut hæ sint, quæ ab Antonino* Celeniæ *nuncupantur.* SVR.

AQVIS CELENIS.] Cusani MS. CXLV. stadia appingit, quæ, uti vulgata, inferiora minoraque sunt intervallo, quod deinde has *Aquas* & Bracaram disjunget. Nomen *aquæ* ab ejusdem cognominis urbe habent, quæ, cum neglectior vulgo ejus memoria sit, paullisper nos morabitur. Habuit sub Christianis suum sibi episcopum: est enim *Ortigius episcopus, qui Caelenis fuerat ordinatus* in Idatii Chron. An. v. Honorii Imp., *Exsuperantius de Gallicia Lucensis conventus Municipii Celenis* in Concilio Toletano I. *Coelenes* in Ovetensi Synodo appellatur: quare notanda C. a S. Paullo negligentia est, qui urbis nullam rationem habuit. Vide vero an in aliam partem peccaverit vir ceteroqui multo eruditissimus Th. Reinesius, dum L. I. Var. Lect. C. 25. *Aquas Celini* Plinio inculcare nititur: nam qui egregio scriptori sunt *Aequesilici* L. III. N. H. C. 3. *è quibus præter ipsos Bracaros Vibali, Celerini, Gallaeci, Aequesilici, Querquerni citra fastidium nominentur,* eos ipse *Aquæ Celinos* esse jubet, quoniam ad *Aquas Celinas* accolerent. Ego factum nollem. *Aequesilici,* sive, ut pulchre Harduinus ex Thes. p. CCXLV. 2., *EQVAESI LIMICI,* Bracarum erant conventus, *Celeni* vero conventus Lucensis, ut præter Concilium Toletanum I. ipse Plinius L. IV. C. 20. testificatur: ad hoc, an *Aquæ Celini* gentile nomen efficere queunt? Quod

VICO SPACORVM.	STAD. CXCV.
AD DVOS PONTES.	STAD. CL.
GRANDIMIRO.	STAD. CLXXX.
TRIGVNDO.	M. P. XXII.
BRIGANTIVM.	M. P. XXX.
CARANICO.	M. P. XVIII.
LVCO AVGVSTI.	M. P. XIIII.

TI-

Quod autem *Orenſe* in ſede *Aquarum Celinarum* paſſim eſſe perhibent, id ut jure fiat, cur verear, poſt deinde oſtendam. WESS.

VICVS SPACORVM.] Vel *Sparcorum.* SIML.

VICVM SPACORVM STAD. CXCV.] *In Blandiniano* Vico Spacorum ſtadia CXCV. *In Neapolitano* Vico Spacorum ſtadia M. P. XXII. *Hier. Pauli libri* Vico Spacorum ſtadia CXCV. *& in Longol.* Vico Spacorum ſtadia CXCV. SVR.

GRANDI MIRO.] Ptolemaeo *Glandomirum.* SIML.

GRANDIMIRVM STAD. CLXXX.] *In Blandiniano* Grandimiro ſtadia CLXXX. *In Neapolitano*, Grandimuro ſtadia M. P. XVIII. *Hier. Pauli libri* Grandimuro ſtad. LXXX. *Longoliano* Grandimiro ſtadia CLXXX: *&* Grandimuro LXXX. *corrigitur. Ptolemaeo in* Callaicis Lucenſibus Γλανδόμηγον. SVR.

GRANDIMIRO.] *Brandimuro* Cuſani MS. Ravennas L. IV. C. 43. *Glandimarium*, idque ad Ptolemaei ſcripturam propius. Nunc *Mondannedo* erit, ſi Hiſpani ſcriptores bene omnia dimenſi fuerint. WESS.

TRIGVNDO.] Ptol. *Turriga.* SIML.

TRIGVNDVM M. P. XXII.] *In Blandiniano, & excuſis Hieron. Pauli & Longol.* Trigundo M. P. XXII. *& in Neapolitano* Triginido M. P. XVIII. SVR.

BRIGANTIVM.] Ptolemaeus *Flavium Brigantium.* Nunc *Compoſtella.* SIML.

BRIGANTIVM M. P. XXX.] *Habent Blandinianum & excuſi, qui à nobis conferuntur, & in Neapolitano* Brigantium M. P. XXII. *Ptolemaeo* Callaicorum Lucenſium *in magno portu* φλαύιον Βεργάντιον, *cujus oppidi à Plinio non fit mentio, fortaſſe quod* Domitiani *imperio deducta fuerit* colonia, *à quo gentis* Flaviæ *cognomentum ſumpſerit: tametſi* Flaviobrigæ coloniæ *in* Vardulis *meminit L. 4. C. 4., quam Ptolemaeus* Autrigonibus *attribuit, quæ à* Veſpaſiano patre, aut Tito filio *deduci potuit. Oroſius L. 2. C. 2.*, Secundus, *inquit*, angulus Circium intendit, ubi Brigantia Galleciæ civitas altiſſimum Pharum & inter pauca memorandi operis ad ſpeculam Britanniæ erigit. *Mela* Turrim Auguſti *titulo memorabilem memorat. Scotus auctor Notitiæ provinciarum* Brigantiam *itidem cognominat: nam in provincia* Gallecia *recenſetur Tribunus cohortis Celtiberæ* Brigantiæ, *& tunc* Iuliobriga. SVR.

BRIGANTIVM.] *Brigantia* Ravennati; Dioni L. XXXVII. p. 61. Βεργάντιον πόλις Καλλαικίας, qui cum Caeſarem navibus ad eam urbem deveniſſe tradit, argumento eſt, haud quaquam in ejus ſede *Compoſtellam*, quippe a mari remotiorem, durare. *La Corunna*, portu naviumque ſtatione celebris, Nonio Hiſp. C. 54. atque aliis eſſe creditur. WESS.

CARANICVM M. P. XVIII.] *In Blandiniano, & libris Hieron. Pauli & Longoliano* Caranico M. P. XVIII. *In Neapolitano* Caranice M. P. XII. SVR.

LVGO AVGVSTI.] Vel *Luco Auguſti.* Pomponio Melae *Auguſti turris.* Nunc *Oluca* vel *Lugo.* SIML.

LVCVM AVGVSTI M. P. XIII.] *In Blandiniano* Luco Auguſti M. P. XIIII. *Neapolitanum* Lugo Auguſta M. P. XX. *& libri Hieron. Pauli* Luco Auguſti M. P. XVII. *Longolianum* M. P. XIIII.. *& XVII. corrigit. Plinius L. 4. C. 20. conventum* Lucenſem *à flumine* Navilubione *conſtituit, ut manifeſte* Lucus Auguſti *conventui præfuerit. Ptolemaeo duplex* Lucus Auguſti *in regione* Cæpororum *juxta* Iriam Flaviam, *& in Aſturia* Lucus Aſturum. *In eadem Notitia Tribunus cohortis* Lucenſis Luco. SVR.

LVCO AVG.] *Civitas Luco* in Concilio, quod Suevorum tempore in ea celebratum urbe eſt, dicitur. Idatius in Chron. *Lucum* appellare ſolet. Erat ſub Suevis regibus ampliſſima dignitate, & ſedes poſt Bracaram metropolitana.

TIMALINO.	M. P. XXII.
PONTE NEVIAE.	M. P. XII.
VTTARI.	M. P XX.
BERGIDO.	M. P. XVI.
ASTVRICA.	M. P. L.
ITER DE ESVRI PACE JVLIA.	M. P. CCLXIIII. Sic.

BAL-

na. *Turris Auguſti titulo memorabilis* apud Melam L. III. C. 1. ſitne, quod Joſ. Simlerus ſibi perſuaſit, Lucus hic, multo incertiſſimum eſt. WESS.

TIMALINO.] Forte *Talamine* Ptolemaei. SIML.

TIMALINVM M. P. XXII.] *Manuſcripta & Hieron. Pauli libri* Timalino M. P. XXII. *Longolianum* M. P. XXII. & XXIIII. *corrigit. Ptolemaeo in regione* Σευρῶν, *quæ* Aſturiæ *fines attingit,* Ταλαμίνη, *ut forte idem oppidum ab Antonino deſignetur.* SVR.

PONTE NOVIE.] Alias *Neviae.* SIML.

PONTEM NEVIAE M. P. XII.] *Manuſcripta* Ponte Nevie M. P. XII. *& Hieron. Pauli libri* Ponte noniæ, *& deſunt manſionis numeri. Longoliani* Ponte Neviæ M. P. XII. & Noviæ *corrigitur. Melae Pomponio* Næbis. *Ptolemaeus in* Gallaicis Bracaris, Νήβις *fluminis oſtia conlocat.* SVR.

PONTE NEVIAE.] Cuſani ſchedæ *Ponte Novio*, unde de *ponte novo* ſuſpicio incidere poſſet, ni reliqui MSS. obſtarent. *Novium* oppidum in Artabris Ptolemaeus habet, quod ex parili cauſſa, cum & Geographi numeri vetent, nihil juvare poteſt. *Ponte Nartiæ* eſt in Ravennate L. IV. C. 45. poſt *Lucum Auguſti*, quem alium eſſe poſt dein oſtendam. Certior conjectura eſt de *Nebi*, inter Celadum & Minium fluente, apud Melam L. III. C. 1., *Nebioque* Ptolemaei, & ponte in eo facto. WESS.

VTARI.] Vel *Vccari*, vel *Vittari.* SIML.

VTTARIM M. P. XX.] *In Blandiniano hoc itinere* Vttari M. P. XX. *& alio item* Vttaris. *Neapol.* Vtari M. P. XX. *& poſtea* Vttaris: *& in excuſis eodem ferme modo.* SVR.

VTTARI.] *Ettari* Vaticanus; ceteri vulgatum malunt. Ego nusquam invenire potui. WESS.

BERGIDVM M. P. XVI.] *In Bland.* Bergido *& poſtea* Belgido M. P. XVI. *& Neapol.* Borzido *& poſt* Belgido; & *Hieron. Pauli libris* Borgido, *& poſt* Bergido: *Longol.* Bergido M. P. XVI. *&* Borzido *corrigit, & poſt* Belgido *præfert. Ptolemaeo in* Aſturia *interverſis litteris,* Βήρδιγον Φλαύιον: *ſed in exemplari Georgii Vallae Placentini,* Βήργιδον Φλαύιον. SVR.

BERGIDO.] *Bergido* Cuſani MS. In Lucenſi Concilio, plane uti hic, *Bergido*, cujus præſul Aſturicæ ſubjicitur. Fuit in Galliciæ finibus: Auctor Vitae Fructuoſi Bracarenſis Epiſcopi C. 1. *Demum egrediens iterum inter Bergidenſis territorii & Gallaeciae fines ædificavit monaſterium Viſumenſe:* quod monaſterium, uti Tamajus monuit, prope Gallaeciæ oppidum *Villa franca* durat. In Gruteriano inſcriptionum Theſ. p. CCCCLXXVIII. 2. *C. VAL. ARABINVS FLAVIANI F. BERGIDO F.* memoratur: ubi ſingularis litera *F.* Bergido addita, *Flavii* titulum innuit. WESS.

ITER DE ESTRI PACEM JVLIAM M. P. CCLXIIII.] *Præfert Bland. & poſtea* ab Eſuri, *non* ab Eſtri, *alio itinere profert. In Neapol.* Item de Eſuri Pace Julia M. P. CCLXVII. *In libris Hieron. Pauli* Item de Aſturica Pace Juliam M. P. CCLVII. *In Longol.* Iter de Eſtri Pace Julia M. P. CLXIIII. *&* Eſupi *pro* Eſtri *corrigit, &* CLXVII. *& infra*, ab Eſuri. *Cum totum hoc iter in* Luſitania *provincia conſtituatur, & Mela auctor ſit L. 3. C. 1*, Luſitaniam, qua prominet, bis in ſe recepto mari, in tria promuntoria diſpergi, & Anæ proximum, quia lata ſede procurrens paullatim ſe, ac ſua latera faſtigat, cuneum dici, & in eo eſſe Myrtilim, Balſam, & Oſſonobam, *& hoc itinere prima manſio* Balſae *ſit, oppidi ejus* Eſtris *aut* Eſuris *nullam neque alibi, neque hoc itinerario mentionem factam, mirum eſt: ut locus mihi dignus ſit viſus, qui aſteriſco ſignetur.* SVR.

ITER DE ESVRI.] Sic quidquid eſt librorum, præter Fabriciani exemplaris marginem, in qua *Eſtri*; nec multum vulgatæ lectioni diſcordat Ravennas *Beſurin* L. IV. C. 43. præferens: horum vero quid verius ſit & quæ-

BALSA.	M. P. XXIIII.
OSSONOBA.	M. P. XVI.
ARANNI.	M. P. LX.
RARAPIA.	M. P. XXXII.
EBORA.	M. P. XLIIII.
SERPA.	M. P. XIII.

FI-

nam hæc urbs, in obſcuro reconditum hæret. A. Reſendio *Eſuris* placet, ſitumque Epiſt. ad Vaſaeum p. 132. ita figit: *Eſuris*, ait, *oppidum eſt in Bætica ad Marianos pertinens montes, quod deformato paullatim nomine dici cœpit Exeriz, deinde Xeriz, Badajoſæ urbi attributum, a qua vix XV. M. P. abeſt.* Reſendio aſſentitur doctiſſimus Hiſpalenſium Antiquitatum ſcriptor. Neque ego diſſentirem, ſi itineris ordo pateretur: at enim ſi Balſa ſit hodierna *Tavilla*, Oſſonoba *Eſtombar*, Serpa *Serpe*, Arucci *Aroche*, uti decernunt, qui poteſt eſſe verum, Eſurim ab urbe *Xeriz de Badajos* nihil diſcrepare? ne addam, intervallum multo majus eſſe, quam itinere hoc terminatur, inter *Xeriz* & *Tavilla*. Iſ. Voſſius ad Melae L. III. C. 1. de *Aeſtuaria*, quamquam animi ſui ſententiam obſcurius declaravit, aliquid jecit. Mihi ſane circa Anæ fluvii æſtuaria manſio hæc quærenda videtur: & ſi in *Xeriz* veſtigia vocabuli Eſuris lateant, poſſes hic *Xeres de Guadiana* advocare: verum id peritiores viderint: quod ſi tamen inde itineris initium ordiamur, non male per Luſitaniæ maritima decurret. WESS.

BALSAM M. P. XXIIII.] *Præter Melam Plinius item tria eadem oppida adjungit, ita enim ſubdit L. 4. C. 22.:* promuntorium Sacrum, & alterum cuneus. oppida Oſſonoba, Balſa, Myrtilis. *Ptolem. poſt Anæ fluminis oſtia in* Turdetanis, Balſam Oſſonobae *item adnectit.* SVR.

BALSA.] Marciano Heracleoæ πόλις Ἴβαλσα. A. Reſendius L. IV. Ant. Luſit. p. 196. *Tavillam*, præcipuam Algarbiae civitatem, eſſe ait. WESS.

OSSONOBA.] Marcianus ſtadiis CCC. aut CCCXL. Balſa removet; qui numeri ſi bene habent, in his graviter erit commiſſum. WESS.

ARANNIM M. P. LX.] *in manuſcriptis & excuſis* Aranni M. P. LX. *ac dubius ſum, an id oppidum deſignetur, quod in regione eorum populorum, qui proprie* Luſitani *cognominantur, à Ptolemaeo* Ἀρανδὶς *appellatur.* SVR.

ARANNI.] Ad judicium Suritae meam ſententiam adſcribo; pertinent ergo huc *Aranditani* apud Plinium L. IV. C. 22. Ravennas tamen *Arani* L. IV. C. 43. WESS.

RARAPIA.] Alias *Rarapta*. In hoc itinere ab Eſuri ad Pacem Juliam Schudius XVIII. M. P. ab Ebora Pacem Juliam ponit. In noſtris exemplaribus interponuntur *Serpa, Fines, Aracium*, quæ ab illo ponuntur pro alio itinere ab Eſuri Pacem Juliam. SIML.

RARAPIAM M. P. XXXII.] *Habet Blandinianum auferendi caſu. In Neapol.* Rapta M. P. XXXV. *Hieron. Pauli libri* Raptæ M. P. XXXV. *& Longoliani* Rapia M. P. XXXII. *&* XXXV. *corrigitur.* SVR.

RARAPIA.] Vulgati *Rararia*, Caeſaraug. *Rarapi.* SCHOTT.

RARAPIA.] Vaticanus *Sarapia*, Cuſani MS. *Rapta* M. P. XXV., pro quibus numeris margo Fabriciani exemplaris M. P. XXXII. adſcripta oſtendit, cum priores editi & plures ſcriptorum M. P. XXXV. malint. Quænam autem hæc manſio ſit, juxta cum ignariſſimis novi: Ravennas inter Arani & Eboram interſerit *Salaciam*, quæ, ſi in ejus ordine manſionum acquieſcere liceret, non male quadraret. WESS.

EBORA.] Luſitaniæ urbs, cognomine *Liberalitatis Juliae* celebris apud Plinium & in vetuſtis lapidum inſcriptionibus. Lugduni M. P. XLVIII. appoſuerunt, damnata a plerisque MSS. WESS.

SERPA.] Supereſſe eam volunt in Anæ ripa Bætica. FABIA PRISCA SERPENSIS eſt in veteri monumento apud Rod. Carum L. III. Ant. Hiſpal. C 71. Imo Jo. Clericus Bibl. Select. tom. IX. p. 127. numum, Punicis literis inſcriptum & *Serpam*, ſicuti ſuſpicatur, indicantem inſeruit; de quo tamen dubia admodum res mihi viſa eſt: habet enim literam Punicam nondum certo cognitam; prætereaque *Vau* Punicum, cujus vir eruditus nullam habuit rationem, voci, quam Serpam putat, ſine juſta ſententia præponitur, quodque additur vocabulum, adeo obſcurum atque ignoratum eſt,

FINES. M. P. XX.
ARVCCI. M. P. XXII.
PACE JVLIA. M. P. XXX.
ITEM ALIO ITINERE A BRACARA ASTVRICAM. M. P. CCXII. Sic.
SALANIANA. M. P. XXI.
AQVIS

eſt, ut hactenus ex reliquiis Punici ſermonis & toto Oriente nihil extundi potuerit, quo ejus vis cognoſcatur. Jam quod ad Serpam in Bætica Anæ ripa poſitam attinet, ea hæc eſſe non poterit ob locorum intercapedinem itinerisque ductum. WESS.

FINES..] Rod. Carus L. III. Ant. Hiſpal. C. 72. Fines hos incidere ait in *Paymogo*, primum Caſtiliæ locum: quod equidem verum eſſe non opinor: ductus enim itineris obſtat: nam quamvis variis ambagibus per Luſitaniæ oram maritimam & loca mediterranea pergatur, fieri tamen vix poterit, ut ex Luſitania trans Anam in Bæticam, & ex ea dein rurſus in Luſitaniam reditus fiat: præſertim cum via hæc militaris ſit, in qua munienda Romani compendium ſectabantur. WESS.

ARVCCI M. P. XXII.] *Habet Blandinianum exemplar. Neapol.* Aruca M. P. XXV. *Hier. Pauli lib.* Arucæ M. P. XXV. *& Longol.* Arruci M. P. XXII. *Ptol. extra Luſitaniam, in* Celticis Bæticæ *provincia*, Ἀρῦκι, *ut ab hoc oppido longo terrarum ſpatio diſtet.* SVR.

ARVCCI.] *Aruca* M. P. XXV. Cuſani liber, a quo tamen ceteri abeunt. Eſt hac etiamnum tempeſtate in Bætica *Villa de Aroche*, plurima caſcæ vetuſtatis veſtigia ſervans, interque ea lapides, quibus *RESP. ARVCITANA* inſculpta eſt, de qua R. Carus L. III. A. H. C. 6. Eſt & vicus *Moura*, quem *NOVAM CIVITATEM ARVCCITANAM* olim fuiſſe idem Carus L. A. H. C. 72. ob monumentum indidem erutum pertendit. At neutra urbs, niſi hoc itinere omnia velis eſſe perturbatiſſima, cum hoc oppido poterit componi, ut itineris ordinem obeunti perſpicuum eſt. WESS.

PACEM JVLIAM M. P. XXX.] *Plinius L. 2. C. 22.* Pacenſis coloniæ *meminit: &* Pacenſis conventus Luſitaniæ, *qui à* Pace Julia *nomen accepit. Ptolemaeo juxta Sacrum promuntorium, in mediterraneis* Turdetanorum Luſitaniæ *provincia*, Πᾶξ Ἰουλία, Ἰουλία Μυρτιλίς. *Nunc* Begiæ *oppido ejus veſtigia obverſari perhibent.* SVR.

PACE JVLIA.] Situm urbis H. Surita bene finivit, quem & cippus, *Bejae* effoſſus, ex Theſ. inſcriptionum p. CCLXI. 9. firmat.

L. AELIO. AVRELIO. COMMODO
IMP. CAES. AELI. HADRIANI
ANTONINI. PII. P.P. FILIO
COL. PAX. IVLIA. D. D.
C. PETRONIO. MATERNO
C. IVLIO. IVLIANO. II.VIR.

Hoc quæſitum anxie eſt, eademne *Pax Julia* ac *Pax* ſit *Auguſta?* Diſputarunt Hiſpani in utramque partem, aliis Pacem Auguſtam in *Badajos* reperientibus, uti Tarapha, Mariana atque illis, quos Lud. Nonius Hiſpan. C. 33. memorat; aliis pro *Beja* pugnantibus, quibus & ego ob eruditam A. Reſendii ad Vaſaeum Epiſtolam ſuper ea lite acceſſerim. Novi Fr. Bivarium in Fl. Dextri Chron. p. 127. Reſendii argumentis M. Maximum & Dextrum opponere, quorum auctoritate, utpote futilium & nihili ſcriptorum, nemo prudens in illam partem impelletur. Vide & Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 1. p. 77. WESS.

M. P. CCXII.] *Habet Blandinianum. Neapolitanum & libri Hier. Pauli.* CCXV. *in Longolianis libris* M. P. CCXII. *&* CCXV. *corrigitur.* SVR.

M. P. CCXII.] Cuſani ſchedæ & cum vetuſtis editis aliæ M. P. CCXV. præferunt. WESS.

SALANIANA.] Vel *Salaviana.* SIML.

SALANIANAM M. P. XXI.] *Habet Blandinianum auferendi caſu. Neapolitanum* Salamana M. P. XI. *& Hieron. Pauli* Salmane M. P. XI. *In Longolianis* Salaviana M. P. XXI. *&* XI. *corrigiur.* SVR.

SALANIANA.] Scriptus Cuſani liber *Salmana* M. P. XI. Ravennas L. IV. C. 45. *Salamana.* WESS.

AQVIS ORIGINIS.	M. P. XXVIII.
AQVIS QVERQVENNIS.	M. P. XIIII.
GEMINAS.	M. P. XIII.
SALIENTIBVS.	M. P. XVIII.
PRAESIDIO.	M. P. VIII.
NEMETOBRIGA.	M. P. XIII.
FORO.	M. P. XIX.

GE-

AQVIS ORIGINIS.] Vel *Aquis Ogirinis.* Siml.

AQVAS ORIGINES M. P. XXVIII.] *In Bland.* Aquis Originis M. P. XXVIII. *& Longoliano, sed* XVIII. *corrigitur &* Ogirinis. *In Neapol.* Aquis Ogirinis M. P. XVIII. *Hæ Aquæ à regione cognomentum sumpsisse videntur, ut proximæ, quæ eis adjunguntur,* Querquennæ, *&* Originum, *qui Cantabris misti erant, à Plinio fit mentio.* Svr.

AQVIS ORIGINIS.] Ravennas *Aquis Oceronsis.* Quæ H. Surita de *Originum* gente adfert, ea dubia sunt; & si certa forent, nobis prodesse nihil possent. Plinius L. IV. C. 20. *Orgenomesços è Cantabris* laudat, quos *Origenos mistos Cantabris* viri eruditi, sed invitis MSS., ut Harduinus observavit, esse jusserunt. Fac tamen certam esse conjecturam, non poterunt hæ *Aquæ* esse *Origenorum:* neque enim in Cantabris sed Bracarum conventu, cui *Querquernos* adscriptos fuisse Plinius docet, sumus. XVIII. M. P. addit Cusani codex. Wess.

AQVAS QVERQVENNAS M. P. XIIII.] *In Blandiniano & Longoliano* Aquis Querquennis M. P. XIIII. *In Neapolitano* Aquis Quennis M. P. XIIII. *& in libris Hieron. Pauli* Aquis quernis M. P. XIIII. *Plinio L. 3. C. 3. inter civitates, quæ conventui* Bracarum *attribuebantur, in vetustis exemplaribus* Querquenni, *aut* Querquerni *recensentur. Ptolemaeo in* Quacernorum *regione* Ὕδατα Κελαικίνων. Svr.

AQVIS QVERQVENNIS.] Ravennas *Aquis Cercenis. QVARQVERNI* sunt in Gruteri Thes. p. CCXLV. 2. Wess.

GEMINAS M. P. XIII.] *Habet Blandinianum; in reliquis* M. P. XVI. Svr.

SALIENTIBVS.] Ita universi cum Ravennate libri. *Salientes* sunt aquarum scaturigines, quæ ex fontibus ductæ tubulis ac fistulis emittuntur. Vitruvius L. VIII. C. 3. *Ibi enim ex hujusmodi locis & fontibus & in Æstu & ad portum Piræeum ducti sunt salientes.* & C. 7. *Ita int medio ponuntur fistulæ in omnes lacus & salientes.* Frontinus *aquas salientes* appellat de Aquæduct. p. 225. *Eodem anno Agrippa ductus Appiae, Anienis, Martiae pene delapsos restituit, & singulari cura compluribus salientibus aquis instruxit urbem.* Scio Rob. Keuchenium *aquarum* vocem, tanquam abundantem & superfluam, damnare: sed illam facile defenderit Columella L. I. R. R. C. 2. *Tum rivos,* inquiens, *decurrentes in prata & hortos & salicta viva aquæ salientes demittant,* & πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον ex Joannis Evangelio C. IV. 14. Mansio itaque quod *salientibus* ejusmodi esset vicina, nomen est indepta. Wess.

PRAESIDIVM M. P VIII.] *Habet Blandinianum auferendi casu, & Longolianum. In Neapolitano* Præsidio M. P. XVIIII. *& in libris Hieron. Pauli.* Præsidio XVIII. Svr.

PRAESIDIO.] Scriptus Cusani & Vaticanus XVIII. M. P. addit. Censet autem Rod. Carus L. III. Ant. Hispal. C. 66. *præsidium* hoc idem atque illud esse, quod infra eo itinere, quo ab *ostio Anæ* pergitur, obvium est: male, si quid video: illud enim ad flumen fuit Anam haud longe ab ostio ejus; hoc vero longissime ab Ana diversum in Bracarum conventu aut Asturum confinio. Wess.

NEMETOBRICA.] Vel *Nemetoborica.* Siml.

NEMETOBRIGAM M. P. XIII.] *Manuscripta, & vulgati Hieron. Pauli & Longol. libri* Nemotobrica M. P. XIII. *Ptolemaeo post* Asturicam Augustam *in Tiburorum regione* Νεμετόβριγα. Svr.

NEMETOBRICA.] Sic librorum, quibus utimur, excerpta, neque hilum Ravennas L. IV. C. 45. repugnat: tamen R. Caro. L. III. A. H. C. 66. Nemetobricam hanc in *Nertobrigam* commutare atque ex hoc tractu in Bæturiam, ubi Plinius eo nomine urbem L. III. C. 1. locat, transportare, libuit: quod, si non est toto cœlo errare, certe longissimo terrarum tractu erit. *Nemetobrica* Ptolemaei & Ravennatis auctoritate sese facile tuebitur. Wess.

FO-

GEMESTARIO. M. P. XVIII.
BERGIDO. M. P. X.
INTERAMNIO FLAVIO. M. P. XX.
ASTVRICA. M. P. XXX.
ITER A BRACARA ASTVRICAM. M. P. CCCXCIX. Sic.
LIMIA. M. P. XIX.
TVDE. M. P. XXIIII.
BVR-

FORO.] Ptolemaeo *Foro Egurrorum.* SIML.

FORVM M. P. XVIIII.] *Ptolemaeo ſtatim à Nemetobriga* Φόρος Ἡγούῤῥων. SVR.

FORO.] Ravennas *Foro Gigurnion*, voce leviter vitiata, ſed quæ ad Plinium & Ptolemaeum adjuvandum facem præferet. In Plinio L. III. C. 3. leges: *in his ſunt Cigurri & Pæſici*, nec diſſident MSS., ut Harduinus teſtatur; qui tamen *Egurros* ob Ptolemaeum præoptat. Mihi longe alia mens eſt, arbitrorque a Plinio *Gigurros* & Ptolemaeo ΓΙΓΟΥΡΡΩΝ, φόρος ΓΙΓΟΥΡΡΩΝ veniſſe, inde vero, coalitis duabus prioribus literis ΗΓΟΥΡΡΩΝ originem accepiſſe: atque hoc Ravennas mihi perſuaſit, & maxime *T. SALVIVS ANTIDIANVS VI.VIR AVGVSTALIS IN FORO GIGVRROR. PVBL.* ex veteri epigrammate, quod Ligorius a Jo. Bapt. Viglialona ſe accepiſſe apud Gudium p. XCIV. profitetur, quædam etiam de Ptolemaeo corrigendo adſcribens, ſed quæ, quod male excerpta ſint, ſine hac nota vix intelligas. WESS.

GEMESTARIO.] Ravennati *Geniſtaria*, quaſi a *geniſtis* manſio cognomen duxiſſet. WESS.

BELGIDO.] Vel *Bergido.* Ptolemaeo *Bergidum Flavium.* SIML.

INTER EPACONIO FLVVIO.] Vel *Inter Fraconio Flavio.* Ptolemaeo *Interamnium Fluvium*, & ita proximo itinere mendoſe nominatur. SIML.

INTERAMNIVM FLVVIVM M. P. XX.] *Ptolemaeo inter* Aſturiæ *urbes* Ἰντεράμνιον, & Ἰντεράμνιον Φλαούιον. SVR.

INTERAMNIO.] *Intere Paconio fluvio* Cuſani membranæ, margo Fabriciani libri *Iter eragonio*, unde & ex altero itinere vir doctus recte *Interamnio* procudit. Vulgatum habet Vaticanus & Ravennas *Interamnum.* Situm urbis Amb. Morales in *Fuente en Calada* invenit, repugnante Fr. Bivario ad Dextri Chron. p. 250. ac bene ſatis *Benaventum* inter amnes *Ezlam* & *Orbigum* ex locorum intervallis Interamnii ſedem occupare oſtendente. Ceterum Phlegonti Tralliano de Longaev. C. 1. vitioſe Λουσιτανίας πόλις Ἰντερανιησία dicitur. WESS.

LIMIAM M. P. XVIIII.] *Neapol.* XXIX. *& reliqua* M. P. XVIIII. *Strabo L. III. p.* 153. Lethem *amnem à plerisque* Limæam *nuncupatam perhibet. Pomponius L.* 3. *C.* 1. Minius, & cui oblivionis cognomen eſt, Limia. *Plinius, ut ſupra mentio facta eſt*, Aeminium *fluvium* Limæam *vocatam perhibet*, oblivionis *antiquis dictum, multumque fabuloſum. Ptolemaeus in* Gallaicis Bracaris *conlocat* oſtia Λιμίου, *ut hæc manſio ad* Limiam *fluvium ſit, non oppidum.* SVR.

LIMIA.] Vaticanus XVIII. M. P. annectit: Ravennas *Limeam* vocat. Quod vero Ch. Cellarius L. II. A. G. C. 1. p. 103. Ptolemaei φόρον Λιμικῶν cum hac componit, id haud injuria fieri ſuſpicor. WESS.

TVDEM M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis & Longolianis libris* Tude M. P. XXXIIII. *In Hieron. Pauli libris* Tude M. P. XXIX. *Silius lib. iii. ℣.* 366. *in catalogo urbium Hiſpaniæ.*

Et quos nunc Gravios, violato nomine Grajum
Oeneæ miſere domus, Aetolaque Tyde.

Inde Plinius L. 20. *C.* 4. Heleni, Gravii, Caſtellum Tyde, Græcorum ſobolis omnia. *Ptolemaei vulgatis in libris non recte* Γρουίων Τοῦδαι *pro* Γραυίων Τούδη. SVR.

TVDE.] Silius a Diomede in Tydei patris memoriam conditam fuiſſe indicat L. XVI. 369.

Ipſum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde
Miſerat. ———

ubi operæ ſane pretium feceris, ſi Cl. Drakenborgii notas relegeris. Poſita urbs proxime Minium eſt: Translatio Fructuoſi in vaſto Sanctorum opere XVI. April. *Uſque ad flumen*

BVRBIDA.	M. P. XVI.
TVROQVA.	M. P. XVI.
AQVIS CELINIS.	M. P. XXIV.
PRIA.	M. P. XII.
ASSECONIA.	M. P. XXIII.
BREVIS.	M. P. XII
MARTIAE.	M. P. XX.
LVCO AVGVSTI.	M. P. XVI.
TIMALINO.	M. P. XXII.
PONTE NEVIAE.	M. P. XII.
VTTARIS.	M. P. XX.

BER-

Minii, quod secus Tudam defluit; quibus dein Hugo Compostellanus, ejus Translationis auctor, addit, *fluvium illum Portugallensem terram a Gallaecia disterminare.* Servat Tude pristini nominis vestigia. WESS.

BVRBIDA.] Alias *Bibala.* SIML.

BVRBIDAM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Burbida *sine numeris mansionis, & ideo asteriscis signavimus. In Neapol.* Burbada M. P. XVI. *libri Hieron. Pauli* Burbade XVI. *& Longol.* Burbida M. P. XXVI. *& Burbula XVI. corrigitur.* SVR.

BVRBIDA.]Cusani codex *Burbada* M. P. XVI., quos numeros reliqui omnes probant. WESS.

TVROCA.] *Turoqua*, vel *Turrige.* SIML.

TVROQVAM M. P. XVI.] *In Blandiniano, & Neapolitano* Turoqua M. P. XVI. *libri Hieron. Pauli* Turoque XVI. *& in Longoliano* Turoca M. P. XXIII. SVR.

TVROQVA.] Cusani MS. *Turequa*, Ravennas *Turaqua* L. IV. C. 43., & juxta quidem Oceanum. WESS.

AQVIS CELINIS.] Ravennas L. IV. C. 43. *Quecelinis*, voce intempestive decurtata, rectius *Aquis Cilenis* C. 45. Vulgo nunc *Orense* dici, nomine a Suevis indito, sed ex *Warmsee*, voce Germanica & lacum calidum notante, paullatim corrupto, opinantur. Vid Nonium Hisp. C. 54. & Bern. Aldrete L. II. Ant. Hispan. C. 2. Ego vero dubito: nam mari proximæ fuisse videntur hæ aquæ ob stadia CLXV., quibus supra a Bracara disjunguntur; solet enim auctor intervallum, quod navigando tramittitur, stadiis metiri, ut p. 272. est admonitum: atque hunc aquarum earum situm illius Itineris caput, *per maritima loca* proficiscentem duci indicans, firmat. Est præterea major intercapedo inter *Iriam* & *Orense*, quam quæ XII. M. P. absolvi queat: ad quæ accedit, *Auriam*, quam *Orense* esse agnoscunt, a *Celenis* & *Aquis calidis* in Ovetensi Concilio tom. III. Concil. Hispan. p. 159. distingui. Pauca inde tibi delibabo: *Omnes igitur episcopi ordinati seu in subscriptis sedibus ordinandi, i. e. in Bracara, in Tude, in Dumio, in Conimbria, in Aquis calidis, in Vaseo, in Lamego, in Celenes, in Portugalè, in Aurience.* Itaque alibi *aquæ* hæ quærantur: possintne vero circa *pontem veterem*, *Ponte Vedra*, inveniri, alii viderint. WESS.

PRIA.] Ptol. *Iria Flavia.* SIML.

PRIA.] Conspirant excerpta nostra in hanc vocem. Verius Ravennati L. IV. C. 45. *Iria:* intelligitur enim *Iria Flavia. CONCILII IRIENSIS* est in Thes. p. CCCV. 8. mentio. Habuit olim suum sibi præsulem, estque ejus non obscura in Synodis Hispanicis memoria: nunc ejus luminibus officit Compostella. Sita fuit, ubi *El Padron*, de qua Nonius Hispan. C. 52. WESS.

ASSECOMA.] Vel *Assiconia.* SIML.

ASSERONIAM M. P. XXIII.] *In Blandiniano* Asseronia M. P. XXIII. *& in Neapolitano & Longol.* Asseconia M. P. XXIII. *libri Hieron. Pauli* Asseconia M. P. XXII. SVR.

ASSECONIA.] Hoc recepimus ob consensum plerorumque codicum, quibus ex Schotti indicio Caesaraugustanus addi poterit. Hinc autem *Assecoma* Lugdunensis & Basileensis editionis facile nasci potuit. Ravennas *Assegonion*, cui pæne similis est *Assegonia* Vaticani. WESS.

BREVIM M. P. XII.] *Manuscripta, & excusi libri* Brevis M. P. XII. SVR.

BREVIS.] Habet quoque Ravennas L. IV. C. 45. WESS.

MARTIAE.] Ita Vaticanus & ex Schotti testimonio Caesaraugustanus: ceteri *Martie*, soli-

BERGIDO. M. P. XVI.
INTERAMNIO FLAVIO. M. P. XX.
ASTVRICA. M. P. XXX.
ITER AB ESVRI PER COMPENDIVM PACE JVLIA. M. P. LXXVI. Sic.
MYRTILI. M. P. XL.
PACE JVLIA. M. P. XXXVI.
ITER AB OSTIO FLVMINIS ANAE EMERITAM VSQVE. M. P. CCCXIII Sic.
PRAESIDIO. M. P. XXIII.
AD RVBRAS. M. P. XXVII.
ONOBA. M. P. XXVIII.
ILI-

ſolito recentioris ævi amanuenſibus more. Ravennas *ponte Nartiæ*, qui huc, ut ex ordine manſionum liquet, pertinet, & quid de Martia arbitrandum ſit, indicat. WESS.

TIMALANO.] Supra *Timalinum* nominavit. SIML.

TIMALINO.] Recte ita Lugduni publicarunt; nec multum abit Vaticani *Timalino*. WESS.

PONTE NEVIE.] Supra *Ponte Nevie*. SIML.

PONTE NEVIAE.] Credo Joſ. Simlerum *Fonte Neviae*, ut in Lugdunenſi edito eſt, ſcribere voluiſſe. *Ponte Naeviae* Vaticanus, Cuſani liber *Ponte Novie*. WESS.

ITER AB ESVRI PER COMP.] *Manuſcripta exemplaria, & Longoliani libri, ut ſupra monuimus*, ab Eſuri *præferunt: & Hieron. Pauli libri*, ab Aſturica. SVR.

ITER AB ESVRI.] Hoc iter Vaticanus ſubjecit illi, quo ſupra Pacem Juliam de Eſuri pergebatur. WESS.

MYRTILI.] *Miſtili* Lugduni dederunt, ſed ſatis negligenter, ut multa. Urbem habent Mela L. III. C. 1. & Plinius L. IV. C. 22 Idatio in MSS. *Martyli* ad An. XVI Theodoſii II. appellatur. Nunc *Mertola* eſſe creditur fluvio Anae impoſita, plurimisque antiqui operis monumentis referta: de ea Reſendius L. IV. Ant. Luſit. p. 196. WESS.

M. P. CCCXIII.] *Habet Blandinianum & Longolianum*, ſed CCCXIIII. *corrigit. Neapolitanum & Hieron. Pauli libri* CCCXIIII. SVR.

AB OSTIO FLVMINIS.] Lugduni & Baſileae *fluminis Ani*, quod & Cuſani libro ineſt, vulgarunt. *Ane* ex Vaticano Em. Schelſtrate. Vide vero ridiculi capitis commentum in Luitprandi Adverſariis num. CXXXII.; notat auctor ſe Fuldae in vetuſtiſſimo Antonini Pii codice reperiſſe margini adſcriptum, *agi hic de flumine parvo Ana, qui influit in Baetim, non procul Baeatia: & hunc ingreſſum vocari oſtium, quia illic clauditur & abſconditur, ut qui per oſtium intrat in domum, quo ſe abdit.* Habes ergo novum Anam & egregiam de ejus oſtio fabulam, quam ut minutiſſimis ictibus configam, cum Adverſaria Luitprandi impudenti falſario Hieron. de Higuerra debeantur, nihil neceſſe erit. Verius dixeris, ad Anae oſtium præſidiarios milites in ſtatione fuiſſe, & cum Rod. Caro L. III, Ant. Hiſpal. C. 23. de *Ayamonte*, ipſo ſitu multisque veſtigiis antiquitatem ultimam monſtrante, cogitaveris. WESS.

PRAESIDIVM M. P. XXII.] *In Blandiniano, & Longol.* Praeſidio M. P. XXIII. *& in hoc* XXXIII. *corrigitur. Neapolitanum* M. P. XXXIIII. *& Hieron. Pauli libri* M. P. XXXIII. SVR.

PRAESIDIO.] Cuſani MS. M. P. XXXI. apponit: ſedem habuit, R. Caro auctore, ubi *Alcaria* aut *Puebla de Guzman* videntur. WESS.

AD RVBRAS M. P XXVII.] *In Blandiniano* M. P. XVII. *& in Longoliano. Neapolitanum & libri Hieron. Pauli* M. P. XXVII. *qui numeri proximè ſummæ conveniunt.* SVR.

AD RVBRAS.] Superſunt nominis quædam reliquiæ in *Cabezis rubiis*; dictæ ſunt a ſolo, quod in hac vicinia eſt, rubicundi coloris, teſte R. Caro; qui præterea tradit, eſſe inibi parietinas templi DEI ENDOVELLICI aliorumque ædificiorum. Vaticanus M. P. XXVII., alii XVII. addunt. WESS.

ONOBAM M. P. XXVIII.] *Plinio L. 3. C. 1. a flu-*

ILIPA.	M. P. XXX.
TVCCI.	M. P. XII.
ITALICA.	M. P. XVIII.
MONTE MARIORVM.	M. P. XLVI.
CVRICA.	M. P. XLIX.
CONTRIBVTA.	M. P. XXIIII.
PERCEIANA.	M. P. XX.
EMERITA.	M. P. XXIIII.

ITER

à flumine Ana *litore Oceani*, *in vetuſtis etiam exemplaribus*, *oppidum* Oſſonoba, Aſturia *cognominatum: quo loco forte* Onoba *legendum eſſet eo cognomine*, *aut* Luſturiæ, *ut vulgati libri præferunt*, *ſive* Liſturiæ, *ex Ptolemaeo: ut ab* Onoba *cognomento* Martialium, *item Baticæ provinciæ*, *diſtinguat. Ptolemaeo L. 2. C. 4. itidem in mediterraneis* Turdulorum *Baticæ provinciæ* Ὀνόβα: *& poſt* Anæ *fluminis oſtium in* Turdetanis, *ejusdem Baticæ*, Ὀνόβα Αἰσυρία: *ſed hæc Antonini mediterranea videtur eſſe*, *quæ à Ptolemaeo* Ilipulæ magnæ *adjungitur*: *& in ea regione* Turdulorum Tucci *recenſentur.* Onobam *Strabo L. 3. p. 143. cum* Aſta, & Nebriſſa *conjungit*, *ut ea ſit*, *cui à Plinio cognomen* Martialium *tribuitur.* SVR.

ONOBA.] Juſta eſt H. Suritae de Plinii *Oſſonoba* ſuſpicio, non improbata Rod Caro atque Harduino: ante quos natos Pariſiis An. CIↃIↃXI. *Onobam* in Plinio dudum publicarunt. *Aſturicae*, qui in Plinianis MSS. additur, titulus, ſicuti & Ptolemae Αἰσυρίας, in Αἰσυρίαν *Aeſturiam* convertendus eſt cum Iſ. Voſſio ad Melae L. III. C. 1., a quo Harduinus nihil diſſentit, laudem promeriturus, ſi Voſſio ſua accepta tuliſſet. Situs Onobae urbi *Gibraleon* ad amnem *Odiel*, qui Plinii *Luxia* eſt, convenit. Vid. R. Carum L. III. A. H. C. 75. WESS.

ILIPA.] *Ilipula.* SIML.

ILIPA.] Oportet hæc alia ſit atque ea, quam ſupra habuimus: illa LXX. circiter M. P. ſupra Hiſpalim erat, hæc infra eam. R. Carus locorum intervalla dimenſus, noſtram incidere ait in *Nieblam*: docet præterea *Nieblam* in numis *ELEPLAM* & *ILIPLAM* vocari, atque id in Itinerario fuiſſe olim L. III. Ant. Hiſpan. C. 81. MSS. nihil mutant; Ravennas *Hilipam* appellat. WESS.

TVCCI.] Ptolemaeo *Ptucci.* SIML.

TVCCI.] *Ptucci*, quod è Ptolemaeo adfert Simlerus, mendoſum eſt. De ſitu dubia omnia ſunt. Non poteſt eſſe *Tucci vetus*, quod in Baſtitania vergente ad mare Plinianae veteres editiones L. III. C. 1. ponunt: vetant enim ſitus & MSS., qui *Tuati vetus*, Harduino auctore: neque etiam *Tucci*, *quæ cognominatur Auguſtæ Gemella*, quippe conventus Aſtigitani; quam quo jure Cl. Cellarius Cordubam inter & Caſtulonem locarit, non perſpicio. Quod ſi quæ fides Fl. Dextri Chron. An. CCCI. eſſet, Tucci in Baetica haberemus: *Tucci*, inquit, *in Hiſpania Batica*, *quæ & Tocina dicitur*: cogitandumque adeo cum R. Caro L. III. Ant. C. 10. de *Tucilla* foret: ſed cum Chronicon illud fidem decoxerit, in ejus teſtimonio acquieſcere non audeo. WESS.

MONTE MARIORVM.] Ptol. *Mons Marianus*: nunc *Sierra Morena.* SIML.

MONTEM ARIORVM M. P. XLVI.] *In Blandiniano* Montem Ariorum M. P. XLVI. *In Neapolitano* Monte Mariolo M. P. XLVI. *& item in libris Hieron. Pauli. Longoliani libri* Monte Mariorum, *& Mariolo corrigitur. Plinio poſt* Oſſonobam Liſturiam, Hareni montes, *in Toletano exemplari*, *& Caeſarauguſtano*: *in alio vero* Arenei. *Ptolemaeo L. 2. C. 4.* Bæticæ *mons celebris famæ* Μαριανός. SVR.

MONTE MARIORVM.] *Monte Mariolo* Cuſani codex; Luitprandi Adverſaria è binis MSS. *Monte Marielo* proferunt: ceteri *Monte Mariorum* aut *Ariorum.* Puto Joſ. Simlerum montem Marianum, cujus apud Ptolemaeum memoria eſt, recte huc advocaſſe: meminit ejusdem Tzetzes Chiliad. VIII. 217.

Ὄρος ὃ Μαριανὸν, τίς σοι τὸ πάνυ φρόσει;

Neque aliter in Plinio ſcripſerim L. III. C. 1.; in verbis enim, *interfluentes Luxia*, *Vrium*, *Ariani montes*, facile fieri potuit, ut præcedens vocabulum *Marianis* montibus priorem lite-

ITER AB EMERITA CAESARAVGVSTAM. M. P. DCXXXII.

	Sic.
AD SORORES.	M. P. XXVI.
CASTRIS CELICIS.	M. P. XX.
TVRMVLOS.	M. P. XX.
RVSTICIANA.	M. P. XXII.
CAPARA.	M. P. XXII.

literam auferret: ne dicam *PROC. MONTIS MARIANI* ex lapide apud R. Carum L. I. Ant. Hiſpal. C. 20. ita jubere. Non quidem ignoro eundem virum doctum *montes Ariorum* ab *Aria* urbe, quam & Plinio L. III. C. 1., ut ſupra dictum eſt, reddere conabatur, dictos ſuſpicari L. III. A. H. C. 9., & in hanc finem numum proferre *CVMB. ARIA* inſcriptum: quia tamen numiſmatis inſcriptio obſcura atque ambigua eſt, vereor ut valida ſatis ſit ad urbem, ceteris omnibus indictam, eruendam. WESS.

CVRIGA.] Sic Vaticanus. Plinius in Celticis Hiſpalenſis conventus L. III. C. 1. *Vcultuniacum, quæ & Turiga nunc eſt*, atque ita univerſi MSS., ſi verum dixit Rod. Carus L. III. Ant. Hiſpal. C. 70., pronus propterea in eam partem, quæ *Turiga* hic præoptat. Ego *Curigam* retineo, quam & in Plinio Harduini & Ravennate L. IV. C. 44. reperio: videtur quoque Ptolemaei Κυρία cum doctiſſimo Plinii editore Jeſuita in Κύειγα, ut noſtra ſit, mutanda. Nunc *La Calera*, Caro teſte, nuncupatur. WESS.

CONTRIBVTAM M. P. XXIIII.] *Plinio L. 3. C. 1. in* Celticis Bæticæ *provincia* Contributa Julia: *& Ptolemaeo in* Turdetanis. SVR.

CONTRIBVTAM M. P. XXIIII.] De hodierno ſitu Contributæ lis Hiſpanis eſt; Tamayus ad oppidum *Medina de las Torres* varia ait eruta monumenta, quibus *IVLIA CONTRIBVTA* erat inſculpta. Rod. vero Caro L. III. A. H. C. 70. nunc eſt *Fuente de Cantos*, aut certe illi vicinum *Bartoleme de Villar.* WESS.

PERCEIANAM M. P. XX.] *In Blandiniano, & Longoliano* Perceiana M. P. XX. *In Neapolitano* Perteiana M. P. XX. *& in libris Hieron. Pauli* Perteiane. SVR.

PERCEIANA.] Ravennati L. IV. C. 44. *Pergelena.* SIML.

CASTRA CAECILIA M. P. XX.] *In Blandiniano* Caſtris Celicis M. P. XX. *atque itidem in Neapolitano, & Longoliano. In libris Hieron. Pauli* Caſtris Celeſtris XX. *Plinius L. 4. C. 22.* Emeritenſibus *contributa fuiſſe* Caſtra Julia, & Caſtra Cæcilia *perhibet.* SVR.

CASTRIS CELICIS.] In caſtris ita ſcribendis conſpirans conſenſus eſt MSS. Forte *Caſtra Caecilia* eadem ſunt, licet certo non conſtet. Ravennas tantum *caſtris.* Creduntur fuiſſe, ubi *Carceres.* Vid. Bivarium in Dextri Chron. p. 179., qui puto non perſuadebit, Ptolemaei *Liciniana* eadem eſſe, atque hinc inſtauranda. WESS.

TVRMVLOS.] Ravennas L. IV. C. 45. *Turmulum* & *Buſtiana*, qua ſequentem indicat. Jac. Delgada *Tumulos* emendat, neque diſſentit Ch. Cellarius: forte *Rocha frida*, quæ nunc eorum locum occupat, Delgadam in eam ſententiam impulit. WESS.

RVSTICIANAM M. P. XXII.] *Ptolemaeo in regione, proprie* Luſitania *dicta*, Ῥουσκίνα. SVR.

CAPPARAM M. P. XXII.] *Manuſcripta, & Longolianum exemplar* Capara M. P. XXII. *Hieron. Pauli libri* Capara XXII. *Ptolemaeo in veteribus* Κάπαρα. *Exſtare ferebat Florianus Ocampius vetuſtum lapidem in hac via, quam vulgo* Argenteam *vocant, cum hac inſcriptione.*

IMP. CAES. VESPASIAN.
AVG. PONT. MAX. TR. P. II.
IMP. VII. COS. III. DESIG. IIII.
PP. VIAM. A. CAPPARA. VRBE.
AD. EMERITAM. VSQ. AVG.
IMPENSA. SVA. RESTITVIT.
LXIII.

SVR.

CAPARA.] Sic MSS. excerpta: eſt quoque *CAPARA* in lapide, cujus epigramma Surita habet, in Theſ. p. CLIV. 3. & M. P. LXXIII. item in alio p. CCLXVII 1. *ORDO SPLENDIDISS. CAPARITANORVM.* In Plinio L. IV. C. 22. ſunt *Caperenſes.* Durant nominis veſtigia inter Alcantaram & Coriam. WESS.

CECILIONICO.	M. P. XXII.
AD LIPPOS.	M. P. XII.
SENTICE.	M. P. XII.
SALMATICE.	M. P. XXIIII.
SIBARIAM.	M. P. XXI.
OCELLODVRI.	M. P. XXI.
ALBVCELLA.	M. P. XXII.

CECILIO VICO.] In MSS. dubium eſt, utrum legendum ſit *Cecilio vico* vel *Cecilionico*. Videndum eſt, an ſit *Ceciliana*, cujus mentio eſt in Itinere ab Oliſippone Emeritam. SIML.

CAECILIONEM M. P. XXII.] *In Blandiniano*, & *Longoliano* Cecilioni M. P. XXII. & *in hoc* Cecilionico *corrigitur*. *In Neapolitano*, & *libris Hieron. Pauli*, Cecilionico. *Ptolemaeo*, *uti ſupra monuimus*, *in regione*, *proprie* Luſitania *dicta*, *in vulgatis* Κεκιλία Μέλλινον: & *in exemplari Georgii Vallæ Placentini* Καικιλία Γεμέλινον. & *vetuſtus interpres* Cecilia Gemillina *vertit*: *ut forte in hoc Itinerario* Cæciliam Gem. *ſcribendum eſſet*, & *ex duabus dictionibus* Cecilioni *ductum*. SVR.

CECILIONICO.] Hoc Vaticanus & Cuſani codex amplectuntur: facile inde *Cecilio vico* effinxeris, nec vincere tamen id unice verum eſſe poteris. *Ceciliana*, quam manſionem ſupra habuimus, cum hac componi non debet, quippe in Luſitania ad Oceanum vergente ſita. Καικιλία Γεμέλινον Coislin. quoque codex: eademne atque hæc ſit, qui cognoſcam? WESS.

SENTICEM M. P. XII.] *In Blandiniano* Sentice M. P. XII. & *in Neapolitano* Sentice M. P. XV. & *in libris Hieron. Pauli. Longoliani* Sentice M. P. XII: & XV. *corrigitur*. *Ptolemaeo in* Vaccæis, Σέντικη. *Cum tamen hoc iter per* Vettones *ducat* Salmanticam *usque*, *non video qua ratione* Vaccæorum *oppidum interjici poſſit*, *niſi manſionum cauſa flexuoſum iter ducatur*, & Sentica *in confiniis* Vaccæorum *conſtituta fuerit*: *quam Florianus Ocampius non verebatur affirmare*, *oppidum eſſe* Zamoram *patriam ſuam*. SVR.

SENTICE.] Si Ptolemaei *Sentice* ſit *Zamora*, Durio flumini accubans, ut paſſim Hiſpani tradunt, alia oportet atque hæc ſit: neque enim ad Durium devenimus. Habet hoc loco *Senticen* Ravennas, qui *Lippos* vitioſe *Appos* vocat. WESS.

SALMANTICAM M. P. XXIIII.] *In manuſcriptis*, & *Longoliano* Salmatice M. P. XXIIII. & *in Hieron. Pauli libris*, *ex emendatione*, *uti ego arbitror*, Salmantice M. P. XXIIII. *Julius Frontinus de limitibus agrorum p.* 38. Sicut in Luſitania, *inquit*, Salmaticenſibus. *Ptolemaeo in* Vettonum *regione* Luſitaniæ *provincia* Σαλμάντικα. *Tamen exſtat vetuſtus lapis in Eccleſia Sancti* Pelagii *ipſius urbis Salmanticæ*, *quam vidimus*, *cum hac inſcriptione*.

D. M. S.
L. IVLIO CAPITONI
SALMANTIC.
ANN. LXX.
IVLIA RVSTICILLA
SOROR.
PIENTISSIMA
F. C.
H. S. E. S. T. T. L.

SVR.

SALMATICE.] Omnes libri ita præferunt; nec aliter Plutarchus de Virtut. Mulier., urbem hanc πόλιν μεγάλην Σαλμαντικὴν appellans: tamen Polyaeno, qui Plutarchum exſcripſit, L. VII. Stratag. C. 48. πόλις μεγάλη Σαλμαντίς. WESS.

SIBARIM.] Vel *Sibariam* vel *Saboram*. SIML.

SIBARIAM M. P. XXI.] *Habent Bland. exemplar*, & *Longol. In Neapol.* Sibarim M. P. XXI: *Lib. Hier. Pauli* Sibarum *præferunt*. SVR.

SIBARIAM.] Hoc vir doctus adſcripſit Fabricii exemplari: alii *Sibarim* aut *Sabariam*; Ravennas *Sebarium*. Videtur hinc fuiſſe *Januarius epiſcopus Sibarienſis*, qui Illiberitanæ Synodo ſcribendo adfuit. Non quidem deeſſe in Hiſpanis novi, qui *Sibariam* nusquam in Hiſpania fuiſſe opinentur, quos jure optimo ex hoc loco Gonzales confutavit. Addere potuiſſet, *Sibariam* ſive *Sabariam* in Iſidori Chron. Gothico Aera IↃCVIII. memorari: *Leovigildus*, inquit, *ſubegit Aregenſes*; *cepit Sibariam*: *Croſpida ab eo devicta eſt*: ubi *Oroſpeda* ſine dubio legendum eſt: hoc enim nomine montem in his oris Strabo

AMALLOBRICA.	M. P. XXVII.
SEPTIMANCA.	M. P. XXIV.
NIVARIA.	M. P. XXII.
CAVCA.	M. P. XXII.
SEGOVIA.	M. P. XXVIIII.
MIACVM.	M. P. XXIIII.

Strabo & Abbas Biclarienſis habent: idem Abbas ad An. VII. Juſtini II. *Leovigildus Sabariam ingreſſus, Sabos vaſtat, & provinciam ipſam in ſuam redegit ditionem:* ſitne Abbatis *Sabaria* & Iſidori *Sibaria* eadem atque hæc, non temere finivero. Videntur enim provinciam fuiſſe indicare; quamquam & ea ab urbe cognomen ducere potuerit. Ut ut eſt, nihil opus erit ad epiſcopi Januarii ſedem conſtituendam nugis Higuerræ ex Luitprandi Adverſariis num. CCXXVI., a quibus, quod obiter moneo, non bene ſibi cavit Amp. Cuperus ad Lactantium Mort. Perſecut. C. 16. WESS.

OCELODORI.] Vel *Ocelodurum.* SIML.

OCELLVM DVRI M. P. XXI.] *In Blandiniano & Longoliano* Ocelo duri. *Neapolitanum* Ocelodori M. P. XXI. *& in libris Hieron. Pauli* Ocelo Durii M. P. XXI. *Plinio L. 4. C. 22. in vulgatis* Ocelenſes, *qui &* Lancienſes *attinent; & in quibusdam exemplaribus* Occlenſes Lacienſes *legitur. Ptolemaeo in* Vettonibus Ὄκελλον *pro* Ὄκελλος, *ita enim* Ocellus Durii *amnis appellari videtur: quemadmodum à doctiſſimo poeta* Sirmium Inſularum Ocellus, *&* Cicero, *villulas ſuas*, Ocellos Italiæ *adpellat: feruntque ejus veſtigia ad* Durii *ripas conſpici juxta* Fermoſel. SVR.

OCELODVRI.] Cuſani membranæ *Ocelodori*, Ravennas *Ocelodorum.* Appellari autem hanc manſionem, quomodo *peninſularum inſularumque ocellus Sirmio* dicitur Catullo, non exiſtimavero: obſtant MSS. & vocabuli compoſitio, in qua *Durum* ſive *Dorum* Celticam originem ſapit: dictum enim alias eſt, urbium nominibus adjunctum *durum*, eas fluminibus eſſe appoſitas, adſignificare. WESS.

ALBVCELLAM M. P. XXII.] *In Blandidiniano & Neapolitano*, Albucela M. P. XXII. *libri Hieron. Pauli*, Albucele M. P. XXII. *Longoliani libri* Albucellam M. P. XXII. *Ptolemaeo in Vaccaeis* Ἀλβοκέλλα. *ut hoc loco ſatis deſignari videantur fines citerioris, & ulterioris Hiſpaniae: quando* Ocellus Vettonibus *populis* Luſitaniæ *provinciæ, &* Albucella, *citerioris provinciæ Vaccaeis ſint attributi.* SVR.

AMALLOBRIGAM M. P. XXVII.] *In Blandiniano, & Longoliano* Amallobrica M. P. XXVII: *& in hoc* XXII. *corrigitur. In Neapolitano* Amalobrica M. P. XXII. *& in libris Hieron. Pauli* Amalobricæ M. P. XXII. *cujus manſionis nullam reperi fieri mentionem.* SVR.

SEPTIMANCA.] *Simancam*, nominis quadam ſimilitudine ducti Merula atque alii eſſe adfirmant. WESS.

CAVCA.] Sita Tagum inter & Durium, quamquam huic vicinior, fuit, teſte Appiano Iber. p. 478.: illuſtrarunt urbem Theodoſii M. natales, ut Zoſimus L. IV. C. 24., de cujus verbis Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 1. p. 117., docet. Ravennas *Nibariam* & *Caucam* conjungit L. IV. C. 44., Montanus vero Epiſt. ad Theoribium *municipia Segobiam, Brittablum & Caucam*; quorum alterum Morales & Garſias *Litabrum, oppidum munitum opulentumque*, quo de Livius L. XXXV. C. 22., probabili opinione eſſe arbitrantur. WESS.

SECOVIA.] Alias *Segovia* vel *Segobia.* SIML.

SEGOVIAM M. P. XXVIII.] *Manuſcripta exemplaria & libri vulgati*, Secovia M. P. XXVIII. *facili permutatione litterae G. in C. Habeo vetuſtiſſimum nummum aereum, qui ex altera parte caput decora facie juvenis praefert, cum his litteris, à ſiniſtra C. & dextra I: & averſa parte viri effigies cum haſta, celeri impetu equo velociter currentis, & infra* Segovia; *à Plinio & Ptolemaeo in* Arevacis Segoviæ *fit mentio.* SVR.

SEGOVIA.] Similem numum Ant. Auguſtinus inſeruit Dialog. VIII., ſed literis C. & L., quibus coloniam Latinam indicari exiſtimat, inſignem. Plura Nonius Hiſp. C. 60. WESS.

MIACVM M. P. XXIIII.] *Praeferunt Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano, & libris Hieron. Pauli.* M. P. XXVIIII. SVR.

MIACVM.] Cuſani MS. M. P. XXIX. adjungit. WESS.

TITVLCIA.	M. P. XXIIII.
COMPLVTVM.	M. P. XXX.
ARRIACA.	M. P. XXII.
CESADA.	M. P. XXIIII.
SEGONTIA.	M. P. XXVI.

ARCO-

TITVLCIAM M. P. XXIIII.] *Ptolemaeo in* Carpetanis, Τιτήλκια, *non* Τιτάκια: *nam vetus interpres* Titultiam *vertit. Error natus ex similitudine literarum initialium* Λ *&* A. SVR.

TITVLCIA.] Ita Caesaraug. De Complu-to autem Amb. Morales Cordubensis libro de Ivido & Pastore Martyribus. SCHOT.

TITVLCIA.] Ravennas L. IV. C. 44 *civitas Complutum, cujus affinalis civitas, quæ dicitur Titultia.* Creditur fuisse, ubi *Bajonna* prope regium viridarium *Aranjuez.* Vide. Fr. Bivarium ad Fl. Dextri Chron. p. 360. WESS.

COMPLVTVM.] Vel *Complotum.* SIML.

ARRIACA.] Vel *Attiaca.* SIML.

ARRIACAM M. P. XXII.] *Ptolemaeo esse arbitror in eadem* Carpetanorum *regione, juxta* Complutum, Καρρακκα. SVR.

ARRIACA.] Ptolemaei *Caracca* recte huc refertur: Ravennas L. IV. C. 44. *Juxta civitatem Complutum est civitas, quæ dicitur Caraca.* Nunc *Guadalaiara* in ejus est sede. WESS.

CESADA.] Sic Vaticanus, Ptolemaeo adstipulatus. Ravennati L. IV. C. 43. mendose *Cesara: Hintam* hodie esse ex intervallo colligitur. WESS.

SEGONTIA.] *Segontia XXIII.* vulgata itinerum editio Florentiae anno CIↃIↃXXVI. SCHOTT.

SEGONTIA.] Editus Lugdunensis cum Vaticano & Cusani libro M. P. XXIII. Lud. Nonius Hispan. C. 74. Ptolemaei *Segobricam* eandem atque hanc fuisse decernit, male, ut ego quidem putem: nam ne quid de nominis differentia proferam, diserte eas distinguit Ravennas L. IV. 43 & 44.; & quis est, qui *caput Celtiberiae Segobrigenses* ex Plinio ignoret? WESS.

ARCOBRIGA.] MSS. plerique *Arcobrica* cum Ravennate: tamen Vaticanus *Arcobuga* & sequenti itinere *Arcobriga.* Servat vetusti nominis reliquias in Arragoniæ confinio *Arcos*, uti ad Lucense Concilium G. de Loaisa docuit. WESS.

AQVAE BILBITANORVM.] Vel *Bilbilitanorum.* Bilbilis enim est *Bilbis* Ptolemaeo. SIML.

BILBILIM M. P. XXIIII.] *In vetustis exemplaribus à* Bilbilitanis Aquis Bilbilim *hic milliarium numerus adponitur: nec quemquam moveat, quod multo majus spatium horum milliariorum sit, quam itineris, quod ab* Aquis Bilbitanis, *quibus eadem significatione Mauri* Alhamæ *nomen indidere,* Huermedam *vicum ducitur, in quo* Bilbilitanæ *ruinæ visuntur; neque enim verisimile adparet, ut iter vulgari hac nostra via duceretur, qua montium fauces crepidinesque adeo arctantur, ut pene expeditis equo vehentibus aditus non sit. Ac mihi persuasum est sinistrorsum ab* aquis Bilbilitanis *iter deflexisse, qua veredi liberius commearent. Strabo libro iii. p.* 162. Celtiberorum *præcipuas urbes* Segobrigam (*ita enim legendum, non* Segobrida) *&* Bilbilim *in primis recenset, inter quas Sertorius, & Metellus prælio memorabili conflixerint, quod itidem ab Appiano memoriæ proditum est: cujus auctoritate & Plinii, qui* Segobrigenses *in capite* Celtiberiæ *constituit; & Ptolemaei, qui* Segobrigam *inter* Celtiberiæ *urbes recenset, satis superque Floriani Ocampii error convincitur, qui* Segorbium *oppidum in* Aedetanis *situm, nominis adfinitate,* Segobrigam *esse adseverarit: cujus situs, etsi adhuc mihi incognitus est, pro certo tamen adfirmare possem, ab* Albarrazino *urbe, secundum Tagi ripas, vix* XX. M. P. *abesse.* Bilbili *vero,* Augustae *cognomentum a* Caesare Augusto *inditum, sicuti & insignibus aliis urbibus, cum Hispaniarum provincias bello Cantabrico adiit, existimo; quod innumeris veterum numismatum inscriptionibus adparet, & Martialis ejus oppidi civis carmen testatur, quod obiter corrigemus, fœde depravatum: id enim ejusmodi est L. X. Epig.* 103.

Municipes Augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis.

Pro acri *namque, vox* agri *legitur, & lemma epigrammatis ad* Bilbilitanos agros *inditum est, quasi*

ARCOBRIGA. M. P. XXIII.
AQVAE BILBITANORVM. M. P. XVI.
BILBILI. M. P. XXIV.
NERTOBRIGA. M. P. XXI.
SEGONTIA. M. P. XIIII.

CAE-

quaſi Municipes agri *dici ore latino poſſet, pro* municipales, *cum ab eodem auctore* municipalis urbs *vocetur*, & municipalium rubigo dentium. *Jam vero quam ineptus ſenſus elicteretur, ſi a Poeta* Agrico monte creati *dicerentur, qui adeo aſperrimis crepidinibus eſt circumciſus & confragoſus, ut Paulinus, ad Auſonium ſcribens,* Bilbilim acutis ſcopulis pendentem *recte prodiderit. Ne cui novum & longè petitum videatur, quod Martialis* acrem montem *vocarit, cum à ſummo Poeta* acer equus *dictus ſit, eum advertere velim ab ejusdem ætatis poeta, Papinio Statio, id nomen uſurpatum fuiſſe, cum in Catalogo urbium Bœotiæ, Thebaid. VII. ℣. 345.*

—— Et Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo ——

cecinit. Quod ab Homero Ιλιαδ. β. Ὑάμπολιν ἀμφινέμοντο *editur* ℣. 521. SVR.

AQVAE BILBITAN.] Omnes, quos quidem noverim, *Aquæ Bilbitanorum.* Nunc *Alhama*, voce Arabum, aquas calidas ſignificante, vocant, ut bene Surita. Vide B. Aldrete L. II. Ant. Hiſpan. C. 2.; Cuſani membranæ M. P. XV. adſcribunt. WESS.

NERTOBRIGAM M. P. XXI.] *In Blandiniano* Nitobrica M. P. XXI. *& ſequenti itinere* Nertobrica. *In Neapolitano item* Nitobrica M. P. XI. *& ſequenti itinere* Neſtobrica M. P. XXII. *lib. Hieron. Pauli* Nitobrica XI. *& infra* Nertobrica XXI. *Ptolemaeo in* Celtiberis, Νεργόβεγα, Βίλβις. SVR.

NERTOBRICA.] Ita Ravennas & ſequenti itinere MSS., qui hic *Nitobrica*: Vaticanus *Nitorbriga* & dein *Nertobriga*. Hinc fuerunt Νεργόβεγες, de quibus Appianus Iber. p. 475 & 477.; ſunt enim cum Caſaubono ad Polybii ex Suida fragmenta p. 1532. in Νερτόβεγες commutandi: habet quidem Suidas in μετελοπαθεῖν ex Appiano Νεργόβεγας, ſicuti a Cl. Cellario L. II. G. A. C. 1. p. 128. eſt animadverſum; nec tamen aliud inde collegeris, quam vetus id eſſe mendum: Ptolemaeus enim cum Floro L. II. C. 17. & Cl. Dukeri nota, pariterque Itinerarium & Ravennas *Nertobrigam* ſtabiliunt. Nunc *Almunia* erit, ſi Fr. Bivario in Fl. Dextri Chron. p. 355. fides. WESS.

SEGONTIAM M. P. XIIII.] *In Blandiniano & Neapolitano* Secontia M. P. XVIIII. *& ſequenti itinere* M. P. XIIII. *quem numerum præferendum arbitramur, manſionum habita ratione, quod* Nertobrigam Riclam *hodie appellatam eſſe exiſtimemus. In libris Hieron. Pauli* Segontiæ XIX. *Longoliani libri* Secontia M. P. XXVIIII. *&* XVIIII. *corrigitur. Plinius plures hujus nominis urbes fuiſſe adſerit, & cum hoc itinere duæ recenſeantur, primam* Arevacam *urbem eſſe arbitror, de qua Plinius L. 3. C. 3.* Arevacis, *inquit*, nomen dedit fluvius Areva. Horum ſex populi, Seguntia, & Vxama: quæ nomina crebro aliis in locis uſurpantur, præterea Segovia, & Nova Auguſta, Termes ipſaque Clunia, Celtiberiæ finis. *Eadem urbes à Ptolemaeo in* Arevacis *recenſentur, tametſi* Segontiae *nomen cum cognomento corruptum videtur, legitur enim* Σετοριπάλακτα. *Exſtat in ea* Arevacum *regione urbs, quæ* Segontiæ *nomen retinet, in qua* Segontinæ *Eccleſiæ ſedes præſidet, ſed à vetere* Segontia *eo transſlatam nomen accepiſſe arbitror, & vetuſtam eo loco ſitam fuiſſe, quo nunc* Medina Zelim *cognomine viſitur, in qua vetuſtatis veſtigia adparent, & in* Segontina *urbe nulla. Huc accedit, quod in vetuſto exemplari* Etymologiarum Iſidori *libro XV. cum Hiſpaniæ urbes recenſentur, &* Sagunti *ſit ab eo mentio, in ipſa narrationis ſerie hæc verba adjecta leguntur:* Saguntum ipſa eſt Mitina Zilim juxta Segonciam. *Hujus vero* Segontiæ XVI. M. P. *à* Caeſarauguſta *hoc itinere conſtitutæ, neminem Geographum auctorem mentionem feciſſe video: nam in Bætica Plinius ejus nominis urbem conlocat, & quæ à Ptolemaeo* Peramicæ *cognomento* Segoncia, *in* Vardulis *recenſetur, ea longo regionum tractu ab hac* Segontia *diſſita eſt. Eam tamen ego eſſe arbitror, quæ à Livio memoratur in* Celtiberis *libro XXXIIII. c. 19.*

CAESARAVGVSTA.	M. P. XVI.
ALIO ITINERE AB EMERITA CAESARAVGVSTAM.	M. P. CCCXLIX. Sic.
LACIPEA.	M. P. XX.
LEVCIANA.	M. P. XXIV.
AVGVSTOBRICA.	M. P. XII.
TOLETVM.	M. P. LV.
TITVLCIAM.	M. P. XXIIII.
COMPLVTVM.	M. P. XXX.
ARRIACA.	M. P. XXII.
CESADA.	M. P. XXIIII.
SEGONTIA.	M. P. XXVI.
ARCOBRIGA.	M. P. XXIII.
AQVAE BILBITANORVM.	M. P. XVI.

BIL-

hoc modo. Deinde, *inquit*, audito Segontiæ Celtiberûm omnes sarcinas impedimentaque relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Posteaquam nulla moventur re, persoluto stipendio non suis modo, sed etiam Prætorianis militibus, relictoque omni exercitu in castris Prætorianis, ipse cum VII. cohortibus ad Hiberum est regressus. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. Defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani. *Cum ad* Hiberum *regressum dixit, ex* Celtiberum *regione excessisse indicat: nam* Celtiberos *nulla* Hiberum *parte attingere satis constat: & hæc* Segontia *in confinio* Celtiberûm, & Sedetanorum, *seu* Aedetanorum (*iidem enim populi sunt*) *sita est. Vt mihi videantur* Ruedæ *oppido ad Salonis ripas, hujus* Segontiæ *vestigia contineri: atque ad eum usque locum* Celtiberûm *regionem pertinuisse.* SVR.

SECONTIA.] Placet hoc Vaticano. Jo. Franc. Andrez hujus Segontiæ vestigia haud longe *Rueda* in *Epila* invenit. WESS.

M. P. CCCXLVIIII.] *Legitur in Blandiniano. In Neapolitano, & libris Hieronymi Pauli* CCCXLVIII. *Longoliani libri* CCCXLVIII. & CCCXLVIIII. *corrigunt.* SVR.

M. P. CCCXLVIIII.] Vaticanae Cusanique schedæ CCCXLVIII. M. P.; summam unis M. P. auxit ex MS. suo vir doctus, qui Fabricii exemplar usurpavit. WESS.

CAESAREA AVGVSTA.] Lege perpetuo *Caesarauguſta* per ὑφὲν, una dictione pentesyllaba, è lapidibus antiquis, numis, Aurelio Prudentio & H. Suritae notis, qui domo Caesarauguſta docti viri fuerunt, ut & Ant. Augustinus J. C. egregius & Archiepiscopus Tarraconensis, Jo. Verzoza, poëta Græce doctissimus, Hieron. Blancus historicus, Jo. Costa J. C. & Orator, aliique. SCHOT.

LACIPEAM M. P. XX.] *In Blandiniano, & Longoliano* Lacipea M. P. XX. *Neapolitanum* Lacipea M. P. XV. & *Hieron. Pauli libri* Lacipes M. P. XX. SVR.

LACIPEA.] Memorat hanc Ravennas L. IV. C. 44. Adversaria, quæ Luitprandi nomen mentiuntur, de hoc itinere §. 30. hæc habent: *Via Antonini Emerita Augusta Caesaraugustam sic: Castra Julia, vel Trogilium, posterius nomen retinent Mauri, M. P. M. XVII. Lacippeam M. P. M. XX. nunc Madrigaleum. Laucianam M. P. M. XXIIII. Villare Pedrosi Mauris:* quæ, quod ex cerebro inepti impostoris sint nata, nihil curamus. WESS.

LEVCIANAM M. P. XXIIII.] *Manuscripta, & vulgati libri* Leuciana M. P. XXIIII. *quam eam esse adparet, quæ Ptolemaeo juxta* Augustam Emeritam, *in regione* Lusitanorum Αικινίανα *vocatur: in qua voce mendum inesse arbitror: nam vetus interpres* Lucinniana *vertit, ut merito vetus Itinerarii lectio sit retinenda.* SVR.

LEVCIANA.] Cusani MS. *Lauciana.* Ptolemaei Coislinianus codex Αικινίανα præfert, idque verum arbitrer & a gente *Licinia* dictum. WESS.

AVGVSTOBRIGA M. P. XII.] *Manuscripta,*

BILBILI. M. P. XXIIII.
NERTOBRIGA. M. P. XXI.
SEGONTIA. M. P. XIIII.
CAESARAVGVSTA. M. P. XVI.

ITER AB ASTVRICA CAESARAVGVSTAM. M. P. CCCCXCVII. Sic.

BETVNIA. M. P. XX.
BRIGECIO. M. P. XX.
VICO AQVARIO. M. P. XXXII.
OCELODVRI. M. P. XII.
TITVLCIAM MANSIONIBVS SVPRA SCRIPTIS. M. P. CXCIIII.
CAESARAVGVSTAM MANSIONIBVS SVPRA SCRIPTIS. M. P. CCXV.

ITER AB ASTVRICA PER CANTABRIAM CAESARAVGVSTA. M. P. CCCI Sic.

BRI-

ſcripta, & Longoliani libri Auguſtobrica M. P. XII. *præferunt Hieron. Pauli* Auguſtobricæ M. P. XXII. *Plinio L. 4. C. 22. in* Luſitania *Provincia* Auguſtobrigenſes, *quæ urbs in* Vettonibus *ejusdem provinciæ à Ptolemaeo recenſetur.* SVR.

AVGVSTOBRICA.] Hoc MSS. placet. Refert huc Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 1. p. 74. lapidem milliarium Theſaur. p. CIV. 9.; ſed qui alteram Auguſtobricam, quam ſequenti itinere habebimus, ut è Suritae ad eam commentario apparebit, complectitur. Hæc fuiſſe videtur, ubi *Puente de Arcobispo*, quamquam Hiſpanis nondum convenit. WESS.

TOLETVM.] Quo ſtatu ſeculo IX. fuerit Ovetenſis Concilii Acta tom. III. Concil. Hiſp. p. 159. oſtendunt: *Toletus quippe in ambitu habet V. vel VI. M. P., cujus civitatis ambitus humano artificio actus deſtructus eſt, quia valuit diſſipari a gentibus.* WESS.

COMPLVTVM.] Diſtantia hanc inter & Toletum bene habet. Ildephonſus in Aſturio Toletano: *Nam cum ſedis ſuæ ſacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus Complutenſi ſepultos municipio, quod ab urbe ejus ferme LX. milliario ſitum eſt, Dei Martyres perſcrutari.* WESS.

ARCOBRICA.] Vel *Areobrica*, ut ſuperiore itinere. SIML.

NERTOBRICA.] Superiore itinere *Nitobrica:* alibi *Natobrica.* SIML.

M. P. CCCCXCVII.] *Habet Blandinianum exemplar. In Neapolitano & Hieron. Pauli libris* CCCCLXXVI. *& Longolianis* CCCCXCVII. *&* CCCCLXXVI. *corrigitur.* SVR.

BETANICA.] Vel *Betunia.* SIML.

BETVNIAM M. P. XX.] *In Blandiniano, & Longoliani libris* Betunia M. P. XX. *Neapolitanum* Botimia M. P. *& in libris Hieron.* Botunia M. P. XX. *Ptolemaeo* Βεδούνια, *à qua* Beduneſios *populos deducit.* SVR.

BETVNIA.] Cuſani codex *Betunio*, ſed Vaticanus plane ad Ptolemaei mentem *Eedunia.* WESS.

BRICIO.] Vel *Bricico.* SIML.

BRIGECIVM M. P. XX.] *In Blandiniano* Bricico M. P. XX. *& ſequenti itinere* Brigeco: *In Neapolitano* Britico M. P. XX. *& paulò poſt item* Brigeco, *quod in vulgatis accidit libris: ut dubium non ſit, quin* Brigecium *ſit legendum, nam Ptolemaeo poſt legionem VII. ſtatim ſubditur,* Βεγγακίνων Βεγγάκιον. SVR.

BRIGECIO.] *Briceco* Vatic., *Brigetio* Cuſani MS., *Bricico* margo Fabriciani exemplaris. Ravennas L. IV. C. 45. *Brigition*, unde H. Suritae conjectura confirmatur. WESS.

VICO AQVARIO.] Ita jubent obſoletæ membranæ, neque eſt cur *Aquarum vico* poſtponatur: *Uco aquarum* tamen Ravennas. WESS.

OCELODVRI.] *Ocello duri M. P. XII.* Florentina editio. SCHOTT.

OCELODVRI.] Noſtri codices cum aliis editis aut M. P. XXII. aut XXI. addunt. WESS.

PER CANTABRIAM.] Pergit hoc iter per Vac-

BRIGECIO. M. P. XL.
INTERCATIA. M. P. XX.
TELA. M. P. XXII.
PINTIAM. M. P. XXIIII.
RAV-

Vaccaeos, Arevacos & Celtiberos, nec usquam Cantabros attingit; qui ergo per *Cantabriam?* Thom. Reinesius, qui ad hanc difficultatem animum advertit, *per Celtiberiam* L. I. V. L. C. 25. refingit: obstant quidem & repugnant emendationi omnes, quos quidem viderim, libri; nec ea tamen valida est ad illam convellendam caussa: nam & alibi Cantabria locum Celtiberiæ invasit; ut apud Strabonem L. III. p. 153. de Minio: Ποσειδώνιος δ' ἐκ Καντάβρων τὸν αὐτὸν ῥεῖν φησί, ubi omnino ἐκ Κελτιβήρων legi oportet; & partim quidem, quod res ipsa ita velit, partim etiam Geographus, qui paullo ante Oblivionis amnem ex Celtiberis profluere dixerat. Si cui tamen hoc parum placuerit, dicendum illi cum Pet. de Marca L. I. Hist. Benehar. C. 21. erit, Cantabros ab Agrippa devictos in plana fuisse deductos, atque hæc loca insedisse: prius ex Dione L. LIV. p. 605. conficitur; posterius locorum positio non improbabile reddit. Aliam rationem iniit Arnal. Oinehartus Notit. Vascon. C. 5., Cantabriæque fines longius deinceps prolatos auguratur: qui tamen cum vincere non possit, eas gentes, quas dixi, illis inclusas fuisse, malim in Thom. Reinesii conjectura acquiescere. WESS.

INTERCATIAM M. P. XX.] *Manuscripta exemplaria, & Longoliani libri* Intercatia M. P. XX. *In Hieron. Pauli libris* Intercatiæ M. P. XXII. *Plinius L. 3. C. 3. in* XVIII. Vaccæorum *civitatibus* Intercatienses *commemorat. Ptolemaeo duplex* Intercatia; *prima* Ornacorum *populorum, quam juxta* Beduniam, & Brigaecium *conlocat, & hanc esse proculdubio adparet; & altera Vaccæorum. Strabo auctor est, cum Polybius* Vaccæorum & Celtiberorum *urbes recenseat, cum aliis civitatibus* Segisamam, & Intercatiam *collegisse. De hac* Vaccæorum *urbe mentio fieri videtur in Epitoma Liviana libri* XLVIII. Vaccæos, Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus, L. Pauli F., Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum Tr. mil. occidit: & in expugnatione Intercatiæ urbis majus etiam periculum adiit. *Ita enim in manuscriptis legitur & imperitia librariorum ex* Intercatiæ, Intercaptæ urbis *deduxerunt. Inde Plinianum illud lib.* XXXVII. *C.* 1. Est apud auctores, & Intercatiensem illum, cujus patrem Scipio Aemilianus ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie signasse, vulgato stylo, plerumque incommodum valere aliquid: non enim hoc fuisse acturum eum, si Scipio à patre ejus interemptus esset. *Insignis levitas & insscitia alicujus Ferdinandi Pintiani discipuli eum in errorem induxit, cum in Annotationibus in Plinii tertium librum, monet* Intercatenses, *non* Intercatienses *scribendum, ex monumento ut ipse ait antiquissimo, quod usque in hodiernum diem legitur* Cluniæ. *In eo enim monumento, quod nos vidimus, ejusmodi est inscriptio, quæ minime animadversa fuit, in radice turris Ecclesiæ* D. Mariæ, *cognomento* de Rebilla, *extra* Cluniam *oppidum*

ATTVAE. BOV
AE. BOV. F.
INTERCATIENSI
AN. XXXII.
AIVS. ATONIVS
VXO. S. F. C.

SVR.

TELAM M. P. XXII.] *In hanc lectionem & manuscripta exemplaria, & vulgati Hieronymi Pauli & Longoliani libri consentiunt. Eam urbem suspicor designari, quæ à Ptolemaeo in* Vaccæis Γέλλα *cognominatur; plerumque enim usu venit, ut* T. *pro* Γ. *& è conversò permutentur: quod in eodem accidit Ptolemaeo: nam in regione* Capetanorum Ἐπέλεσα *legitur, pro* Ἐγέλεσα. *Adde quod & vetus Ptolemaei Interpres,* Pellam *vertit, non* Gellam. SVR.

TELA.] Ptolemaeum, prorsus uti Surita, emendat Fr. Bivarius in Fl. Dextri Chron. p. 319.: me, quominus sine hæsitatione corrigentibus accedam, Ravennas cohibet, qui L. IV. C. 45. *Gelam* in hac ora agnoscit. WESS.

PIN-

RAVDA CLVNIAM. M. P. XXVI.
VASAMAM. M. P. XXIIII.
VOLV-

PINTIAM M. P. XXIIII.] *In Bland.* Pintiam M. P. XXIIII. *& Hieron. Pauli, & Longoliani libri. In Neapolitano* Pinteam M. P. XXIIII. *Hæc* Vaccæorum Pintia *eſt Ptolemaeo, quam ex itinere hoc, quod* Cantabriam *attingere poſitum eſt, diverſa regione contineri, quam* Valliſoleti *oppidum, neceſſario videtur, & dextrorſus* Vallem oleti, *per aliquot milliaria derelinqui. Multo enim plura milliaria* Vallem oleti & Raudam (*ea enim* Aranda *ad* Durii *ripas eſt*) *interſunt, quam hoc itinere propoſita videntur* Pintia Raudam: *tametſi numeri manſionis* Raudæ *intermiſſi ſunt. Altera* Pintia *Ptol. in* Gallaicis Lucenſibus *conſtituta eſt, atque hæc mihi potius videtur oppido* Pennafieli *convenire.* SVR.

PINTIA.] Hiſpanorum plerique H. Suritam deſerunt, & *Valliſoletum* Pintiæ ſedem occupare arbitrantur. Vide Marianam L. X. C. 7. & L. Nonium Hiſpan. C. 56. WESS.

RAVDA CLVNIA.] In Schudii exemplari duæ manſiones ſunt *Rauda M. P. XI. Clunia XVI.* Utriusque Ptolemaeus meminit. Cluniae Plinius, *finem Celtiberiæ* vocans, a qua *Clunienſis conventus* nomen habet. SIML.

RAVDAM **] *In Bland. exemplari, & Long. libris* Rauda cluniam M. P. XXVI. *legitur. In Neapol.* Rauda dumia M. P. XXVI. *& in Hieron. Paulli libris* Rauda Cluniæ M. P. XVI. *& manifeſtè adparet inſcitia librariorum, ex duabus manſionibus, unam conflatam.* Raudæ *enim Ptol. in* Vaccæis *meminit, quæ nunc* Aranda *cognominatur, quam* Raudam *vocatam* Regum Legionenſium *tempore conſtare video: nam in vetuſto exemplari rerum à* Legionenſibus Regibus *geſtarum, ſine auctoris nomine, hæc legimus in rebus geſtis à* Rammiro *Rege* Legionenſi, *qui* Caeſarauguſtam *à Sarracenis vi expugnavit*, Tunc temporis populavit Rodericus Comes Amaiam. Didacus etiam Comes populavit Burgis per juſſionem Regis. Populavit etiam Munio Muniæ Raudam, & Gondiſalvus tollit Exomam, & Gundiſalvus Ferdinandi Axeam, Duniam & S. Stephanum. *Ea vero* Dunia *corruptè ſcribitur, pro* Clunia. *Neque veriſimile erat*, Cluniam, *celeberrimam ac primariam Hiſpaniarum urbem, & cui tot civitatum conventus attributus fuit, hoc Itiner. fuiſſe prætermiſſam: cum reliquæ omnes urbes, cui conventus fuere attributi, hoc Itinerario recenſeantur, & obeantur.* Juridici *enim* conventus *univerſæ* Hiſpaniæ citerioris vii. *à Plinio commemorantur L. 3. C. 3.* Tarraconenſis, Carthaginienſis, Caeſarauguſtanus, Clunienſis, Aſturicenſis, Lucenſis, & Bracarenſis. Vlterior *itidem provincia in totidem conventus dividitur. Nam quattuor* Bæticæ *fuere attributi*, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis, *& Luſitaniæ iii.* Emeritenſis, Pacenſis, & Scalabitanus: *neque ulla harum civitatum hoc Itiner. prætermiſſa, tametſi Antonini Pii Auguſti imperio earum Provinciarum veterem formam mutatam fuiſſe videamus.* Cluniæ *Sueton. & Plut. in* Galbæ *vita meminere. Dion lib. xxxviiii. p. 129. auctor eſt* Metellum Nepotem Cluniam *oppugnantem à* Vaccæis *fuiſſe devictum, & urbis fuiſſe potitos. Nummi extant in numeri, cum ejus urbis inſcriptione, & iiii. virorum nominibus, qui quotannis urbis adminiſtrationi admovebantur, quam ego à* Germanis *aut primis* Gothorum *incurſionibus una cum* Numantia, & Auguſtobriga, Arevacum *urbibus, deletam fuiſſe exiſtimo.* SVR.

RAVDA CLVNIAM.] Ita excerpta codicum. Putem indicari, *Raudam* eſſe transeundam, quo *Cluniam* perveniatur: neque enim inſolens in Itinerario hoc eſt. Cluniæ diſtincta mentio eſt in Oxomenſis & Aucenſis epiſcopatus diviſione, quam ad Lucenſe Concilium G. de Loaiſa p. 308. vulgavit: pauca tibi inde exſcribam; *Et ſicut aqua ipſa currit & labitur in Arandam, aqua, quæ diſcurrit per Cluniam usque ad Pennam de Aranda, donec labitur in fluvium Dorium, & omnes villæ ex hac parte fluminis Arandæ.* Nunc Cluniam *Crunna del Conde* eſſe ferunt, quem ſitum vehementer vereor, ut ea, quæ excerpſi, firmare poſſint. WESS.

VASAMA.] Vel *Veſana*, vel *Vana.* SIML.

VXAMAM M. P. XXIIII.] *In Blandiniano* Vaſanam M. P. XXIIII. *& in Neapol.* Vaſaniam M. P. XXIIII. *Hieron. Pauli libri* Vaſaniam M. P. XXXIII. *Longol. libri* Vaſaniam M. P. XXIII. *&* Veſaviam *corrigitur. Ex ipſo itinere ſatis conſtat* Vxamam *legendum, quæ in* Arevacis *à Plinio L. 3. C. 3., & Ptolemaeo conſtitur: cujus hodie veſtigia exſtant & parietinæ ad* Caſtellum Caſtri *cognomento, quod* Oſmæ *imminet*

VOLVCE.	M. P. XXV.
NVMANTIA.	M. P. XXV.
AVGVSTOBRIGA.	M. P. XXIII.
TVRIASSONE.	M. P. XVII.

CA-

minet: & cum plures ejusdem nominis Vxamæ *fuerint, ut Plinius teſtatur, à Ptolemaeo cognomentum huic adjicitur* Οὔξαμος Ἀρμίλλα. Vxamam *à Cn.* Pompejo *fuiſſe everſam, Oroſius auctor eſt.* SVR.

VASAMAM.] Turpiſſima hic veteres libros invaſit diſcordia; quod ſecuti ſumus in edito Baſilienſi & Vaticano ineſt: Fabriciano exemplari, cui Caeſaraug. Schotti aſſentitur, adſcriptum eſt, *Vaſanam M. P. XXIIII.* Cuſani ſchedæ *Vaſaniam M. P. XXXIV.* præferunt, *Vanam* M. P. XIIII. Lugdunenſis editio. Videntur olim MSS. *Vſamam* habuiſſe pro *Vxama*, indeque omnis illa dein nata differitas. Simile peccatum ex Silio L. III. 384. feliciſſime N. Heinſius eluit. WESS.

VOLVCEM M. P. XXV.] *In Bland.* Voluce M. P. XXV. *& Neapol.* Voluce M. P. XV. *Hieron. Pauli libri,* Volunæ M. P. XV. *& in Longol.* Voluce M. P. XXV. *&* XV. *corrigitur: mihi haud dubiè id oppidum eſt, quod Ptolemaeo in* Arevacis Οὐέλλικα *ſcribitur: & itidem ex milliariis dimenſionibus, quæ* Vxama Numantiam *numerantur,* Canatannaciorem *oppidum eſſe adfirmare poſſumus.* SVR.

NVMANTIAM M. P. XXV.] *Manuſcripta exemplaria, & vulgati libri, in hunc numerum rectè conſentiunt. Plinius L. 3. C. 3.* Numantinos, Pelendonibus Celtiberorum *populis attribuit: in quorum regione* Durius, *amnis ex maximis Hiſpaniæ, ortus juxta collem, in quo ſita erat, delabitur: & in eo nullæ ejus cadaveris reliquiæ viſuntur. Ptolemaeus* Numantiam Arevacis *attribuit. Strabo L. 3. p. 162.* Numantiam *à* Caeſarauguſta *abeſſe ad ſtadia ισccc. perhibet; quorum ratio, cum numeris harum manſionum conferenda non eſt, quod viæ hæ per diverticula quædam manſionum ducerentur, quod ſæpè admonuimus.* SVR.

NVMANTIA.] Celeberrimam urbem inſtauraſſe Galbam ferunt ob Seguini numum, qui *GALBAM IMP.* & *RESTIT. NVM.* præfert; nec citra dubium tamen ea eſt conjectura, ſiquidem & *NVM.* aliud adſignificare poſſit, quo de Ezech. Spanhemius Diſſert. XIII. de V. & P. Numiſ. p. 625. De Numantiæ ſitu non minor eſt controverſia, qua poſt bene longam diſputationem examinata, Bern. Aldrete L. I. Ant. Hiſpan. C. 6. &c. rudera & parietinas urbis quærenda *Soriæ* circave eſſe, nec longe a Durii fontibus, decernit. Jam quod Strabonem ſpectat, ſi cum Caſaubono ὀκτακοσιέας legeris, ejus verba rationem M. P. non conturbabunt. WESS.

AVGVSTOBRIGAM M. P. XXIII.] *In Blandiniano* Auguſtobriga M. P. XXIII. *In Neapolitano* Auguſtobrica M. P. XXIIII. *& in Hieron. Pauli libris,* Auguſtobricæ M. P. XXIIII. *Longoliani libri* Auguſtobrica M. P. XXIII. *ſed* XXIIII. *corrigitur. Blandiniani lectio meritò præferenda eſt, quod eo numero rectè itineris ſumma* M. P. CCCI. *conficiatur. Hæc autem* Auguſtobriga *eſt, quæ a Ptolemaeo in* Pelendonibus *conſtituitur, cujus ruinæ in oppido* Muro VIII. M. P. *ſupra urbem* Agredam *viſuntur in via hac conſulari, in qua lapides vidimus anno M. D. xlvii. nomen urbis ejus ſuis milliariis præferentes: qui indicant initia milliarium ab* Auguſtobriga *duci* Numantiam *verſus, quamvis iter ab Antonino ab Aſturica* Caeſarauguſtam *ducatur. Ad* II. *Milliaria, à vico, qui* Murus *appellatur,* Numantiam *verſus, in media via erecto lapide, hæc legitur inſcriptio:*

.....CAESAR....
....TRAIANVS....
PONT. MA.
TR. POT. PP.
CIT. AB
M. P. II.

In Eccleſia vici, quem Pozo *vocant, ante fores Eccleſiæ, dejectus lapis viſitur, cum hac inſcriptione:*

..CAESAR
CLV.....
PONTIFE.....
P. XXX.....
...A AVGVSTOBRIGA
M. VIIII.

Supra

CARAVI. M. P. XVIII.
CAESARAVGVSTA. M. P. XXXVII.
ITER A TVRIASSONE CAESARAVGVSTA M. P. LVI. Sic.
BALSIONE. M. P. XX.
AL-

Supra vicum Pozo *cognominatum, Numantiam versus, in media via erectus lapis cum hac inscriptione:*

IMP. CAESAR NER
VA TRAJANVS
AVG. GER. PONT. MAX.
TRIB. POT. PP. COS. III.
FECIT. AB. AVGVSTOB.
M. P. X.

SVR.

AVGVSTOBRIGA.] Membranaceus Cusani liber *Augustoduca M. P. XXIV.*, ceteri vulgatum retinentes M. P. XXVII. adponunt. In ejus situ Surita, Amb. Morales atque alii concordant. Vid. B. Aldrete L. I. A. H. C. 7. WESS.

TVRIASONEM M. P. XVII.] *In Blandiniano, & Hieron. Pauli libris* Turiassone M. P. XVII. *& in Neapolit.* Turiasone M. P. XVII. *Longoliani libri* Turiassone M. P. XIIII. *&* XVII. *corrigitur. Vrbs celebris, nomen retinens, quam Plinius L. 3. C. 3.* Vasconum *regioni attribuere videtur.* Oscenses regionis Vascitaniæ (*ita enim legendum, non* Vescitaniæ) Turiasonenses, Latinorum veterum Cascantenses; Cascantum *enim, ut supra monuimus, ad* Vascones *item pertinet. A Ptolemaeo verò* Turiaso *in* Celtiberum *regione constituitur. Reperiuntur complures nummi ænei, qui nomen* Turiasonis *præferunt: sed hi magis insignes: in quodam visitur capitis fœminæ effigies cum hac inscriptione* SILBIS: *ut numinis alicujus nomen esse videatur: in aversa parte viri equitantis imago, protenta dextera, habitu, qui in statuis, ut Quintilianus inquit,* pacificatoris *esse solet, & infra equi pedes* TVRIASO. *in alio* Augusti *facies, cum hac inscriptione,* IMP. AVGVSTVS P.P. *& in aversa parte, in media area* coronæ civicæ *hæ literæ, quæ municipium fuisse docent,* MVN. *& infra eas litteras* TVRIASO. SVR.

TVRIASSONE.] Universi hoc amplectuntur libri, quamquam in M. P. non satis concordes: margo enim Fabriciani libri XIV. M. ostentat, cum reliqui XVII. M. præoptent. Ravennas *Turiasson,* Usuardus prid. Idus Novembr. *civitas Tirassona.* Idatius An. XXV. Theodosii Imp. *Basilius ob testimonium egregii ausus sui congregatis Bacaudis in Ecclesia Tyriassone fœderatos occidit:* ubi Bacaudæ illi dicuntur, qui arma, ut se suaque contra magistratuum violentiam tuerentur, induerant, ut ex Salviano L. V. de Gubern. Dei. p. 191. notum est. Orti sub Diocletiano in Gallia & per agros vicosque spargi cœpti sunt. Κατ' ἀγρούς τε καὶ κατὰ κώμας, inquit Eusebius Orat. de laud. Constantini p. 647., ξιφηφορεῖν τοὺς γεωπόνους· καὶ μᾶλλον τοῦ πρὸς γεωργίαν ὀργάνων τὰς ἐνόπλους κεκτῆσθαι παρασκευάς. Inde tanquam contagio Hispaniam invasit; quare *Bacaudas Tarraconenses,* & *Bacaudas Aracellitanos* idem Idatius memorat. Verum in viam. Nunc *Tarazona,* nomine paullum immutato, dicitur. Vid. Nonium Hisp. C. 76. WESS.

CARAVI M. P. XVIII.] *Præfert Bland. exemplar. In Neapolitano* Caravia M. P. XVIII. *& in Hieron. Pauli libris* Caraviæ XVIII. *Longoliani* Caravi M. P. XVIIII. *&* Caravia *corrigitur: cujus mansionis vestigia nulla reperio.* SVR.

CARAVI.] *Caravia* editus Basiliensis & scriptus Cusani, ceteri *Caravi M. P. XVIII.* Credo eam esse, quam Appianus Iber. p. 468. Κάραβιν πόλιν, ἡ Ῥωμαίων ἦν φίλη, *urbem Carabin, Romanis amicam,* appellat. WESS.

CAESARAVGVSTAM M. P. XXXVII.] *In Blandiniano & Longoliano auferendi casu* M. P. XXXVII. *& in Neapolitano* M. P. XXVIII. *In Hieron. Pauli libris* Caesaraugustae M. P. XXXVII. SVR.

BALSIONEM M. P. XX.] *Blandiniano* Balsione M. P. XX. *& infra* Bellisone *& in Neapolitano* Belsione M. P. XX. *& infra* Bellisono. *In Hieron. Pauli libris hoc iter non habetur, & infra* Bellisono, *sed* Balsionis *nomen proximè mihi videtur accedere ad nomen oppidi* Βέλσινον, *quod primum juxta* Turiasonem *in* Celtiberis *à Ptolemaeo constituitur, ut dubium non sit, quin idem videatur.* SVR.

BALSIONE.] Ravennas L. IV. C 43. *Juxta Caesaraugustam ponitur civitas, quæ dicitur Belsione:* unde arbitrer in Ptolemaeo Βελσιὼν

ALLOBONE. M. P. XX.
CAESARAVGVSTA. M. P. XVI.
PER LVSITANIAM AB EMERITA CAESARAVGVSTA. M. P. CCCCLVIII. Sic.
CONTOSOLIA. M. P. XII.
MIROBRIGA. M. P. XXXVI.
SISALONE. M. P. XIII.

CAR-

olim fuiſſe. Nunc *Boria* erit, ſi Bivarius ad Dextri Chron. p. 285. non fallit. WESS.

ALABOVE.] Vel *Alabona*, vel *Alona*. SIML.

ALLOBONEM M. P. XX.] *In manuſcriptis* Allobone M. P. XX. *In Longol.* Allone. *Si milliaria numeres, quæ* Allobone Caeſarauguſtam *numerantur, nulli dubium erit, quin id oppidum ſit, quod* Alagonem *dicimus: cujus Eccleſia, cum Archidiacono* Caeſarauguſtano *attributa ſit, in vetuſtis ejus dignitatis monumentis reperitur nuncupari* Alavonenſis Archidiaconus *pro* Alobonenſis; *familiari enim errore mutantur B in V. & contra. Præterea idem oppidum eſſe arbitror, quod ultimum in* Vaſconum *regione in vulgatis libris à Ptolemaeo* Ἀλαυῶνα *nuncupatur: & ſi ex nomine conjectura capienda ſit, ut mihi perſuaſum eſt, operæ pretium erit noviſſe,* Vaſconum *fines ad eum usque locum protendi: cum* Caeſarauguſta Aedetanorum *regionis primaria ſit, qui* mare internum *attingunt: quemadmodum &* Vaſcones Oceano *alluuntur.* SVR.

CONTOSOLIAM M. P. XII.] *Manuſcripta exemplaria & vulgati libri* Contoſolia M. P. XII. *cujus manſionis nullam reperi mentionem fieri.* SVR.

MIROBRIGAM M. P. XXXVI.] *In Blandiniano* Mirobrica M. P. XXXVI. *In Neapolitano* Mirobrica M. P. XVI. *In Hieron. Pauli libris* Mirobricæ M. P. XXVI. *& in Longolianis* Mirobrica M. P. XXXV. *&* XXVI. *corrigitur. Plinius L. 3. C. 1.* Mirobrigam *conventus* Cordubenſis *recenſet, & alteram ad Oceanum* Luſitaniæ, *& in eadem* Luſitania Mirobrigenſes, *qui* Celtici *cognomantur. Ptolemaeo item in* Celticis *Luſitaniæ* Μιρόβριγα *recenſetur, & altera in* Oretanis, *quam ego hoc itinere adpoſitam crederem.* SVR.

MIROBRIGA.] Ita Vaticanus. Cuſani MS. *Merobrica M. P. XXVI.* Μιρόβριγα Palat. & Coislin. Ptolemaei codex. *ORDO MEROBRIG.* & *MIROBRIGENSIVM MVN.* in Gruterianis inſcriptionibus p. LXXVI. & CCLVII. legun-

tur, nec tamen, ad quam pertineat Mirobrigam, promptum eſt indicare. WESS.

SISAPONEM M. P. XIII.] *Manuſcripta exemplaria & libri vulgati* Siſalone M. P. XIII. *Plinio L. 3. C. 1. in* Celticis Beturiæ *regionis* Alpeſa Seppone, *in vetuſtis exemplaribus:* & Siſapona *corrigitur à quibusdam, non ſine ejusdem auctoris expoſita ratione: libro enim XXXIII. C. 7.* Siſaponenſem *regionem* Bæticæ *attribuit, cum de Minio agitur. Referam integrum locum, quòd Ciceroni Philippicæ ſecundæ C. 19. magnam lucem adhibeat: Ita enim inquit:* Sed neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hiſpania: celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo vectigalibus P. R., nullius rei diligentiori cuſtodia. Non licet id ibi perficere, excoquique. Romam perfertur vena ſignata, ſad dena millia fere pondo annua. Romæ autem lavatur, in vendendo pretio ſtatuta lege, ne modum excederet LXX. M. libras. Sed adulteratur multis modis, unde præda ſocietati. *Et paulo inferius,* Siſaponenſibus autem minariis ſuæ venæ harena ſine argento excoquitur. *Eam ſocietatis prædam objicit Cicero M. Antonio cum inquit:* Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres, præter unum Miſenum, quem tu cum ſociis, tamquam Siſaponem, tenebas? *De his* Siſaponenſium miniariis *locutum fuiſſe Vitruvium adparet:* Quæ autem, *inquit libro VII. C. 9.* in Epheſiorum metallis fuerunt officinæ, nunc trajectæ ſunt ideo Romam, quod id genus venæ poſtea eſt inventum Hiſpaniæ regionibus, quibus metallis glebæ portantur & per publicanos Romæ curantur. Eæ autem officinæ ſunt inter ædem Floræ, & Quirini. *Strabo in locis ad* Ilipam *ſpectantibus maximam vim eſſe argenti nec non ad* Siſaponem *refert: & utrumque his temporibus manifeſtè adparuit, argentariis ditiſſimis ad* Guallalcanalem *effoſſis, & argenti vivi effoſſionibus ex* Siſaponenſibus *ſecturis, quibus* Almadeni *hodie nomen inditum eſt, ſocietati* Fuggerorum

ad-

CARCVVIVM.	M. P. XX.
AD TVRRES.	M. P. XXVI.
MARIANA.	M. P. XXIIII.
LAMINI.	M. P. XXX.
ALCES.	M. P. XL.
VICO CVMINARIO.	M. P. XXIIII.

TITVL-

addictis, ex quarum locatione ingentes summæ comparantur: quod argentum vivum innumeris rebus ad usum sit expeditum; nam neque argentum, neque æs, sine eo potest rectè inaurari. Ptolemaeo non in Bætica, *sed in* Oretanorum *regione citerioris provinciæ* Σισαπὼν *constituitur: quorum fines* Beticam *attingunt: ut mirum non sit à Plinio* Sisaponensem *regionem in* Bætica *conlocari.* Svr.

SISALONE.] Summo consensu omnes MSS., a quibus dissentire non placuit, id præferunt. Non quidem elegantia Suritae conjecturam, sed certa veritas destituit: verus enim Sisaponis situs in obscuro est. Scio Plinii & Strabonis Sisaponem quæri, ubi *Almadenum* est, nec ferre tamen itineris ductus poterit, ut cum hac mansione componatur; nedum ut *Saepo*, quam Plinius in Celticis Bæturiæ locat, eadem ac Sisapo sit: distinguitur enim ab eodem Plinio a Sisapone, estque Sæponis situs non male fixus a R. Caro L. III. Ant. Hispal. C. 63., quem vide. Si cui tamen *Sisapone* hoc loco placuerit, arripienda erit Σισαπὼν Ptolemaei in Oretanis & a Pliniana & Strabonis disjungenda. Ciceronis de Sisapone verba Surita de Hispanensi recte accepit, penitius tamen in Oratoris sententiam mihi penetrasse visus est Turnebus L. X. Adverss. C. 12. Wess.

LARCVRIM M. P. XX.] *Manuscripta, & libri vulgati, quorum conlatione utimur,* Carcuvium M. P. XX. *præferunt: & ego* Larcurim *legendum arbitror, & apud Ptolemaeum in* Oretanis Λαρκυρὶς *pro* Λακυρὶς. *In vetusti inscriptione lapidis* Malagone *in eadem* Oretanorum *regione legi* P. CORN. LARCVRITANVM: *ut hunc Antonini locum corrigere non dubitem: nam hodie nomen retinet &* Alarcos *vocatur. Ptolemaeo in Carpetanorum regione recensetur* Ἰλαρκυρὶς. Svr.

CARCVVIVM.] Hoc omnibus itidem libris, quorum excerptis utimur, probatur. Sitne *Larcuris* sive *Lacuris* Ptolemaei, quæ Suritae suspicio, an ejusdem Geographi *Ilarcuris*, de qua Cellarius L. II. G. A. C. 1. p. 123. cogitabat, non finivero. Potuit enim ex earum numero mansionum esse, quas alii ob ignobilitatem præterierunt: atque hoc a vero non prorsus alienum erit, si *Caracuel*, ut Jo. Mariana tradidit, Carcuvii reliquias & nomen retineat. Wess.

LAMINIVM M. P. XXX.] *In* Carpetanis *nobile quondam oppidum* Laminium *à Ptolemaeo conlocatur; unde Plinio L. 3. C. 3.* Laminitani *populi citerioris provinciæ cum* Egelestanis *&* Ilercitanis *recensentur, & libro 36. C. 22.* cotes Laminitanæ *ex Hispania citeriore, vetustis etiam exemplaribus refragantibus, in quibus* Flaminitanæ *legitur.* Laminiobrensis *Episcopi in subscriptionibus Episcoporum Hispaniarum provinciarum sit mentio.* Svr.

LAMINI.] Sic Parisinus & margo Fabriciani exemplaris; ceteri *Lamim* cum Ravennate L. IV. C. 44. Schottus *La mancha* ab Hispanis censeri monuit. Vid. Fr. Bivarium ad Fl. Dextri Chron. p 126. Wess.

ALCES M. P. XL.] *Præferunt manuscripta exemplaria, & vulgati libri, neque quidquam, quod ad hanc mansionem pertineat, reperio.* Svr.

ALCES.] Assentior Abram. Ortelio, *Alcen urbem*, quam Gracchus apud Livium L. XL. C. 48. & 49. expugnat, esse arbitrato. Wess.

VICVM COMINARIVM M. P. XXIIII.] Vico Cominario M. P. XXIIII. *præferunt eadem exemplaria, & vulgati libri.* Cuminarium vicum *legendum existimant, quod exstare adserant oppidulum in hujus vici vestigiis, in cujus agro* cuminum *latissime proveniat.* Svr.

VICO CVMINARIO.] Cumini lætus in Carpetanis fuit proventus; Plinius L. XIX. C. 8. *Cuminum in Carpetania nostri orbis maxime laudatur.* Vico hinc nomen venisse credibile fit, præsertim cum *Santa Cruz de la Zarza*, quæ vici locum occupare dicitur, etiamnum

TITVLCIAM. M. P. XVIII.
CAESARAVGVSTAM MANSIONIBVS SVPRA SCRIPTIS. M. P. CCXV.
ITER A LAMINIO TOLETVM. M. P. XCV. Sic.
MVRVM. M. P. XXVII.
CONSABRO. M. P. XXVIII.
TOLETVM. M. P. XL.
ITEM A LAMINIO ALIO ITINERE CAESARAVGVSTAM. M. P. CCXLIX. Sic.
CAPVT FLVMINIS ANAE. M. P. VII.
LIBISOSIA. M. P. XIIII.
PA-

uberrimo cumini proventu ſit celebris. Ceterum *Cominario vico* MSS. præter Pariſinum, cui non diſplicet vulgatum. WESS.

LIMINIVM.] Vel *Lamenium.* SIML.

ITER A LAMINIO.] *A Limio* ſchedæ Cuſani, at mox *Laminio*, quod reliquis probatur. WESS.

MVRVM.] Alias *Aurum.* SIML.

MVRVM M. P. XXVII.] Sic MSS.; tamen Lugduni M. P. VII., Baſileae M. P. VII. 17. appoſuerunt. Ravennati L. IV. C. 44. *Moroin.* Forte, modo ne *Morum* ex Ravennate ſcribi debeat, *muri* vocabulo arx & propugnaculum indicatur, ut in Horatiano, *hic murus aheneus eſto*, & Piſoniana Ciceronis C. 4. *propugnacula murique tranquillitatis atque otii*; quo uſu Graecis τεῖχος pervulgatum eſt. Oppianus L. V. Hal. 45.

Ἐυμμέες βασιλῆες, Ὀλύμπια τείχεα γαίης.

ſed de eo commodiore loco ad Hieroclem. WESS.

CONSABRVM M. P. XXVIII.] *In manuſcriptis exemplaribus* Conſabro M. P. XXVIII. *Hieron. Pauli libri* Conſabrum M. P. XXVIII. *& Longol.* Conſobro *præferunt. Plin. L. 3. C. 3.* Conſaburenſes *cum* Baſtitanis *&* Dionenſibus *recenſet. Permanent nominis veſtigia, juxta ejus oppidi ruinas:* Conſuegra *enim nuncupatur.* SVR.

CONSABRO.] Vaticanus *Conſabro M. P. XXIIII.*, ſed a ceteris deſtitutus, quippe vulgatos numeros amplexis. *Conſabron* pro *Conſaburo* Ravennas quoque: cives atque urbis incolas *Conſaburenſes* P. Scriverius Frontino L. IV. Stratag. C. V, 22. felici opera reſtituit. WESS.

TOLETVM.] Lugduni & Baſileae M. P. XLIIII. adjunxerunt, non improbata Vaticano & Pariſino MSS.; notat tamen poſterioris margo *hic IV. ſupereſſe.* WESS.

CAPVT FLVMINIS ANAE M. P. VII.] *Edunt eadem exemplaria, & vulgati libri; quæ milliaria ſatis indicant* Laminitanæ urbis *ſolum. Plin. non minus mirabili eloquentia* Anæ fluminis *ortum, & curſum, quam ipſe admirandus eſt, expoſuit*, Siquidem, *inquit L. 3. C. 1.*, Bæticæ latere Septentrionali prætenditur Luſitania, amne Ana diſcreta. Ortus hic Laminitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modo ſe in ſtagna fundens, modo in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. *Cui tantum hoc itinere tributum eſt, ut &* caput *amnis, & ejus curſus indicentur.* SVR.

LIBISOSIA.] Vel *Liboſia.* SIML.

LIBISOSAM M. P. XIIII.] *In Bland.* Liboſoſia M. P. XIIII. *& in Neapol.* Libiſoſia M. P. XIIII. *& in Hieron. Pauli libris* Libiſonæ M. P. XIIII. *& in Longol.* Liboſia M. P. XIIII. *Plin. L. 3. C. 3. in vetuſtis etiam exemplaribus inter populos, qui* Carthaginem *convenerant*, Libiſoſona *cognomine* Foro auguſtana *commemoratur. Ptolemaeus in* Oretanis *proxime ad veri nominis ſcripturam accedit* Λιβισόνα *pro* Λιβισόσα, *quemadmodum vir magni ingenii, & inſignis eruditionis, Frias Albornozius ſcribendum ex vetuſto monumento admonuit: hodieque ejus ruinas extare in oppiduli agro, quod* Lebazuza *cognominatur.* SVR.

LIBISOSIA.] Ita MSS., præter eum, quo priſtinus libri Fabriciani poſſeſſor uſus eſt, *Liboſoſia* præferentem. Ravennati *Libinoſa. CO-*

LO-

PARIETINIS.	M. P. XXII.
SALTICI.	M. P. XV.
AD PVTEA.	M. P. XXXII.
VALEPONGA.	M. P XL.
VRBIACA.	M. P. XX.
ALBONICA.	M. P. XXV.
AGIRIA.	M. P. VI.
CARAE.	M. P. XX.
SERMONE.	M. P. VIIII.

CAE-

LONIA LIBISOSANORVM fuit in monumento, de quo Surita. Vid. Gruterianum Thesaur. p. CCLX. 3. WESS.

SALTICI M. P. XV.] *Habet Bland. exemplar & Neapol.* Saltici M. P. XII. *Hieron. Pauli libri* Saltici M. P. XVI. *& Longoliani* Saltici M. P. XV. *&* XVI. *corrigitur. Idem videtur oppidum esse, quod à Ptolemaeo in* Oretanis *juxta* Libisosam Σάλικα *nuncupatur; ut in alterutro mendum irrepserit.* SVR.

SILTICI.] Cusani codex *Saltici M. P. XVI.*, ceteri uno minus. Adversaria Luitprandi §. 34. in castigatioribus Antonini exemplaribus *Saltiga* legi produnt. Puto Higuerram ex Ptolemaeo hausisse, qui tali nomine in Bastitanis urbem locat. WESS.

AD PVTEAL M. P. XXXII.] *In Blandiniano exemplari, & Longolianis libris* Ad putea M. P. XXXII. *In Neapolitano* A putea M. P. XVI, *& in Hieron. Pauli libris*, A puteæ M. P. XXXII. *quare* ad Puteal *subsitui.* SVR.

AD PVTEA.] Universi, quos quidem noverim, hoc edunt MSS., neque causam reperire possum, quamobrem *ad Puteal* Surita maluerit; nam Adversariorum Luitprandi fictorem & *ad Putealia* scribentem locumque fabulis replentem nihil moror; existimavitne *putea* Latinis esse ignota? quorum exempla apud Nonium & in jurisconsultorum fragmentis durant plurima: Ravennas L. IV. C. 44. *puteis altis.* WESS.

VALEPONGAM M. P. XL.] *In Blandiniano, & Longoliano* Valeponga M. P. XL. *& in Neapolitano* Valebiniga M. P. XXXII. *Hieron. Pauli libris* Valle longe XL. SVR.

VALEPONGA.] Conspirant in voce ita scribenda MSS.; *Vallem longam* Adversaria Luitprandiana ex Hieron. Paulli, ut suspicor, libro. Abram. Ortelius *Vallis*ne *Ibana* sit, cujus ea a Pithoeano Ludovici Pii vitæ scriptore p. 350. natura perhibetur, ut in profundo posita hinc inde præruptis montibus cingatur, quærit. Mihi non liquet. WESS.

VRBIACA.] XXV. M. P. cum Vaticano Lugdunensis editus adscribit, ceteri XX. M. Fortasse *oppidum* est *Hispanum, Urbicua nomine* apud Livium L. XL. C. 16. WESS.

ALBONICA.] *Allaboricum* M. P. XXV. ficta illa Adversaria, haud scio è quo fonte: nostri certe libri repugnant. WESS.

AGIRIA.] Eadem Adversaria *Argiriam.* Vaticanus M. P. III. cum Lugdunensi libro: alii VI. M. P. WESS.

CARAS M. P. XX.] *In Blandiniano, & Longolianis libris, & Hieron. Pauli* Care M. P. XX. *& in Neapol.* Care M. P. XVI. SVR.

CARAE.] Probant hoc vetusti codices: tamen Adversariorum falsarius *Carenas* vel *Callete M. P. XX.*, quod sibi cum reliquo nugarum apparatu habeat. WESS.

SERMONE.] Vel *Cervione.* SIMI.

SERMONEM M. P. VIIII.] *In Blandiniano* Sermone M. P. VIIII. *& in Neapolitano* Sermone M. P. XX. *Hieron. Pauli libri* Serinone M. P. XXIX. *& Longoliani* Sermonem M. P. XIIII. *&* XVIIII. *corrigitur. Ego suspicor hujus mansionis nomen corruptum fuisse,* & Ad molem *legendum esse: exstat enim* Moles *hoc itinere vetusti & magnifici operis supra* Caesaraugustam, *ad* XVIII. M. P. *quæ oppido nomen dedit, ad* Orbæ *amnis ripas, cujus substructionibus & munitione ac mole vastissimorum lapidum, fons incredibili magnitudine,* rivo dare nomen idoneus, *ut est apud poetam, ab* Orba *amne disjungitur, ne ejus inundationibus obrui possit, cujus fontis aquæ* Caesaraugustanum *agrum rigant.* SVR.

SER-

CAESARAVGVSTA. M. P. XIX.
ITER AB ASTVRICA TARRACONE. M. P. CCCCLXXXVI. Sic.
VALLATA. M. P. XVI.
INTERAMNIO. M. P. XIII.
PA-

SERMONE.] Vaticanae & Cusani schedæ *Sermone M. P. XXVIIII.*, margo Fabriciani codicis *Sermonæ:* unde apparet, H. Suritae conjecturam, quam in suum quoque Thesaurum Ortelius transtulit, a MSS. damnari; ne dicam, nimiam atque audaciorem hanc videri operam: proptereane *ad molem* erit scribendum, quia magnifici & vetusti operis *moles* haud multum a Caesaraugusta abest? WESS.

CAESARAVGVSTAM M. P. XVIIII.] *In Blandiniano* M. P. XXXVIII. *& Neapolitano* M. P. XVIIII. *Hieron. Pauli libri* M. P. XVIII. *& Longoliani* M. P. XXXVIII. *&* XVIII. *corrigitur: mihi præferenda visa est Neapolitani exemplaris lectio, tametsi cum summæ numeris non congruit.* SVR.

CAESARAVGVSTA.] Vatican. Parisinus & Cusani MSS. cum editis prioribus M. P. XXVIII. addunt, margo Fabriciani exemplaris XXXVIII. M. P.; quo fit, ut vera distantia in obscuro maneat. WESS.

ASTORICA.] Vel *Asturica*, utroque enim modo in MS. legitur. SIML.

VALLATA.] In Dextri Chron. An. CCLV. *Vallatæ Urbicuæ* est mentio. Puto impostorem ex Livio *Urbicuam* sumpsisse, aut certe ab *Urbico* flumine, quod Isidorus Chron. Gothici Aera CCCCXCI. M. P. XVI. ab Asturica separat, & vitiose in Rer. Getic. C. 44. Jornandis *flumen Urbium* audit, formasse. Ut ut est, neque enim refert, situs Vallatæ perhibetur in *Vannezam* incidere. WESS.

PALANTIAM M. P. XIIII.] *Plinius L.* 3. *C.* 3. in Vaccæorum civitatibus Palantinos *recenset: ita enim in vetustis exemplaribus legitur, non* Pallantinis. *Ptolemaeo item in* Vaccæis, Palantia. *Julius Frontinus de limitib. agrorum p.* 38. Sicut in Lusitania Salmanticensibus, aut in Hispania citeriore Palatinis: *pro* Palantinis. *Ab ea urbe* Palantini campi *Orosio dicti, tametsi in vetusto codice* Palentini *legitur, qui item* Gothici *nuncupati, quæ nunc* regio Camporum *dicta. Apud Strabonem corruptè legitur* Arvactorum *oppidum esse, pro* Vaccæorum. τῶν δ' Ἀρεουακτῶν ἐστι καὶ Σέγιδα πόλις, καὶ Παλλαντία: *nam statim ab eodem auctore* Vaccæorum *fit mentio.* SVR.

PALANTIA.] Appiano Παλαντία πόλις, ἡ μεγίστη Ὀυακκαίων Iber. p. 511. Recentior ætas *Palentiam* appellavit; unde Idatio An. I. Majoriani *civitas Palentia*, Ildephonso Toletano in Montano & Conantio *Ecclesiæ Palentinæ sedes.* Adde Concili Ovetensis decreta tom. III. Concil. Hispan. p. 159. & Ravennatem L. IV. C. 44. WESS.

VIMINACIVM M. P. XXXI.] *In manuscriptis, & vulgatis* Viminatio M. P. XXXI. *Ptolemaeo item in* Vaccæis Οὐιμινάκιον. SVR.

VIMINATIO.] Ravennas *Biminatium.* A. Schottus notat alios *Viminacio*, sed verius *Viminatio*, scribere. WESS.

LACOBRIGAM M. P. XV.] *In manuscriptis, & vulgatis* Lacobrica M. P. X. *& infra in eisdem* M. P. XV. *Plinio L.* 3. *C.* 3. *in* Vaccæorum *civitatibus* XVIII. *nominantur* Intercatienses, Palantini, Lacobrigenses, Caucenses; *& Ptolemaeo item in* Vaccæorum *regione* Λακοβρίγα. SVR.

LACOBRIGA.] Vocis originationem enarrat Festus, *Lacobrigæ*, inquiens, *nomen compositum a lacu & Briga Hispaniæ oppido:* dubites tamen, utrum *Brigam* in Hispania oppidum esse, an Hispanis idem atque oppidum significare velit, quod posterius dubio caret. Plura alibi animadversa sunt. WESS.

DEOBRIGAM M. P. XV.] *In Blandiniano* Dessobrica M. P. XV. *& infra* Deobrica. *In Neapolitano* Desobrica M. P. XV. *& infra* Deobrica. *In libris Hieron. Pauli* Dertobricæ M. P. XV. *& infra itidem præfertur* Deobrica. *Ptolemaeo in* Autrigonibus Δεοβρίγα. *Sed illud advertendum, hanc mansionem in alienum locum emigrasse, si Ptolemaeo fides habenda est; cui maximam esse tribuendam nemo inficias ierit. Nam cum* Deobriga *hoc itinere* Lacobrigæ *succedat,* Vaccæorum *oppido: &* Deobricula, *quæ postea* Segisamonem *consequitur, à Ptolemaeo* Murbogis *tribuatur, qui* Turmodigi *Plinio nominantur, & sub* Vac-

PALANTIA	M. P. XIV.
VIMINACIO.	M. P. XXXI.
LACOBRIGA.	M. P. XV.
DESSOBRIGA.	M. P. XV.
SEGISAMONE.	M. P. XV.
DEOBRIGVLA.	M. P. XV.

TRI-

Vaccæis & Cantabris *ad Occidentem pertinent, & ultra eos item ad Occidentem vergant* Autrigones, *in quorum regione à Ptolemaeo* Deobriga *conſtituitur, manifeſte conſequens eſt*, Deobrigam *extra ſuum locum in alienum eſſe ſubſtitutam. Adde quod ex eodem Antonino id verum eſſe liquido admonemur. Nam in itinere, quod infra proponitur, ex* Hiſpaniis in Aquitaniam, ab Asturica Burdigalam, *non* Deobriculam *modo* Deobriga *conſequitur, ſed* Tritium & Viroveſcam, *quæ* Autrigonum *itidem urbs eſt: quare ego contenderim* Deobrigam *hoc itinere ab hoc loco amoliendam, & poſt* Viroveſcam *ſubſtituendam neceſſariò: quamobrem aſteriſcis id ſignavimus.* SVR.

DESSOBRIGA.] Ita Vaticanus: ceteri *Deſſobrica.* Quæ vero H. Surita disputat pro *Deobriga*, mihi talia non videntur, ut manſionum ordinem convellere apta ſint: nam cum ſupra Lacobrigam & Legiſamonem XXX. M. P. intervallo auctor diviſerit, non ſane male *Deſſobriga* cum XV. M. inter utramque interponetur. Fateor nusquam eſſe Deſſobrigæ mentionem: ſed quam multa ex hoc libello eſſent exterminanda, ſi quod pondus illi cauſſæ ineſſet. Retineatur ergo Deſſobriga, donec magis legitima vi de ſede proruatur. WESS.

SEGISAMONEM M. P. XV.] *Manuſcripta, & vulgati libri* Legiſamone *hoc loco, & infra alio itinere præferunt. Plinius L.* 3. *C.* 3. *in* Turmodigis, *qui ab oriente* Vaccæos *attingunt*, Sigiſamonenſes, & Segiſamajulienſes *connumerat.* Segiſama *verò* Julia *à Ptolemaeo in* Vaccæis *conlocatur: & in* Murbogis, *quos eosdem eſſe agnoſcimus, qui* Turmodigi *Plinio, corrupto* Σεπσάκον *pro* Σεγισάμων *legitur*, Γ, *in* Τ *converſa, &* μ, *in* κ, *quod ut ita evenerit credam, efficit, quod* Deobriculæ *eodem pacto conjungitur, atque hoc Itinerario* Segiſamon Deobriculæ: *& vetuſtus interpres* Egiſamum *aut* Aegiſamum *vertit, ut nulli dubium eſſe poſſit, quin* Σεγισάμων *ſit legendum; alioqui* Segiſamonis *à Ptolemaeo facta mentio non erit, cujus & Plinius & Antoninus meminerint*; Deobricula *verò in* Murbogis, *Ptolemaeo* Δεοβελγέλα *nominatur, & in vetuſto exemplari Blandinıano* Deobricula M. P. XV. *In Neapolitano* Deobrica M. P. XXI: *& in libris Hieron. Pauli* Deobricæ M. P. XXI. *Longol. lib.* Deobricula M. P. XV. & Deobrica *corrigitur.* SVR.

SEGISAMONE.] *Legiſamone* etiam noſtri MSS; verius Ravennas *Segiſamone.* Fuit urbs in *Murbogis*, unde, credo, *equi Murbogii* Gratio Cyneg. 514. ſunt dicti:

> —— —— *At tibi contra*
> *Callæcis luſtratur equis ſcrupoſa Pyrene.*
> *Non tamen Hiſpano Martem tentare minacem*
> *Auſim: Murbogii vix ora tenacia ferro*
> *Concedunt.* —— ——

Sic enim lego; nam *Murcibii*, qui nunc in Gratio obvii ſunt, nusquam lecti aut auditi; *equi Murbogii*, ubi de Hiſpanis ſermo eſt, non extra oleam memorari videntur: præſertim cum Silius L. III. 384. de Uxamenſibus, qui a Murbogis non longe diverſi erant, gemina, ſicuti Jan. Vlitius monere haud neglexit, tradiderit:

> *At non Sarmaticos attollens Uxama muros*
> *Tam levibus perſultat equis: hinc venit in arma*
> *Haud aevi fragilis ſonipes, crudoque vigore*
> *Aſper frena pati, aut juſſis parere magiſtri.*

tamen, ſi quid præſtabilius alii eruerint, pro *Murbogiis* non pugnabo. WESS.

DEOBRICA.] Vel *Deobrigua.* Ptolemaeo *Deobrica*: alia enim eſt *Deobrigula* Ptolemaei, quod diſtantiarum ratio oſtendit. SIML.

DEOBRIGVLA.] Ita Vaticanus: *Deobrica* M. P. XXI. Cuſani liber: alii *Deobricula.* Omnino nulla alia eſt ac Ptolemaei *Deobrigula*: numeri quidem ejus obſtant; verum in confeſſo eſt, multiplicem illis errorem, & maxime in rebus Hiſpanicis, inoleviſſe. WESS.

TRITIVM.	M. P. XXI.
VIROVESCA.	M. P. XI.
ATILIANA.	M. P. XXX.
BARBARIANA.	M. P. XXXII.
GRACCVRRIS.	M. P. XXXII.

BAL-

TRITIVM M. P. XXI.] *Supra monuimus duplex fuisse* Tritium Metali *cognomine, quod in* Beronibus *cum* Varia *à Ptolemaeo conlocatur, & item ab Antonino: alterius* Tuborici *cognomine Plinius, ut memoravimus, in* Autrigonibus *cum* Virovesca *adjuncti, meminit; quæ oppida item adjunguntur hoc itinere: & à Ptolemaeo* Βουρούεσκα *pro* Ὀυιροούεσσα Autrigonibus *attribuitur, &* Tritium Tuboricum Vardulis: *quod mirum videri non debet, quod earum regionum continentes termini sunt: ab interprete antiquo Geographiæ Ptolemaei* Virdubesca *vertitur. In vetustis exemplaribus Antonini, & libris vulgatis hoc loco,* Virovenna *præfertur, cum infra in eisdem* Virovesca *legatur. Ab hac mansione, uti supra admonuimus,* Deobrigam *libenter adnecterem, quod asteriscis miniaciis designavimus.* SVR.

TRITIVM.] Diversum ab illo esse, quod supra habuimus, ex distantia, qua *Virovesca* hinc separatur, apertum est. Puto esse Tritium, Autrigonum oppidum, quo de Plinius L. III. N. H. C. 3. Vide Arn. Oinehartum L. I. Not. Vascon. C. 2. WESS.

VIROVESCA.] *Virovenna* & editi & scripti edunt, turpiter in mendum conspirantes. WESS.

ATILIANA M. P. XXX.] *Vetusta exemplaria, & libri vulgati* Atiliana M. P. XXX. *præferunt: ac mihi venit in mentem oppidum designari, cujus juxta* Sadavam *exstare visuntur monumenta præclara, ac magnifica sepulcrorum* Atiliæ *gentis: ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta & monumenta servare consueverunt, & ad usum, ut Cicero inquit, si quis ejusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad nobilitatem suam illustrandam. Sepulcrorum præterea sanctitas, uti itidem docet Cicero, in ipso solo est: & sepulcra fieri sanctiora vetustate. Exstat enim grandis moles, extructa quadrato lapide & opere magnifico, atque hexastylo, maxime digno, quod hac pagina depingeretur: in quo hæ inscriptiones incisæ sunt:*

C. ATILIO, L. F. QVIRINA. GENIALI
ATILIA. FESTA. AVO.
L. ATILIO C. F. QVIRINA. FESTO
ATILIA. FESTA. PATRI. OPTIMO.
ATILIA. L. F. FESTA. ET SIBI
SE. VIVA. FECIT.

Vt mirum non sit ad hæc monumenta oppidum constructum, aut mansionem fuisse & Atiliana monumenta *esse nuncupata.* SVR.

BARBARIANA M. P. XXXII.] *Habent Blandinianum exemplar & Longoliani libri. In Neapolitano* M. P. XXXI. *libri Hieron. Pauli* Barbarianæ M. P. XXXII. SVR.

BARBARIANA.] Nostri Blandiniano assentiuntur. Nunc *Araviana* erit, modo verum scripserit Jo. Mariana. WESS.

CRACCVRIS.] Vel *Grachuris.* SIML.

GRACCVRRIM M. P. XXXII.] *In Blandiniano exemplari* Craccaris M. P. XXXII. *& Neapolit.* Cracculis M. P. XXXII. *Hieron. Pauli libri* Craculis M. P. XXXII. *& Longoliani* Craccuris M. P. XXXII. *&* Croaculis *corrigitur. Plinius L. 3. C. 3. Latinorum veterum* Cascantenses, Ergavicenses, & Graccuritanos Caesaraugustanum *conventum adire perhibet. Ptolemaeo* Vasconum *regione* Γράκουρις. *A* Tiberio Graccho, *Gracchorum parente, Hispaniensi lingua nomen compositum fuisse ex Epitoma Liviana xli. adparet.* Ti. *inquit,* Sempronius Gracchus proconsule Celtiberos victos in deditionem accepit: monumentumque operum suorum Graccurrim oppidum in Hispania constituit. Graccurrim *verò scribi debere, complures ærei nummi testantur, & ex pluribus, qui à me amicis, vetustatis amatoribus, condonati sunt, unus remansit, cum hac inscriptione:* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. *& in aversa parte* tauri *effigies visitur, quæ municipiis addi solet, & inter tauri cornua* Deltoton *hac figura:* *Quæ figura mitræ est, qua victimæ mactandæ ornabantur. Festus in* Infulæ *& Virgil. Georg. lib. III. ℣. 487. de hostia:* Lanea dum nivea

BALSIONE.	M. P. XXVIII.
CAESARAVGVSTA.	M. P. XXXVI.
GALLICVM.	M. P. XV.
BORTINAE.	M. P. XVIII.
OSCAM.	M. P. XII.
CAVM.	M. P. XXIX.

MEN-

vea circundatur infula vitta. *&c. & infra tauri pedes*, GRACCVRRIS. *Strabo perhibet, Polybium prodere* CCC. *Celtiberorum urbes à* Ti. Graccho *eſſe ſubverſas, quod ritu comico in Ti. Gracchi gratiam dictum intelligi vult ab auctore, qui* turres, urbes *adpellarit, ut in triumphalibus pompis fieri conſueviſſet. Meritò ergo in ipſo conſpectu* Celtiberiæ, *&* Turiaſonis, *celeberrimæ urbis ejus regionis, ea monumenta extra* Celtiberiam *conſtituta ſunt in* Vaſconum *regione, ad ipſa regionum confinia, quam urbem Feſtus Pompejus* Graccurrim Hiberæ regionis urbem *primo* denominatam *docet* Ilurci. SVR.

GRACCVRIS.] *Vox Vaſconica lingua, Gracchi urbem ſignificat; quod enim Navarri & Vaſcones IRI, id ceteri Vaſcones, qui Varduliam incolunt, VRI dicunt*, quæ Oiheharti verba ex ejus Notitia Vaſconiæ L. I. C. 13. exſcribere libuit. Quo ſitu fuerit, diverſitas tradentium ambiguum facit; plerique Hiſpanorum *Agredam* in Arragoniæ finibus ab ea diſtinguendam non putant, ſed invito Oiheharto, qui *Alfari* aut circa quærit Notit. Vaſcon. L. I. C. 7. & L. II. C. 2. Ceterum & noſtra MSS. excerpta in urbis nomine ſcribendo variant: Cuſani *Graoculis*, Pariſinus *Graeculis*, alii *Craccuris*, *Cracuris:* numum autem, de quo Surita, parili modo Auguſtinus Dialogo VIII. explicat. WESS.

BALSIONE.] MSS. noſtri *Belliſone* aut *Belliſono*, qua de re in ſuperioribus dictum eſt. WESS.

GALLICVM M. P. XV.] *Præferunt & vetuſta exemplaria, & vulgati libri.* Ad Gallicum flumen *eam manſionem fuiſſe eo loco, quo nunc oppidum* Zuera *conſtitutum eſt, ipſa res & milliarium ſummæ admonent: in cujus oppidi agro, vetuſtorum pavimentorum veſtigia viſuntur. Is fluvius nomen retinuit, qui* Gallego *nominatur, cui jure merito vetuſtas* Gallici *cognomentum tribuit, quod ſummo tranſcenſo Pyrenæo ſupra oppidum, cui* Salientis *nomen inditum eſt, in terra ipſa* Gallia *oritur.* SVR.

GALLICVM.] De hoc fluvio quæ P. de Marca L. I. Marcae Hiſpan. C. 13. notaverit, vide. WESS.

BORTINE.] Vel *Burtina* aut *Boſtina*. SIML.

BORTINAM M. P. XVIII.] *In Blandiniano* Bortinæ M. P. XVIII. *& in Neapolitano* Boſtinæ M. P. XVIII. *& in libris Hieronymi Pauli* Boſtine XVIII. *Longolianis* Bortinæ M. P. XVIII. *Ptolemæo in* Ilergetibus *juxta* Oſcam *urbem, quemadmodum hoc continetur Itinerario,* Begiva. *& viæ erutæ ſubſtructiones viſuntur, magno errore doctiſſimi cujusdam viri, qui* Barbaſtri *reſidens, anno* MDXLVII. *cum Philippus principum maximus, & tum Juventutis princeps, Conventibus horum regnorum* Montione *præſideret,* Burtinam Barbaſtrum *eſſe, ſibi perſuaſerat.* SVR.

BOSTINAE.] Ita Florentiae dederunt. Caeſaraug. *Bortinæ.* Forte quod in Longobardicis aut Gothicis literis R ut S ſcriberetur. SCHOTT.

BORTINAE.] Cuſani membranæ *Boſtine*, ceteri *Bortine*, pro *Bortinæ*. Abram. Ortelius huc *Fauſtum* ſive *Fauſtinum Burtinitanum* refert, cujus Victor Vitenſis L. I. Perſ. Vand. C. 11. meminit, fieri potuiſſe arbitratus, ut hæc urbs ad Africæ diœceſim pertinuerit: mihi a vero alieniſſimum videtur, urbem Hiſpaniæ Tarraconenſis Africæ epiſcopalibus inſertam fuiſſe ſedibus, neque ullum dari poſſe exemplum exiſtimem: mitto non conſpirare Victoris codices, dubiumque adeo eſſe, *Buronitanusne* an *Burtinitanus* fuerit Fauſtinus, qua de re Theod. Ruinartum vide. WESS.

CAVM M. P. XVIIII.] *Præfert Blandinianum exemplar. In Neapol.* Caum M. P. XXIX. *& Hieron. Pauli libris* Caum M. P. XXVIIII. *atque in Longolianis*, Caum M. P. XVIIII. *&* Caum M. P. XXVIIII. *corrigitur: cujus manſionis nulla in reliquis auctoribus veſtigia reperi, nec* Mendiculeiæ, *quæ eam conſequitur.* SVR.

CAVM.] Excerpta MSS. magno conſenſu XXIX. M. P. adjungunt, quæ quod facerent, ut Itinerario melius cum Strabone conveniret,

MENDICVLEIA.	M. P. XIX.
ILERDA.	M. P. XXII.
AD NOVAS.	M. P. XVIII.
AD SEPTIMVM DECIMVM.	M. P. XIII.
TARRACONEM.	M. P. XVII.
ITER A CAESARAVGVSTA BENEHARNO.	M. P. CXII. Sic.
FORO GALLORVM.	M. P. XXX.
EBELLINO.	M. P. XXII.
SVMMO PYRENAEO.	M. P. XXIIII.
FORO LIGNEO.	M. P. V.

ASPA-

Ilerdam ɔɔxL. ſtadiis ab Oſca ſemovente L. III. p. 161., repudiare non libuit. WESS.

MENDICVLEIA.] *Mediculeiam* editus Lugdunenſis & ſcriptus Pariſinus præferunt. Μενδικυλαῖα a Ptolemaeo, ſed in Luſitaniæ mediterraneis, memoratur, eſtque adeo ab hac multum diverſa. WESS.

ILERDAM M. P. XXII.] *Præfert Blandinianum exemplar auferendi caſu. In Neapolitano* M. P. XXVI. *& in libris Hieron. Pauli* Ilerdæ M. P. XXVI. SVR.

ILERDA.] Cuſani ſchedæ M. P. XXVI. edunt, reliquis a Blandiniano nihil diſſentientibus. WESS.

TARRACONEM M. P. XVII.] *In Blandiniano* M. P. XVII. *& in Neapolitano & Hieron. Pauli libris* Tarracone M. P. XVIII. *& in Longolianis* M. P. XVII. *&* XVIII. *corrigitur: cum haud dubiè* M. P. XVII. *ſit legendum, quando præcedens manſio indicat, ad eam* Tarracone XVII. M. P. *intereſſe.* SVR.

TARRACONE.] Membranaceus Cuſani liber M. P. XVIII., quæ merito ab aliis, XVII. M. amplexis, ſpernuntur. WESS.

FORVM GALLORVM M. P. XXX.] *Cum hoc iter recta* Caeſarauguſta Beneharnum *ducatur, itinere ad dextram* Oſcam *verſus relicto; manifeſtè adparet, oppidum nunc* Gurream *nuncupatum ad* Gallici *fluminis ripas*, Forum *fuiſſe* Gallorum. SVR.

EBELLINVM M. P. XXII.] *Eadem conjectura mihi perſuadeo* Ebellinum *oppidum*, Aierbii *nunc nuncupati oppidi ſolo fuiſſe conſtitutum, ac mirum, videtur hoc itinere* Jaccæ urbis, *ut adparet vetuſta, nullam fieri mentionem, cum recta ea regione hoc iter ad* Pyrenæi ſaltum *ducatur: & Plinius* Jacetanorum Vaſconum *regione meminerit: ita enim legendum non* Lacetanos: *quorum regio, magna populorum frequentia inſignis, ad Pyrenæi radices verſus Orientem ſolem longo terrarum ſpatio continetur, &* Ilergetes *magnum terrarum tractum inter* Vaſcones, *quibus* Jacca urbs *continebatur, &* Jacetanos *occupent: Ptolemaeo etenim in* Vaſconum *regione* Ἰακκὰ *conlocatur.* SVR.

EBELLINO.] Vaticanus *Ebelino, Ebellano* alii. Quæ vero H. Surita de *Jacetanis* diſputat, vereor ut omnibus probaverit: ſi in Plinio, utique in Caeſare etiam & Livio & Dione Caſſio *Lacetani* in *Jacetanos* erunt convertendi; par enim cauſſa eſt. Equidem recte huic conatui ſeſe oppoſuiſſe Arn. Oinehartum L. I. Not. Vaſcon. C. 7. & Harduinum Emend. XX. in Plinii L. III. arbitrer: quamquam vicinos, ſi non eosdem, Jacetanos Strabonis & Lacetanos aliorum haud negavero. Vid. P. de Marca L. II. M. H. C. 26. WESS.

SVMMVM PYRENAEVM M. P. XXIIII.] Ad D. Chriſtinae *in vetuſtis rerum Aragonenſium monumentis hoc itinere* Pyrenaei ſaltus, Summus portus *nuncupatur.* SVR.

SVMMO PYRENAEO.] H. Suritae in figendo manſionis hujus ſitu aſſentitur P. de Marca L. I. M. H. C. 13. WESS.

FORVM LIGNEVM M. P. V.] *Blandiniano, & Hieron. Pauli & Longol. libris*, Foro ligneo M. P. V. *& in Neapolitano* Foro ligneo M. P. XX. SVR.

ASPALLVCAM M. P. VII.] *In Blandiniano, & libris Longolianis*, Aſpalluca M. P. VII. *& in Neapolitano* Aſpa Luca M. P. VII. *& in libris Hieron. Pauli* Aſpaluca VII. *Extant veſtigia nominis hujus manſionis trans Pyrenæum in* Aquitaniæ *oppido, quod incolæ & noſtri* Aſpam *vocant*

ASPALVCA.	M. P. VII.
ILVRONE.	M. P. XII.
BENEHARNVM.	M. P. XII.

DE HISPANIA IN AQVITANIAM.

AB ASTVRICA BVRDIGALAM.	M. P. CCCCXXI. Sic.
VALLATA.	M. P. XVI.
INTERAMNIO.	M. P. XIII.
PALANTIA.	M. P. XIIII.
VIMINACIO.	M. P. XXXI.

LA-

vant, à quo ipſa Pyrenæorum *juga in ea regione* Aſpæ ſaltus ac montes *nuncupantur. Rodericus Antiſtes Toletanus* de rebus geſtis in Hiſpania, Aſpæ & Secolæ *meminit libro quarto, capite decimo.* SVR.

ASPALLVCA.] *Aſpalluga* Vaticanus, ceteri *Aſpa luca:* Schottus ex Caeſarauguſt. *Aſpilluco* adfert, ex quo *Aſpæ luco*, ut *lucus* in valle *Aſpæ* indicetur, facile formaveris. Diſtantia incidit in pagum ejus vallis *Acous*, de quo P. de Marca L. I. Hiſt. Beneharn. C. 12. WESS.

ILVRONEM M. P. XII.] *In Blandiniano, & Longolianis libris* Ilurone M. P. XII. *Hieron. Pauli* Iluronæ XII. *& in Neapolitano exemplari* Nurone M. P. XII. *Hujus itidem oppidi nominis veſtigia manſere oppido, quod* Oloronem *nominamus.* SVR.

ILVRONE.] *Holorona civitas* in Actis S. Luperii C. 3.; Ill. Scaliger *Eluronum* ad Auſonii Epiſt. XI. appellat, & *Oloronenſes* Sidonio jam notos fuiſſe addit, minus ex vero, ut exiſtimo: meminit is quidem *Olarionenſium lepuſculorum* L. VIII. Ep. 6., qui, quod Savaro & Sirmundus, & poſt eos P. de Marca, obſervaverunt, inſulæ fuerunt ſinus Aquitanici, quæ Plinio *Uliarus*, vulgoque *Oleron*, uberi eorum animalium fœtura celebris, audit: tamen Scaligerum D. Papebrochius ad vitam Lupercii tom. V. Junii p. 354. ſequitur. WESS.

BENEHARNVM M. P. XII.] *In manuſcriptis exemplaribus, & in Longolianis libris nomen hujus oppidi adſpiratur: & ea regio* Beneharni *nomen magno terrarum tractu retinet, quæ Principibus* Beneharnenſibus *ſubjiciebatur: oppidi vero nomen apud auctores, hoc excepto loco, nullum exſtare video, niſi apud Gregorium Turonenſem. Libro enim IX. C. 20. apud eum auctorem ita legitur:* De civitatibus vero hoc eſt Burdegala, Lemovica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Gaileſuindam germanam dominæ Brunihildis tam in dote, quam in morgonegiba, hoc eſt, matutinali dono, in Franciam venientem, certum eſt adquiſiſſe &c. SVR.

BENEHARNVM.] Sic MSS. noſtrorum excerpta: *Urbs Bearna* Gregorio Turonenſi L. IX. C. 7. cujus epiſcopus *Galactorius de Benarno* Agathenſi Concilio An. 1051. ſubſcripſit: *Comitatus Benearnenſis* eſt in privilegio monaſterii Mariae de Alaon, quod tom. III. Concil. Hiſpan. p. 153. inſertum eſt. Vide præterea Capitul. Reg. Franc. Baluzii p. 14., ubi omnia eadem invenies, quæ ex Turonenſi Gregorio H. Surita excerpſit. Quo ſitu Beneharnum fuerit, diu diſputatum fuit. Ill. Scaliger *Orteſium* ejus veterem ſedem occupaſſe multis perſuaſerat, valuitque ea opinio, donec P. de Marca ex antiquitatibus Eccleſiaſticis atque hoc Itinerario nullam aliam eſſe poſſe ac *Laſcurrim* ſive *Laſcar* L. I. Hiſt. Beneharn. C. 11. demonſtravit, cui & ego poſt Arn. Oihenartum L. III. Vaſcon. C. ult. & Valeſium Notit. Galliæ acceſſerim, probata inſuper ejusdem Marcae conjectura, qua Plinio L. IV. C. 19. *Venearnos* ex *Veneamis* reſtituit, *Benearnoſque* ab egregio ſcriptore haud neglectos oſtendit. WESS.

BVRDICALA.] Ita habet MS. codex: impreſſi libri *Burdigala & Burdegala.* SIML.

BVRDIGALAM.] Sic Caeſaraug. & veteres omnes per tertiam vocalem: quidam etiam per C *Burdicalam.* SCHOTT.

PERALANCIA.] Ptolemaeo *Palancia.* SIML.

PALANTIA.] Ita recte Vaticanus: ceteri *Peralancia* præter Pariſinum, cui *iter peralancia* ineſt, ac ſi *iter per Lanciam* voluiſſet, ſed

LACOBRIGA.	M. P. XV.
SEGISAMONE.	M. P. XV.
DEOBRIGVLA.	M. P. XV.
TRITIVM.	M. P. XXI.
VIROVESCA.	M. P. XI.
VINDELEIA.	M. P. XII.
DEOBRIGA.	M. P. XIIII.
BELEIA.	M. P. XV.
SVISSATIO.	M. P. VII.

TVL-

fruſtra: verum enim vulgatum eſt. Superiori manſioni liber Cuſani XXX. M. P. addit. WESS.

LEGISAMONE.] Vel *Segiſamone.* SIML.

DEOBRIGVLA.] Plures veterum librorum *Theobrigula* vel *Teobricula*, ut Vaticanus; quæ diverſitas ex ſimili *Deobrigula* & *Teobrigula* ſono videtur enata. WESS.

VINDELEIA.] Vel *Vinde Legia.* Forte *Vindelia* Ptolem. SIML.

VINDELEIAM M. P. XII.] *In manuſcriptis* Vindeleia, *& in Hieron. Pauli libris* Vindeleiæ M. P. XII. *& in Longolianis* Vindelegia M. P. XII. *Ptolemaeo in* Autrigonibus *una cum* Deobriga, Οὐενδέλεια. SVR.

DEOBRIGA.] Fr. Bivarius in Dextri Chron. p. 302. *Deobrigam* in Navarræ regno, ubi nunc *Tafalla* aut circa, fuiſſe decernit: quod ego, ſi *Araceli* ſit *Araciel* inter Coreliam & Pharum, ut Surita auctor eſt, ſive *Huarte Araquil*, quæ Oiheharti ſententia, falſiſſimum arbitrer: obſtabit enim ſitus & intervalli ratio: mitto nunc longe ampliorem hic diſtantiam Deobricam inter & Pompelonem poni, quam qua Pompelo & Tafalla dividuntur. WESS.

BELEIAM M. P. XV.] *Manuſcripta exemplaria & vulgati libri Longoliani* Beleia M. P. XV. *præferunt: in libris Hieron. Pauli* Beleæ M. P. XV. *Ptolemaeo in* Cariſtis, *qui finitimi* Autrigonibus *ſunt*, Οὐελία. SVR.

BELEIA.] Ptolemaei MS. Coislinianus 'Ουέλεια', quod a *Beleia* propius abeſt. In Ravennate eſt *Belegia* L. IV. C. 45. WESS.

SVISSATIVM M. P. VII.] *In manuſcriptis* Suiſſatio M. P. XII. *& in libris Hieron. Pauli* Suiſatio M. P. VII. *& in Longolianis* Suiſſatio M. P. XIII. & Duiſſatio VII. *corrigitur. Mihi dubium non eſt, quin id oppidum ſit, quod Ptolemaeo in eisdem* Cariſtis *una cum oppido* Velia *conſtituitur*, Σουεσσάτιον. SVR.

SVISSATIO.] Vaticanus & Cuſani liber *Sueſſatio*; unde libens Ptolemaeo Σουεσσάτιον reſtituerem: *Seuſtatio* Ravennas. WESS.

TVLLONIVM M. P. VII.] *In Blandiniano* Tullonio M. P. VII. *& in Neapolitano* Tullonio M. P. VII. *atque itidem in libris Hieron. Pauli. Longoliani* Tullonio M. P. VII. *& VI. corrigitur. A Ptolemaeo in* Vardulis, *quemadmodum hoc ipſo Itinerario, adjunguntur* Τυλλώνιον *&* Ἄλβα. Tullonium *enim vertit antiquus interpres, non* Tulonium. SVR.

ALBA.] Habet & Ptolemaeus Vardulis adſcriptam *Albam*, ex qua *Albanenſes* apud Plinium in Clunienſi conventu L. III. N. H. C. 3. Situm ejus quærit P. de Marca L. I. Hiſt. Beneharn. C. 20. WESS.

ARACAELIM M. P. XXI.] *In Bland.* Aracæli M. P. XXI. *& in Neapol.* Arocoli M. P. XXI. *Hieron. Pauli lib.* Aracoli M. P. XXI. *& Longol.* Araceli M. P. XXI. & Aracoli *corrigitur. Plinius L. 3. C. 3.* Arocelitanos ſtipendiarios Caeſarauguſtano conventui *attribuit. Forte ea regione ſiſtebatur, qua nunc in* Navarræ *regno oppidum* Araciel, *inter* Coreliam, & Pharum. SVR.

ARACELI.] Hoc noſtra MSS. excerpta præferunt. Videtur eſſe *Aracillum* ſive *Aracilum* Flori L. IV. C. 22. & Oroſii L. VI. C. 21.; huc quoque refero *Bacaudas Aracellitanos* ex Idatii Chron. An. XIX. Theodoſii. Quo nunc ſit nomine vide apud Arn. Oihenartum L. II. N. V. C. 2. WESS.

ALANTONEM M. P. XVI.] *In manuſcriptis & vulgatis* Alantone M. P. XVI., *cujus manſionis veſtigia nulla reperi, cum* Pompelon *tam prope eam conſequatur, quam Strabo itidem, atque Plinius ac Ptolemaeus, in regione* Vaſconum *conlocat, ac veluti* Pompeiopolim *dictam perhibet: Plinius L. 3. C. 3.* Pompeium Magnum trophæis ſuis,

TVLLONIO.	M. P. VII.
ALBA.	M. P. XII.
ARACELI.	M. P. XXI.
ALANTONE.	M. P. XVI.
POMPELONE.	M. P. VIII.
TVRISSA.	M. P. XXII.
SVMMO PYRENAEO.	M. P. XVIII.
IMO PYRENAEO.	M. P. V.
CARASA.	M. P. XII.
AQVIS TARBELLICIS.	M. P. XXXIX.

MOS-

suis, quæ statuebat in Pyrenæo, DCCCLXXVI. oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem a se redacta, testatum fuisse *perhibet: quæ verba iterum ab eodem auctore libro vii. repetuntur.* Svr.

POMPELONE.] Vel *Pampalone.* Siml.

POMPELONE.] Isidoro Chron. Goth. Aera IↃIIII. *Pamphilona*, Annal. Reuberi An. IↃCCLXXVIII. *Pompelo Navarrorum oppidum, Pampalona* auctori vitæ Ludovici Pii p. 354. appellatur. In fragmento libri, quem *Itacium* Hispani vocant, vulgato ad Lucense Concilium a Garsi. de Loaisa, leges: *Astures & Vascones in finibus Cantabriæ crebro rebellantes edomuit; civitatem, quæ Cartua vocabatur, & Pampilonem ampliavit, quam Wambae lunam vocavit:* hinc vero hausit Lucas Tudensis commentum, quod L. Nonius Hispan. C. 80. explosit. Incolæ *PAMPELONENSES* dicuntur in Thes. p. CCCCLV. 11. lapidibus,

CN. POMPEIO CN. FIL. GAL.
POMPAELONENSI. IIVIR. FLAM.
P. H. C.

adde p. CCCXXV. 1. & Arn. Oinehartum L. II. Not. Vasc. C. 2. ac Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 1. p. 109. Wess.

TVRISSAM M. P. XXII.] *In manuscriptis* Turissa M. P. XXII. *& in Hieron. Pauli libris* Turisiæ M. P. XXII. *Longol.* Turissa M. P. XXV. *&* XXII. *corrigitur. Plinio L. 3. C. 3. in vulgatis* Iturisenses *recensentur, cum vetusta exemplaria* Lursenses *præferant, & eos* Ilumberitani *consequantur: Ptolemaeo primaria regionis* Vascitaniæ Ἰτουρίσσα *constituitur.* Svr.

TVRISSA.] Ita etiam nostri libri. *Iturissam* Melae L. III. C. 1.; quam Megrada alluebat, eandem Oinehartus esse arbitratur, & ad *Vidassonem*, hunc enim Megradam statuit, circa vicum S. Stephani Lerinensis quærendam L. I. Not. Vascon. C. 7. & L. II. C. 2.; verum, si *imus Pyrenæus* sit hoc tempore *S. Ivan de pied de puerto*, uti plerisque omnibus placet, falsum id erit: longius enim iter eo modo ad occasum deflectit: quare P. de Marca adstipulor, Melae *Iturissam* ab hac distinguenti, illamque Tolosam in Ipuscoa, hanc vicum *Subiri* opinato L. I. Marcae Hisp. C. 13. Wess.

SVMMO PYRENAEO.] Hæc celsior viæ militaris pars est, respondetque illi loco, cui *Burguete* nomen inditum est, eodem illustri Marca indice. Wess.

IMVM PYRENAEVM M. P. V.] *Manuscripta exemplaria & libri pervulgati*, Imo Pyrenæo M. P. V. *præferunt: quæ mansio justi oppidi nomen sustinuisse videtur Concilio Toletano viii., cum* Donus *Episcopus* Imopyrenæus *subscripsisse in eo traditur. Nunc oppidum esse* D. Joannis *nomine clarum videtur*, pedis portus *cognomento.* Svr.

IMO PYRENAEO.] H. Suritam hoc loco fefellit depravata Concilii Toletani editio, ut P. Marca recte observavit. *Donum Dei Impuritanus Episcopus* in ea Synodo Garsi. de Loaisa vulgavit, quod verissimum est. Wess.

CARASA.] *Garis* in Navarræ regno nunc in hujus loco esse Marca L. I. Hist. Beneharn. C. 11. ostendit. Wess.

AQVIS TEREBELLICIS.] Vel *Tarbellicis.* Siml.

AQVAS TARBELLICAS M. P. XXXVIIII.] *In Bland.* aquis Terrebellicis M. P. XXXVIIII. *& in Neapolitano* Aquis Terrebellicis M. P. XVIIII. *Libri Hieron. Pauli* Aquis Terrebellicis

M. P. XIX.

MOSCONNVM. M. P. XVI.
SEGOSA. M. P. XII.
LOSA. M. P. XII.
BOIOS. M. P. VII.
BVRDIGALAM. M. P. XVI.
ITER AB AQVIS TARBELLICIS BVRDIGALAM. M. P. LXIV. Sic.
COEQVOSA. M. P. XVI.
TELLONVM. M. P. XVIII.
SALO-

M. P. XIX. *& Longoliani* Aquis Terebelicis M. P. XXXVIIII *&* XVIIII. *corrigitur. Strabo L.* 4. *p.* 190. Tarbellos, Narbonenſem *ſinum incolere perhibet, & eorum* aurarias *celebrat. Plinius L.* 4. *C.* 19. *in* Aquitania Tarbellos, quattuor ſignanorum *cognomine, recenſet. Idem auctor de* Aquis Tarbellicis, *libro xxxi. C.* 2. Emicant, *inquit*, benigne, paſſimque in plurimis terris alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi junctæ, ſicut in Tarbellis, Aquitanica gente, & in Pyrenæis montibus, tenui intervallo diſcernente. Tarbellos *Ptolemaeus ad* Pyrenæum *usque pertinere memorat, & eorum ab eo urbs* Aquarum Auguſtarum *nomine celebratur.* SVR.

AQVIS.] Cuſani MS. *Aquis Terebellicis* M. P. XIX., ceteri *Terbellicis, Trebellicis* & *Terrebellicis.* Tabula Peutingerorum *Aquis*, appoſita balineorum figura. Auſonius *Aquas Tarbellas*, auctor vitæ Ludovici Pii p. 354. *villam Aquas* vocat; unde noſtra tempeſtate Gallis *Aqs* ſive *Acs*, Vaſconibus *Daqs* ſupereſt, ut Ill. Scaliger L. I. Lect. Auſon. C. 6. egregie docuit. Vide Oinehartum L. III. N. V. C. 9. WESS.

MOSCONNVM.] Vel *Moſconnium.* SIML.

MOSCONNVM M. P. XVI.] *Præferunt Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano* Moſtomium M. P. XVI. *& in libris Hieron. Pauli*, Moſconum XVI. SVR.

SEGESA.] Alias *Seguſa.* Boios, alias *Boſos.* SIML.

BOIOS M. P. VII.] *Habet Blandinianum exemplar. Neapolitanum* Boſos M. P. XII. *Hieron. Pauli libri* Boſos M. P. VII. *& Longoliani* Boios M. P. VII. *&* Boſos *corrigitur* SVR.

BOIOS.] *Boſos* Cuſani & Pariſinus MS.; tamen vulgatum recte vetuſtiores editi & ſcriptorum alii probant. Paullinus Ep. IV. ad Auſonium ℣. 241.

——— *Placeat reticere nitentem*
Burdigalam, & piceos malis deſcribere BOIOS.

Durant nominis veſtigia in vico *Buch.* De anterioribus manſionibus nihil mihi innotuit. WESS.

TELVNNVM] Alias *Tolonum.* SIML.

TELONNVM.] Ita Vaticanus & Fabriciani exemplaris margo; Cuſani ſchedæ *Thelominum* & mox *Saloniaco.* WESS.

SALAMOCVM.] Alias *Salomacum.* SIML.

BENEHARNVM.] Cuſani MS. M. P. XVIII., ceteri unis millibus ſummam augent, quæ tamen juſto intervallo inferior eſt: ſunt enim Beneharnum inter & Aquas Tarbellicas M. P. XXXIII., ut P. de Marca L. I. Hiſt. Beneharn. C. 11. & Arn. Oinehartus L. III. Not. Vaſcon. C. ult. docuerunt. WESS.

AQVAS CONVENARVM M. P. VIII.] *In Blandiniano, & Neapolitano* Aquis Convenarum M. P. VIII. *In libris Longolianis* M. P. VIII. *&* XVIII. *corrigitur. Strabo L.* 4. *p.* 190. *harum* aquarum, *&* Lugduni, Convenarum *urbis, mentionem fecit, &* Oneſiorum aquas calidas *vocat.* SVR.

AQVIS CONVENARVM.] Convenæ unde nomen duxerint Hieronymus L. I. in Vigilantium oſtendet: *Nimirum reſpondet generi ſuo, ut qui de latronum & convenarum natus eſt ſemine, quos Cn. Pompejus, edomita Hiſpania & ad triumphum redire feſtinans, in Pyrenæi jugis depoſuit & in unum oppidum congregavit, unde & Convenarum urbs nomen accepit.* Refert ad has *aquas*, pariter ut Surita, P. de Marca Strabonis L. IV. p. 190. τὰ τῶν Ὀνησιῶν θερμὰ, neque ego refragor, quod vero L. I. Hiſt. Beneharn. C. 9. in Ὀνησιῶν vocabulo mendum eſſe ſuſpicatur, & propterea Ἀκουνησιῶν refingit, id factum

SALOMACO. M. P. XII.
BVRDIGALA. M. P. XVIII.
ITER AB AQVIS TARBELLICIS TOLOSAM. M. P. CXXX. Sic.
BENEHARNVM. M. P. XVIIII.
OPPIDO NOVO. M. P. XVIII.
AQVIS CONVENARVM. M. P. VIII.
LVGDVNVM. M. P. XVI.
CALAGORRIS. M. P. XXVI.
AQVIS

factum nollem: quis enim *aquas* has *Aquensium* nomine honestavit? nam quod nunc *des eaux d'Encausse* dicuntur, id, si vel maxime *Encausse* ab *Aquensibus* esset ortum, non est argumento, Strabonis ætate eo nomine fuisse: mitto; ne citra dubium quidem esse, *Aquas Convenarum* illo nostra tempestate titulo nobiles videri; ipse mihi hujus rei auctor est vir illustris L. I. Marcae Hispan. C. 22., ubi *Aquas Convenarum* hodie *Capvert* appellari prodit. WESS.

LVGDVNVM.] *Lugdunum Convenarum.* SIML.

LVGVDVNVM M. P. XVI.] *Præferunt manuscripta exemplaria, quæ lectio mihi placet, ut id oppidum à* Lugduno Lugdunensis Galliæ, *quæ à Ptolemaeo* Ἐπίσημος Μητρόπολις *nuncupatur, distinguamus. Ejus, ut supra monuimus, &* Convenarum *regionis, &* Lugduni *oppidi Strabo meminit. Plinius L. 4. C. 19.*, in oppidum contributos Convenas *memorat, & Ptolemaeus, regionis nomine vitiato; in fine enim* Aquitaniæ *provinciæ ita legitur,* Συνάπτοντες δὲ τῇ Πυρήνῃ Κοκουένοι καὶ πόλις Λουγδοῦνον, *aut* Κοτουένοι. SVR.

LVGVDVNVM] Parisinus MS. & margo Fabriciani libri hoc præferunt; *Lugdunum* Vaticanus & alii cum scripti tum editi, quod & verius arbitrer cum Ant. Pagi Critices An. CCCCVI.; nam *Convenarum* additus titulus ab altero Galliæ Lugduno satis eam distinguebat. Hieronymo *Convenarum urbs*, Gregorio Turonensi L. I. Mirac. C. 105. *Conveniensis urbs*, & L. VII. Histor. C. 34. *Convenæ*; verba apponam, quoniam situm & naturam urbis signant: *Igitur Gundobaldus cum audisset sibi exercitum propinquare, Garonnam cum Sagittario episcopo, Mumolo & Bladaste ducibus atque Waddone, transivit, CONVENAS petentes: est enim urbs in cacumine montis sita, nullique monti contigua; fons magnus ad radicem montis erumpens, circumdatus turre tutissima; ad quem per cuniculum descendentes ex urbe latenter latices hauriunt:* quæ omnia oppido *S. Bertrandi*, quod in ejus sede esse fertur, probe conveniunt, servanti nunc quoque in portarum una hoc veteris inscriptionis fragmentum:

IMP. XXVI. COS.
V. P. P.
CIVITAS. CONVEN.

primi, quod sciam, vulgarunt Benedictini in Itinerario, cui *Literarii* titulum præscripserunt, tom. II. p. 14.; dein vir doctus, qui tamen editum fuisse ignorabat, tom. III. Histor. Acad. Inscript. p. 438. Referunt autem ad Augustum aut Tiberium Imp., in quorum neutrum quadrat: neuter enim in V. Consulatu Imp. XXVI. salutatus est. Ego Claudio Imp. hoc monumentum dedicatum fuisse existimo, quem literati lapides & numi V. consulem indicant Imp. XXIIII. & XXV, XXVI, & XXVII. consalutatum fuisse. WESS.

CALAGORGIS.] Vel *Calagorre*. Libro Provinc. *Bogorra*. SIML.

CALAGORRIS.] Hoc è Vaticano, licet ceteris omnibus *Calagorgis* inesset, recipiendum duxi; movit me Hieronymus, qui Vigilantium omni contumeliarum genere inurens, *iste caupo Calagurritanus*, inquit, *& in perversum propter nomen viculi mutus Quinctilianus, miscet aquam vino, & de artificio pristino suæ venena perfidiæ Catholicæ fidei sociare conatur:* innuit enim Vigilantium ex hoc vico *Calagorri*, dum eum *cauponem Calagurritanum* nuncupat, esse ortum: nam eodem libro illum ex *Convenarum*

AQVIS SICCIS. M. P. XVI.
VERNOSOLE. M. P. XV.
TOLOSA. M. P. XV.

DE AQVITANIA IN GALLIAS.

ITER A BVRDIGALA AVGVSTODVNVM. M.P.CCLXXIV.

BLAVIO. Sic. M. P. XVIIII.

TAM-

gente & *Galliæ hoſtem vernaculum* dixerat; *mutum* præterea *Quinctilianum*, quod, ſicuti rhetor præſtantiſſimus ex Hiſpanica Calagurri originem duceret, ipſe cognomine in Galliis vico natus ad diſertiſſimum rhetorem mutus & infans atque elinguis eſſet. Vide egregiam de Vigilantii patria diſſertationem inter opuſcula P. de Marca p. 373. & Pagi Critic. An. CCCCVI.; nunc *Caſeres* appellari perhibent. WESS.

AQVIS SICCIS.] Servant *Seches* priſtini nominis obſcura veſtigia: mox *Vernoſole M. P. XII.* Cuſani MS. WESS.

TOLOSA.] Auſonius Clar. Urb. XII.

Non unquam altricem noſtri reticebo Toloſam,
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Perque latus pulchro prælabitur amne Garumna.

Plura de urbe ejusque fatis & dignitate Guil. Catellus L. II. Hiſt. Langued. C. 2. & ſeq. coacervavit. WESS.

DE AQVITANIA IN GALLIAS.] Aquitaniæ provinciæ *nomen extra* Gallias *cenſeri, Ruſi Feſti Breviario & ab auctore Notitiæ provinciarum Romani imperii admonemur. A Rufo Feſto XVIII. provinciæ cum Aquitaniæ & Britanniæ provinciis numerantur, & in Notitia XVII.* Viennenſes, Narbonenſes, Belgicæ, & Lugdunenſes Galliæ *nuncupantur, & præter eas* Aquitania prima, & Aquitania ſecunda *cognominantur.* SVR.

M. P. CCLXXIIII.] *In Blandiniano* M. P. LXXIIII. *& in Neapolitano* M. P. CCLXIIII. *Longolianum exemplar, quod ferme Blandiniani veſtigiis inſiſtere videtur,* M. P. LXXIIII. *&* CCLXIIII. *corrigitur: quam ſummam manſionum numeri ſuperant.* SVR.

ITER A BVRDIGALA.] Cuſani codex non ſane pulchre M. P. CCLXIV. addit. WESS.

BLANVTO.] Vel *Blavio.* SIML.

BLAVVTVM M. P. XVIIII.] *In Bland.* Blavuto M. P. XVIIII. *& in Neap.* Blauto M. P. XVIIII. *Longol. libris* Blaunto M. P. XVIIII. SVR.

BLAVIO.] Alii *Flavio:* ſed *Blavio* legendum docet doctiſſimus Scaliger L. II. Auſon. Lection. C. 6., & mox pro *Novioregum* reponit *pago Novero* vel potius *Noverio* ibidem C. 10. SCHOTT.

BLAVIO.] Hoc præfero: noſtrorum pleriique *Blauto*, quod inde natales accepit; tamen rectius *Blavia* Peutingerorum Tabulæ dicitur, Auſonio Epiſt. 10. *militaris Blavia*, Gregorio Turonenſi Glor. Confeſſ. C. 46. *Blavienſe caſtellum ſuper litus amnis Garomnæ: caſtrum Blavit ſuper alveum Garonnæ* in Teſtam. Bertichramni p. 259. Analect. Mabillonii Nov. Edit. Nunc *Blaye.* WESS.

TAMNVM.] Tabula *Lamnum*, quo noſtrum melius erit, ſi, quod ferunt, veſtigia manſionis in vico *Talmont* perdurent: tamen M. P. XXII. Tabulæ præſtant & ſpatium, quod Blavium & Tamnum dividit, melius abſolvunt. WESS.

NOVIOREGVM M. P. XII.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & libr. Longol.; quam lectionem minime rejiciendam arbitror, tametſi id oppidum deſignari arbitror, quod Ptolemaeo in Biturigibus, qui* Vibiſci *cognominabantur,* Νεόμαγος *nominatur una cum* Burdigala. SVR.

NOVIOREGVM.] *Noviomagus* Vibiſcorum non bene cum hac componitur: videtur enim Novioregum extra Vibiſcorum fines in Santonibus fuiſſe. Ill Scaliger *Noverum* malebat, quo de Auſonius Epiſt. XXIV. 95.

Totque mea in Novero ſibi proxima prædia pago.

quam magni viri conjecturam MSS. nihil juvant,

TAMNVM.	M. P. XVI.
NOVIOREGVM.	M. P. XII.
MEDIOLANVM SANTONVM.	M. P. XV.
AVNEDONNACVM.	M. P. XVI.
RAVRANVM.	M. P. XX.
LIMONVM.	M. P. XXI.
	FINES.

vant, vulgatum mordicus retinentes. *Royan* esse creditur. WESS.

MEDIOLANVM SANTONVM M. P. XV.] *Strabo L. 4. p.* 190. Mediolanum Santonum *urbem ad Oceanum vergentem inter* Aquitanas *maxima ex parte arenosam, & agro tenui ex milio alimoniam captare, auctor est. Ptolemaeus itidem* Santonum *urbem* Μεδιολανίον *recenset.* SVR.

MEDIOLANVM SANTONVM.] Ausonio Epist. VIII, 3. *urbs Santonica*, Tyroni in Notis *Sanctonus*, atque item Ausonio Epist. XXIV, 78.

Santonus ut sibi Burdigalam, mox jungit Aginnum
Illa sibi. ——— ——

nam quod Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 2. p. 186. *Santonum* eo versu incolam Mediolani, non urbem indicare putat, Tyronis auctoritate facile confutatur. De urbe ita & gente Marcianus p. 47. Edit. Hudsoni: Ἐνταῦθα παροικοῦσι Σάντονες, ὧν πόλις Μεδιωλάνιον, ἐπὶ θαλάσσῃ κείμενοι παρὰ τὸν Γαρούμναν ποταμόν· sic lege: Berkelius aliam ingressus est viam ad Stephanum, sed quæ ipso locorum situ plurimum aberrat. Nunc *Saintes*, solo gentis nomine, ut moris in Galliis est. WESS.

AVNEDONNACVM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Aunedunnacam M. P. XVI. *& in Neapolitano*, Aundonacum M. P. XVI. *In Longol. libris* Anedonacum M. P. XVI. SVR.

AVNEDONNACVM.] Cusani MS. *Avedonnacum*, ad quem proxime accedit Tabulæ *Avedonnaco. Aunay* est. WESS.

RAVRANVM.] Tabula *Rarauna:* nostrum præstat. Paullinus Epist. IV. ad Auson. ℣. 249.

Vel quia Pictonicis tibi fertile rus viret arvis,
Rauranum Ausonias tibi devexisse curules
Conquerar. ——— ——

Rom vel *Raum* veteris vocabuli reliquias servat. WESS.

LOMOVNVM.] *Limonum Pictonum* Ptolemaeo. SIML.

LIMONVM M. P. XXI.] *In Bland. & libris Longol.* Lomonum M. P. XXI. *& in Neapolitano* Lamounum M. P. XXI. *Hujus oppidi nomen in Commentario Gallico A. Hirtii ter detortum, ac depravatum apparet: quod à nemine animadversum fuisse ad hanc diem, quod sciam, ope manuscriptorum exemplarium, mirum videri debet. Ita enim legendum est: C.* 26. C. Caninius legatus, cum magnam multitudinem hostium in fines Pictonum litteris nuntiisque Duracii cognovisset, qui perpetua amicitia manserat Romanorum, quod pars quædam civitatis ejus defecisset, ad oppidum Limonum contendit. *Et paulo post:* quo cum adventaret, atque ex capitivis certius cognosceret, multis hominum millibus à Dumnaco duce Andium Duracium clausum, Limonum oppugnari *&c. Et paulo inferius:* Rursus ad obsidendum Limonum redit. *Quibus in locis in vulgatis libris, pro ea voce* Limonum, Lemovicum *legitur: cum vetusta exemplaria & vetusti libri Florentiæ excusi* Lemonum, *&* Lunonem, *aut* Limonem *præferant. Meminit ejus oppidi Ptolemaeus; nam ab eo in* Pictonibus, Λίμωνον *conlocatur: &* Pictavium *esse à posteris dictum, Christophorus Longolius est auctor, & doctissimus, & omnium, quos priora sæcula ante mille &* CC. *annos tulerunt, eloquentissimus. Oratione enim priore suarum defensionum, ita inquit.* Tenebar tum quidem adhuc, earum quæ dicendi, disputandique rationem traderent, disciplinarum studio: verum arbitratus me nullum non exilem ex earum cognitione fructum esse percepturum, nisi juris etiam vestri prudentia animum excolerem, contuli me Limonum Pictonum, Aquitaniæ urbem, neque studiosæ juventutis multitudine incelebrem, neque Pontificii civilisque juris interpretum doctrina inter eas quidem gentes ignobilem. *Et alibi eâdem, & posteriore* perduellionis *Oratione* Lemoni *fit ab eo mentio.* SVR.

FINES.	M. P XXI.
ARGANTOMAGO.	M. P. XXI.
ERNODORVM.	M. P. XXVII.
AVARICVM.	M. P. XIII.
TINCONCIVM.	M. P. XX.
DECCIDAE.	M. P. XXII.
ALISINCVM.	M. P. XIV.
AVGVSTODVNVM.	M. P. XXII.

ITER

LIMONVM.] Cusani membranæ *Lomounum*, Vaticanae *Leomonum*, Parisinae *Limounum*, Tabula scripta *Lemuno*; ex qua scripturæ differentia verum satis pellucet. Esse vero *Limonem* seu *Limonum* potius Hirtio restituendum, Sabellicus, Ciacconius, Scaliger in Scaligeran. I. p. 66. atque alii viderunt. Majus de situ certamen fuit. Ill. Scaligero urbs est parva in Pictavensi agro, cui *Limons* cognomen hæret: alii gentis caput *Poictiers* arbitrantur, ducemque habent Tyronem sive Magnonem in Notis, *Pictavus*, *Limonum* scribentem; atque hoc itineris ordo & ductus postulare videntur, ut Cl. Cellarius L. II. G. A. C. 2. p. 187. jam animadvertit. Contra quidem venit in Galliæ Notit. Had. Valesius, sed telo admodum infirmo: *Augustoritum* ait a Ptolemaeo in hac gente principe loco poni, adeoque gentis Pictonum caput videri; at oblitus vir egregius est, non esse illi Geographo insolitum, urbes obscuriores nobilioribus præponere, ne statutum sibi progressum interturbaret; sic, ut exemplo defungar, in Biturigibus Vibiscis Burdigalam Noviomago postponit: nec quisquam tamen Noviomagum antecelluisse Burdigalam,

——— —— *Sic turribus altis*
Arduam, ut aërias inirent fastigia nubes,

quæ Ausonii verba Clar. Urb. XIV., opinabitur. Vidit hoc quoque M. Altingius ad Tabulam. WESS.

FINES.] Pictonum *fines* indicari putem. WESS.

ARGANTOMAGO] Ita Parisinus; ceteri *Agrantomago*, quod & in suo Jos. Simlerus reperit, notans, *Agrantomago vel Argantomago, ut sequenti itinere.* Tabula vulgato consentit. Annal. Reuberi & Saxo Leibnitii An. IↃCCLXVI. *castrum Argentomagum*, Regino vero *Argentonium* appellat; neque adeo injuria suspicaberis, Reginonis ætate non multum afuisse Francos ab hodierno urbis cognomine. WESS.

ERNODORVM.] In vita S. Ambrosii Cadurcensis, quam Labbeus Biblioth. Nov. inseruit, p. 349. *Ernotrum* appellatur, *Reversusque est*, inquit scriptor ejus, *ad urbem Bituricam; cumque Ernotro vico adveniisset, contigit eum dormire in Domino.* Alia ejusdem Ambrosii vita habet, *in pago Biturico in vico Ernotensi.* Nunc ab illo Ambrosio *Saint Ambrois sur Arnon* vocitant. WESS.

AVARICVM.] Caesari Comment. B. G. VII. C. 13. *oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum atque agri fertilissima regione*, Biturigibus ipsis C. 15. ejusdem Commentarii *pulcherrima prope totius Galliæ urbs, quæ & præsidio & ornamento sit civitati*, dicitur: Tyroni *Biturex Avaricum*, *Biturica civitas* Annalibus Reuberi & scriptori vitæ Ambrosii Cadurcensis, *urbs Bituriga* Gregorio Turonensi Glor. Confess. C. 70., *Bituriga* Ammiano L. XV. C. 11.; quod nomen celeberrimæ ex Jurisconsultorum doctrina urbi, quamquam in *Bourges* paullatim deflexum, hodiernum hæret. WESS.

TINCONCIVM.] Tabula Peutingerorum *Tincollo*. Nomen & situs respondent oppido *Sancoin*. WESS.

DECIDE.] Alias *Decisia*, vel *Dececia*. SIML.

DECCIDAS M. P. XXII.] *In Blandiniano* Deccidæ M. P. XXII. *& in Neapolitano*, Decude M. P. XXII. *Longoliani libri*, Decide M. P. XXII. *& Decude corrigitur.* SVR.

DECCIDAE.] Hoc, quantumvis vitiosum, retinuimus. Cusani liber *Decude*, Tabula *Degena*. Verum est *Decetia*, de qua superius abunde dictum. WESS.

ALI-

ITER DE AQVITANIA IN GALLIAS.

ITER A BVRDIGALA ARGANTOMAGVM. M. P. CXCVII.

	Sic.
SIRIONE.	M. P. XV.
VSSVBIVM.	M. P. XX.
FINES.	M. P. XXIIII.
AGINNVM.	M. P. XV.
EXCISVM.	M. P. XIII.
TRAJECTVS.	M. P. XXI.
VESVNNA.	M. P. XVIII.
	FINES.

ALISINCVM.] Ita magno consensu libri veteres hoc loco, qui p. 366. sibi parum constabant. WESS.

ITER DE AQVITANIA.] *Itineris* vocem Parisinus codex addit, nec caussa est, quamobrem rejectanea sit censenda. WESS.

SIRIONE.] Tabula *Serione* M. P. X. a Burdigala, Itiner. H. cum vulgato non dissidet, Leugis tamen XVI. ab eadem urbe semovens. De vero situ non minor inter doctos lis intercedit. Abr. Ortelio, cui M. Altingius accedit, *Rions* est ad Garumnæ ripam: Had. Valesio *Barsac* ad Sirionis & Garumnæ confluentes; atque hoc verius existimaverim. WESS.

VSSVBIVM M. P. XX.] *Habet Blandinianum exemplar, & libri Longolıani. In Neapolitano exemplari* Vsubium M. P. XX. *legitur.* SVR.

VSSVBIVM.] Sic plerique MSS.; tamen Parisinus *Vsubium*; Tabula *Vesubio* atque eadem M. P. præfert. *La Reole* in dextra Garumnæ ripa nunc esse perhibetur. WESS.

FINES.] Videntur Vibiscorum & Nitiobrigum esse *fines*, qui male ex Cusani libro exulant. habent ceteri cum scripta Tabula. WESS.

AGINNVM.] H. Surita M. P. XII. apposuit, cum vetustiores editi & scripti XV. M. P. offerant; ea ego, quod & Tabulæ probentur & summam generalem rotundent, restituenda esse duxi. Ausonius Epist. XXIV.

Santonus ut sibi Burdigalam, mox jungit Aginnum
Illa sibi. ——

Agimum mendose vocatur & scribitur in Histor. Collect., edita in Canisianis Lection. Antiq. p. 224. WESS.

EXCISVM.] Haud aliter Tabula, in numero M. P. itidem conspirans: tamen XVI. M. P. Parisinus & Cusani MSS.; durant nominis obscurâ vestigia in *Eixse*, Abbatia vetere, si Had. Valesii Notitia Galliæ non fallit. WESS.

TRAVECTVS.] Vel *Trajectus.* SIML.

TRAJECTVM M. P. XXI.] *In Blandiniano* Travectus M. P. XXI. *legitur. Neapolitanum & libri Longolıani*, Trajectus M. P. XXI. Trajectus *hic* Ligeris *amnis videtur.* SVR.

TRAJECTVS.] Excerpta MSS., quibus utimur, magno consensu *Travectus*, prætereaque Cusani codex M. P. XI. edit. Credo scribentium peccato *Travectum* ex *Trajectu* esse natum, quomodo eorundem negligentia in Ciceronis Orat. post reditum ad Quirit. C. 8. *parva navicula pravectus in Africam*, cum *trajectus* ab Oratore veniisset, scribi in MSS. cœptum est. WESS.

VESVNNA.] Ptolemaeus *Vessuna.* SIML.

VESVNNAM M. P. XVIII.] *In Blandiniano, & libris Longolianis*, Vesunna M. P. XVIII. *& in Neapolitano*, Vesunnam M. P. XVIII. *Ptolemaeo* Petrocoriorum *urbs* Οὐέσουνα. SVR.

VESVNNA.] Peutingerorum Tabula *Vesonna*, haud magno discrimine. Quod nostri libri præoptarunt, est in Thesauri lapide p. CV. 1.

TVTELAE AVG.
VESVNNAE
SECVNDVS SOTER
D. S. D.

sic enim ultima, in Thesauro inscriptionum mendosiora, cum Savarone & Sirmundo ad Sidonium legi oportet. Incolæ Sidonio L. VIII. Epist. 11. *Vesunnici* dicuntur. Auctor autem Collect. Histor. in Canisii Lect. Antiq. p. 224.

FINES.	M. P. XXI.
AVGVSTORITVM.	M. P. XXVIII.
ARGANTOMAGO.	M. P. XXI.
ITER AB AGINNO LVGDVNVM.	M. P. LXV. Sic.
LACTVRA.	M. P. XV.
CLIMBERRVM.	M. P. XV.

BEL-

urbem *Petrocors* & *Petrocoricam*, unde, voce, ut fieri amat, vitiata, *Perigueux* supereſt, appellat: quin ne de hodierno ſitu dubium reſtet, vulgus arcem urbis Petrocoricæ *Veſune* vocare adſuevit, ut ad Apollinarem doctiſſimus Savaro adſcripſit. WESS.

FINES.] Habet hos Tabula, ſed XIV. M. P. a Veſunna, totidemque ab Auguſtorito: deſunt autem Cuſani & Pariſienſi MSS. Putem *fines* Petrocoriorum indicari. WESS.

AVGVSTORITVM M. P. XXVIII.] *Legitur in Blandiniano, & vetuſta manu* Auguſtoretum *corrigitur. In Neapolitano* Auguſtorium M. P. XXI. *& ſtatim* Auguſtoritum XXVIII. Finium *manſione prætermiſſa: & Longoliani libri* Fines Auguſtoricum M. P. XXI. *&* Auguſtoretum M. P. XXVIII. *præferunt, Ptolemaeo una cum* Limono *in* Pictonibus Ἀυγουϛόριτον. SVR.

AVGVSTORITVM.] MS. Pariſinus *Auguſtoricum M. P. XXI.*, corrigiturque *Auguſtoritum M. P. XXVIII.* Situs ob opinionum differitatem dubius eſt: plerique Lemovicum urbem *Limoges* eſſe jubent; Altingius oppidum *Dorat*, quod ex ultima Auguſtoriti ſyllaba durare opinatur, conjectura non ſane plauſibili. WESS.

ARGANTOMAGO.] Em. Schelſtrate ex Vaticano *Auguſtomago*, quod vitioſiſſimum eſt, vulgavit: Silvanectum enim Auguſtonagus multis hinc millibus diverſus eſt: *Argentomago* ſchedæ Pariſinæ. WESS.

M. P. LXV.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & libri Longoliani, nec ullius manſionum numeri cum ſumma conveniunt.* SVR.

LACTVRAM M. P. XV.] *In Blandiniano & libris Longolianis* Lactura M. P. XV.: *& in Neapol.* Jactura M. P. XV. SVR.

LACTVRA.] In Tabula *Lactora* ineſt: *Latoram* invenio in veteri Hagiologio tom. II. Bib. Nov. Labbei, pro *Lactora*; LACTORATES incolæ Theſ. p. XXXI. 2.

PRO. SALVTE. ET. INCO
LVMITATE. DOMVS. DI
VINAE. R.P. LACTORAT.
TAVROP. FECIT.

Nunc *Leyture* in excellente rupe. Vid. Arn. Oinehartum L. III. Notit. Vaſcon. C. 10. WESS.

CLEMBERTVM.] Vel *Climberrum*. SIML.

CLIMBERRVM M. P. XV.] *Præfert Blandinianum exemplar. In Neapolitano* Climbrum M. P. XV. *Longoliani libri*, Climberrum M. P. XV. *&* Climbrum *corrigitur.* SVR.

CLIMBERRVM.] Pariſinae & Cuſani membranæ *Climbrum*, Vaticanae *Cliniberrum*, quod è vulgato, litera M. in duas ſecta, natum eſt: Tabula *Cliberre*. Auſciorum urbs fuit, quam Melae Pomponio auſpiciis addicentibus Iſ. Voſſius L. III. C. 2. reſtituit. *In Auſcis Climberrum.* Eadem eſt atque Auguſta Auſciorum Ptolemaei, unde gentili nomine, quod in hoc terrarum tractu ſolenne fuit, in urbis cognomen degenerante, *Auſch* natales atque originem accepit. Vid. præter Valeſii Notitiam Galliæ Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 2. p. 182. WESS.

BELSINVM M. P. XV.] *In Blandiniano* Belſino M. P. XV. *& in Neapolitano* Belſino M. P. X. *Longoliani libri* Belſino M. P. XV. *&* X. *corrigitur.* SVR.

BELSINO.] Lugduni & Baſileae *Berſino*, & hic quidem M. P. X., illic XII. M. adjunxerunt. Noſtri conſtanter *Belſino*; Tabulæ *Baſino M. P. XV.* neutris aſſentitur. WESS.

LVGDVNVM.] *Convenarum* intelligi Lugdunum ut multis declaretur, non eſt neceſſe. WESS.

ITER BRITANNIARVM.] Britannia *nondum in formam Provinciæ redacta, cum ipſi* Albion *nomen fuiſſet, Inſulæ omnes verſus Septentrionem* Britanniæ *vocabantur, uti Plinius L. 4. C. 16. commemorat. Eo more apud Valerium Catullum in Caeſarem Epigr.* 30.

Hunc

BELSINO. M. P. XV.
LVGDVNVM. M. P. XXIII.

ITER BRITANNIARVM.

A GESSORIACO DE GALLIIS RITVPIS IN PORTV BRITANNIARVM. STADIA NVMERO CCCCL. A LI-

Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

At Britannia *Insula subacta, in ea Provinciæ tres a Rufo Festo numerantur*, Maxima Caesariensis, Britannia prima & Britannia secunda, *quas* Britanniarum *nomine hoc Antonini loco intelligi, dubium mihi est, tametsi verisimile sit, eo jam tempore in aliquot provincias fuisse divisam. Posteriore verò tempore auctor* Notitiæ Provinciarum *quinque provincias* Britanniæ *numerat*: Maximam Caesariensem, Valentinam, Britanniam primam, Britanniam secundam, & Flaviam Caesariensem. *Plinius ratione miliarium longitudinis & latitudinis* Britanniam *dimetitur, & non Provinciarum: & Ptolemaeus laterum ejus insulæ dimensiones colligit.* SVR.

ITER BRITANNIARVM.] Rob. Talbot, qui Henrico VIII. rege hanc Itinerarii partem illustrare est agressus, *itineris* vocabulum proscripsit, *Itinerarii* substituto: olim enim *IT.* aut *ITINER.* fuisse; inde indoctum amanuensem *ITER* fecisse; a qua sententia non multum abit Wilhel. Burtonus principio Commentarii sui in Britan hæc itinera. Equidem si id in libris esset, non pro rejiculo haberem; nunc quidquid est MSS. illi conjecturæ obviam venit, *iterque* mordicus tuetur; quo titulo auctor, quicunque fuerit, se ad Britanniarum itinera recensenda accingi indicare volunt. WESS.

A GESSORIACO DE GALLIIS RITVPAS.] *In Blandiniano* Agessoriam de Galliis Ritupis. *In Neapolitano* à Gessoriaco de Galliis Ritupis: & *in Longol. libris*, à Gessoria de Galliis Ritupis. *Ptolem. in* Atrebatiis Ῥιτόπια Rutupiarum portus Britanniæ *Ammianus libro xx. C. 1. meminit:* Adulta, *inquit*, hieme dux ante dictus Bononiam venit: quæsitisque navigiis & omni imposito milite observato flatu secundo venterorum, ad Rutupias, sitas ex adverso, defertur, petitque Londinum. *Auctor Notitiæ Provinciarum sub dispositione v. s. Comitis litoris Saxonici per* Britanniam *præpositum Leg. II. Augustæ* Rutupis *recenset. In Itinerario maritimo, in Regio exemplari, quod integrum extat, & mihi instar est complurium, & in Blandiniano* portus Ritupius *vocatur: ut non dubitem* Ritupas *scribere, non* Rutupas. SVR.

A GESSORIACO.] Celeberrimus hinc in Britanniam & contra trajectus sub Imp. fuit. Vide Olympiodorum apud Photium Cod. LXXX. p. 182., &, qui eum æmulatur, Zosimum L. VII. C. 2. *Ritupis* pro *Rutupiis* MSS. omnes: sed huic *Cantiorum*, non *Atrebatiorum*, ut perperam Surita, portui aliud tempus erit. WESS.

STADIA NVM. CCCCL.] *Manuscripta exemplaria & vulgati libri* Stadia numero CCCCL. *Caesar Commentario VI. C. 21.* ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur, quod inde erat brevissimus in Britanniam trajectus. *Plinius L. 4. C. 16. de Britannia*, Hæc, *inquit*, abest à Gessoriaco, Morinonum gentis litore proximo trajectu L. M. *Ex quibus verbis, & hac Antonini itinerarii stadiorum ratione, visus est mihi Beda, initio historiæ Ecclesiasticæ, sententiam concinnasse: cujus verba adponam, quòd hujus Itinerarii auctoritas, ab eo aperte laudari videatur:* Habet, *inquit*, à meridie Galliam Belgicam, cujus proximum litus transmeantibus aperit civitas, quæ dicitur Ruthubi portus; qui portus à gente Anglorum nunc corruptè Reptaceastir vocatur, interposito mari à Gessoriaco Morinorum gentis litore, proximo trajectu milliarium quinquaginta, sive, ut quidam scripsere, stadiorum quadrigentorum quinquaginta. *Strabo libro* IV. *p.* 190. *Caesarem perhibet, cum ad* Itium *navali usus esset, & initis tenebris classem ascendisset, postridie hora circiter quarta stadia ccc. ac xx. emensum applicuisse. In Itinerario ad portum* Ritupium CCCCL. stadia *assignantur.* SVR.

STADIA NVMERO.] Cum Itinerario amicissime conspirat Dio L. XXXIX. p. 127. Ἡ δὲ χώρα αὕτη ἔχει μὲν τὸ ἠπείρῳ τῷ Κελτικῇ καὶ Μωρίνοις σταδίους πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους, ὃ συντο-

μώτα-

A LIMITE, ID EST, A VALLO PRAETORIO VSQVE. M. P. CLVI.
A BREMENIO CORSTOPITVM. M. P. XX.
VINDOMORA. M. P. IX.
VI-

μώτατον· Habuit quidem ſummus in his literis Iſ. Caſaubonus ad Strabonis L. IV. p. 199. Dionis numeros mendi ſuſpectos, quos Itinerarium & Beda facile defenderint. WESS.

A LIMITE ID EST A VALLO.] *Cum Spartianus in Hadriani vita C.* 11. *auctor ſit, murum Hadrianum in* Britannia *per* LXXX. M. P. *primum duxiſſe, qui Romanos à Barbaris divideret, & Valli nomine magna munitionum mole à* Septimio Severo *longius productum fuiſſe; dubium erit, quis* limes *hoc Itinerario deſignetur? Ac mihi magis fit verſimile* Severi Vallum *intelligi: quod ſi ita eſſe donemus, auctor hujus Itinerarii ætate Imperatoris* Antonini Baſſiani Severi F. *opus hoc compoſuiſſe tradetur: & Imperatoris hujus* Antonini *titulus erit, non* Antonini Pii. *Nam adeo ſingillatim hoc Itinerario* à Vallo *itinera ducuntur & ex aliis urbibus ad* Vallum, *ut veriſimile non ſit* Valli Hadriani *fieri mentionem, ſed* Severi: *atque eam ob cauſam auctor hujus Itinerarii* Antonini Auguſti Severi F. *nomine opus edidiſſe videtur. Julius tamen Capitolinus in vita Pii Anton. C.* 5. Antoninum Pium *auctor eſt* Britannos *per Lollium Vrbicum viciſſe, alio muro ceſpiticio, ſubmotis barbaris, ducto. De Vallo Xiphilinus ex Dione hæc prodit in* Severo, *Britannorum mores deſcribens:* Οικοδσι ȝ ὅι ϕ̃ Μαιάται ωϱὸς αὐτῷ πῷ Δϕτειμίσμαπ, ὁ τὸν νῆσον ὁλχῆ τέμνϵ. *Eum itidem murum à* Severo *erectum atque conſtructum fuiſſe, idem Spartianus in Severo C.* 18. *auctor eſt.* Britanniam, *inquit,* quod maximum ejus imperii decus eſt, muro per transverſam Inſulam ducto, utrinque ad finem Oceani munivit, unde & Britannici nomen accepit. *Aurelius Victor in Epitoma hiſtoriæ Auguſtæ, & Eutropius libro* VII. *C.* 19. *in Severo,* Vallum per XXXII. M. P. à mari ad mare deduxiſſe, *ut Spartianus, auctores ſunt, ſi numeri mendo non carent. Nam Euſebius in libello Temporum ita prodit:* Severus in Britannos transfert bellum: ubi, ut receptas provincias ab incurſione barbarica faceret ſecuriores, vallum per CXXXII. M. P. à mari ad mare duxit. *Oroſius, L. 7. C.* 17. *ut Caſſiodorum omittam, hæc prodidit.* Severus victor in Britanniam, defectu pæne omnium ſociorum trahitur: magnis gravibusque prœliis ſæpè gestis receptam partem Inſulæ à ceteris indomitis gentibus vallo diſtinguendam putavit. Itaque magnam foſſam, firmiſſimumque vallum, crebris inſuper turribus munitum per CXXXII. M. P. à mari ad mare duxit: ibique apud oppidum Eboracum morbo obiit. *In Notitia Provinciarum Tribuni cohortium per lineam* Valli *recenſentur. Eo Vallo* Picti, *& regiones reliquæ, quibus* Scotiæ *regnum continetur, excludebantur.* SVR.

A LIMITE ID EST.] Guil. Camdenus illa *ID EST A VALLO*, tamquam ex gloſſemate hic inculcata, obelo confixit: non enim *vallo* Bremenium, primam itineris manſionem, accubare. In alia omnia abit Th. Galeus, Antoninum ſcripſiſſe opinatus *A LIMITE IN VALLO*; certe *in vallo* huic ſcriptori idem eſſe ac *per vallum:* habere quippe p. 244. *Altino in medio Lugione & Ad ſtatuas in medio Aliſca*, pluraque alia Nec ea tamen, ſi quid in his video, rem conficient: tantum innuunt, eas manſiones *in medio* eſſe itineris ac transeundas. Itaque cum MSS. hic conſpirent, nihil temere mutavero: videtur enim *vallum* loco *limitis* fuiſſe, uti apud poëtam:

Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis.

Jam quod Camdenus & ejus veſtigiis inhærens Burtonus urſerunt, primam itineris ſtationem aliquot M. P. a vallo fuiſſe diſparatam, id fatemur: at verba *a limite i. e. a vallo* non ſtrictiſſime ſunt accipienda, ut pulchre nuper vidit vir doctiſſimus L. I. Britan. Roman. C. 7., ſed latiore ſenſu: Bremenium a vallo non multum aberat in ſolo barbarico poſita, inde *a limite i. e. a vallo* itineris initium ducitur. WESS.

A BREMENIO CORSTOPILVM M. P. XX.] *Habent Blandinianum exemplar, & libri Longoliani. In Neapolitano* Abremenio Conſtropitum

VINOVIA. M. P. XIX.
CATARACTONI. M. P. XXII.
ISVRIVM. M. P. XXIIII.

EBV-

pitum XX. Bremenium *oppidum in* Valli limite *deligi, tamquam certum locum, ex quo iter hoc ducitur* Corſtopilum *usque, ratio ipſa docet. Ptolemaeo in* Otadenis, *qui ad Meridiem vergunt,* Βρεμήνιον. Corſtopili *verò oppidi, ſive manſionis primæ, neque apud veteres auctores, aut recentiores, ullam mentionem reperi.* SVR.

A BREMENIO.] Joſ. Simlerus *Bramenio* Baſileae vulgavit, ex Voſſii autem codice *Bramaenio* a Thom. Galeo citatur; ubi nolim arbitreris eum Voſſii MS. indicari, quo in ſuperioribus ſæpe uſi ſumus: nam ab eo omnia hæc, ut alia multa, abſunt. Puto virum doctiſſimum ab Iſ. Voſſio editionem H. Suritae mutuam habuiſſe, cui variantes, quæ dicuntur, allitæ erant, quæque ex Lugdunenſi Bibliotheca nobiſcum communicatæ ſunt. Vulgatum eſt in Vaticanis, Pariſinis & Cuſani membranis, eſt quoque in Ravennate L. V. C. 31., & his omnibus vetuſtiore, Ptolemaeo, & quæ dubium omne auferet, in veteri ara, cujus epigramma poſt Camdeni Burtoni Galeique operam nuper accuratiſſime L. II. Brit. Roman. C. 3. §. 95. a Jo. Horsley deſcriptum libet apponere:

D. R. S.
DVPL. N. EXPLOR.
BREMEN. ARAM
INSTITVERVNT
N. EIVS. C. CAEP.
CHARITINO TRIB.
V. S. L. M.

Hoc itaque, præterita eruditiſſimi Galei ſuſpicione, quippe robuſtiore fulcro deſtituta, retineamus. Fuit autem *Bremenium* ubi *Reicheſter* in Northumbria; quo loco & ara olim eruta fuit. WESS.

CORSTOPITVM.] Ita noſtri præter Cuſani librum, cui *Corſcopitum* placet: *Corſtopilum* Lugduni quoque dederunt; in ſuis *Coriſopito* & *Corioſopito* Th. Galeus eſſe adfirmat, præteraque *Corioſopitenſes* ex Gallia loco nomen feciſſe; quod ſane, cum alia in Britanniis exempla non deſint, a veri ſpecie non abludit. *Corbridge* in ejus eſſe ſede creditur. WESS.

VINDOMORAM M. P. VIIII.] *Manuſcripta exemplaria, & libri Longoliani in hanc conveniunt, auferendi caſu lectionem, cujus manſionis nullam reperi mentionem.* SVR.

VINDOMORA.] Excerpta MSS., quorum nobis uſura eſt, nihil diſcordant: tamen *V. M. P.* Th. Galeus ex alio adfert, & *Dolande* nunc eſſe decernit: at Thomae filius Rog. Galeus Vindomoræ ſitum in *Ebcheſter*, quod inter & Corſtopitum IX. M. P. interſunt, figit. Vid. Epitom. Actor. Philoſoph. tom. V. part. II. p. 51. H. Jones. WESS.

VICONIA.] Vel *Vinovia.* Ptolemaeo *Vinovium Brigantum.* SIML.

VINOVIAM M. P. XVIIII.] *In Blandiniano, & reliquis* Vinovia M. P. XVIIII. *Ptolemaeo inter civitates* Brigantium Οὐινοβιον. SVR.

VINOVIA.] *Vinonia* eſt in Pariſino & Cuſani MSS., verum mendoſe. Numeri jubent, ut ſitus in *Bincheſter*, ſicuti a doctiſſimo Rog. Galeo oſtenſum eſt, quæratur. WESS.

CATARACTONEM M. P. XXII.] *In Blandiniano* Cataracton M. P. XXII. *atque eodem pacto in libris Longolianis. In Neapolitano* Cataractorii M. P. XXII. *Ptolemaeo itidem in* Brigantibus *juxta* Vinnovium *conlocatur* Καταρακτονιον. *Beda in fine libri II. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ* Cataractæ *meminit: & Cataractonis vici libro iii. capite xiiii.* SVR.

CATARACTONI.] Ita noſtri omnes pro *Cataractonii*; nam *Cataractonium* verum eſſe ex Ravennate L. V. C. 31. novimus. Nobilem olim & amplam fuiſſe urbem, non injuria ex Ptolemaeo, qui ejus & L. II. Syntax. M. C. 6. & L. VIII. Geograph. p. 224. atque alibi commeminit, quamquam in poſitione figenda aberrans, Guil. Burtonus & poſt eum Th. Galeus collegerunt. Nunc *Cataract* ſive *Catarick* ad Salonis amnem eſſe jubent. Ceterum Bedæ verba huc quoque tranſtulit Burtonus Comment. p. 53., ſed Th. Galeo invito, quem vide. WESS.

ISVRIVM M. P. XXIIII.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & Longoliani libri: & infra ſequenti itinere* Iſuriam. *Ptolemaeo in eisdem* Brigantibus Ἰσύριον. SVR.

EBVRACVM. LEG. VI. VICTRIX. M. P. XVII.
DERVENTIONE. M. P. VII.
DELGOVITIA. M. P. XIII.
PRAETORIO. M. P. XXV.
ITER A VALLO AD PORTVM RITVPIS M. P. CCCCLXXXI.
Sic.
A BLA-

ISVRIVM.] Brigantum fuit appidum, unde alio itinere *Iſubrigantum* pro *Iſurio Brigantum* appellatur. Quod vero ſuſpicantur, *Brigantum civitatem*, quæ numeroſiſſima totius provinciæ perhibebatur, quamque Cerealis aggreſſus fertur in Agricolæ Vita C 17., hanc urbem eſſe, id vereor, ut tenere poſſint: liquidiſſimum enim eſt, gentem ipſam a Tacito intelligi. *Aldborough* ejus locum occupat. WESS.

EBORACVM LEG. VICTRIX M. P. XVII.] *In Blandiniano* M. P. XIIII. *& in ſequenti itinere*, M. P. XVII. *qui numerus rectè hujus itineris manſionum ſummam conficit. In Neapolitano* M. P. XVII. *& in libris Longolianis* XIIII. *&* XII. *corrigitur, & ſequenti itinere* M. P. XVII. *ab* Iſurio Eboracum *adponuntur. Ptolemaeo in* Brigantum *regione*, Ἐβορακόν, *& illi itidem adjungitur* Λεγιὼν Ζ. Νικηφόρος. SVR.

EBVRACVMLEG. VI.] Pariſinus MS. *Eburacum M. P. M. VI. Victrix M. P. M. XVII.*, nec aliter Cuſani, quæ Th. Galeus ita declarat; *Eburacum municipium ſextæ Victricis, Mil. paſſ. XVII.*; ego vero vereor, ut vir egregius attenderit ad eorum MSS. perpetuam pæne conſuetudinem, qua pro M. P. ponere M. P. M. id eſt, *millia plus minus* ſolent, & exemplo ſtabiliri poſſit, *Eburacum municipium VI. Victricis* fuiſſe dictum. Legio VI. Victrix hic in ſtatione erat, unde in Severi apud Goltzium numo *COL. EBORACVM LEG. VI. VICTRIX.*, cui Ptolemaeus aſſentitur: egit quidem Eboraci *Legio IX. Victrix*, ut ex lapide, inibi reperto, quemque in Probabilibus explicitum dedi, apparet; ſed ejus ad urbem temporaria videtur fuiſſe belli occaſione mora. WESS.

DERVENTONEM M. P. VII.] *In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis Britannicarum Præfectus numeri* Derventienſis Derventione. SVR.

DERVENTIONEM.] Manſio ad cognominem fuit fluvium, quem hoc loco tramittebant. Meminit & Derventionis in vita S. Cuthberti C. 8. Beda, ſed is præter nomen commune nihil cum hac ſtatione habet. WESS.

DELGOVITIAM M. P. XIII.] *In Blandiniano exemplari & libris Longolianis* Delgovitia M. P. XIII. *& in Neapolitano* Delgnitia M. P. XII. *cujus manſionis &* Prætorii, *quo hoc iter deducitur, nullam reperi fieri mentionem.* SVR.

DELGOVITIA.] Noſtri conſpirant in voce ita formanda. Intervallum ad *Godmundingham*, quo de Beda L. II. H. E. C. 13., aut potius *Wighton* nos ducit. WESS.

PRAETORIO M. P. XXV.] Ita conſtanter MSS. excerpta. Th. Galeus ex Bentleiano & Oxonienſi codice M. P XXII. produxit Quo *Prætorium*, nam cui bono atque uſui fuerit ut quæratur, cum alias ea de re actum abunde ſit, nihil erit opus, quo, inquam, ſitu fuerit, controvertitur: plerisque Camdenum ſecutis eſt *Patrington*; quo loco cum nec indicia viæ militaris nec Romanæ magnitudinis conſpiciantur, aliam L. II. Brit Rom. C. 2. p. 405. vir doctus ingreſſus eſt viam, invenitque *Prætorii* hujus ſolum, ſi XXII. M. P. ſint juſta, in *Broughton*, ſin, non longe ab ejus vicinia. WESS.

ITER A VALLO.] Vallum intelligit Severianum, quod ſpatio M. P. L XXXII., ſic enim in Eutropii, Victoris, Chronici Euſebiani, Oroſii & aliorum locis, quæ ad præcedens iter H. Surita exſcripſit, legi oportere Guil. Burtonus Comment. p. 104. Th. Galeus, atque alii monuerunt, inſulam ſecabat, cujusque veſtigia egregie L. I. Britan. Roman. C. 8. deſignata ſunt. Sumitur autem *a vallo* itineris initium prorſus ut priore itinere; nam prima manſio paullo ultra vallum fuit. WESS.

ABLATO BVLGIO.] Vel *A Blato Bulgio.* Liber Notit. *Aballata.* SIML.

A BLATO BVLGIO.] Multa de manſionis nomine Th. Galeus in medium protulit, quæ, quod in conjectura deputentur, apud eum legi malim. Id enimvero negligendum non eſt, videri viro erudito primitus ab auctore veniſſe,

A Bla-

A BLATO BVLGIO CASTRA EXPLORATORVM. M. P. XII.
LVGVVALLO. M. P. XII.
VOREDA. M. P. XIIII.
BROVONACIS. M. P. XIII.
VERTERIS. M. P. XIII.
LAVA-

A Blato Bulgio castra exploratorum ad Luguvallum M. P. XII., adeoque *castra exploratorum* nihil omnino a *Blato Bulgio* discrepasse: at huic opinioni MSS. refragantur, *castra* a *Blato Bulgio* distinguentia: neque erit, quamobrem confundas, si cum erudito Britanniæ Romanæ scriptore L. I. C. 7. Blatum Bulgium ultra vallum in *Middleby* quæsiveris. *Aballaba*, quam ex Notitia Imp. Occid. Simlerus huc advocavit, longissime hinc diversa fuit. WESS.

CASTRA EXPLORATORVM.] Cusani MS. X. M. P. adscribit, quæ ad *Netherby*, locum castris his oportunum, ducunt. Erant hic in statione *exploratores*, quorum semper quidem in Romana militia usus fuit, sed sero in certos numeros descriptorum. Origo Imper. debetur, cum finibus longe longeque prolatis perpetua castra in limitibus figi cœpta sunt: tum ut consilia barbarorum male quietorum explorarent, adhibiti sunt. Atque hinc Notitia Imp. Occid. Magistro equitum Galliarum dat *exploratores*, & Comiti litoris Saxonici per Britanniam pariter ac Duci Britanniarum *Præfectum numeri exploratorum*, cujus *numeri* in aræ inscriptione, de qua ante, mirum itaque non est mentionem fieri. Hinc quoque in Thesaur. p. CCCCLVIII. 1. ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΕΞΠΛΩΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. laudari videas, & in Africa *explorationis* mansionem, ab his exploratoribus, ut suo loco dictum est, appellatam. Videntur autem singulæ Legiones suos sibi exploratores habuisse; certe *EXPLORATOR LEG. VI.* est in Thes. lapide p. XCI. 4. Jam quot numero fuerint, ad finiendum non est facile: Zosimus quidem L. III. C. 14. χιλίους κατασκόπους CIↃ. *exploratores* & C. 16. CIↃIↃ. commemorat; ex quo tamen nihil certi constitueris; dubium enim est, fuerintne illi milites hoc titulo insignes, an quod explora tum essent cum Luciliano missi ita appellati. Ceterum ut *castra exploratorum* hoc loco habes, ita *exploratores castrorum*, qui sane alius generis exploratores, apud Plinium L. XXXVI. C. 19. Vide quoque Pancirolum Notit. Imp. Orient. C. 154. & Occid. C. 89. WESS.

LVGVVALLO.] Alias *Luguvallium*, ut in sequentibus itineribus. SIML.

LVGVVALLO.] *Lunguvallo* Cusani MS., ceteri in vulgato acquiescunt. *Luguvallio* Galeus expressit, qui & XV. M. in Oxoniensi libro invenit. Bedæ *Lugubalia* in Vita S. Cuthberti C. 8. *Venit ad Lugubaliam civitatem, quæ a populis Anglorum corrupte Luel vocatur, ut alloqueretur reginam.* Nunc *Carlisle*, olim *Carleol*, ut in Chron. Saxon. An. CIↃXCII., vocant. Vide Camdeni Britan. p. 537. Edit. Frankof. WESS.

VOREDAM M. P. XIIII.] *In Bland:* Voreda M. P. XIIII. *atque item in aliis.* SVR.

VOREDA.] Distantia ducit ad *Old Penreth*. *Bereda* Ravennati. WESS.

BROVONACIS.] Liber Notit. *Bravoniaco.* SIML.

BROVONACIM M. P. XIII.] *In manuscriptis & libris Longolianis* Brovonacis M. P. XIII. *In Notitia provinciarum sub eodem duce Britanniarum Præfectus numeri defensorum* Bravoniaco, *qui locus ad hanc mansionem pertinere videtur.* SVR.

BROVONACIS.] Nostri MSS. consentiunt in hac voce: Th. Galeus è suis profert *Broconaco* & *Brocovonacis*. De situ, ut assolet, horum rerum periti discordant. *Kendale* sive *Candalia* ad fluvium *Can* Galeo non displicet; sed cum extra viam militarem sit, & numeri obstent, accesserim viro docto, qui in Britan. Roman. C. 2. L. III. *Kirbythure*, ubi Romani operis vestigia visuntur, esse decernit. WESS.

VERTERIM M. P. XIII.] *In Blandiniano* Verteris M. P. XIII. *& in Neapolitano* Verteris M. P. XX. *Longoliani libri* Verteris M. P. XIII. *& XX. corrigitur. Sub dispositione ejusdem Ducis Britanniarum Præfectus numeri Directorum* Verteris: *ita enim in vetusto exemplari meo legitur, non* veterum; *quemadmodum in vulgatis præfertur.* SVR.

VERTERIS.] Codex Cusani M. P. XX. mansioni apponit. *Valteris* Ravennas L. V. C. 31. *Brugh under Stanemore.* WESS.

LAVATRIS.	M. P. XIIII.
CATARACTONI.	M. P. XIII.
ISVRIVM.	M. P. XXIIII.
EBVRACVM.	M. P. XVII.
CALCARIA.	M. P. IX.
CAMBODVNO.	M. P. XX.
MAMVCIO.	M. P. XVIII.

CON-

LAVATRIM M. P. XIIII.] *In manuſcriptis exemplaribus, & Longolianis libris* Lavatris M. P. XIIII. *In eadem Notitia Præfectus numeri explo ratorum* Lavatres. SVR.

LAVATRIS.] Numeri ducunt ad *Bowes*, non longe a *Greta* fluvio. Ravennas *Lavaris*. WESS.

CATARACTONE.] Ptolemaeus *Caturactonium*. SIML.

CATARACTONEM M. P. XIII.] *In Blandiniano* Cataractone M. P. XIII: *& in Neapolitano* M. P. XVI. *In Longolianis libris*, M. P. XIII. *& XVI. corrigitur: & infra in Blandiniano* Cata ractone Lavatrim M. P. XVIII. *tribuuntur*. SVR.

CATARACTONI.] Pariſinus *Cataractone* & Cuſani MS., qui præterea M. P. XXVI. annectit. Veriora ſunt M. P. XVIII., quæ alio itinere hanc & ſuperiorem manſionem diſtinguunt: tantum enim inter *Bowes* & *Cataract* intervalli eruditus Britanniæ Romanæ ſcriptor dimenſus eſt. WESS.

ISVRIA.] *Eſuriam* Cuſani MS., reliqui *Iſuriam*. WESS

EBVRACVM.] Vel *Eboracum*. Calcaria, vel *Cacaria*. SIML.

CALCARIA.] *Cacaria* Oxonienſis & editus Lugdunenſis. Verum & rectum vulgatum eſt. Beda L. IV. Hiſt. Eccl. C. 23. *Sed illa poſt non multum tempus facti monaſterii ſeceſſit ad civitatem CALCARIAM, quæ a gente Anglorum Kalcaceſter appellatur, ibique manſionem ſibi inſtituit*. Nomen habuit a *calce*, quæ ibi copioſe effoditur, & *calcariis* fornacibus, ut illa prope Maſſiliam p. 229. Nunc *Tadcaſter*. WESS.

CAMBODVNO.] Forte *Camulodunum* Ptolemaei & Taciti. SIML.

CAMVLODVNVM M. P. XX.] Camboduno *præferunt manuſcripti, & Longoliani libri*. Camboduni *in* Britanniarum *regionibus, neque à Ptolemaeo, neque ab auctore Notitiæ fit mentio. Ptolemaeo in* Brigantibus Καμυλόδυνον, *& in* Trinovantibns, Καμεδλανον. Trinovantium Camuloduni *Tacitus meminit, libro xiiii. & recens* Coloniam *deductam fuiſſe*. SVR.

CAMBODVNO.] *Campoduno* eſt in Vaticanis ſchedis, unde haud longe abeſt Beda L. II. Hiſt. Eccl. C. 14. *Attamen in Campodono, ubi tunc etiam villa regia erat, fecit baſilicam, quam poſtmodum pagani, a quibus Eduinus rex occiſus eſt, cum tota eadem villa ſuccenderunt*. Recte vero huc refertur Ptolemaei *Camulodunum*, non Taciti, de quo alias. *Almonbury* aut *Gretland*, neque enim extra diſputationem res eſt, eſſe volunt. WESS.

MAMMVCIO.] Vel *Manucio*. SIML.

MAMVCIVM M. P. XVIII.] *In Blandiniano* Mamucio M. P. XVIII. *& in Neapolitano* Mamutio M. P. XVIII. *& in libris Longolianis* Manutio M. P. XVIII. SVR.

MAMVCIO.] *Manutio* Vaticanus, *Mamutio* Pariſ.; prius verum arbitrantur docti Britanni, ut cum *Mancheſter*, quod in ejus ſolo fuiſſe ferunt, rectius conveniat. WESS.

CONDATE M. P. XVIII.] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & libri Longoliani: manſionis nomen à nullo, quod ſciam, auctorum proditum. Fortaſſe colonia Gallorum, quæ à* Condate Redonum *oppido, ſit deducta*. SVR.

CONDATE.] Hoc nomine in Galliis manſiones habuimus, eſtque a multis animadverſum, Celtarum veteri ſermone locum aquis confluentibus accubantem notare. Hoc Condate *Congleton* nunc dici plures adfirmant, quibus ſe tamen opponit Britanniæ Romanæ illuſtrator; neque enim eo viam militarem pergere, nedum indicia magnitudinis Romanæ ibidem viſenda reperiri. *Norwich* illi eſt. Th. Galeus hanc æræ inſcriptionem hujus eſſe loci cenſet:

D. M.

CONDATE.	M. P. XVIII.
DEVA LEVG. XX. VICTRIX.	M. P. XX.
BOVIO.	M. P. X.
MEDIOLANO.	M. P. XX.
RVTVNIO.	M. P. XII.
VROCONIO.	M. P. XI.
VXACONA.	M. P. XI.
	PEN-

D. M.
CONDATI
ATTONIVS
QVINTIANVS
MEN EX CC IMP.

Quod equidem miror; viri enim nomen eſt *CONDATVS*, cui id monumentum dedicatum fuit. WESS.

DEVAM LEG XX. VICTRIX M. P. XX.] *Ex Blandiniano adpoſuimus: præfert enim* Deva leg XX. vici M. P. XX. *In Neapolitano* Deva legi XXIII. ci. M. P. XX. *& in Longolianis libris* Deva Leug. XX. vici M. P. XX. *Ptolemaeo in* Texalorum *regione*, Δηβανα, *& in* Cornaviis, Δηβανα ἡ Λεγιὼν Κ Νικηφόρια. *ut eadem ſit, quæ hoc itinere conſtituitur, & in alterutro nomine error ſit librariorum: Sed cum in nomine* Deva *exemplaria manuſcripta Antonini cum vulgatis conveniant, non id rejecimus.* SVR.

DEVA LEG.] Baſileae *Deva Leg. XXIII. CI. M. P. XX.*, quod & Cuſani membranæ edunt, Lugduni *Deva Leg. XX. vici M. P. XX.*, cui Pariſinus MS. adſtipulatur, publicarunt: unde perſpicuum eſt, ex poſteriore ſcriptura priorem videri ortam. Quod ſequimur juſtum & rectum eſſe ex Getæ apud Goltzium numo, *COL. DEVANA LEG. XX. VICTRIX* inſcripto, colligas. Videtur ea *legio* ſua hic hiberna habuiſſe, unde & *PRI. LEG. XX. V. V.* in monumento, quod p. 250. exſcriptum dedimus, hic loci eruto, conſpicitur. *Cheſter* eſt. WESS.

BOVIO.] Vel *Bonio.* SIML.

BOVIVM M. P. X.] *Manuſcripta, & Longoliani libri* Bovio M. P. X. SVR.

BOVIO.] Ita omnes noſtri. *Bovium* & hodiernum *Bangor* nihil omnino diſcrepare plerique opinati ſunt; ſed quod longius *Ceſtria* abſit, & caſcæ vetuſtatis indicia deſint, ampliandum cenſuero cum Britanniæ Roman. editore, donec certo *Bovii* finiri aliunde ſitus queat: ille circa *Stretton* quæſivit. WESS.

MEDIOLANVM M. P. XX.] *Ptolemaeus in* Ordovicibus Mediolanum *urbem conlocat.* SVR.

MEDIOLANO.] Non minor de hac urbe controverſia intercedit. Th. Galeus *Meidvod*, nominis quadam conformatione ductus, eſſe conjicit: at vir doctus, quo teſte toties utor, prope *Draiton* locat, conjectura non prorſus ſpernenda. WESS.

RVTVNIVM M. P. XII.] *In Blandiniano exemplari, & libris Longolianis* Rutunio M. P. XII. *& in Neapolitano* Rutimio M. P. XII. SVR.

RVTVNIO.] Videtur ad amnem *Rodan*, in quo Rutunii quædam veſtigia ſunt, prope *Wem* fuiſſe: durant quippe inibi ad militarem aggerem vetuſti operis parietinæ. WESS.

VRIOCONIA.] Vel *Viroconium.* SIML.

VIROCONIVM M. P. XI.] *In manuſcriptis* Vrioconio M. P. XI. *& in Longol.* Vriconio M. P. XI. *infra* Viroconio, *quam lectionem prætulimus, quod à Ptolemaeo in* Cornaviis *juxta* Leg. XX. victricem, Οὐιγοκόνιον *ſtatuatur.* SVR.

VRIOCONIO.] Pariſinus *Vrioconico M. P. XI.*, quicum ceteri diſſident. Ravennas L. V. C. 31. *Vtriconion*, quod ex *Viroconio* Ptolemaei ſcribentis peccato ortum habet. *Wroxeter* nunc ejus locum occupare concors plerorumque eſt ſententia. WESS.

VXACONAM M. P. XI.] *In Blandiniano* Vxacona M. P. XI. *& in Neapolitano* Vſoccona M. P. XI. *& in libris Longolianis* Vſocona: *& nulli numeri ei manſioni adjiciuntur.* SVR.

VXACONA.] Membranaceus Cuſani liber *Vſacona M. P. XI.*, Pariſienſis *Vſoccona.* De ſitu denuo in diverſa abitur; *Okenyate* Camdenum ſecuti Burtonus, Galeus atque alii eſſe perhibent, in Britannia vero Romana L. III. C. 2. ad torrentem circa *Sheriff Hales* ejus ſedes invenitur. Arbitri finium regundorum hos inter

PENNOCRVCIO.	M. P. XII.
ETOCETO.	M. P. XII.
MANDVESSEDO.	M. P. XVI.
VENONIS.	M. P XII.
BENNAVENNA.	M. P. XVII.
LACTODORO.	M. P. XII.

MA-

alii ſedeant; mihi diſſidentium opiniones adſcripſiſſe abunde eſt. WESS.

PENNOCRVCIVM M. P. XII.] *In Blandiniano* Pennocrucio M. P. XII. *& in Neapolitano* Penno crutio M. P. XII. *Longoliani libri* Peunocrutio *præferunt.* SVR.

PENNOCRVCIO.] Creditur manſionis hujus & nominis veſtigia ſervare amnis *Penk*, & vicus illi aſſidens *Penkridge*: ita certe Camdenus, Burtonus & qui Britan. Romanam nobis exornavit, ſibi perſuaſerunt: ab illis tamen Th. Galeus Comment. in Itiner. p. 57. recedit, quem vide. WESS.

ETOCETVM M. P. XI.] *In Blandiniano* Etoreto M. P. XII. *& in Longolianis libris. In Neapolitano* Eroceto M. P. XII. SVR.

ETOCETO.] E Vaticanis ſchedis Em. Schelſtrate *Otoceto M. P. XII.*, *Lectocetum* Ravennas L. V. C. 31., quod Th. Galeus, aut certe *Ereceto*, ob vaſta *ericeta*, quæ hic incipiant, verum manſionis nomen arbitratur. Poſterius nusquam obvium eſt; nam Suritae ex Neapolitano MS. *Eroceto* ſine controverſia ex vulgata depravatum eſt: prius cum ex ſcriptore, peſſime habito, ſit hauſtum, vereor vehementer, ut tuto recipiatur. Utcunque ceciderit, *Etocetum* inveniunt in *Wall* prope *Litchfield*, ubi vetuſti operis rudera durare perhibentur. WESS.

MANDVESSEDVM M. P. VII.] *In Blandiniano* M. P. XVI. *In Neapolitano*, M. P. XVI. *In Longolianis* M. P. VI. *& XVI. corrigitur.* SVR.

MANDVESSEDO.] Membranaceus Cuſani liber M. P. XIV., ceteri XVI., quæ & plurium auctoritate & intervallo moti, quod *Etocetum* & *Manceſter* in agro Warwicenſi, ea enim Romanorum veterumque Britannorum *Manduеſſedum*, disjungit, revocavimus. Ninius, ſi magni viri Jac. Vſſerii Antiq. Eccl. Britan. C. 5. conjecturæ ſua veritas conſtat, *Cair Maunguid* vel *Manchuid* appellat. WESS.

VENONIS.] Conſentiunt Britanni manſionem hanc in *Cleyceſter* quærendam videri; quo loco bini militares aggeres, hic & quo *Lindo* Londinium pergebatur, ſe jungebant. Addit Cl. Stukeleius Itin. Curioſ. p. 104. ſolum in hac vicinia totius inſulæ celſiſſimum eſſe, atque ex eo quaquaverſum fluvios è fontibus ſpargi. WESS.

BNENAVENTA.] Vel *Bannaventa*. SIML.

BENNAVENNAM M. P. XVII.] *In Blandiniano auferendi caſu* Bennavenna M. P. XVII. *& in Neapolitano*, Benaventa M. P. XVII. *In libris Longolianis* Bennavenna M. P. XVII. *&* Bennaventa *corrigitur.* SVR.

BENNAVENNA] *Banaventa* ſcriptus Cuſani, quod propius abeſt a *Bannavanto*, cui poſtmodum ſuus erit locus. Sunt qui *Wedon*, quam Vita S. Werburgae C. 3. *Wedunam* vocat, eſſe credant: alii ad amnem *Avon* quærunt: propereaque aut *Benavona*, ut Stukeleius, aut *Pennavenna*, uti Galeus, emendant, quo *caput* ejus fluvii notet: ſed hæ meræ incertæque ſunt ſuſpiciones; præſertim cum urbis ſitus in ambiguo hæreat: nuper enim Britan. Romanæ conditor L. III. C. 2. locum illi & ſedem prope *Daventry* aſſignavit. WESS.

LACTORODO.] Vel *Lactodoro*, ut in ſequentibus. SIML.

LACTODORVM M. P. XII.] *In Blandiniano* Lactodoro M. P. XII. *& in libris Longolianis. In exemplari Neapol.* Lactodrodo M. P. XII. SVR.

LACTODORO.] *Pactodrodi* Cuſani liber. Ego vulgatum probavero, quod clara Celtici Britannique ſermonis indicia præferat: alias diximus, *dorum durum*ve in compoſitione nominum, urbes pagosve notantium, indicio eſſe, ad amnes vadaque accubare: tamen Th. Galeus *Lactorodo* præoptat. De ſitu iterum diverſa omnia. Plures *Stony-Streatfort*, Britannia Romana *Towceſter*, pro quo olim *Torceſter* ſive *Dorceſter* dixerint, eſſe perhibet, nec male pro inſtituta ratione. WESS.

MA-

MAGIOVINTO.	M. P. XVII.
DVROCOBRIVIS.	M. P. XII.
VEROLAMIO.	M. P. XII.
SVLLONIACIS.	M. P. IX.
LONDINIO.	M. P. XII.

NO-

MAGIOVINTVM M. P. XVII.] *In Blandiniano* Magiovinto M. P. XVII. *& in Neapolitano* Maginto M. P. XVII. *libri Longoliani utramque lectionem proponunt.* SVR.

MAGIOVINTO.] Hæc & ſuperior ex Vaticano exulat: Cuſani MS. *Magnito M. P. XVII.*; *Maginto M. P. XVII.* 12. Simlerus Baſileae vulgavit. *Magiovinnio* infra duobus locis habebis. Quæ nunc ſit, in tanta opinantium diſcordia, ad finiendum difficile eſt. Camdeno primum *Dunſtable*, dein *Aſhwel* eſt viſa: Galeo prior Camdeni placet ſententia. Contra utrumque Britanniæ Romanæ ſcriptor venit, arbitratus manſiones eſſe loco motas atque hanc ſequenti poſtponendam, licet MSS. alia omnia jubeant. WESS.

DVROCOBRIVIS.] Infra *Durocobrius. Hertford* erit ad viæ militaris diverticulum ex Th. Galei ſententia: illic plures aquæ, quas & nomen complectitur, confluunt; alii ejus in *Redburna*, qua de Gul. Burtonus Comment. p. 146., poſituram reperiunt. WESS.

VEROLAMIVM M. P. XII.] *In Blandiniano* Verolamio M. P. XII. *& in Neapolitano* Velolamio M. P. XII. *Longoliani libri Blandinianam lectionem adponunt, &* Velovanio *corrigunt. Ptolemaeo in* Catyeuchlanis, Οὐερολάνιον. *Beda Hiſtoria Eccleſiaſtica libro primo cap. vii. paſſum fuiſſe Beatum Albinum die x. Kal. Jul. juxta civitatem* Verolamium *perhibet.* SVR.

VEROLAMIO.] *Velolamio* Pariſinus & Cuſani MSS.; Tacito An. XIV. C. 33. *municipium Verolamium*; unde *Cair Municip.* Ninio dicitur in Antiq. Britan. Eccleſ. Vſſerii C. 5. Fuit concordi omnium ſententia proxime S. Albani urbem, quæ ex ejus ruinis accrevit. Audi Weſtmonaſterienſem: *Quod civitas nomine cenſetur bifario, hæc ratio: Ab alveo enim, qui Varlame dicitur, & ad orientalem civitatis plagam defluit, Varlameceſtria: a via autem regia, quæ Watlingeſtrete nuncupatur, & ad partem civitatis jacet occidentalem Watlingeceſtria nominatur.* Adde quæ ex Actis S. Albani idem Vſſerius C. 7. p. 79. &c. excerpſit. Caput *Verolamium* gentis Catuellanorum fuit: habes Κατυελλανὲς in Dionis L. LX. p. 779.; habuit quoque Ptolemaeus, licet peſſime nunc Κατευχλανοὶ vocentur: bonum vero factum, quo vir doctus Jurinus eos ex veteri lapide, cujus tale epigramma, aſſeruit:

CIVITATE CAT
VVELLAVN
ORVM. T. OIS
EDIO.

Vide Epitom. Act. Philoſoph. tom. V. part. 2. p. 42., & cui correctiorem monumenti inſcriptionem debemus, Jo. Horsley L. II. Britan. Rom. C. 3 §. 27. WESS.

SVLLONIACIS.] Vel *Sulloniaca.* SIML.

SVLLONIACIM M. P. VIIII.] *In Blandiniano* Sulloniacis M. P. VIIII. *& in Longolianis libris. At in exemplari Neapolitano* M. P. X. SVR.

SVLLONIACIS.] Ita MSS. excerpta, M. P. X. in Cuſani libro appoſitis. Sedem ejus plerique figunt ad *Brockley Hills*, ubi urnæ ſepulchrales, numi & alia priſcæ vetuſtatis argumenta eruta perhibentur. WESS.

LONGIDINIO.] Vel *Londinio*, ita namque frequentius ſcribitur. SIML.

LONDINIVM M. P. XII.] *In Blandiniano* Londinio M. P. XII. *& in Neapolitano* Longidinio M. P. XII. *& in Longolianis* Londonio M. P. XII. *In Taciti manuſcripto exemplari libro* XIII C. 33. *& in Aldinis libris:* At Suetonius mira conſtantia medios inter hoſtes Londinium perrexit; *à Ptolemaeo in* Cantiis Λονδίνιον, *cognomento quidem Coloniæ non inſigne, ſed copia negotiatorum, & commeatuum maxime celebre. Ammianus libro xx. C. 1. Ad* Rutupias, ſitas ex adverſo defertur, petitque Londinum. *Et libro xxvii. C* 8. tendensque ad Londinium vetus oppidum, quod Auguſtam poſteritas adpellavit. *Et libro xxviii. C.* 3. ab Auguſta profectus, quam veteres adpellavere Lundinium. *Ea enim nomi-*

NOVIOMAGO.	M. P. X.
VAGNIACIS.	M. P. XVIII.
DVROBRIVIS.	M. P. VIIII.
DVROLEVO.	M. P. XIII.
DVROVERNO.	M. P. XII.
AD PORTVM RITVPIS.	M. P. XII.

ITER

nominis scripturæ diversitas, in uno ejus historiæ volumine vulgato reperitur. SVR.

LONDINIO.] *Londunio* Vaticanus, ceteri *Longidinio*, perperam. Huic nobilissimæ urbi, quod de Roma Martialis,

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, nihil secundum.

& quod de eadem Marcianus,

Ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης.

quæque alii in Athenas & Byzantium laudis prodigi congesserunt, rectissime convenire Guil. Burtonus, haud dubitando in metropolin studio, profitetur. WESS.

NOVIOMAGVM M. P. X.] *Ptolemaeo in Regnis*, Cantiis *finitimis*, Νοιόμαγος. SVR.

NOVIOMAGO.] Marinus Tyrius *Noviomagi* hujus situm non recte finiverat, reprehensus propterea a Ptolemaeo L. I. Geograph. C. 15. Καὶ Λουδινίου τῆς Βρεττανίας Νοιόμαγον εἴπων νοτιωτέραν μιλίοις νθ, βορειοτέραν αὐτὴν διὰ τῶν κλιμάτων ἀποφαίνει· *Cum Noviomagum Londinio Britanniæ M. P. LIX. dixisset australiorem, magis tamen ad Boream per climata removet.* Quantumvis autem Geographus certiorem illi locum signarit, necdum tamen citra controversiam situs est: varii enim diversis in locis quæsiverunt, quorum omnium discordes sententias ex Burtoni Comentar. p. 176. & Britan. Rom. L. III. C. 2. petere licebit. Vulgatior ea est, quæ in *Woodcote* Noviomagi sedem vestigat. WESS.

VAGNIACIS.] Vaticanus *Bagniacis M. P. XVIIII.* Idem quod anteriori & huic evenit: est enim ejus positio multo incertissima. Th. Galeus numeros ad XXX. M. P. adaugens *Maidston* esse jubet, nec dissentit Camdenum secutus Burtonus. In Britannia Romana *Northfleet* ejus locum occupat. WESS.

DVROBRIVIM M. P. VIIII.] *In Blandiniano* Duroprovis M. P. VIIII. *& proximis duobus itineribus* Durobrius, *&* Durobrivis *præfert idem exemplar. In exemplari Neapolitano* Durobrovis M. P. VIIII. *& paulo post*, Dubobrius *& in Longolianis libris* Duropronis M. P. VIIII. *& sequentibus itineribus* Dubobrius, *&* Durobrivis. SVR.

DVROBRIVIS.] *Durobrovis* Vaticanus & Cusani MS.; alii *Duroprovis*: Ravennas L. V. C. 31. *Durobrabis. Rochester*, quam *Durobrivas* in veteri quadam Charta appellatam se vidisse Rob. Talbot apud Burtonum Comment. p. 179. testificatur. WESS.

DVROLEVO.] *XIII. M. P.*, quæ Surita expressit, a Vaticano & Parisino probantur. XVI. sunt in Lugdunensi edito & Basiliensi, e quo tamen & XIII. M. in aliis fuisse perspicue videas. *Lenham* Camdenus atque alii interpretantur, tumque transpositis numeris, ut huic XII. sequenti XVI. addantur, erit opus: *Milton* in Britannia Romana. WESS.

DVROVARNO.] Vel *Droverno*, vel *Duroverno, Durarvenno.* Ptolemaeus *Darvernum*: hodie *Dover.* SIML.

DVROVERNVM M. P. XII.] *In Blandiniano* Duroverno M. P. XII. *& sequentibus itineribus* Duravenno. *In Neapolitano* Durarverno M. P. XII. *& infra* Durarveno. *In Longolianis libris* Duroverno M. P. XII. *& infra* Durarvenno. *Id oppidum esse videtur, quod in* Cantiis *medium inter* Londinium, *&* Rutupias, *à Ptolemaeo* Δαρούενον *nominatur: nam vetustus interpres* Darvernum *vertit. Beda libro Ecclesiasticæ Historiæ ii. cap. iii. Civitatem* Doroverni *nominat, & à* Cantio *distare* M. P. *ferme* XXIIII. *ad Occidentem.* Cantuariam *esse in* Cantio *arbitrantur, qui res gestas earum Provinciarum investigavere.* SVR.

DVROVERNO.] *Durorverno* est in plerisque editis & scriptis. Ravennas L. V. C. 31. *Duroverno Cantiacorum.* Beda L. I. Hist. Eccl. C. 25. *Dorovernensem civitatem imperii totius metropolim*, & C. 33. *regiam civitatem* appellat; quæ cum totius Anglorum ad Christianam reli-

ITER A LONDINIO AD PORTVM DVBRIS. M. P. LXVI. Sic.

DVROBRIVIS.	M. P. XXVII.
DVROVERNO.	M. P. XXV.
AD PORTVM DVBRIS.	M. P. XIIII.

ITER A LONDINIO AD PORTVM LEMANIS. M. P. LXVIII. Sic.

DVROBRIVIS.	M. P. XXVII.
DVROVERNO.	M. P. XXV.
AD PORTVM LEMANIS.	M. P. XVI.

ITER

religionem traductæ gentis esset metropolis, novæ etiam Ecclesiæ, in isto regno fundatæ, caput & metropolis constituta est. Vid. Guil. Beveregium in Cod. Canon. C. IV. §. 17. *Canterbury.* WESS.

AD PORTVM RITVPIS.] *Civitas, quæ dicitur Rutubi portus* Orosio L. I. C. 2. *Rutupiæ* Ammiano, quarum litus ostreis abundasse,

— — ——— *Rutupinoque edita fundo*
Ostrea ——— —

apud Juvenalem Satyr. IV. 148. clamant. *Rutupias* autem sive *Ritupias* numero multitudinis propterea appellabant, quod binæ hic essent arces, ad portum appositæ, quarum ad Septentrionem vergentem *Regulbium*, cujus nominis reliquiæ in *Reculver* durant, Notitia Imp. Occid. nuncupat, ut Joan. Battely in Antiq. Rutupinis, ante hos XXII. annos Oxonii vulgatis, condocefecit. *Richborough.* WESS.

DVBOBRVS.] Superiore itinere *Durobrovis*, sequenti *Durobrius:* idem enim locus indicari videtur, cum ubique par sit distantia a Doroverno. SIML.

DVROBRIVIS.] Plerique MSS. *Durobrius* aut *Durobrus*, vitio amanuensium; mox quoque *Durarverno* Oxoniensis liber & Vaticanus *Durabrueno.* WESS.

ITER AD PORTVM DVBRIS.] Abest hoc iter a Parisino & Th. Galei MSS.; habent editi vetustiores & scripti Vaticanus, Oxoniensis & alii. Quare miror, Galeum id damnare & ab imperito aliquo assutum arbitrari. WESS.

AD PORTVM DVBRIS M. P. XIIII.] *Hujus oppidi in Notitia Provinciarum fit mentio: nam sub dispositione Comitis litoris Saxonici, Præpositus militum Tungritanorum* Dubris, *recensetur.* SVR.

DVBRIS.] *Dover* esse situs & nominis conformatio indicant: notabit autem portus cognomen *duas rupes* seu *colles* in vetusto Britannorum sermone, si *Dwy* duo, *Bre* & *Bryn* in illo collis fuerit, ut a Th. Galeo edocemur: nam Guil. Somnerus, cujus nobis sententiam vir Reverendus Edmundus Gibson in *Nominum locorum explicatione*, Chron. Saxonico adjuncta, exposuit, in alia omnia abit. WESS.

A LONDINIO AD PORTVM.] *Limanis M. P. LXVI.* est in membranaceo Cusani MS., nec numeros improbat Parisinus. WESS.

DVROVERNO.] *Durarverno M. P. XV.* MS. Cusani. WESS.

PORTVM LEMANIS.] Forte *portus novus* Ptolemaei. SIML.

AD PORTVM LEMANIS M. P. XVI.] *In eadem Notitia sub dispositione Comitis ejusdem Præpositus numeri Turnacensium* Lemannis, *& in vetusto item exemplari.* SVR.

AD PORT. LEMANIS.] In vita S. Cadroës, quæ VI. Martis magni operis Sanctorum Act. edita est, C. 2. *In portum usque, qui LIMEN dicitur, deduxit.* Fuisse videtur ad ostium amnis ejusdem cognominis: habet enim Ravennas L. V. C. 31. inter Britanniæ fluvios *Lemanam*, referturque in Chron. Saxon. An. IↃCCCXCIII. appulsos esse Danos ad ostium Limenæ, *Limine mund*, cum CCL. navibus: esse autem illud ostium circa orientalem Cantii partem, ad orientem magnæ ejus silvæ, quæ *Andred* appelletur, atque ex illa fluvium decurrere. Quoniam vero ejus amnis alveus dudum evanuit, dubius ejus portus ac disputationibus obnoxius est: plerisque *Lime* circa *West Hyth* veteris nominis reliquias servare videtur, sed invito doctissimo Somnero;

ITER A LONDINIO LVGVVALLIO AD VALLVM. M. P. CCCCXLIII. Sic.

CAESAROMAGO.	M. P. XXVIII.
COLONIA.	M. P. XXIIII.
VILLA FAVSTINI.	M. P. XXXV.
ICIANOS.	M. P. XVIII.
CAMBORICO.	M. P. XXXV.
DVROLIPONTE.	M. P. XXV.

DV-

qui longo verborum ambitu in *Nominum locorum explicatione* Reverendi Gibsoni non alium portus fuisse locum atque eum, quem *New-Romney* vocitant, vincere conatur. Ceterum *Lemavio* est in Peutingerorum Tabula, & *Ad pontem Lemanis*, vitio operarum, in Suritae seu Schotti editione, quam supine admodum P. Bertius secutus est. WESS.

LVGVVALLVM AD VALLVM.] *A* Londinio *hoc iter* Luguvallum *duci* Vallum *versus indicatur: supra enim à* Vallo Luguvallum *diverticulo* Castrorum exploratorum XXIIII. M. P. *designantur.* SVR.

LVGVVALLIO AD VALLVM.] Supra *ad vallum* Luguvallio non adscribebatur; quæ caussa fuisse videtur, quam ob rem Th. Galeus duplex hoc cognomine oppidum in Britannia fuisse suspicaretur, quorum alterum *a vallo* paullo abesset, alterum aslideret. Sed cum ad credendum sit difficile, in spatio non bene magno ejusdem nominis binas fuisse urbes, accesserim Britanniæ Romanæ scriptori L. I. C. 7. eandem ac superiorem arbitrato: dici autem *ad vallum*, quod in ejus vicinia esset posita. WESS.

CAESAROMAGO.] Tabula *Baromaci*, librarii peccato, ut M. Velserus monuit. Simili nomine in Galliis urbem videmus, a Caesare haud dubie appellatam: hanc fuisse volunt ubi *Chelmsford* aut certe quo loco *Writtle* conspicitur. WESS.

COLONIAM M. P. XXIIII.] *Ptolemaeo in* Damniis Κολανία, *qua haud scio, an huic mansioni sit attribuenda.* SVR.

COLONIA.] Arelatensi Concilio An. CCCXIV. præter alios è Britannis adfuisse fertur *Adelfius Episcopus de civitate Colonia Londinensium.* Jac. Vsserius Antiq. Britan. C. 5. & 8. eam *Coloniam* huc refert, & *Colchestriam* esse opinatur, quam Ninius in Catalogo Urbium Britan. *Cair Colun* sive *Colon*, i. e. *civitas Colonia*, vocet. Posterius citra dubium est; est enim urbs ea ad flumen *Colne* apposita, atque ab eodem id nominis sortita: at quare tandem *Colonia Londinensium?* cujus si qua ratio tituli posset reddi, equidem magni viri sententiæ adstipularer. Jam vero in diversa abeunt harum rerum periti; Seldenus in Origin. Alexandrin. p. 118. Concilii subscriptionem vitii arguit, proque *Londinensium Colonia* Camalodunensium, quæ sane celebrior, substituit: Galeus vero *Coloniam Londi* pro *Lindi*, quam urbem coloniæ juribus & dignitate fuisse auctam è Ravennate discimus, amplectitur. Nos in re adeo incerta atque dubia ampliabimus, illis accedentes, qui *Coloniam*, de qua agimus, *Colchester* esse jubent: nam quamvis Camalodunum coloniis fuerit adscripta, difficulter impetrabis, ut *coloniam* simpliciter hoc loco dici credamus. Ceterum Κολανία Ptolemaei, qua de Surita, alia est & longissime hinc remota. WESS.

VILLA FAVSTINI.] Faustini villam Bajanam festivo carmine Martialis L. III. Epig. 58 descripsit. Potuit idem, quis enim eruditissimo Th. Galeo id negaverit? in Britannia aliam habere. Nunc *Edmunsbury* aut *Dunmow*, ut in Britannia Romana, erit. Lugduni & Basileae M. P. XXXV. apposuerunt. WESS.

ICIANOS.] Hæc & quæ sequitur ex Vaticano exulat. Forte ab *Icenis*, quorum regina Baudicea æternum sibi nomen ingentibus ausis condidit, loco nomen venit. *Ichburrow* R. Talbotus & cum eo plures, nominis quadam similitudine impulsi, nunc dici credunt. *Chesterford* Britan. Roman. WESS.

CAMBORICVM M. P. XXXV.] *In Blandiniano, & Neapolitano* Camborico M. P. XXXV. *In Longolianis libris* Camboritum M. P. XXXV. SVR.

CAM-

DVROBRIVAS.	M. P. XXXV.
CAVSENNIS.	M. P. XXX.
LINDO.	M. P. XXVI.
SEGELOCI.	M. P. XIIII.
DANO.	M. P XXI.
LEGEOLIO.	M. P. XVI.
EBVRACO.	M. P. XXI.

ISV-

CAMBORICO.] Notat hoc vocubulum *Cami trajectum*, ſi Camdenus, Burtonus, Galeus atque alii non fallunt: *Camus* autem Cantabrigiam alluit; quæ cauſſa eſt, quare plures *Camboricum* a Cantabrigia haud diſtinguant: tamen Britanniæ Roman. Scriptor L. III. C. 2. locorum intervalla cum cura dimenſus *Icklingham*, ubi *Cami* quoque *trajectus* fuit, eſſe jubet. WESS.

DVROLIPONTE.] *Huntingtoniæ* aut *Godmancheſtriæ* plures hanc manſionem quæſiverunt, proni etiam ad nomen corrigendum; Camdenus *Duroſiponte*, ut *pontem* notet *aquæ Ouſæ*, Galeus *Duroliphante* corrigit, ac ſi a lepra, quam Britannos *Oliphant* vocaſſe ait, venerit: eſſe enim ad oppidum *Godmancheſter* fontem ad lepram eluendam efficaciſſimum. Sed hæc a MSS. damnantur, & multa ponunt, quæ teſtibus probanda fuerant: unde enim edocebimur, oppidum primitus *Gormancheſter* a *Gormes*, quo lepram vitiliginemque ſignificabant, fuiſſe dictum? unde veteres Britannos Romanorum ævo eum morbum *Oliphant* appellaſſe? unde denique hanc manſionem inibi fuiſſe? certe Britan. Roman. eruditus auctor *Durolipontem* Cantabrigiæ collocat. Cuſani MS. M. P. XVIII. annectit. WESS.

DVROBRIVAS.] *Dorneford* Camdeno, qui manifeſta ibi urbis disjectæ ac proſtratæ veſtigia vidit: Galeo *Brig Caſterton*, ſed V. M. P. ab intervallo deciſis; in Romana vero Britan. ſitus illi ſignatur circa *Caſter*. Aliam ſimili titulo ſuo habuimus loco. WESS.

CAVSENNIS.] *Gauſennis* Simlerus Baſileae expreſſit, quod nusquam invenimus. *Goſennis* aut *Gauvennis* Galeus emendat, quo *Nottingham*, in excellenti rupe locatum, eſſe queat; *Cevennas* enim & *Gauvennas* montium juga veteri Britannorum dialecto notaſſe pariter ac Celtarum: mihi, cum de manſionis ſitu res nondum ſit finita, nihil mutandum videtur; auctor enim Britanniæ Romanæ L. III. C. 2. *Ancaſter* eſſe ait, atque huic quidem M. P. XXXVI., ſequenti XX. contribuit; quo facto accuratiſſime diſtantiam ſuis locis reſpondere. WESS.

LINDVM M. P. XXVI.] *Ptolemaeo in* Damniis, *Λίνδον & alterum in* Coritavis. SVR.

LINDO.] Ravennas *Lindum Coloniam* L. V. C. 31. vocat, præbetque occaſionem haud ineleganti Thom. Galei conjecturæ, qua in Arelatenſis Concilii ſubſcriptione pro *Coloniæ Londinenſium* hanc ſubſtituit. *Civitas Lindocolina* Bedæ L. II. Hiſt. Eccl. C. 16. Nunc *Lincoln*, agri *Lincolnienſis* oppidum primarium, *Lindi* reliquias ſervat. WESS.

SEGELOCIM M. P. XIIII.] *In Blandiniano* Segeloci M. P. XIIII. *& in Neapolitano* Segiloci M. P. XIIII. *&* XXIIII. *corrigitur: & infra in eisdem* Agelocum *nominat.* SVR.

SEGELOCI.] *Ageloco* infra. *Littleborough* ut eſſe putetur diſtantia facit; ubi Th. Galeus urnam è rubra argilla & numum Domitiani facie inſcriptum offendiſſe ſe perhibet. WESS.

DANVM M. P. XXI.] *Apud Ptolemaeum in* Durotrigibus, Δάνιον, *fortè pro* Δάνον: *nam auctor Notitiæ Provinciarum huic manſionis nomini adſentit: legitur enim ſub Duce Britanniarum Præfectus Equitum Criſpianorum* Dano. SVR.

DANO.] Ninius *Cair Daun* in Antiq. Britan. Vſſerii C. 5.; hodie omnium conſenſu *Dancaſter* ſive *Doncaſter*. WESS.

LEGEOLIVM M. P. XVI.] *In Blandiniano* Legeolio M. P. XVI. *& in Neapolitano* Legeolio M. P. XV. *In Longoliano* Legeolio M. P. XVI., *&* XXV. *corrigitur, & infra in eisdem* Lagecium *cognominatur.* SVR.

LEGEOLIO.] Alias *Lagetium* in itinere ab Eburaco Londinum. SIML.

LEGEOLIO.] Cuſani & Pariſinus MSS. M. P. XV. a Dano ſeparant. *Caſtleford*, ubi magna numorum ſcrutorumque copia eruitur. WESS.

ISVBRIGANTVM.	M. P. XVII.
CATARACTONI.	M. P. XXIIII.
LAVATRIS.	M. P. XVIII.
VERTERIS.	M. P. XIII.
BROCAVO.	M. P. XX.
LVGVVALLIO.	M. P. XXII.
ITER A LONDINIO LINDO.	M. P. CLVI. Sic.
VEROLAMI.	M. P. XXI.
DVROCOBRIVIS.	M. P. XII.
MAGIOVINIO.	M. P. XII.
LACTODORO.	M. P. XVI.

ISAN-

ISVRIBRIGANTVM.] *Iſurium Brigantum* Ptolemaeus. SIML.

ISVBRIGANTVM M. P. XVII.] *In Blandiniano* Iſubrigantum M. P. XVII. *& in Neapolitano* Iſubrigantium M. P. XVI. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt, &* XXVI. *corrigitur.* SVR.

ISVRIBRIGANTVM.] Decurtate pro *Iſurio Brigantum*, ut alias diximus. WESS.

CATARACTONI.] *Caractoni* Cuſani & Pariſienſis MSS. WESS.

LAVATRIX.] Superius *Lavatris.* Idem Liber Notit. SIML.

BROCAVO.] Liber Notitiar. *Brocavicum.* SIML.

BROCAVO.] *Brocovo* Lugduni & Baſileae vulgarunt, MSS. non probantibus. *Brougham Caſtle* ut nominis ita & ſitus veſtigia retinet. WESS.

VEROLAMVM M. P. XXI.] *In Blandiniano* Verolami M. P. XXI. *& poſtea* Virolamo: *& item in libris Longolianis. In Neapolitano* Verolami, *&* Verolamo. SVR.

DVROCOBRIVIS.] Hoc ex Oxonienſi libro recipimus. Noſtri *Durocobrius* & *Durocobrias*, uti Vaticanus. WESS.

MAGIOVINNIO.] Supra *Maginto.* Liber Notit. *Magis.* SIML.

ISANAVANTIA.] Vel *Iſannavaria.* SIML.

ISANNAVATIA M. P. XII.] *Præferunt Blandinianum exemplar, & Longoliani libri. In Neapolitano* Iſanavantia M. P. XII. SVR.

ISANNAVATIA.] Vaticanus *Iſannautia*, Cuſani *Iſannavantia*, alii *Iſanavenna*; mirum eſt in vitia hæc conjuraſſe librarios: poſterius propius a *Bennavenna*, quod manſionis verum cognomen eſt, abeſt. WESS.

TRIPONTIVM M. P XXII.] *Ptolemaeo in* Selgovis Τελμόνιον. *quod haud ſcio, an ad hanc pertineat manſionem.* SVR.

TRIPONTIO.] Huc referunt in Theſauro inſcriptionum Gruteriano p. XCIII. 5., nihil diſſidente Th. Galeo,

NYMPHIS
N. BRITTON.
TRIPVTIEN.
SVB. CVRA
M. VLPI
MALCHI
V. LEG. XXII.
PR. P.F.

numerum enim *Brittonum Triputienſem*, ſeu *Tripontienſem* potius, indicari cenſent, haud ſcio, an injuria. *Dowbridge* prope *Lilburne* ex Galei ſententia erit, quam vir eruditus in Britannia Romana deſerit, & *Bugby* nunc dici pertendit. Τελμόνιον Ptolemaei, quod in *Selgovis* erat, longe hinc diſſitum fuit. WESS.

RATIS.] Ptolemaeo Ῥάγα & in Palatino MS. Ἔραττα, unde Ῥάτα recte formaveris. Creditur id nominis indepta, quod paſſim hoc in tractu

Neglectis urenda filix innaſcitur agris:

Celtico enim ſermone Ῥάπις *filicem*, ex quo Britannis *Rhedyn*, adſignificabat, Dioſcoride auctore L. IV. C. 18. Nunc *Leiceſter*, ubi vetuſti operis & Romanis lateribus compacti parietinæ viſuntur. Vid. Th. Galeum Coment. p. 100. *Ratas* Pariſinus & Simlerus. WESS.

VERO-

ISANNAVATIA.	M. P. XII.
TRIPONTIO.	M. P. XII.
VENNONIS.	M. P. VIIII.
RATIS.	M. P. XII.
VEROMETO.	M. P. XIII.
MARGIDVNO.	M. P. XIII.
AD PONTEM.	M. P. VII.
CROCOCALANO.	M. P. VII.
LINDO.	M. P. XII.
ITER A REGNO LONDINIO.	M. P. XCVI. Sic. CLAV-

VEROMETO.] Vel *Vernemeto.* SIML.

VEROMETVM M. P. XIII.] *In manuſcriptis, & Longolianis* Verometo M. P. XIII. *& infra in eisdem* Vernemeto. SVR.

VEROMETO.] Infra *Vernemeto*; quod, ſi altero fuerit verius, Venantii Fortunati L. I. Carm. 9. verbis explicari poterit:

Nomine Vernemetis voluit vocitare vetuſtas,
Quod quaſi fanum ingens Gallia lingua refert.

At in dubio eſt: Th. Galeus *Guern* Britannis *alnum* notaſſe obſervat; hinc *Vernemetum*, ut a *dumis dumetum* videri formatum: prorſus ac ſi veteres Britanni ſui ſermonis vocabula ad Romanam conſuetudinem ordinaſſent. Poſitio *Verometi* ſeu *Vernemeti* in Romana Britannia circa *Willoughby* fuiſſe dicitur: alii *Barrow* præoptant. WESS.

MARGIDVNVM M. P. XXIII.] Margiduni *infra fit mentio*, & Mariduni. SVR.

MARGIDVNO.] A *marga*, qua in Britannia agros lætificaſſe ex Plinio L. XVII. N. H. C. 6. & aliunde novimus, ac *duno* nomen loco venit. Fuit, ſi Britan. Rom. ſcriptorem ſequaris, non multum ab *Eaſt Bridgefort*: nam alii aliter. WESS.

AD PONTEM.] Hic in Libro Notit. *Aelii pons* vocatur. SIML.

AD PONTEM.] *Pons Aelii*, de quo Joſ. Simlerus, ad *valli* lineam fuit, ut ex Occid. Imp. Notitia liquet, eſtque adeo longe longeque hinc ſemotus. *Southwell* in hujus manſionis loco ab erudito Britan. Rom. ſcriptore collocatur: Th. Galeo viſa eſt *Eaſt Bridgefort*. WESS.

CROCOLANA.] Vel *Crorolana.* SIML.

CROCOCALANVM M. P. VII.] *In manuſcriptis, & Longolianis* Crococalani, *& infra* Crococalano: *& à* Lindo *ad eam manſionem* XIIII. M. P. *adjiciuntur.* SVR.

CROCOCALANO.] *Croc, Croco, Crocar* variorum apud Britannos fluviorum, ut Th. Galeus recte commonefecit, ſunt nomina: unde a vero non abhorret, ex ejusmodi olim rivo manſioni nomen factum. Nunc *Collingham*, aut *Brugh* non longe inde. WESS.

ITER A REGNO LONDINIVM.] Regni *oppidi mentionem fieri non reperi. At regionis* Regnorum, *qui* Atrebatibus *&* Cantiis *finitimi erant, Ptolemaeus meminit: quorum urbs erat* Noviomagus, *cujus ſupra fit hoc Itinerario mentio: quam urbem hoc itinere intelligi arbitror.* SVR.

ITER A REGNO LONDVNIO M. P. CXV.] Ita Vaticanus & Lugdunenſis editus: ceteri P. M. XCVI. Urbem hanc in *Regnis* & gentis caput fuiſſe recte dixeris. Vulgo *Ringwood*, nominis quadam conformatione impulſi, noſtra tempeſtate appellari cenſent; ſed cum nec via militaris eo pergat, & Romanæ magnitudinis nulla ibi argumenta conſpiciantur, non ſine certa ratione hanc opinationem Britan. Roman. auctor miſſam fecit. Fuit quidem *Ringwood* in *Regnis*, nec aliud tamen ac *ſilvam Regnorum* notat. Itaque *Chicheſter* ob aggerem militarem & diſtantiam cum eodem docto viro ſtatuamus: quod oppidum Romana olim ſtatione inſignitum fuiſſe, lapis, ante hos x. annos ibidem repertus, indicio eſſe poterit; inerat illi:

CLAVSENTVM.	M. P. XX.
VENTA BELGARVM.	M. P. X.
CALLEVA ATREBATVM.	M. P. XXII.
PONTIBVS.	M. P. XXII.
LONDINIO.	M. P. XXII.
ITER AB EBVRACO LONDINIVM.	M. P. CCXXVII. Sic.
LAGECIO.	M. P. XXI.
DANO.	M. P. XVI.
AGELOCO.	M. P. XXI.
LINDO.	M. P. XIIII.
CROCOCALANO.	M. P. XIIII.

MAR-

NEPTVNO. ET. MINERVAE
pro. SALVTE. DOMus DIVINAE
AVCTORITate *Tib.* CLAVD.
CoGIDVBNI. R. LEGA. AVG. IN. BRIT.
CollegIVM. FABROR. *et.* QVI. IN. EO
Honorati D. S. D. DONANTE AREAM
PuDENTE. PVDENTINI. FIL.

Ita inſcriptionem vir eruditiſſimus Rog. Galeus explevit, referendam arbitratus ad *Cogidunum regem*, de quo Tacitus Vit. Agricolæ C. 14.; at regem Legatum quoque Auguſti in provincia fuiſſe, & ſimile usquam eſſe exemplum, merito dubitavit Jo. Wardus: præterea *DOMVS DIVINA*, quam monumenta ante Antoninorum ætatem ignorare, recte animadvertit Galeus, ad ſeriora tempora nos ducit. Mihi, vetat enim notarum anguſtia longiorem ſermonem, *Claudius* ille *Gidubnus* ſive *Cogidubnus* provincialis, civitate donatus, aut libertinus fuiſſe videtur, & quidem domo *Regnus*, atque adeo ex hac ipſa civitate: ſolitariam literam R., quæ Claudii hujus cognomini additur, ſi id notare velis, ut ego poſſe putem, reliqua ſine difficultate decurrent. WESS.

CLAVSENTVM.] Intervallum ducit ad *Old Southampton*, ubi multa caſcæ vetuſtatis indicia durare doctiſſimus Stukeleius Itin. Curios. p. 185. teſtis eſt. WESS.

VENTAM BELGARVM M. P. X.] *In hoc Itinerario trium hujus nominis oppidorum fit mentio, & item apud Ptolemaeum duplicis* Ventæ, *cui de hac in* Belgis, *qui* Dobunis *ſunt finitimi*, Οὐέντα. SVR.

VENTA BELGARVM.] Cur *Belgæ* inter Britannos & *Atrebates* memorentur, Caeſar Coment. B. Gal. V. C. 12. docebit. *Britanniæ pars interior ab iis incolitur, qui, prædæ ac belli inferendi cauſſa, ex Belgis tranſierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt, & bello illato ibi remanſerunt, atque agros colere cœperunt: Ex Belgis* ait, ſic enim cum Jo. Daviſio lego: neque enim ex *Belgio* tantum, ſed & illi, qui Belgis erant contributi, ut Atrebates & alii, in Britaniam conceſſerunt. Horum vero Belgarum caput *Venta* fuit, nunc *Wincheſter*, cujus epiſcopum *Wentanum*, ſicuti urbem *Wentam*, Osbernus in Vita S. Elphegi C. 2. atque alii appellant. WESS.

CALLEVAM ATREBATVM M. P. XXII.] *In manuſcriptis*, & *Longolianis* Galleva, & *infra eodem conſenſu* Calleva. *De* Atrebatibus Britannicis *populis fit à Ptolemaeo mentio: & corruptè in recentioribus Græcis libris, & in Latinum verſis, eorum urbs nominatur* Ναλκᾶα, *pro* Καλεᾶα: *nam à vetuſto interprete* Caleva *vertitur non* Nalcua. SVR.

CALLEVA ATREBATVM.] *Gelleva M. P. XXII* Lugdunenſis editus; *Galleva* Vaticanus atque alii. Infra *Calleva:* Ravennas L. V. C. 1. *Caleba Atrebatum.* De ſitu, ut ſolet, lis intercedit. Thom. Galeus numeris in XXXVI. mutatis *Henly* eſſe ait, cujus urbis pars *Ancaſtle* nominetur: itaque in Ptolemaeo, quem Surita recte emendavit, Ἀνκλᾶα vel Ἀνκελᾶα ſcribi debere; cui ego aſſentiri non poſſum. *Ancaſtle* ex *caſtello* quid trahit, & cum Ptolemaei Καλεᾶα nihil habet commune: quin, ſi Ptolemaeus ad eam formam eſt fingendus, utique & Itinerarium, cujus tamen MSS. aliorſum ducunt. Mihi vero ſimillima videtur viri docti L. III.

MARGIDVNO.	M. P. XIIII.
VERNEMETO.	M. P. XII.
RATIS.	M. P. XII.
VENNONIS.	M. P. XII.
BANNAVANTO.	M. P. XVIII.
MAGIOVINIO.	M. P. XXVIII.
DVROCOBRIVIS.	M. P. XII.
VEROLAMIO.	M. P. XII.
LONDINIO.	M. P. XXI.
ITER A VENTA ICENORVM LONDINIO.	M. P. CXXVIII. Sic. SI-

III. Brit. Rom. C. 2. p. 458. ſententia, qua *Calleva* eſt *Silcheſter*: eo intervallum hujus & aliorum itinerum accurate ducit; ibidem Romanorum manſifeſta in numis, munimentis aliisque rebus veſtigia durant. WESS.

PONTIBVS.] *Pontibus* his Tameſis circa *Old Windſor* junctus fuit, ſicuti ex M. P. diſtantia colligitur. WESS.

ITER AB EBORACO LONDINIVM] *In Blandiniano*, Iter ab Vburaco: *& in Neapol.* ab Eburaco. *Longoliani Blandinianam lectionem præferunt, &* Eburaco *corrigunt.* SVR.

ITER AB EBVRACO.] Vaticanus mendoſe *ab Eruraco*, unde editi Lugdunenſis *a Beruraco* proxime abeſt. WESS.

AGELOCO.] Vel *Segeloco.* SIML.

AGELOCO.] Sibilantem literam aut promiſcuus uſus aut librariorum ſocordia vocis principio abſtulit: ceteroqui inuſitatum non eſt, ut vocabulis modo, adſit modo deficiat. Ita *Almydeſſum* & *Salmydeſſum*, *Accaſenam* & *Saccaſenam*, *Epoiſſum Sepoiſſum*, *Agalaſſum Sagalaſſum*, aliaque ejus generis diſperſe ſuis locis vidimus: ſic pro *Alpibus* Lycophron Alexand. ℣. 1361.

Καὶ Σαλπίων βεβῶσιν ὀχθηρῶν πάγων.

WESS.

CROCOCALANO.] Cuſani MS. *Crocoglano M. P. XIV.*; Vaticanus *Crococalono.* Mox *Margitudo* idem Cuſani liber, quæ deficit in Lugdunenſi. WESS.

MARGIDVNVM M. P. XIIII.] *In Blandiniano deeſt hæc manſio, quæ ideo aſteriſcis ſignatur; ſupra* Margiduni *fit mentio. In Neapolitano* Margitudis M. P. XIIII. *& item in libris Longolianis.* SVR.

BANNAVANTVM M. P. XVIIII.] *In Blandiniano* Bannavanto M. P. XVIIII. *& in Neapol.* Bennavento M. P. XVIIII. *& item in libris Longolianis.* SVR.

BANNAVANTO.] Pariſinus *Bennavento*, quod ad *Beneventum* accedit proxime. Supra *Bennavenna*, *Iſanavatia*, ubi de reliquis itidem actum eſt. WESS.

ITER A VENTA ICENORVM.] *Manuſcripta & Longoliani libri* Icinorum. *Supra* Ventæ Belgarum *mentio facta eſt, cujus & Ptolemaeus meminit; altera* Icenorum *hoc Itinerario nominatur, & à Ptolemaeo ſecunda* Venta Simenorum *urbs conſtituitur, qui forte* Ἰκενοι *ſunt, non* Σίμβροι, *cum ſatis conſtet præpotentem* Icenorum *nationem fuiſſe. Tacitus libro XII. C. 31.* quod primi Iceni abnuere, valida gens, nec præliis concuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. *Et paulo poſt:* Ceterum clade Icenorum compoſiti, qui bellum inter & pacem dubitabant. *Nec credibile fuerit, cùm ejus gentis à Tacito, & Antonino mentio ſit facta, à Ptolemaeo fuiſſe prætermiſſam; qui tam ſingillatim regionum, urbium, oppidorum, fluminum, portum, æſtuariorum, ac promuntoriorum* Britanniæ *mentionem fecerit.* SVR.

A VENTA ICENORVM.] Membranaceus Cuſani codex *Iter a Venta Iciorum M. P. CXXXVIII.*; Vaticanus *Ventacinorum*, cui Ravennatis *Venta Cenomum* non multum eſt diſſimilis. Nunc *Caſter* ad amnem *Wentfar*, in quo *Venta* veſtigia videas, non longe a *Norwich.* Ptolemaei Σιμβρες in Ἰκενες eſſe mutandos, recte H. Surita conjecit: Palatinus codex ſuſpicionem adfirmat, Ἰμβρες ſcribens. WESS.

SITO-

SITOMAGO.	M. P. XXXII.
COMBRETONIO.	M. P. XXII.
AD ANSAM.	M. P. XV.
CAMVLODVNO.	M. P. VI.
CANONIO.	M. P. VIIII.
CAESAROMAGO.	M. P. XII.
DVROLITO.	M. P. XVI.
LONDINIO.	M. P. XV.

ITER

SITOMAGVM M. P. XXXII.] *In Blandiniano* Sitomago M. P. XXXII. *& in Neapolitano* Sitomago M. P. XXXII. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt, & Sitimago corrigitur.* Svr.

SITOMAGO.] *Situmago M. P. XXXIII.* ſchedæ Pariſienſes: Baſileae Lugdunique una millia ſummæ abſtulerunt. Tabula *Sinomagi. Wulpit.* Wess.

COMBRETOVIO.] Vel *Combretonio.* Siml.

CAMBRETOVIVM M. P. XXII.] *In Blandiniano* Cambretovio M. P. XXII. *& in Neapolitano* Compretovio M. P. XXII. *In libris Longolianis* Cambretonio M. P. XXII. Svr.

COMBRETONIO.] Excerpta MSS. *Combretovio* aut *Compretovio.* Intervallum incidit in *Stretford* ad fluvium *Breton*, qui vocabuli partem facit, & *Combretonium* præſtare oſtendit: Tabulæ *Convetroni* idem poſtulat. Wess.

AD ANSAM.] Sic quoque Tabula: tamen *ad Panſam* Th. Galeus emendat, quod in hac vicinia fluvius *Pant*, qui *Panſa* olim fuerit, decurrat. Wil. Burtonus Comment. p. 232. *ad Arcam* malebat, ob arcam ſepulchralem, COCCILLI M. inſcriptam, & heic loci repertam. Mihi neutro opus videtur, cum a ſigno, ut pluribus in hoc libello, manſioni nomen venire potuerit. *Witham* eſſe volunt, aut *Barklow*, quæ Galei ſententia. Wess.

CAMVLODVNO.] *Candodinio* Cuſani MS., ſed perperam: *Camuloduno* M. P. V. a præcendereti Tabula; Ravennas L. V. C. 31. *Camulodulo Colonia.* Hæc celebris eſt colonia, quam Baudicea, odio Romanorum, haud ſane injuſto, exſcindere aggreſſa eſt. *CENSITOR CIVIVM ROMANORVM COLONIAE VICTRICENSIS QVAE EST IN BRITANNIA CAMALODVNI* eſt in Theſ. lapide p. CCCCXXXIX. 5. Nunc *Maldon* poſt egregii ſerum Britannicarum exploratoris Guil. Camdeni diſputationem plerique dici cenſent, & nominis ſimilitudine & loci poſitura impulſi: tamen Th. Galeus *Walden* mavult. Vide L. III. Brit. Rom. C. 2. p. 446. Wess.

CANONIO.] *Caunonio M. P. VIII.* Peutingerorum Tabula. Multifariam pro diverſa quisque inſtituti ratione ſedem ejus quærunt. Camdenus in *Chelmsford*, Galeus in *Canfield*, Britan. Roman. auctor ubi *Fambridge.*

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas,

ut ipſa urbium manſionumque, celebriorum ante, rudera vix certo reperias! Wess.

DVROLITO.] Monuit Camdenus ultimam vocabuli partem *Leam* innuere, atque adeo *aquam* fluminis *Leae.* Itaque Dorolitum fuiſſe, ubi *Leiton* aut *Leiton Stone* V. M. P. a Londinio conſpicitur. Quare opus eſt, ut cum Th. Galeo huic M. P. XXVI., ſequenti V. addamus, quo diſtantia conveniat. Wess.

ITER A CLANOVENTA] *Habet Blandinianum, & in Neapolitano* Clamoventa. *In Longolianis libris Blandiniani lectio præfertur, &* Clamoventa *corrigitur. In Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Ducis* Britanniarum, *Tribunus Cohortis primæ Morinorum* Glamibanta *recenſetur, in vulgatis, & in vetuſto exemplari,* Glamubanta: *ac fortè* Clanoventa *legendum erat.* Svr.

ITER A CLANOVENTA.] Sic noſtri: *Glanoventa* Th. Galeus, Simlerus *Clamoventa* publicavit. Parit autem haud parum difficultatis hoc iter, quoniam ejus caput obſcurius eſt, & complures manſiones, vix alibi obvias, complectitur: Galeus adeo ad id offendit, ut ab imperito aliquo ceteris annexum fuiſſe ſuſpicaretur; quem tamen meritiſſimo cum MSS. retineant, eruditus Britanniæ Romanæ ſcriptor L. III. C. 2. ſequendum negavit. Legam ejus veſtigia, & manſiones, cum cura ab eo veſtigatas, ſignabo. Hæc *Lancheſter* in Durhamenſi di-

ITER A CLANOVENTA MEDIOLANO. M. P. CL. Sic.

GALAVA.	M. P. XVIII.
ALONE.	M. P. XII.
GALACVM.	M. P. XIX.
BREMETONACI.	M. P. XXVII.

COC-

si ditione est, loco commodo & munito posita. WESS.

GALAVAM M. P. XVIII.] *In manuscriptis & Longolianis libris* Galava *legitur, cum* Callevæ *supra & sequentibus itineribus, exemplarium consensu sit mentio.* SVR.

GALAVA.] Ita omnes, quos noverim: tamen *Gallana* Camdenus: *Old town* erit, si numeros X. M. P. auxeris, ad *Alonwater*. WESS.

ALONE.] Ptolemaeus *Alauna*; Liber Notit. *Alione.* SIML.

ALONEM M. P. XII.] *Manuscripta, & Longoliani libri* Alone M. P. XII. *Fortè id oppidum est, cujus auctor Notitiæ Provinciarum meminit: nam Trib. cohortis iii Nerviorum* Alione *recensetur.* SVR.

ALONE.] Ptolemaei *Alauna*, quæ in Damniis erat, in Scotiæ est quærenda finibus, Notitiæ Imp. Occid. *Alione* huc pertinet, estque magno omnium consensu *Whitley Castle*, ubi lapis erutus, qui *cohortem III. Nerviorum*, quam Notitia heic locat, inscriptam habuit. Epigramma hoc est:

IMP. CAES. LV . . . . . .
BICI ADIA . . . . . .
MAX. FIL. DIVI. ANTONINI.
SARM. NEP. DIVI. ANTONINI. PRON.
DIVI. HADR. ABNEP. DIVI. TRAIAN.
PARTH. ET. DIVI. NERVAE. ADNEP.
M. AVR. ANTONINO. PIO
FEL. AVG. . . . . .
TR. POT. X... IMP . . COS. IIII. P.P.
PRO. PIETATE. AED. E. VOTO
COMMVNI CVRANTE
LEG. AVG.
COH. III. NERVIO
RVM G. R. POS.

Apertum est, ad Caracallum pertinere ejusque majestati esse sacratum: quæ deficiunt, in his rebus callentes facile explebunt; & nuper egregie in Britannia Roman. L. II. C. 5. §. 113. curata res est. Id improbavero, quod pro *DIVI TRAIANI PARTH. ET. DIVI. NERVAE ADNEPOTE*, qui solennis Caracalli in literatis lapidibus, ut Thes. p. CCLXIX. CCLXXI. & in Gudian. Inscript. p. XCI. 8., titulus est, emendetur *DIVI TRAIAN. PARTH., FIL. DIVI NERVAE, ADNEPOT.* Debuerat sane Caracallus *Trajani adnepos, Nervæque trinepos*, si Jurisconsultorum responsis obtemperare voluissent, appellari: cum tamen nusquam id fiat, forte non injuria colligas, *trinepotis* vocabulum, etsi juris peritis tritum atque usitatum, nondum in publicum usum & monumenta fuisse receptum. Mecum sentit, quod nunc video & lætor, Jo. Wardus in Epist. p. 350. WESS.

GALACVM.] Ptolemaeo *Calagum Brigantum.* SIML.

GALLACVM M. P. XVIIII.] *Præferunt manuscripta: & libri Longoliani* Gallacum M. P. XVIIII. *Ptolemaeo inter urbes* Brigantum Κάλατον *fortè ad hanc mansionem pertinet.* SVR.

GALLACVM.] Recte Κάλατον, pro quo & Κάλαγον legitur, Ptolemaei huc refertur. Camdeno eumque secutis est *Whellep Castle*, quod quia numeri non ferunt, utpote amplius spatium desiderantes, in Brit. Roman. mansionis situs in *Appleby* figitur. Vaticanus M. P. VIIII. WESS.

BREMETONACIM M. P. XXVII.] *In Blandiniano* Bremetonaci M. P. XXVII. *& in Neapolitano* Bremetonti M. P. XXVII. *In Longolianis* Bremetonaci M. P. XXVII. *& XXIIII. corrigitur. In Notitia Provinciarum sub Duce* Britanniarum *cuneus armaturarum* Bremetenraco *recensetur, ut haud sciam, an ad hanc pertineat mansionem.* SVR.

BREMETONACI.] Vaticanus *Bremetomaci.* Consentiunt esse *Overborough*, ubi *præter nomen, numi, lapides insculpti & pavimenta tessellata Romanam stationem signt*, ut præstantissimi Th. Galei verbis utar è Comment. p. 119. WESS.

COCCIO.	M. P. XX.
MANCVNIO.	M. P. XVII.
CONDATE.	M. P. XVIII.
MEDIOLANO.	M. P. XVIII.
ITER A SEGONCIO DEVAM.	M. P. LXXIIII. Sic.
CONOVIO.	M. P. XXIV.
VARIS.	M. P XIX.
DEVA.	M. P. XXXII.
ITER PER MVRIDONVM VIROCONIVM.	M. P. CCLXXXVI. Sic.

VIN-

COCCIVM M. P. XXV.] Coccio *præferunt manuſcripta exemplaria, & libri Longoliani* Goccio. SVR.

COCCIO.] Nec ullum de hac diſſidium: *Ribcheſter* enim noſtro tempore dici, & plures Romanæ ſuperſtitionis indidem effodi reliquias, paſſim agnoſcitur. WESS.

MANCVNIO.] Supra in itinere *ad portum Ritupis, Mammucio* vel *Manucio.* SIML.

MANCVNIO.] Vaticanus *Mancocunio*, Cuſani MS. *Mancunio M. P. XXVII.* Vide alibi dicta. WESS.

ITER A SEGVNCIO DEVAM] *In Blandiniano* à Seguncio. *In Neapolitano* à Seguntro. *In libris Longolianis* Segontio: *cujus oppidi mentionem nullam reperio. Cæſari belli Gallici Commentario v. C.* 21. ex Britanniæ *civitatibus memorantur* Segontiaci. SVR.

ITER A SEGONTIO.] Univerſi MSS. M. P. LXXIIII. aut unis amplius: tamen Galeus M. P. LXXXIII. & Burtonus, haud ſcio qua de cauſſa. *Segontium*, ſive *Seguntium*, ut in Ravennate & Pariſino eſt, prima fronte in *Segontiacis*, de quibus Cæſar, fuiſſe videtur; ſed illi Trinobantibus vicini ab hoc oppido remotiores fuerunt. Nunc *Caernarven* eſt ad flumen *Segont*, unde in Monam trajeciſſe, eſt enim hic commodiſſimus & breviſſimus tranſitus, Suetonius Paullinus videtur. Adi Tacitum An. XIV. C. 29. WESS.

CONOVIO.] Intervallum pertingit ad flumen *Conway*, ubi rudera urbis, ut Th. Galeus oſtendit, *Caer Rhyn*; de quibus, quod de Populonia Rutilius, non injuria dixeris:

Agnoſci nequent ævi monumenta prioris,
Grandia conſumpſit mœnia tempus edax:
Sola manent interceptis veſtigia muris:
Ruderibus latis tecta ſepulta jacent.
Non indignemur mortalia corpora ſolvi;
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

WESS.

VARIS.] Vaticanus *M. P. XVIII.* a ſuperiore disjungit. *Bodvary* eſt ad rivum *Cluyd.* Oportet tamen, quo diſtantia reſpondeat, ut numeris bina addantur millia. WESS.

DEVA.] Numeri juſto ſunt ampliores, quæ cauſſa eſt, quare X. M. P. Galeus & Britan. Roman. auctor amputent. WESS.

ITER A MVRIDVNO.] In Schudii exemplari, *A Caleva per Muridunum Viroconium*; atque ita rectius legitur. Nam *Muridunum* vel *Moridunum* in medio hoc itinere ponitur. SIML.

ITER A MVRIDONO VIROCONIVM.] *Supra* Margiduni *ſit mentio bis, quæ manſio haud ſcio an ad hanc pertineat: & ubique* Muridonum *ſit legendum: nam à Ptolemæo poſt* Trinobantes *in* Demetis Μαεδόνον: *& infra hoc Itinerario manuſcripta & vulgati libri* Moriduno *præferunt.* SVR.

ITER A CALLEVA MVRIDVNO VRIOCONIVM.] Sic edidit Galeus, monetque eſſe in Bentleiano M. P. CCLXXXVI., quibus, quod numeris ſingularum manſionum rectius conveniant, ſuum locum dedimus. In noſtris *Iter a Muriduno Viroconiorum M. P. CLXXVI.*, Vaticano excepto, qui *Conriduno* hic & in ipſo itinere, ſed male: alterutra ſcriptura aut Schudiani MS. aut Galei proba videtur; utraque iter eſſe a Calleva per Muridunum Viroconium indicat, nec multum intereſt, quam ſeligas: quamquam Schudiani exemplaris lectio conſuetudini Itinerarii paullo melius reſpondet. Vide p. 204, 205. & 258. 259. Itaque non opus erit, ut bi-

VINDOMI.	M. P. XV.
VENTA BELGARVM.	M. P. XXI.
BRIGE.	M. P. XI.
SORBIODVNI.	M. P. IX.
VINDOGLADIA.	M. P. XII.
DVRNOVARIA.	M. P. VIII.
MVRIDVNO.	M. P. XXXVI.
ISCA DVMNVNIORVM.	M. P. XV.

LEV-

ut bina itinera hic in unum confusa esse fateamur, cum Burtono & Galeo. Callevam esse *Silchester* ex Britannia Romana supra adscripsimus. WESS.

VINDONII.] Vel *Vindomi.* SIML.

VINDOMI.] Excerpta MSS. in hac voce conspirant. *Farnham* ad amnem *Wey*, in militaris aggeris diverticulo. WESS.

BRIGE.] Vel *Brage.* SIML.

BRAGE M. P. XI.] *In Blandiniano* Brage M. P. XI. *& infra* Brige: *in Neapolitano utroque itinere* Brige. *In Longol.* Brage *& sequenti itinere* Brige. *Ptolem. in* Coritavorum *Regione* Ῥάγα, *ut haud sciam an hanc mansionem respiciat. Beda lib. iii. Ecclesiasticæ Historiæ*, in loco, qui dicitur Brige. *Et paulo post*, Maxime in Brige, & in Cale, & in Andilegum monasterio. VR.

BRIGE.] Sic nostri. Nunc *Broughton* ex Galei sententia, quam auctor Roman. Britan. amplectitur, mutatis tamen M. P., atque huic IX., sequenti XI. M. assignatis, quo intervalli ratio constet. WESS.

SORBIODVNI.] A *Sorbis*, quorum hic lætissimus proventus, nomen est. *Old Sarum. Sorvioduni* plerique scriptorum. WESS.

VINDOGLADIAM M. P. XII.] *In manuscriptis exemplaribus & in Longolianis libris* Vindogladia M. P. XII. *& infra in eisdem* Vindocladia. SVR.

VINDOGLADIA.] Ravennas L. V. C. 31. *Bindogladia. Cranburn* M. P. intercapedo esse jubet. WESS.

DVRNOVARIA M. P. VIII.] *Præferunt manuscripta, & Longoliani libri, & infra* Durnonovaria. SVR.

DVRNOVARIA.] Omnium consensu *Dorchester* est, ubi plurimæ operum Romanorum parietinæ, de quibus Stukeleius Itin. Curos. p. 153., superant: ara quoque indidem, quæ vel sola Romanorum opus testetur, ante hos duos annos eruta est, his vocibus inscripta.

I. O. M.
ET. NVMINIB. AVG.
M. VARIVS SEVERVS
B. COS.
ARAM. CVM
CANCELLIS
D. S. P.

In numeris M. P., quibus a Vindogladia disjungitur, difficultas est; sunt enim justo minores. Quadrabunt, ut in Roman. Britan. L. III. C. 2. p. 461. ostensum est, si huic sequentis mansionis & vicissim jungantur. WESS.

MVRIDVNO.] *Conriduno* Vaticanus, uti diximus. *Moriduno* Ravennas, quod Th. Galeus præfert, ut *collem maritimum* notare ac *Seaton* esse queat. *Eggerton* in Britan. Roman. ejus locum occupat, quod *Seaton* a via militari absit. WESS.

SCADVM NVNNIORVM.] In ultimo itinere *Iscadum Nunniorum*: forte *Isca Dumnoniorum*, uti Ptolemaeus vocat. SIML.

ISCADVM NVNIORVM M. P. XV.] *Habet Blandinianum exemplar, & in Neapolitano* Scadum Inminorum M. P. XV. *In Longolianis* Scadum Inunciorum M. P. XV. *&* Mumiorum *corrigitur: & ultimo itinere Blandiniani & alii libri* Iscadum Nuniorum: *quam lectionem præferendam esse arbitror.* Ἰσχαλὶς *urbis, in* Belgis, *apud Ptolemaeum fit mentio.* SVR.

ISCA DVMNVNIORVM.] Cusani liber *Scarlum Nunniorum*, Vaticanus *Scadum Nonniorum*; quod equimur, è Blandiniano est. *Exeter* plerique esse decreverunt, quod oppidum ad ripam fluvii *Ex* sive *Iscae*, ut ajunt, sedet. Quia vero nulla militaris via eo pergit, propterea in Bri-

LEVCARO.	M. P. XV.
NIDO.	M. P. XV.
BOMIO.	M. P. XV.
ISCAE LEG. II. AVGVSTA.	M. P. XXVII.
BVRRIO.	M. P. IX.
GOBANNIO.	M. P. XII.
MAGNIS.	M. P. XXII.
BRAVINIO.	M. P. XXIIII.
VIROCONIO.	M. P. XXVII.
ITER AB ISCA CALLEVA.	M. P. CIX. Sic.

BVR-

tan. Roman. L. III. C. 2. p. 463. variis de cauſſis circa *Chiſelborough* ejus poſitura figitur. WESS.

LEVCARO.] *Loghor* ad fluvium cognominem Camdenus atque alii interpretantur: prope *Glaſſenbury* Jo. Horsley ob ſignata hoc loco M. P. collocat, quod & mihi probabilius videtur: neque enim cauſſa eſt, cur iter hoc in duo ſecetur, ut diximus: præſertim cum Ravennas *Moridunum* a noſtro non diſtinguat, ſed, prorſus ut hic, circa Iſcam Dumnoniorum illi ſedem figat L. V. C. 31. *Item*, inquit, *juxta ſuprascriptam civitatem Scadamorum eſt civitas, quæ dicitur Moriduno.* WESS.

NIDO.] Manſio hæc ſequenti poſtponitur in Britan. Romana, invitis MSS., qui, quantum reciſcere potui, hunc ordinem ſervant. Itaque, ſi vir doctiſſimus ſpatia recte dimenſus eſt, hæc proxime *Axbridge*, ſequens circa *Portbury* fuerit oportet. WESS.

ISCA LEG. AVGVST.] Vel *Iſcalegia Auguſti*: emendo ex Ptolemaeo *Iſca leg. II. Auguſta*. Ponit enim Ptolemaeus prope Iſcam leg II., ſic tamen, ut amborum loca ſemiſſe unius gradus longitudinis diſtent, & quadrante, quoad latitudinem: quæ diſtantiam faciunt circiter XXXV. M. P.: hic tamen major ponitur diſtantia inter Iſcam Dumnoniorum & Leg. II. Auguſt. SIML.

ISCAM LEG II. AVG. M. P. XXXVII.] *In Blandiniano* Iſcæleia Auguſti M. P. XXVII. *& in Neapolitano* Iſcalegi Auguſti M. P. XXVIII. *& in Longolianis libris* Iſcelegie Auguſti M. P. XXVII. *& pro dictione* Auguſti, legi *corrigit*, & XXVIII. M. P. Legionem II. Auguſtam *eo loco conſtitutam indicat, quod & à Ptolemaeo definitur, tametſi tanquam duo ſint oppida, numeri longitudinis, & latitudinis utrique inepte attribuantur.* Ἴσκα Λεγιὼν δευτέρα Σέβαστη. *Præterea* Legio II. Auguſta *in* Britanniis *ab auctore Notitiæ Provinciarum recenſetur, ſub Comite litoris Saxonici per* Britanniam *hoc modo: Præpoſitus* Legionis II. Auguſtæ Rutupis. SVR.

ISCAE LEG. II. AVGVST.] Cuſani MS. *Iſca legi Auguſti*, Vaticanus *Iſca elegii Auguſta*, unde veriſſime viri docti *Iſca*, aut *Iſcae Leg. II. Auguſta*. Iſca *Silurum* eſt, quam perperam Ptolemaeus cum Iſca Dumnoniorum permiſcuit, non longe ab illa Leg. II. Auguſtam ponens. Vid. Jac. Vſſerium Antiq. Eccleſ. Britan. C. 5. p. 42. Nunc *Caerleon* ad flumen *Vsk*, in quo nominis *Iſcae* reliquiæ exſtant. Hic vero *Leg. II. Auguſtam* olim in ſtatione fuiſſe, lapis in vicinia erutus teſtis eſt. En tibi ejus titulum:

D. M. IVL. IVLIANVS.
MIL. LEG. II. AVG. STIP.
XVIII. ANNOR. XL.
HIC. SITVS. EST.
CVRA. AGENTE
AMANDA
CONIVGE.

Alios Jo. Horsleius L. II. Britan. Roman. C. 3., unde & hic excerptus, p. 320. dabit. WESS.

BVRRIO.] IX. M. P. Jo. Horsley ad *Vsk* perducunt. Th. Galeo eſt *Brubege*. WESS.

GOBANNIO.] Ravennas L. V. C. 31. capite amputato *Bannio*, quod *Aber Gavenny* ad flumen *Gavenny* eſſe conſentiunt. WESS.

MAGNIM M. P. XII.] *In Bland. & reliquis* Magnis M. P. XXII. *Sub Duce* Britanniarum *in Notitia Provinciarum, Præfectus numeri Pacenſium* Magnis *recenſetur, tametſi in manuſcripto & vulgatis* Magis *legitur: nam infra in eis per lineam* Valli, *Tribunus cohortis II. Dalmatarum* Magnis *legitur.* SVR.

MA-

BVRRIO.	M. P. IX.
BLESTIO.	M. P. XI.
ARICONIO.	M. P. XI.
CLEVO.	M. P. XV.
DVROCORNOVIO.	M. P. XIIII.
SPINIS.	M. P. XV.
CALLEVA.	M. P. XV.

ITEM ALIO ITINERE AB ISCA CALLEVA. M. P. CIII. Sic.

VENTA SILVRVM.	M. P. IX.

ABO-

MAGIS.] Sic quoque Ravennas. *Old Radnor* paſſim in ejus ſolo ſtatuitur; ſed cum nulla veſtigia inibi ſtationis Romanæ reperiantur, nec eo militaris agger pergat, aſſentior viro erudito, quo duce ex his tenebris toties emerſimus, circa *Kencheſter* ejus ſedem veſtiganti. *Magis* & *Magnis* Notitiæ Imp. Occid. aliorſum pertinent; hæc vallo aſſidebat; illa a Lavatris & Verteribus, ut ex ſtationum ordine, quem Notitia obſervare ſolet, cuivis apertum eſt, haud longe aberat. WESS.

BRAVINIO.] Vel *Bravonio.* SIML.

BRAVINIO.] Hæc & quæ ſequitur, turpi librariorum negligentia, ex Vatica no exulant: Cuſani MS. *Bravinco*; alii *Bravonio.* Noſtra ætate *Ludlow*, commodiſſimo circa confluentes amnium *Teme* & *Corne* loco. WESS.

AB ISCA.] Iſca Silurum, qua de ante intelligitur. Numeri ſummam, quam ſingulæ manſiones præ ſe ferunt, exſuperant. WESS.

BLESTIO.] Cuſani membranæ *Bleſcio*, quod paſſim in agri Herefordienſis finibus *Old-town* eſſe aſſeveratur; nec convenit tamen diſtantia, cui *Monmouth* melius reſpondebit. WESS.

ARICONIO.] Ager, qui inter amnes *Doier* & *Wye* intereſt, atque *Archinfield* appellatur, videtur ex *Ariconio* quid trahere. Itaque prope *Roſſe* in eo agro, numeris huc ducentibus, in Britan. Roman. collocatur: tamen Galeo & quotquot ſuperiorem *Old-town* interpretantur, *Kencheſter* placet. WESS.

CLEVO.] Ravennati L. V. C. 31. *Glebon Colonia*, qui cum conſpirat vetuſti lapidis fragmentum ad Aquas ſolis:

DEC. COLONIAE. GLEV.
VIXIT. ANN. LXXXQVI.

Igitur lapidis ſcriptura, cui Ravennas fere paria facit, verior eſt. Nunc *Glouceſter*, quam a neſcio quo *Glovo* ripæ fluvii Sabrinæ appoſitam monachi fabulantur. WESS.

DVROCORNOVIO.] Si Ptolemaei & Ravennatis *Corinium* prorſus idem ſit, non injuria Th. Galeus *Durocorinio* emendat. *Cirenceſter* ad amnem *Churn*, qui *Durocornovii* partem facit; quæ urbs cum a præcedente XVIII. circiter M. abſit, ea ex Vaticano reſtituenda duxi, XIIII., quæ in aliis inſunt, ſpretis. WESS.

SPINIS.] Forte nomen a *ſpinis* eſt, quibus viciniæ ager veſtitus erat, aut, quod plures haberet, ut poetæ verbis utar,

——— —— *Spinos jam pruna ferentes.*

ſervat priſtini nominis reliquias *Speen* circa *Newbury*; quam cum M. P. XXXV. a ſuperiore diſtinguant, numeri citra dubium ſunt augendi. WESS.

ISCA.] Eadem eſt, quæ ſuperioris itineris. WESS.

VENTAM SILVRVM M. P. VIIII.] *Trium* Ventarum *hoc Itinerario mentionem fieri admonuimus: & Belgarum, & Icinorum ſupra mentio facta eſt, atque hæc tertia* Silurum *regioni attribuitur. Tacito libro xii. in vetuſto exemplari C. 2.* Silurum gens non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret. *Et in Agricolæ vita C. 11., Silures ex Hiberis veteribus colonos in Brittanniam trajeciſſe conjicit.* Silurum, *inquit*, colorati vultus, & torti plerumque crines, & poſiti contra Hiſpaniam, Hiberos veteres trajeciſſe, easque ſedes occupaviſſe, fidem faciunt. *Et in eodem libro C. 17.* Suſtinuit quoque molem Julius Frontinus; vir magnus, quantum licebat: validamque, & pugnacem Silurum gentem ſubegit. *Ptolemaeus ultimos, verſus occaſum populos* Demetas *ſtatuit: ac poſt eos magis ad exortum* Σίλυρες. SVR.

ABONE.	M. P. IX.
TRAIECTVS.	M. P. IX.
AQVIS SOLIS.	M. P. VI.
VERLVCIONE.	M. P. XV.
CVNETIONE.	M. P. XX.
SPINIS.	M. P. XV.
CALLEVA.	M. P. XV.
ITER A CALLEVA ISCA DVMNVNIORVM.	M. P. CXXXVI. Sic.
VINDOMI.	M. P. XV.
VENTA BELGARVM.	M. P. XXI.
BRIGE.	M. P. XI.
SORBIODVNI.	M. P. VIII.
VINDOGLADIA.	M. P. XII.
DVRNONOVARIA.	M. P. VIII.
MVRIDVNO.	M. P. XXXVI.
ISCA DVMNVNIORVM.	M. P. XV.

VENTA SILVRVM.] Veteris nominis tenaciſſima eſt, quamquam de ſplendore veteri longa dies plurimum detrivit. *Caer Gwent*, i. e. *urbs Venta*, dicitur: *Caer* enim & *Cair* urbem ſive caſtellum Britannis notabat. Vide Giral. Cambrenſem L. I. Itin. Cambriae C. 5. WESS.

ABONE.] Ordinem hoc loco manſionum eruditiſſimus Th. Galeus commutatum ſuſpicatur, primoque *Trajectum* tum *Abonem* debuiſſe poni: trajici enim Sabrinam: cui ſuſpicioni Jo. Horsley accedere recuſat, quod *Trajectus* mox ad Avonem eſſe potuerit. Mihi conjectura ſpernenda non videtur: *Abone* cum hujus viciniæ fluvio *Avone* egregie convenit, argumentoque eſt, quod & alibi tetigimus, tenacius vetera nomina fluviis hærere: illum autem a ſua nominis manſione abſtrahere parum tutum videtur. Itaque ſi *Trajectus* præponatur, ad *Oldbury* aut *Aunsbury* figatur: *Abonem* vero *Hanham* ad *Avonem* fluvium dicamus. WESS.

AQVIS SOLIS.] Ptolemaeo Ὑδατα θερμὰ. Solinus Polyhiſt. C. 22. *fontes* in Britannia *calidos* memorat, *opiparo excultos apparatu; quibus fontibus præſul ſit Minerva, in cujus æde perpetui ignes nunquam caneſcant in favillas, ſed ubi ignis tabuerit vertere in globos ſaxeos*; quos fontes ab his aquis diſtinguendos non putant: ut adeo & Minervae & Soli aquæ fuerint ſacratæ. Vide Guil. Burtoni Comment. p. 260. Imo facile reperias, qui Βαδίζα Polybii apud Stephan. huc referant, impulſi, ut liquet, recentiore aquarum nomine *Bath*: quod ipſum ſi Britannis Polybii ætate uſitatum fuiſſe commonſtrarent, nondum rem tenerent: neque enim usquam a Polybio ſcriptum accepimus, in ea urbe calidarum aquarum balinea fuiſſe. *Bathonia* prava Latinitate Osbernus in Vita S. Elphegi C. 1. appellat. WESS.

VERLVCIONE.] Oppidum *Weſtbury*, prope quod magnam vim numismatum Romanorum erutam conſtat, Th. Galeus interpretatur: quoniam vero id extra militarem viam eſt, quam D. Stukeleius Itin. Curioſ. p. 133. perſequitur, *Hedington* alii præferunt: ſi tamen id longius ab Aquis Solis, propius a ſequenti abſit, Jo. Horsleio aſſentior *Leckham* eligenti. Vid. L. III. Brit. Rom. C. 2. p. 471. WESS.

CVNETIONE.] *Marlborough* ad amnem *Kennet*, quem Saxones *Kynetan*, propius a Cunetionis ſono recedentes, appellabant. Hinc vero Romanus agger *Spinas* pergit, ut de ſitu dubitandum non ſit. WESS.

A CALLEVA ISCAM.] Totum hoc ſupra itinere *a Calleva per Muridunum Viroconium* reddidimus. WESS.

DVRNONOVARIA.] Vel *Durnovaria*. SIML.

DVRNOVARIA.] M. P. IX. addit Joſ. Simlerus, quibus noſtri MSS. una millia auferunt, *Durnonovaria* ſcribentes. WESS.

IMPE-

IMPERATORIS ANTONINI AVGVSTI ITINERARIUM MARITIMVM.

VT NAVIGANS QVAE LITTORA TENENS NOSSE DEBEAT, AVT QVAE AMBIRE, INCIPIENS A GADIBVS VEL EXTREMA AFRICA, PERDOCET FELICITER.

INCIPIT QVAE LOCA TANGERE DEBEAS, CVM NAVIGARE COEPERIS EX PROVINCIA ACHAIA PER SICILIAM AD AFRICAM VSQVE. I. E.

IMPERATORIS ANTONI AVG.] *Hujus Itinerarii Maritimi titulus ex vetuſtiſſimo codice Regiæ Bibliothecæ Divi Laurentii deſcriptus eſt. Nam in Blandiniano ita legitur*; Itinerarium Maritimum. Quæ loca tangere debeas cum navigare cæperis ex provincia Achaia per Liſiam ad Africam uſque: *Et in Longolianis libris eodem pacto, &* per Siciliam *corrigit. In Neapolitanò eadem præfertur lectio: niſi quod* per Siciliam *legitur, non* per Siliam. SVR.

IMPERATORIS ANTONINI.] Abſunt hæc ab editis noſtris & ſcriptis: Pariſienſis & Cuſani uterque, his enim in ultima hac parte tantummodo uti poſſumus, Neapolitano adſtipulantur. Retinebimus tamen ex præſtantiſſimo MS. excerpta, licet Itinerario huic aliena: neque enim, quod verba præ ſe ferunt, *maritimi* hujus *itineris* a Gadibus & ultima Africa initium eſt. WESS.

VT NAVIGANS QVAE LITORA TENENS NOSSE DEBEAT] *Id eſt, à curſu deſiſtens, quæ litora noſſe debeat. Lentulus Ciceroni, epiſtolarum libro xii. Epiſt.* 15. Noviſſimè Corycum ſe contulit, & clauſo portu ſe tenere cœpit. *Viſitatæ & quotidianæ, atque ſolemnes, ut ita explicem, navigationes hoc Itinerario Maritimo tantum proponuntur; haud aliter, atque regiæ & conſulares, ac militares viæ Terreſtri Itinerario. Scientia enim & uſus nauticarum rerum maxime conſtat, ut vada, portus, inſulasque noris, & ſitus litorum & oppidorum: ut aditum facilem habeas, quod vaſto, & aperto mari, raris portubus, ſumma ſit difficultas navigandi: ut pro loci natura, ac vi tempeſtatum aptiores, & accommodatiores appulſus deligantur. Ob eam rem litora, ſtationes, ac portus ita gubernatores notos habere oportet, ac duces loca ipſa, quibus caſtra metanda ſunt.* SVR.

QVAE LITORA TENENS.] Mallem *tenere*, quamquam ne ſic quidem expedita ſatis oratio eſt. *Tenere*, verbum ex nautarum uſu depromtum, indicat, quod aliis *appellere* & *portus ſubire.* Virgilius Aen. IX. 98.

Immo ubi defunctæ finem portusque tenebunt
Auſonios.

ubi Servius: *Nautico uſus eſt verbo, cum de navibus diceret.* Ovidius Metam. III. 690.

— — — — *Excute, dicens*
Corde metum, Diamque tene. ——

Lucanus Pharſal. VIII. 464.

Nec tenuit gratum nocturno lumine montem.

Præter ceteros Servius eo delectatus eſt Aen. III. 1. *Qui relinquens*, inquit, *Ilium Idam tenuit: inde Antandrum, juxta quam factis navigiis, Thraciam tenuit. Mox prodigiis territus Delum tenuit.* &c. WESS.

AVT QVAE AMBIRE.] *Hoc eſt circumire. Feſtus Pompejus.* SVR.

QVAE LOCA TANGERE DEBEAS.] *Hoc eſt, cum ad terram perveneris, ut tuto eam attingas, & tutius capere poſſis. Vulgo verba nautica, ab optimis auctoribus uſurpata antiquitus, retinentur.* Tangere *enim* terram: *&*, Capere terram,

AB ISTMO NAVPACTVM VSQVE PROVINCIAE ACHAIAE STADIA DCCL.
A NAVPACTO OXEAS PROVINCIAE EPIRI VETERIS STADIA CCCC.
AB OXEIS NICOPOLI PROVINCIAE SVPRASCRIPTAE STADIA DCC.
A NICOPOLI BVTHROTO PROVINCIAE SVPRASCRIPTAE STADIA D.
A BV-

ram, *aut* portum *dicitur. Caesar Commentario iv. belli Gallici C.* 23., Ipse hora circiter diei iv. cum primis navibus Britanniam attigit: *& Commentario iii. C. 6. belli civilis:* Impositis, ut supra demonstratum est, legionibus VII. postridie terram attigit Græcorum. *Id est enim cum navis ad terram adpellitur: nam* Capere terram *est, ut è navi egredi possis. Caesar Commentario iv. C.* 36. Sed ex his onerariæ duæ eosdem, quos reliquæ portus capere non potuerunt: Et paulo infra delatæ sunt. *Et Commentario v. C.* 8. Tum rursus æstus commutationem secutus, remis contendit, ut eam partem Insulæ caperet, qua optimum esse egressum superiore æstate cognoverat. SVR.

QVAE LOCA TANGERE DEBEAS.] *Litus, loca, portum tangere* passim illi dicuntur, qui naves appellunt. Virgilius Aen. IV. 658.

——— *Si litora tantum*
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Et Georgic. I. 303.

Ceu pressæ cum jam portum tetigere carinæ.

Ovidius Metam. III. 634.

Pone metum, proreus, & quos contingere portus
Ede velis. ———

Lucanus Pharsal. VIII. 465.

Infimaque Aegypti pugnaci litora velo
Vix tetigit.

Mitto reliqua. V. Savaron. in Sidonium L. I. Ep. 10. WESS.

AFRICAM VSQVE I. E.] *In regio exemplari* Africam usque I. O: *quas notas pro* I. E. *arbitror esse adpositas, ut significent,* id est, *quæ in reliquis manuscriptis, aut vulgatis non habentur.* SVR.

I. E.] Absunt ab editis & scriptis membranis hæ literæ. WESS.

NAVPACTVM VSQVE PROVINCIAE ACHAIAE] *Tametsi Plinius inter oppida* Aetoliæ *in* Corinthiaco *sinu* Naupactum *recensèt; Ptolemaeus eam regionem* Achaiæ *attribuit.* SVR.

PROVINCIAE ACHAIAE.] Revera *Naupactus,* de qua Palmerius L. IV. G. A. C. 21. & Wasse in Thucydidem L. IV. C. 76., *Aetoliæ* fuit, quæ veteris Graeciæ pars Romanorum more *Achaiæ* contribuitur. Græciam enim, eversa Achæorum republica, *Achaiam* vocarunt, sicuti ex Pausania Achaicor. C. 16. & Suida in Ἀχαΐα constat. WESS.

A NAVPACTO OXEAS] *Præferunt manuscripta exemplaria, & libri Longoliani: & infra inter* Insulas *recensetur* Propaxos, Paxos, Oxia. Oxiarum *Insularum fit à Strabone mentio lib. viii. p.* 351. *quas,* Thoas *ab Homero cognominatas perhibit,* Θοὰς ἧ εἴρηκε πὰς Ὀξέιας. *Interpres etiam novus G. Xylander parum adposite proprium earum Insularum nomen in Latinum sermonem convertit, &* acutas *cognominat. Plinio L.* 4. *C.* 12. *in vulgatis,* Taphias, Oxiæ, Prino essa, *cum in vetustis exempl. summo consensu,* Saphiasis, Arnoxia, Prinessa *legatur.* SVR.

OXEAS.] *Exeas* alter Cusani MS., perperam. Sitæ in ore erant sinus Corinthii, non longe ab Acheloi ostiis. *Acutas* quoque vertit Stanislaus Warschewickius in Heliodori Aethiop. L. V. p. 230. De vetere novaque Epiro oportunior ad Hieroclem dicendi locus erit. WESS.

PROVINCIAE EPIRI VETERIS] *Fortè* veterem Epirum *vocat regiones eas, quæ sub* Epiri *nomine Pyrrhi Epirotarum regis continebantur.* SVR.

SASSIONIS INSVLAM.] Rectius *Sassionis* vel *Sasonis.* SIML.

SASONIS INSVLAM.] *In Regio* Sassonis, *& in Blandiniano* Sessionis, *& in Neapolitano* Sessionis, *& Longoliani lib.* Sessiones, *&* Sessionis *præferunt. Strabo libro vi. p.* 217. *à* Brundisio *ad* Sasonem *Insulam* CCCC. *stadia interesse, & me-*

A BVTHROTO SASONIS INSVLAM PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE SVPER AROCERAVNIA, ET RELINQVIT AVLONAM IN DEXTRO INTERIVS STADIA D.
A SASONIS INSVLA TRAIECTVS HYDRVNTO PROVINCIAE CALABRIAE STADIA CCCC.
AB HYDRVNTO LITORARIA LEVCAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCC.
A LEVCIS CROTONA PROVINCIAE STADIA DCCC.
A CRO-

& *mediam inter* Epirum & Brundiſium *interjacere adſerit. Plinius in fine libri iii. perhibet* Saſonis *Inſulam ab* Orico M. M. P. *piratica ſtatione notam eſſe. Ptolemaeo* Ionio *pelago inter Inſulas, quæ Macedoniæ adjacent,* Σασὼ. *Lucanus lib. v.* ℣. 650.

Non humilem Saſona vadis.

Et Silius L. VII. ℣. 475.

Hadriaci fugite infauſtas Saſonis harenas.

Et IX. lib. ℣. 468.

Expavit ſonitus tremefacto litore Saſon.

Hodie nomen retinet. SVR.

SASONIS.] *Seſſionis* noſtri, quorum Pariſinus tamen ſecundæ literæ *a* imponit, quartam vero & quintam adſcriptis punctis delendas notat. WESS.

IN DEXTRO INTERIVS STAD. D.] *Præfert Regium exemplar: cum reliqua manuſcripta, & Longoliani libri* ſtad. C. *adſcribant.* SVR.

STADIA ID.] Codices ſcripti *ſtadia C.*, quæ quod intervallum, quod Saſonem & Buthrotum diſtinguit, explere apta non ſint, ſprevimus. De Aulone ſupra p. 324. WESS.

TRAIECTVS HYDRVNTVM] *Strabo auctor eſt eos, qui rectum navigando curſum tenere nequeant, à* Saſone *ad* Hydruntem *lævorſum iter facere.* SVR.

A SASONIS INSVLA.] Recte hoc loco uſus eſt magni nominis Geographus Delisle in Memoriis, quas vocant, Acad. Reg. Scient. An. CIↃIↃCCXIV. p. 184., quo vinceret, male vulgo ampliore maris intercapedine Hydruntem atque hanc inſulam disjungi: noſtro enim menſuræ nauticæ conſentiunt; adſtipulatur etiam Plinius L. III. C. 11. dum Apolloniatium urbem M. P. L. Hydrunte ſemovet, & Scylax, qui a Cerauniis montibus, a quibus inſula paullum remotior, ſtadiis 1Ↄ. ſeparat: præter ceteros vero Strabo L. VI. p. 281. ab Hydrunte, non Brundiſio, ut perperam Surita, ad Saſonem ſtad. CCCC. numerans. WESS.

AB HYDRVNTE.] Strabo medium tantum numerum ſtadiorum ab Hydrunte Leucada ponit, nempe CL. SIML.

LEVCAS PROV. S.S.] *Cum ſtationem hanc* Leucarum Calabriæ *provinciæ ſupra ſcriptæ attribuat, mihi omnino incognita eſt; niſi* ad Leucam *forte legendum ſit, &* Leucopetram *promuntorium intelligat:* Leucadis Inſulæ, *ante* Epirum *ſitæ, apud Suidam ſit mentio; quæ ad hanc ſtationem nihil attinet. Nam quod à Strabone perhibetur libr. vi. p.* 281. *ex* Leucis *ad* Hydruntem *parvam urbem, ſtadia cl. diſtare, oppidum* Leucas Epiri, *& promuntorium* Leucates *ad* Trajectum *intelligi arbitror: & hanc ſtationem litore* Calabriæ, Crotonem *verſus, deſignari, quod ſtationibus ipſis indicatur.* SVR.

AB HYDRVNTE.] Verba Strabonis H. Surita relegiſſe non videtur: neque enim aberrare potuiſſet. Τὰ Λευκὰ parvum oppidulum, πολίχνιον, ſtadiis LXX. Tarento, CL. Hydrunte ſemovet, & citra controverſiam in Calabria collocat: nec diſſidet Lucanus Pharſal. V. 375.

— — — *Quas avius Hydrus*
Antiquusque Taras, ſecretaque litora Leucæ.

a quo præterea diſcimus, *Leucas* haud male dici. WESS.

A LEVCIS CROTONEM PROV. STADIA DCCC.] *Præfert Regium exemplar, & in reliquis ſtadia* DCCCC. SVR.

A LEVCIS CROTONA.] Strabo longiore circuitu navigantem circumducit, & ſtadia circiter IↃCCCCXL. Leucas inter & Crotonem L. VI. p. 262. & ſeq. interponit; cujus diffe-

A CROTONA NAVS PROVINCIAE STADIA C.
A NAVS STILIDA PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA DC.
AB STILIDA ZEPHYRIO PROVINCIAE STADIA CCCC.
A ZEPHYRIO RHEGIO CIVITAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCCCXC.
A RHE-

rentiæ ea ratio est, quod Geographus curvos sinus Tarentini anfractus fuerit admensus: tamen alter Cusani stadia ιϽcccc. addit, & ad Strabonem proxime accedit. De Crotone, cujus nos vicinia paullum morabitur, vacuum non est disserere: Aristoteles Θαυμ. Ἀκουσ. C. 123. Philocteten, Troja reducem, habitasse refert τὰ καλούμενα Μαλακὰ τῆς Κροτωνιάδος, ἅ φασιν ἀπέχειν ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, καὶ ἀναθεῖναι τὰ τόξα τὰ Ἡράκλεια αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀλίου· *Malaca, quæ vocentur, agri Crotoniensis, ab urbe stadiis CXX. remota: prætereaque perhiberi Herculis sagittas in templo Apollinis Alii dedicasse.* Mirum est, Ph. Cluverium, cujus ceteroqui insignis fuit diligentia, hujus urbis rationem non habuisse: comes ejus & amicus L. Holsteinius ad Stephan. haud præteriit, Μακαλλα corrigens. Mihi cum eo hac in parte parum convenit, cujus caussa ut appareat, Stephanum audiamus: Μάκελλα πόλις Ἰταλίας, κέκληται ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ φιλοκτήτην· ubi vides, opinor, ultima prioribus male apta connexaque esse, neque immerito Th. Pinedo *concoquere se posse hujus nominis etymologiam* negare: *nescire enim, quid habeant simile* Μάκελλα & μαλακισθῆναι. Rem inspiciamus. Stephanus, ut in confesso est, urbem ex Lycophronis Alexand. ℣. 927.

Ἐν δ' αὖ Μακέλλοις σηκὸν ἔγχωροι μέγαν
Ὑπὲρ τάφων δείμαντες, αἰανῆ θεὸν
Λοιβαῖσι κυδανοῦσι· ———

urbis vero veriverbium ex scholiis hausit, quibus Grammatici poetæ tenebras depellere annisi erant: unde colligo legisse eos Μαλακοῖς, quod & in Aristotele vidimus: mutata dein ea voce in Μακάλλοις, ut Tzetzes & Seldeni MS. & Stephani quidam codices legunt, mansit tamen in commentario τὸ μαλακισθῆναι, quod noster secure exscripsit. Nimirum ferebant Philocteten in ea urbe pæne fuisse effeminatum: id enim μαλακισθῆναι sæpe, unde μαλακοὶ & μαλακία de cinædis: inde urbi cognomen venisse, contraria prorsus ratione atque apud Herodotum L. IX. C. 121. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. Atque hoc firmabit Thucydidis enarrator L. I. C. 12. Καὶ Φιλοκτήτης διὰ τὸν Πάριδος θάνατον θήλειαν νόσον νοσήσας, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, ἀπελθὼν ἐκ τῆς πατρίδος ἔκτισε πόλιν, ἣν διὰ τὸ πάθος Μαλαχίαν ἐκάλεσε. nam quam Μαλακίαν, sic enim malim, appellat, eam in Lycophrone, ut Aristotele, Μαλακὰ, legebant, quamque is θήλειαν νόσον, id τὸ μαλακισθῆναι Stephano. Tametsi vero pro Μαλακοῖς hæc faciant plurimum & Græcorum sententiam in luce ponant, Μάκελλα tamen veriora & ab ipsa urbis origine & positione repetita videri possunt: a vallo, quo munita erat, non male derivabitur: Μάκελα, μάκελλα & μάκελλος sunt apud Hesychium φράγματα, δρύφακτοι, a quibus & *Macellæ*, urbi Siculae, nomen est natum. Restat templum Apollinis Ἀλίου apud Aristolelem, quod omnino Ἀλαίου nuncupari debuerat Tzetzes in Lycophron. ℣. 911. Καὶ παυσθεὶς τῆς ἄλης, Ἀλαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν κτίζει, οὗ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἀνέθετο· quibus paria Etymologus, ut Ti. Hemsterhusius, amicus & collega meus, mihi ostendit, qui & Ἑλληνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, cujus Philosophus eodem loco meminit, in Ἐιλενίας ex eodem Lexicographo p. 298. scribi oportere egregie docuit. Hæc Crotonis occasione. Nunc in viam. WESS.

A CROTONA NAVS.] In MS. *Navis.* Schudius existimat Lacinium intelligendum Junonis templum; ut sit *Naus* positum pro Græco Νάος; quasi ob celebritatem templi κατ' ἐξοχὴν Νάος dictum fuerit. Idem pro *Stilida* Scylaceum legendum putat. Uterque autem locus ex Strabone & aliis Geographis notus est. Quamvis enim *Columnam Rheginam* Strabo στυλίδα nominet; tamen de illa hic non fit mentio: hæc enim Rhegio proxima, longius a Crotone & La-

A RHEGIO TRAIECTVS IN SICILIAM CIVITAS MESSANA STADIA LXX.
A MESSANA TAVROMENIO CIVITAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCII.
A TAVROMENIO CATINA CIVITAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCC.
A CA-

Lacinio diſtat. Neque *Laus* fluvius intelligi poteſt, qui ex adverſo Crotonis mare ingreditur. SIML.

NAVS PROV. STAD. C.] *Manuſcripta exemplaria, & Longoliani libri in hanc conſentiunt lectionem: cujus ſtatio mihi penitus recondita eſt, & inaudita.* SVR.

A CROTONA NAVS.] Diu hæc me exercuerunt, nec tamen, in quibus acquieſcerem, invenire potui. *Naus* de templo Laciniæ, licet Strabo L. VI. p. 262. id Crotone ſtad. CL. removeat, non omnino ſpernendum duxero. *Stilidam* in oppido *Stilo*, quod in hac ora Grimoaldus Salernitanus Chron. p. 166. atque alii agnoſcunt, veſtigabam: Sed cum id recentioris ætatis ſit cognomentum, animo, ut probarem, allubeſcere non potuit. Itaque, donec certiora dies produxerit, Schudii ſententiam amplectar, obiterque Diodoro Siculo L. XIII. p. 135. medebor: perduxerat Athenienſes, in Siciliam cogitantes, a Crotone præter Junonis Laciniæ templum ad promontorium Dioſcuriadem: tum pergit; μετὰ δὲ ταῦτα τό τε καλούμενον Σκυλλήτιον καὶ Λοκρὸς παρήλλαξαν· ſic quippe lego: nam Τεσκυλήτιον *Teſcyletium* nihili eſt. Intelligit *Scylaceum*, quod *Scylletion* ante appellabant. Vid. Strabonem L. VI. p. 261. WESS.

A NAVS STILIDA] *Et hæc itidem* Stilidis *ſtatio mihi incognita eſt, cum longo tractu Orientem verſus à* Columella Rhegia *diſtet: Cedrenus in ejus maris tractu inſulæ mentionem facit* Columnæ *cognomento, quæ ad hanc ſtationem minimè pertinere videtur, pagina cccclxxix.* SVR.

AB STILIDA ZEPHYRIVM STAD. CCCC.] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano & in libris Longol. ſtad.* CCCCXX. *& in Neapol.* CCCXX. *Strabo L. 6. p.* 259. Zephyrium *Locrenſis agripromuntorium, portumhabere navigantibus ab occaſu, ventis commodum, & ob eam cauſam nomen fuiſſe ſortitum perhibet.* SVR.

AB STILIDA.] Stadia CCCXX. Lugduni, Baſileae CCCXX. 420. appoſuere. Cuſani alter CCCCXX. prætereaque *Zephiro* aut *Ziphyro* ſcribunt. WESS.

STADIA CCCCXC.] *Habet Regium exemplar: cum reliqua, & Longoliani libri* CCCCXX. *præferunt.* SVR.

STADIA CCCCXC.] Noſtri libri cum editis ſtadia CCCCXX.; tamen Regii MS. numeros veriores arbitrer; rectius enim Straboni L. VI. p. 259. conveniunt, Locros, erant autem non longe a Zephyrio, Rhegio ſtadiis IↃC. ſeparanti. WESS.

A RHEGIO TRAJECTVS.] De ſtadiorum numero, quibus fretum pateat, inter veteres diſſidium eſt; nec tamen, qui LXX. ſtadiorum intervallum fecerit, facile reperies. Plinius ad Columnam, ubi breviſſimus eſt trajectus, CIↃ IↃ. paſſibus metitur: Servius, quem Iſidorus L. III. Origin. C. 18. ſequitur, III. M. P., Strabo ſtadiis VII., Agathemerus L. I. C. 5. XI., pluribus alii, de quibus Ph. Cluverius L. I. Sic. Ant. C. 5. Vide vero, ſitne intempeſtiva *Rhegii* in his Capellæ L. VI. p. 205. mentio. *Terracina*, inquit, *prius inſula, nunc juncta Rhegium, quæ ab Sicilia continenti ſeparata, atque in compenſatione connexæ telluris in inſulam religata.* Quid enim Rhegium ad Terracinam? Ego, cum MSS. *juncta* vel *conjuncta regioni* legant, tentabam; *prius inſula, nunc juncta regioni, cujus Sicilia continenti ſeparata;* ſic enim prono alveo oratio decurret: poſſes ceteroqui, *juncta regioni. Rhegium, qua Sicilia continenti* &c. prius tamen malim. WESS.

TAVROMENIVM CIV. PROV. S.S. STAD. CCII.] *Habent Regium exemplar, & in Bland. & Neapol. & libris Longol.* Stad. CCL. SVR.

A MESSANA.] Amplius eſt iter, quod terra abſolvitur. Vide Strabonem L. VI. p. 266. & ſupra p. 87. Ceterum noſtri quoque ſtadia CCL. WESS.

A CATINA] IↃCC. tantum ſtadia Cuſani MS.;

A CATINA SYRACVSAS CIVITAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA DCCC.
A SYRACVSIS PACHYNO PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCCC.
A PACHYNO AGRIGENTVM CIVITAS PROVINCIAE STADIA CCCC.
AB AGRIGENTO LILYBAEVM CIVITAS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA DCCL.
A LILYBAEO INSVLA, QVAE APPELLATVR MARITIMA PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA CCC.
A MARITIMA INSVLA TRAIECTVS IN AFRICAM, ID EST, STADIA DCCC.
SI AEGIMVRVM INSVLAM VOLVERIS PROVINCIAE SVPRA SCRIPTAE STADIA DCCCC.

SI

MS.; Simlerus utrumque numerum majorem & minorem adſcripſit. WESS.

A PACHYNO AGRIGENTVM.] *Hæc ſtatio in Regio tantum exemplari legitur, quæ in omnibus, quæ viderim, manuſcriptis exemplaribus, & vulgatis libris deeſt: atque ideo diverſis eam litteris diſtinximus.* SVR.

A PACHYNO.] Neque noſtri habent. Agathemerus L. I. C. 5. a Pachyno Lilybæum ſtadia CIↃIↃC. eſſe ſcribit. WESS.

STAD. DCCL.] *In ſtatione ab* Agrigento Lilybæum *in Regio exemplari* DCCL. *ſtadia adſignantur: & in manuſcriptis reliquis, & Longolianis* CCL. *neque à Regii exemplaris lectione deflectendi ratio viſa eſt.* SVR.

AB AGRIGENTO.] *Agragento ſtadia CCL.*, quæ contra verum editis vetuſtioribus etiam inſunt, Cuſani MS. & Pariſinus. WESS.

MARITIMA.] Forte eſt *Hieroneſus* Plinio & Ptolemæo dicta, quam Moletius hodie *Maretamo* vocari ſcribit. SIML.

QVAE APPELLATVR MARITIMA.] *Mirum videri debet, jam hoc tempore* Inſulæ *hujus vetuſtum nomen fuiſſe commutatum, quæ continenti a* Lilybæo *promuntori & Drepanitano portu proxima, in conſpectu ipſo eſt, & nunc* Maretamo *adpellatur.* SVR.

QVAE VOCATVR MARITIMA.] Utique veterum *Hiera* eſt. S. Bochartus L. I. Phaleg. C. 27. vocabulum *Maritimæ*, ut multa, ex Orientis provinciis arceſſit: neminem enim dicere poſſe, cum tot inſulæ ſint in mari & maritimæ omnes, quamobrem una præter ceteras *Maritima* vocetur: quæ ratio ſi valeret, nullæ deberent eſſe, nunquam certe ἀπὸ τ῀ πόντε appellari, inſulæ *Pontiæ*; quas tamen plures novimus. Numeri, ſi trajectus Carthaginem intelligatur, ut ſequentia innuunt, juſto ſunt minores: quod ſi enim ſtadia CIↃ IↃ. Lilybæum & Carthaginem diſtinguant, hi & ſequentes adaugendi ſunt. Vidit & hoc Ph. Cluverius L. II. Sic. Ant. C. 15. WESS.

TRAIECTVS IN AFRICAM, ID EST STAD. DCCC.] *Habet Regium exemplar & reliqua,* ſtadia DCCCC. SVR.

STADIA IↃCCC.] Noſtri codices IↃCCCC. ſtadia probant. WESS.

EGIMVRVS.] In MS. libro legitur, *& ſi Gurumum:* in impreſſo, *ſi & Gumurum.* Emendo *Si Aegimurum.* Eſt autem inſula Aegimurus ante Carthaginem ſita, nota ex Strabone, Livio, Ptolemæo & aliis. SIML.

SI AEGIMVRVM INSVLAM.] *In Reg.* Si Eginiurum, *& in Blandiniano* ſi & Gumurum, *& in Neapolitano* Si & Gurumum: *ut Livium, & reliquos Hiſtoriarum auctores omittam,* Aegimuri Inſulæ *Strabo, Plinius, & Ptolemæus mentionem fecere. Ea juxta continentem Africæ ſita eſt. Ptolemæo & Stephano* Αἰγίμορ῀ρ. SVR.

SI AEGIMVRVM.] Optime viri docti locum reſtituerunt. Cuſani MS. alter *ſi & Gurinium*, alter *ſi ei Gumurrum.* De inſula Livius L. XXX. C. 24. ubi triginta fere millibus Carthagine abeſſe tradit. WESS.

SI

SI MISSVAM CIVITATEM PROVINCIAE STADIA M.
A MISSVA CARPOS STADIA CCC.
A CARPIS CARTHAGINE STADIA CL.
SI AVTEM NON CARTHAGINE, SED SVPERIVS AD LIBYAM VERSVS VOLVERIS ADPLICARE, DEBES VENIRE DE SICILIA AB INSVLA MARITIMA IN PROMVNTORIVM MERCVRI STADIA DCC.
SI CLYPEA STADIA DCC.
SI CVRVBI STADIA DCCCC.
SI NEAPOLIM STADIA MC.
SI ADRVMETO STADIA MDXL.
ITER A PORTV AVGVSTI VRBIS TRAIECTVS IN AFRICAM CARTHAGINEM STADIA VCCL.
A LI-

SI MISSVAM.] Ita habet MS.; impressa exemplaria *Missanam*. Plinius etiam *Missuam*; *Nisuam* Ptolemaeus. SIML.

SI MISSVAM CIV.] *In manuscriptis exemplis* Missuam *legitur: & in Longolianis* Si Missanam, *cujus stationis, &* Carporum *mentionem nullam factam reperi.* SVR.

SI MISSVAM.] *Misua* Plinio L. V. C. 4. & Tabulæ Peutingeranæ: *Missuensis* Episcopus est in Notitia Africæ. Erat circa Clupeam, & Carthaginienses ea tanquam navali utebantur, teste Procopio L. II. Belli Vand. C. 14. WESS.

A MISSVA CARPOS.] *Corpus* & *Carpus* MSS., prætereaque stadia CCC. Plinius *Carpos* L. V. C. 4. memorat: Ptolemaeo Κάρπις dicitur. Optatus Milevitanus L. II. Schism. Donat. C. 18. *Episcopis vestris jubentibus & præsentibus supra altare Catholici diaconi occisi sunt; similiter & apud Carpos.* WESS.

AB INSVLA MARITIMA.] Usus his in rem suam est Delisle Memor. Acad. Reg. Scient. An. CIƆIƆCCXIV. p. 182. ad coarguendos eos, qui Siciliam in tabulis Geographicis ab Africa longissime disjungunt: nec male: vellem tamen attendissent, insulam a continente Siciliæ CCC. circiter stadiis fuisse semotam, atque ea in summam addidisset. WESS.

IN PROMVNTORIVM MERCVRI ST. DCC.] *Livius libro xxix. C.* 27. Jam terram cernebant. Haud ita multo post gubernator Scipioni ait, non plus V. M. P. Africam abesse: Mercurii promuntorium se cernere. SVR.

SI CLYPEA.] Agathemerus a Lilybæo *Clupeam* stadiis CIƆIƆC. L. I. C. 5. removet, quæ nulla ratione, licet ab insula Maritima, ut oportet, trajectum intelligas, cum his concordare possunt. De *Curubi* dictum alias est. WESS.

SI NEAPOLIM.] MSS. vel *Si Rineopoli* vel *Sine Neapoli*, sed omnes *stad. num. mille C.*, ut in editis vetustioribus. C. stadia, quæ Surita neglexit, addidimus: nec ea tamen æquare intervallum poterunt, quod in Thucydide L. VII. C. 50. reperitur: Καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες ἐς Νέαν πόλιν, Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον, ὅθεν πρὸς Σικελίαν ἐλάχιστον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκὸς πλοῦς ἀπέχει· *hinc prætervecti Neapolin appulsi sunt, unde minimum duorum dierum & unius noctis in Siciliam navigatio est:* Si enim diei & noctis navigatio stadiorum sit mille, ut apud Ptolemaeum L. I. Geogr. C. 9., apparet CIƆ. IƆ. stadiorum intervallum a Thucydide Neapolim inter & Siciliam poni: jam si a *Maritima* trajectus sit, C. stadia in Itinerario deficient. WESS.

SI ADRVMETVM ST. CIƆ. L.] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano, & Longolianis libris*, stad. mille D. XL. *& in Neapolitano* Ī. D. LX. SVR.

SI ADRVMETVM.] In uno Cusani *stad.* CIƆ IƆLX., in altero, *stadia ī. mille* IƆXL, quæ posteriora cum editi priores receperint, revocanda censui: tantoque magis, quod terrestri itinere Neapolim inter atque Adrumetum plus L. M. P. intersit. Vide supra p. 56. WESS.

ITEM A PORTV AVG. VRBIS.] *Et* urbis

A LILYBAEO DE SICILIA IN CARTHAGINEM STADIA M. D.

A CARALIS SARDINIAE TRAJECTVS IN PORTVM AVGVSTI STADIA III.

A CARALIS TRAJECTVS IN AFRICAM CARTHAGINEM STADIA M. D.

A CARALIS GALATAM VSQVE INSVLAM STADIA DCCCCXC.

A GA-

bis Augustæ, & portus Augusti *nomina recentiora videntur, quam ut à Plinio, & Ptolemaeo commemorentur: urbs* Agosta *nuncupatur.* Svr.

ITER A PORTV.] Sic Parisinus, quem sequi placuit: alter vero Cusani *Item a Rema portu Aug. urbis*, ac si *a Roma* voluisset. Portum hunc XVIII. M. ab urbe dissitum egregie describit Philostorgius L. XII. H. E. C. 3. ubi de Alarico, ὁ δὲ θᾶττον, inquit, καταλαμβάνει τὸν Πόρτον, μέγιστον δὲ οὗτος νεώριον Ῥώμης, λιμέσι τρίσι περιγραφόμενος, καὶ εἰς πόλεως μικρᾶς παρατεινόμενος μέγεθος· *is confestim Portum occupat, qui cum maximum Romæ navale sit, tribus portubus incingitur & ad parvæ urbis magnitudinem accedit.* Hæc eo excerpsi, ut cum *Portus* hujus pictura, quam Tabula Peutingerana ostentat, componi possint. Facile ibi, si oculos intenderis, tres portus distinxeris, nec caussa apparebit, quare Ph. Cluverius L. III. Ital. Ant. C. 3. sinistra de Tabulæ auctore suspicetur. Wess.

A LILYBAEO.] Strabo L. VI. p. 267. Itinerario assentitur: Ἐστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον διάρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα: *Brevissimus a Lilybæo in Africam trajectus ad Carthaginem stadiorum est* CIↃ IↃ. Addit fuisse quendam tam insigni oculorum acie, ut è promontorii specula numerum navium, Carthagine solventium, accurate enarraret: quæ tamen res haud leve dubium habet: Plinius enim de hoc *Strabone*, id homini nomen fuisse M. Varro prodidit, paria L. VII. C. 21. referens, è Cicerone CXXXV. M. P. pervidisse auctor est; quæ millia ne mille quidem & centum stadia rotundant. Hoc vero, ut è medio viri præclari tollant, præcipue quod alibi, & ex eo Capella L. VI. p. 208. Lilybæum in CLXXX. M. P. Mercurii promontorium spectare adfirmet, scripsisse illum censuerunt M. P. CLXXXV., quæ a stadiis CIↃ. & IↃ. proxime absunt. Atque hanc viam ingressus est Ph. Cluverius L. II. Sicil. Ant. C. 1. p. 235., & Jac. Perizonius in Aelian. L. XI. V. H. C. 13.; quæ tamen plana atque expedita omnia haud efficit: longius enim Carthago a Mercurii promontorio, quam V. M. P. spatio, remota fuit: ad hoc, Cicero conjecturæ virorum præstantium se opponit L. IV. Q. A. C. 25. *At ille nescio qui*, inquit, *qui in scholis nominari solet, mille & octingenta stadia quod abesset videbat*: illa vero stadia utramque & Strabonis & Plinii summam multo exsuperant. Quid ergo? mutabimusne *octingenta* Ciceronis in *quingenta*. Sic sane res erit confecta, quamquam opera audaciore & nodum secante. Quid si *octoginta* cum Harduino scribamus? qua ratione Plinio cum Cicerone, quem testem excitaverat, conveniet egregie, eritque mutatio minima. Itaque hoc malim, tantoque magis, quod Pliniani libri & Solinus C. 1. in ea M. P. conspirent. Neque ea propter Plinius sibi ipse adversabitur, qui narrationi Ciceronem inscripserit; cujus utique sententia bona fide repræsentanda erat. Varro vero, nam Cicero, quantum recordor, de navibus tacet, a veritate non aberit, si non ipsi Carthagini junctum portum, sed alium in Mercurii promontorio, cujusmodi fuisse diximus, intellexerit: namque eum *Strabonem* adeo fuisse Lynceum, ut promontorii objectu, quod è Lilybæo prospectanti in oculos incurrebat, visus ejus nihil præpediretur, cras fortasse credam. Wess.

A CARALIS SARDIANA.] Rectius *Sardiniæ.* Siml.

A CARALIS SARDINIAE.] In Suritæ editione *A Caralis de Sardinia.* Ego Simlerum sequor, quod alter MS. Cusani *a Caralis Sardinia*, levi discrimine, edat, alter *Sardania. Caralis* de cujus insulæque ab Italia distantia alius

A GALATA TABRACAM IN AFRICAM STADIA CCC.
INTER CORSICAM ET SARDINIAM FRETVM GALLICVM STADIA XC.

DE HISPANIIS.

A BELONE TRAJECTVS IN TINGIN MAVRITANIAE STADIA CCXX.

A CAR-

alius erit dicendi locus, monoptoton est scriptori, qua de re p. 78. & 85. Hoc addo, videri urbis nomen in vitio esse apud Dionem L. XLVIII. p. 428. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐκλιπόντος αὐτοῦ τὴν νῆσον, κατέσχε τὰ μὲν ἄλλα ὁμολογίᾳ, τὴν δὲ ΑΡΑΔΙΝ πολιορκίᾳ. *Insulam*, Lucio *cedente*, *occupavit*, *deditione cetera*, *Aradin autem expugnatione*; quod ut suspicer, facit altum ejus in insulæ urbibus silentium, & quod omnia, quæ de *Aradi* prædicantur, in hanc recte quadrent, prætereaque, si majoribus literis scribas, ΑΡΑΔΙΝ & ΚΑΡΑΛΙΝ parum differre videas. Scio summum virum S. Bochartum L. I. Phal. C. 32. *Aleriam*, quæ & *Caralis* dicta fuerit, urbem Corsicæ, intelligere: verum ea nihil ad Sardiniam, quam Dio a Mena, Pompeii liberto, inibi vexatam prodit. Palmerius, quod his in chartam relatis animadverto, mecum sentit Exercit. p. 255. WESS.

TRAJECTVS IN AFRICAM.] Neque hunc locum sibi negligendum duxit Delisle in monumentis Acad. Reg. Scient. An. CIↃ IↃCCXIV. p. 183., quo Africam vulgo intervallo ampliore, sed perperam, a Sardinia & Caralitana urbe disjungi comprobaret: quod quamquam illi negandum haud sit, tamen in confesso est, plerosque veterum in hujus intercapedinis amplitudine cum nostro dissentire: Strabo utique L. V. p. 225 a Sardinia brevissimum in Africam cursum CCC. M. facit; Plinius L. III. C. 6 Africam a Caralitano promontorio ducentis millibus removet; ut adeo & hic verum sit, quod de Geographis Strabo L. VI. p. 285. μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους. Prius vero quam hinc abeo, observandum est, Cusani codicum alterum stadia IↃCCCCXXXV., alterum XXV. supra nongenta præ se ferre eaque Galatæ subjicere. WESS.

A GALATA.] Vel *Calata*, insula vicina Numidiæ. SIML.

GALATAM VSQVE INSVLAM STAD. DCCCCXC.] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano* stad. DCCCCXXV. *& in Neapolitano* stadia DCCCCXXXV. *Longoliani libri*, Calatham usque Insulam stad. DCCCCXV. *Credo ex correctione, quod à Ptolemaeo inter Insulas Africæ juxta continentem* Καλάθη *connumeretur. Infra à* Caralis *ad* Galatam *Insulam hic idem auctor* stadia DCCXX. *adsignat. Plinius L. 5. C. 7. inter adjacentes Siciliæ*, Galata, Lopadusa. *Fine item libri xxxv.* Ex Galata, *inquit*, Insula, & circa Clupeam Africæ scorpiones necat. SVR.

A GALATA TABRACAM ST. CCC.] *Eadem* stadia *infra* à Tabraca ad Galatam *connumerantur: neque in his exemplaribus* Tabracæ *nomen adspiratur: Pontanus tamen C. in* Tabraca fluvio *adspirat. Plinio* oppidum Tabracha, *civium Romanorum, & Ptolemaeo* Θαβράκα Κολώνια.

A GALATA.] Martianus Capella L. VI. p. 207. Sardiniam a Caralitano promontorio habere *Ficariam Galatamque* memorat; qua in re a Plinii sui vestigiis recessit, qui L. III. C. 8. Ficariam illi promontorio, non alteram, admovet: & prudenter; nam Galatam propius continentem Numidiæ fuisse vel ex hoc loco apparet. De *Tabraca* vide p. 21. WESS.

INTER CORSICAM.] MSS. nostri *stadia XX.*; Lugdunensis & Basileensis editio, quas duces Surita habuit, *stad. XC.*; utrique male: illi spatium nimis artant, hi producunt. Stadiis LX. Scholiastes Comici in Acharnens. ℣. 112. utramque insulam disjungit, secutus, puto, Strabonem L. V. p. 223., Plinius octo fere M. P. L. III. C. 7., ubi & fretum, quod cur *Gallicum* vocetur, nondum perspicio, *Taphros* sive fossas nominari auctor est. Vid. Ph. Cluverium Corsic. Ant. p. 507. WESS.

A BELONE.] *Regium exemplar* Stadia DCCLX.] *In Blandiniano, & Neapolitano, & Longolianis libris* CCXX. *Ego arbitror legendum esse* CCXL, *ex Plinio L. 5. C. 1., qui* Tingim *abesse à* Belone *oppido*, Bæticæ *proximo*, *trajectu* XXX. M. P. *perhibet.* SVR.

A BEL-

A CARTHAGINE SPARTARIA TRAJECTVS CAESAREA MAVRITANIAE STADIA III.

DE GALLIIS.

A PORTV GESSORIACENSI AD PORTVM RITVPIVM STADIA CCCCL.

DE ISTRIA.

A POLA JADER IN DALMATIAS STADIA CCCCL.

DE

A BELONE.] Blandiniano & noſtri ſe adjungunt, quamquam *in Tingi Mauritaniæ* aut *Mauritaniam* ſcribentes. H. Suritae conjectura prima ſpecie blanditur, venitque If. Caſaubono in mentem ad Strabonem: nec citra dubium tamen eſt: Solinus enim Polyh. C. 24. & Capella L. VI. p. 215. ex Plinio, cujus uterque ſectam atque inſtituta, ut notiſſimum, ſequi adſuevit, M. P. XXXIII. Belonem Tingi ſeparat. Ceterum hic trajectus, licet alibi fretum anguſtius eſſet, maxime frequentabatur: ἐντεῦθεν, inquit Strabo L. III. p. 104., οἱ διάπλοι μάλιστα εἰσὶν εἰς Τίγιν τὴ Μαυρουσίας. De *Belone* plura alibi memoravimus. WESS.

A CARTHAGINE SPARTARIA.] *In manuſcriptis exemplaribus, & Longolianis libris* ſtad. III. id eſt tria millia. *At Plinius L. 3. C. 3.* Carthago, *inquit*, nova colonia, cujus a promuntorio, quod Saturni vocatur, Caeſaream Mauritaniæ urbem CLXXXVII. M. P. *Vetuſtis exemplaribus in eam ſententiam congruentibus.* SVR.

A CARTAHGINE.] Pariſinus *Caeſarea Mauritaniae III tria millia.* Plinii M. P., quibus hæc ſtadia tanto ſunt auctiora, verior ut bene habeant. Certe Strabonis L. III. p. 156. a Calpe Carthaginem usque ſtad. CIↃCIↃCC., ſive CIↃCIↃCIↃ. Polybii, difficulter cum rationibus Plinianis, quantumvis a Carthagine in Mauritaniam curſus directus fuerit, conciliabuntur. WESS.

A PORTV GESSORIAGENSI.] Lego, *A portu Geſſoriacenſi de Galliis*; niſi quis malit hoc, *de Galliis*, ſeparatim tituli loco ponere. SIML.

GESSORIACENSI.] *Geſſorigiacenſi* eſt in Pariſino & Cuſani altero MS. *De Galliis*, ut *De Hiſpaniis, De Iſtria*, videtur tituli vicem fungi. WESS.

AD PORTVM RITVPIVM STAD. CCCCL.] *In Regio* Stad. DCCCCL. *& in reliquis ſtad.* CCCCL. *& ſuperiore Itinerario terreſtri, eadem trajectus* CCCCL. *ſtad. conſtituta ſunt. Ad ea, quæ eo loco de* Ritupiis *animadverſa ſunt, id licebit ad hanc adjicere ſtationem, nomen gentile* Ritupiarum, *quod hic* Ritupium *eſt*, Ritupinum, *aut* Rutupinum *ab Auſonio poëta deductum fuiſſe carmine, quod Aquileiæ urbis laudi tribuit.*

——— Sed magis illud
Eminet, extremo quod te ſub tempore legit,
Solveret exacto cui juſta piacula bello
Maximus, armigeri quondam ſub imagine lixæ.
Felix, quæ tanti ſpectatrix læta triumphi,
Puniſti Auſonio Rutupinum Marte latronem.
SVR.

A POLA JADER.] In Schudii exemplari ponuntur MCCL. Plinius ponit CLX. M. P., quæ faciunt MCCLXXX. ſtadia. In eodem exemplari ponitur, *Ancona Jader in Dalmatias. Stadia MD.*, quæ navigatio in aliis exemplaribus non habetur. SIML.

A POLA JADER. IN DALM. ST. CCCCL.] *In Regio* Deniſtria A Pola Derinde Stad. CCCL. *& reliqua, quam prætulimus lectionem, proferunt. ſupra trajectus ſinus* Liburnici Jader *usque* ſtadia CCCCL. *adſignavit. Plinius L. 3. C. 21.* Rurſus in continente Colonia Jader, quæ à Pola CLX. M. P. abeſt: *quam lectionem vetuſta etiam exemplaria edunt.* SVR.

A POLA.] Cuſani MS. alter ſtadia I. DL., quibus Lugdunenſis editus adſtipulatur. Joſias Simlerus *ſtadia mille CCCCL.* 1500. Baſileae vulgavit. Quod ſequimur, eſt in Pariſienſi & ſupra p. 272., licet minus cum Plinio conſpirans. WESS.

AB ANCONA JADER.] *In Regio exemplari* Stad. DCCCL. *In Blandiniano, Neapolitano & libris*

DE ITALIA.

AB ANCONA JADER IN DALMATIAS STADIA DCCCL.
AB ATERNO SALONAS IN DALMATIAS STADIA M. D.
A BRVNDISIO DE CALABRIA SIVE AB HYDRVNTE AVLONE STADIA M.
A BRVNDISIO DYRRHACHI IN MACEDONIA STADIA M. CCCC.
A SALONA SIPVNTE STADIA M. D.

ITINERARIVM PORTVVM VEL POSITIONVM NAVIVM AB VRBE ARELATVM VSQVE.

bris Longolianis ſtad. I. D. *Plinius L.* 3. C. 19. Polam ab Ancona *trajectu* CXX M. P. *abeſſe, auctor eſt.* SVR.

AB ANCONA.] Noſtri conſtanter *ſtad. I. D.*, aut *mille D.*; Plinius Harduini, nec MSS. invitis, inter Anconam & Polam M. P. CXXX. ſtatuit. WESS.

AB ATERNO SALONAS] *Plinius L.* 3. C. 4. *ab* Aterni *amnis oſtio in* Adriaticum *mare influentis ad* Tiberina *oſtia Italiæ menſuram colligit: & L.* 3. *C.* 22. Salonis *colonia ad* Iader. SVR.

A BRVNDISIO ETC. AVLONEM] *Supra pag.* CCCXXIII. *recto itinere ab* Hydrunte Aulonem *eadem* ſtadia mille *adſignantur.* SVR.

A BRVNDISIO DYRRHACHIVM.] *Supra pagina* CCCXVII. *à* Brundiſio *trajectus* Dyrrhachium *usque eadem adſignat* I. CCCC. ſtadia. SVR.

A SALONA SIPONTE STADIA D.] Rectius ſtadia MD. SIML.

A SALONA SIPONTE.] *A Salonas Siponte* plerique libri; unde, quod exprimi juſſimus, quodque a prioribus editis probatur, formatur facillime: ceteroqui nec *Salonas*, uti nec *Siponto*, hic ſcriptor averſatur. Vid. p. 270. & 314. WESS.

ITINERAR. PORTVS.] Hæc paullo aliter in Schudii exemplari leguntur; idque hoc modo: *Itinerarium portus & poſitionum navium ab urbe usque ad oſtia Rhodani in Gallias & Arelatum.*

Ab urbe Roma usque ad portum Auguſti M. P. XIX.
A portu Auguſti Fregenas M. P. VIIII.
A Fregenis Alſium M. P. VIII.
Ab Alſio ad Turres M. P. IIII.
A Turribus Pyrgos M. P. XII.
SIML.

A POR-

ITINERARIVM.] Cum Schudii illo MS. omnes libri diſcordant; neque injuſta eſt ſuſpicio, librarium, quicunque fuerit, ignotis maritimi hujus itineris locorum nominibus offenſum ea, quæ Joſ. Simlerus excerpſit, ex p. 300. huc tranſtuliſſe. WESS.

VEL POSITIONVM NAVIVM.] *Videtur* poſitionum *nomine* ſtationes *intelligere, quæ portuum tutam manſionem non aſſequuntur, & tamen litoribus præſtant. Cæſar Commentario* III. *C.* 8. *belli civilis.* Hoc confecto negotio, à Salonis ad Orici portum ſtationes, litoraque omnia longe lateque claſſibus occupavit. *Iſidorus item in* ſtationes, portus, & litora *diſtinguit, & hoc Itinerario in* portus, poſitiones, plagia: *ut mihi dubium non ſit, quin* poſitiones *pro ſtationibus & plagia, pro litoribus uſurpentur. De* plagiis, *ſupra ex Iſidoro, & vulgo* playas *adpellamus: Græcis* Νεώσοικοι. SVR.

POSITIONVM.] Aſſentior Suritae. *Poſitio navium* videtur eſſe νεώσοικοι, ubi nautæ velis tonſisque poſitis navem in tuto poſitam habent, ut apud Thucydidem L. III. C. 6. νεώσοικοι ὃ μᾶλλον ἦν αὐτοῖς πλοίων ἢ ἀγορὰς ἡ Μαλέα. Credo ad Græcorum exemplum nautas *poſitionem navium* formaſſe: nam qui præter hunc ita ſit locutus, nunc quidem nemo occurrit. *Poſitio loci, caſtrorum, cœli, ponere carinas* apud Curtium L. X. C. 1. nihil ad hunc rhombum. Ut vero Iſidorus, ita Imp. Honorius & Theodoſius L. 2. C. Theod. de *Litor. & Itin. cuſtod.* loca, mari vicina, in *ſtationes, portus* & *litora* dividunt. Vid. N. Bergerium L. IV. Viar. Mil. C. 48. WESS.

ARELATVM VSQVE.] *Regium exemplar.* Ab urbe Arelatum usque ad portu Auguſti Pirgos Poſio M. P. XXVIII. *In reliquis* Ab urbe Arelato usque ad Portum Auguſti M. P. XXXVIII.

A PORTV AVGVSTI PYRGOS POSITIO.	M. P. XXXVIII.
A PYRGIS PANAPIONE POSITIO.	M. P. III.
A PANAPIONE CASTRO NOVO POSITIO.	M. P. VII.
A CASTRO NOVO CENTVM CELLIS POSITIO.	M. P. V.
A CENTVM CELLIS ALGAS POSITIO.	M. P. III.
AB ALGIS RAPINIO POSITIO.	M. P. III.
A RAPINIO GRAVISCAS POSITIO.	M. P. VI.

A GRA-

Videtur manſio prima ab urbe *ad* portum *deeſſe, quam ſupra deſignat pag.* CCC. *&* XVIIII. M. P. *numerat, & à* portu Pyrgos XXXIIII. M. P. SVR.

A VRBE.] MSS. noſtri *Ab urbe Arelato usque ad portum Auguſti M. P. XXXVIII.*, nec aliter priſcæ editiones, peſſime: paullo quidem melior MS. Regii ſcriptura eſt, nec ſatis tamen ſana. ſine dubio hic omiſſa eſt prima manſio: fuiſſe videtur: *Ab urbe Arelatum usque: Ab urbe ad portum Auguſti M. P. XIX. A portu Auguſti Pyrgos &c.*; quæ cum amanuenſis exſcriberet, feſtinantes oculos in poſtrema conjecit, mediaque adeo tranſiluit. Ph. Cluverius L. III. Ital. Ant. C. 3. p. 876. ex Itinerar. Maritimo citat, *Ab urbe Arelatum usque: Ad portum Auguſti M. P. XVIII.*; quæ ſi è MS. fuiſſent hauſta, non illis ſuum locum aſſignare vererer. Sed nihil ille de ſcripto codice, ſumpſiſſeque potuit, quamquam numeris emendatis, ex Simleri nota. WESS.

A PYRGIS PANAPIONEM] Panapione *legitur in manuſcriptis, & Longolianis libris, quæ manſio mihi incognita eſt.* SVR.

PANAPIONE.] In hanc vocem MSS. conſpirant. Tabula a Pyrgis VI. M. P. ſeparat, & *Punicum*, quod & Ravennas inter *Pyrgos* & *Caſtrum novum* L. IV. C. 32. & L. V. C. 2. ex ſimili Tabula collocat, appellat. Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 497. *Panapione* ex *Punicum poſitio* errore librariorum natum eſſe ſuſpicatur: fuiſſe autem *Punicum* ubi *Santa Marinella*, ſtatione ſeu poſitione navium etiamnum nobilis. WESS.

A PANAPIONE.] Si *Punicum* ſit *Santa Marinella* numeri hic ſunt transpoſiti, ut bene Cluverius advertit: III. M. P. ſuperioris ſtationis huic apponi oportuerat, & viciſſim. WESS.

CASTRVM NOVVM &c.] *Regium exemplar, & Blandinianum, & Longoliani libri,* M. P. VII. *præferunt & in Neapolitano* VIII. SVR.

CENTVM CELLAS M. P. V.] *Totidem ſupra à* Caſtro novo Centum Cellas M. P. *conſtituuntur terreſtri Itinerario.* SVR.

ALGAS POSITIO.] Ab *alga*, qua omne hoc litus oppletum conſpici L. Holſteinius affirmat; nomen eſt, manetque in *Valle d'Aliga.* WESS.

AB ALGIS RAPINIVM] *In Regio* Rapinio, *& in Blandiniano* à Rapinio Graviſcas: *ut* Rapinium *legendum ſit, non* Rapionium, *quemadmodum in Neapolitano exemplari, & libris Longolianis præfertur.* Algæ & Rapinium *manſiones mihi incognitæ ſunt.* SVR.

RAPINIO.] MSS. plerique *Rapionis* aut *Rapioni* & mox *Rapionio.* Ph. Cluverius ex hac diſcordia *Minione* refingit, præſertim quod nulla commodior inter Centum cellas & Martam ſtatio ſit L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 483., invito tamen L. Holſteinio ad Cluver. Ital. p. 33., cui & ego accedo: licet enim hoc nusquam occurrat, propterea abjici non debet; ne dicam nimiam eſſe inter vocabula differitatem. Fuit autem non longe ab oſtiis Minionis, quæ forte, quod vadoſa & ſoli forent ſuſpecti, vitabant. Rutilius L. I. 279.

Paulliſper litus fugimus Minione vadoſum,
Suſpecto trepidant oſtia parva ſolo.

Quo verſu *crepitant* olim in Obſervat. L. II. C. 30. corrigebam, quod poſt egregiam Celeb. P. Burmanni animadverſionem nunc quidem defendere nolim, licet non dubitem, quin aquæ ſatis eleganter *crepitare* dicantur. Cur, quæſo, id damnaverimus, ubi *crepulæ aquæ* illæſæ abeunt? Avienus Ora Marit. 572.

Præterque vaſti gurgitis crepulas aquas.

præſertim cum & *crepare* ferantur. Horatius Epod. XIV. 47.

——— —— *Montibus altis*
Levis crepante lympha deſilit pede.

ne-

A GRAVISCIS MALTANO POSITIO. M. P. III.
A MALTANO QVINTIANO POSITIO. M. P. III.
A QVINTIANO REGAS POSITIO. M. P. VI.
A REGIS ARMINE FLVVIVS HABET POSITIONEM. M. P. III.
AB ARMINE PORTVM HERCVLIS. M. P. XXV.
A PORTV HERCVLIS IN CETARIA DOMITIANA POSITIO. M. P. VIIII.
IN CETARIA DOMITIANA POSITIO. M. P. III.
A DO-

neque enim dubium esse potest, qui *crepante pede* aqua, leni suo lapsu sonitum ciens, indicetur, sive, ut L. III. Od. 13., *loquax:*

——— *Unde loquaces*
Lymphæ desiliunt tuæ.

Imo, si hæc omnia nusquam forent, Virgilius idoneus auctor locutioni fuerit Aen. XI. 297.

——— *Ceu saxa morantur*
Cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.

Videndum itaque erit, præstentne in Quinctiliani Declam. XIII. C. 3. *crepitantes inter radiantes calculos aquæ:* solent quippe lapillis illisæ suavi murmure vicina replere: ego certe *crepitantes* inter ejusmodi calculos *aquas* sæpe numero videre & mirari memini. Atque hæc hactenus. Χαιρέτω δ' ἑκάστῳ οἷς ἥδεται, sicuti Longinus ait. WESS.

GRAVISCAS.] Strabo L. V. p. 226. hinc Pyrgos usque paullo minus stadiis CLXXX. numerat. WESS.

A MALTANO QVINTIANVM] *In manuscriptis, & Longolianis* Quintiana: *sed cum statim* Quintiano *in regio legatur, videtur* Quintianum *legendum. utraque statio mihi est incognita.* SVR.

MALTANO.] Sic aut *Maltana* MSS.; natum videtur ex *Martano*, quod ex fluvio *Marta*, sive vicus seu mansio ad eum fuerit, cognomen traxit. Flumen illud a Gravisicis Tabula M. P. VII. separat. WESS.

REGAS.] Est, ut pridem Merula & Cluverius animadverterunt, *Regis villa*, de qua Strabo L. V. p. 225. Ἐν ᾧ τῷ μεταξὺ τόπῳ ἐστὶ κωλέρμῳ Ῥέγις ὄνομα· ἱστορεῖτο δ' ᾠκεῖσθαι ποτὲ βασίλειον Μαλαιώτου Πελασγοῦ. *Inter* Cosam & Gravisicas *Regis est villa, quam narrant olim fuisse regiam Malaeoti Pelasgi.* MSS. paullo ante *Quinctiana*, mox *A Regas.* WESS.

ARNINE FLV.] Hic in MS. codice *Armine* & *Harnine* legitur. Forte fluvius *Martha* hodie dictus. SIMI.

ARNINE FLVVIVS HABET POSIT. ſi. p. ī. III.] *Hæ notæ in Regio præferuntur, cum reliqua tantum* M. P. III. *adponant.* SVR.

ARMINE.] Hoc ex Simleri MS. præoptavimus, quippe propius accedens ad Tabulæ *Armenita.* Ph. Cluverius quidem *Armenia*, quoniam MSS. *Armine* hoc loco, legit: sed nulla persuasibili causa: habet *Armentam* Ravennas L. IV. C. 32. & L. V. C. 2., firmatque, quod alias suspicabamur, ex simili se Tabula, cujusmodi Peutingerana, pleraque omnia excerpsisse: in ea enim *Armenita* literam I. superne inscriptam ostendit, quæ exolescens oculos Ravennatis fugisse, & pro *Armenita Armentam* nobis peperisse videtur. Ab hoc *Armenitanos* Ciceronem formasse p. 287. conjecimus. MSS. nostri *Arnine* aut *Arnino fluvius habet positionem M. P. III.*, quæ, Regii codicis inductis notis, restituimus. WESS.

PORTVS HERCVLIS.] *Portum Cosanum* Livius L. XXII. C. 11. & L. XXX. C. 39. appellat, cui ab *Hercule* etiamnum cognomen hæret. Abest XXV. M. P., quæ Surita dedit, ab Armenita: tamen MSS. nostri XXX. M. WESS.

IN CETARIAS DOMITIANAS] *In Regio* Incidria Domitiana Posio M. P. III. *Reliqua ex voce* Domitiana *alteram mansionem confecerunt,* à portu Herculis, in Cetaria, ab incetaria Dentiliana, à Domitiana Altimiana fluvius: *nec visum est à vetustissimi exemplaris lectione deflectere.* SVR.

IN CETARIA.] Pulchre in *Cetarias*, seu *in Cetaria Domitiana*, quorsum scripti libri du-

A DOMITIANIS ALMINA FLVVIVS HABET POSITIONEM. M. P. VIIII.
AB ALMINA PORTVS TELAMONIS M. P.
A PORTV TELAMONIS VMBRONIS FLVVIVS. M. P. XII.
A PORTV TELAMONIS LACV APRILE. M. P. XVIII.
A LACV APRILE IN ALMA FLVMEN HABET POSITIONEM. M. P. XVIII.
AB ALMA FLVMINE SCABRIS PORTVS. M. P. VI.
AB

cunt, H. Surita emendavit. Horatius L. II. Serm. V. 44.

Plures annabunt thynni & cetaria crescent.

ubi Scholiastes Cruquii: *Cetaria loca sunt juxta lacum, ubi cete, thynni & alii pisces capti saliuntur*; mallem *aluntur:* in his enim cetariis undique extractos pisces saginabant: Glossæ *Cetarius*, Βιβαρεύτης, sive qui *vivarii* talis curam gerit. Erant hæc Domitiana Cetaria ad Orbitellensem lacum, cujus ostio vestigia & rudera maxima cetariorum ac piscinarum ex vivo lapide sectarum imminent, ut L. Holsteinius in Ital. Ant. Cluverii p. 31. docet. Ceterum MSS. cum editis vetustioribus sic legunt: *A portu Herculis incitaria portus M. P. VIIII. Ab Incitaria Domitiana positio M. P. III. A Domitiana Almiania fluvium:* ut tria distincta & diversa loca signentur: *In Cetaria portus, In Cetaria Domitiana positio*, & *Almiania fluvius.* Nunc ab Herculis portu ad S. Stephani portum, ubi *Cetariorum portus*, M. P. XIII. sunt, inde ad emissarium lacus Orbitellensis M. P. III., quæ propterea L. Holsteinius restituenda judicat. WESS.

A DOMITIANA ALMIANIAM.] Nullus hic additus est numerus. In Schudii exemplari ita legitur: *A Domitiana, quæ est ad Almianam fluvium, ad portum Telamonis M. P. XII.* SIML.

AB ALMINA PORTVM TELAMONIS] *In Regio una mansione comprehenduntur* & Portus Telamonis & fluvius Vmbro & lacus Aprilis. *In Blandiniano hoc pacto legitur:* Ab Almiania portus Telamonis M. P. *nec numeri mansionis adponuntur.* à portu Telamonis lacu Aprili positio M. P. XIII. & Vmbronis *fluvii nulla fit in eo exemplari mentio. In Neapolitano* Ab Alimaaia portus Talamonis M. P. *neque numeri mansionis adponuntur:* A portu Talamonis Vmbronis M. P. XII. A portu Talamonis lacu Aprili, M. P. XVIII. *Supra* Vmbronis *fluvii*, & *lacus* Aprilis *mentionem fecimus, dum* Salebronis *vocem in* Vmbronis *vertendam esse arbitraremur:* & *Plinii verba hoc loco repetenda videntur L. 3. C. 5.:* Hinc amnes Prille, mox Vmbro navigiorum capax: & ab eo tractus Vmbriæ portusque. Telamon *Ptolemaeo* Τελαμὼν *promuntorium*, & *Plutarchus in* Mario, *in* Portum Etruriæ Telamonem *delatum, descensione facta, ad pileum servos vocasse. Stephanus urbem esse ad* Tyrrhenum *mare auctor est.* SVR.

ALMINA.] Ex Regio MS. hoc retinemus, utpote vero propius: nostri *Almiania* vel *Almiana. Albinia* Tabulæ ac Ravennati, unde *Albegna* nunc durat. Numeri M. P. in omnibus deficiunt. WESS.

AB ALMINA PORTVS TELAM.] H. Surita Regio codici nimium tribuens sic ex eo publicavit: *Ab Almina portum Telamonis, fluvium Vmbronis Lacu Aprile positio M. P. XVIII.*; qua ratione tres stationes in unam constipavit. Nos presse MSS. inhærebimus, has stationes distinguentibus. Aberat portus Telamonis ab urbe Roma stadiis IↃCCC., si Diodorus Siculus L. IV. p. 259. non fallit. WESS.

VMBRONIS FLVVIVS.] Sic bene Regius MS.; ceteri *a portu Talamonis Umbronis.* Rutilius L. I. 337. WESS.

Tangimus Vmbronem, non est ignobile flumen,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.

De *Salebrone* & *lacu Prile* vide p. 392. mox pro *A portu Telamonis* oportuerat scribi, *Ab Vmbrone fluvio.* WESS.

ALMA FLVMEN.] *Alnos* flumen unus Cusani. In numeris vitium est; sunt enim inter fauces lacus Prilis & Almæ ostium M. P. VII., quæ Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 475. restituenda putat. WESS.

SCAPRIS.] Vel *Scabris*, nam utroque modo in MSS. legitur. SIML.

SCA-

AB SCABRIS FALESIA PORTVS.	M. P. XVIII.
A FALESIA POPVLONIO PORTVS.	M. P. XIII.
A POPVLONIO VADIS PORTVS.	M. P. XXX.
A VADIS PORTV PISANO.	M. P. XVIII.
A PORTV PISANO PISIS FLVVIVS.	M. P. IX.
A PISIS LVNA FLVVIVS MACRA.	M. P. XXX.
A LVNA SEGESTA POSITIO.	M. P. XXX.

A SE-

SCABRIS.] Ita Parisinus & Cusani alter, qui & M. P. III., alter *Scapris* cum Lugdunensi edito. Puto a loci scabritie nomen esse, ad quem modum *scabra saxa* alibi in Theodulpho vidimus. Fuit in dextra parte promontorii, quod *Trojanum* vocant. WESS.

FALESIA.] Vel *Faleria* vel *Faliscæ*. In impressis exemplaribus *Falesta:* in Schudii exemplari inter Faleriam & Populonium ponitur *Trajani portus.* SIML.

AB SCABRIS FALESIAM PORTVS M. P. XVIII.] *In Regio* Ab Scabris Falesia, *& in Blandiniano* ab Scabris Falesta. *Neapolitanum exemplar Blandiniani lectionem præfert: ut non dubitem in Rutilii Itinerario* Falesia, *non* Faleria, *illo versu legere lib. I.* 371.

Lassatum cohibet vicina Falesia cursum;
Quamquam vix medium Phæbus haberet iter.
SVR.

FALESIA.] Sic nostri. Quod vero Rutilii *Faleriam* ad hanc formam mutent, nihil forte necesse erit: notissimum enim est, liquidas eas invicem locum commutare, & *Valesios* fuisse, qui *Valerii* deinceps, idque in *Furiis* & *Fusiis* itidem obtinuisse, qua de re Macrobius L. III. Saturn. C. 2., nunc quoque *porto Farese* & *Falese* vocari. Jam quod *Faliscas* Simleri spectat, eæ ex lutulentis Annii fontibus, ut *Trajani portus* codicis Schudiani ex Ptolemaeo, haustæ sunt. WESS.

A POPVLONIO VADA.] Vada *hæc* Volaterrana. SVR.

VADA.] Rutilius L. I. 453.

In Volaterranum vero Vada nomine tractum
Ingressus dubii tramitis alta lego.

De *Vadis* his supra p. 292. WESS.

A VADIS PORTVM PISANVM.] Pisani portus *nulla apud vetustos auctores fit mentio, cum in* Pisanorum, & Genuensium *rebus, super* Sardiniæ *Insulæ imperio, & postea in expeditionibus* Aragonensium regum *maritimis, quibus id regnum sibi adseruêre, maximè frequens mentio fiat* Pisani portus. SVR.

PORTV PISANO.] Destituit hic H. Suritam memoria. Rutilius L. II. 12.

Tandem nimbosa maris obsidione solutis,
Pisano portu contigit alta sequi.

Numeros Cluverius XXIII. M. P. esse debere monet. Fuit ad Arni ostia. WESS.

PISIS FLVVIVS.] Pisarum fluvium vocat amnem *Auserem*, qui Pisas præterfluit. SIML.

FLVVIVS MACRA.] *Plinio, lib.* 3. §. 7. Flumen Macra, Liguriæ finis: *& paulò inferius*, patet ora Liguriæ inter amnes Varum & Macram CCXI. M. P. SVR.

LVNA FLVVIVS MACRA.] Lucanus L. II. Pharsal. 426.

——— *Nullasque vado qui Macra moratus*
Alnos, vicinæ procurrit in æquora Lunæ.

Itaque Macra prope Lunam fuit, cujus fluvii ostium satis olim navigiorum capax erat, ut certis, nunc quoque permanentibus indiciis, L. Holsteinius in Cluverii Ital. Ant. p. 27. collegit. Scribonius Largus Composit. 163. *portum Lunæ* appellat, quem Servius Aen. VIII. 720. *in confinio Liguriæ & Tusciæ esse* ait. WESS.

A LVNA SEGESTE.] Alii *Segestem* post Veneris portum ponunt: inter portum Veneris & Delphini. SIML.

A LVNA SEGESTAM] *In Regio exemplari* A Luna Regesta, *& statim* Segesta: *Blandinianum exemplar, & Neapolitanum, & libri Longol.* Segeste, *præferunt. Plinio lib.* 3. §. 7. portus Delphini, Tigulia, intus Segesta Tigulorum. SVR.

A SEGESTA PORTVM VENERIS. M. P. XXX.
A PORTV VENERIS PORTVS DELPHINI. M. P. XVIII.
A PORTV DELPHINI GENVA PORTVS. M. P. XVI.
A GENVA VADIS PORTVS. M. P XXX.
A VADIS SABATIIS ALBINGAVNVM PORTVS. M. P. XVIII.

AB

A LVNA SEGESTE.] Confuſus hoc loco, quod recte Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 458. obſervavit, portuum & poſitionum eſt ordo: oportuerat ſcribi *A Luna Portum Veneris M. P. V.*; eſt enim is portus in dextro latere ſinus Lunenſis, cujus in Translatione S. Monicæ C. 1. mentio exſtat & Annal. Bertinianis An. ıɔccci. Wess.

A SEGESTA PORTVM VENERIS] *Quod hæc manſio in Regio exemplari præfertur, & in reliquis manuſcriptis exemplaribus, & vulgatis libris deeſt, aliis deſcribitur litteris.* Veneris portus *idem, qui Livio, Straboni, & Plinio*, Lunenſis *videtur, tametſi hoc Itinerario hic portus manifeſte* Ligurum *regioni attribuitur: & Plinius lib.* 3. §. 8. *primum Etruriæ oppidum* Lunam, *portu nobile, recenſuit. Et ſi* Segeſta Liguriæ *regioni attribuitur, neceſſario* Veneris portus *eidem contribuetur: Cum hoc Itinerario à* Luna Segestam XXX. M. P. *& totidem à* Segeſta *in* portum Veneris, Genuam *verſus numerentur. In Græcis Ptolemaei libris* Veneris portus *non legitur.* Svr.

A SEGESTA PORTVM VENERIS.] Oportuerat *A Portu Veneris Segeſta poſitio M. P. XXX. Caſtrum Segeſteri* appellatur in Caffari Annal. Genuenſ. An. ıɔccxxvii. p. 444. & 450. Ceterum è MSS. noſtris hæc exulant. Wess.

PORTVM DELPHINI.] *Hujus portus fit à Plinio lib.* 3. §. 7. *mentio.* Svr.

A PORTV VENERIS PORTVM DELPHINI] Imo *A Segeſta portum Delphini.* Annales Caffari An. ıɔccxxiii. p. 432. *Caſtrum Delphinum* vocant. Vid. ſupra p. 294. Wess.

GENVA PORTVS.] Cuſani MS. unus *M. P. XII.*, Simlerus XVIII. addit. Wess.

A GENVA VADIS.] Hæc ſunt *Vada Sabatia*, ideoque proximo verſu pro *Vadis Suadis* legendum eſt *Sabatiis.* Siml.

GENVA VADIS.] H. Surita *A Genua Vada Sabatia* vulgavit, quod, quia ex MS. hauſtum a ſe fuiſſe reticuit, induximus. *Vada* ſimpliciter Imp. Lotharius I. in Conſtitut., quæ tom. I. part. II. Script. Ital. p. 153. inſerta eſt: *In Taurinis conveniant de Vighintimilio, de Albegano, de Vadis, de Alba:* atque ita ſæpe Genuenſ. Annal. Caffari. Vid. p. 295. Wess.

A VADIS SAB. ALBING.] *A Vadis Suadis Albingano* univerſi, quos noverim, codices, haud dubie ex vitioſiore labentis Latinitatis pronuntiatione. Wess.

PORTVM MAVRICI.] M. P. XXV. MSS. & vetuſtiores editi addunt, quæ revocavimus. Frequens hujus portus in Annal. Genuenſ. Caffari mentio eſt. Vid. An. ıɔccıv. p. 388. atque alibi. Auctor. Itin. Romani, quod Labbeus Bibl. Nov. inſeruit tom. I. p. 354. *Albengam* ſive Albingaunum a Mauricii portu XX. M. diſtare aſſeverat; ſed ea millia Itinerarii M. P. ſunt productiora, ut dictum alias. Wess.

TAVIA FLVVIVS M. P. XII.] *In Regio legitur exemplari: quod* Fluvii *nomen in vetuſtis exemplaribus, & vulgatis libris non habetur, atque ideo aliis deſignatur litteris, quod à nullo auctore memoratum, in integrum hoc reſtituatur Itinerario, ope vetuſtiſſimi exemplaris.* Tabiæ Caſtelli *in ea regione, celebre nomen eſt: quod forte à fluvio vicino nomen accipit: &* portus Maurici *nomen in* portum Moriſi *verſum eſt.* Svr.

TAVIA FLVVIVS.] Abeſt fluvius hic è MSS. noſtris. Caſtrum illi vicinum & ejusdem nominis Annal. Caffari An. ıɔccciii. p. 387. memorant: *Qui cum partem de præda illa recuperaſſet, & veniſſet Tabiam, quidam latrones de Tabia* &c. Quia vero inter Taviam & portum Mauricii XII. circiter M. P. interſunt haud ſane male L. Holſteinius in Cluverii Ital. Antiq. p. 8. noſtra ſic ordinat. *Ab Albingauno Portum Maurici M. P. XXV.*, quomodo MSS. & editi. tum *A portu Maurici Tavia fluvius M. P. XII.* Nunc *Taggia.* Wess.

VIGINTI MILIO PLAGIAM.] Legendum eſt *A portu Maurici Albintemelium*, ſeu *Vigintimilium plagiam.* Siml.

ALBINTIMILIO PLAGIA M. P. XII.] *Hæc manſio & in Regio deeſt exemplari, & in reliquis lacera circumfertur: nam in Blandiniano,*

A Vin-

AB ALBINGAVNO PORTVM MAVRICI TAVIA FLVVIVS. M. P. XXV.

A VINTIMILIO PLAGIA. M. P. XII.

A VINTIMILIO HERCVLE MONOECI PORTVS. M. P. XVI.

AB HERCVLE MONOECI AVISIONE PORTVS. M. P. XXII.

AB

A Vindimilia plagia M. P. XII. *legitur:* & *in Neapolitano* A viginti milia plagiam M. P. XII. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt,* & *pro* Vindimilia, Viginti milia *corrigunt. Ex his quæ superius adnotata de* Albintimilio *scribimus satis adparet legendum esse,* A portu Maurici Albintimilium plagia M. P. XII: & *ideo asteriscis signatur ea mansio.* SVR.

A VINTIMILIO.] MSS. *Vigintimilia, Vintimilio, Vindimilia,* quæ omnia ex senescentis & pravæ Latinitatis tempore sunt. *Vighintimilium* vidimus paullo ante in Lotharii I. decreto: *Victimilium* est in Gest. Trevirens. Leibnitii C. 28. Quod dedimus, satis vetustum videri alibi commemoravimus; nec credam tamen Seculo V. jam receptum fuisse, quantumvis monachus Olivetanus in Vita S. Ampelii C. 1. id habeat, eamque ætatem mentiatur. De *plagia* jam ante disputavimus p. 96., quibus nunc addimus; *Plagiam* ex *pelagia* videri contractam. Columella rustico præcipiens, qui vivarium & stabula, in quæ aquatile pecus induceret, ordinari oporteat, litorum differentiam cognitam esse debere L. VIII. R. R. C. 16. docet: limosam regionem planum educare piscem; arenosos gurgites, planos quidem non pessime, sed *PELAGIOS* melius pascere: rursus optime saxosum mare sui nominis piscis nutrire. Hinc colligo, *Pelagiam* esse stationem præruptam & gurgitibus vorticosam, maleque adeo fidam: a pelago autem esse, Isidorus L. XIII. Orig. C. 14. testabitur, cujus è MS. Groningano verba sunt: *Pelagus autem est latitudo maris sine litore & portu, Græco nomine* ὡς δ' ΠΕΛΑΓΙΑ, *hoc est, altitudine dictum: unde & PILAGIA, eo quod sint importuosa:* quæ, si in eorum principio *altitudo maris,* & dein πελαγία & *pelagia* legatur, vulgatis mihi præstare videntur. Jam in Itinerario scribi æquum fuisse *A Tavia Vigintimilio,* seu Albintimilio potius, apertum est. WESS.

A VIGINTIMILIO HERCLEMANICO.] Lege *A Vigintimilio,* sive *Abintimilio, Herculis Monoeci portum.* SIML.

HERCVLEM MONOECI.] *Ex perversa litterarum scriptura nemo non viderit, mansionem hanc esse restitutam: nam in exemplari Regio* à Vintimilio Elelemanico portus M. P. XVI. *legitur:* & *in sequenti mansione* Ab Eclemanico Avisone. *In Blandiniano,* Herdemannico & Herchemunnico. *In Neapolitano,* Herdemannico, & Herdomannico: *In Longolianis libris* Herclemannico, & Hercolianico. *Strabo L. 4. p. 202. ab* Albingauno *ad* Monœci *portum stad.* CCCCLXXX. *numerat: quo in medio urbem esse ingentem* Albium Intemelium: & Monœcum *portus stationem quandam esse, non magnarum, neque multarum navium capacem, quæ templum* Herculis *haberet, cognomento* Μονοίκου, *quod in eo solus inhabitet. Plin. L. 3. 7.* Portus Herculis Monœci: & *item Tacito Hist. 3. 42.* Fabius Valens è sinu Pisano sævitia maris, aut adversante vento, portum Herculis Monœci depellitur. *Ammianus libro XV. C. 10.* Thebanum Herculem Monœci arcem & portum, ad perennem sui memoriam consecrasse, *auctor est. Ptolemaeo vicini portus duo in* Ligustina *ora statuuntur, unus* Herculis *& alter* Monœci. SVR.

HERCVLIS MONOECI PORTVS.] Egregie viri doctissimi Simlerus & Surita hunc locum restituerunt. MSS. nostri *Erdemannico* aut *Herclemannico portus.* Ptolemaeum, qui portum *Herculis* & *Herculis Monœci* distinxit, erroris Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 8. & Honorat. Bouche L. III. Hist. Provinc. C. 5. coarguerunt. Nunc *Mourguez* sive *Monaco,* unde *castrum Monacum* in Annal. Genuens. Caffari p. 444.; quod vocabulum cum a *monachis* non multum, si sonum spectes, discordet; inde antiquissimi ditionis ejus reguli insignibus suis monachum Benedictinum ex casside umbilico tenus emicantem imposuerunt, dextra gladium atque altera fasciam, cui inerat *DEO IVVANTE,* præferentem. Meritissimo vero is principatus inter antiquissimos referetur, si ab Othone I. Grimoaldo, qui Saracenos inde expulerat, ita fuerit condonatus, ut nulli, nisi soli Deo, ratio-

AB AVISIONE ANAONE PORTVS. M. P. IV.
AB ANAONE AD OLIVVLAM PORTVS. M. P. XII.
AB OLIVVLA NICIA PLAGIA. M. P. V.
A NICIA ANTIPOLI PORTVS. M. P. XVI.
AB ANTIPOLI LERO ET LERINVS INSVLAE. M. P. XI.

A LE-

tionem redderet. Vide H. Bouche L. VIII. Hist. Provinc. Sect. VIII. p. 897. WESS.

VISIONE PORTVS.] Lego *Ab Herculis Monœci portu ad Visionis portum.* SIML.

AVISIONEM] *In Regio* Avisone, *& in reliquis* Avisione. *Numeri mansionis in Regio exemplari deleti sunt.* SVR.

AVISIONE PORTVS.] Sic nostri omnes: tamen mox *A Visione.* Ph. Cluverius L. I. Ital. A. C. 8. *Avisione* & *Anaone* ejusdem loci, sed vitiata esse nomina auguratur, quem MSS. satis confutant. Est hoc tempore haud multum a portu *des Malles* pagus, quem indigenæ *Ese*, catalogus vero villarum & pagorum episcopatus Nicaeensis *Ysionem* appellat: hunc cum *Avisione* rectissime componit Honor. Bouche L. III. Hist. Provinc. C. 5.; obsunt quidem M. P., quæ IV. circiter sunt a portu Herculis: verum ea restituenda hoc loco esse non ipse tantum sed & L. Holsteinius, qui in eandem sententiam descendit, ad Ital. Ant. Cluverii p. 5. decrevit. WESS.

ANAONE.] Vel *Naone.* SIML.

AB ANAONE AD OLIVVLAM.] *In Regio* Olibula *&* Alinbola, *& in Blandiniano* Olivula. *Neapolitanum exemplar* Olivilam. *Forte* ad Olbiam *legendum: inter quam, &* Antipolim *Strabo L.* 4. *p.* 184. *navale Cæsaris Augusti*, Forum Iulii *nuncupatum, statuit. Ptolemaeus inter* Citharisten *promuntorium &* Argentii *fluvii ostium*, Olbiam *conlocat. Stephanus inter urbes hujus nominis primam* Ligustinam *commemorat.* Ligustinas *enim* Stoechades *ipsas insulas, idem auctor cognominat.* SVR.

ANAONE.] Sic Cusani alter, alter vero & Parisiensis *Naone.* Portus est S. Hospicii, quem vulgus *le port de Saint Sospier* appellat. WESS.

AD OLIVVLA.] Ita Cusani alter & Parisinus. Videtur esse *Villa Franca*, seu potius *Mons Olivi*; cujus incolæ, urbe eversa, Villam Francam migrarunt circa An. CIↃCCII., ut Bouche observat. Sane illo tempore Villam Brancam pro Olivula haberi fuisse cœptam Amelius, Gregorii XI. iter describens, testis est: *Cum hilaritate*, inquit, *nimia Villam Francam seu portum Olivæ intravimus.* M. P., quod & L. Holsteinius advertit, nimia sunt. III. M. ad spatium absolvendum sufficiunt. WESS.

NICIA PLAGIA.] *Portus Nicaeensis* episcopus Arelatensi Concilio sub Constantino M. adfuit. Inter Villam vero Francam & Nicæam terrestri itinere II. M. P. intersunt, ut adeo anfractus litorum ratio habeatur in M. P. auctioribus. WESS.

LERO ET LERINVS.] In MS. codice habetur *Libero Ederinus:* in impresso *Jero* & *Jerino:* utrumque mendose. *Lero* & *Lerinus* insulæ hic significantur. SIML.

LERO, ET LERINA INSVLAE.] *In In Regio exemplari. Strabo L.* 4. *p.* 184. *post* Stœchadas Planasiam, *&* Leronem *statuit, colonias habentes, & in Lerone* Fanum Ἡρῶων, *& è regione* Antipolim *adjacere. Plinio L.* 3. *C.* 11. Lero, & Lerina adversum Antipolim. *Ptoelmaeo sub* Varo *flumine* Ληρώνη. SVR.

LERO ET LERINVS.] Omnes nostri *Libero Ederinus*, at mox *A Lero & Lerino* vel *Lerine.* Pulcherrime viri docti, *Leronem* & *Lerinum* inde formarunt. Strabo L. IV. p. 189. Μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ Πλανασία καὶ Λήρων, ἔχουσαι κατοικίας· ἐν δὲ τῇ Λήρωνι καὶ ἡρῷόν ἐστι τοῦ Λήρωνος; quæ eo exscripsi, quod Suritae nota male hic sit habita. Is. Casaubonus dubitat, an in Plinio *Lero, quæ & Lerina* scribat, quoniam Strabo unius meminisse videtur: & meritissimo nihil adfirmat; diversæ enim fuerunt. Ennodius Vit. Epiphanii Ticinensis p. 1008. Ed. Venet. *Medianas insulas, Stœchadas, Lerum, ipsamque nutricem summorum montium planam Lerinum adiit.* Imo Strabo utriusque meminit: nam quam *Planasiam* appellat, ea *Lerinus* est, plana quippe, ut Ennodius indicat & Caesarius Arelatensis Homil. XX. *Insula*, ait, *Lerinensis, quæ cum parvula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad cœlum misisse cognoscitur:* &, cujus oxymoron uterque æmulatus est, Sidonius Eucharistico ad Faustum ℣. 110.

— *Quan-*

A LERO ET LERINO FORO JVLI PORTVS. M. P. XXIV.
A FORO JVLI SINVS SAMBRACITANVS PLAGIA. M. P. XXV.
A SINV SAMBRACITANO HERACLIA CACCABARIA PORBARIA PORTVS. M. P. XVI.
AB HERACLIA CACCABARIA ALCONIS. M. P. XII.
AB ALCONIS POMPONIANIS PORTVS. M. P. XXX.
A POMPONIANIS TELONE MARTIO PORTVS. M. P. XV.
A TE-

——— *Quantos illa insula plana*
Miserit in cœlum montes. ———

Lero est *S. Margaritae*, Lerinus *S. Honorati* insula. Vide H. Bouche L. I. H. P. C. 7., ubi de utraque egregie. WESS.

FORO JVLI.] Vetustiores editi M. P. XXVII., Parisinus, cui Cusani alter assentitur, M. P. XXVIII. WESS.

SINVS SAMBRACITANVS.] Vel *Samblacitanus.* SIML.

SINVS SAMBRACITANVS.] *In Regio exemplari legitur*, & Sambracitano *in sequenti item mansione*: & *in Blandiniano* Sambracitanus, & *in sequenti mansione* Sabricitano: *In exemplari Neapolitano* Samblacitanus, & Samblacitano: *In Longolianis libris*, Sambracitanus, & *insequenti mansione* Sambracitano, & Samblacetano *corrigitur. Sinus nomen ad hanc diem mihi inauditum.* SVR.

SAMBRACITANVS.] MSS. *Sabracitanus*, *Sambracitanus* & *Samblacitanus.* Est ejus mentio in vetustis Foro-Julienses Ecclesiæ chartis, quæ sinum *Gambracitanum* circa An. 1 0 c c c c. a Comite Provinciæ Gulielmo I. dono datum ferunt Giballino de Grimaldis, Grimaldi, primi Principis Herculis Monœci, filio. Vid. Hon. Bouche L. VIII. Hist. Prov. Sect. VIII. Dici postmodum sinus Grimaldi, *Golfe de Grimaut*, cœptus est. Ceterum ad hunc sinum, si eidem viro docto L. III. H. P. C. 6. accedimus, fuit *Fraxinetum*, è quo Saracenos vicina omnia infesta habuisse novimus, & eo quidem loco, quem *Frainet* vulgo vocant, quique spinarum & fraxinorum etiamnum densissima silva horret. Sane si veteri chartæ monasterii S. Victoris apud Massilienses & Pontifici Gregorio VII., quorum verba vir eruditus exscripsit, fidere liceat, in Foro-Julienst Episcopatu *Fraxinetum* fuerit oportet. Luitprandus L. I. C. 1. *Fraxinetum in confinio Italicorum provincialiumque* statuens non oberit huic positioni. Vide tamen virum eruditissimum, cui Chorographicam Ital. med. ævi Dissert. debemus, p. CVI. in diversa abeuntem & circa Villam Francam *Fraxinetum* quærentem. WESS.

HERACLEA CACCABARIA.] Portus est S. Tropetis, *Saint Tropez.* Quod vero H. Bouche L. III. H. P. C. 5. Heracleam hanc amplam olim fuisse urbem ex *Caccabariæ* titulo colligit, paucis approbabit: ait quidem cacabum esse tripodem: tripode in sacris, præcipue cum oracula sciscitarentur, fuisse usos; videri ergo oraculum hic fuisse Herculis; quæ omnia sine teste dicuntur, quædam ejus etiam generis sunt, ut falsis merito annumerentur. Had. Valesius Notit. Galliæ p. 217. *Perdicariam* appellat, sine dubio, quod perdix κακκάβη & κάκκαβος Græcis. Mihi non liquet. WESS.

ALCONIS.] Savaro Sidonii L. VIII. Ep. 12. *portum Alingonis* cum hoc componit, eundem arbitratus; qua in re error erit, si Apollinaris ille portus nunc *Lengo* in Vasatum diœcesi ad Garumnam sit, ut Jac. Sirmondus docet. Hunc *Cavalaire* H. Bouche esse jubet. WESS.

POMPONIANAS.] *Habet Regium exemplar*: & *reliqua* Pompeianis, & *libri item Longoliani. Fortè* Pomponianam *legendum, ut stationem ad secundam* Stœchadum *Insulam designet, quarum insularum hoc Itinerario maritimo mentionem non fieri mirum videri debet, cum* Leronis, & Lerinæ *mentio fiat. Plinius ejus ita meminit: L. 3. C. 5.* Tres Stœchades à vicinis Massilienses dictæ propter ordinem, quas item nominant vocabulis singulis Prote, & Mese, quæ & Pompeiana vocatur, tertia Hypæa. *Strabo L. 4. p. 184. tres dignas satis amplitudine esse, sed duas perexiguas. Hinc Ptolemaeo item* V. Stœchades, *Stephano vero tres.* SVR.

POMPONIANIS.] Nostri *Pompeianis.* Insulam intelligi cum Surita opinatur H. Bouche L. I. H. P. C. 7., quibus ego accedere non possum: insulam si vellet auctor, addidisset id vocabuli, ut in Lero & Lerino: imo quod maxime offi-

A TELONE MARTIO TAVRENTO PORTVS. M. P. XII.
A TAVRENTO CARSICIS PORTVS. M. P. XII.
A CARSICIS CITHARISTA PORTVS. M. P. XVIII.
A CITHARISTA PORTV AEMINES POSITIO. M. P. VI.
A PORTV AEMINES IMMADRAS POSITIO. M. P. XII.

AB

cit, debent viri docti, ut certe Boucheus fecit, *Pomponianam* eandem ac *Proten* facere, ut *Porqueyroles* esse possit: nam *Portecroz*, quæ *Mese* Plinii, Boucheo fatente, nullo modo ob longiorem intercapedinem hic locum habere poterit. Atqui Plinius diserte *Mesen* eandem esse ac *Pomponianam* adfirmat, & cum eo Capella, ut deinde ostendam. Malim itaque portum hunc circa *Olbiam* cum Samsonio collocare. WESS.

TELONEM.] Post *Telonem* Citharista portus ponendus est. SIML.

TELONE MARTIO.] Hæc antiquissima portus ejus censetur memoria: non multum hinc abest Notitia Imp. Occid., quæ p. 65. *Procuratorem baphii Telonensis Galliarum*, ubi sine caussa Pancirolus *Tollonensis* corrigit, memorat: *Pagus Tolonensis*, hinc dictus, est in Testam. Abbonis tom. II. part. II. Script. Ital. p. 750. Nec videtur tamen prorsus ignotus fuisse Romanis ævi prioris: plane enim mihi persuadeo *Telonem* hinc dictum apud Lucanum L. III. 592. & Silium L. XIV. 443., sicuti egregie nuper conjecit Cl. Oudendorpius, & ante eum Hon. Bouche L. IV. H. P. C. 3. p. 337. *Toulon.* WESS.

TAVRENTVM.] *In manuscriptis, & Longolianis libris* Taurento. *Caesaris Commentario II. C. 4. belli civilis videtur esse* Taurenta Castellum. Nacti, *inquit*, idoneum ventum ex portu (*Massiliensi scilicet*) exeunt, & Taurenta, quod est Castellum Massiliensium, ad Nasidium perveniunt. *Strabo L. 4. p.* 184. τὸ δὲ Ταυρέντιον, καὶ τὴν Ολβίαν, καὶ Αντίπολιν, καὶ Νίκαιαν. *Ptolemaeo* Ταυροέντιον. SVR.

TAVRENTO.] *Tauroënta* in Caesare Ciacconius corrigit, atque ita vulgo edunt. Ταυροέντιον quoque Strabo: alterum ex Xylandri emendatione esse Casaubonus docuit. Videtur fuisse ad sinum Telonensem, ubi nunc bini portus, *le bras de S. George*, & l'*Evescat:* alteruter Hon. Bouche L. III. C. 5. p. 159. videtur esse Tauroëntum, posterior præcipue. WESS.

CARSICIS.] Ph. Cluverius in Alpium Maritimarum Tabula ordinem portuum mutat, & Citharistam præponit, nulla justa caussa. Idem est ac portus S. Nazarii, quem vulgus *Cenary* vocat. Durant obscura quædam nominis vestigia in proximo promontorio, quod *Sissiech* sive *Cerciech* appellant. WESS.

CITHARISTA.] *Plinio L. 3. C. 4. promuntorium* Citharista *& item Ptolemaeo juxta* Taurentum. SVR.

CITHARISTA.] Plerique omnes *Ciotat* esse consentiunt, oppidum recens, ne anno quidem CIↃCC., ut H. Bouche observat, conditum. Videtur fuisse navale urbis *Ceireste. Citharistam in territorio Arelatensi* Zosimus papa in Epist. apud Saxium Pontif. Arelat. p. 135. memorat, qui an idem sit portus vehementer dubito. WESS.

PORTVS AEMINES.] *In Regio* Hemines, *&* Aemines: *& in Blandiniano* Mines, *& in Neapolitano, & in libris Longolianis.* SVR.

AEMINIS.] Nostri *Emines, mines, minus.* Is. Vossius ad Melam L. V. C. 2. nunc *Pormino* dici adfirmat. H. Bouche *Cassis*, qui *Ema* inter pagos Massiliensis diœcesis in vetustis chartis appellatur, esse arbitratur L. IV. Chorograph. Provinc. C. 4. p. 334. WESS.

IMMADRAS.] *In Regio* Inmadras, *&* Immadris, *& in Blandiniano* In matras, *&* In matris, *& item in Neapolitano: & in libris Longolianis* Imatras *&* Immatris. SVR.

IMMADRAS.] *In matras* & mox *In matris* nostri. Consentiunt esse *Maire* insulam M. P. XII. a priore dissitam. WESS.

MASSILIAM GRAECORVM.] *Plinius L. 3. C. 4. eodem cognomine quo Antonini hoc Itinerarium*, Massiliam *cohonestat:* At in ora Massilia, Græcorum, *inquit*, Phocæensium fœderata. *Quam meritò jure id acciderit, nullius testimonio uti verius possumus, quam ipsorum Græcorum. Princeps Rhodiorum legationis, oratione in Senatu Romæ habita, apud Livium libro xxxvii.* Massilienses, *inquit*, quos, si natura insita, velut

AB IMMADRIS MASSILIA GRAECORVM PORTVS. M. P. XII.
A MASSILIA GRAECORVM INCARO POSITIO. M. P. XII.
AB INCARO DILIS POSITIO. M. P. VIII.
A DILIS FOSSIS MARIANIS PORTVS. M. P. XX.
A FOSSIS AD GRADVM MASSILITANORVM FLVVIVS RHODANVS. M. P. XVI.

A GRA-

ut ingenio terræ vinci posset, jam pridem efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes, in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse ac si medium umbilicum Græciæ incolerent. Non enim sonum modo linguæ, vestitumque, & habitum, sed ante omnia mores, & leges, & ingenium sincerum, integrumque à contagione incolarum servarunt. *Strabonis Græci item auctoris accedet testimonium, qui L. 4. p. 179. docet eorum rempublicam ab Optimatibus geri solitam, & ita sua consilia enixos fuisse, ut optimo cuique probarentur. Primarios urbis viros, ad Eloquentiæ, & Philosophandi studium conversos, ex quo ad unius arbitrium Romani Imperii res versæ sunt: Adeoque liberalium artium doctrinam ea in urbe viguisse, ut Romanorum nobilissimi, pro Attica peregrinatione,* Massiliam *studiorum gratia commeare soliti sunt: eos* Φιλέλληνας *cognominat. Pomponius Mela L. 2. C. 5. de* Massilia, Mirum, *inquit*, quam facile & tunc sedem alienam cepit, & adhuc morem suum teneat. *At Agathias sua ætate* Massiliam *ex Græca civitate, jam barbaram redditam perhibet: nam patrio illo rejecto, & prisco vivendi more, imperantium institutis usam fuisse.* SVR.

INCARO.] Vel *Incorio*. Ptolemaeo *Tricorium*. SIML.

INCARO.] Raimondus de Solery in Massiliæ Historia L. I. hanc positionem ad Massiliæ occidentem, ubi torrens *Haren* vel *Aren* sese in mare immittit, atque ubi *Lacydon* olim fuerit, quærit: nec potuit tamen H. Bouche id persuadere, præsertim quod intervallum repugnet: quare ille *Incarum* & *Calcariam*, de qua supra memoravimus, eandem arbitratur, & ex posteriore *Incarum* videri contractum, adeoque *Carry* nunc dici, quæ fortasse pauciſſimis persuadebit. Vide eum L. III. C. 5. p. 160. WESS.

DILIS.] XIII. M. P. Cusani alter & Parisinus addunt. Fuisse volunt ad promontorium Columnæ *cap de Colomne*, quamquam vestigia desunt. WESS.

FOSSIS MARIANIS.] Duxit eas Marius, servatque earum indicia pagus *Foz* & *Galeion*. Vid. supra p. 299. WESS.

AD GRADVM MASSILITANORVM FLVVIVS RHODANVS M. P. XVI.] *In Regio numeri defecere, & fluvius tantum legitur. In Blandiniano, & Neapolitano, ac libris Longol.* Fluvius Rhodanus M. P. XVI. *Ammianus libro XV. C. 11. hujus mansionis meminit,* Rhodani *cursum describens,* Finitusque inter valles, quas ei natura præscripsit, spumeus Gallico mari concorporatur, per patulum sinum, quem vocant ad gradus, ab Arelate XVIII. ferme lapide disparatum. Gradus *enim antiquitus vocati videntur pontes ad litus, aut fluminum ripas constrati, ex quibus naves commodiore ingressu conscenderentur ad navigandum, & ad quos adpellerent. In monumentis Commentariorum Regiorum Jacobi Aragonum Regis ejus nominis primi, & Petri iiii,* Valentini gradus, *quem nunc* Grao *vocant, fit mentio, &* Cullaritani, *ad* Sucronis *amnis trajectum.* Morvedrensis *præterea* Gradus & Orpesensis *& in hoc* Aragoniæ *regno ad* Hiberi *trajectum ad oppidum* Pinam Gradus Pinensis, *quod nomen in eo trajectu diu est, quo obliteratum videtur.* SVR.

AD GRADVM.] Quæ Surita hic disputat de *gradu*, Du Cangio ad Alexiadem Annæ p. 313. placere non potuerunt: quemvis maris angustum trajectum, sæpe etiam fluvii meatum, *Gradus* nomine venire asseverat: accolas præterea Rhodani meatibus, quibus fluvius in mare evolvitur, id cognominis imponere: atque hoc verissimum esse, exempla ibidem & in Lexico mediæ Latinit. magna copia producta adfirmant. Addam unum ex Caffari Annal. p. 309. *At quum Pisani sciverunt nostras naves exisse de portu Massiliæ, perterriti exiverunt GRADVM & altum pelagus quæsiverunt.* Du Cangio adstipulatur Hon. Bouche. L. I. H. P. C. 5., monetque σῆμα Μασσαλιωτικὸν Polybii, sive, ut nunc vocant, *le Grads de Passon*, intelli-

A GRADV PER FLVVIVM RHODANVM ARELATVM. M. P. XXX.

IN MARI OCEANO, QVOD GALLIAS ET BRITANNIAS INTERLVIT.

INSVLAE ORCADES NVM. III.

IN-

gi, a quo ad *Galeion*, ubi finis foſſæ Marianæ, XVI. ſint M. P. Equidem facile utrique largiar, *gradus* vocabulum id, quod docti viri volunt, adſignificaſſe: nec unquam tamen negavero, ea ex re, quam H. Surita in medium produxit, ſignificationis ejus originem eſſe coortam: exempla, quæ Valeſii fratres Ammiano adſcripſere, id perſuadent: idem quoque colligas ex Strabone L. XVII p 792. ubi de portu Alexandrino ἀγχιβαθὴς τέ ἐστιν, inquit, ὥστε τῶν μεγίστην ναῦν ἐπὶ κλίμακος ὁρμεῖν· *profundusque adeo eſt, ut maxima etiam navis ad ipſos gradus tuto applicari poſſit*; ſic vertit, qui locum eum recte conſtituit, Xylander: nec aliud indicant Sinope & Amiſus *ad gradus* poſitæ, ὡς τοῖς κλίμαξι κέρδραι in Novella XXVIII. WESS.

FLVVIVS RHODANVS.] Lego, *Oſtium fluvii Rhodani*: deinde, *A Gradu per fluvium* &c. Pro *gradu* MS. habet *gratum*. SIML.

PER FLVVIVM RHODANVM ARELATVM M. P. XXX.] *In Regio numeri in hac manſione non adponuntur: & in reliquis exemplaribus, ac Longolianis libris* Arelatum M. P. XXX. *cum ſuperiori Ammiani teſtimonio* ex Gradu Arelate XVIII. M. P. *adſignentur*. Arelatum *præterea in omnibus legitur, tametſi ſupra* Arelate *præferant, & Ptolemaeo item* Ἀρελᾶτον. SVR.

ARELATVM.] Ita etiam noſtri. Auguſtinus Epiſt. 43. *Poſt apud Arelatum memoratum Imperatorem eandem cauſſam diligentius examinandam terminandamque curaſſe.* Vide quæ p. 290. obſervavimus. WESS.

IN MARI OCEANO.] Sextus Rufus Breviarii C. 5. *Et usque Gades ad Oceanum mare pervenimus.* & Itin H. princ. *Facit mare Oceanum acceſſa.* Plures MSS. *in mare Oceano*, quomodo Ovidius Ibi ℣. 200.

Aut ſummam Libyco de mare carpat aquam.

& paſſim alii. WESS.

INSVLAE ORCADES ñ. III.] *In Regio* ñ. III. *& in reliquis exemplaribus, & Longolianis nulli adjiciuntur numeri. Solino C.* 22. *item* III. Orcades *ſunt, cum Plinius L.* 4. *C.* 16., *cujus mirabile opus ipſe in Epitomen redactum deterit,* XL. *eſſe doceat. Pomponius L.* 3. *C.* 6. Triginta, *inquit*, ſunt Orcades anguſtis inter ſe ſpatiis diductæ. *Ptolem. item* XXX. *Iſidoro L.* 14. *C.* 6. XXXIII. quarum, *inquit*, XX. deſertæ ſunt, XIII. coluntur. SVR.

ORCADES.] Iſidorus ſua ex Oroſio L. I. C. 2. exſcripſit. Jornandes Get. C. 1. XXXIV. numerat; quibus tamen codex Ambroſianus unam recte detrahit. Vide de his inſulis Buchananum L. I. Rer. Scot. p. 34. Noſtri libri Orcadibus nullum addunt numerum. WESS.

INSVLA CLOTA] *Habet Regium exemplar. In Blandiniano* Inſula Glota, *& in Neapolitano* Dota, *nomen ex* Clota *ex affinitate litterarum d. & cl. conflatum. Longoliani libri* Glota, *&* Dota *corrigunt.* Glotæ æſtus *Tacitus meminit in Agricola C.* 23. Nam Glota, *inquit*, & Bodotria, diverſi maris æſtus per immenſum revecti, anguſto terrarum ſpatio dirimuntur, quod tum præſidiis firmabatur. *Ptolemaeo item* Κλώδα *æſtus, ut* fluvii *nomen ſit. non* Inſulæ, *niſi eam* Britanniæ *partem intelligat, quæ* Scotiæ *regno continetur.* SVR.

GLOTA.] MSS. ſecum invicem diſcordant: unus Cuſani *Orcades, Glota, Hiverione*, nec diſſentit editus Lugdunenſis: alter *inſula Orcades, inſula Dota, in Vierione*, quod & Pariſinus agnoſcit, ſed *Clota* ſcribens. Forte mutili hoc loco ſunt MSS., qui olim ex Glota trajectum in Hiverionem fuiſſe ſignificabant. Aliter Camdenus inſtituit, cui *Glota* inſula eſt *Arran*, vicina Glotæ æſtuario. WESS.

IN HIVERIONE.] *In Regio exemplari, & Neapolitano* Iniverione, *& in Blandiniano* Inhiverione. *Longoliani libri* Nivrione, *&* Vierione *corrigunt. Mihi nomen* Inſulæ *videtur, quam Pomponius, Plinius & Tacitus* Hiberniam *vocant. Ptolemaeo urbs mediterranea ejus inſulæ, à qua nomen accepiſſe videtur Inſula univerſa,* Ἰουερνὶς. *Juvenali* Juverna, *Satyra II. ℣.* 160.

—— Arma

INSVLA CLOTA IN HIVERIONE.
VECTA, RIDVNA, SARMIA.
CAESAREA, BARSA, LISIA.
ANDIVM, SICDELIS, VXANTIS, SINA.

VIN-

——— Arma quid ultra
Littora Juvernæ promovimus, & modo captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos.

Solino item Juverna *nominatur. Festus Avienus in Ora maritima.*

Aſt hinc duobus in Sacram, ſic inſulam
Dixere priſci, ſolibus curſus rati eſt.
Hæc inter undas multum ceſpitem jacit,
Eamque late gens Hiernorum colit.
Propinqua rurſus inſula Albionum patet.

Stephano Ἰέρνη. *Neque enim veriſimile eſt, tam nobilem Oceani Britannici inſulam, inter tot inſulas, ab auctore hujus Itinerarii fuiſſe prætermiſſam. Iſidorus L.* 14. *C.* 6. Scotiam *eandem*, & Hiberniam *dictam fuiſſe adſerit*, & Hiberniam *dictam*, quod ejus partes priores Hiberiam, & Cantabricum Oceanum intendunt; Scotiam verò, quod à Scotorum gentibus coleretur. SVR.

HIVERIONE.] Diſtincte ita alter Cuſani codex. νῆσον Ἰερνίδα Orpheus Argonaut. ν. 1179., &, ſi non fallit Schotti conjectura L. II. Obſer. 20., νήσους Ἰερνίδας ν. 1164. appellat. Vide quæ Jac. Vſſerius Antiq. Eccleſ. Britannic. C. 16. congeſſit. WESS.

VECTA] *Plinio L.* 4. *C.* 16. Vectis, *& Ptolemaeo, è portu magno Inſula* Οὐίκτησις, *depravate, pro* Οὔηκτις; *nam vetuſtus interpres* Vectis *reddidit.* SVR.

VECTA.] Οὔηκτις Ptolemaeus Bertii. *Vecta* Bedæ L. I. H. E. C. 15. In Cuſani uno *Eota, Elta* in Lugdun. edito dicitur. WESS.

RIDVNA.] Plinii *Rimea.* SIML.

RIDVNA.] *Præferunt Regium, & Blandinianum exemplar, & Longoliani libri, Neapolitanum* Ridinia. *Plinius L.* 4. *C.* 16. Ricneam *Inſulam & Vectim adjungit.* SVR.

RIDVNA.] *Iduna* Cuſani alter & editio Lugdunenſis. Probabile prorſus eſt, nullam eſſe aliam ac Ptolemaei Ῥικίνη & Plinii *Ricinam* ſive *Ricneam. Racline* Camdenus eſſe jubet. WESS.

SARMIA.] Alias *Arinia.* SIML.

SARMIA.] *In Regio, & Bland. præfertur: & in Neapol.* Sarma. *Longol. libri* Sarmia *præferunt, &* Sarma *corrigunt.* SVR.

SARMIA.] *Armia* Cuſani unus & editus Lugdunenſis; alter *Sarnia.* Summo conſenſu hæc *Grenſey*, Caeſarea *Jerſey* eſſe perhibetur. WESS.

BARSA] *Deeſt hoc inſulæ nomen in exemplari Regio, & in reliquis recenſetur.* SVR.

BARSA.] Noſtri libri probant. Camdenus, nominis quadam ſimilitudine ductus *Isle de Bas* eſſe conjicit. WESS.

LISIA.] Vel *Biſia.* SIML.

LISIA] *In Regio* Silia *commutatis litteris. In Blandiniano* Biſia *& in Neapol.* Liſia. *Longol. libri Blandiniani lectionem præferunt, &* Liſia *corrigunt.* SVR.

LISIA.] *Iſia* eſt in altero Cuſani. *Lis* veteri Britannorum ſermone *gurgitem* notaſſe volunt: hinc inſulam dictam, atque eam eſſe, quæ ad extremam Cornubiam ab Anglis *the Goulphe* appellatur. Vide S. Bocharti judicium de Goſſelini Hiſtor. tom. I. p. 1299. WESS.

ANDIVM.] Vel *Andros.* SIML.

ANDIVM] *In Regio exemplari* Adium, *& in reliquis, atque item in Longol. libris,* Andium. *In Bland. vetuſtiſſima manu indicatur Inſula eſſe* Andio, *ut nomen retinere videatur.* SVR.

ANDIVM.] *Indum* Cuſani alter. *Andio* nunc eſſe, notæ Blandiniani codicis concedit Had. Valeſius Notit. Galliæ p. 219. Camdenus Plinii *Andron* & Ptolemaei Ἔδρον cum hac componit & *Bardſey* vocari perhibet. Mihi Valeſii potior videtur ſententia. WESS.

SICDELIS.] Plinii *Siambis.* SIML.

SICDELIS.] *Icdelis* editus Lugdunenſis & Cuſani MSS. unus. Pro *Siambi* plures Pliniani codices *Amnis*; unde fortaſſe ea eſt, quam Vita S. Marculphi abbatis C. 3. *Agnum* vocat: *Britanniæ regioni quandam adjacentem inſulam, quæ Agnus vocatur, adiit: incolebatur autem eadem inſula pauciſſimis colonis.* Nunc *Arne.* WESS.

VINDILIS, SIATA, ARICA.

INTER HISPANIAS ET TINGIM MAVRITANIAM.
INSVLA DIANA, LESDOS, EBVSOS.

AB

VXANTISINA] *In Regio duæ leguntur dictiones* Vxanis Ina, *& in Blandiniano conjunctim* Vxantisina *legitur. Neapolitanum* Vsantisina *præfert, & Longoliani libri* Vixantissima, *&* Vsantisma *corrigunt.* Svr.

VXANTIS SINA.] Codicum Cusani alter *Usantisana*, alter *Exantisma.* Egregie Is. Vossius ad Melam L. III. C. 6. *Uxantis Sina*, quod exprimi jussimus, corrigit: Venit Camdeno & Had. Valesio idem in mentem. *Uxantis*, quæ *Axantos* Plinio, *Oueſſant* est, quam *Ossam* serior ætas appellavit. Vita Paulli Leonensis C. 2. *Ad quandam insulam applicuerunt, nomine Ossam, ab Aremorica regione XVI. M. P., aut paullo amplius distantem.* Sina est *Isle des Saincts*, de qua Mela: *Sena in Britannico mari Osismicis adversa litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est.* Wess.

VINDELISSIATA.] Alias *Vindelis Siada Liga*, item *Siala Iga.* Siml.

VINDILIS] *Legitur in Regio exemplari, & in Blandiniano* Vindelis. *In Neapolitano* Vindelissiata. *libri Longoliani item* Vindelis, *&* Vindolisiata *corrigunt, ex sequenti nomine dempta syllaba, quemadmodum & in Neapolitano præfertur exemplari.* Svr.

VINDELIS.] MSS. nostri turpiter dissentiunt: unus Cusani *Vindelissiata, Siada, Iga*; alter *Indelis, Siata, Ga*, literis initialibus omissis, prorsus ut in Lugdunensi. Parisinus *Vindelissiata, Iga.* Rectius Regius MS. *Vindelis, Siata*; quarum prior censetur esse *Portland*, posterior, si numero multitudinis legeris, quod *Saith* veteribus Britannis *Septem* notaret, indicabit ex Camdeni opinione *les sept isles:* quæ restat *Iga*, modo ex Simleri codice *Liga* admiseris, erit *Lignon.* Quia tamen *Iga* potiores libri, forte ea est, de qua Milo in Vita S. Amandi L. I. C. 2.

Est locus Oceani distans a litore magni
Nempe quaterdenis, ut fertur, millibus æque
Insula, quo præbet venientibus Ogia portum.

hodie *Oyen* non longe a Rupella. Verum hæc, uti pleraque, quæ de insulis his commentati sumus, conjecturis tantum suffulta sunt. Wess.

SIATA ARICA] *Habet Regium exemplar, quam lectionem rejicere non est visum. In Blandiniano* Siada, Iga. *Neapolitanum* Vindalissiata Iga. *Longoliani libri Blandiniani lectionem præferunt.* Svr.

ARICA.] Abest a nostris, ex *Iga* & parte anterioris nata. Wess.

DIANA LESBOS ERVSOS.] Lege *Diana insula* & *Ebusus.* De Dianæ insulis Strabo L. III. p. 159. in extremitate Ferrarii promontorii Hispaniæ est Dianae Ephesiae fanum apud Dianium oppidum, ubi ex propinquo parvæ insulæ Planesia, Plumbaria & Limnothalassa. Siml.

LESDOS] *Habet Regium exemplar, & reliqua* Lesbos. Svr.

DIANA.] Aut Jos. Simleri amplectenda conjectura est, aut, quod malim, Dianium hic *Diana* ex serioris Latinitatis consuetudine dicitur. Laurentius Veronensis Rer. Pisan. L. II. tom. V. Script. Ital. p. 120.

——— *Laborantes turbantur in æquore nautæ,*
Et se conclamant invitos ire Dianam.

Et L. III. p. 128.

Hanc Ebusum memorant, urbi dedit insula nomen;
Portus in hac magnus, Magnum vicinia dicit,
Qui valet innumeras spatiis servare carinas,
Cernitur Hispanæ de partibus esse Dianæ.

Neque oberit, quod Dianium fuerit promontorium: postmodum enim, promontoriis insularum inditos fuisse titulos, ostendetur. Vide Is. Casaubonum ad Strabonis L. III. p. 138. Ceterum insula *Limnothalassa* festinanti Simlero excidisse videtur. Wess.

LESDOS.] Nostri *Lesbos* præter alterum Cusani, qui *Tesbos*; quæ insula nisi aliunde in hanc viciniam commigraverit, oportet ex XX. parvis insulis fuerit, quas mari vadoso circa hanc oram Plinius L. III. C. 5. numerat. Wess.

EBVSOS] *Regium* Ebusos: *Blandinianum & Neapolitanum* Erusos. *Libri Longoliani* Frusos, *&* Erusos

AB HAC INSVLA CARTHAGINE SPARTARIA STADIA CCCC. ET A SVPRA SCRIPTA INSVLA AD BALEARES STADIA CCC. INSVLA COLVMBA, BALEARIS MAJOR.

IN-

Eruſos *corrigitur: ex diſtantia tamen, quæ ab ea* Carthaginem Spartariam, *&* Baleares *inſulas adſignatur, ſatis adparet* Ebuſum *eſſe majorem ex* Pityuſis, *Inſulam, quæ corrupte in Strabonis libro ii. p.* 123 Βόσσων *legitur. Nam minor* Ophiuſa *Græcis dicta, Latinis* Colubraria *eſt. Plinius L.* 3. *C.* 11. (*cum pluribus de ea re prior Pomponius prodiderit*) *inquit:* Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit, ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus: Græci Ophiuſam dixere. *Vides* Colubrariam *eandem eſſe, quæ Græcis* Ophiuſa *ſit? Et Ptolemaeus item docet, in Balearico pelago* Pityuſas *Hiſpaniæ adjacere, quarum minor dicta ſit* Ophiuſa, *major* Ebyſus, *in qua ejusdem nominis urbs. His ita conſtitutis, quis non videat, luxatum, mancumque eſſe eum Plinii locum, in quo primo de* Pityuſis *ſermo cœpit: cujus verba, quod locum expendi oporteat, hæc ſunt:* Inſulæ per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebuſus vocatur: utraque civitate fœderata anguſto freto interfluente: patent XLII. M. P. *Duplex hic & manifeſtum videtur erratum, quòd alterius Inſulæ nomen reticeatur, & duas conſtituat* Civitates *in eis Inſulis* fœderatas. Ophiuſa *enim & priſcis & poſteris temporibus inculta ſemper ac deſerta habita eſt, quam* Frumentariam *vocant: videtur ergo* Colubrariæ *nomen ex hoc loco in alienum emigraſſe, ubi legitur infra:* Tantundem à Pityuſis in altum Baleares duæ & Sucronem verſus Colubraria: *ex quo loco ſi* Colubrariæ *vocem demas, & ſuperius inſeras, ſententiæ ratio conſliterit, ſi legas,* nunc Colubraria & Ebuſus vocantur, atque hæc civitate fœderata. *Manilius lib. iiii. ℣.* 540.

——— Primamque intrantis in orbem
Oceani victricem Ebuſum

Et Avienus Feſtus:

Ac dilecta vago pecori conſurgit Ebuſus.

In Iſidori Etymologiarum exemplaribus L. XIV. Orig. C. 6. Eboſus Inſula Hiſpaniæ dicta, quòd à Zanio non procul ſit: quaſi Ἀβόζων, cum ſtadiis LXX. ab eo diſtet, cujus terram ſerpentes fugiunt. Huic contraria eſt Colubraria, quæ referta eſt anguibus, *ut quaſi ὁ ἄπωθεν ſit legendum, ut ſuo more auctor etymo reſpondeat.* Zanium *vero, uti ſupra eſt animadverſum in voce* Hipponis Zarrhyti, Dianium *eſt: & à Pityuſis* ſeptuaginta *ſtadiis diſtare Plinii vetuſtis exemplaribus continetur, non* ſeptingentis, *ut vulgati præferunt libri: & cum Iſidori vetuſtis itidem libris conveniunt.* SVR.

EBVSOS.] *Eruſos* noſtri; unde niſi Regius MS. obſtaret, de *Ereſo*, quam Pityuſæ, ſive Ebuſi, præcipuam urbem Diodorus L. V. p. 297. facit, cogitares. Quod vero Plinii & Iſidori verba, ad quæ H. Surita adhæſit, ſpectat, in utrisque vir egregius a ſcopo aberravit. Plinio ad Harduini exemplum diſtinctione ſuccurri poteſt: *Nunc Ebuſus vocatur utraque, civitate fœderata:* utramque Pityuſam dici Ebuſum ait, & recte: nam *Colubrariam* a Pityuſis diſerte diſtinguit, prorſus uti Mela, & ab illis verſus *Sucronem* ſtadiis IↃCC. diſtare prodit. Vid. P. de Marca L. II. M. H. C. 12. In Iſidoro mendoſa ſunt ſtadia LXX., & ex Plinio in IↃCC. mutanda. Livius enim, quod probe animadvertit L. Nonius Hiſpan. C. 94. Pityuſam centum ferme M. P. continenti ſemovet; quæ ſane plurimum ſtadia LXX. exſuperant. Jam quod Nonius in Iſidoro quaſi ἐπίθετα, quod videlicet Dianium ſtatim excipiat & ſubſequatur, emendet, id paucis, puto, approbabit. MS. Groninganus ſic præfert: *Eboſus inſula Hiſpaniæ, ita dicta, quod a Zomo non procul ſit, quaſi Ebozus;* unde colligas, Hiſpalenſem præſulem ex ἐπὶ & *Zanio*, pro Dianio, Ebuſi vocabulum derivaſſe. WESS.

AB INSVLA CARTHAGINE.] Lege, *Ab hac inſula*, ſcilicet Ebuſo, *Carthaginem Spartariam ſtadia CCCC.* SIML.

AD BALEARES.] Plinius L. III. C. 5. Baleares duas a Pityuſis ſtadiis IↃCC. ſeparat. WESS.

INSVLA COLVMBA.] Lego *Colubraria*, quam Græci Ophiuſam dixere. Meminerunt hujus Mela, Plinius, Solinus. Poſt hanc ſeparatim ponenda eſt inſula Balearis major: diſtant autem inter ſe Baleares M. P. XXX. SIML.

INSVLA COLVMBA BALEARIS MAJOR]

INSVLA NVRA, BALEARIS MINOR.
INTER SE HABENT BALEARES STADIA DC.

ITEM INTER CARTHAGINEM SPARTARIAM ET CAESAREAM MAVRITANIAE.

INSVLA ERRORIS, ET TAVRIA.
INTER SE HABENT STADIA LXXV.
AD

JOR] Draconaria Insula *nuncupatur in Commentariis rerum à Jacobo Aragonum Rege primo gestarum, qui eas Insulas, & Valentinum à Saracenorum dominatu vindicavit, quæ ante portum* Palumbariæ Majoris *Insulæ adjacet.* Major, & Minor, Baleares *ab optimis auctoribus adpellantur. Nam quod apud Pomponium L. 2. C. 7., & in manuscriptis exemplaribus legitur de* Balearibus, ex spatio sui cognominibus acceptis, majores minoresque perhiberi, & castella esse in majoribus Palmam, & Pollentiam colonias, & in minoribus, Jamnam & Magonem: *Quis non videat* majorem & minorem *legi debere? Apud Procopium de bello Vandalico lib. 1. C. 1. Atque item C. 5. interpres vertit*, ab incolis eas insulas Majoricam, & Minoricam adpellatas; *nec tamen Græcis exemplaribus usi sumus, sed apud Isidorum in vetustis exemplaribus legimus L. XIV. Origin. C. 6.*, eas vulgus Majoricam & Minoricam nuncupare. SVR.

INSVLA COLVMBA.] Assentior Simlero, *Colubrariam* emendanti, atque a Baleari distinguenti: scio L. Nonio Hispan. C. 95 hanc operam displicuisse; qui, si docere potuisset, majorem Balearem *Columbam*, minorem *Nuram* fuisse appellatam, aliquam Simleri taxandi caussam habuisset. Equidem mihi persuadeo, olim in MSS. alio ordine has insulas fuisse positas, & suum sibi locum Balearem utramque & a *Columba Nura*que distinctum habuisse. *Colubraria* ea est, quæ *Moncolibre* nunc audit; quo nomine seculo XII. jam notam fuisse Laurentius Veronensis L. III. Rer. Pisan. p. 128. indicat.

Sol erat incipiens per iter conscendere cœli,
Quando Colubrarem viderunt agmina montem;
Cui, quibus est plenus, nomen tribuere colubri.

De *Nura*, quam *Nauram* alter Cusani MS. appellat, nihil mihi innotuit. WESS.

INSVLA NVRA.] *In libris Hieronymi Pauli* Insula Mira *legitur.* SVR.

BALEARIS MAJOR.] *Majoricæ* & *Minoricæ* nomina Victor Vitensis, Procopii æqualis, L. I. Pers. Vand. C. 4. itidem habet. Minoricam fuse describit Severus in Epist. de Judaeorum ad Sacra Christianorum transitu, quæ tom. VII. Oper. Augustini vulgata est. WESS.

INTER SE HABENT BALEARES STAD. DC.] *Numerus stadiorum deest in Regio exemplari: & in reliquis* stadia DC. *adsignantur, quæ mensuræ ratio multo excedit distantiam* XXX. M. P., *quam Plinius, & Jacobus Aragonum Rex primus inter* Majorem & Minorem *Insulas intersesse produnt. Manilius, L. 4. v. 541. quasi* regni solium *constitutum in his Insulis divinarit*, Balearica regna *nuncupat.* SVR.

INSVLA ERRORIS ET TAVRIA] Neutram alibi legere memini. Abr. Ortelius priorem ab *Albusama*, ut nunc vocant, distinguendam negat. WESS.

CALAMADE.] Vel *Calama de Mauritania*: forte *Chylimat* fluvii ostium Ptolemaei. SIML.

A CALAMA.] *In Regio non adponuntur numeri stadiorum, qui* LXXV. *in reliquis præferuntur exemplaribus: & eandem lectionem retinent, de qua nihil video me divinare posse, in voce* Calama, *& Ameras, pro qua in Longol.* ad Mecas *legitur.* SVR.

A CALAMA.] *A Calamade* aut *Calemede* nostri. Nota satis est *Calama* in Africa, sed Cirtam inter & Hipponem Regium. Augustinus L. II. in Petilian. C. 99. *Inter Constantinam, ubi tu es, & Hipponem, ubi ego sum, Calama, ubi ille est, vicinior quidem nobis, sed tamen interposita*; quæ cum in Numidia fuerit, huc pertinere non potest. Fuit simili nomine alia in Mauritaniæ mediterraneis, de qua supra p. 36.; quæ neque hic in censum venire potest: aperte maritima designatur. Itaque felicioribus hanc quærendam ut & *Amecas* relinquo: nam Simleri *Chylimat* ex Ptolemaeo nihil juvabit, utpote mendosus, & in Μυλυχὰθ sive *Mulucham* cum If. Vossio

ad

AD HAS SVPRASCRIPTAS INSVLAS, A CALAMA DE MAVRITANIA AMECAS STADIA LXXV.
INSVLA CRINIS, ET STOECHADIS.

ITEM INTER SARDINIAM ET ITALIAM.

INSVLA ILVA.
DE TVSCIA A POPVLONIO STADIA DC.
INSVLA PLANASIA.

IN-

ad Melam L. I. C. 5. refingendus; nedum *A Megas*, quod & sententiam conturbat, & cum Calama male conjungitur. WESS.

AMECAS.] Forte, *A Megas*, ut intelligatur magnum promontorium Mauritaniæ Caesariensis, cujus etiam Ptolemaeus meminit. SIML.

ERINIS.] Vel *Crinis insula.* SIML.

INSVLA CRINIS ET STOECHADIS.] *In Regio* Insula Crinis & Stœchadis. *In reliquis*, Insula, Crinis, & Stocadis. SVR.

CRINIS.] Ita nostri: *Erinis* Lugdunensis editus. Itali insulas *Eri* vocant, quas Galli *Hieres*. Forte illæ sub *Erinis* nomine latent. Vide Notit. Gall. Had. Valesii p. 534. WESS.

STOECHADIS.] MSS. *Stocadis*. Plinius tres numerat, alii plures: Martianus Capella, Plinii vestigia premere adsuetus, L. VI. p. 206. in nominibus earum signandis multum a doctore suo dissidet: videamus, utrum in gratiam cum eo reduci queat: *Et tres Stœchades*, inquit, *quarum hæc sunt nomina singularum; prima Themista, secunda Pomponiana, tertia Hypea, ceterasque exiguas adversum Antipolim. Themistam*, modo ita scripserit, primam appellat, quæ Plinio *Prote*; ego vero deseruisse Plinium atque ita scripsisse dubito; codex enim scriptus *Prothemisto* offert, unde *Proten*, & ex *Misto Mesen* formavero: ut fuerit, *prima Prote, Mese secunda & Pomponiana*, quemadmodum Plinius L. III. C. 5. *Proten & Mesen, quæ & Pomponiana vocatur.* WESS.

HILBA.] Vel *Hilda*. Plinio & aliis *Ilva*. SIML.

A POPVLONIO STAD. DC.] *In Regio numerus stadiorum interiit: & in reliquis* Stad. DC. *manifesti mendi errato. Plinius lib. iii. cap. vi.* Ilva cum ferri metallis circuitu C. M. à Populonia X. SVR.

DE TVSCIA A POPVLONIO.] Stadiorum numerus sine controversia nimium est auctus. Gregorius M. L. III. Ep. XI. maris spatium, quod ab Ilva usque Populonium est XII. M. P. metitur; quæ cum X C. fere stad. æquent, ea Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 504. restituenda hoc esse loco censet. Idem colligas ex Diodoro Siculo L. V. p. 294., cujus verba, ut corrigantur, exscribam: Τῆς γὰρ Τυῤῥηνίας κατὰ τὴν ὀνομαζομένην πόλιν Ποπλώνιον νῆσός ἐστιν, ἣν ὀνομάζουσιν Αἰθαλίαν· αὕτη δὲ τῆς Λιπάρας παραλίας ἀπέχουσα σταδίους ὡς ἑκατὸν, τὴν μὲν προσηγορίαν εἴληφεν ἀπὸ τοῦ πλήθους, τοῦ κατ' αὐτὴν αἰθάλου· vertebat Rhodomanus: *Nam ad oppidum Hetruriæ, quod Populonium dicitur, Aethalia jacet: quæ a Lipara C. ferme stadia distat; a fuliginis inibi copia nomen sortita.* Quid, quæso, *Liparæ*, quæ longe longeque hinc afuit, cum Ilva negotii? eam si ire jusseris, unde malum pedem intulit, oratio bene decurret, locorumque positioni conveniet. Ceterum a Populonio in Corsicam & Sardiniam brevissimus erat trajectus, stadiorum, ut Agathemerus L. I. C. 5. ait, CIↃ CIↃ CC; quem tamen cave audias: Strabonis verba imitatur, sententia non recte percepta; dicit Geographus Artemidorum Populonio Sardiniam & Corsicam stadiis CIↃCC., quæ Agathemero libens reddidero, semovisse: falso autem id factum atque injuria esse, quod utraque insula a se, cujus acies tantum spatii pervidere non possit, Populonii fuerit visa. Re vera autem IↃC. ferme stadiis insulas ab urbe, de qua agitur, distare. Vide eum L. V. p. 224. WESS.

STAD. XC.] *Et hoc itidem loco numerus stadiorum inter* Ilvam, & Planasiam *in Regio defecit exemplari. In reliquis stad.* XC. *adsignantur. Plinius L. 3. C. 6. inter* Ilvam *&* Planasiam XXXIX. M. *attribuit Ptolem.* Iluam *inter insulas Italiæ* Ligustini *maris recenset, &* Tyrrheni, Planasiam. *Tacitus I. Annal. initio:* Nam senem Augustum devinxerat adeo, uti nepotem unicum Agrippam Posthumum in Insulam Planasiam projiceret. SVR.

PLANASIA.] Πλανασίαν τὴν πρὸς Κύρνῳ νῆσον

INTER ILVAM ET PLANASIAM SVNT STADIA XC.
INSVLA IGILIVM A COSA STADIA XC.

ITEM INTER SARDINIAM ET AFRICAM.

INSVLA GALATA.
A CARALIS DE SARDINIA DCCXXX.
ET A TABRACA EX AFRICA STADIA CCC.
INSVLA PALMARIA.
INTER HANC ET GALATAM STADIA XLV.
INSVLA PHALANS, INSVLA VVLTVRIA.

AN-

σαν Dio appellat L. IV. p. 653.; unde mirum eſt, Hon. Bouche L. I. H. P. C. 7. potuiſſe in animum inducere, *Lerinum*, quæ Planaſia Straboni L. IV. p. 184., inſulam eſſe, in quam Agrippa ab Auguſto fuerit ſepoſitus. WESS.

EGILIVM.] Vel *Igilium*. In Schudii exemplari poſt Planaſiam ponitur, *diſtat a Coſa ſtadia XC.* Iluam & Igilium eleganter deſcribit Rutilius. SIML.

INSVLA AEGILIVM] *In Regio exemplari* Egilum, *& Blandiniano, & Longolianis libris* Igilum *& in Neapolitano deeſt hæc ſtatio. Plinius L. 3. §. 12.* Aegilium, & Dianium, quam Artemiſiam, ambæ contra Coſanum litus. SVR.

IGILIVM.] Ita noſtri, & recte, ut dudum viri docti monuerunt. Rutilius L. I. 325.

Eminus Igilii ſilvoſa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore ſuæ.
Hæc proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus,
Sive loci ingenio, ſeu domini genio.
Gurgite cum modico victricibus obſtitit armis,
Tanquam longinquo diſſociata mari.

Vide Ph. Cluverium L. II. H. Ant. C. 2. p. 502. &, quæ inibi ad hos verſus commentatur, haud dubie improbabis. WESS.

A COSA STAD. XC.] *In Regio* à Coſa, *& numeri defecere ſtadiorum: & in Blandiniano* à Coſa ſtadia XC. SVR.

GALATA.] Hanc aliqui DCCCCXXV. ſtadiis a Caralis Sardiniæ diſtare ſcribunt. SIML

STAD. DCCXXX.] *In Regio numerus deficit ſtadiorum. In Blandiniano, & Neapolitano* DCCXXX. *Cum ſupra in Blandiniano* DCCCCXXV. *& in Neapolitano* DCCCCXXXV. *adſignentur.* SVR.

ET A TABRACA EX AFRICA STAD. CCC.] *In Regio numeri deleti ſunt, & ſupra* ſtadia CCC. *In Blandiniano, & Neapolit.* à Tabraca & Africa ſtad. CCC. SVR.

A TABRACA.] *Et Africa* omnes noſtri. WESS.

INSVLA PALMARIA.] *Plinius L. 3. C. 6. alterius* Palmariæ *inſulæ meminit maris* Tyrrheni. *Hujus mentionem non reperi.* SVR.

STADIA XLV.] Cuſani alter ſtadia XL. WESS.

PHALANS.] Alias *Phalaris*. SIML.

INSVLA PHALANS.] *In manuſcriptis exemplaribus & Longolianis libris legitur.* SVR.

PHALANS.] *Phalaris* eſt in Lugdunenſi edito; quo nomine inſulam nondum reperi. *Phorbantiam* ex Ptolemaeo novimus, quam Ph. Cluverius eandem ac Plinii *Bucinam* L. III. C. 8. eſſe conjicit, eodem referens L. II. S. A. C. 15. ex Anaſtaſio Bibliothecario in Pontiano: *Eodem tempore Pontianus Epiſcopus & Hippolytus presbyter exilio ſunt deportati in Sardiniam in inſulam Bucinam*; quod tamen haud recte fieri arbitrer. Quid enim? eademne *Sardinia* ac *Bucina?* Imo vero aut falſus eſt Anaſtaſius, aut in *Sardiniam inſulam nocivam* ſcripſit. Aperta res eſt ex antiquiſſimo Pontif. Roman. Catalogo, quem Aegid. Bucherius Comment. in Victorii Canon. p. 271. inſeruit, quemque Vitarum Pontif. ſcriptor ſequi adſuevit: *Eo tempore*, inquit Catalogi auctor, *Pontianus & Hippolytus presbyter in inſulam nocivam Sardiniam exules deportati ſunt.* Habet, ut in viam redeam, Plinius inſulam *Ficariam*, Caralitano promontorio prætentam: utra vero noſtra ſit, an longe diverſa, mihi non liquet. WESS.

VVL-

ANTE PROMONTORIVM APOLLINIS AEGIMVRVS INSVLA A CARTHAGINE STADIA CCXXX.

INTER ITALIAM ET SICILIAM.

INSVLAE NVM. III. PONTIAE.
A TERRACINA STADIA CCC.
INSVLA PANDATERIA A TARRACINA STADIA CCC.
INSVLA AEGINA.
INSVLA AENARIA A CVMIS DE CAMPANIA STADIA XLV.
INSVLA PROCHYTA A MISENO DE CAMPANIA STADIA. XXX.

IN-

VVLTVRIA.] Fortaſſe Ἱερέων νῆσος eſt, quam Ptolemaeus L. III. C. 3. hoc in mari memorat. WESS.

ANTE PROMONTORIVM.] MSS. conſtanter, *Ante promontorium Apollinis Aegimurus*, aut *Egimurrum*, *inſula:* quod quare H. Surita ſpreverit, præſertim cum Livius L. XXX. C. 24. nihil fere diſſentiat, exputare non poſſum. WESS.

A CARTHAGINE ST. CCXXX.] *Omnes harum ſtationum numeri in Reg. exemplari defecere, & in reliquis* St. CCXXX. *Livius libro XXX. C.* 24. Pars maxima ad Aegimurum inſulam: ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt, XXX. ferme M. ab urbe: *ut rectè conveniant utriusque auctoris numeri:* XXX. *enim* M. P. CCXL. Stad. *conficiunt: atque ideo à Livio* ferme *adjicitur.* SVR.

PONTIAE.] Has Plinius ſcribit adverſum *Formias* eſſe poſitas. SIML.

INSVLAE ñ. III. PONTIAE.] *In Regio* III. *defecere atque item ſtadiorum numerus, qui in reliquis manuſcriptis* CCC. *eſt. Plinius L.* 3. *C.* 6. & adverſus Formias Pontiæ. SVR.

PANDATARIA.] *Pandateria* noſtri, quam & Pontiam, parvas inſulas, a ſpeluncis, quæ circa Cajetam, ſtadiis CCL. Strabo abeſſe L. V. p. 233. refert. WESS.

INSVLA AEGINA] *In Reg. & Neapol.* Egina. *Blandiniani* Aegina: *cujus nominis inſulam* Aenariæ *adjunctam non reperi ab aliis recenſeri auctoribus.* SVR.

AEGINA.] *Egina* MSS. quæ cur huc migraverit, demiror; neque enim eſt, quantum recordor, qui Aeginam hac in ora noverit. WESS.

AENARIA.] Scripti codices *Naria*, pro *Enaria*; id enim verum inſulæ nomen eſſe Salmaſius in Solin. p. 68. oſtendit. Olim ἀναφυσημάτων πυρὸς, ut Strabo teſtatur L. V. p. 247., abundabat, quæ tamen ſenſim evanuerunt. Corn. Severus Aetnæ ℣. 418.

Dicitur inſignis flagrans Aenaria quondam
Nunc exſtincta ſuper: teſtisque Neapolim inter
Et Cumas locus eſt, multis jam frigidus annis.

Sic verſus, quod dixi adfirmantes, Aldus vulgavit. Pithoeus *Dicitur inſidiis.* Forte a poëta venerat:

Dicitur e ſignis flagraſſe Aenaria quondam,
Nunc exſtincta ſubeſt: teſtisque Neapolin inter
Et Cumas &c.

Ita probaverit Severus, quod poſuerat. Aliter Gorallus, cujus verba, ne reprehendere cogar, conſulto prætermitto. WESS.

INSVLA PROPO.] MS. habet, *Inſula Propo circa Miſſedone de Campania ſtadiis XXX.* Legendum autem eſt, *Inſula Prochyra, diſtat a Miſeno Campaniæ ſtadiis XXX.* SIML.

INSVLA PROCHYTA.] *In Regio numerus ſtad. deficit, & in Blandiniano hæc ſtatio. In Neapolitano* Stad. XXX. SVR.

INSVLA PROCHYTA.] Noſtri *Propocirca a Miſſedone*; unde vulgatum recte H. Surita procudit. Virgilius Aen. IX. 715.

Tum ſonitu Prochyta alta tremit. ——

ubi Servium vide. A Lugdunenſi de *Prochyta* abſunt omnia. WESS.

INSVLA CAPRARIA Á PVTEOLIS STADIA CCC.
EGIRA ET CELSINA.
ITEM INSVLAE NVMERO III. AEGINA, HERACLEOTES, ET DIDYMA.
INSVLA STRONGYLOS A MESSANA STADIA CCCXX.
INSVLA LIPARIS.
A STRONGYLO LIPARIS SVNT STADIA CCC.
IN-

CAPRARIA.] Rectius *Capreæ*. Plinius L. III. C. 6. *Mox a Surrento VIII. M. P. distantes, Tiberii principis arce nobiles, Capreæ, circuitu XL. M. P.* Alia enim est Capraria, quam Græci *Aegilon* dixere, cujus Rutilius meminit. SIML.

INSVLA CAPRARIA.] *In manuscriptis legitur exemplaribus, & libris Longol. etsi* Capreas *insulam, omnes Græci, & Latini scriptores nominent.* Καπρεώνην *ab* Hecatæo *vocatam Stephanus prodit, quod idem erit atque* Capraria. *Ptolemaeo* Καπρασία *in mari* Ligustino, *& hac in* Tyrrheno Καπρέα. SVR.

AEGIRA ET CELSINA] *Regium exemplar habet* Celesina, *& in Bland. & Neapolitano, & Longolianis libris* Celsina, *cujus Aurelius Cassiodorus variarum Epist. 16. libro VII. meminit.* Curitanæ, *inquit*, & Celsinæ insulis te Judicem per illam indictionem, nostra dedit auctoritas: *In cujus vetusto codice* Curitanæ *legitur. Et titulus inditur Formulæ Comitivæ* Insulæ Curitanæ. SVR.

EGIRA ET CELSINA.] Neutram in hac ora invenio. Parisinus MS. hanc & quæ mox sequetur, *Egiram*, pro Aegina, appellat, augetque suspicionem, intempestive *Egiram* illam esse duplicatam. *Celsina*, si eadem fuerit ac Cassiodori, ableganda erit in Hadriaticum mare, ubi *Curitana*, sic enim in Senatore præstat, sedes est. WESS.

ITEM INSVLAE ñ. III.] *Duarum ex his* tribus, *inter* Aeolias *à Plinio L. 3. C. 9. non fit mentio, nisi* Didymæ: *Strabo L. 6. p. 276. item* Didymæ *meminit, & Ptolemaeus. Stephanus unam ex* Aeoliis *esse, à figura cognominatam. Jam verò inter has, quæ* Aegina *vocatur, fortè ea est quæ Ptolemaeo* Αἰγέσα. SVR.

AEGINA.] Tabula scripta *Egiltam* circa Osteodem insulam ponit, quæ non alia atque hæc fuisse videtur: cum vero Osteodi *Vstica* fuerit proxima, Ph. Cluverius L. II. S. A C. 14. ab ea *Aeginam* & Tabulæ *Egiltam* distinguendam negat. WESS.

HERACLEOTES.] Parisinæ schedæ *Eriodotes*, Cusani *Herioclotes:* forte *Ericodes*, quæ eadem atque *Ericusa*, Aeoliarum una. Quia tamen Tabula *Herculis insulam* in hac ora novit, *Heracleotes* non mutabitur, nisi ea *Heraclia* sit, quod putem, qua de mox. WESS.

INSVLA STRONGYLOS.] Strongilos *præferunt manuscripta exemplaria. Plinio L. 3. C. 9.* Strongyle. *Strabo L. 6. p. 276.* Ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, *Ptolemaeo item* Στρογγύλη, *ac Stephano.* SVR.

STRONGYLOS.] Sic & nostri. Ph. Cluverius & Cellarius Silium eadem forma usum fuisse L. XIV. 259. observant:

Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos austris.

sed ibi *Trogilos* cum N. Heinsio & Drakenburgio legendum est. Hesychius eandem ac Liparam facit: Στρογγύλη, συνεχαμμένη τῇ Λιπάρᾳ νῆσος, non sane ex vero, nisi si Λιπάρας νῆσος scripserit, ut aut vicinam, aut in Liparaeorum potestate fuisse innuerit; ita, puto, intelligi voluit, quod de Cnido habet: Κνίδος, νῆσος Ῥόδου, & quod de Elumnio: Ἐλύμνιος, Ποσειδῶν ἐν Λέσβῳ, καὶ νῆσοι τῆς Εὐβοίας· ubi tamen νῆσος τῆς Εὐβοίας præstabit ob Stephanum. WESS.

A MESSANA.] Strabo L. VI. p. 277. Strongylen XVI. M. P. a Sicilia distare refert. Adde Thucydidem L. III. C. 88. WESS.

INSVLA LIPARIS.] *Manuscripta, & Longoliani libri* Liparos, & Liparis *sequenti statione. Straboni* Λιπάρα, & Λιπάρη, *& Latinis auctoribus* Lipara; *& Ptolemaeo, & Stephano* Λιπάρα. SVR.

A STRONGYLO LIPARAM SVNT STAD. CCC.] *In Regio deest stadiorum numerus: & in reliquis* CCC. *adsignantur: cum Plinius L. 3. C. 9. à* Strongyle *ad* Liparam *mille tantum passus numeret.* SVR.

A STRONGYLO.] Distantia, quæ hic finitur,

INSVLA HERACLIA.
INSVLAE AETHVSA ET THAPSOS.
DISTAT AB OPPIDO MEGARA, ID EST, CASTELLO SYRACVSANORVM STADIA XI.

ITEM INTER SICILIAM ET AFRICAM.

INSVLA COSSVRA, A LILYBAEO SVNT STADIA CLXXX. A CLY-

nitur, nimia eſt; quæ vero in Plinio juſto minor. Nunc x. ferme M. P. utramque disjungunt. Vide Ph. Cluverius L. II. S. A. C. 14. In Pariſino, *Antrongilos Liparis.* WESS.

INSVLA HERACLIA.] Forte *Hiera.* SIML.

HERACLIA.] Videtur ea eſſe, ut dixi, quam *Herculis inſulam* circa Liparam & Didymen Tabula nominat. WESS.

ARETHVSA.] Forte *Ericuſa.* SIML.

INSVLAE AETHVSA, ET THAPSOS] *In Regio* Inſulæ Lareſttaſa. & Tapſus. *In Blandiniano* Inſula Aretuſa & Tapſus, & *in Neapolitano* Inſula Arethuſa, & Tapſus. Aethuſæ *inſulæ, Siciliæ adjacentis, meminit Plinius L.* 3. *C.* 9., quam alii, *inquit*, Aeguſam ſcripſerunt. *Eam eſſe opinantur, quæ nunc* Favignana *vocatur. Ptolemaeo inter Inſulas* Africæ *adjacentes* Αἰθῦσα, & Siciliæ Αιγῦσα. Thapſi *celebris oppidi maritimi, Africæ provinciæ, Græci, & Latini auctores meminere*, & Thapſi Inſulæ *unius poëtarum ſummi teſtimonium ſufficit, ad hunc Itinerarii locum maximè adpoſitum, quod* Megarici ſinus *ſimul meminit Aeneid.* 3. *v.* 689.

——— Vivo prætervehor oſtia ſaxo
Pantagiæ, Megarosque ſinus Thapſumque jacentem.

ARETHVSA.] Ita noſtri, aut *Aretuſa.* Aethuſa cum Siciliam inter & Africam fuerit, locum hic tueri non poterit. Forte inſulam Ortygiam, in qua fons *Arethuſa*, in animo habuit, Vid. Ciceronem L. IV. in Ver. C. 53. WESS.

THAPSVS.] Peninſulam fuiſſe Thucydides L. VI. C. 97. indicat: nec inſolens eſt, ut inſulæ dicantur, quæ parum ab inſulis abſunt. Ita Cyzicum νῆσον προποντίδος Apollonius L. I. Argon. 936. & Ariſtides tom. I. p. 416. atque alii alias appellant. WESS.

DISTAT AB OPPIDO MEGARA.] *In Regio* Megerio, & *in Blandiniano*, & *Neapolitano* Megera. *Strabo L.* 6. *p.* 268. Dorum coloniam *fuiſſe* Megaram, *quæ prius* Hybla *vocata ſit, perhibet. Ptolemaeus* Hyblam, & Megaram *diverſa oppida recenſet. Præterea* Megaram *eandem eſſe, quæ nunc* Auguſta *vocatur, opinantur*, & Auguſtæ vrbis *ſupra hoc Itinerario maritimo mentio facta eſt.* SVR.

CASTELLO SYRACVS.] Jam olim Syracuſani Megarenſes ſibi ſubjecerant, & caſtellis eorum agros occupaverant, Thucydide L. VI. C. 94. teſte. Στύλλα, φρούριον τῶν Μεγαρέων, de quo Ph. Cluverius L. I. S. A. C. 11., eſt apud Stephanum. WESS.

STAD. XI.] *In Regio omnes harum ſtationum numeri deleti ſunt. Blandinianum*, & *Neapolitanum exemplar*, & *libri Longolianis*, XI. *Iſidorus L. XIV. Orig. C.* 6. Thapſus inſula ſtadiis X. Sicilia remota jacens, & planior: unde & nuncupata: de qua Virgilius.

——— Thapſumque jacentem.

Igitur à Sicilia ſtadiis X. diſtat *Iſidoro, quæ huic Itinerario à* Megara ſtadiis undecim. SVR.

INSVLA COSSVRA.] Rectius *Coſyra.* SIML.

INSVLA COSSVRA] *Strabo item hujus Itinerarii auctor*, Coſſuram *inſulam* Lilybæo, & Clypeæ *Africæ urbi adjacentem, atque adverſam ſtatuit*, & *inter ambas eas urbem ſitam perhibet. In Plinii libris L.* 5. *C.* 7. Coſyra & *Ptolemaeo* Κόσυρα. *Ovidius Faſtorum libro* III. *v.* 567.

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ
Inſula, quam Libyci verberat unda freti.

Arbitrantur inſulam eam eſſe, quæ nunc vocatur Pantalarea. SVR.

COSSVRA.] Hoc, pro quo Pariſinus *Corſuca*, Strabonis Κόσυρος, & numi apud Paru-

A CLYPEA EX AFRICA STADIA DXC.
INSVLAE MALTA, HEPHAESTIA, ET PHALACRON.
INSVLA CERCINA.
HAEC A TACAPIS DISTAT STADIA DCXXII.
INSVLA GIRBA, A GITTI DE TRIPOLI STADIA XC.

IN-

tam, *COSSVRA* inſcripti, defenderint. Numeros juſto minores eſſe Scylax, qui ἀπὸ δὲ Κοσύρου, inquit, ἐπὶ Λιλύβαιον, ἀκρωτήριον τῆς Σικελίας, πλοῦς ἡμέρας μιᾶς. amplior enim dies navigatio, quam CLXXX. ſtadiorum: idem oſtendit Strabo L. XVII. p. 834., qui intervallum inter hanc inſulam & Siciliam ſtadiis ferme IOC. metitur. WESS.

A CLYPEA.] Sive de trajectu in Coſſuram, ſive Lilybæum acceperis, numeri non reſpondebunt: poſterius, uti alias memoravimus, longius aberat: inſula propius, quam Strabo L. VI. p. 277. a Clupea ſtadiis LXXXVIII. ſeparat. WESS.

INSVLA MALTACIAE.] Forte eadem *Melita*. SIML.

INSVLAE MELITA, ICAESIA.] *In Regio* Inſule Maltache Feſtia. *In Blandiniano*, Inſula Maltaciæ Feſta, & *in Neapolitano* Maltatiæ Feſta. Melitam *verò deſignari*, Siciliæ *adjacentem Inſulam*, & Africæ, *ex ſuperioribus Ovidii verſibus*, *Strabone*, *Plinio*, & *Ptolemaeo adparet*, *qui* Coſſyræ *itidem eam adjungit*. *Huic* Sicilienſi Melitæ *Strabo L. 6. p. 277.* Melitæos canes *attribuit*, *Plinius verò alteri*, *cujus infra fit hoc Itinerario mentio*. Icæſiæ *Ptolemaeus meminit inter inſulas* Siciliæ *adjacentes*, *quæ mihi pro* Feſtia *ſubſtitui ex manuſcriptorum corrupta lectione videtur*. SVR.

INSVLA MALTA.] Noſtri cum editis *Maltaciæ Feſta*; unde de *Malthace* Plinii L. IV. C. 12., niſi in alio ea mari eſſet, ſuſpicio incidere poſſet: potior eſt Regii codicis, quam ſequemur, ſcriptura. *Melevetum* ſeriore ævo appellarunt, ut Nic. Specialis L. I. Hiſt. Sicul. C. 26., ſumpto titulo ex Milevitano Concilio, quod in hac inſula coactum imperitè putabant, ut probe Burch. Niderſtedt L. I. Melit. V. & N. C. 1. animadvertit. WESS.

HEPHAESTIA.] Ita è veſtigiis Regii MS. refingendum eſſe dudum Cluverius L. II. S. A. C. 17. obſervavit; quam conjecturam firmat Iſidori MS. Groninganus Hephæſtiam inter Aeolias *Feſtiam* L. XIV. Orig. C. 6. appellans. Nunc erit *Comino*, inter Meliten & Gaulon interpoſita, de qua B. Niderſtedt L. I. Melit. C. 9. WESS.

ET PHALACRON] *Legitur in manuſcriptis.* Phalacron promuntorium Corcyræ *inſulæ notum apud auctores*, *quod nihil ad hanc ſtationem pertinet*, *neque hujus nomines* Inſulæ *mentionem reperi.* SVR.

PHALACRON.] *Faliacorum* eſt in altero Cuſani; *Fallacorum* ex aliis Ortelius citat. Ph. Cluverio eſt *Gaulos* ex ſitu, qui hic ſignatur, cui opinioni ne adſtipuler, differentia, quæ inter bina ea vocabula intercedit, prohibet: nec tamen, quæ in Gauli locum ſuccedere, & occupatum tueri poſſit, nunc ſuccurrit: poſſet quidem ex illis, quas Scylax, Plinius & Ptolemaeus in hoc mari recenſent, una ſeligi; verum in re incerta, & cui meliores tantum ſubvenire libri poſſunt, conjecturam perdere nolumus. WESS.

CERCENA.] Vel *Cercina*. SIML.

CERCINA.] Inſulam circa Syrtis minoris initium haud multum a Thenis poſt Strabonem L. XVII. p. 834. Agathemerus L. I. C. 5. locat; Livius vero L. XXXIII. C. 48. prope Achollam & Thapſum. A continente non longe remota erat; cui rei contraria non ſunt ſtadia, quæ Tacapas & inſulam diſtinguunt: Diſtabant enim Tacapæ LXXX. ferme M. P., ut alias vidimus, a Thenis, quarum portui Cercina objacebat. WESS.

STAD. DCXXII.] *In Regio deeſt numerus ſtadiorum*, *qui in reliquis eſt* DCXXII. SVR.

INSVLA GIRBA] *Legitur in manuſcriptis exemplaribus*, & *Longolianis libris*: *ut mirum ſit* Meningem clariſſimam, *ut Plinius adſerit L. 5. C. 6.*, Africæ Inſulam, *jam hoc tempore vetus nomen amiſiſſe. Sex. Aurelius Victor de Vibio Gallo:* Creati, *inquit*, in inſula Meninge, quæ nunc Girba dicitur: & *in Concilio Carthag. ſub D. Cypriano* Momillus à Girpa *ſubſcripſit*, & Girba *corrigunt*: & *in Notitia Provinciarum ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum Largitionum inter procuratores Baphiorum*, *Procurator Baphii* Girbitani *provinciæ Tripolitanæ recenſetur. Quum & Plinius*, *quod ad hanc* Baphiorum *procurationem attinet*, *præcipuum purpuræ rorem in* Meninge Afri-

INSVLA TRIAIEIA, STROTA, ET CEPHALENIA. ASTERIS, ITHACA, PAXOS, PROPAXOS, OXIA.

INTER DALMATIAM ET ISTRIAM INSVLAE.

APSOROS, BRATTIA, BOLENTIA, ISSA.

LIS-

Africæ *excipi, post* Tyrium Asiæ, *auctor est.* Svr.

GIRBA.] Vitiosus est in insulæ hujus nomine Anonymus de Generat. Gent. in Labbei Biblioth. N. tom. I. p. 302. *Insulæ autem hæ sunt, quæ habent civitates: Sardinia, Corsica, Girda, quæ & Benigga:* pro *Girba, quæ & Meninga:* mendosus quoque Schol. Cruquianus Horatii, qui purpuram, qua hic lanam saturabant, *Girgitanam* L. II. Ep. 2. 181. appellat; ridiculus vero N. Specialis L. I. Hist. Sicul. C. ult., insulam ab *Hiarba* Afrorum rege nomen traxisse narrans. Vide S. Bochartum L. I. Phal. C. 25. Wess.

AGVTI.] Vel *Agita insula.* Siml.

GITTI DE TRIPOLI] *In Regio verba ea,* à Gitti, *deleta sunt. In Bland.* à Gitti, *& Neapol.* à Giti. *Supra* Municipii Gitti *mentio facta est: quod Tripolitanæ provinciæ hic contribuitur: id enim* de Tripoli *significat.* Svr.

A GITTI.] Nostri *Agitide.* In Tabula *Girba* municipio Gitti, de quo p. 60., prætenditur. Thuanus L. XXVI. ponte Africæ continenti junctam memorat Girbam: Agathemerus vero L. I. C. 5. stadiis 10 C. Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγιτίδος Cercina semovet, ubi forte Λωτοφαγιτίδα, quo titulo passim ornatur, præoptaveris. Wess.

INSVLA TRAGEIA.] Vel *Tragetia.* Plinius *Trachiæ* insulæ non procul a Paxis & Corcyra meminit. Siml.

INSVLA TRIAIEIA] *In Regio tres primæ hujus insulæ litteræ leguntur* Tri: *& reliquæ deletæ sunt. In Bland.* Traieia *legitur, & in Neapol.* Tagreia. *Libri Longol.* Traietia *&* Tagreria *corrigitur. Plinius L. 4. C. 12.* ante Aetoliam, Echinades, Aegialiam, Coronim *&* Thyatiram *memorat: quæ haud scio an ad hanc pertineat Insulam.* Svr.

TRIAEIA.] Cusani MS. alter *Tagreia*, Parisinus *Tragreia.* Is. Vossius ad Melam L. II. C. 7. *Tarichias* contra Carthaginis sinum positas & a Scylace ac Strabone recensitas, legit. Mihi *Trachie* Plinii, quam & Simlerus elegit, aut ejusdem *Tarachie*, quam utramque circa Paxos L. IV. C. 12. locat, placet. Wess.

SIROTA.] Plinii *Sybota.* Siml.

SYBOTA.] *In Regio* Strota *&* Chephalenia. *In Bland.* Cephalania Syrota, *& in Neapolit.* Cephalania Sirota. *Ego arbitror pro* Strota, *aut* Syrota, Sybota *legendum, quam Plinius L. 4. C. 12. ante* Leucimnam *constituit.* Svr.

STROTA.] Incertum est utrum *Prote*, de qua præter Plinium L. IV. C. 12. Thucydides L. IV. C. 13., an *Sybota* præstet. Regius MS. a priore propius abest, a posteriore alii. Ceterum tres insulæ erant, quibus a porcis *Sybota* nomen erat, ut Schol. Thucyd. L. I. C. 47. docet: Livius aliam hoc nomine habet, interjectam Eleae & Atho, L. XLIV. C. 28. Wess.

ASTERIS] *Plinius L. 4. C. 12. ante* Ithacam *in alto* Asterim *collocat, & hoc loco etiam* Ithacam *præcedit in Regio exemplari.* Svr.

ASTERIS.] *Ithacæ* in MSS. postponitur. Homerus Odys. Δ. 845.

Μεσσηγὺς Ἰθάκης τὲ Σάμοιό τε παιπαλοέσσης
Ἀστερὶς, ἐ μεγάλη. ———

Asteriam Ausonius Perioch. Odys. IV., & Stephanus vocant. Wess.

PAXOS PROPAXOS OXIA] *Hoc ordine leguntur in exemplari Regio, tametsi vox* Paxos *in eo defecit.* Paxon *Plinius L. 4. C. 12. commemorat. Hermolaus* Oxiæ *videtur legisse hoc loco in Antonini exemplaribus, sed nostris* Oxia *legitur. De* Oxeis *insulis supra mentio facta est.* Svr.

PAXOS.] Hesychius Παζοινης, οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, pro Πάξοι, νῆσοι κατὰ τὴν Ἰταλίαν. Vide Pearsonium Vind. Ignat. C. 11. p. 345. Edit. Amstel.

APSOROS.] Vel *Aprosos.* Plinius Absyrtium, vel Absyrtides. Siml.

APSOROS.] *In Regio* Absoros, *& Neapolit. & in Bland.* Apsoros. *Ptolem. prima insularum* Liburniæ *adjacentium,* Ἄψορος *constituitur.* Svr.

APSOROS.] Est quoque in Mela L. II. C. 7., qui, quod Is. Vossius dudum monuit, ab Apsyrtide non recte distinguit. Vide & Stephan. Wess.

BRAT-

LISSA.
CORCYRA, MELITA.
A MELITA EPIDAVROS STADIA CC.
INSVLA SASO.
A DYRRHACHIO STADIA CCC.
INSVLA CASSIOPE, INSVLA GOREIRO.

BRATTIA] *In Regio* Brattila, *Bland.* Brattia, *& Neapol.* Bratia. *Plinius L.* 3. *C.* 26. Contra Surium bubus, & capris laudata Brattia. SVR.

BRATTIA.] Conſtantino de Admin. Imper. C. 36. Βράτζης, & nunc *la Brazza.* Vid. L. Holſteinium ad Stephani Βρεττολία. WESS.

SOLENNA.] Vel *Solenia.* SIML.

BOLENTIA.] *Habet Regium exemplar, quæ vox in Blandiniano exemplari deeſt. Neapolitano* Solenitia *legitur, & in libris Longolianis.* SVR.

BOLENTIA.] Noſtri *Solentia*; quo nomine inſulam ſola Tabula novit, *inſulam Solentii* appellans. Plinius L. III. C. 26. & Scylax varias inſulas memorant, ſed longe hinc abſunt, præter Ὀλούντην Scylacis, quam noſtram puto. WESS.

LISSA.] Plinio *Giſſa.* SIML.

LISSA.] *Præfertur, cum* Iſſa *notiſſima inſula, in vetuſtis exemplaribus. Plinio L.* 3. *C.* 26., contra Iader eſt Liſſa. SVR.

LISSA, ISSA.] Utraque ex Plinio L. III. C. 26. & Stephano atque aliis nota eſt. Zonaras tom. II. p. 67. Ἴσσα νῆσός ἐστιν ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ κειμένη. οἱ τούτης κάτοικοι Ἰσσαῖοι. WESS.

CORCYRA.] Hanc Plinius, Strabo, Ptolemaeus *nigram* cognominant. SIML.

CORCYRA] MSS. *Cortera* aut *Corſira.* In Suritæ editione *Corra*, operarum peccato; quo Anſel. Banduri ad Conſtantinum Admin. Imp. C. 26. deceptus, hanc cum Porphyrogennetæ Χοάρα componit. Sine dubio *Corcyra nigra* eſt, quam, quod denſiſſima & nigrantis coloris ſilva eſſet veſtita, hoc cognomine ornarunt. Apollonius L. IV. Argon. 569.

——— —— Μελαινομβρίην δέ μιν ἄνδρες
Ναυτίλοι ἐκ πόντοιο κελαινῇ πάντοθεν ὕλῃ
Δερκόμενοι Κέρκυραν ἐπικλέϊσσι Μέλαιναν·

Ab Aenea conditam Dictys L. V. C. 17. adfirmat; unde ſine dubio in Iſcanio L. VI. 890. ſcribi oportebit.

AB
——— *In Hadriacas exul delabitur undas;*
Hic ubi Corcyræ nigræ, quam ſtruxerat ipſe,
Nomen; & exiguo regnat contentus agello
WESS.

MELTA.] Vel *Meleta.* Plinio *Melita.* SIML.

MELITA.] *Manuſcripta, & Longoliani libri* Melta, *cum haud dubiè* Melita *ſit legendum. Nam Plinius L.* 3. *C.* 26. Corcyræ *ſubjungit, & inter eam &* Brattiam & Iſſam, & Illyricum *conlocat: unde* Melitæos canes *adpellari, Callimacho auctore, perhibet, cui Inſulæ* Epiri *Stephanus itidem canes attribuit, cum* Sicilienſi *à Strabone condonentur. In Ptolemaei libris* Μελιτινὴ. SVR.

MELITA.] Noſtri *Melta.* Hanc Conſtantinus Adminiſt. Imp. C. 26. eandem eſſe vult ac illam, ad quam Paullus Apoſtolus in Actis C. 28. naufragium fecit: quam opinionem ante hos tres annos erudita diſſertatione Ignatius Giorgi, Benedictinorum hujus inſulæ collega & ſocius, aſſertum ivit. Scylax Melitam continenti vicinam facit, a Corcyra vero ſtadiis XX. WESS.

EPIDAVROS.] Sic noſtri. Tabula *Epitauro.* Olim colonia, ſed nunc in ruinis ſepulta, è quibus Raguſa ſuccrevit. Vide Conſtantinum Adminiſt. Imp. C. 29. WESS.

STAD. CC.] *In Regio deeſt numerus ſtadiorum: & in reliquis* CC. *numerantur.* SVR.

SATO.] Rectius *Saſo*, vel *Saſonis* inſula. SIML.

INSVLA SASO.] *In Regio exemplari* Sago, *& in reliquis* Sato. *Supra ſtadia trajectus ab ea inſula* Hydruntem *adſignavit, & hoc loco* Dyrrhachium *usque.* SVR.

INSVLA CASSIOPE.] Lego, *Corcyra inſula & oppida ejus Corcyra, Caſſiope*, auctore Plinio L. IV. C. 12. SIML.

INSVLA CASSIOPE.] Caſſiopes *Cicero meminit epiſtola ix. ad Tironem. lib. xvi. ad Famil. A. D. xv.* K. à portu Corcyræorum ad Caſſiopen ſtad. CXX. proceſſimus. Caſſiope *præterea urbs, & promontorium ejusdem* Corcyræ *Inſulæ.* SVR.

IN-

AB HYDRVNTE CASSIOPE INSVLA STADIA I.
HAE SVPRA SCRIPTAE DVAE INSVLAE STADIA XX.
INSVLA PYRIDIS STAT.

IN MARI QVOD THRACIAM, ET CRETAM INTERLVIT.

INSVLAE ERYTHRE, DELESSA, EVBOEA.

CAR-

INSVLA CASSIOPE.] Nusquam hoc nomine insulam reperi, nisi in Lupi Protospatæ Chron. An. CIↃLXXXV., ubi de Roberto Normanno, *ingressus est Adriaticum pelagus, perrexitque in insulam nomine Cassiopem, ubi Status Veneticorum & filius Ducis Venetiæ cum pluribus navibus erat infestus Duci Roberto.* Cum vero res ad Corcyram fuerit gesta, non vana suspicio est, intellexisse Lupum Cassiopem, insulæ ejus urbem, quam Gregorius M. L. XII. Ep. 3. *castrum Cassiopi in Corcyra insula* appellat, Gaufridus Malaterra L. III. Hist. Sicul. C. 24. *castrum Casopolim*, pro, *Cassiopi* ex ejus ævi more, *in insula Caroſi.* Jovem Casium in ea urbe, unde & nomen, venerabantur. Suetonius Neron. C. 22. *Nec profectione dilata, ut primum Cassiopen trajecit, statim ad aram Jovis Casii cantare auspicatus est.* Procopius L. IV. B. G. C. 22. Δία δὲ Κάσιον ἕλληνες ποτὲ οἱ τῇδε ἄνθρωποι, ἐπεὶ καὶ ἡ πόλις, ἐν ᾗ τὸ πλοῖον τοῦτο ἕστηκεν, ἐς τόνδε τὸν χρόνον Κασώπη ἐπικαλεῖται. ubi sane nihil necesse fuerat, ut Κασιόπη emendarent; constat enim è numis & Κασώπην urbem fuisse dictam. Vide vero, an ex ea navi, de qua Procopius, explicari Corcyræorum numi debeant, Jovi Casio inscripti & navem præferentes. WESS.

INSVLA GOREIRO.] *Hæc vox* Goreiro *deest in Regio exemplari, quæ in manuscriptis reliquis retinetur. In Longol.* Gorreiro: *nomina penitus inaudita.* SVR.

GOREIRO.] Videtur esse *Corcyra*, de qua fuse Palmerius L. II. G. A. C. 10. WESS.

CASSIOPE.] Cassiopen, Epiri urbem, Strabo L. VII. p. 324. Brundisio stadiis CIↃIↃC C. semovet, vetatque ne quam ejus rationem habeamus. In Corcyræ Cassiopen recte satis conveniet distantia: Polybius enim apud eundem L. II. p. 105. Corcyram ab acra Japygia stadiis IↃCC. disjungit, a quo promontorio CC. ferme stadiis Hydrus distabat: Cicero præterea Tyroni suo L. XVI. Ep. 9. narrat, se unius noctis & diei navigatione Cassiope Hydruntum trajecisse; jam vero νυχθημέρῳ navigationem stadia CIↃ. æquasse, Ptolemaeus L. I. Geog. C. 9. docet. WESS.

HAE S.S.] Suprascriptas *duas insulas* Cassiopen & Goreiro *inter se* XX. stadiis *distare, videtur describi, qui stadiorum numerus in Regio deletus est.* SVR.

HAE S.S. DVAE.] Duas insulas Cassiopen & Corcyram facit; quod mirum prima fronte videtur: nihil tamen habebit difficultatis, si & promontoria insularum fuisse numero, & passim ita appellari, observetur. Itaque, si non fallit conjectura, ex Cicerone stadia CXX. erunt adscribenda. WESS.

INSVLA PIRIDIS.] Forte, *Thyrides insulæ, in mari, quod Achaiam & Cretam interluit*, in sinu Asinæo. SIML.

INSVLA PYRIDIS STAT.] *In Regio* Insulæ Piridis Stat. *& in reliquis* insula Piridis. SVR.

PYRIDIS.] MSS. *Insula Pyridis in mari*, sive *mare, quod Thraciam & Cretam interluit:* è quibus bene Simlerus *Thyrides insulas*, de quibus Plinius L. IV. C. 12. fecit; cetera mutari non oportuerat, utpote vicem tituli fungentia. *Stationis* vocem nostri manu exarati codices non norunt. WESS.

IN MARI QVOD THRACIAM.] *In Regio* In mare, quod Tracia: *& in Blandiniano* quod Trachiam &c. *& in Neapolitano* Tratia, *& infra* Pallenæ Thraciæ Insulæ *fit mentio. In Longolianis libris:* in mari, quod contra Chium, & Cretam interluit. *Mela Pomponius, in* Aegæo *mari, prope* Thraciam, Thason, Imbron, & Samothracem *constituit lib. II. cap. vii. Et mirum videri debet in commemoratione Insularum*, Chium *nobilem insulam esse prætermissam.* SVR.

ERITHRA DELESSA.] Aliqui pro his sup-

CARSA CHALCIS, LEMNOS, SIGEOS.
SAMOTHRACA, ANACOLE, CALIPPIA.
CAEA, ANDROS, HIOS, TENEDOS.

TE-

ponunt *Citheram* & *Eleusam* insulas Peloponeso vicinas. SIML.

INSVLAE ERITHRE] *In Regio* Insule Ritre, *& in Blandiniano*, Insula Erithra, *& in Neapolitano* Insula Cridira. SVR.

ERITHRA.] Ita distincte codices vetusti; quo nomine cum insula hoc mari desit, forte *Erythras*, Jonicam urbem, in peninsula positas apud Strabonem L. XIV. p. 644. intelligit: neque enim id citra usum est. Ita Phaselidem, longe projectam in altum, Herodianus insulam dixit apud Stephan. in φασηλὶς, quod peninsulæ formam haberet, ut pulchre L. Holsteinius advertit; qui cum alia exempla extremo suo Stephano adscripserit, sicuti è schedis, quas vir clarissimus & ad has literas juvandas natus J. P. D'Orville mecum communicavit, intellexi, ea, ne quid tanti viri intercidat, apponam: *Insulam pro peninsula plures dixere. Apollonius L. I. Argon.* 936. *peninsulam, in qua Cyzicus, insulam appellat. Constantino L. II. Them.* 6. *Peloponnesus est* νῆσος. *Catullus de Sirmione: Peninsularum Sirmio, insularumque ocelle; præterea Hyginus Fab. XV. Tauricam insulam vocat, quam frustra Ph. Cluverius L. III. I. A. C.* 4. *p.* 926. *in peninsulam mutat.* Hactenus Holsteinius. Adde J. Gronovium ad Arrianum L. I. C. 9. WESS.

DELESSA.] *Præferunt manuscripta sex exemplaria, & Longoliani libri.* SVR.

DELESSA.] Forte *Thallusa* est, quam *Tellusam* MSS. vocant, Plinii L. V. C. 32. aut ejusdem *Phellusa*. WESS.

CARSA.] Vel *Caresa*. SIML.

CARSA.] *Carsas* Surita vulgavit: nostri vulgatum malunt. An *Corseas* intelligit in Joniæ ora apud Plinium L. V. C. 31. & Strabonem L. XIV. p. 636.? WESS.

CHALCIS.] Sita prope Lesbum fuit Stephano teste; huc aut certe ad Chalcidem circa Athon refero Senecae Herc. Oet. ℣. 803.

Et vasta Chalcis sonuit: & voces Cyclas
Excepit omnis: hinc petræ Capharides;
Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.

gemitus, qui *sidera & pontum* feriisse dicitur, alterutram videtur requirere. WESS.

LEMNOS.] Duas habebat urbes: Galenus L. IX. Simpl. Medicam. p. 118. Ed. Basil. Ἐν γὰρ τῇ ὅλῃ νήσῳ τῇ Λήμνῳ κατὰ μὲν τὸ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς μέρος αὐτῆς Ἡφαιστιάς· Κατὰ δὲ τὸ πρὸς ταῖς δυσμαῖς ἡ Μυρίνα; quarum prior Ἡφαιστία Harpocrationi, Stephano atque aliis appellatur, Ptolemaeo cum Galeno faciente. Adde Herodotum L. VI. C. ult. WESS.

SIGEOS.] Alii *Sciathus*. SIML.

SIGAEOS.] *In exemplari Regio præfertur, & in reliquis* Sigeos. SVR.

SIGEOS.] *Sciathus* si è MSS. esset, satis hic foret opportuna, sed non potest manu exaratis libris *Sigeos* eripi: puto *Sigeon* olim fuisse, idque inter insulas recenseri, ut alia promontoria. Ecce tibi aliud exemplum ex Isidoro L. XIV. Orig. C. 6. *Abydos insula in Europa super Hellespontum posita, angusto & periculoso mari separata.* WESS.

ANACOLE.] *Præferunt eadem.* SVR.

ANACOLE.] Hanc legere non memini. *Anaphe* circa Theram, *Alopece* juxta Smyrnam ex Strabone & Plinio notæ sunt: huccine pertineant, unde resciscam? WESS.

CALIPPIA.] *Regium* Callape Acea. *Blandinianum*, Calippia Cæa. *Neapolitanum* Calippea, Cea *Plinio L.* 4. *Sect.* 20. ab Helene Ceos, quam nostri quidem dixere Ceam. SVR.

CALIPPIA.] Sic nostri: *Calippiam* Ephesi fontem Plinius laudat L. V. C. 29., sed is nihil juvat. An *Caliste*, quæ dein Thera, aut *Calydnæ*? WESS.

CAEA.] Insulæ hæ Cyclades dicuntur, quarum aliquæ postea nominantur. SIML.

CAEA.] Hoc offerunt membranæ, licet *Cea* præstet. Ovidius Epist. XX. 221.

Insula, Coryciis quondam celeberrima Nymphis,
Cingitur Aegæo, nomine Cea, mari.

ubi N. Heinsium vide. Κίαν Ptolemaeus appellat, Pintiano, Palmerio atque aliis invitis; Mela *Cianon* L. II. C. 7., quam Is. Vossius ad Scylacem p. 49. Ed. Gronov. *Ciam* esse jussit. At Pom-

TENOS, BOIA, BALESOS, ANDROS, ICOS. CALE, CHALCIA, SCYROS, ICARIA. INSVLAE STROPHADES, QVAE ANTE PLOTAE DICTAE SVNT, IN IONIO MARI, QVO GRAECIA ADLVITVR. IN

Pomponio ſubſcribit Philo in Flaccum p. 987. συμμειψάμενον τὴν Ἀττικὴν, inquit de Flacco in exilium abeunte, ἄχρι τῆς Σεριάδος ἄκρας, τὰς ἐξῆς λοιπὰς ἐπερρώσατο νήσους, τὴν Ἑλένην, τὴν Κίανον, τὴν Κύθνον, τὰς ἄλλας, ὅσαι κεῖνται συχνὰὶ ἐξῆς. plane enim τὴν Κίανον *Ceam* appellat; niſi ſi τὴν Κιάνων ſcripſiſſe Philonem volueris, & Κίαν Ptolemaei probaveris. WESS.

HIOS.] Schedæ veteres & editi *Hios*, pro quo *Los*, quam inſulam circa Theſſaliam Stephanus locat, in Suritæ editione. Puto *Chion* indicari, quæ ejusdem nominis urbe, ut pleræque Aegæi maris, celebris erat. Galenus L. IX. De Simp. Medic. Facult. p. 117. Ἀλλὰ ὅμην ὡς Σάμον, καὶ Χίον, καὶ Κῶ, Ἄνδρον τε καὶ Τῆνον, καὶ πάσας ὡς κεῖ Θ Αἰγαῖον, ἔτι καὶ Λῆμνον ὁμώνυμον ἔχειν πόλιν ὅλῃ τῇ νήσῳ μίαν. Atque hinc, credo, ortum eſt, ut Græcis πόλις & νῆσος ſæpe eandem rem notet. Primo videntur eas inſulas, quæ cognominem habebant urbem, πόλεως titulo ſignaſſe, quomodo Eupolis in Scholiis ad Ariſtoph. Aves ℣. 881. Χίον καλὴν πόλιν, & Thucydides L. VIII. C. 15. μεγίστην πόλιν appellat, & Herodotus *Samum* πολίων πασέων πρώτην L. III. C. 139., *Aeginam* Xenophon L. II. Hellen. p. 357., *Melum* Thucydides L. V. C. 112., *Cnidum* & *Coon* Herodotus L. I. C. 144. Dein & aliæ, quæ pluribus urbibus ſuperbiebant, eadem voce notatæ fuerunt. *Lemnon* Xenophon L. V. Hellen. p. 430., *Siciliam*, *Cyprum*, *Peloponneſum* Lyſias Orat. in Andocid. C. 3., *Cyprum* πόλιν μεγάλην Himerius apud Photium Cod. CCXLIII. p. 1168. vocat. Non male ergo Virgilius Aen. III. 79. de Delo.

——— *Egreſſi veneramur Apollinis urbem.*

ubi Servium vide & Harpocrationem in Κεῖοι, & Suidam in Κίος. Ceterum MSS. *Hios* etiam *Ion* dare poteſt, Homeri ſepulchro venerandam, de qua Plinius L. IV. C. 12. WESS.

TENOS.] *Plinius L. 4. Sect. 21.* Tenos, cum oppido, XV. M. P. porrecta, quam propter aquarum abundantiam, Ariſtoteles Hydruſſam adpellatam ait. SVR.

BOIA BALESEOS, ANDROSICOS.] *In Regio* Boia Valacſos Amdroſicos. *In Blandiniano*, Boia, Baleſos, Andros, Icos. SVR.

BOIA.] Inſulæ *Boæ*, in quam Jovinianus deportari jubetur, mentio eſt in Leg. 53. C. Theod. de Haeret.; ſed ea Dalmatico litori prætenta erat, ut ex Tabula ſcripta & Ammiano L. XXII. C. 3., qui *inſulam Dalmatiæ Boas* vocat, apparet. Plinio in Harduini editione *Bavo* L. III. C. 26.: pro quo *Bua* malim; habet enim optimæ notæ MS. Vaticanus, uti Lucius L. I. Reg. Dalmat. C. 2. admonuit, *Bubua*. In hoc mari ſimili cognomine nullam reperio. WESS.

BALESOS.] Neque hanc novi. *Haloneſos* ex Demoſthene & aliis non obſcura eſt: *Boliſſon* maritimam Aeoliæ urbem habet Stephanus: alterutram, qui volet, eligat. WESS.

ICOS.] Vel *Ios*. SIML.

ANDROS ICOS.] Ita diviſis vocabulis MSS. excerpta. Supra quidem *Andros* fuit memorata, quæ aut intempeſtive eſt repetita, aut, *Anhydros* eſſe debet, de qua Plinius L. IV. C. 31.; *Icos*, una Cycladum, ex Scylace, Livio, Strabone & Stephano nemini ignota eſt. Hyginus Fabulator C. 276. *Cyclades inſulæ ſunt novem, id eſt, Andros, Micos, Delos* &c.; ubi *Myconos* emendant; ego vero *Icos*. WESS.

CALE, CHALCIA, SCYROS, ICARIA.] Chalciæ Inſulæ *longè ab his ſitæ: Plinius L. 4. Sect. 23.* mari Cretico *tribuit*. *In Regio*, *pro* Scyros, Tynesros. *In Blandiniano* Styros, *& in Neapol.* Sciros. *Infra* Scyri *cum* Paro *inſula meminit*. SVR.

CALE.] An *Cœlæ* Plinii L. IV. C. 31.? WESS.

CHALCIA.] Χαλκίαν τὴν νῆσον τὴν Ῥοδίων Theophraſtus L. VIII. Hiſt. P. C. 3. Vide Thucydidem L. VIII. C. 41., & quæ viri docti notarunt. WESS.

SCYROS.] Regii codicis ſcriptura ad *Niſyrum* videtur ducere, quæ a Chalcia non multum aberat, ut Strabo L. X. p. 488. docet. WESS.

PLOTAE.] Alias *Plodæ*, ſed mendoſe. SIML

QVAE ANTE PLOTAE] *Idem à Pomponio, & Plinio L. 4. C. 12. proditur: & Straboni, ac Plinio duæ ſunt* Strophades, *atque item Stephano. Dionyſio Alexandrino* ℣. 465. Aeolides Plotæ

IN HIS HARPYIAE MORABANTVR.
INSVLAE CEPHALENIAE ZACYNTHOS, ET DVLICHIA.
HIC EST MONS ITHACVS, VBI EST PATRIA VLIXIS.
INSVLAE PARNASSI MONTIS DRYOPES.
INSVLA SAMOS IN MARI AEGEO.
IN HAC IVNO NATA EST.

IN-

nuncupantur, qua in versione Avieni carmen luxatum exstat. SVR.

PLOTAE.] Apollonius L II. Argon. 296.

—— Στροφάδας δὲ μετακλείουσ' ἄνθρωποι
Νήσους τοῖόγ' ἕκητι, πάρος Πλωτὰς καλέοντες·

—— *Strophades cognominarunt homines*
Insulas ejus rei caussa, quas ante Plotas dixerant.

Caussam nominis dabit Servius Aen. III. 209. WESS.

IN IONIO MARI.] *Virgilii carmine* Strophadas Graio nomine dictas insulas Ionio in magno, *notum est.* SVR.

INSVLAE CEPHALENIA] *In Regio* Cepalane: *& in Blandiniano*, Cephalaniæ, *& in Neapolitano*, Thephalaniæ. *supra jam* Cephaleniæ *mentio fit.* SVR.

CEPHALENIAE.] Sic MSS.; præstaret *Cephalenia*, nisi voluerit a præcipua reliquas cognominare, ut Dicæarchus,

Νῆσοι Κεφαλλήνων ἐν δ' αὐτῷ κείμεναι.

Aberat ab Ithaca M. P. XII., si Plinio fides est L. IV. C. 12.; nam Artemidorus apud Porphyrium Ant. Nymph. p. 114. Ed. Barnes. stadiis tantum XII. a Panormo Cephaleniæ separat; in quibus tamen numeris error inesse videtur. WESS.

ET DVLICHIA] *In Regio, & Neapolitano* Dulcia *& in Bland.* Dulicia: *cum ab Homero, Virgilio, Strabone, Pomponio, & Plin.* Dulichium *vocetur.* SVR.

DVLICHIA.] *Dulcia* nostri. Sed quid est *mons Ithacus*? Insulamne, scopulis obsitam, intelligit? De ea Artemidorus: Ἰθάκη σταδίων ὀγδοήκοντα πέντε, στενὴ δὲ, καὶ μετέωρος. nec multum abit Dicaearchus:

Ἰθάκη σταδίων δ' ὀγδοήκοντα, στενή.

Id dubium est, utrum de ambitu an insulæ longitudine intelligi LXXXV. sive LXXX. stadia voluerint. Strabo de circuitu accepit L. X. p. 455., quem Plinius L. IV. C. 12. XXV. M. P. metitur. Puto, quod & Palmerio L. IV. G. A. C. 23. placuit, de longitudine insulæ utrumque egisse: major enim amplitudo est. WESS.

PATRIA VLIXIS] *Præferunt manuscripti libri, quemadmodum in vetustissimis exemplaribus ferme semper legitur* Vlixes: sic, *ut Quinctilianus L. 1. C. 4. auctor est*, Ὀδυσσεὺς, quem Aeoles Οὐδυσσέα fecerint, ad Vlixem deductus. *Cicero* Ithacam, *non* Dulichium, *patriam Vlyssis appellat.* Ac nos, *inquit I. de Orat. C. 44.* quod maxime debet, patria nostra delectat, cujus rei tanta est vis, tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidum adfixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret. *Virgilius* altricem terram *nuncupavit Aeneid. 3. 271.*

Effugimus Ithacæ scopulos, & Laërtia regna,
Et terram altricem sævi exsecramur Ulyssis.

Et Cicero eandem terram, parentem & altricem patriam *dici perhibet oratione pro Flacco.* SVR.

INSVLAE P. M. DIOPES.] Alii *Triopes insulæ*, cujus habitatores quondam Parnassi montis accolæ fuerunt, Plin. L. IV. & Strabo L. VIII. SIML.

DRYOPES] *In Regio exemplari* Driopes, *& in Blandiniano* Dyopes, *& in Neapol.* Cliopes. *Longol.* Dropes. Parnasso *&* Heliconi *montibus* Crissæus *sinus expositus est: quæ tamen cognominentur Insulæ* Dryopes, *mihi incognitum est. Stephanus* Cythnum *insulam* Dryopim *vocatam perhibet.* SVR.

INSVLAE DRYOPES.] Si *Incolæ Parnassi montis Dryopes* legerentur, res aperta atque exposita esset; hunc enim montem Dryopes, prius-

INSVLA BOEOTIAE AVLIS.
IN HAC GRAECI ADVERSVM TROIANOS CONSPIRAVERVNT.
INSVLA PALLENE IN THRACIA.
IN HAC MINERVA NVTRITA EST.

IN-

priusquam in Peloponnesum concederent, incoluerunt. Vid. Strabonem L. VIII. p. 373. & Pausaniam Messen. C. 35. Serviumque Aen. IV. 146. Nam de *insulis Dryopibus* vereor, ut constitui quid possit. WESS.

SAMOS.] Lactantius L. I. Inst. Div. C. 17. *Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam; quod ibi Juno adoleverit, ibique etiam Jovi nupserit.* Adde Pausan. Achaic. C. 4. & Apuleii Florid. p. 350. WESS.

INSVLA BOEOTIAE AVLIS] *In Regio* Insule Bœtiæ Aulis. *In Blandiniano & reliquis* Insula Bœotiæ Aulis. *At ineptum videtur urbem* Bœotiæ *insulam facere, cum* stationem ad Aulidem *significet, quæ in continenti Bœotiæ sita est, ex adverso* Chalcidis, *urbis* Eubœæ *insulæ. Quare ita interpungendum arbitrarer, ne in hanc ineptiam incidatur:* In hac Juno nata est insula: *ut statim subdatur,* Bœotiæ Aulis: *&* stationem ad Aulidem *significet. Ptolemaeo enim* Bœotiæ Aulis *cognominatur,* Βοιωτίας Αὔλις. *At cum videam à Manilio lib. iv. ℣. 535. inter insulas,* Aulidem *connumerari, nihil, tametsi præposterum videatur, in hoc Itiner. auctore negligendum, aut contemnendum existimo. Manilii versus sunt:*

Pulsatur Cypros Aegyptia fluctibus omnis
Totque minora salo tamen emergentia ponto
Littora, & æquales Cycladas Delonque Rhodonque,
Aulidaque & Tenedon, vicinaque Corsica terris.

De conjuratione vero, Poetæ carmen notissimum est:

Non ego cum Danäis Trojanam exscindere gentem
Aulide juravi ——

Pompon. Mela C. 3. L. 2.: Aulis, *inquit,* Agamemnoniæ, Grajorumque classis in Trojam conjurantium statio. SVR.

AVLIS.] Eodem jure, quo Isidorus Abydum insulis accenset, *Aulidem* hic scriptor insulam facit: consentit Servius Aen. IV. 426. *Aulis insula est, vel portus, in Aegeo mari, in qua Græci conjurarunt.* WESS.

INSVLA PALLENE IN THRACIA.] Pallene Thraciæ *item oppidum, non* insula *Stephano, &* Cherrhonesus, *cujus angustias Gigantes incoluisse, &* Phlegræa *bella memorant. Plinio L. 4. C. 10.* Macedoniæ *juxta* Canastræum *promontorium, oppida* Pallene, Phlegra. Dianam *vero non* Minervam, Palleneam *cognominatam Plutarchus in* Arati *vita meminit.* SVR.

PALLENE.] Chersonesus erat, quam & alii insulam appellarunt. Philargyrius Georg. IV. 390. *Pallene insula secundum Thermodontem, dicta a Pallene, Sithonis filia;* qui tamen perperam nobis *Thermodontem* pro Thermæo sinu, cui Pallene vicina erat, obtrudit. Ex mox: *Pallene autem est Chersonesus in Thracia, cujus in faucibus Torona est oppidum:* ita lege: nam *Corone* alium situm obtinet. Nec dissidet auctor scholii ad Libanii Declam. XIX. tom. I. p. 505. Ποτίδαια ἡ Κασσάνδρεια. Παλλήνη ὅλη ἡ νῆσος. neque etiam Jo. Cameniata Excid. Thessalon. C. 37. κατήραμεν περὶ τὰ τέλη τῆς νήσου τῆς καλουμένης Παλλήνης. Plura de Pallene Dukerus in Thucyd. L. IV. C. 120. WESS.

IN HAC MINERVA] *Dianam Palleneam,* quod Surita opinabatur, Plutarchus in Arato non memorat, sed quæ Pellenæ in Achaia colebatur. Minervae Pallenidos est in Euripidis Heraclid. 849. mentio.

Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον
Δίας Ἀθάνας· ——

& ℣. 1031.

Δίας πάροιθε παρθένου Παλληνίδος.

Verum illa ex Pallene Atticæ pago cognomen traxit. Hesychius Παλληνίαν Minervam ἐν Χαλκίτῃ esse dictam scribit, quæ forte ad Chalcidem circa Pallenen cum L. Holsteinio ad Stephani Χαλκὶς referenda est. De incunabulis Minervae nihil, ut plerisque in fabulis, certi. Alal-

INSVLA CYPRVS SIVE PAPHOS, VENERI CONSECRATA, IN CARPATHIO MARI.
ITEM IN HELLESPONTO INSVLAE CYCLADES INTER AEGEVM ET MALIAEVM MARE CONSTITVTAE, CIRCVMDANTVR ETIAM PELAGO MYRTOO.
DELOS.

IN

comenis in Bœotiæ pago educatam ferebant, alii Alipheræ in Arcadia. Vid. Pausaniam Arcad. C. 27. & Bœotic. C. 33. Ovidium Metam. XV. 356. WESS.

INSVLA CYPRVS SIVE PAPHOS] *Pomponius de Cypro L.* 2. C. 7. Prope media, *inquit*, Cypros ad ortum occasumque se mittens, recto jugo inter Ciliciam, Syriasque porrigitur ingens, ut quæ aliquando nomen regni (*ita enim legendum pro* novem regna) ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ Salamis & Paphos. *Nam quod* Paphi *nomen insulæ tribuitur hoc Itinerario, Anselmi unius, quod sciam, auctoritate fulciri potest.* SVR.

INSVLA CYPRVS] Cum primum hæc versabam, *Cyprum & Paphum* a scriptore venisse putabam: imitatumque adeo eos scriptores, qui provinciam & præcipuam in ea urbem sæpe conjungunt. Xenophon Ephesius L. V. p. 66. ᾔει δὲ ἐπ' Αἴγυπτόν τε καὶ Αλεξάνδρειαν. *Proficiscebatur in Aegyptum & Alexandriam.* Ampelius C. 2. *Abest ab Aegypto & Alexandria M. P. IX.* Præcipue vero eos, qui *Cypro Paphum* apponunt: Euripides Bacchis ℣. 400.

Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον,
Νᾶσον τὰς Ἀφροδίτας,
Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι
Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
Καρπίζουσιν. ———

ubi omnino cum Meursio L. I. Cypri C. 30. Βωκάρου ποταμοῦ ex Hesychio legendum est. Alcman apud Eustathium in Iliad. B. p. 231. Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιῤῥύταν. Aeschylus apud eundem: Κύπρου Πάφου τε ἔχουσα πάντα κλῆρον. At re pressius examinata, hæc homini ne quidem in mentem venisse, solito ad serioris ætatis consuetudinem sua dirigere, animadverti: tum quippe Paphum pro insula habuere, ut Servius ad Georg. II. 64., & Isidorus L. XIV. Orig. C. 6. *Cyprus insula*, inquit, *a civitate Cypro, quæ in ea est, nomen accepit: ipsa est & PAPHOS, Veneri consecrata in Carpathio mari:* quæ ultima adeo his gemina germana sunt, ut, nisi Hispalensem præsulem hinc hortulos suos rigasse velis, indidem sumpta videri possent. Jam quod Melae verba, quæ Surita emendat, spectat, ea nulla egent medicina. Novem præcipua dignitate urbes insulam illuminabant; quæ cum suos sibi reges olim habuerint, ut Plinii, Strabonis, Diodori Siculi, quorum loca conduxit Meursius L. II. Cypri C. 7., auctoritate cognitissimum est, quid miremur *novem Cypri regna?* WESS.

VENERI CONSECRATA] *Pomponius L.* 2. *C.* 7. *de* Aria *insula*, Marti consecratam *perhibet. Ita enim in vetusto legitur exemplari, non* sacrata. SVR.

ET MALIAEVM MARE] *In Regio* Malleum, *& in Blandiniano* Mallieum, *& in Neapolitano* Maileum, *Stephano gentile nomen*, καὶ ἀπὸ τοῦ Μάλεια, Μαλειαῖος Ζεύς, *&* Μαλειᾶια ἄκρα. *Mela Pomponius L.* 2. *C.* 3. Maliacus, & Opuntius, grandes sinus. *Plinio item* Maliacus sinus ab incolis dictus. SVR.

ITEM IN HELLESPONTO.] Denuo hæc paria sunt Isidori verbis L. XIV. Orig. C. 6. ubi de Cycladibus: *In Hellesponto inter Aegeum & Maleum mare constitutæ circumdantur etiam pelago Myrtoo.* WESS.

EX LATONA NATI SVNT] *Homerus in Hymnis Apollinem in* Delo, *& Dianam in* Ortygia, *quæ eadem insula est, natam dicit: nec tamen desunt, qui diversam eam à Delo intelligi velint.* SVR.

ORTYX DICTA EST] *In Regio & Blandiniano* Ortyx, *& in Neapolitano* Ortygia: *& in Longolianis libris* Ortix, *&* Ortigia *corrigitur.* Ortygiam *dictam Plinius L.* 4. *C.* 12. *auctor est, non* Ortygem. *Alterius insulæ* Ortygiæ Syracusis *adjacentis Strabo meminit. Virgilius de ea iii.* ℣. 694. *Aneid.*

Sica-

IN HAC APOLLO ET DIANA EX LATONA NATI SVNT.
HAEC INSVLA ORTYX DICTA EST AB ASTERIA SORORE LATONAE, QVAE CVM VIM IOVIS FVGERET, IN COTVRNICEM CONVERSA, ILLVC DELATA EST.
MYCONOS A DELO DISTAT STADIA D.
ICASIA A MYCONO DISTAT STADIA CCC.
DIONYSA, EDENEDIA, SCYROS.
INSVLA PAROS.

IN

Sicanio prætenta ſinu jacet inſula contra
Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores
Ortygiam.

SVR.

ORTYGIA.] Nihil ab his diſſidet Tzetzes in Lycophron. ℣. 400.; nihil etiam Lactantius in Statii Thebaid. L. IV. 796. Vide, qui hanc fabulam excuſſit, Ill. Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Delum ℣. 37. WESS.

AB ASTERIA SORORE LATONAE] *In Callimachi Scholiis, non* Aſteriam, *ſed* Latonam *in coturnicem verſam perhibetur.* SVR.

MIGANOS.] Vel *Myconos.* SIML.

MYCONOS.] Plerique MSS. *Miganos:* alter tamen Cuſani *Miconos.* Inſula erat ſterilis, λυπρὰ Athenæo L. I. C. 7., præbuitque urbanioribus Græcis uberem bene atque acute dictorum ſegetem. Plinius L. IV. C. 12. XV. M. P. a Delo removet; ut in alterutro ſit peccatum: forte in utroque, quamquam gravius in noſtro: multo enim brevius noſtra ætate inter utramque intervallum Turnefortius Epiſt. VI. p. 106. obſervavit. WESS.

ICASIA.] Vel *Incaſia*, vel potius *Icaria*, ſeu *Icaros.* SIML.

ICASIA A MYCONO DISTAT.] *In manuſcriptis* Icaſia *legitur, & in Longolianis* Incaſia, *&* Icaſia *corrigitur. Stephanus* Nicaſiæ *parvæ Inſulæ prope* Naxum *meminit, & item Suidas; ut ego non verear* Nicaſiam *apponere, pro* Icaſia. SVR.

ICASIA.] Malim cum Simlero *Icaria*, quam Iſidorus L. XIV. Orig. C. 6. Myconum inter & Samum locat. Vid. Turnefortium Epiſt. IX. p. 153.

DIONYSIA.] Plinio Donyſia. SIML.

DIONYSA] *In Regio* Dioniſſa, *& in Blandiniano* Dyoniſa, *in vetuſtis Virgilii exemplaribus* Donyſam, *&* Donaſam, *& item in pervetuſto Taciti exemplari, quod Leonis x. tempore in lucem prodiit*, Donuſa Ann. 4. C. 30. SVR.

DIONYSA.] *Donyſa* verum inſulæ nomen eſt, quod κατὰ παραφθορὰν ex *Dionyſia* natum volunt, haud ſcio an perperam. Virgilius Ciri ℣. 475.

Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon,
Marmoreamque Paron, viridemque adlapſa
Donyſam.

WESS.

EDENEIDA.] Vel *Edenedia*, vel *Eudemia.* SIML.

EDENEDIA] *Præferunt vetuſta exemplaria: nomen mihi inauditum.* Odiæ *Inſulæ à Plinio fit mentio.* SVR.

EDENEIDA.] MSS. excerpta, *& Deneida:* unde, ſi parum adjuventur, *Rene, Dia* emergent; quarum *Rhene* Delo fuit proxima: *Diæ* vero plures, ut circa Melum & juxta Amorgum, de quibus Schol. Theocriti Idyl. II. 45. Poſſes & inde *Helenen* procudere, qua de Plinius. Si tamen Simleri *Eudemia* è MSS. foret, ceteris præſtaret ob Plinium, qui eam ante Thermaeum ſinum L. IV. C. 12. locat. WESS.

SCYROS.] Vel *Syros.* SIML.

SCYROS] *Præferunt manuſcripta exemplaria, & Longoliani libri, cum ſupra* Scyri *facta ſit mentio. Plinius L. 4. Sect.* 23. Syrnon *Inſulam ab* Andro LXXX. M. P. *conſtituit.* SVR.

SCYROS.] Si *Scyros* ſupra bene habeat, *Syros* a me præferetur. Servius Aen. III. 76. *Nam inter Myconum & Gyarum, Syrum, unam de Cycladibus eſſe dicunt; unde fuit Pherecydes philoſophus.* Ita lege, *Scyro*, quam editi habent, damnata: Pherecydes enim *Syrius* fuit, ut ex Diogene, Suida atque aliis conſtat. Contra peccatum eſt in Polyaeno L. III. C. 4. Φορμίων ἀποβὰς ἐς τὴν Χαλκιδέων καὶ ἁρπάσας οὐκ ὀλίγα τῶν ἐκ τῆς χώρας Σκύρῳ προσέσχε. male vulgo Κύρῳ. Refe-

ro

IN HAC LAPIS CANDIDISSIMVS NASCITVR, QVI DICITVR PARIVS.
NAXOS. IN HAC ARIADNE A THESEO RELICTA, A LIBERO PATRE ADAMATA EST.
PHOCAE, LEVCE, CYTHNOS, ASCAPHOS.

SE-

ro ad Syrum elegantem numum ex Theſ. Britan. tom. I. p. 254., qui Deorum Cabirorum capita, ſtellis inſignia, prorſus ac ſi a Dioſcuris nihil differrent, oſtentat, & ΚΥΡΙΩΝ cognomen: Cabiros enim in Aegæi maris inſulis præcipue fuiſſe cultos, & a Dioſcuris veteri honore pæne privatos egregie, ut omnia, Celeb. Tib. Hemſterhuſius ad Lucianum docuit. WESS.

INSVLA PAROS.] Quod de marmore additur notiſſimum & ſimile Iſidori verbis L. XIV. Orig. C. 6. Erant inſulæ, quæ recenſentur, vicinæ: Statius L. I. Achil. princ.

— *Et innumeræ mutabant Cyclades auræ,*
Jam Paros, Olearosque latent. Jam raditur alta
Lemnos, & a tergo decreſcit Bacchica Naxos,
Ante oculos creſcente Samo. Jam Delos opacat
Aequor. —

quibus in verſibus *Lemnos* non ſane ſuum locum occupat, Cycladibus immixta, a quibus remotior erat. Rectius Virgilius inſtituit Aen. III. 125. De Naxo, & Ariadne, in ea a Theſeo deſerta, Diodorus L. IV. p. 264. WESS.

FOCE.] Forte *Pholegandros.* SIML.

PHOCAE] *In Regio* Focœ, *& in Blandiniano & Neapolitano* Foce. *Plinio L. 4. Sect. 20.*, ante Sammonium promontorium, Phocæ. SVR.

LEVCE] *Plinio L. 4. C. 12. duplex* Leuce: Dextra Cretam habenti, contra Cidoniam Leuce, & contra Itanum promontorium Oniſa, Leuce. SVR.

CYNTHOS.] Rectius *Cythnos.* SIML.

CYTHNOS.] *In Regio* Leucocinthos, *& in Blandiniano* Leuce Cinthos, *& in Neapolitano* Leuci Chintos, *legendum* Cythnos. *Plinius L. 4. C. 12. juxta* Seriphum, Prepeſinthum, *&* Cythnon *ſtatuit, cujus Ptolemaeus, & Stephanus meminere. Suidas unam eſſe ex Cycladibus* Κύθνον. SVR.

CYTHNOS.] MSS. *Cinthos* & *Chinctos*; è quibus viri docti verum inſulæ nomen probe eruerunt: mons Deli *Cynthos* videtur librario fraudi fuiſſe. WESS.

ASCAPHOS.] *Hujus Inſulæ nomen non reperi.* SVR.

ASCAPHOS.] Vide utrum *Scapus* an *Aſtypalæa* ſit, quam utramque in Plinio L. IV. C. 12. invenies. WESS.

SERIPHOS.] Paſſim hæc inſula, ut ſaxoſa & aſpera, notatur. Τρηχεῖαν Σέριφον Hegeſippi Epigramma, quod ad Stephanum Holſteinius edidit, appellat, nuperque Turnefortius Epiſt. IV. p. 69. rupibus præruptis plenam vidit & deſcripſit: mirum itaque eſt Ovidio Metam. VII. 464. *planam* dici, magisque, a N. Heinſio defendi. Equidem, ſi *parvam* Conſtantii Fanenſis & Fabri ſpreveris, quoniam *plenam* MSS. quidam edunt, mallem:

Florentemque Cythnon, Scyron, Theramque, Seriphon,
Marmoreamque Paron. —

ut *Thera* intelligatur, Anaphes, de qua poëta ante, vicina. WESS.

SIPHNOS.] *In Regio* Siphnos, *& in Blandiniano* Siphonos, *atque in Neapolitano, & Longolianis libris. Plinius L. 4. Sect. 20.* Siphnum *cum* Seripho *etiam adjungit*, Inſulam circuitus XXVIII. M. P. antea Meropiam, & Acin cognominatam: & in ea Inſula lapidem eſſe, qui cavatur, tornaturque in vaſa, coquendis cibis utilia vel ad eſculentorum uſus, quod in Comenſi Italiæ lapide viridi accidere notum erat. *Ptolemaeus inter Cyclades* Siphnon *recenſet. Stephanus* Meropem, *non* Meropiam *cognominatam perhibet.* SVR.

CIMELOS.] *In Regio, & Neapolitano,* Cimelos, *& in Blandiniano* Cymelos. *Plinio L. 4. Sect. 24.* Cimolus, *quæ* Echinuſſa. SVR.

CIMOLVS.] Celeberrima ob ſui nominis glebam, de cujus in medicina uſu Dioſcorides L. V. C. 176.; Ovidius Metam. VII. 463.

— *Cretoſaque rura Cimoli.*

WESS.

COS.

SERIPHOS, SIPHNOS, CIMELOS, COOS.
OLEAROS, ANDROS, GYAROS.
SVPRASCRIPTAE INSVLAE, IN MARI VAGARI SOLITAE ERANT. HAS APOLLO CONLIGAVIT, ET STABILES FECIT.

EXPLICIT.

COS.] *In manuſcriptis* Coos, *cum monoſyllabum ſit. Auſonius:*

Aſperſit cautes, & dira aconita creat Cos.

SVR.

COOS.] Sic omnes, quod prorſus damnabile non eſſe, ex Stephano, & quem ibi teſtem excitavit Holſteinius, Euſtathio liquebit. WESS.

ANDROS GYAROS.] *Cum ſupra* Andron, *nobiliſſimam Inſulam recenſuerit, fortè hoc loco* Letandros *legendum, quam Plinius L. 4. Sect. 23. cum* Gyaro *Inſula itidem adjungit*, Odia, Letandros, Gyaros: *tametſi in vetuſtis exemplaribus legitur* Odia, Olentrandos, Gyara. SVR.

ANDROS GYAROS.] Vicinæ erant, & Romanorum ſub Impp. exiliis celebres; pejor tamen Gyarus, quam λυπροδότην τῆ ἐν Αἰγαίῳ Philo in Flaccum p. 987. appellat. Adde Arriani L. III. Diſp. Epicteti C. 24. WESS.

APOLLO CONLIGAVIT.] *Ad poëtæ carmen de* Delo *reſpexit lib. iii. Aeneid. ℣. 76.*

——— Oras & littora circum
Errantem Mycone celſa, Gyaroque revinxit:
Immotamque coli dedit & contemnere ventos.

SVR.

APOLLO COLLIGAVIT.] Inſtar omnium ad hæc firmanda vetus epigramma, ſive Petronii, ſeu alius, erit:

Delos jam ſtabili revincta terra
Olim purpureo mari natabat,
Et moto levis hinc & inde vento,
Ibat fluctibus inquieta ſummis.
Mox illam geminis Deus catenis,
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Conſtanti Myconæ dedit tenendam.

Plura, ſi cupias, Ill. Spanhemius in Callimachi Hym. in Del. ℣. 11. 273. dabit. WESS.

EXPLICIT.] *In vetuſtiſſimo exemplari hæc, pro Coronide, finis eſt: quæ à vetuſtis Grammaticis adjici ſolebat, qua libri finiebantur: & in eum locum* Explicit *adjici videmus: qua de re* D. Hieronymus *ad Marcellum de Diapſalmate, quid* Explicit *ſignificet docens, à vetuſtis uſurpatum commemorat.*

In vetuſtis hujus Itinerarii *exemplaribus Fragmenti illius, quod libris à Godofredo Torino ex* Longoliano *exemplari editis, Anno M. D. xii. in fine adjicitur, veſtigia nulla adparuerunt: & multo tamen antea à Johanne Annio Viterbienſi non editum modo, ſed fictitio, & fabuloſo Commentario decoratum fuerat.* SVR.

ITINERARII ANTONINI PII FRAGMENTA.

DIVUS AUGUSTUS, QUAMVIS TOTUM ORBEM RECTE DIVISERIT, UBI AIT: ORBIS TOTUS DIVIDITUR IN PARTES TRIS, EUROPAM, AFRICAM ET ASIAM, QUAE FERE EST DUPLA AD QUAMLIBET DUARUM: IN DESCRIPTIONE TAMEN LOCORUM ORBIS MULTA LOCA, MEMORATU DIGNA, SILUIT; QUAEVE IN PRAECIPUIS ITINERIBUS OPPIDA ET URBES OCCURRANT, QUAE MAXIME TUM MILITIBUS, TUM PEREGRINANTIBUS, TUM HISTORICIS NON PARUM PROFICIUNT, NEGLEXIT: EA NOS NUNC ORDINE PERCURRERE INSTITUIMUS.

AB URBE IN GALLIAS ITUR ITINERIBUS SEX, MARITIMO, LITOREO, AURELIANO, CASSIANO, TIBERINO, FLAMINIO.

I. *MA-*

ITINERARII ANTONINI.] Non fuit consilium hæc fragmenta, quæ Jo. Annius Viterbiensis Comment. p. 539. Edit. Ant. ex collectaneis magistri Guilielmi se accepisse scribit, prætermittere; partim ne ex eorum absentia calumniandi nasceretur occasio; partim etiam, quod viri docti illis subinde pro genuinis utantur. Sunt autem duo fragmenta, quorum alterum ex procœmio, alterum ex Itinerario depromptum est, ut Annius, qui rem optimè scivit, auctor perhibet.

MARITIMVM TENET.] *Maritimum*, ad quod Ph. Cluverius L. I. A. C. 10. adhærebat, appellat, Annio interprete, quod navi conficitur; *litoreum* quod terrestri itinere per maritimas urbes instituitur: quæ tamen distinctio inepta est, & Annio digna.

PHALISCAS.] Natæ hæ *Phaliscæ* ex *Falesia*, de qua p. 501. & recentiore atque etiamnum usitato nomine *Phalesce*. *Caput* autem *Etruriæ* admodum ridiculum est, ex *Capo di Troja* sive promontorio effictum, meritissimoque a Ph. Cluverio L. II. I. A. C. 2. p. 476. in ultimam barbariem relegatum.

ERYCIS.] Hunc portum eundem ac Lunæ Annius in Comment. p. 543. esse ait. Sumptus est ex Latina Ptolemaei versione. Vid. Ph. Cluverium L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 457.

ENTELLIA.] *Entellam* fluvium Ptolemaeus habet, ex quo Annius oppidum condidit, de cujus originatione mirifica profert Comment. p. 543.

INTER PORSENAM.] Leander Albertus in Ligur. p. 30. *inter Porciferam & Feritorem* emendat. Credo alterum scripsisse Annium, *Porciferam* in Comment. memorantem: uterque est ex Plinio L. III. C. 5. sumptus: Pheritonem tamen sibi eripi non patitur, quem eundem ac Phaëthontem esse ac colonias huc deduxisse in fragmentis Orig. Catonis p. 516. nugatur.

MONACHVM.] Hoc verum portus Herculis Monœci cognomen, deceptus suæ & præcedentis ætatis scribendi more, esse asseverat, prætereaque, quod ineptias omnes superat, vocabulum originis esse Aegyptiæ Comment. in Catonis Orig. p. 520.

TRANSITVM IN GALLIAS CARIARAM.] Ph. Cluverius *Carrariam* legebat L. I. Ital. Ant. C. 10. Sed intercedit Annius Comment. p. 546. *Cariara*, inquiens, *nomen est Etruscum, a Car & Jara, quæ duo urbem & lunam significant, teste Divo Hieronymo de interpretationibus nominum. Hinc Cariaram urbem Lunæ & regionem Lunæ significat: Et vulgus corrupte Carrariam pronuntiat.* Mirum vero est, urbem adeo antiquam, nec Catoni, si Annio credimus, ignotam, ab aliis omnibus fuisse præteritam.

AVRELIANVM QVOD ET.] Prorsus imperite *via Aurelia* & *Claudia*, quas diversissimas fuisse nemo ignorat, in unam conflantur. Vid. Ph. Cluverium L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 525. Et quænam ea *Aurelia*, per quam fertur, Annius docere nos noluit in Comment. p. 547.

THERMAS STYGIANAS.] Has ex *Stilianis*, ut vulgus nunc vocat, olim enim *Apollinares* erant, effinxit. Vid. Ph. Cluverium L. II. Ital. Ant C. 2. p. 493. Addit Annius eas *Cajas* Straboni & Tibullo fuisse dictas, quas tamen ridi-

I. *MARITIMUM TENET* FREGENAS, CASTRUM NOVUM, CELLAS, HERCULEM, THELAMONEM, CAPUT ETRURIAE, *PHALISCAS*, TRAJANUM, POPULONIUM, VADA, LIGURNUM, *ERYCIS*, *ENTELLIAM*, DELPHINUM, GENUAM *INTER PORSENAM* ET PHERITONEM, *MONACHUM*, NICEAM.

II. LITOREUM CONTINET ALSIUM, CAERE, PYRGANUM, FORUM CELLAE, GRAVISCAS, COSAS, VOLATERRAS, PISAM, LUNAM ET IPSUM *TRANSITUM IN GALLIAS CARIARAM*.

III. *AURELIANUM QUOD ET* CLAUDIANUM FERTUR PER IPSAM AURELIAM, *THERMAS STYGIANAS*, *FORUM NOVEM PAGORUM* CLAUDII, TARQUINIAS, *SATURNIAM*, VOLCEN, TUNNIATEM MONTEM, ROSELLAS, ROSETUM, *TURSENAM*, ET *TRANSITUM APUAM*.

IV. CASSIANO ITINERE ITUR PER POLITORUM, *ARCENUM*, MINIONEM, FORUM CASSII, *ARUNTES CAMILLARIOS*, *TUDERNUM*,

ridiculi quidam præ ingenii ſtupore fecerint *Bajas*; quæ cum nuper admodum Franciſcus Marianus, Annii popularis, in Caſtigation. de Etruria repetenda duxerit, videamus quid rei ſit. Strabonis verba L. V. p. 227. ſunt: πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία καὶ τὴν Τυῤῥηνίαν τῷ πλησίον εἶναι τῆς Ῥώμης. οὐχ ἧττον δ' εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαΐαις, ἃ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα. Vertit Xylander: *Abundat etiam calidarum fontibus aquarum vicina Romæ Etruria, cujus Thermæ non minus quam famoſiſſimæ illæ omnium maxime Baiæ frequentantur*; quæ Strabonis ſententiam haud male exprimunt, licet ejus verba non bene ſint diſtincta, ut Caſaubonus jam monuit. Lege vero ut Annius & ejus ſectator Marianus juſſerunt, τῶν ἐν Καΐαις, & Strabonem magis ridiculum feceris, quam Annius cum omnibus ſuis nugis unquam fuit: quorſum enim o bone! referes οὐχ ἧττον εὐανδρεῖ τῶν ἐν Καΐαις; ubi locorum ſunt *Cajæ*, quibuſcum Thermæ Etruſcæ comparantur? Sin, ut oportet, *Bajas* retinueris, ſalva omnia erunt. Tamen *Cajæ* illæ Annio ita gratæ acceptæque fuerunt, ut Tibullus, vel invitus, earum meminiſſe debuerit L. III. 5, 1.

Vos tenet, Etruſcis natat quæ fontibus unda,
Unda ſub æſtivum non adeunda Canem.
Nunc autem ſacris Bajarum maxima lymphis,
Quum ſe purpureo vere remittit hiems.

Cajarum maxima legit: cur tandem? quia ita placet; neque enim in Strabone aut aliis ullum illis præſidium eſt. Vide quæ Scaliger & Broukhuſius de *Bajarum maxima* notarunt, & Annii *Cajis* nihil indigebis.

FORVM NOVEM PAGORVM.] Ficta hæc ſunt ad Plinii L. III. C. 5. *Novem pagi, præfectura Claudia Foroclodii:* inde Annius *Forum novem pagorum Claudii* exſtruxit.

SATVRNIA.] De hac & ceteris quid Ph. Cluverius monuerit vide L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 513.

TVRSENAM.] Idem Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 10. *Curſenam* malebat. At negat Annius, *Turſenam* retinens, ut a *Turſibus*, Etruriæ, ut ait, antiquiſſimis incolis, repetere poſſit Comment. 548.

TRANSITVM APVAM.] Diſtinctius explicat in fragmentis Orig. Catonis p. 520. *Apua in tranſitu Apennini ad fontes Macræ, unde Apuani Ligures ab Arno ad Macram.* Hauſit hos *Apuanos* ex Livio L. XL. C. 41., *Apuam* autem ipſe exſtruxit, ne Apuanis urbs deeſſet.

ARCENVM.] Hanc mutuatus eſt a Livio & corrupit: is enim *Artenam* L. IV. C. 61. vocat, & jam dudum ante ſuam ætatem deletam eſſe ſcribit. Annius tamen *Arcenum* retinet, & primo *Barcenum*, deinde *Bracianum*, quo nomine nunc eſt, formatum adfirmat. Vid. Cluverium L. II. Ital. Ant. C. 2. p. 522.

ARVNTES CAMILLARIOS.] Habet eosdem & magni facit Franc. Marianus. Vide vero unde nati ſint. Plinius L. III. C. 5. *Arretinos veteres*, quos Hermolaus ex inſcripto lapide egregie adfirmavit, memorat: ex illis Annius Comment. in Catonis Origin. p. 526. *Aruntinos* facit, *quos Virgilius a commentariis Thuſcorum & Secretarios & Referendarios annalium antiquorum vocet* Aen. VII. 205.

NUM, *VERENTANUM*, *UMBRONEM MONTEM*, SENAM COLONIAM, *PHOCENSES*, LUCAM ET *CAFERONIANUM* TRANSITUM IN GALLIAS.

V. *TIBERINUM* QUOD ET CIMINUM FERTUR GALLERA, LARTHENIANO SIVE VEJENTE, ROSULO, SUTRIO, *LACU ELBII*, ET JUGIS CIMINIIS, *FANO VULTURNAE*, CUJUS CLARIS GESTIS *INVIDIT LIVIUS*. *SALEUMBRONE*, VOLTURNA, LARTHE AMNI,

Atque equidem memini, fama eſt obſcurior annis,
Aruntes ita ferre ſenes, his ortus in agris
Dardanus Idaas Phrygiæ penetrarit ad urbes.

Sic legit, *Auruncis*, qui Dionyſii Halicarnaſſei, Plinii atque aliorum teſtimoniis ſatis ſecuri videbantur, expulſis. Jam Camillus Mercurium notat, *Secretarium*, ut ait, *Deorum. Quare Camillarii ſenes Aruntes erant Secretarii & Cancellarii Lucumonum.* Egregie profecto!

TVDERNVM.] In Ptolemaeo eſt Σάδερνον, quod Annius correxit ex Plinio L. XIV. C. 3., nec male. Nunc *Madernum* eſſe ait Quæſt. Annian. XXX.; cujus ſententiæ conſortes habet Leandrum & Holſteinium in Ital. Ant. Cluverii p. 41.

VERENTANVM.] Plinius L. III. C. 5. *Verentanos* habet, è quibus oppidum *Verentanum* fecit, quod omnino *Verentum* fuiſſe videtur. De eo Ph. Cluverius L. II. Ital. A. C. 2. p. 516.

VMBRONEM.] Hujus nominis fluvium novimus. Annius montem, ad cujus radices fluvius erumpit, eodem cognomine eſſe juſſit. Vide Leandrum Albertum in Thuſcia p. 85., qui hominem erroris arguit.

PHOCENSES.] Hos unde crearit, docet ad Caton. Origin. p. 530.

CAFERONIANVM.] Ex *Carſaniana* apud fontem Auſeris formavit, ſed ſolitis ſuis artibus. *Caferonianum* ait eſſe Comment. p. 549. *poſterius Feronianum*; *dictum a luco Feroniæ*. Adde Leandrum, qui Annio accedit, Thuſciæ p. 56.

TIBERINVM QVOD ET.] Recte negat Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 3. p. 565. ſe videre poſſe, cur hoc iter magis *Tiberinum*, quam, quod continuo ſubjicitur, *Flaminium*, inter Tiberim amnem & iſtud *Tiberinum* in Vmbriam verſus ductum, appellari debeat. Sit tamen *Ciminum*, quia per Ciminum ferebat montem; nonne *Roſulum*, *Sutrium*, *lacus Elbii*, *Volſinium* & *Cluſium vetus* una cum *Foro Caſſii* in *Caſſia* fuere *via?* Vide ibidem plura.

GALERA.] Hæc in Claudia via erat. Vide vero quam lepidus ſit, cum vocem a *Gallis* i. e. inundatis, unde & ratem, quæ undas ſecet, *Galeram* & *Galeam* eſſe appellatam, repetit Comment. p. 551. Prorſus ignoravit bonus Annius, *Galeram* eſſe recentiſſimæ originis, & in ejus ſede olim *Carcias*, de quibus ad Antoninum p. 300., fuiſſe.

LARTHENIANO.] Ex *Marteniano*, quod nunc durat, id formavit; Cauſſam vide in Comment. ad Caton. Orig. p. 523. & in Leandri Thuſcia p. 123.

LACV ELBII.] *Ciminus* eſt. Tetigit hæc fragmenti verba eruditus auctor Diſſert. Chorogr. Ital. p. CCXI.

FANO VOLTVRNAE.] *Voltumnæ* Livius appellare ſolet; Adi Ph. Cluverium L. II. Ital. Ant. C. 3. p. 563., ubi hæc Anniana, ut merentur, explodit.

LIVIVS INVIDIT.] Quæ *clara geſta* intellexerit Annius, divinari non poſſe Ph. Cluverius ait: inſpexiſſet nugatoris Comment. p. 552., & advertiſſet, dolere atque indignari hominem, a Livio nullam in Romuli rebus mentionem eſſe factam Caelii Thuſci, Larthis hujus fani & Galeriti Lucumonis, qui Romulo auxilio occurrerint, & res Romanas ſtabiliverint: præterea ab eodem adfirmari, Lucerum nomen incertæ eſſe originis, quod Fabius Pictor & Varro ex Etruria derivent. Ea vero omnia præ livore & animi malignitate, ut Tuſcorum gloriam obfuſcaret, ab optimo ſcriptore eſſe neglecta. Recte proinde ut negligentem & verboſum a Cajo Caeſare fuiſſe taxatum; quæ ſibi habeat ſervetque ſepulchro: nam ut confutentur digna non ſunt.

SALEVMBRONE.] Finxit hanc urbem ex *Salebrone*, de quo ad Antoninum p. 292., Annius

AMNI, VOLSINIIS, *CLUSIO VETERI*, OLIM COMERSOLO, CLUSIO NOVO, A QUO DICTUS *CLUSENTINUS* TRANSITUS ANNIBALIS ET FESULAE TRANSITUS.

VI. FLAMINIUM HABET CASTRUM NOVUM, *OCREAM* ET OCRICULUM, *NARNIAM*, *OLIM* NEQUINAM, TUDER, HISPELLUM. *AUT A CASTRO NOVO* SPOLETUM, *CAMERINUM*, URBINUM, PISAURUM, ARIMINUM.

nius, deque ejus originatione & ſitu omnium abſurdorum ineptias exſuperat in Antiq. & Reb. Eruſc. p. 327.

CLVSIO VETERI.] Harduinus Emendat. XXXVI. ad Plinianum L. III. his verbis uſus eſt, ut Holſteinium notaret, qui *Cluſinos veteres* & *Cluſinos novos* non re & loco, ſed nomine ſolum invicem diſcrepare in Cluverii Ital. Ant. p. 75. ſcripſerat; parum ſane animadvertens, Anniana hæc ex Plinio eſſe ſumpta, & nihili habenda: tamen in partes traxit Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 9. p. 723. Pergit Harduinus atque ex hoc loco Livium emendat L. X. C. 25. *Vere inde primo, relicta ſecunda legione ad Cluſium, quod Camars olim appellabatur; & Camarſolum* legit, adſtipulante Diſſert. Chorogr. Ital. p. ccx. auctore. Obſervaſſent viri egregii ex Annii incude hæc prodiiſſe, & cautius navigaſſent: neque enim aliter Annius in Livio legit, deceptus, ut Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. C. 3. p. 565. dudum vidit, prava Liviani codicis ſcriptura. Quo tamen novi aliquid proferret, ducem quendam *Comerſolem*, unde urbi nomen venerit, ementitus eſt in Caton. Origin. p. 529. Mirandum vero eſt, *Camarſolum* probare Harduinum potuiſſe, cum *Camertes*, qui Cluſini, Polybius L. II. C. 19. memoret.

CLVSENTINVS.] A *Cluſio* more ſolito atque ineptiſſimo *Cluſentinum* format, occaſione arrepta ex *Caſentinis* ad Tiberis fontes, ut Leander monet Thuſciæ p. 61.

OCREAM.] *Ocrem* antiquos montem confragoſum appellaſſe ex Feſto novimus, atque inde *Interocrea*. Urbem *Ocream* Annius condidit, quam juxta *Ocriculum* ſitam fuiſſe, ubi & ruinæ durent & gemmæ eruantur, admonet. Nimirum ex *Civita Docria*, ut nunc vocant, *Ocream* fecit, & ab *Ocriculo* imperite diſtinxit: cum tamen Oriculum olim fuerit, ubi *Ocria* ſive *Docria*, non in colle, qui *Otricoli* oppidum noſtro tempore oſtendit, ut viri præſtantes Ph. Cluverius & L. Holſteinius oſtenderunt. Vide hunc in Ital. Cluverii Ant. p. 101.

NARNIA.] Sumpſit a Plinio L. III. C. 5. *Narnienſes, quod oppidum Nequinum antea vocatum eſt*; genere tamen vocabuli mutato.

AVT A CASTRO NOVO.] Utitur his Conradus Janingius, doctus Jeſuita, ut vincat, plures fuiſſe *Flaminias vias*, quarum una olim ſola hoc fuerit cognomine, binæ autem reliquæ dextra ſiniſtraque ex illa fuerint ductæ Tractatu Præliminari ad tom. I. Julii p. 7.

CAMERINVM.] Hanc urbem a *Cameſe* duce, ut Spoletium a *Polo* conditore, aut *Spolo* ave, cujus auſpicio fuerit fundata, Comment. p. 553. nomen traxiſſe adfirmat. Vide Ph. Cluver. L. II. Ital. Ant. C. 6.; nam, ut aut plura addamus, aut his refellendis immoremur, nihil utique neceſſe fuerit.

FINIS.

ITINERARIUM
A BURDIGALA
HIERUSALEM
USQUE, & ab Heraclea per Aulonam, & per urbem Romam, Mediolanum usque.

ANTE ANNOS MILLE ET TRECENTOS simplici sermone scriptum, ex antiquissimo P. Pithoei exemplari editum

cum

P. WESSELINGII
ANIMADVERSIONIBUS.

PETRI WESSELINGII

DE ITINERARIO ET PEREGRINATIONE HIEROSOLYMITANA

DISSERTATIO.

Hieroſolymitanum, ſeu Burdigalenſe malueris, Itinerarium in plerisque omnibus Antoniniano adeo ſimile eſt, ut ſine injuria ex ejus comitatu abeſſe non poſſit: profecturum per easdem provincias, ſignatis iisdem manſionibus & paſſuum millibus, quibus Antoninianum diſtinctum eſt, circumducit, pluraque paſſim adſpergit, quæ & ſcire refert, & vix alibi reperias. Itaque id recentare & notis inſtruere placuit. Prius vero quam ad ea accingor, de Itinerario ipſo & ejus ſcribendi cauſſis pauca præfabor. Scriptum videtur ab homine Aquitano, quod itineris ſui initium Burdigalam fecerit, & ſacris Chriſtianis imbuto, circa poſtremos Imperii M. Conſtantini annos: id tempus Conſulatus Dalmatii & Zenophili, quo ſe Conſtantinopoli Chalcedonem tramiſiſſe profitetur, ſatis manifeſtat: nam *Hannibalianus*, quem P. Pithoeus ſcriptoris ætati firmandæ advocavit, Hannibal dux Carthaginienſium eſt, & aliorſum pertinet. Digeſtum hoc fuiſſe conſilio arbitrer, ut Hieroſolyma cogitantibus fax præferretur, & via monſtraretur; ad quam rem & multo accommodatiſſimum eſt: hoc enim duce cuivis in promptu erat ſuſceptum iter abſolvere. Ea quidem tempeſtate membranas, quæ depictum orbem oſtendebant, frequens uſus terebat, nec ita tamen ad itinera conficienda aptæ cenſebantur; anguſtia earum manſiones obſcurioresque mutationes, quas noſſe peregre abituri intererat, excludebat; neque indidem millia paſſuum, quæ urbes manſionesque ſeparant, & cognita ad iter ſine moleſtia decurrendum juvant, tam facili opera ſumi poterant. Quæ mihi ſane cauſſa viſa eſt, quamobrem in illis ſtadiisque admetiendis veteres ſæpe numero accuratiſſimi fuerint. Sit ad hanc rem nobis exemplo Galenus, qui terræ Lemniæ cauſſa in eandem nominis inſulam profectus &

priore itinere a recto tramite deflectens, ne aliis idem usu veniret, solicite & cum cura, Philippis è Macedonia ad mare, quod CXX. stadiis aberat, hinc in Thasum, a continente stadiis ferme CC. remotam, atque inde in Lemnum, hinc stadiis IOCC. totidemque Alexandria Troade distantem, trajiciendum esse, adscripsit L. IX. Simpl. Medicam. Facult. p. 117. Ed. Basil. Ὡς γὰρ, inquit, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἀφορμὴν εἰς τὴν Μακεδονίαν, καὶ σχεδὸν ὅλην αὐτὴν ὁδοιπορήσας ἐν Φιλίπποις ἐγενόμην, ἥπερ ἐστὶν ὅμορος τῇ θρᾴκῃ πόλις, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν πλησίον θάλατταν εἴκοσιν ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπέχουσαν στάδια κατελθὼν, ἔπλευσα πρότερον μὲν εἰς θάσον ἐγγύς που ἀφεστηκυίας σταδίους. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Λῆμνον ἑπτακοσίους, εἶτ' αὖθις ἀπὸ Λήμνου τοὺς ἴσους ἑπτακοσίους εἰς Ἀλεξάνδρειαν Τρωάδα. καὶ ἀφ' τούτου ἐξεπίτηδες ἔγραψα πρὸς σὲ πλοῦ καὶ τῶν σταδίων, ὅπως εἴτις ἐθέλῃ θεάσασθαι καὶ αὐτὸς τὴν Ἡφαιστιάδα, ἀφαγινώσκων τὴν θέσιν αὐτῆς, ἵνα προσκευάζοιτο πρὸς τὸν πλοῦν. Qua utique opera supersedere Galenus potuisset, si commodissime è scriptis tabulis ea sumi potuissent. Parili ex caussa ortum arbitrer, ut, si qui in provinciam, quam viderant nunquam, iter molirentur, amicos harum rerum peritos, ut sibi loca, urbes atque insulas enotarent, & quoddam quasi Itinerarium, quo uti possent, peterent. Ea, puto, Crinagorae mens fuit, cum profectioni in Italiam intentus Menippum, celeberrimæ famæ Geographum, Ἴτορα κύκλου, sive indicem insularum atque urbium, quarum ora legenda erat, in eleganti epigrammate, quod Salmasius in Solinum p. 597. & L. Holsteinius ad Stephani Σχερίαν publicarunt, rogat:

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἰταλίην ἐντύνεται, ἐς γὰρ ἑταίρους
Στέλλομαι, οὓς ἤδη δηρὸν ἄπειμι χρόνον·
Διφῶ δ' ἡγητῆρα περίπλοον, ὅς μ' ἐπὶ νήσους
Κυκλάδας, ἐσχαίην τ' ἄξῃ ἐπὶ Σχερίην.
Σὺν τί μοι ἀλλὰ Μένιππε, λάβευ φίλος, Ἴτορα κύκλου
Γράψας, ὡς πάσης ἴδρι γεωγραφίης.

Quod iisdem numeris facile hoc modo adstrinxeris:

Currere in Italiam, veteresque invisere amicos,
A quibus ah! longum cogor abesse, libet:
Quæro ducem, prudens qui me maria omnia circum
Cycladas, antiquam ducat & ad Scheriam;

Care

Care Menippe juva, tabulis positusque locorum
Inscribe, o totam docte Geographiam.

Tanto vero opportunior Aquitani hujus scriptoris opera videri potuit, quanto acrior circa ejus aetatem plerosque Hierosolymorum visendorum cupido incessit. Atque hic sæpe mihi, quid potissimum Christianos in illud iter conjecerit, quod nusquam sacræ literæ aut congenita nobis ratio praecipiunt, mirari subiit: hæc utique Deum ubique se benivolum castis adoratoribus praebere, nec loci mutatione ad eum propius accedi posse, singulos admonet; illa προσεύχεσθαι ἐν παντὶ τόπῳ I. Timoth. II. 8., nulla usquam Hierosolymorum aut Syriae Palestinae praeter ceteras habita ratione. Jam cum varia itinerum incommoda, & expositam morum per voluptaria Asiae loca corrumpendorum occasionem consîdero, mirandi causſæ invalescunt. Omnia illic stuprorum & flagitiorum in diversoriis & mansionibus erant referta; nec facile quis, nisi egregie firmus contra has pestes, incontaminatus abibat. Nyssenus Gregorius, cui propius hæc explorare licuit, in Epistola, qua ituris Hierosolymam profectionem dissuadet, pericula egregie exponit: Τῶν ἢ κτ' τὰς ἀνατολικὰς τόπους παν-δοχείων καὶ καταλυμάτων καὶ πόλεων τὴν ἄδειαν καὶ ὡς τὸ κακὸν τὴν ἀλλο-φορίαν ἐχόντων, πῶς ἔστι δυνατὸν τὴν ἁλὶ καπνῷ παρίοντα μὴ δεσμυχθῆναι τὰς ὄψεις; ὅπου μολύνεται μὲν ἀκοὴ, μολύνεται ἢ ὀφθαλμὸς, μολύνεται ἡ καρ-δία, δι' ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς δεχομένη τὰ ἄτοπα. πῶς ἔστι δυνατὸν ἀπαθῶς παρελθεῖν τοὺς ἐμπαθεῖς τόπους; *Quum per Orientis*, inquit, *regiones stabula & diversoria & urbes omnem licentiam & promiscuam mali libertatem habeant; qua fieri ratione potest, ut transeunti per fumum oculi ejus acrimonia non mordeantur? ubi polluitur auditus, polluitur oculus, polluitur animus per oculos atque aures fœda admittens. Fierine potest, ut loca infecta transeas, nec afficiare tamen?* Ad hoc, Hierosolyma ipsa nihil sanctum habebant, latronum, adulterorum, homicidarum sentina: rari ibi boni, mali & alios circumvenientes quam plurimi. Quid sancti ergo indidem reportarent, quorumve exemplo ad pietatem accenderentur? Videbor fortasse multis rem nimis adaugere & de Hierosolymitanis fidem excedentia prodere. Iterum igitur Gregorius loquatur. Νῦν μέν τοι οὐκ ἔστιν ἀκαθαρσίας εἶδος, ὃ μὴ τολμᾶται παρ' αὐτοῖς. καὶ πονηρίαι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ κλοπαὶ,

καὶ εἰδωλολατρεῖαι καὶ φαρμακεῖαι, καὶ φθόνοι, καὶ φόνοι· καὶ μάλιστά γε τοιοῦτον ὑπερχωριάζει κακὸν, ὥστε μηδαμοῦ τοιαύτην ἑτοιμότητα εἶναι πρὸς τὸ φονεύειν, ὅσον ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, θηρίων δίκην τῷ αἵματι τῶν ὁμοφύλων ὑπερχόντων ἀλλήλων ψυχρᾶ κέρδους χάριν. *Nunc vero nullum non*, ait, *impuritatis genus apud eos perpetratur; nequitiae, adulteria, furta, idololatriæ, veneficia, cædes: & maxime quidem hoc malum ibi usque adeo familiare est, ut nusquam tanta sit ad homicidia facilitas, quanta illis in locis, passim ferarum in modum ad sanguinem popularium parvi lucri causſa procurrentium.* Quæ profecto flagitiorum illic, non pietatis fuisse domicilium, patefaciunt. Quid itaque permovisse homines dicemus, ut tam cupide eo pergerent? Mihi rem sedulo examinanti haud pauca se obtulerunt, quæ, quam brevissime potero, exponam. Et primo quidem Augustae Helenae Constantinique Imp. exempla, quorum illa ad urbem inviserat, hic illam & vicinam Bethlemum variis ornaverat operibus, multorum studia ad iter ingrediendum excitasse videntur: solet enim vulgus ad principum regentiumque mores & facta se componere, ac magis, quo itur, quam quo eundum sit, spectare. Deinde plurimos *in Hierosolyma affectus rapiebat, ut loca, in quibus corporaliter præsens fuit Christus, viderent & contingerent*, sicuti Paullinus in quadam ad Severum epistola scribit; quorum ardor, si intra hos fines manserit, & nulla se superstitione contaminarit, in vitio non fuerit. Quod si enim illiberale non sit habendum, eas adire provincias, in quibus stupenda priscæ antiquitatis vestigia durant: si in laude ponitur, Græcæ Romanæque magnitudinis parietinas lustrare, & carios lapides, ut in cognitione rerum vetustarum proficias, rimari: quis sanæ mentis alteri vitio verterit, si in eam regionem se contulerit, quam sua præsentia Dominus Jesus cohonestavit: si natale ejus solum, si montem, in quo ex cruce pependit, si sepulchrum, ex quo in vitam rediit, si collem, unde cœlum petiit, sedulo consideraverit, & sacro quodam horrore perfusus ad eum arctius complectendum & tota mente venerandum incendatur: si urbes, pagos, præfecturas, montes Palæstinæ, terræque ejus ingenium expenderit: si Jordanem, mare Tiberiadis, lacum Asphaltiten, rivosque omnes, quæ recte explorata multa sacrarum literarum loca illuminant, cum cura visitarit? At latius serpsit studium, & in turpem superstitionem degeneravit. Plurimos præterea

rea desiderium baptismi ad Christi exemplum in Jordane fluvio sumendi, quod apud Eusebium L. IV. Vit. Constant. C. 62. de se Imperator profitetur, acerrimum invasit. Eusebius de Loc. Sacr. Βηθαα-βαρά, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ δείκνυται ὁ τόπος, ἐν ᾧ καὶ πλείους τῶν ἀδελφῶν εἰς ἔτι νῦν τὸ λοῦτρον φιλοτιμοῦνται λαμβάνειν· Vertit Hieronymus, solito sibi more, liberius: *Bethbaara trans Jordanem, ubi Joannes in pœnitentiam baptizabat; unde & usque hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numero credentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur*: quorum ambitus, si fluminis accolæ fuissent, tolerari utcunque potuit. Sed enim ex multo remotissimis locis ad illud flumen currere, atque interea baptismi lavacrum differre, fluviique aquam præferre aliis, aut cupidissime in ea lavare, qua de re excitati a Valesio ad Eusebium L. IV. Vit. Constant. C. 62., unde repetes nisi ex fonte cultus arbitrarii, quem Christus meritissimo taxavit? Nusquam sane ad Jordanem ablegatos legimus, quos mystici lavacri cupido tenebat: mirorque ad quæstionem eunuchi reginæ Candaces responsionemque Philippeam, qua de Actor. Apostol. C. VIII. 36, 37., ejus posteriorisque ævi Christianos haud magis animum advertisse. Porro Psalmo CXXXII. 7. preces Hierosolymis atque ex vicinia ad Deum allegatas commendari existimabant: quod enim hymni scriptor, ut pedibus Dei optimi maximi advoluti supplices veniam precemur, auctor est; id Græci interpretes suo sermone dederunt: προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. & eos secutus Hieronymus, *Adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus:* locum vero ubi Domini pedes steterant, Hierosolyma & urbi vicinos agros interpretabantur. Eusebius L. III. Vit. Constantini C. 42. ita accepit: Ὡς δὲ τοῖς βήμασι, inquit de Helena, τοῖς σωτηρίοις ἴχνεσι πρέπουσαν ἀπεδίδου τὴν προσκύνησιν, ἀκολούθως τῷ φητικῷ λόγῳ φάντι, Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ· τῆς οἰκείας εὐσεβείας καρπὸν καὶ τοῖς μετέπειτα τὸ διαχρῆμα κατελίμπανεν. *Postquam vero Servatoris nostri vestigia debito cultu venerata est, prout olim propheticus sermo prædixerat: Adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus; continuo pietatis suæ fructum posteris etiam dereliquit.* Neque aliter intellexit Hieronymus, sive Paulla & Eustochium Epist. ad Marcellam: *Quum ergo & Evangelistæ & omnes scripturæ Jerosolymam sanctam nominent civitatem, & Psalmista*

præcipiat, ut adoremus, ubi ſteterunt pedes ejus; ne patiaris eam appellari Sodomam & Aegyptum: qua tamen in re utrique, quam parum ad Hebræi ſermonis genium attenderint, haud obſcure oſtenderunt. הדם רגלים, quo utitur divinus poëta, *pedum ſcabellum* ſignificat, quod Græci ambitu verborum, alias ὑποπόδιον vertere ſoliti, non male expreſſerunt: pari enim modo מקום רגלים, τόπος τῶν ποδῶν in Jeſaiae C. LX. 13. ſeſe offert. Addebantur in cumulum plura eorum exempla, quos V. T. hiſtoria ſacrorum cauſſa Hieroſolyma commeaſſe perhibet. Inde imprudentioribus, urbem eam in divino cultu obeundo multum ceteris præſtare, perſuadebant, haud ſane animum advertentes, plurimum ejus ætatis ritus a Chriſtianorum ſacris diſſentire: tum quidem gentis & religionis fuiſſe metropolin, qua dignitate prorſus nunc eſt, & ſecundum ea quidem, quæ cecinerat Chriſtus noſter Joh. C. IV. 21., exuta. Maxime vero multitudinem ea, quæ de cruce, in quam olim Dominus Jeſus ſublatus fuerat, reperta rumor differebat, conciviſſe videtur: ubi enim fama ſtupendorum operum, quæ ejus tactu patrata ferebantur, increbuit, dici non poteſt, quanta acceſſio his fuerit facta partibus: undiquaque in Syriam Palæſtinam virile muliebreque ſecus, illic veniæ delictorum impetrandæ primum eſſe locum rati, feſtinarunt. Audiamus Paullam atque Euſtochium: *Quicunque in Gallia fuerit primus, huc properat. Diviſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, quærit locum fama ſibi tantum & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ & Aethiopiæ populos, ipſamque juxta Aegyptum, fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam Coelen & Meſopotamiam, cunctaque Orientis examina? quæ juxta Salvatoris eloquium, dicentis: ubicunque fuerit corpus illuc congregabuntur aquilæ; concurrunt ad hæc loca.* Subdebant præterea, qui impetum freno coërcere debuerant, calcar ſacrorum præfecti: eos laudibus in cœlum ferebant, qui, quamquam raro meliores, hinc redierant: ſubinde etiam turpi dicam an impia adulatione veterum oraculorum verba ad hos transferebant, quo ditiorum liberalitatem provocarent: veluti cum Eudociae Auguſtae, quam non ſine juſta cauſſa res ſuas ſibi habere juſſerat Imp. Theodoſius II., verba Pſalmi LI. 20. tranſcripſerunt. Cedrenus flagitioſum hoc commentum nobis enarret:

Γρά-

Γράφεσι δέ τινες, πληρωθῆναι ἐπ' αὐτῇ, τὸ, Ἀγάθυνον Κύριε τῇ Εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ· ἀφ' ὧν τὸ πολλὰ ἀγαθὰ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτῷ πεποιηκέναι. *Sunt, qui ſcripſere, impleviſſe eam oraculum hoc: Benefac favore*, Græce Eudocia, *tuo Sioni, & Hieroſolymæ muri inſtaurentur: nam ea plurima beneficia in Hieroſolymitanam urbem contulerat.* Egregie profecto! quaſi vates divinus, cum turpis delicti veniam ſupplice prece Deum rogaret, ejusdem flagitii ream Græco ſermone prædicarit. Porro ampliſſima laudum præconia in urbem ejusque viciniam, acſi nihil par aut ſecundum haberent, congerebantur: *Quanto Judaea ceteris provinciis*, inquiunt Paulla & Euſtochium, *tanto hæc urbs ſublimior eſt Judaea. Et, ut coactius diſſeramus, totius provinciæ gloria metropoli vindicatur & quidquid in membris laudis eſt, omne refertur ad caput.* Denique jubebantur multi, quod tamen ſerius in uſum venit, ut ſi ſceleris ſibi conſcii eſſent, ad illud eluendum

Per mare, per terras, per tot diſcrimina rerum,

ſummo rei familiaris diſpendio, Hieroſolyma tenderent: cum tamen parata omnibus ubique locorum & præſens, modo ſerio expeteretur, divina eſſet benignitas. *Dominus non dixit*, præclare Auguſtinus ait Serm. III. de Martyr., *vade in Orientem & quære juſtitiam: naviga usque ad occidentem, ut accipias indulgentiam. Dimitte inimico & demittetur tibi. Nihil extra te quære*: nec minus eleganter Gregorius Nyſſenus in Epiſt., de qua ſupra: Θεῷ προσεγγισμὸν τοπικὴ μετάστασις οὐ κατεργάζεται. ἀλλ' ὅπου περ ἂν ᾖς, πρὸς σὲ ἥξει ὁ Θεὸς, ἐάνγε τὸ σὸν ψυχῆς σου καταγώγιον τοιοῦτον εὑρεθῇ, ὥστε ἐνοικῆσαι τὸν Κύριον ἔν σοι καὶ ἐμπεριπατῆσαι· *Loci mutatione ad Deum non acceditur; ſed ubiubi locorum fueris, ad te Dominus veniet, ſi modo tale inveniatur animi tui diverſorium, ut poſſit in te habitare & inambulare Dominus.* Atque hæc de peregrinandi cauſſis. Quoniam vero, qui urbem luſtraturi venerant, memorabilia ejus ſibi cognita volebant, & præcipue ea, quæ aut magnificis Domini Jeſu operibus, aut ejusdem afflictationibus atque exitu fuerant illuſtrata, propterea Itinerarii auctor ſedulo omnia, quæ ſive Hieroſolymis, ſive Bethlemi ac in utriusque vicinia digna erant obſervatu, adſcripſit:

quæ

quæ omnia ubi diligenter expenderis, non ſine juſta ratione quæſiveris, unde tandem ea fuerit edoctus? Urbs enim eo tempore, quo noſter ad eam profectus eſt, pæne deſerta erat, & eos habebat cives, qui talia, ſi non ſpernerent, certe vix ſua cura digna exiſtimabant. Operæ erit utrumque ex Euſebio, qui circa eandem tempeſtatem Commentaria in Pſalmos digeſſit, & rerum Hieroſolymitanarum, utpote in vicinia agens, haud ignarus fuit, oſtendere. Et vaſtam ac deſolatam quidem fuiſſe urbem Comment. in Pſalm. LXIX. p. 382. ſignificat: Εἰ γῆν τις ἀφίκοιτο εἰς τὰς τόπους, ἴδοι ἂν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν τῶν τόπων, Ἰουδαίων ἢ οὐδένα τολμῶντα ἐπιβαίνειν τῇ πόλει· μήτιγε οἰκεῖν αὐτόθι· ἀλλ' οὐδὲ οἴκησις Ἰουδαϊκὴ συνελέλεκται ἐν τῷ τόπῳ, ὡς τινα τῶν Ἑλλήνων οἰκεῖν ἐν αὐτῇ δύνασθαι· *Si quis in ea loca venerit, urbem prorſus deſertam videbit: Judaeorum neminem ne eam ingredientem quidem, nedum incolentem: imo vero nullam in ea Judaicam domum, quam Græcus habitare poſſit*: incolas vero profligatiſſimos ac perditiſſimos fuiſſe Comment. in Pſalmum LXXXVI. p. 539. Καὶ ταῦτα πάντα νομίζειν λέγεσθαι περὶ πόλεως, ἣν ἄνδρες οἰκοῦσι Ἕλληνες καὶ ἀλλόφυλοι καὶ εἰδωλολάτραι, σφόδρα μοι δοκεῖ ταπεινῆς εἶναι καὶ μικροπρεποῦς διανοίας. *Ea omnia de urbe dicta arbitrari, quam pagani, peregrini & idolorum cultores incolunt, mihi animi videtur humilia atque abjecta ſentientis.* Tales itaque cum cives fuerint, ad ea, per quæ advenam ſcriptor hic circumducit, non admodum attendiſſe videntur. An ergo dicemus, quod Samueli Petito L. III. Obſervat. C. 8. in mentem venit, haud pauca ex illis ſcripta eſſe *poſt occupatam ab Europæis Chriſtianis ductu atque auſpiciis Godefridi Ducis Bullionii Palæſtinam?* Equidem non dixero: nam illa ipſa, quæ vir doctiſſimus inculcata cenſet, facile ex æqualibus pæne ſcriptoribus tuebimur: damnat hæc Itinerarii verba: *Inde Therebinto Cebron millia II., ubi eſt memoria per quadrum ex lapidibus miræ pulchritudinis, in qua poſiti ſunt Abraham, Iſaac, Jacob, Sara, Rebecca & Lea*: ac poſtquam cum Benjamini Judaei Itinerario compoſuiſſet, a Chriſtianis ſerioris ævi importata adfirmat: verum, ut cetera, quæ alibi reddentur, præteream, Hieronymus ſive Paulla atque Euſtochium in Epiſt. ad Marcellam falſum eſſe S. Petitum demonſtrant: *Ad Abraham*, inquiunt, *Iſaac & Jacob, trium quoque illuſtrium feminarum vel tabernacula properare vel memorias*: nam ſepulchrum familiæ Abrahameae, quod Hebro-

Hebrone erat, eas digito quasi monstrare & qui in eo conditi ferebantur, nemo est, qui ambigat. Quid ergo? putem inter inconditos eos cives aliquos fuisse non malo ingenio, qui mystagogi, sive ἐξηγηταῖ, ut Plutarcho de Pyth. Orac. p. 400. Ed. Franc. dicitur, vice fungerentur, & hospites ad ea, quæ visenda erant, ducere solerent, & unumquidque ostendere, sive conjectura seu veteri & ab aliis accepta opinione ducti: ceteroqui fieri non potuit, ut, qui in urbe peregrinarentur, ea explorata haberent. Reliquum est, ut, quam rationem in Itinerario hoc iterando secutus sim, commemorem. Scilicet vestigiis editionis A. Schotti, primam enim Pithoei videre non licuit, pressius inhæsisse me: quæ mutanda videbantur, in notas conjecisse: scripto codice non fuisse usum; habuisse tamen excerpta, quæ Is. Vossius Schotti editioni alleverat. Ea ex Lugdunensi Bibliotheca mei caussa Vir Cl. Fr. Oudendorpius exscripsit, suntque gemina germana illis, quæ D. Richardson, forte ex Vossii libro, eidem edito appinxerat, ex Anglia ab ingeniosissimo Marklando ad me tramissa: cui utrique ut meritæ referantur gratiæ & mea & publici interest. Ad cetera ut excurram nihil necesse est: in promptu enim cuivis est arbitrari, fecerimne operæ pretium: quod sine dubio fecisset vir egregius H. Relandus, si Itinerarium hoc, notis suis illustratum, ut sibi propositum fuisse L. II. Palæst. C. 4. significat, vulgare potuisset.

PETRUS PITHOEUS I. C.

LECTORI.

HOc Itinerarium hominis, ut nobis quidem visum est, Aquitani, simplici licet sermone, circa tempora Magni Constantini scriptum *Xenophili* Consulatus arguit. Sed & *Annibaliani* memoria, quem Marcellinus, eorundem temporum Scriptor, Regem etiam vocat. Huic Victor, post Constantini patrui mortem, Armeniam nationesque circumsocias obtigisse scribit, Constanti Africam. Nos more institutoque nostro vetustissimi exemplaris scripturam bona fide exhiberi voluimus, ne iis quidem mutatis, quæ facile nobis fuit ex aliorum scriptis aut conjectura emendare: cujus in hoc genere operæ jam lubentes aliis lampadem tradimus, quibus plus otii erit. Ne quis vero quæ hic noster de *angulari lapide*, sive de pinna templi, & aliis quibusdam sanctæ urbis monumentis refert, inter recentiorum commenta numerare ausit, visum est monere, eadem fere non in Lyrani modo glossis, & Petri nostratis scholastica historia legi, sed & inter Titulos historiarum, qui in antiquissimis codicibus Aur. Prudentii libris Peristephanôn subjiciuntur, quem *Dittochæum* sive *Diptychion* de toto veteri & novo testamento scripsisse Gennadius testatur: quamquam is libellus titulo *Enchiridii*, à nonnullis *Amoeni* nescio cujus nomine editus legitur. Illud etiam notasse non ab re fuerit, jam tum in illis Galliæ partibus quæ *Provinciæ* nomine quondam censitæ fuerant, viarum intervalla non per leugas sed per miliaria numerata: quod conferri velim cum illis ejusdem Ammiani verbis ex lib. xv. Hist. *Rhodanus* (inquit) *sine jactura Lemano exiens Sequanos, longeque progressus Viennensem latere sinistro perstringit, dextro Lugdunensem; & emensus spatia fluctuosa, Ararim, quem Sauconam appellant, inter Germaniam primam fluentem, suum in nomen adscisit, qui locus exordium est Galliarum. Exinde non millenis passibus, sed Leugis itinera metiuntur, ubi auctus Rhodanus aquis advenis locupletior vehit grandissimas naves, finitusque inter valles, quas ei natura præscripsit, spumeus gallico mari incorporatur per patulum sinum, quem vocant ad gradus, ab Arelate octavodecimo ferme lapide disparatum.* Qui locus, ut hoc etiam obiter moneam, usui præterea erit emendando Itinerario veteri maritimo, in quo male *Adgratum & Agratu* hodieque legitur. Est & illud magni Hieronymi de leugis nostris in Ioelem: *unaquæque*, inquit, *gens certa viarum spatia suis appellat nominibus, nam & Latini mille passus vocant, & Galli leucas, Persæ parasangas, & rastas universa Germania.* Verum ut hæc jam tota, *Rastis* suis depositis, Romani milliarii vocem saltem in usu habet, sic & nostra jam provincia *leugas* suas resumsit sibi; de quarum veteri intervallo si quis adhuc laborat, succurret idem ille Marcellinus, cujus hæc sunt ex lib. xvi. *Et*

quoniam à loco, unde Romana promota ſunt ſigna, ad usque vallum barbaricum quarta leuga ſignabatur & decima, id eſt, unum & viginti millia paſſuum. Placet & de itinerum menſurarumque varietate Plinii verba adjicere ex lib. 3. *Nat. Hiſt. Dum alibi*, inquit, *mutato provinciarum modo, alibi itinerum auctis aut deminutis paſſibus, incubuere maria tam longo ævo, alibi proceſſere littora, torſere ſe fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordium menſuræ eſt, & alia meatus: ita fit ut nulli duo concinant.* Quæ quidem & ad Itinerarium illud publicum viarum militarium ſive regiarum & evectionum pertinent, *Antonii* nomine ex noſtro quoque exemplari olim editum: cui ut hoc impoſterum conjungi poſſit, Patiſſonii noſtri curæ ſtudioque debebitur. Porro *Manſio* quid ſit, nullus puto ignorat, *Mutationes* ſunt veredorum vel animalium ad iter. Ea vehiculis & animalibus, eorumque pabulis inſtructæ erant: ſed non cæteris rebus ad uſum vitæ humanæ peregrinantibus neceſſariis. Ideoque diſtinguuntur in libris noſtris ut XI. Cod. Theod. Tit. I. C. 9. Vale Lector & bene volentibus bene precare.

ITINERARIUM
A BURDIGALA HIERUSALEM
USQUE, ET AB HERACLEA PER AULONAM, ET PER URBEM ROMAM MEDIOLANUM USQUE
SIC:
CIVITAS BURDIGALA, UBI EST FLUVIUS GARONNA, PER QUEM FACIT MARE OCEANUM ACCESSA ET RECESSA, PER LEUGAS PLUS MINUS CENTUM.

MVTATIO STOMATAS. LEVG. VII.

MV-

AB HERACLEA.] In manu exarato codice *Ab Deracla per Alaunam*, ſicuti Iſ. Voſſius ad Ed. Schotti marginem notavit, legebatur. Utrumque P. Pithoeus, ſive ex alio MS., ſeu conjectura ductus, recte emendavit.

ACCESSA ET.] *Acceſſa* & *receſſa* eadem ſunt ac ἀναχωρήμασι καὶ ἐπιδρομαῖς κυμάτων Auctoris *de Mundo*, ſive Apuleji *progreſſus & recurſus fluctuum*. Servius Aen. I. 250. *Quod tanta eſt in illis locis acceſſa, quæ dicitur maris, ut per ora Timavi, id eſt, usque ad initium fontis mare adſcendat*: & mox: *Conſtat autem & in illo loco acceſſam maris usque ad montem pervenire*: ſic emendat Salmaſius in Solin. p. 204., & hoc loco *acceſſam* & *receſſam* legens; cui & ego adſtipularer, ni multa huic libello ineſſent, quæ legibus Latini ſermonis repugnant, & *acceſſa* & *receſſa* pari modo uſurpaſſet Antoninus Placentinus, cujus verba Cangius in ſuo mediæ atque infimæ Latinitatis Lexico exſcripſit. Garumnam vero maris in litora venientis & inde remeantis fluctibus augeri, notiſſimum eſt. Mela L. II. C. 3. *Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cum hiberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iisdemque retro remeantibus ſuas illiusque aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis.* Sidonius Carm. XXII. 105.

Currit in adverſum hic pontus, multoque recurſu
Flumina quas volvunt, & ſpernit & expedit undas.
At cum ſummotus lunaribus incrementis
Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus,
Præcipiti fluctu raptim redit, atque videtur
In fontem jam non refluus, ſed defluus ire.

Adde Carm. VII. 395. & Auſonii Moſel. 483. *Mare Oceanum*, de quo nos alibi, habet etiam Catullus Epig. 116. *Usque ad Hyperboreos & mare ad Oceanum.* Ovidius *Oceani mare* Metam. VII. 267.

PER LEVGAS PLVS.] Itaque Toloſam usque, qua de re Guil. Catellus L. II. Hiſt. Langued. C. 2. De *Leugis*, quarum uſus per Gallias erat extra Narbonenſem provinciam, abunde ad Anton. Itin. p. 251. & p 359.

MVTATIO STOMATAS.] *Mutationem* diverſorium ſeu ſtabulum vocant, atque ad hoc exemplum Græci recentiores ἀλλαγήν. Euſtathius in Iliad. E. p. 531. Ed. Rom. eſſe ait ἐνοδίους ἀναπαύλας τοῖς εἴτε ἱππεύουσιν εἴτε πεζοδρόμοις, ἃς καὶ ΑΛΛΑΓΑΣ ἔλεγόν τινες· Græcus ſcriptor apud Salmaſium in Solin. p. 351. ἡ παρ' ἡμῖν ἐπινενοημένη εἰς ὑπεροχίαν τῶν βασιλικῶν σταθμῶν

MVTATIO SIRIONE.	L. VIIII.
CIVITAS VASATAS.	L. VIIII.
MVTATIO TRES ARBORES.	L. V.
MVTATIO OSCINEIO.	L. VIII.
MVTATIO SCITTIO.	L. VIII.
CIVITAS ELVSA.	L. VIII.
MVTATIO VANESIA.	L. XII.
CIVITAS AVSCIVS.	L. VIII.
MVTATIO AD SEXTVM.	L. VI.
MVTATIO HVNGVNVERRO.	L. VII.
MVTATIO BVCCONIS.	L. VII.

MV-

τάξεων ἀλλαγή. Caussa nominis ea est, quod cursu publico utentes jumenta inibi mutarent: inde τῶν ὀρέων διαδοχαὶ *mulorum mutationes*, ex quibus *montes* imperitissime interpres fecit, apud Libanium Orat. ad Caesarium tom. II. p. 519., & *celeri cursus publici mutatione vehi* apud Ammianum L. XXI. C. 9. Origo est ex vehiculari cursu, quo ad Persarum pæne morem, de quo alias, constituto, necesse fuit, ut in viis militaribus ejusmodi stabula essent. Procopius Hist. Arcan. C. 30. Ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμοὺς κατεστήσαντο, πῇ μὲν ὀκτὼ, πῇ δὲ τούτων ἐλάσσους, οὐ μὲν τοι ἧσσον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἢ κατὰ πέντε· ἵπποι δὲ ἵσταντο ἐς τεσσαράκοντα ἐν σταθμῷ ἑκάστῳ. *In via, quam diurno itinere expeditus viator conficit, octonæ ferme mutationes, alicubi pauciores, infra quinque nusquam posuere. In singulis mutationibus equi dispositi erant ferme quadraginta:* ex quo loco & illud discimus, quam ob rem plures in hoc Itinerario *mutationes*, quam quidem *mansiones* aut *civitates*, numerentur. Ut vero *mansionibus* ab hoc scriptore adjunguntur, ita & in Leg. 9. Cod. Theod. de Annon. & Trib., ubi plura Gothofredus: adde N. Bergerium L. IV. V. M. C. 9. Ceterum *Stomatas* ad στόματα, qua Græci voce fluviorum ostia innuunt, prope accedit: utrum vero è Græcia sit an aliunde, adfirmare, qui nusquam id nomen legerim, non ausim.

SIRIONE.] Non aliter A. Itin. p. 461., ubi vide.

VASATAS.] Ausonio *Cossio Vasatum* Parent. XXIV. 8., cujus gentis caput erat; unde, consueto in Galliis more, gentile nomen urbi adhæsit. Sita urbs erat in solo arenoso. Paullinus Epist. IV. ad Auson. 247.

Quique superba tuæ contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.

& Sidonius L. VIII. Ep. 12. *Tantumne te Vasatium civitas, non cespiti imposita, sed pulveri: tantum syrticus ager ac vagum solum & volatiles ventis altercantibus arenæ sibi possident?* ubi plura Savaro. Nunc *Bazas*. Vide P. de Marca L. I. Hist. Beneharn. C. 10.

TRES ARBORES.] Sine dubio quod circa mutationem *tres* essent *arbores*, hoc illi nomen est factum. De duabus sequentibus nihil mihi innotuit.

ELVSA.] Urbem hanc egregie Ammiano L. XV. C. 11. H. Surita in Anton. Itiner. p. 358. restituit. Olim provinciæ Novempopulanæ, ut ex antiquissimis Notitiis apparet, metropolis erat; sed quæ dignitas dein in Ausciorum civitatem migravit. Vid. P. de Marca L. I. Hist. Benehar. C. 6. Nunc *Euse*, in vicum pæne redacta.

VANESIA.] Hanc adhuc quæro. *Fesensac* hodie dici adfirmant.

AVSCIVS.] Ammianus L. XV. C. 11. *Novem populos Ausci commendant & Vasatæ*; quo loco Marca L. I. Hist. Benehar. C. 6. cum Hermolao Barbaro *Elusates* pro *Vasatis* legendum contendit: sed cum *Elusam* paullo post, quamquam non sine errore, Marcellinus in Narbonensi ponat, ea quidem opera supervacanea erit. Nunc Novempopulanæ metropolis, de qua I. Sirmondus in Sidonii L. VIII. Epist. 6., olim *Climberri*, quod in Ant. Itiner. p. 462. obvium est, nomine notior.

HVNGVNVERRO.] Nusquam hanc & sequentes reperire memini.

MAN-

MVTATIO AD IOVEM.	L. VII.
CIVITAS THOLOSA.	L. VII.
MVTATIO AD NONVM.	MIL. VIIII.
MVTATIO AD VICESIMVM.	MIL. XI.
MANSIO ELVSIONE.	M. VIIII.
MVTATIO SOSTOMAGO.	M. VIIII.
VICVS HEBROMAGO.	M. X.
MVTATIO CEDROS.	M. VI.
CASTELLVM CARCASSONE.	M. VIII.
MVTATIO TRICENSIMVM.	M. VIII.

MV-

MANSIO.] *Manſio* in hoc Itiner. a *civitate*, *mutatione*, & *vico* diſtinguitur: neque diſſidet lex 35. C. Theod. de Curſ. Publ. *A nullo unquam oppido, aut frequenti civitate, manſione denique atque vico uno die ultra quinque Veredorum numerus moveatur*; nec lex 2. C. Th. de Concuſſ. Advocat. Fuit melior & præſtantior *mutatione* & *vico*, ſed *civitate* minor, ita dicta, quod *manere*, hoc eſt, pernoctare ibidem iter facientes poſſent, ſicuti ad A. Itin. p. 6. & a N. Bergerio L. IV. V. M. C. 19. abunde dictum eſt. Græcis σταθμὸς eſt, quibus viæ per Orientem a Perſis, ut citius, quæ geſta fuiſſent, ad regem perferri poſſent, fuerunt diſtinctæ: quæ cauſſa eſt, quare Herodotus L. V. C. 52. iter, quod Sardibus Suſa conficitur, manſionibus ſive σταθμοῖς dimetiatur, & alia in re iisdem Diodorus Siculus L. XIX. p. 680. nec non Xenophon L. I. Exped. Cyr. p. 200. & ſeq. utatur. Jam uti *manſionem habere* Sulpicius Severus Dialog. II. C. 8. eos dicit, qui in loco quodam *manent*, ita σταθμὸν ποιεῖσθαι Herodotus L. VII. C. 119. & ἐπισταθμίαν ποιεῖσθαι Diodorus L. XVII. p. 525. in ſimili re dixerunt.

ELVSIONE.] Falluntur, ut pulchre monuit J. Sirmondus in Sidon. L. VII. Epiſt. 6., qui hanc cum *Eluſa* confundunt; nec illis tamen Guil. Catellus, ut ab Had. Valeſio in Notit. Gall. factum video, annumerandus eſt: diſerte enim diſtinguit L. II. H. Langued. C. 23. p. 335. Paulinus Epiſt. 6. *Eluſonem* vocat, & octava die ex Barcinonenſi urbe eo perveniri poſſe ſignificat. Vicus *Luz*, aut illi proximus *Luzes*, creditur nominis reliquias ſervare.

SOSTOMAGO.] Quæ hæc fuerit, juxta cum aliis ignoro. Catellus, qui L. II. H. Lang. C. 23. hæc illuſtrare voluit, nihil profecit. Cicero pro Fonteio C. 5. vicum *Cobiamachum* inter Toloſam & Narbonem memorat; qui utrum hic, an ſequens, an alius ſit, non finio.

HEBROMAGO.] Sæpe Auſonius Hebromagum Paullini laudat, ut Epiſt. XXII. 35.

Is nunc ad usque vectus Hebromagum tuam,
Sedem locavit mercibus.

& Epiſt. XXIV. 124.

Ecce tuus Paullinus adeſt; jam ninguida linquit
Oppida Iberorum: Tarbellica jam tenet arva.
Hebromagi jam tecta ſubit. ———

ſed ea Paullini *Hebromagus* longe alia atque hæc eſt, ſicuti Vinetus ad Epiſt. XXII. & P. de Marca L. I. Hiſt. Beneh. C. 8. docuerunt, quippe cujus in *Embrau* infra Blaviam veſtigia ſuperant. Hic vicus *Eburomagi* nomine in Tabula Peutingerana notus eſt.

CEDROS.] MS. codex *Coedros*, puncto tamen literæ o ſubjecto. Guil. Catellus, ſicuti neque ego, nusquam invenit.

CARCASSONE.] Manu exaratus liber *Carcaſſonæ*; quomodo Theodulphus Paræneſ. ad Judic. 141.

Inde reviſentes te Carcaſſona, Redasque,
Mœnibus inferimus nos cito Narbo tuis.

Carcaſſione Tabula cum iisdem M. P. ab *Eburomago*. De ejus ſitu & dignitate Guil. Catellus L. II. H. Langued. C. 9.

TRICENSIMVM.] Trigeſimum lapidem indicari, non dubium eſt; unde vero XXX. hæc M. P. numerentur, non liquet: poſſent numeri facili opera mutari, ni Tabula obſtaret, quæ inter

MVTATIO HOSVERBAS.	M. XV.
CIVITAS NARBONE.	M. XV.
CIVITAS BITERRIS.	M. XVI.
MANSIO CESSARONE.	M. XII.
MVTATIO FORO DOMITI.	M. XVIII.
MVTATIO SOSTANTIONE.	M. XVII.
MVTATIO AMBROSIO.	M. XV.
CIVITAS NEMAVSO.	M. XV.
MVTATIO PONTE AERARIVM.	M. XII.
CIVITAS ARELLATE.	M. VIII.

FIT

inter *Carcaſſonem* & *Hosverbas* M. P. XXIII. interponit.

HOSVERBAS.] Tabula *Usverva*. M. Altingius notis in Tabulam MS. oppidum *Autere* nunc eſſe ſuſpicatur.

NARBONE.] MS. *Narbonæ*. Theodulphus Paræneſ. ℣. 137.

Mox ſedes Narbona tuas, urbemque decoram
Tangimus. ——— —

Quam urbem & plures ſequentes ad A. Itiner. p. 389. ſatis illuſtravimus.

PONTE AERARIVM.] Debuerat *Aerario* ſcribi. Tabula *Ugerno* XV. M. P. a Nemauſo & VIII. ab Arelate habet, quod propterea M. Altingius eodem cum *Ponte* hoc ſitu fuiſſe decernit: quoniam autem *Ugernum* Valeſius in Notitia a *Belliquadro* ſive *Beaucaire* haud diſtinguit, propterea ibidem *Pons Aerarius* fuiſſe ſtatuitur: & de *Ponte* quidem nihil obloquar, quem magnus doctiorum conſenſus hic reperit: in *Ugerno* alia res eſt. Non convenit diſtantia, ut bene vidit A. Pagi in Critica An. IↃLXXXIV. 4. Erat *Ugernum* in ripa fluminis Rhodani, ſicuti ab Abbate Biclarienſi An. III. Mauritii edocemur: in edito quidem ejus Chronico *Hodierno caſtrum* dicitur, ſed in alio MS., ut ex ſchedis, quas præſtantiſſimus Ti. Hemſterhuſius mecum communicavit, manu M. Velſeri deſcriptis, cognoſco, *Ugerno*, quemadmodum in Tabula: Jam cum XV. M. P., quibus a Nemauſo ſeparatur, incidant in *Bellegarde*, adſentior Hon. Bouche L. III. Hiſt. Provinc. C. 4., ibidem *Ugerni* ſitum figenti.

A BVRDIGALA ARELATE.] MS. *Arillatæ*, male. Urbem præcipuæ fuiſſe dignitatis, poſtquam eo Honorius, qui & *matrem omnium Galliarum* vocavit, ſedem præfecturæ Galliarum, Trevirenſi urbe a Vandalis exciſa, tranſtulit, multis oſtendit P. de Marca L. VI. Concord. Sacerd. & Imp. C. 17. Huc refero Theodulphi ex Paræneſ. verſus 145. &c.

Quis bene compoſitis, nos tandem opulenta recepit
Urbs Arelas, cives quam ſtatuere ſui:
Urbs Arelas, aliis quæ pluribus urbibus exſtat,
Prima gradu tamen es, Narbo ſecunda tibi:
Quo ſynodo cleri, legum moderamine plebis
Pectora contudimus juris & artis ope.

MILLIA CCCLXXI.] Hæc millia nulla ratione æquant numeros ſingularum manſionum: imo imperite in ſummam additæ ſunt Leugæ, quaſi M. P. tantum pares.

MVTATIONES XXX.] Salmaſius in Solin. p. 451. mutationem veredorum ex Græco ſcriptore in VI. M. P. fieri ſolere obſervat. *At in Itinerario Hieroſolymitano ut plurimum duas mutationes pro una manſione recenſeri, ſicuti in Syria & Italia: quo pacto ſemel tantum mutare ſolitos fuiſſe. Alibi triplas numerari mutationes ad manſiones, ut in Galliis*, a Burdigala Arelate usque milia CCCLXXI., mutationes XXX., manſiones XI. *Item:* Ab Arelate Mediolanum usque millia CCCLXXV., mutationes LXIII., manſiones XXII. *Alibi aliter & ſæpe cum mendo.* Recte poſterius; quod ſi animo firmius hæſiſſet, neque hæc vitio carere pervidiſſet. *Mutationes* toto hoc itinere omnino XX. ſunt, *manſiones*, ſi illis, ut ſcriptor hic fecit, *civitates, vicum* & *caſtellum* annumeraveris, XII. Non itaque triplæ mutationes numerantur ad manſiones; imo

FIT A BVRDIGALA ARELLATE VSQVE MILLIA CCCLXXI. MVTATIONES XXX. MANSIONES XI.

MVTATIO ARNAGINE.	M. VIII.
MVTATIO BELLINTO.	M. X.
CIVITAS AVENIONE.	M. V.
MVTATIO CYPRESSETA.	M. V.
CIVITAS ARAVSIONE.	M. XV.
MVTATIO AD LECTOCE.	M. XIII.
MVTATIO NOVEM CRARIS.	M. X.
MANSIO ACVNO.	M. XV.

MVTA-

imo ne duplæ quidem toto itinere: videre enim licet tres quatuorve *mutationes* sine interposita mansione: unde apertissimum est, subinde mansionum loco mutationes fuisse. Liquet etiam sine justa caussa N. Bergerium L. IV. V. M. C. 9. negare, *mutationes & mansiones cursus publici Romani quærendas esse in coloniis, municipiis, præfecturis, civitatibusve fœderatis, sed in vicis aut villis.* Quamvis enim mutationes & mansiones, si dignationem spectes, a civitatibus fuerint distinctissimæ; nihil impedit tamen, cur aut in iis non *manere* atque interquiescere, aut jumenta *mutare* potuerint: atque hoc ni agnoscas, ostendendum erit, ubi tandem *manserint* aut equorum *mutatione* fuerint usi, quoties hoc in Itinerario quatuor, quinque, imo septem *civitates*, nulla aut *mansione* aut *mutatione* interjecta, sese non magno intervallo insequuntur.

ARNAGINE.] In Caesarii Arelatensis vita locus *Arnaginensis*, ubi episcopus ille Liberium patricium, a Gothis gravi vulnere affectum, pristinæ sanitati reddidisse perhibetur, appellatur. Ceteroqui *Ernaginum* Anton. Itiner. p. 344., ubi de hac mutatione disputavimus, vocat.

BELLINTO.] Deflectit Itinerarii auctor ex via, quam Tabulæ & Itinerar. Anton. ductum sequuti obeunt, magnoque circuitu in Delphinatum, quem vocant, properat. Distantia ducit ad *Barbentane*, ubi Durantiam illi trajiciunt, qui Ernagino Avenionem petunt.

AVENIONE.] Celebrem & coloniæ dignitate, ut è Ptolemaeo novimus, illustrem urbem serior ætas, sicuti Notit. Ecclesiasticæ, *civitatem Avennicorum* appellavit; ad quem modum Theodulphus Paræn. 129.

Post & Arausinas terras & Avennica rura
Tangimus, & fines, quos tenuere Getæ.

Nunc juris esse pontificii, nemo ignorat; cujus esse venditionis specie cœpit, qua Joanna regina pretio urbis compensavit tributum, quod ex regno non persolverat ab eo tempore, quo fasces fuerat consecuta, ut verbis Pandulphi Collenutii L. V. Hist. Neapol. p. 355. utar; quibus tamen regina ipsa adstipulari vetat, diserte in venditionis instrumento, quod Hon. Bouche L. IX. Hist. Provinc. Sect. III. edidit, asseverans, se LXXX. millia florenorum auri Florentini, boni & legitimi ponderis, a Clemente V. præsentia accepisse idque omnibus testatissimum velle.

CYPRESSETA.] Honor. Bouche ob distantiam *Bartelasse* esse jubet; qui locus & hoc tempore lætissimo silvarum vestitu amœnissimus est: desunt tamen Cypressi, a quibus loco nomen venit. Glossæ *Cypressetum*, κυπαρισσών.

ARAVSIONE.] Tabula & Ravennas *Arusione*. Erat in Cavaribus, secundanorum colonia: unde in Neronis apud Goltzium numo, *COL. ARAVSIO SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT.*; nostro etiam tempore celeberrima, plurimaque Romanæ magnitudinis vestigia, arcus triumphales, circum, theatra, de quibus in ejus urbis Histor. Joseph. de La Pise, ostentans.

AD LECTOCE.] MS. *Ad letoce*, quod quid sit, alii dixerint. *Mondragon* est ex indicio Hon. Bouche.

NOVEM CRARIS.] Distantia ducit ad *Pierre Late.*

ACVNO.] Tabula *Acunum*, Ravennas L. IV. C. 26. *Acunon. Montelimar*, non longe a

MVTATIO VANCIANIS.	M. XII.
MVTATIO VMBENNO.	M. XII.
CIVITAS VALENTIA.	M. VIIII.
MVTATIO CEREBELLIACA.	M. XII.
MANSIO AVGVSTA.	M. X.
MVTATIO DARENTIACA.	M. XII.
CIVITAS DEA VOCONTIORVM.	M. XVI.
MANSIO LVCO.	M. XII.
MVTATIO VOLOGATIS.	M. IX.

IN-

Rhodano, urbem ſatis amplam, Boucheus eſſe exiſtimat. Malim ſitum in vico *Ancone* non longe ab ea urbe figere, & *Acuſionem Coloniam*, quam Ptolemus Cavarum gentis fuiſſe docet, eandem arbitrari. Eam L. Holſteinius notis in Ortelii Theſ. ab *Ancone* diſtinguendam negat.

VANCIANIS.] MS. *Vacianis*, ſed litera N. ſupra primam ſyllabam poſita. Ravennatis L. IV. C. 26. *Vatiana* manu exarato codici conſentiunt. *Auriol* eſſe creditur.

VMBENNO.] Intervallum ducit ad *Paillaſſe* in via qua Valentiam iter eſt.

VALENTIA.] Colonia fuit in Segalaunis, quam Proſper in Chron. *Valentiam nobiliſſimam Galliarum civitatem* appellat. De ea alias dictum eſt.

CEREBELLIACA.] Incidunt M. P., quibus a Valentia ſeparatur, in *Monthaiſon*.

AVGVSTA.] Tabula *Auguſtum*, *Auguſton* Ravennas. Obſervat Philibertus Monetus in Delphinatus, quem vocant, deſcriptione fuiſſe olim inter Deam Vocontiorum ſive *Die* & Criſtam, *Creſt*, urbem amplam, Auguſtam Vocontiorum dictam, cujus a lacu vicino pæne ſubmerſæ exigua ſuperſint veſtigia in loco *Aouſte* ſive *Hoſte* dicto: inibi hanc *Auguſtam* quærendam eſſe, probabile fit, licet Auguſtam Vocontiorum qui dixerit, nondum noverim: Fuit tamen in Vocontiis.

DARENTIACA.] Hanc alibi nondum obviam habui. Hon. Bouche *Saillans* in via, qua Deam pergitur, eſſe conjicit: verum ſi oppidulum *Saillans* inter Deam Vocontiorum & Criſtam à Segolaunis, quæ Abr. Ortelii & L. Holſteinii opinatio eſt, acceperit, quod tamen non putem, ſumus enim Vocontiis, aut etiam a *Salientibus*, ſicuti Had. Valeſius conjicit, alibi erit hæc mutatio figenda. Vide Galliæ Notitiam in *Valentia*.

DEA VOCONTIORVM.] De urbe, coloniæ juribus inſtructa, alibi diximus. Addam ex Theſ. p. CCCXXIII. 2. Arelatenſem lapidem:

CAECILIAE. D. F. APRVLLAE FLAM.
DESIGNATAE. COL. DEA. AVG. VOC.
Θ. ANNOS XIIII. MENS. II. DIES. V.
MARITVS VXORI PIENTISSIMAE. POSVIT.

Sic ultima ex lapide exſcripſit Hon. Bouche L. III. Chorog. Provinc. C. 3.; ut merito Gudius corrigi debere cenſuerit.

LVCO.] Ravennas L. IV. C. 27. *Luco Bococilon*, pro *Bocontiorum* ſive Vocontiorum. Olim urbs ampla erat, nunc propter rupem, vehementi terræ tremore ſciſſam, ruinaque ſua torrentis alveum obſtruentem, pæne deleta: præbuit enim is caſus lacui natales, qui ex urbe præter parvum locum, etiamnum *Luc* nuncupatum, nihil reliquit. Ita, ut Manilius ait,

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis.

VOLOGATIS.] Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 33. p. 372. hanc cum *Vilargonis* componit, quem meritiſſimo Hon. Bouche deſeruit; deflecteretur enim via longiſſime in ſeptemtrionem, nec intervallum conveniret. Ille *Lethes* aut *Beaumont* eſſe exiſtimat.

GAVRA MONS.] *Mors* MS., perverſe: hoc nomine montem nondum videre mihi contigit. Unus ex illis eſſe videtur, qui plures circa *Aſpres* in via ſunt, qua Dea Vapincum tenditur.

COMBONO.] Ph. Cluverius L. I. I. A. C. 33. nominis quadam conformatione motus *Les Combes* eſſe ait; cui opinioni cum itineris ordo officiat

INDE ASCENDITVR GAVRA MONS.

MVTATIO CAMBONO.	M. VIII.
MANSIO MONTE SELEVCI.	M. VIII.
MVTATIO DAVIANO.	VIII.
MVTATIO AD FINE.	M. XII.
MANSIO VAPINEO.	M. XI.
MANSIO CATORIGAS.	M. XII.
MANSIO HEBRIDVNO.	M. XVI.

INDE INCIPIVNT ALPES COTTIAE.

MVTATIO RAME.	M. XVII.
MANSIO BYRIGANTVM.	M. XVII.

INDE

ficiat, malim cum Hon. Bouche *Aſpres* eſſe, arbitrari.

MONTE SELEVCI.] *Monſaleon*, de quo plura ad Ant. Itiner. p. 357.

DAVIANO.] Alibi hoc nomine ſtationem ſeu mutationem vix inveneris: creditur eſſe *Montmaur*.

AD FINE.] *Finem* vel *Fines* oportuerat. Forte *Tricoriorum*, in quibus Vapincum erat, *fines* intelliguntur. Diſtantia incidit in *Roche d'Arnaud*, qui locus transeundus eſt, ut Vapincum devenias.

VAPINEO.] Imo vero *Vapinco*, de qua urbe alias.

CATORIGAS.] *Caturicam* in vetuſtis regum Arelatenſium actis appellari teſtis eſt Hon. Bouche. Tabula Peutingerana *Caturigomagum*, unde Ravennatis L. IV. C. 27. *Canduribagus* natus eſt, vocat. Ab ea diverſam non eſſe *Rigomagenſem civitatem*, quam Notitia Provinc. inter Alpium maritimarum urbes recenſet, idem Boucheus L. III. Chorogr. P. C. 3. p. 117. arbitratur, & ante eum Blondellus & Holſteinius, quippe ex *Caturigomago* contractam. Contra hos vero Had. Valeſius in Notit. venit, atque ex hoc Itinerario urget, *manſionem* tantum fuiſſe *Caturigas*, nec videri *civitatis* nomine condecoratam. Verum hæc ratio perquam levis eſt: *Ebredunum*, *Brigantium*, atque alias *manſiones* ſcriptor hic appellat, quas *civitates* fuiſſe dubium nullum eſt. Quid? in lapide, de quo ad Ant. Itiner. p. 342., ipſa hæc *CIVIT. CATVR.* appellatur. Itaque virorum eruditorum conjecturam non damnavero; præſertim cum *Rigomagenſis pagus* in Teſtamento Abbonis tom. II. part. II. Script. Italic. p. 748. Ebredunenſi & Brigantino pagis, ut vicinus, adjungatur. Nunc *Chorges* eſſe, omnes norunt.

HEBRIDVNO.] Pro *Ebreduno* aut *Eburoduno*; quod municipium fuiſſe, ex *decurione* colligas, cujus in hoc lapide, quem Hon. Bouche L. IV. Chorogr. Prov. C. 3. p. 262. in ea urbe An. CIↃIↃCXXXVI. erutum atque inventum teſtificatur:

M. VESSONIO
IANVARIO
DEC. IIVIRO
AVO. OPTIMO
M. VESSONIVS. PA
TERNVS. NEPOS. ET. HAE
RES. FACIENDVM. CVRAVIT.

Plura ad A. Itin. p. 342. & 357.

INDE INCIPIVNT.] Conſentit Strabo L. IV. p. 179., ubi ab Eburoduno Cottii regnum orditur. Recte ergo Brigantium in Alpibus Cottiis a Juliano Epiſt. ad Athen. p. 286. collocatur. De Alpibus his vide Joſ. Simleri Comment. de Alpibus p. 89.

RAME.] Hanc ſatis explicuimus ad Ant. Itiner. p. 341.

BYRIGANTVM.] Verum eſt *Brigantium*, ut Hen. Valeſius in Ammiani L. XV. C. 10. jam monuit. Addo alibi obſervatis hanc ex Hon. Bouche Addend. ad Chorogr. Provinciae p. 928. elegantem inſcriptionem:

INDE ASCENDIS MATRONAM.

MVTATIO GESDAONE.	M. X.
MANSIO AD MARTE.	M. IX.
CIVITAS SECVSSIONE.	M. XVI.

INDE INCIPIT ITALIA.

MVTATIO AD DVODECIMVM.	M. XII.
MANSIO AD FINES.	M. XII.
MVTATIO AD OCTAVVM.	M. VIII.
CIVITAS TAVRINIS.	M. VIII.
MVTATIO AD DECIMVM.	M. X.

MAN-

D. N.
P. LICINIO COR
NELIO. SALONI
NO. VALERIANO
NOBILISSIMO
CAESARI
ORDO
BRIG.

Quod infeliciſſimi principis epigramma propterea prætereundum non fuit viſum, quod & Brigantii meminerit & in rarius obvio libro lateret.

ASCENDIS MATRONAM.] Tabula *in Alpe Cottia*, pro ſummo Alpium Cottiarum tranſitu. Hinc diſcimus Alpem eam *Matronam* fuiſſe dictam: quod ipſum Ennodius Itiner. Brigantionis indicat:

Matronas taceo, ſcopulos atque invia, dictas,
In foribus blandas cetera difficiles.

& præter ceteros Ammianus L. XV. C. 10. *A ſummitate autem hujus Italici clivi planities adusque ſtationem Martis per ſeptem extenditur milia: & hinc alia celſitudo erectior, ægreque ſuperabilis, ad MATRONAE porrigitur verticem, cujus vocabulum caſus feminæ nobilis dedit. Unde declive quidem iter, ſed expeditius, ad usque caſtellum Virgantiam*, Brigantium, *patet.* Serior ætas montem *Janum*, ut è vetuſtis chartis H. Bouche oſtendit, appellavit; noſtra *mont Genevre*, montem Genebram.

GESDAONE.] Tabula *Gadaone*, ſed propius a noſtro abeſt Ravennas L. IV. C. 30. cum mendoſo ſuo *Geſſabone.* Videtur eo loci fuiſſe, ubi *Sezane* Matronam enixis occurrit.

AD MARTE.] Imo *Ad Martis*, ut in A. Itiner. Honor. Bouche ex hoc loco & reliquis Itinerariis in Ammiano *adusque ſtationem Martis per ſeptendecim extenditur milia* legendum contendit: ſed fruſtra: non enim Marcellinus a Seguſione ad Martis intervallum VII. M. P. eſſe ait, verum a ſummitate jugi Italici, quod circa Seguſionem erigi ſcribit.

SEGVSIONE.] Hic Cottiæ Alpes principium habebant. Ammianus L. XV. C. 10. *In Alpibus Cottiis, quarum initium a Seguſione eſt oppido, præcelſum erigitur jugum, nulli fere ſine diſcrimine penetrabile.* Vid. ad A. Itin. p. 341.

INCIPIT ITALIA.] Conſentit, ut Ph. Cluverius L. I. Ital. A. C. 2. dudum monuit, Nazarius in Panegyr. C. 17., quem Conſtantino Auguſto dixit: *Differamus*, inquiens, *parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium civitatem, quæ, ſuperatis Alpibus, Italiæ clauſtrum objicit, quum vi & velut januam belli refregiſſes, inde per objectas acies, per exercitus obvios, usque ad Romana mœnia inoffenſus victoriarum impetus percurrit.* Strabo cum Scincomago Italiam orditur L. IV. p. 179. Καὶ ἡ ἀπὸ Σκιγκομάγου ἤδη Ἰταλία λέγεται., nec quicquam tamen cum Itiner. hoc diſſentit, quum eadem ſit Scincomagus & Seguſio. Scio Ph. Cluverium L. I. Ital. Ant. C. 12. in alia omnia abire & *Scincomagum* in *Sezane* quærere: ſed id perverſe fieri ex Strabone pulcherrime collegit Honor. Bouche L. III. H. Prov. C. 3.; dicit Geographus ab Eburoduno per Brigantium & Scincomagum Ocelum verſus, ubi finis regni Cottii,

eſſe

MANSIO QVADRATIS.	M. XII.
MVTATIO CESTE.	M. XI.
MANSIO RIGOMAGO.	M. VIII.
MVTATIO AD MEDIAS.	M. X.
MVTATIO AD COTTIAS.	M. XIII.
MANSIO LAVMELLO.	M. XII.
MVTATIO DVRIIS.	M. VIIII.
CIVITAS TICENO.	M. XII.
MVTATIO AD DECIMVM.	M. X.
CIVITAS MEDIOLANVM.	M. X.
MANSIO FLVVIO FRIGIDO.	M. XII.

FIT

esse M. P. XCIX., Ocelum vero a Scincomago distare M. P. XXVII. Jam compone hæc intervallà cum numeris Itinerarii, & videbis Scincomagi situm in Segusionem convenire. Adde præterea ὑπὸ τοῖς Ἄλπεσιν, collocari Scincomagum ab Agathemero L. I. C. 4., idque in Segusionem quadrare. Videtur quidem Plinius obesse L. II. C. 108., cum IↃXVIII. M. P. Scincomagum Roma separat; quæ distantia in Itinerariis major est. Verum alio modo intervallum videtur dimensus, non, ut in Itinerariis, per varios anfractus atque ambages.

AD FINES.] Videntur esse fines regni Cottii. Caesar L. I. B. G. C. 10. *Ocelum extremum citerioris provinciæ oppidum* fuisse ait: id si *Avigliane* nunc fuerit, sicuti Hon. Bouche probasse mihi videtur, hos *fines* sibi vicinos habuerit oportet.

TAVRINIS.] Ita Itin. Ant., Tabula Latinius *Augusta Taurinorum:* prius ex consuetudine ævi serioris est. Constit. Lotharii I. *In Taurinis conveniant de Vigintimilio.* Claudius Taurinensis apud Jonam Aurelian. L. I. de cult. Imag. p. 1204. Edit. Basil. *Missus*, inquit, *a pio principe Sanctæ Dei Ecclesiæ filio Ludovico, veni in Italiam civitatem Taurinis, inveni omnes basilicas, contra ordinem veritatis, sordibus anathematum imaginibus plenas.*

QVADRATIS.] De his ad A. Itin. p. 340., ubi pro Tabula hoc Itinerarium & M. P. XXI. memorari debuerant.

CESTE.] Alibi hanc videre non recordor, neque ex ea Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 23. expedire se potuit.

AD MEDIAS.] Antonini Itinerar. *Carbantiam* Rigomagum inter & Cottias collocat, quæ si *La Grangia* nunc vocetur, oportet hæc illi vicina fuerit. Vid. Dissert. Chorogr. Ital. medii ævi p. CXXVI. De Cottiis & Laumello non opus est, ut repetantur ad Anton. Itin. p. 340. observata.

DVRIIS.] Ex itineris tractu, M. P. numero, nec non nominis similitudine colligitur esse vicus vulgari vocabulo *Dorno.* Vid. Ph. Cluverium L. I. Ital. Ant. C. 23.

TICENO.] Urbem hanc a *Papia* tribu, in qua censebatur, fuisse *Papiam* appellatam, Ant. Itiner. adscripsimus: utrum vero a Longobardis dubium est. Certe si eam urbem spectent hæc Cassiodori è Comment. de Orat. p. 566. Ed. Venet., nomen id vetustius fuerit: *Sunt è contrario*, inquit, *positione pluralia, intellectu singularia, ut Papiæ, Puteoli: quæ vero nomina non ideo plurali numero proferuntur, quia multæ Papiæ, aut multæ Puteoli: sed quia horum singularis numerus nunquam lectus exstiterit.* Fortasse tamen aliorsum ea referri oportebit: nam si hæc valeant, celebre & ante Cassiodori tempora id cognomen frequentatum fuit; quod tamen secus esse, in confesso est: præterea numero multitudinis a Senatore effertur, quo vix quisquam utitur. Quorsum vero respiciat & quid *Papiae* velint, si Cassiodori sit ille fœtus, non succurrit.

FLVVIO FRIGIDO.] Est hoc cognomine fluvius in A. Itin. p. 128. inter Aquileiam & Longaticum mansionem, sed ab hoc diversissimus. Hunc nullum alium esse posse, quam qui alio nomine celebratur *Lamber*, hoc nominis hodieque custodiens, Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 24. decernit; id si verum fuerit, oportet in numeris sit peccatum: propius enim Mediolano abest.

FIT AB ARILLATO MEDIOLANVM VSQVE MIL. CCCLXXV. MVTATIONES LXIII. MANSIONES XXII.

MVTATIO ARGENTIA.	M. X.
MVTATIO PONTE AVRIOLI.	M. X.
CIVITAS VERGAMO.	M. XIII.
MVTATIO TOLLEGATAE.	M. XII.
MVTATIO TETELLVS.	M. X.
CIVITAS BRIXA.	M. X.
MANSIO AD FLEXVM.	M. XI.
MVTATIO BENEVENTVM.	M. X.
CIVITAS VERONA.	M. X.
MVTATIO CADIANO.	M. X.
MVTATIO AVRAEOS.	M. X.
	CIVI-

MIL. CCCLXXV.] Desunt huic summæ ferme XXXIII. M., ut singularum mansionum & mutationum numeros rotundent.

MVTATIONES.] Mutationum numerus præter verum est auctus: tantum XXIII. sunt; mansionum ratio constabit, si in summam addideris civitates. Igitur falsum est, hoc itinere triplas mutationes ad mansiones, quod Salmasio in Solin. p. 351. visum fuit, numerari.

ARGENTIA.] Intervallum atque itineris ductus, ut vicus sit, qui vulgo *Gorgonzola* appellatur, persuadent.

PONTE AVRIOLI.] Nominis originem exponit Trebellius Pollio in Aureolo: *Hunc*, inquit, *eundem Aureolum Claudius, interfecto jam Gallieno conflictu habito, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur: atque illic, ut Tyrannum, sepulchro humiliore donavit. Exstat etiam epigramma Græcum in hanc formam:*

Dono sepulchrorum, victor post multa tyranni
Prælia, jam felix Claudius Aureolum
Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes:
Vivere quem vellet, si pateretur amor
Militis egregii: vitam qui jure negavit
Omnibus indignis & magis Aureolo.
Ille tamen clemens, qui corporis ultima servans,
Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

Nunc *Ponterolo.*

VERGAMO.] Pro *Bergomo*, ex barbari seculi scriptura, quam editi quidam Justini & MSS., ut Franequeranus alter, nam alter *Pergamum*, L. XX. C. 5. agnoscunt, recte repudiatam a Celeb. Grævio atque aliis. *Pergamum* quoque Ravennas, alii *Pergama*, ut suo loco ad Itin. Ant. monitum est.

TOLLEGATAE.] MS. *Tollegatæ*. Servat pristini nominis vestigia vicus *Talgat* sive *Telgat*, XI. circiter M. P., ut in Magini Tabulis, a Bergomo.

TETELLVS.] Est in Brixiæ vicinia *Baitella*, quam ab hac mutatione diversam videri negat Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 25.; scribi ergo *Betellus* oportere.

BRIXIA.] Fluvius Mela eam olim alluebat. Catullus Epigr. 68. 23.

Flavus quam molli percurrit flumine Mela,
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Nunc millibus passuum unis ab urbe abest; quæ caussa est, quare Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 26. & Ch. Cellarius L. II. Geog. Ant. C. 9. p. 686. *præcurrit* in Catulli epigrammate legant: tantoque magis quod Philargyrius *Brixiæ vicinum* scripserit eum amnem Georg. IV. 275.; haud sane male, modo *præcurrere* Latinos ut *præfluere* & *præterfluere* usurpasse, & urbem eodem semper ambitu fuisse, de quo utroque merito dubites, liqueret.

AD FLEXVM.] Hanc mutationem Ph. Cluverius in vico, cui vulgare vocabulum est *Bidiz-*

CIVITAS VINCENTIA.	M. XI.
MVTATIO AD FINEM.	M. XI.
CIVITAS PATAVI.	M. X.
MVTATIO AD DVODECIMVM.	M. XII.
MVTATIO AD NONVM.	M. XI.
CIVITAS ALTINO.	M. VIIII.
MVTATIO SANOS.	M. X.
CIVITAS CONCORDIA.	M. VIIII.
MVTATIO APICILIA.	M. VIIII.
MVTATIO AD VNDECIMVM.	M. X.
CIVITAS AQVILEIA.	M. XI.

FIT A MEDIOLANO AQVILEIAM VSQVE MIL. CCLI.
MVTATIONES XXIIII. MANSIONES. VIIII.

MVTATIO AD VNDECIMVM.	M. XI.

MVTA-

dizzoli, ubi ramus ex Eleusio flumine lævorsum deflectit, reperit.

BENEVENTVM.] Idem vir egregius suspicatur, *suppositítium hoc esse vocabulum ab clara hujus nominis in Samnitibus urbe: quid vero auctor hujus Itinerarii scripserit, incertum esse:* nulla utique justa caussa: neque enim nobilis Samnitum urbs officere debet, ne obscura mutatio, & longe longeque ab ea remota, pari cognomine utatur: præsertim cum intervallum, quod Veronam & Brixiam distinguit, facile eam toleret.

VERONA.] Semovet hanc Ticino M. P. CXX. Constantinus. Administ. Imper. C. 26. ὕστερον ἦλθεν εἰς Βερῶναι, εἰς τὸ κάστρον τὸ ὂν ἀπὸ ῥκ. μιλίων τῆ Παπίας. Hoc Itinerario paullo amplior M. P. numerus est.

CADIANO.] Hanc & sequentem frustra quæsivi.

VINCENTIA.] Pro *Vicetia* sive *Vicentia* ex labentis Latinitatis consuetudine, quam uterque membranaceus Justini Franequeranus MS. L. XX. C. 5. probat: similiter lex 13. C. Theod. de Re Milit. *Vincentiæ* dicitur data.

AD FINEM.] Distantia ducit ad *il Zocco*, publicum in via hac diversorium.

PATAVI.] Dictum de hac alias est. Adscribam ex rudi lapide in agro Patavino erutam a Jacobo Salomonio Inscript. agr. Patavin. p. 181. epigramma, Itinerarii quandam formam exhibens:

ARQVAT.	*III. M. P.*
MONTAG.	*XVII. M. P.*
MONT. ORT.	*V. M. P.*
MONT. SIL.	*V. M. P.*
APON.	*V. M. P.*

Id si ex ultima foret antiquitate, dignum esset, cui opera impenderetur: verum quidquid etiam L. Pignorius Orig. Patav. C. 15. de *monte Agnone*, & *monte Ortone* suspicetur, vix tamen viceri, eorum nomina esse vetustissima. *Montem Silicem*, qui ante Paullum Diaconum L. II. Gest. Longob. C. 14. memorarit, neminem novi: *montem Agnonem* præterea *Annianum* Anton. Itiner. dici p. 281. animadversum est.

AD DVODECIMVM.] Censetur fuisse ad amnem Musonem in vico, cui *Mirano* nomen hæret.

AD NONVM.] In oppido *Mestre*, VII. milliaribus a Venetiis distante, hanc mutationem Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 18. figit.

SANOS.] Ex intervallo colligitur ad dextram Liquentiæ ripam fuisse. De Concordia & Altino ad Ant. Itin. p. 281.

APICILIA.] Fuit inter *Concordiam* & *Tisanam* oppidum, sicuti, quæ sequitur, *ad undecimum* ab Aquileia lapidem haud procul oppido *Marano*, si spatia bene dimensus est Ph. Cluverius.

MIL. CCLI.] Summam singulæ mansiones, ut ad calculos sedenti apparebit, paullo minorem porrigunt.

MVTATIONES XXIIII.] Si XI. abstuleris, ratio constabit.

AD VNDECIMVM.] Creditur fuisse in ripa

MVTATIO AD FORNOLVS. M. XII.
MVTATIO CASTRA. M. XII.

INDE SVNT ALPES JVLIAE.

AD PIRVM SVMMAS ALPES. M. VIIII.
MANSIO LONGATICO M.XII.
MVTATIO AD NONVM. M. VIII.
CIVITAS EMONA. M. XIII.
MVTATIO AD QVARTODECIMO. M. X.
MANSIO HADRANTE. FINES ITALIAE ET NORCI. M. XIII.
MVTATIO AD MEDIAS. M. XIII.
CIVITAS CELEIA. M. XIII.

MVTA-

pa Sontii amnis ubi *Gradiſca*, quam Venetos ad tutelam fluminis circa An. CIↃCCCCLXXII. excitaſſe Leand. Albertus Deſcript. Ital. p. 767. refert.

AD FORNOLVS.] Rectius *ad Furnulos*: forte mutationi nomen venit, quod ibidem parvi furni ſeu *furnuli* conſpicerentur. Diſtantia ducit ad confluentes aquas Leiaci Vipacique.

MVTATIO CASTRA.] Hæc in MS. inter uncos erant poſita. A. Itin. *Fluvium frigidum* in hac vicinia habet: *caſtra* hæc fuiſſe videntur, ubi nunc oppidum, quod *Gemunde* vocitant. Vid. Ph. Cluverii L. I. Ital. Antiq. C. 20. p. 188.

ALPES JVLIAE.] Alpes hæ clauſtra Italiæ erant, ex Norico venientibus objecta: inde *Julia clauſtra* Pacato. Sozomenus L. VII. H. E. C. 22. Καὶ Ἐυγένιος μὲν ταύταις ταῖς ἔλπισι βουκολούμενος πλείστην ἤγειρε στρατιάν· Καὶ τὰς πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ πύλας, ἃς οἱ Ῥωμαῖοι Ἰουλίας Ἄλπεις καλοῦσι, προκαταλαβὼν ἐφρούρει, ὡς ἐν στενῷ μίαν πάροδον ἔχουσας, ἑκατέρωθεν πεφραγμένας ἀπορρῶξι καὶ ὑψηλοτάτοις ὄρεσιν· *Eugenius hac ſpe ineſcatus maximum collegit exercitum; & Italiæ clauſtra, quæ Romani Julias Alpes vocant, ante captas præſidio tenuit, quippe quæ inter anguſtias unum duntaxat acceſſum præbeant, utrimque præruptis ſcopulis communitæ.* Zoſimus has Alpes *montes Apenninos*, de quibus Ph. Cluverius L. I. Ital. A. C. 32., L. IV. C. 46. appellat. Nomen videntur habere a Julio Caeſare, quo auctore, aut certe Auguſto, via per has Alpes patefacta eſt. De Caeſare tanto promptius credas, quod in calle anguſtiſſimo, militari opere munito, præcipiti ſaxo Sabellicus inſcriptum viderit, C. *JVLIVS CAESAR*, reliquis vetuſtate exoleſcentibus literis. De eo atque Auguſto Sex. Rufus Breviar. C. 7. teſtatur. Vide Simleri Comment. de Alpib. p. 108.

AD PIRVM.] Ab inſigni arbore *Piro* manſioni nomen adhæſit: fuit ea in ſumma Alpe, ſive, ut in Tabula, in *Alpe Julia*. Exſtructas fuiſſe in ſummis Alpibus manſiones ad commodum iter facientium monitum ad Ant. Itin. p. 296. fuit.

EMONA.] Urbem hanc in Pannonia Plinius L. III. C. 25. collocat, Ptolemaeus in eadem provincia, ſed proxime Noricum: utrumque deſerit Herodianus L. VIII. C. 1. Ὡς δὲ πᾶν τὸ πεδίον διῆλθεν ὁ στρατὸς μετ' εὐκοσμίας τε καὶ εὐταξίας, ἐπέστησαν πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσιν Ἡμῶναν οἱ ἐπιχώριοι· πρόκειται δὲ αὕτη ἐπ' ἀκροτάτῳ πεδίῳ, ἱδρυμένη πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων. *Poſtquam omnem eam planitiem ſervatis ordinibus tramiſerunt, ad primam Italiæ urbem, quam indigenæ Emonam vocant, devenerunt: ſita ea eſt in extrema planitie ad Alpium radices:* quibus utique Emonam Italiæ urbibus accenſet: ſed, ſi Ph. Cluverium L. I. Ital. A. C. 2. & Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 8. p. 557. audiveris, peſſime: extimos enim Italiæ fines fuiſſe ſummas Alpes; quæ ultra eas fuerint, Norico aut Pannoniæ contribui oportere. Equidem viris egregiis ultro dedero, Plinii & Ptolemaei ætate Emonam Italiæ non fuiſſe habitam urbem: at nihil dein fuiſſe mutatum, aut fines Italiae longius non fuiſſe prolatos, qui poſſum? teſtem habemus Herodianum, cui Capitolinus in Maximin. C. 21. adſtipulatur: accedit Itinerarium, Emo-

MVTATIO LOTODOS.	M. XII.
MANSIO RAGINDONE.	M. XII.
MVTATIO PVLTOVIA.	M. XII.
CIVITAS PETOVIONE.	M. XII.

TRANSIS PONTEM, INTRAS PANNONIAM INFERIOREM.

MVTATIO RAMISTA.	M. VIIII.
MANSIO AQVA VIVA.	M. VIIII.
MVTATIO POPOLIS.	M. X.
CIVITAS IOVIA.	M. IX.
MVTATIO SVNISTA.	M. IX.
	MVTA-

Emonam apertissime Italiae finibus transcribens. Memini equidem Ph. Cluverium adfirmasse, Antonini Itinerarium Pannoniæ initium facere ad *Longaticum mansionem*, id est, post transitum Alpis Juliae: sed & id novi, nusquam in eo Itinerario id legi, neque adeo quidquam huic sententiæ nocere. Denique Sozomenus urbem, de qua controversia est, ἐν Ἰταλῶν ὁρίοις, *in Italiæ finibus* ab Argonautis esse conditam L. I. H. E. C. 1. prodit. Plura de Emona ad A. Itiner. p. 129. memoravimus.

AD QVARTODECIMO.] Aut *Emonæ* adscripti numeri huc pertinent, aut mox XIII. M. P. una millia addi oportebit.

FINES ITALIAE ET NORICI.] Noricum intellige mediterraneum; duplex enim scriptoris nostri tempore erat, *ripense* & *mediterraneum*, ut ex Notitiis nemini ignotum est: Vide ergo an sana & boni coloris habenda hæc Zosimi sint L. V. C. 48. οἰκεῖν δ' αὐτὸν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἅμφω καὶ Νωρικὸς καὶ Δελματίαν· *ut ipse cum suis omnibus utramque Venetiam & Noricos & Delmatiam incoleret.* Una erat *Venetia* provincia; Paullus Warnefridi L. II. Gest. Longob. C. 14. *Venetia enim non solum in paucis insulis, quas nunc Venetias dicimus, constat, sed ejus terminus a Pannoniæ finibus usque ad Adduam fluvium protelatur:* nec dissidet Zosimus L. V. C. 45. unde ergo *utraque Venetia?* Equidem Βενετίαν καὶ ἅμφω Νωρικὸς a Zosimo venisse opiner; quod & propterea mihi probabile accidit, quoniam C. 50. ceteris missis μόνος ἅμφω Νωρικὸς, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δ' Ἴστρῳ καὶ μόνος, Alaricus sibi petere pergit. Si qui tamen Zosimi veterem scripturam tueri voluerint, illi *Venetiam* in duas fuisse sectam, *superiorem* atque *inferiorem*, profiteri debebunt: nec deerit eorum opinioni præsidium ex Notit. Imp. Occid., quæ in *provincia Venetia inferiore* collocat *præfectum classis Venetum Aquileiæ* p. 146.

AD MEDIAS.] Hanc & *Lotodos* ac *Pultoviam* nusquam reperire potui: ceteras ad A. Itin. p. 129. & seq. illustravimus.

TRANSIS PONTEM.] In Dravo factum pontem intelligit. Ut vero Norico Petovionem adscribit, ita Ammiano L. XIV. C. 11. *Petobio oppidum Noricorum*, & Zosimo ex Reinesii emendatione L. II. C. 46.

PANNONIAM INFERIOREM.] Frequens est Pannoniæ *inferioris* & *superioris* mentio, quarum hanc primam, illam secundam solent appellare: id vero huic Itiner. præcipuum est, quod *inferiorem* eam vocet *Pannoniam*, quæ aliis omnibus est *superior*, quod ab Hen. Valesio dudum animadversum est ad Ammian. L. XVI. C. 10., & *superiorem*, quæ ceteris *inferior*. Uno utamur teste, plures enim ex Ch. Cellarii L. II. G. A. C. 8. p. 547. sumi poterunt, Zosimo L. V. C. 29., qui Emonam μεταξὺ Παννονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικῆς sitam fuisse refert.

POPVLIS.] Tabula & Ravennas L. IV. C. 19. *Populos.* Forte *ad Populos* verus mutationis titulus est, quod ea ad arbores populos esset adposita. Præcedentes alibi exposuimus.

SVNISTA.] *Sonista* in Tabula & Ravennate cum eadem ferme M. P. distantia.

MVTATIO PERITVR.	M. XII.
MANSIO LENTOLIS.	M. XII.
MVTATIO CARDONO.	M. X.
MVTATIO COCCONIS.	M. XII.
MANSIO SEROTA.	M. X.
MVTATIO BOLENTIA.	M. X.
MANSIO MAVRIANIS.	M. VIIII.

INTRAS PANNONIAM SVPERIOREM.

MVTATIO SERENA.	M. VIII.
MANSIO VEREIS.	M. X.
MVTATIO IOVALIA.	M. VIII.
MVTATIO MERSELLA.	M. VIII.
CIVITAS MVRSA.	M. X.

MV-

PERITVR.] Eadem *Piretis*, quod ſine dubio melius. Forte *a Piro*, ut *quercetum*, *roboretum*, aliaque, formatum eſt. *Pirri* in Voſſiano MS. dici ad A. Itin. p. 266. adſcriptum eſt.

LENTOLIS.] Tabula *Luntulis*, ſed ex Ravennate & Itin. Ant. *Lentulis* rectum eſſe colligitur. Ptolemaeus habet Λέντεδον, quod ex ΛΕΝΤΟΥΛΟΝ originem accepiſſe videtur.

CARDONO.] Niſi erro atque hujus animi fruſtra ſum, *Carrodunum* ſive Καρρόδουνον, ut in Coislin. MS. legitur, Ptolemaei eſt: neque obeſt, quod illi urbs dicatur, hic autem *mutatio*: nam & alia ſuppetunt urbium exempla, quæ *mutationis* nomen ferunt.

COCCONIS.] Solus, quod ſciam, Ravennas L. IV. C. 19. memorat, & *Cucconis* ſcribit.

SEROTA.] Sic quoque A. Itiner. p. 130. *Sirotis* Tabula, Ravennas vitioſiſſime *Sirore*. Haud ſcio an Ptolemaei ΣΟΡΟΓΑ, pro ΣΟΡΟΤΑ, eadem ſit.

BOLENTIA.] Iſ. Voſſius è MS. *Bolenta* excerpſit: Tabula *Bolentio*, Ravennas mendoſe *Bolenilo*. Tabulæ ſcripturam firmat Ptolemaei Βολέντιον L. II. C. 15.

MAVRIANIS.] *Marinianis* Tabula & Ravennas. Vid. Itin. A. p. 130.

PANNONIAM SVPERIOREM.] Eam eſſe diximus, quam *inferiorem* vocant alii, vicinam Mœſiæ. Vid. Sext. Rufum Breviar. C. 7. Duplex itaque Pannonia hoc in Itinerario atque apud alios memoratur. Solus, quod memini, Optatus Milevitanus L. II. Schiſ. Donat. C. 1. *tres Pannonias: ſi apud vos tantummodo*, inquit, *eſſe vultis in tribus Pannoniis, in Dacia, in Mœſia*. Cauſſa hæc Optato fuiſſe videtur. Secunda Pannonia in duas fuit ſecta: prior vetus nomen ſervavit; alteri *Valeriae* inditum cognomen eſt. Ammianus L. XIX. C. 11. *Valeriam venit* Imperator, *partem quondam Pannoniæ, ſed ad honorem Valeriae Diocletiani filiæ & inſtitutam & ita cognominatam*. Ubi Lindenbrogium conſule.

SERENA.] *Seronis* Tabula, *Sorenis* Ravennas. Puto noſtrum ſatis rectum eſſe.

VEREIS.] Βέρεον, quam Ptolemaeus in inferiore Pannonia procul a Danubio ponit, alibi videri diximus.

JOVALIA.] *Jovallio* Tabulæ, *Joballios* Ravennati, Ptolemaeo Ἰόβαλλον L. II. C. 16.

MERSELLA.] *Murſa minor* eſt, ut Tabula oſtendit, quam & Ptolemaeus Μυρσέλλην vocat.

MVRSA.] Aethicus Cosmogr. p. 40. Ed. Gronov. Savum *jungere ſe Danubio ad locum Murſæ oppidi* ſcribit, ſed egregie errans: ſita enim urbs ad Dravum fuit. Vid. Julianum Orat. I. p. 36. & quæ nos alibi.

LEVTVOANO.] Hæc quæ ſit, juxta cum ignariſſimis ſcio. Eſt in Notit. Imp. Occid. *Leonata*, ubi *tribunus cohortis I. Joviae* in ſtatione fuiſſe dicitur: ſed hanc eſſe non aſſevera-vero.

CIBALIS.] Ad hanc urbem Conſtantinus M. Lici-

MVTATIO LEVTVOANO.	M. XII.
CIVITAS CIBALIS.	M. XII.
MVTATIO CELENA.	M. XI.
MANSIO VLMO.	M. XI.
MVTATIO SPANETA.	M. X.
MVTATIO VEDVLIA.	M. VIII.
CIVITAS SIRMIVM.	M. VIII.

FIT AB AQVILEIA SIRMIVM VSQVE MILIA CCCCXII. MANSIONES XVII. MVTATIONES XXXVIIII.

MVTATIO FOSSIS.	M. IX.
CIVITAS BASSIANIS.	M. X.
MVTATIO NOVICIANI.	M. XII.
MVTATIO ALTINA.	M. XI.
CIVITAS SINGIDVNO.	M. VIII.

FINIS

M. Licinium primo prælio superavit; unde ἡ περὶ Κιβάλας μάχη Sozomeno L. I. H. E. C. 6. Eutropius L. X. C. 5. *Ac primo eum in Pannonia ingenti apparatu bellum apud Cibalas instruentem repentinus oppressit.* Sic recte viri docti locum refingunt, quibus tamen Hen. Valesius ad Eusebii L. II. Vit. Constant. C. 7. præluxit.

CELENA.] *Cansilenam* Tabula vocat. Hac iter est a Dravo recta ad Savum per mediam inter eos fluvios regionem.

VLMO.] De hac & sequenti disputavimus ad Ant. Itin. p. 268.

VEDVLIA.] *Budalia* est, Sirmiensium vicus, Decii Imp. patria, sicuti alias memoravimus.

SIRMIVM.] Nobilissimam hanc urbem & in amœnissimo solo positam, quo de Jo. Sambucus in Append. Rer. Hungar. p. 761., Nicetas Choniates Annal. Manuelis Comneni L. II. p. 47. *Zeugminum* prius dictam refert: καθ' ὃ καὶ Φρουρίον ἐρυμνότατον ἔκτισται, ὁ Ζεύγμινον ἐπικέκληται, ὅπερ νῦν λέγεται Σίρμιον· Nimirum genuina Hungarica lingua, si verus testis est Lazius, Sirmium *Suynigius* appellabatur; inde Nicetæ nata est eorum scribendorum occasio, Βιμινάκιον, τὴν πρὸς τῷ Ἴστρῳ Μυσῶν πόλιν appellat Priscus Excerpt. Hoesch. p. 45.

MANSIONES XVII.] Summa respondebit, si illi mansionem *ad Pirum* in summis Alpibus addideris.

MVTATIONES.] In hanc summam *mansiones*, *civitates* & *mutationes*, turpi vitio, conjectæ omnes sunt.

FOSSIS.] Habet has etiam *Fossas*, quas Tabula & Itiner. A. præterierunt, Ravennas L. II. C. 19. De *Bassianis* vide ad A. Itin. p. 131., ubi civitatis itidem nomen ferunt.

NOVICIANI.] Nemo alius hanc memorat; quæ sequitur *Altina*, in eundem censum venit: Novit quidem *cuneum equitum Fortensium Altino* Notitia Imp. Occid., sed ea statio in Valeria fuit provincia, & longius hinc dissita. Tabula & Ravennas *Bassiana* inter & *Singidunum Idominium*, *Taurunum* & *Confluentes* collocant, mirumque est *Tauruni* nullam hic fieri mentionem.

SINGIDVNO.] Ptolemaeus L. III. C. 9. in Mysia superiore hanc sitam fuisse docet, nec dissidet Notit. Imp. Orient. Hic, quoniam in Pannoniæ & Mœsiæ finibus erat, priori accensetur, sicuti quoque a Procopio L. I. B. Goth. C. 15., cujus, ut illustrem, verba adscribo: ὕπερθε δὲ αὐτῶν, egerat de Istria, Liburnia & Venetorum agro maritimo. Σίσκιοί τε καὶ Σούαβοι (οὐχ οἱ Φράγγων κατήκοοι, ἀλλὰ παρὰ τούτοις ἕτεροι) χώραν τὴν μεσόγειον ἔχουσι· Καὶ ὑπὲρ τούτοις Κάρνιοί τε καὶ Νωρικοὶ ἵδρυνται· τούτων δὲ Δάκαι τε καὶ Πάννονες ἐν δεξιᾷ οἰκοῦσιν. οἱ ἄλλα τε χωρία καὶ Σιγγιδόνων καὶ Σιρμίων ἔχουσιν, ἄχρι ἐς ποταμὸν Ἴστρον διήκοντες· *Supra eos Siscii & Suabi, non illi, qui Francis parent, sed ab iis diversi, interioris terræ tractus obtinent. Ultra hos Carnii siti sunt Noricique; ad quorum dextram Dacae & Pannones*

FINIS PANNONIAE ET MYSIAE.

MVTATIO AD SEXTVM.	M. VI.
MVTATIO TRICORNIA CASTRA.	M. VI.
MVTATIO AD SEXTVM MILIARE.	M. VII.
CIVITAS AVREO MONTE.	M. VI.
MVTATIO VINGEIO.	M. VI.
CIVITAS MARGO.	M. IX.
CIVITAS VIMINATIO.	M. X.

VBI DIOCLETIANVS OCCIDIT CARINVM.

MVTATIO AD NONVM.	M. IX.

MAN-

nones habitant, suisque in urbibus Sigidonum & Sirmium numerant, ad Istrum fluvium pertinentes: quibus in verbis Σιγγίδονον & Σίρμιον scribi oportere, nullum potest esse dubium: id fortasse obscurius erit, quinam illi *Suabi* fuerint, quos Sisciis junctos a *Suabis*, Thoringorum & Alamannorum, de quibus L. I. C. 12. dixerat, vicinis diversos distinctosque esse ait: putem *Siscios* appellasse eos, qui vicinum urbis Sisciae agrum arabant; *Suabos* autem provinciæ *Saviæ*, a Savo, qui eam alluebat, dictæ, incolas. Eam Sext. Rufus Breviar. C. 8., atque ex eo Jornandes Reg. Succes. p. 82., sed *Sueviam* perperam vocans, memorant: *Suaviam* autem Procopii ætate fuisse nuncupatam, ejus æqualis Cassiodorus Senator L. IX. Var. Epist. 8. testis erit: *Atque ideo illustrem magnitudinem tuam, Deo juvante, ad Dalmatiarum atque Suaviæ provincias iterum credimus destinandam.* Neque enim *Suavia* alia est ac *Savia* Rufi; quæ & Senatori restituenda videri posset, nisi eam Procopius sequenti capite Σουαβίαν semel atque iterum nuncuparet, & Dalmatiæ vicinam faceret.

MYSIAE.] MS. *Misiae*, quam Latini *Moesiam* appellare solent. Servius Georg. I. 102. *Moesia autem provincia est Thraciarum, vicina Scythiæ: Mysia vero civitas Phrygiæ, haud longe a Troja*; qui sine dubio pro *civitate* rectius *provinciam* seu *regionem* vocasset: ἡ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσία, ut ab hac distingueretur, Eusebio propterea dicta L. V. H. E. C. 16. Solenne enim Græcis est, utramque & Asiaticam & Europæam *Mysiæ* nomine celebrare, atque illam Μυσίαν τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν, ut Dioscorides L. IV. C. 171., aut τὴν Ἑλλησποντίαν nominare, Galenus L. V. Ὑγιειν. p. 269 καὶ ὁ καλούμενος Μύσιος, οὐκ ἐκ τῆς περὶ τὴν Ἴστρον Μυσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑλλησποντίας ὀνομαζόμενος. Est autem Moesia duplex ex Notitia Imp. Orient. haud ignota, utraque cis Danubium; quamquam Græci etiam ultra id flumen ejus fines proferre adsueverunt. Dio certe Chrysostomus Orat. XII. p. 198. Mysos & Getas non distinguit: Καὶ γὰρ δὴ τυγχάνω, inquit, μακρὰν τὴν ὁδὸν τὰ νῦν πεπορευμένος ἐνθὸ τοῦ Ἴστρου, καὶ τῆς Γετῶν χώρας ἢ Μυσῶν, ὥς φησιν Ὅμηρος, κατὰ τὴν νῦν ἐπίκλησιν τοῦ ἔθνους. *Etenim longam his diebus viam ingressus sum versus Istrum & Getarum regionem sive Mysorum, ut Homerus, secundum nostri temporis appellationem gentis, ait:* Sic vertenda & legenda ea sunt ex Casauboni emendatione: nam γε τῶν prorsus ineptum erat; quod tamen & Orat. LXXI. p. 628. fœdaverat, sicuti & animadversum est a viro docto, quem a Seldeno non esse diversum Wasse ad Thucydidem L. I. C. 20. significat, in Emendat., a Wolfio tom. I. Anecdot. insertis.

AD SEXTVM.] Procopius L. IV. Aedif. Justin. C. 5. Justinianum ad octavum a Singiduno lapidem φρουρίον διαφερόντως ἐχυρὸν *castellum munitissimum* excitasse scribit; forte ex hujus ruinis.

TRICORNIA CASTRA.] Hierocli prave Πρικόρνια, rectius Ptolemaeo L. III. C. 9. Tricornium Τρικόρνιον, addenti, παρ' ἣν ἐκτρέπεται Μόσχιος ποταμὸς, quæ vertunt, *juxta quam divertitur Moschius fluvius*, adeoque obscura Ch. Cellario sunt visa, ut ea se intelligere negarit, nisi ἐκχέεται, *effunditur*, vel legas vel explices; scribere enim Geographum ripæ oppida, apud quæ effusiones sint fluminum, non flexus & diver-

MANSIO MVNICIPIO.	M. IX.
MVTATIO IOVIS PAGO.	M. X.
MVTATIO BAO.	M. VII.
MANSIO IDOMO.	M. VIIII.
MVTATIO AD OCTAVVM.	M. VIIII.
MANSIO OROMAGO.	M. VIII.

FINIS MYSIAE ET DACIAE.

MVTATIO SARMATORVM.	M. XII.
MVTATIO CAMETAS.	M. XI.

MAN-

diverticula. Vid. L. III. G. A. C. 8. p. 573. Verum hinc nullo negotio vir eruditiſſimus ſe expediviſſet, ſi recordari potuiſſet, Ptolemaeo ἐκτροπὴν ποταμοῦ ejus in alium influxum ſæpe notare: ita L. III. C. 8. ἐκτροπὴ Τιβίσκου, ἐκτροπὴ Κιάβρου, ἐκτροπὴ Ἀλούτου ποταμοῦ, & de flumine Hieraſo, ὃς κατ' Δινογετίαν ἐκτροπὰς ἐκπίπτει εἰς Ἴστρον, qui circa Dinogitiam Iſtro jungitur. *Caſtra* hic fuiſſe ex Notitia Imp. Orient. colligas, quippe quæ *Tricornio* in Moeſia prima *cuneum equitum Sagittariorum*, *auxiliares Tricornienſes*, & *auxilium Aureomontanum* ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Moeſiae fuiſſe ſcribit.

AD SEXTVM.] MS. *miliarem*; quod, ſi *lapidem*, ut oportet, ſubintellexeris, non omnino ſpernendum videtur.

AVREO MONTE.] Vide, quæ Ant. Itin. p. 132. adſcripſimus.

VIMINATIO.] Hæc provinciæ Moeſiae metropolis in Hieroclis eſt Synecdemo & numis. Ptolemaeus *Legionem* hic ſtativa habuiſſe ſignificat, quam ex Notit. Imp. Orient. *Legionem VII. Claudiam* fuiſſe novimus.

VBI DIOCLETIANVS.] Ultimum inter Carinum & Diocletianum ad Margum commiſſum eſt prælium, quo victus & a ſuis deſertus Viminatium aufugiſſe aut certe abductus atque interfectus videtur. Eutropius L. IX. C. 13. *Poſtea Carinum, omnium odio & deteſtatione viventem, apud Margum ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu, quem fortiorem habebat: certe deſertum inter Viminatium & Aureum montem.* Plura Probabil. C. 34. in medium prolata ſunt, quæ inibi legi velim.

MVNICIPIO.] Manu exaratus codex *Muncipio*; ſed alterum res ipſa & Tabulæ atque Itin. A. conſenſus tuentur.

JOVIS PAGO.] *Jovis* hunc *pagum* Tabula X. quoque M. P. a Municipio ſemovet. Ravennas L. IV. C. 7. *Pago* tantum.

BAO.] Aliis omnibus hæc indicta eſt, nec apparet, rectumne an mendoſum ſit.

IDOMO.] *Idimo* ex Tabula & A. Itin. forte præſtabit.

OROMAGO.] Vir egregius Ch. Cellarius L. II. G. A. C. 8. p. 579. non dubitat, quin hoc ex *Horreo Martis* depravatum ſit, ſine dubio pro *Horreo Margi* & calami quidem vitio: omnes id hoc loco ad Margum flumen, quod *Morabum* Nicetas An. Iſacii Angeli L. III. p. 214. *Morabam* Laon. Chalcocondyles L. VII. Rer. Turc. p. 234. Ed. Colon. appellant, agnoſcunt.

MYSIAE ET DACIAE.] MS. *Myſſiae* & *Aſiae*, perperam. Intelliguntur fines Moeſiae I. ſive ſuperioris & Daciae: utramque enim Moeſiam Dacia poſt Aureliani tempora diſtinxit, deinceps in *ripenſem* & *mediterraneam* deſcripta. Fl. Vopiſcus in Aureliano C. 39. *Quum vaſtatum Illyricum ac Moeſiam deperditam videret; provinciam trans Danubium Daciam, a Trajano conſtitutam, ſublato exercitu & provincialibus, reliquit, deſperans eam poſſe retineri: abductosque ex ea populos in Moeſiam collocavit, appellavitque ſuam Daciam, quæ nunc duas Moeſias dividit.*

SARMATORVM.] Forte a *Sarmatarum* præſidio nomen loco venit. Tabula *præſidium Daſmuni*, ſive *Daſmiani*, ut Ravennas L. IV. C. 7., quod a *Daſumio*, quo nomine in literatis monumentis aliqui ſunt, natum videtur, X V. M. P. ab Horreo Margi ſemovet.

CAMETAS.] Nusquam apud alios reperitur.

MANSIO IPOMPEIS.	M. IX.
MVTATIO RAPPIANA.	M. XII.
CIVITAS NAISSO.	M. XII.
MVTATIO REDICIBVS.	M. XII.
MVTATIO VLMO.	M. VII.
MANSIO ROMANSIANA.	M. IX.
MVTATIO LATINA.	M. IX.
MANSIO TVRRIBVS.	M. IX.
MVTATIO TRANSLITIS.	M. XII.
MVTATIO BALLANSTRA.	M. X.
MANSIO MELDIA.	M. IX.
MVTATIO SCRETISCA.	M. XII.

CI-

IPOMPEIS.] Vitiosum est, & ex *Pompeii præsidio*, quod in Tabula ineſt, ortum. Ravennas tamen *Ponpegis*.

RAPPIANA.] Hoc quid sit, non expedio. Tabula Peutingerorum XII. M. P. a Pompeii præsidio *Granirianis*, pro quibus *Crambrianis* Ravennas: neutrum ad verum nos perducet. Posset posterius ex *Ciambrianis* natum videri, & ad Ciabrum, quem Ptolemaei libri Κίαμβριον & Κίαμβον, quamquam mendose, vocant, referri; nisi metus esset, ut ad eum devenerimus. M. Altingius notis in Tabul. MS. prius in *Gratiana* commutat: urbis enim *Gratiana* in Moesia sub Viminatio metropoli in Notitia Græca, & *Gratianensium* in Notit. Imp. Orient. mentionem esse: cujus ego opinioni assentiri non possum: disconvenit enim situs. Procopius eam in ultimis Illyrici finibus; ἐν τῇ ἐχατιᾷ τῆ Ἰλλυριῶν L. I. B. G. C. 3. locat, positionemque incertam relinquit. Certiora Notitia Imp. Orient. docebit, inter Margum & Tricornium in Moesia I. eam statuens. Jam cum Hierocles locum illi Singidunum inter & Tricornium assignet, dubium esse nequit, quin longius hinc afuerit: igitur meliora aliunde exspectemus.

NAISSO.] Sita urbs ad amnem erat, sed nominis dubii. Priscus Excerpt. Hoesch. p. 36. Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ναϊσσὸν, ἔρημον μὲ ἑυρόντι ἀνθρώπων τὴν πόλιν, ὡς ἀπὸ τῆ πολεμίων ἀναλεφθείσαν· ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς καταλύσασι τῆ ἀπὸ νόσων καπεχομένων τινες ἐτύγχανον ὄντες· μικρὸν δὲ ἄνω ἐν πόλει ἐν καπηλῷ καταλύσαντες, (συμπεσὸν γὰρ ἐπὶ τὴν ὄχθην ὀστέων ἦν πολλὰ τῆ ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντων) τῇ ἐπαύριον ἐπὶ τὸν Ἄγγηδον τῆ ἐν Ἰλλυριοῖς ταγμάτων ἡγέμονα ἀφικόμεθα, ὃ πόρρω ὄντα τῆ Ναϊσσῆ. quæ omnia, quod urbis situm & conditionem illustrarent, adscribenda duxi; quamquam, quid sit ἐν Καπηλῷ, ubi se divertisse scribit, non bene capio. Nolo diffiteri, placuisse mihi olim ἐν ποταμῷ Κιάβρᾳ, quem hanc viciniam constat alluisse: nec ausim tamen pro vero id venditare, quoniam citra dubium non est, id flumen hanc urbem præfluxisse. *Nissum* Busbequius Epist. I. p. 22. appellat, præbetque suspicandi occasionem, ejusdem cum urbe & olim fuisse cognominis. Videndum itaque, utrum ἐν καπηλῷ apud Priscum præstet. Memorat eandem urbem, sed minus honeste habitam, Consentius Artis p. 2027. *In nominibus quoque urbium*, inquit, *idem hoc evenit, ut pleraque incerti generis sint, inter femininum & masculinum, ut hic Narbo, &, sicuti non præsumi cepit, hæc Narbo: vel inter femininum & neutrum; ut hoc Naviſſum & hæc Naviſſus:* qui, puto, voluerat, *nunc præsumi, & hæc Narbona, hoc Naiſſum & hæc Naiſſus. Niſſam* nunc vocitant, Νίσσον Nicetas L. III. An. Is. Angeli p. 214., Νήσιον Laon. Chalcocondyles L. VII. Rer. Turc. p. 234.

REDICIBVS.] Rectum fortasse *Radicibus* fuerit: ut ab illis, sicuti sequenti ab ejusdem nominis arbore, nomen adhæserit.

ROMANSIANA.] Cardinalis Baronius hoc nomen in Martyrum catalogo Romano die XXII. Julii Aquileiae imposuit: at turpi errore, ut præter alios D. Papenbrochius tom IV. mensis Julii p. 245. recte ostendit. De justo mansionis cognomine disputavimus alias.

TVRRIBVS.] Habet has *turres* Tabula & Itiner.

CIVITAS SERDICA. M. XI.

FIT A SIRMIO SERDICAM VSQVE MILIA. CCCXIIII. MVTATIONES XXIIII. MANSIONES XIII.

MVTATIO EXTVOMNE. M. VIII.
MANSIO BVRAGARA. M. IX.
MVTATIO SPARATA. M. VIII.
MANSIO ILIGA. M. X.
MVTATIO SONEIO. M. IX.

FINIS DACIAE ET THRACIAE.

MVTATIO PONTEVCASI. M. VI.
MANSIO BONAMANS. M. VI.

MV-

Itiner. A., ubi neglectæ non sunt: prior *Latina* ab aliis præteritur.

TRANSLITIS.] Si vera ea scriptura, ex *Litis*, quicunque demum fuerit is locus, nomen erit conflatum; quomodo *Transdiernis*, *Transluco*, *Transalba*, *Transacinco* & ejus generis alia in Notit. Imp. utriusque.

BALLANSTRA.] Hanc mihi invenire non licuit: sequentem Ant. Itiner. & Tabula habent.

SCRETISCA.] Procopius L. IV. de Fabric. Justin. C. 4. castella atque arces circa Serdicam describens, hanc, quod & alii omnes fecerunt, præteriit.

SERDICA.] *Triaditzam* seriore ævo fuisse appellatam Nicetas Choniates L. III. Annal. Isac. Angeli p. 214. testificabitur: Καὶ ἡ τῶν Τριάδιτζαν ἀφικόμενοι, ἥ ἐστι πάλαι λεγομένη Σαρδική, τὸ πλεῖον αὐτῆς μέρος ἠφάνισαν.

A SIRMIO.] MS. vitiose *a Sirmium Serdicum*. Summa M. P., si tria millia addideris, numeros, quos singulæ mansiones præferunt, aequabit.

MVTATIONES.] Ut numerus quadret, his quatuor auferes, mansionibus vero unam addes.

EXTVOMNE.] Hæc quæ tandem sit, prorsus ignoro. Sequentem A. Itin. *Burburacam* appellat.

SPARATA.] In Tabula *Sarto* XX. M. P. a Serdica separatur, quam nostram esse, non dixero.

ILIGA.] *Helice* est, ut ex A. Itin. novimus. De *Soneio* quod dicam, certi nihil est.

FINIS DACIAE.] Thraciam intellige I., de qua Ammianus L. XXVII. C. 4. *Inter quas prima ex fronte, quæ Illyriis est confinis, Thracia speciali nomine appellatur; quam Philippopolis, Eumolpias vetus, & Beroea ampla civitates exornant.* Eam a Dacia *Succorum angustiæ* separabant: Idem paullo ante: *Cujus in summitate occidentali montibus præruptis densitate Succorum patescunt angustiæ, Thracias dirimentes & Daciam:* ut forte in *Soneio* vocabulum *Succorum* deliteſcat. Vide de his augustiis Henr. Valesium ad Socratem L. II. H. E. C. 2.

PONTEVCASI.] Quo in fluvio hic pons fuerit factus, non temere dixero. *Oescum* flumen in hoc tractu novimus, quod si suam in his montibus originem sumpsisse liqueret, non prorsus huic loco incommodum foret.

BANAMANS.] If. Vossius è MS. *Bona mansio*, quod verissimum, enotavit. Nota ea est ex leg. 3. C. de Erogat. & leg. 1. C. Theod. de Privil. Corporat, quæ utraque *Bona mansione*, scripta est. Situm ejus & a Philippopoli distantiam signant Acta S. Alexandri C. 2. *Postea vero quam urbem transierunt, quæ Clisura nominatur, & ad castrum quoddam, Banamasium nomine, advenerunt, quod est supra Philippi urbem fere miliaribus XL., illic constiterunt:* quæ Acta si Græca haberemus, hæc enim ex Aloysii Lipomani versione sunt, sine dubio *Eonam mansionem*, non quod Latina offerunt, nobis darent. Vereor etiam, ut urbs *Clisura* recta sit, eo enim nomine angustos inter montes calles, cujusmodi venientibus ex Dacia atque Illyrico transeundi erant, celebrare solent. Procopius L. IV. Aedif. Justian. C. 2. Ἐξ Ἰλ-

λυρίω,

MVTATIO ALVSORE.	M. IX.
MANSIO BASAPARE.	M. XII.
MVTATIO TVGVGERO.	M. IX.
CIVITAS EILOPOPVLI.	M. XII.
MVTATIO SYRNOTA.	M. X.
MVTATIO PARAMVOLE.	M. VIII.
MANSIO CILLIO.	M. XII.
MVTATIO CARASSVRA.	M. IX.
MANSVO AZZO.	M. XI.
MVTATIO PALAE.	M. VII.
MANSIO CASTOZOBRA.	M. XI.
MVTATIO RHAMIS.	M. VII.

MAN-

λυρίων ἐς Ἑλλάδα ἴοντι ὄρη δύο ἐπὶ μακρότατον ἀλλήλοιν· ὡς ἀγχοτάτω ξυνίασι, στενωπὸν ἐν βραχεῖ ἀπεργαζόμενα τὴν μεταξὺ χώραν, Κλεισούρας νενομίκασι τὰ τοιαῦτα καλεῖν· Hinc qui angustiis illis præest, κλεισουρόφυλαξ & κλεισουριάρχης Theophani Chonogr. p. 291. 307. dicitur.

ALVSORE.] Hanc feliciores invenerint. Sequentem ad A. Itin. p. 136. attigimus.

TVGVGERO.] Posset ex *tugurio* nata videri, nisi barbara essent pleraque per Thraciam loca.

EILOPOPVLI.] *Philippopolis* est, ut præter intervallum in Actis S. Alexandri finitum Ant. Itin. & Tabula docent.

SYRNOTA.] Memorant Acta S. Alexandri C. 2. inter Philippopolin & Parembolen fluvium, *cui nomen est Sermius*; ad quem hæc mutatio forte adposita fuit. *Castellum, quod Sarunto dicitur*, in Marcellini est Chron. An. IↃXVIII., sed in Dardania, a qua longius absumus.

PARAMVOLE.] Verum & rectum nomen est *Parembole*; quod in Græcis S. Alexandri Actis C. 2. fuisse ex his Latinis facile perspicias: *His dictis eum abduxerunt*, (a Sermio fluvio) *cumque venissent ad locum quendam, ubi emporium erat, quod Castrametatio dicebatur, eos Tiberianus consecutus est.* Putem in Græcis fuisse, ὅπου ἀλλαγὴ ἦν, ἣν Παρεμβολὴν καλοῦσι, atque inde nobis Lipomanum *emporium* & *castrametationem* exstruxisse. Meminit ejusdem Synaxarium collegii Jesuitarum Claromontani. *Ductus deinde versus Beroeam, in loco Parembolis dicto ad tribunal sistitur & crudeliter verberatur, Angelo eum confortante.*

CILLIO.] *Cillis* Ant. Itinerario sive *Cellis*, ut manu exaratus è Regis Hispaniæ Bibliotheca codex.

CARASSVRA.] Acta S. Alexandri si exceperis, vix alibi reperies: ea C. 2. *Postea vero ad castrum quoddam, cui nomen est Carasura, quod XL. miliaribus ab urbe Philippi & XVIII. distabat a Beroea, Alexander & Tiberianus pervenerunt.*

AZZO.] MS. *Arzo*, quod verissimum est: intelligitur enim fluvius & ejusdem nominis mansio *Arzus*; cujus amnis caput & cursum in plerisque omnibus Tabulis male describunt, urbem præterea cognominem longissime ab eo removentes. Itaque eum signemus; & primo quidem inter Carassuram & Beroeam Thraciæ fluxisse Alexandri Acta C. 3. docebunt: nam cum Tiberianus Carassuræ Alexandrum ad ejurandam religionem adigere non posset, *celeriter, inquit, illum comprehendite, & in urbem Beroeam abducite. Ceperunt igitur illum milites, & ad fluvium quendam venerunt, cui nomen erat Arzon.* Unde non sine caussa colligas, circa Hæmi montem ejus fontes esse quærendos. Deinde variis per Thraciam flexibus atque ambagibus Propontidem versus se evolvisse, Beroeaque Hadrianopolin profecturis denuo fuisse trajiciendum: Acta Alexandri C. 3. *Tiberianus urbe Beroea egressus, præcepit militibus, ut Alexandrum vinctum per viam publicam ducerent, & ipsum tribunum martyr sequeretur. Cum igitur Tiberianus ad fluminis, quod supra diximus, vadum alterum venisset; qui locus XL. fere miliaribus distabat a Beroea urbe, ubi hospitia multa erant.* Tandemque, quod Ptolemaeus docet, inter

MANSIO BVRDISTA.	M. XI.
MVTATIO DAPHABAE.	M. XI.
MANSIO NICAE.	M. IX.
MVTATIO TARPODIZO.	M. X.
MVTATIO VRISIO.	M. VII.
MANSIO VIRGOLIS.	M. VII.
MVTATIO NARGO.	M. VIII.
MANSIO DRIZVPARA.	M. IX.
MVTATIO TIPSO.	M. X.
MANSIO TVNORVLLO.	M. XI.

MV-

inter Heracleam & Rhædestum se in Propontidem effudisse.

PALAE.] Pæne *Beroeam* Thraciæ, qua de in A. Itiner. p. 231., esse dicerem; convenit enim distantia, quam inter eam & Carassuram Acta S. Alexandri interponunt. Ne tamen confidenter adfirmem, præposita *mutatio* facit, quæ in Beroeam, amplam urbem & post scriptum hoc Itinerarium, ut ad Hieroclem commonstrabo, satis prospera usam fortuna, non bene quadrat.

CASTOZOBRA.] *Castra Zarba* videntur esse, quæ Procopius L. IV. Aedif. Justin. C. 21. *Arzo* adjungit. Vid. Ant. Itin. p. 137.

RHAMIS.] Hanc alii reperient. Forte *Rhamnus* verius nomen fuerit.

BVRDISTA.] *Burdipta* Anton. Itiner., *Burdenis* Tabulæ.

DAPHABAE.] Et hæc in obscuro latet; quod mirandum non est, cum interior & pars Thraciæ mediterranea multis obfuscata tenebris sit. Non longe tamen Hadrianopoli afuit.

NICAE.] Πόλιν τῆς Θράκης, ὄνομα Νίκην Socrates L. II. H. E. C. 36. appellat; Ammianus L. XXXI. C. 12. *stationem Nicen.* Πολίχνην τῆς Μακεδονίας Νίκην Cedrenus p. 45. Famosa est, cum fatali prælio, quo circa eam Valens a Gothis prostratus occubuit; tum fidei professione, quam Ariani, ut imperitiores in fraudem induerent, *Nicenae* imposito nomine, in hac mansione conscripserunt. Sozomenus L. IV. C. 19. Διϊόντας δὲ τὴν Θράκην, παραγένεσθαι εἰς Νίκην, πόλιν τοῦδε τοῦ ἔθνους, καὶ συνέδριον ἐνθάδε καθίσαντες· & mox: ἐπιτηδὲς δὲ τάδε ἐν Νίκῃ πρᾶξαι καὶ ὧδε ἐπευφημῆσαι, ὥστε τοὺς ἁπλουστέρους ῥαδίως πείθεσθαι ταύτῃ τῇ πίστει συναινεῖν, τῷ παραπλησίῳ τῶν ὀνομάτων ἀπατωμένους, καὶ ὀνομένους ταύτην εἶναι τὴν ἐκ Νικαίᾳ βεβαιωθεῖσαν γραφήν· *Ostudizum* A. Itin., quod pristinum ejus nomen fuisse ex Hilario docuimus.

TARPODIZO.] Est in A. Itin. p. 230., sed ante *Ostudizum*, ut aut ille aut hic scriptor in mendo sit.

VRISIO.] Nemo alius, quod sciam, memorat. *Virgolis* ex *Bergulis*, quo olim nomine Arcadiupolis fuit, corruptum est: sita urbs erat ad flumen Erginum, ut commodiore loco ad Hieroclem ostendam.

NARGO.] Neque hanc, quæ tandem sit, docere possum.

DRIZVPARA.] Synaxarium collegii Jesuitarum Claromontani de Alexandro martyre: *Postea ad urbem Thraciæ Drisiparam ductus, ad præterfluentem existens fluvium, sententiam accepit, ut gladio interficeretur.* Fluvius, qui eam alluit, Erginus est, quo de ad A. Itin. p. 230. Vitiosum urbis nomen est in Theophane p. 198. Ἦλθον εἰς τὰ μέρη Τζουρούλου καὶ Ἀρκαδιουπόλεως καὶ τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου Ζουπαρῶν καὶ ἔμειναν ἐκεῖ. oportuerat Δριζουπάρων: Alexandri enim ultima syllaba primam hujus urbis absorpsit. Dicuntur autem Alexandri Drizupara, quod is mortem inibi pro religione Christiana obierat. Vide ejus Acta & Theophylactum L. VII. H. M. C. 14.

TVNORVLLO.] *Tzurulum* esse, alias ostendimus; quod oppidum in excellente colle erat positum. Anna L. VII. Alexiad. p. 215. Ἰδὼν τοίνυν ὡς τὸ πολίχνιον τοῦτο ἡ Τζουρουλὸς ἐπὶ λόφου ἀνεστηκότος τετείχιστο· *Ut autem vidit, conditum esse oppidum Tzurulum in eminente colle.* Non longe ab eo fluebat amnis, cui Xerogypso nomen indigenæ fecerunt. Eadem paullo ante: οἱ δὲ Σκύθαι ἐπιόντες καὶ οὗτοι κατὰ τῆς Τζουρουλοῦ, ἐπει-

δὴν

MVTATIO BEODIZO.	M. VIII.
CIVITAS HERACLIA.	M. IX.
MVTATIO BAVNNE.	M. XII.
MANSIO SALAMEMBRIA.	M. X.
MVTATIO CALLVM.	M. X.
MANSIO ATYRA.	M. X.
MANSIO REGIO.	M. XII.
CIVITAS CONSTANTINOPOLI.	M. XII.

FIT

δὲν περιαλαβεῖν τ αὐθεντορ ταύτην ἠκήσεισαν, λαβεδηκότες τ ἀνὰ τὸ πεδίον ῥέοντα ποταμὸν ἀγχὲ πυ τ πολιχνίυ τότυ (Ξηρόγυψον τὸν ἐγχωρίως καλουμένυσι) τ χάρακα ἐπήξαντο. Quæ, ut paullo obſcurior Thraciæ urbs clarioribus lucis radiis circumfunderetur, addere placuit. Jam ſi *Xerogypſus*, cujus fontes unius ferme diei itinere Anchialo afuiſſe Theophylactus L. VI. Hiſt. Maur. C. 3. indicat, vetus fluvii fuerit nomen, fortaſſe in *Tipſo*, quæ hanc præcedit manſio, latebit.

HERACLIA.] Perinthus eſt, de qua alibi: quæ ſequitur *Baunne*, nec a Procopio L. IV. Aedif. Juſtin. C. ult., quo Thraciæ caſtella vetera & nova deſcribit atque enumerat, nec ab alio, quantum recordor, memoratur.

SALAMEMBRIA.] *Selymbria* eſt, quam Procopius Σηλυβρίαν L. IV. Fabric. Juſtin. C. 9., Σηλυμβρίαν Diodorus L. XIV. p. 243. vocant. Propius ab Itinerarii ſcriptura abeſt Socrates L. VII. H. E. C. 36. Σαλαμβρίαν, quæ dein Eudoxiopolis fuerit dicta, appellans. Non equidem ignoro, L. Holſteinio, viro egregio, Eudoxiopolin eam Piſidiæ viſam fuiſſe urbem, quæque adeo nihil cum hac habuerit commune: verum opportuniore ad Hieroclem loco Selybriam & Eudoxiopolin eandem fuiſſe ex leg. 42. C. Theod. de Oper. Publ. & Conciliorum Actis comprobabitur.

CALLVM.] In hanc mutationem τὸ μακρὸν τεῖχος, quibus Anaſtaſius Imp. Pontum & Propontidem, ſive gemina maris litora, junxit, incidiſſe videntur ob intervallum ejus muri a Procopio L. IV. Aedif. Juſtin. C. 9. & Evagrio L. III. H. E. C. 38. ſignatum: ille non minus XL. M. P. ab urbe regia afuiſſe, hic ſtadiis ferme CCLXXX., quæ eandem diſtantiam abſolvunt, adfirmat. Suidas tamen & in Ἀναστάσιος & Μακρὸν τεῖχος M. P. L X. numerat, haud ſcio an vitioſe.

ATYRA.] Caſtellum erat maritimum ad ejusdem nominis fluvium: Palladius Vit. Chryſoſtomi p. 32. φρέατος τ Θρᾴκης τοῦ Ἀθύρεως καλουμένου & p. 34. τὸ Ἄθυρος. Procopius L. IV. Aedif. Juſtin. C. 8. Ῥηγίυ ἐπέκεινα πόλις ἐσί πυ, Ἄθυρις ὄνομα. *ultra Rhegium urbs eſt, cui Athyras nomen.* Agathiæ L. V. p. 158., & qui eum exſcripſit, Suidae in Μελανπίας *navale* eſt, ἐπίνειον. Adde Leunclavium Pand. Turc. C. 196.

REGIO.] Agathias L. V. p. 146. ἐπίνειον τ πόλεως fuiſſe ait. Viam ad eam usque manſionem ab urbe munivit Juſtinianus, Procopio teſte. Corruit Rhegium vehementi terræ tremore An. XXXI. Juſtiniani: Theophanes p. 196. Τὸ δὲ Ῥήγιον ὅπως ἔπεσεν ἕως ἐδάφους, ὥστε μὴ γνωρίζεσθαι αὐτό. Quæ omnia cum *Rhegium* Conſtantinopoli vicinum fuiſſe probent, nemo, puto, Jo. Bollandi conatum, quo ex *Rhegio* in Act. S. Marciani, x. Januar. magni operis p. 615., *Reſſium* facit, laudabit.

MIL. CCCCXIII.] Summa hæc LXV. M. P. juſtam, quam manſiones dant, exſuperat.

MVTATIONES XII.] Imo XIX. & manſiones XVII.

VICIES BIS CENTENA.] Et hanc ſummam multo majorem, licet ſequaris collectos manſionum numeros & præter verum adauctos, reperies: par ratio eſt in manſionibus & mutationibus, quæ, ſi civitates, caſtella, manſiones, mutationesque univerſas annumeraveris, ne catalogum quidem mutationum, quem vides, aequiparabunt.

ITEM AMBVLAVIMVS.] MS. *Item Ambulanis mis Dalmaticei Zenophilo Conſt.* Unde colligitur, Pithoeum alio codice, neque enim vitioſa illa de ſuo admenſus eſt, fuiſſe uſum. Naſcitur, ſi paullum juvetur, ex vulgata ſcriptura, *Item ambulavimus Dalmatio F. Dalmatii*

FIT A SERDICA CONSTANTINOPOLIM MIL. CCCCXIII.
MVTATIONES XII. MANSIONES XX.
FIT OMNIS SVMMA A BVRDIGALA CONSTANTINOPOLIM VICIES BIS CENTENA VIGINTI VNVM MILIA.
MVTATIONES CCXXX. MANSIONES CXII.

ITEM AMBVLAVIMVS DALMATIO ET DALMATICEI, ZENOFILO CONS. III. KAL. IVN. A CALCIDONIA, ET REVERSI SVMVS CONSTANTINOPOLIM VII. KAL. IAN. CONSVLE SVPRASCRIPTO. A CONSTANTINOPOLI TRANSIS PONTVM, VENIS CALCEDONIAM, AMBVLAS PROVINCIAM BITHYNIAM.

MVTATIO NASSETE. M. VII. S. MAN-

tii & Zenophilo Conſ.; quomodo legendum eſſe, Henr. Valeſius ad Ammiani L. XIV. C. 1., ubi de utroque Dalmatio egregie diſputat, ſuſpicatus videtur: naſcetur etiam, *Item ambulavimus Dalmatio, Dalmati Ce. F. & Zenophilo Conſ.*; quam viam Samuel Petitus L. III. Obſerv. C. 9. p. 356. ad hæc refingenda ingreſſus eſt, quamque ego derelinquendam non puto. Fuit enim conſul Dalmatius Dalmatii Cenſoris filius. Auctor Chron. Alexandrini, a Valeſio quoque ad teſtimonium dicendum excitatus: Καὶ Δαλματίου, τὸν υἱὸν Ϛ ἀδελφὸν αὐτοῦ Δαλματίου, Ϛ Κένσωρ@ Καίσαρ@ ἀνηγόρευσεν· ἦν δὲ Δαλματί@, ὁ υἱὸς Δαλματίου Ϛ ἀδελφὸς Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς Ῥωμαίων τῷ ὕπατ@ τῷ Ϛ αὐτὸν ἀναγορευθῆναι Καίσαρα.

VII. KAL. JAN.] Lege *Kal. Jun.*; niſi velis a ſcriptore, ſe abſoluto itinere Hieroſolymitano VII. Kal. Jan. Conſtantinopolin rediſſe, ſignificari; prius ob CONS. SVRRASCR., ſic enim oportuerat, præſtabit.

TRANSIS PONTVM.] *Boſporum* dicere debuerat: ſed *pontum* pro freto uſurpat, ut paſſim poëtæ. Lucretius L. I. 200.

——— *Pedibus qui pontum per vada poſſent*
Tranſire. ———

Tranſire vero *pontum* pro ejus tramiſſu ſatis obvium eſt. Ovidius L. IV. Pont. 5, 6.

Et maris Ionii tranſieritis aquas.

Valerius Flaccus L. IV. 345.

——— —— *Rurſusque capeſſunt*
Aequora, qua rigidos eructat Boſporus amnes,
Illos, Nile, tuis nondum Dea gentibus Iö
Tranſierat fluctus: unde hæc data nomina ponto.

qui tamen locus Boſpori magis cauſſa, quam quod locutionem adfirmet, appoſitus cenſeatur. Alios ejusdem generis dabit N. Heinſius ad Ovidii Epiſt. VII. 40.; quibus adde Salluſtianeum *transgredi maria* & *maris transgreſſum*, quo de Gellius L. X. N. A. C. 26. & P. Burmannus in Quinctiliani Declam. VI. C. 21.

AMBVLAS PROVINCIAM.] Quinctilianus L. I. I. O. C. 5. *ambulare viam* è ſermonis Latini finibus ejicit & proſcribit; nec recte tamen, cum Ovidius Faſt. I. 122. dixerit:

Libera perpetuas ambulat illa vias.

& Cicero, quod N. Heinſius Ovidio adſcribere haud neglexit, L. II. Finib. C. 34. *ambulare maria:* qui ſummi oratoris locus mihi in memoriam revocat illud Quinctiliani è Declam. V. C. 10. *Pro duobus pretia contraxi, pro duobus maria conſcendi:* pæne enim huic inſolentiori dictioni ſimilis eſt; parvero & geminus hic Petri Chryſologi Sermon. VII. p. 22. *Hypocrita abſtinentia fluctus intraſti, continentia undas conſcendiſti, enataſti Jejunii pelagus.* De *Chalcedonia*, unde X. M. P. mons Ὀξία in Vita Auxentii C. 2. XIV. Feb. magni operis S. ſeparatur, vide ad A. Itiner. p. 139. *Mares epiſcopus Chalcedoniæ* eſt in Hiſtor. Tripart. ex Epiphanii Scholaſtici verſione L. VI. C. 6.

NASSETE.] Hæc a me fruſtra fuit quæſita. *Pandicia*, quæ ſequitur, eſt A. Itinerarii *Pantichion*, nunc quoque *Pantiche*, ut Bellonius auctor eſt, inter Turcas appellata.

MANSIO PANDICIA. M. VII. S.
MVTATIO PONTAMVS. M. XIII.
MANSIO LIBISSA. M. IX.

IBI POSITVS EST REX ANNIBALIANVS, QVI FVIT AFRORVM.

MVTATIO BRVNGA. M. XII.
CIVITAS NICOMEDIA. M. XIII.

FIT A CONSTANTINOPOLI NICOMEDIAM VSQVE MIL. VIII. MVTATIONES VII. MANSIONES III.

MV-

PONTAMVS.] Videtur esse *Potamus*; quamquam qui ille fluvius sit, nondum edoctus sum. Habet P. Gyllius L. III. Bosp. Thrac. C. 10. ad Chalcedonis orientem æstivum amnem, qui *Potamion* ab accolis appelletur; nec hunc tamen esse dixero. Forte fluvius *Dracon* est, qui circa Drepanen sive Helenopolin adeo tortuosus serpit, ut illac iter facientibus vicies & amplius illum transire necesse sit, Procopio L. V. de Fabric. Justin. C. 2. teste. Posses etiam de *Libysso*, de quo postmodum Appianum audiemus, cogitare, si de ejus cursu liquida omnia forent.

LIBISSA.] Hanc deinceps *Diacibizam* & nunc quoque dici censet Turnefortius Epist. XV. p. 67.; imo inibi sibi P. Bellonius L. I. Oper. Antiq. Præst. C. 13. Hannibalis sepulchrum visum fuisse scribit. Videamus utrum vere: Bellonius Diacibizæ, sive, ut nunc vocant, *Diacibes* situm sic figit. *Libyssa porro, sive Diacibe, urbs multum vicina Pantiche in eadem Bithynia inter Nicomediam & Pantichen.* quod utique de Libyssa verissimum non est, XXII. M. P., aut XXIII., ut in A. Itiner. a Pantichio semota: præterea Libyssa Valentis Imp. ætate suo adhuc nomine nobilis erat, ut ex Libanio tom. II. p. 28. & Ammiano L. XXII. C. 9. novimus; & tamen *Diacibiza* in rebus Valentis haud obscurum nomen est. Quis enim ignorat, Imperatorem hunc eo crudelitatis devenisse, ut LXXX. sacri ordinis viros in quassam & labefactatam navim imponi, & incendi jusserit; navimque illam Diacibizam usque delatam una cum hominibus deflagrasse? Prætereo Zonaram, Cedrenum, Theophanem, uno Sozomeno L. VI. H. E. C. 14. contentus: ἡ δὲ ναῦς ὑπὸ ἐπιφόρου ἀνέμου ἐλαυνομένη, ἄχρι Διακιβίζης, χωρίον δὲ τοῦτο τῆς παραλίου Βιθυνίας, διήρκεσε πρὸς τὴν ἔκπλουν· ἅμα δὲ τῇ γῇ προσέσχε καὶ διελύθη σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι καταφλεγεῖσα· Itaque conjectura fortasse falsi sunt egregii illi viri. Ceterum, quia *Diacibiza* nos moratur, notandum est, Διακίδιζον Socrati L. IV. H. E. C. 16. & Theophani, *Acidizam* vero Histor. Tripart. L. VII. C. 30. perverse dici: non enim illi tantum, quorum nomina recensui, sed & Suidas in Ὀυάλης & Procopius Histor. Arcan. C. 30. hoc illi nomen, cujus vestigia manifesta durant, indunt. Porro Suidam in recensenda ea Valentis impia crudelitate pessime ab exscriptoribus habitum videri: duces LXXX. è sacro ordine virorum fuisse ait Theodorum & Curbagum & Menedemum: ὧν ἡγοῦντο Θεόδωρος, καὶ Κούρβαγος, καὶ Μενέδημος: quorum alterum Socrates, Sozomenus atque alii *Urbanum*, & recte, vocant.

REX ANNIBALIANVS.] Hannibal est, quem hoc loco sepultum fuisse constat. Plutarchus in Flaminio p. 380. Ed. Frank. Ἐν δὲ Βιθυνίᾳ τόπος ἐστὶν θινώδης ἀπὸ θαλάσσης καὶ πρὸς αὐτῷ κώμη τις οὐ μεγάλη, Λίβυσσα καλεῖται, περὶ ταύτην ἔτυχε διατρίβων Ἀννίβας· Unde colligas, non longe a mari fuisse Libyssam. Appianus Syriac. p. 150. Libyssum Bithyniæ ait fluvium, & ab eo Libyssam vicinum agrum esse dictum. Ποταμὸς δ' ἐστὶ Λίβυσσος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ πεδίον ἐκ τοῦ ποταμοῦ Λίβυσσα: ut forte Libyssa ab alluente fluvio nomen acceperit. Ceterum *regis* nomen, quod Annibali imponitur, fraudi P. Pithoeo fuit: hoc enim motus videtur, ut de Fl. Hanniballiano rege Ponti atque Armeniæ, quo de Valesius ad Ammiani L. XIV. C. 1., interpretaretur.

BRVN-

MVTATIO HYRIBOLVM.	M. X.
MANSIO LIBVM.	M. XI.
MVTATIO LIADA.	M. XII.
CIVITAS NICIA.	M. VIII.
MVTATIO SCHINAE.	M. VIII.
MANSIO MIDO.	M. VII.
MVTATIO CHOGEAE.	M. VI.
MVTATIO THATESO.	M. X.
MVTATIO TVTAIO.	M. IX.
MVTATIO PROTVNICA.	M. XI.
MVTATIO ARTEMIS.	M. XII.

MAN-

BRVNGA.] Hanc, si conjecturis, quibus tamen non admodum fido, uti liceat, aut Βρύαν, Bithyniæ locum maritimum, apud Theophanem p. 332. sive Βρύαντα apud Cedrenum in Leone Iconomacho, fuisse suspicer, aut *Bryazum* in Bithynia, de quo Plinius L. XXXI. N. H. C. 2.

FIT A CONSTANTINOPOLI.] MS. *Constantinopolim Nicomedia.* Corruptos esse M. P. numeros pariterque *mutationum* quisque animadvertit.

HYRIBOLVM.] Manu exaratus codex *Hyrribolum*, æque perperam: verum nomen est *Eribolum*, quod ad sinum Astacenum contra Nicomediam non ignobile erat navale. Xiphilinus in Macrino, Καὶ διεξήλασε διὰ τῆς Καππαδοκίας καὶ τῆς Γαλατίας, τῆς τε Βιθυνίας μέχρις Ἐριβώλου τοῦ ἐπινείου, τοῦ καταντικρὺ τῆς τῶν Νικομηδέων πόλεως ὄντος· Tabula positionem eam confirmat, & *Eribulo* XII. M. P. a Nicomedia scribit. Ptolemaeo *Eribœa* Ἐρίβοια L. V. C. 1. satis mendose dicitur.

LIBVM.] Cedreno, ut alibi animadversum est, in Leone Iconomacho *Liba*; sed cum ille sua ex Theophane mutua sumpserit ἐν Λίβῳ Chronograph. p. 332. scribente, dubium esse non debet, quin id illi restitui oporteat.

NICIA.] *Nicæa* est, quam seriore ævo *Niciam* & *Niceam* appellarunt. Quæ præcedit *Liada*, in tenebris latet; nec illustriores sunt *Schinæ*, forte non aliæ ac σκηναί·

MIDO.] Manu exaratus codex *Mide.* Habet A. Itin. hanc p. 141., sed *Moedo* aut *Medo Orientis* appellans.

CHOGEAE.] De hac & sequente alii nos certiora docebunt; nihil enim extricamus.

TVTATIO.] In L. 119. C. Theod. De Decurion. servatam hujus esse memoriam jam ante diximus: verba legis denuo exscribam, ut ea emaculem: *Claudiopolis, Prusiadis ac Tottai & Voridis oppidorum sive mansionum per Bithyniam curiales publicis includere functionibus per suam fugam cognovimus.* Disputat J. Gothofredus, quæ sit *Voridis* illa mansio, & ad ejus auxilium ex Stephano arcessit Βορύζην, πόλιν Ποντικὴν; quæ cum extra Bithyniam fuerit, nihil utique *Voridem* juverit. Verum mansionis nomen erat *Doris*, quæ cum Tattaio Nicaeae suberat: testem hujus rei dabo Anastasium, Nicænum episcopum, qui in Chalcedonensi Concilio tom. IX. Concil. Lab. p. 98. ὥσπερ, inquit Ταττάιος καὶ Δωρὶς ῥεγεωνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νίκαιαν, οὕτως ἦν πρὸ τούτου καὶ Βασιλινούπολις ὑπὸ τὴν Νίκαιαν· *Ut Tattaios & Doris regiones sunt Nicaeae subditæ, ita olim quoque Basilinupolis.* De quibus Anastasii verbis postmodum plura ad Hieroclem reddemus. Hoc obiter addamus, non illo tantum è Chalcedonensi Concilio loco *Doridem*, mansionem Bithyniæ, constabiliri, sed & leg. 4. C. Th. de Erogat. Milit., quæ *Doridæ*, seu *Doride* potius, fertur data: eadem enim prorsus est, quamtumvis in ea eruenda non minus adhæserit præstantissimus Gothofredus.

PROTVNICA.] Nisi Προτόμακρα *Protomacra* Ptolemaei sit L. V. C. 1. frustra fortasse quæretur. Quæ sequitur *Artemis*, a Diana ejusque templo nomen accipere potuit; hanc enim in Bithynia, & præcipue qua Rhebas decurrit, summo studio colebant, solemnesque illi dies, quibus Καλάθου, de cujus in sacris Matris Deûm, Cereris, Proserpinae, Dianae, Junonis & Minervae usu Ezech. Spanhemius ad Callimachi

MANSIO DABLAE.	M. VI.
MANSIO CERATAE.	M. VI.

FINIS BITHYNIAE ET GALATIAE.

MVTATIO FINIS.	M. X.
MANSIO DADASTAN.	M. VI.
MVTATIO TRANSMONTE.	M. VI.
MVTATIO MILIA.	M. XI.
CIVITAS IVLIOPOLIS.	M. VIII.
MVTATIO HYCRONPOTAMVM.	M. XIII.
MANSIO AGANNIA.	M. XI.
MVTATIO IPETOBROGEN.	M. VI.

MAN-

Hymn. Cerer. ℣. 1., nomen erat, agebant, quo tempore per dies quinquaginta peregre proficisci nefas habebatur, modo Acta S. Hypatii tom. III. Junii p. 343. non fallant.

DABLAE.] Δαβλεῖς Ptolemaeo, qui ex *Dablis*, casu ejus mansionis auferendi, id formasse videtur.

CERATAE.] Mansionem hanc, a ceteris præteritam, nusquam legere memini.

FINIS BITHYNIAE.] Ptolemaeus L. V. C. 1. *Dadastana* & *Juliopolim* extra Galatiæ fines collocat: nec dissidet de *Dadastanis* Sozomenus L. VI. H. E. C. 6., χωρίον τῆς Βιθυνίας appellans. Vel sic tamen, si ad ejus ætatem attendamus, Historicum erroris absolvere non licebit; tum quippe Galatiæ & Dadastana & Juliopolis erant contributa: nam Juliopolim ejus fuisse provinciæ, Philadelphius *Juliopolis Galatiæ primæ episcopus*, qui pars Concilii Ancyrani fuit, certissimus testis est: de *Dadastana* idem produnt Socrates, Theodoretus, Ammianus atque alii, cum in Galatiæ & Bithyniæ finibus positam fuisse asseverant. Itaque post Ptolemaei tempora Galatiæ fines longius Bithyniam versus prolati videntur.

DADASTAN.] Pro *Dadastana* aut *Dadastanis*; utrumque enim in usu est. Socrates L. III. H. E. C. 26. de Joviano: ἐν χωρίῳ τινὶ παραγίνεται, ᾧ προσωνυμία Δαδάστανα· μεθόριον δὲ ἐστι τοῦτο Γαλατίας καὶ Βιθυνίας. Ammianus extremo L. XXV. de eodem: *Quum venisset Dadastanam, qui locus Bithyniam distinguit & Galatas, exanimatus inventus est nocte.*

TRANSMONTE.] *Trans montem* sive *montes* fuisse videtur. Accipe vero de Olympi montis jugis, quæ longissime Galatiam versus porrigebantur. Vide Busbequii Epist. I. p. 56. Quæ hanc excipit mutationem *Milia*, mihi ignotissima est.

JVLIOPOLIS.] Vulgo urbem Sangario apponunt, sed Procopio invito: is a Siberi fluvio orientalem urbis partem X. M. P. afuisse, occidentalem autem illi vicinam fuisse L. V. de Fabric. C. 4. prodidit. Plura ad Hieroclem.

HYCRONPOTAMVM.] Cum primum sub styli acumen hæc venirent, *Hieron potamum* scriptorem dedisse suspicabar; quo nomine fluvium ex Ida decurrentem Plinius L. V. C. 30. memorat. Postea vero cum nusquam hoc in tractu *Hieros* reperiretur, de *Siberi* cogitatio incidit, qui Syceon Galatiæ I. oppidum alluit, & Sangario jungitur, ut ex Vita Theodori Syceotae C. 15. constat: hunc *Hieron* olim potuisse dici arbitrabar. Quoniam tamen major hic a Juliopoli distantia, quam quidem Procopius finivit, signatur, in hac conjectura acquiescere non ausus sum. Itaque aliud circumspexi. Is. Vossius è MS. enotavit, in eo *Hypon Crotamum* legi, sed supra correctum esse, *Hycron Potamum*. Vide ergo an *Hypion Potamum* præstet: fluxisse *Hypion* ultra Sangarium Galatiam versus ex Hypiis montibus testes plurimi sunt, Apollonius Rhodius L. II. 797., Ptolemaeus, Arrianus atque alii. Alter uter non male quadrabit.

AGANNIA.] *Lagania* est, oppidis Galatiæ I. deinceps annumerata.

IPE-

MANSIO MNIZOS. M. X.
MVTATIO PRASMON. M. XII.
MVTATIO CENAXEPALIDEM. M. XIII.
CIVITAS ANCHIRA GALATIA.

FIT A NICOMEDIA ANCHIRAM GALATIAE VSQVE MILIA. CCLVIII.
MVTATIONES XXVI. MANSIONES XII.

MVTATIO DELEMNA. M. X.
MANSIO CVRVEVNTA. M. XI.
MVTATIO ROSOLODIACO. M. XII.
MVTATIO ALIASSVM. M. XIII.
CIVITAS ARPONA. M. XVIII.
MVTA-

IPETOBROGEN.] Spirat Celticum quiddam hoc mutationis nomen; ejus enim productio a *Briga*, in Celtarum urbibus adeo frequens, non longe recedit *Eubregim* Ancyram inter & Taviam in A. Itinerar. vidimus, haud dissimile præferentem.

MNIZOS.] Galatiae I. hoc oppidum suum sibi episcopum, ut Chalcedonensis Concilii Acta indicio sunt, habuit. Noster *mansionem* appellat; nec longe abit Hieroclis Ῥεγέμνιζος: prior enim vocis ejus pars ex ῥεγεὼν, qua seriores Græcos vicum mansionemque indicasse alibi ostendam, conflata est. *Prasmon* legere non memini.

CENAXEPALIDEM.] MS. *Cenaxempalidem*; quod corruptissimum vocabulum non expedio. Videtur *paludis* nomen in vocis esse compositione. Erat non longe ab Ancyra palus, ad quam stato tempore Minervae & Dianae simulacra lavanda deferebant. Acta S. Theodoti C. 2. Ἐκέλευσε ὁ ἀνὴρ τὸ Ἀρτεμίδος καὶ τὸ Ἀθηνᾶς ἱερεῖας γενέσθαι ἔσης ὁ συνήθειας αὐτοῖς ἐν τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ἵππους λεύειν καὶ ξόανα. & post pauca: ἐκέλευσε γῦν τὰς παρθένους ἐπὶ τὴν λίμνην ἀπάγεσθαι μὴ τὰ ξόανων. Additur deinde, curribus virgines & simulacra fuisse imposita: pompæ in curru virgines praeivisse, secuta esse simulacra; quæ, ut illis adderentur, quæ Ezech. Spanhemius ad Callimachi Lavac. Pallad. ℣. 11. conduxit, exscribere visum fuit: nam eandem esse paludem non asseveravero.

ANCHIRA GALATIA.] Pro *Galatia* aut Γαλατικῆ· ita infra *Tarsus Cilicia* & *Caesarea Palestina*, & in Tabula Peutingerana *Antiochia Pisidia*, *Comana Cappadocia*: pari modo Καισάρεια Καππαδκία, atque aliæ, de quibus Salmasius in Solin. p. 436. Urbem nobilissimam & Galatiae I. metropolim Tzetzes fluvio Haly apponit:

Καὶ κτίσαι πόλιν Ἄγκυραν Γαλατικὴν ἐπὶ Ἅλυι.

sed falsus est: retractus ab urbe ad XLIV. M. P. fuit, ut Μάλος *Malus* flumini accubans vicus, eoque intervallo ab Ancyra distinctus in Actis S. Theodoti C. 1., indicio præter Busbequium Epist. I. p. 63. est. Inter urbem & Halyn mons *Magaba*, de quo Livius L. XXXVIII. C. 19., intererat: cui forte appositus fuit vicus Μεδοσαγᾶ *Medosaga*, quem vita S. Antiochi M. P. XX. Ancyra separat apud Lambecium L. III. Bibl. Caesar. p. 140.

NICOMEDIA ANCHIRA.] MS. *Anchira Galatia*. Millia passuum XXXVI. M. justo auctiora sunt.

MVTATIONES.] XV. tantum sunt, & mansiones X.

DELEMNA.] Nihil mihi de ea innotuit.

CVRVEVNTA.] Est Ptolemaei Κορβεῦντος, ut ad A. Itiner. p. 143. adscriptum fuit.

ROSOLODIACO.] *Rosologiaco* verius est, agnoscitque Anton. Itiner. & Ptolemaeus.

ALIASSVM.] Præterita a ceteris omnibus est, ut passim obscuriores mutationes.

ARPONA.] Imo *Aspona*, quæ Galatiae I. urbibus in Hieroclis Synecdemo accensetur.

GA-

MVTATIO GALEA. M. XIII.
MVTATIO ANDRAPA. M. IX.

FINIS GALATIAE ET CAPPADOCIAE.

MANSIO PARNASSO. M. XIII.
MANSIO IOGOLA. M. XVI.
MANSIO NITALIS. M. XVIII.
MVTATIO ARGVSTANA. M. XIII.
CIVITAS COLONIA. M. XVI.

MV-

GALEA.] Hæc & quæ sequitur *Andrapa* inter obscuras suum facile locum tuebuntur. Est quidem *Andrapa* in Paphlagonia ex Ptolemaeo nota, sed nihil illa ad hanc detegendam faciet; quippe longissimo terrarum tractu hinc semota. Ni conjectura fallit, *Andraca* est, quam Ptolemaeus L. V. C. 6. & in Cappadocia, qua Galatiae proxima est, ponit.

GALATIAE ET CAPPADOCIAE.] Recte fines earum provinciarum hic figi, vel ex *Parnasso* apparet, quam Hierocles in Cappodocia agnoscit.

PARNASSO.] Fidem datam liberabo & Polybio hanc urbem restituam, cujus Legat. LV. hæc verba sunt: Παραγενόμενοι δ' ἐκ Καλπίτου πεμπταῖοι πρὸς τὸν Ἅλυν ποταμὸν, ἑκταῖοι πάλιν ἀνέζευξαν εἰς Ἀμισὸν· ἔνθα καὶ Ἀριαράθης ὁ τοῦ Καππαδοκῶν βασιλεὺς συνέμιξεν αὐτοῖς μετὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως. καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀμασέων χώραν. Sic in editis est ex Ursini emendatione; MS. ἀνέζευξαν εἰς Παρνασσὸν; & dein εἰς τὴν Κάμησον χῶραν. Audi ipsum Ursinum: *Vox* Καλπίτου *mihi quidem suspecta est; & fortasse* Καλπείας *scribendum, quæ urbs est Bithyniæ: pro* Παρνασσὸν *vero* Ἀμισὸν *reponendum opinor, quæ urbs Ponti est, dierum sex iter ab Haly fluvio distans: & infra* εἰς Ἀμασέων χώραν, *pro eo, quod est in exemplari,* εἰς τὴν Κάμησον χῶραν. *Est autem* Ἀμάσεια *& ipsa urbs Ponti, Strabonis, Stoici philosophi, patria.* Quæ viri egregii verba caussam exturbatæ è Polybii oratione Parnassi nullam adferunt; nec aliam fuisse suspicor, quam quod ea urbs paullo esset obscurior neque ubivis obvia. Restituendam esse præstantissimo scriptori, nemo post hæc dubitaverit: cum & MS. præferat, & locis, de quibus agitur, optime conveniat. Jam quod ad τὴν Κάμησον χώραν attinet, eam ego in τὴν Ἀμασέων non temere mutavero: & partim quidem quod longius Pontum versus Amasia sit remota, tum etiam, quod Cappadociae apud Ptolemaeum L. V. C. 6. præfectura Χαμάνης, sive, ut in Palatin. & Coislin. est codice, Χαμάννησος, longe melius quadret. Posses ceteroqui de *Saramene* ultra Halyn apud Strabonem L. XII. p. 546. cogitare, nisi Ponto fuisset propior.

JOGOLA.] Videtur non multum abesse a Ptolemaei in Chamanes præfectura *Odoga:* quamquam eandem prorsus esse, non temere dixero.

NITALIS.] *Nitazi* A. Itiner., quod vide.

ARGVSTANA.] An *Augustana?*

COLONIA.] Deest *Coloniæ* nomen. *Archelaidem* indicari aliunde novimus.

MOMOASSON.] *Neanessus*, sive, ut Palatin. MS. præferebat, *Nanessus* coloniam Archelaidem proxime sequitur apud Ptolemaeum: hæccine sit, alii viderint.

ANATHIANGO.] *Nazianzum* indicari; ad A. Itiner. suspicati sumus: nec mutamus sententiam; solet enim urbis ejus nomen passim corruptissime a librariis scribi: ita in Vincentii Lirinensis Commonitor. p. 322. Ed. Brem., ubi *sanctus Gregorius episcopus & confessor de Nazianzo* laudatur, codex regis Christianissimi, Balusio teste, *confessor de Nanzando vel Nazabos* edebat. Ceterum in Nazianzi suburbio mons erat, cui *Athar* cognomen faciunt Acta Tergeminorum C. 1. *Tunc perrexit*, ajunt, *ad S. Macarium confessorem, qui erat in exilio ab Antiochia missus in ergastulo Cappadociæ, in monte Athar, qui est in suburbio Nazanzae*, sic scribunt, *civitatis.*

CHVSA.] Hoc nomine in Aegypto mansionem ex Athanasio & Itin. A. novimus: hanc quærimus.

SA-

MVTATIO MOMOASSON.	M. XII.
MANSIO ANATHIANGO.	M. XII.
MVTATIO CHVSA.	M. XII.
MANSIO SASIMAM.	M. XII.
MANSIO ANDAVILIS.	M. XVI.

IBI EST VILLA PAMPALI, VNDE VENIVNT EQVI CVRVLES.

CIVITAS THIANA.

INDE

SASIMA.] Manſionem fuiſſe miſeram & prorſus ingratam ex Gregorio Nazianzeno oſtendimus: adde quæ Orat. XXV. p. 435. ipſi objiciuntur: Μικρά σοι, φησὶν, ἡ πόλις, καὶ ἐδὲ πόλις, ἀλλὰ χωρίον ξηρὸν, καὶ ἄχαρι, καὶ ὀλίγοις οἰκήτορσιν· *Parva tibi civitas eſt, inquit, ac ne civitas quidem, ſed aridus locus & inamœnus atque infrequens.* Quamvis enim Saſimorum nomen non exprimatur, eam tamen urbem indicari, ſi Nazianzeni verſus in conſilium adhibueris, facile cognoſces.

ANDAVILIS.] Habent eam Tabula Peutingerorum & Anton. Itinerarium: quæ ſi cum Ravennate exceperis, vix alibi reperies. Hæc autem parum juvant, quum præter nomen & dubiæ ſatis fidei nihil doceant.

VILLA PAMPALI.] Qui genus, unde domo Pampalus fuerit, nemo facile, niſi cum eruditiſſimo J. Gothofredo *Palmati* legerit, nobis enarraverit: MS., quem Iſ. Voſſius verſavit, *Pampati* præferebat, eoque ad *Palmati* vocem manu pæne ducimur. Fuit Palmatius equorum, quorum greges in Cappadocia aluit, ſtudioſiſſimus; unde & illi *Palmatii* in leg. 1. C. Th. de Equis Curul. & leg. unica de Greg. Dominic. dicti ſunt. Hominem Gloſſæ Nomicæ deſcribunt, & Valeriani Imp. temporibus Caeſareæ in Cappadocia maximis opibus conſpicuum fuiſſe, palatiis, equarum gregibus, reliquoque apparatu Auguſtum pæne æquiparaſſe, raptus autem ac ſeditionum concitatarum cauſſa confiſcatum fuiſſe produnt in Παλματίου Ἐκέους. Ἦν δὲ ὁ Παλμάτιος ἔτος, inquiunt, ἵππους πάνυ πολλοὺς, ὃς ἀφ' τυραννίδα ἐδημεύθη, ὡδὶ δ' φησὶν Ἰλλέριος Ἡσύχιος, ὁ φιλοσοφήσας τὴς Μιλησίας ἐν τῷ Ε. χρονικῷ ἀφηγήματι ταῦτα· Καῖται τὲς χρόνες Οὐαλεριανὲ ἐν Καισαρείᾳ τ Καππαδοκίας Παλμάτος τις ἦν, οἰκίαν μ ὑπὲρ τὰ βασίλεια κεκτημένος, ἵππων δὲ ἀγέλαις καὶ τῷ πλέτῳ κομῶν κ. λ., ſic recte, veſtigia manu exarati codicis ſecuti, locum viri egregii reſtituunt. Vide conſultiſſimum J. Gothofredum ad leg. unic. C. Th. de Greg. Dominic., ubi de equis curulibus abunde diſputatum eſt.

THIANA.] Urbs hæc coloniæ juribus condonata eſt a Caracalla, unde in rariſſimo Theſ. Britan. tom. II. p. 243. numo ANT. ΚΟΛΩΝ. ΤΥΑΝΩΝ, *Antoninianæ coloniæ Tyanorum* titulis ſuperbit: antea paſſim ΙΕΡΑ & ΑΣΥΛΟC dicebatur; quorſum & hæc Philoſtrati L. VIII. extremo Vit. Apol. Got. Olearius refert: Καὶ ἱερὰ Τύανα δὲ βασιλείοις ἐπιτιμήμασι τέλεσιν· ἐδὲ γὰρ βασιλεῖς ἀπηξίουν αὐτῶν, ὧν αὐτοὶ ἠξιώθησαν. Vertit vir doctiſſimus: *At & ipſa ſacra habetur Tyanenſis urbs, neque miſſis ab Imperatoribus legatis obnoxia eſt: neque enim Imperatores dedignati ſunt, iisdem honoribus virum honorare, quibus ipſi honorari ſueverunt.* Quæ, pace manium ejus dixerim, cum Græcis diſcordant; nam ἐπιτιμᾶσθαι βασιλείοις τέλεσι urbem poſſe dici, quæ a præfectis ac magiſtratibus, ab Imperatore miſſis, liberatur, & cui αὐτονομία conceditur, nunquam, puto, probabitur: præterea, quî tandem demonſtrabitur, omnes urbes, quæ Auguſtorum templo inſignes erant, ΙΕΡΑC atque ΑCΥΛΟΥC, quod è Latinis & addito commentario conficitur, fuiſſe appellatas? Sententia verborum, ne longum faciam, hæc eſt: *Templa* Apollonio *Tyanis impenſis Imperatoriis eſſe exſtructa: neque enim Imperatores indignum eum cenſuiſſe, quibus ipſi honorabantur.* Veram eſſe, ſine magno labore adfirmabitur: ἱερὰ Τύανα δὲ eſſe templa Tyanis exædificata, Philoſtratus L. VIII. C. 29. teſtis eſt, ubi ἐν τῷ Τύανα ἱερῷ, Oleario interprete, eſt *in Templo Tyanenſi.* βασιλείοις τέλεσιν *regias impenſas* indicari poſſe, nemo, niſi horum rudis, diffitebitur; Thucydides L. VI. 16, 97. ὃς ἂν τοῖς ἰδίοις τέλεσι μὴ ἑαυτὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὠφελῇ. Quod ſi quem ἱερὰ ἐπιτιμήμασι remorentur, quod paſſim id verbum in alio uſu

INDE FVIT APOLLONIVS MAGVS.

CIVITAS FAVSTINOPOLI.	M. XII.
MVTATIO CAENA.	M. XIII.
MANSIO OPODANDA.	M. XII.
MVTATIO PILAS.	M. XIIII.

FINIS

sit, ἐκπεπονημένα refingat, ac Philostrato ex L. I. C. 5. approbet: Τεχθῆναι δὲ ἐν λειμῶνι λέγεται, πρὸς ᾧ νῦν ἱερὸν αὐτῷ ἐκπεπόνηται· quæ unius literæ immutatio utique minima est & librariis, solitis πεποιημένα & πεπονημένα confundere, quo de Lamb. Bos Exercit. in Epist. Hebr. C. XII, 27., frequentata. Atque hæc, in re non admodum obscura, paullo uberius exsequi placuit, ne alterius opinionem cavillari voluisse videar.

INDE FVIT APOLLONIVS.] Philostratum vide L. I. Vit. Apoll. C. 4. & Fl. Vopiscum in Aureliano C. 24. Ceterum passuum millia, quæ amanuensis negligentia *Tyanis* sunt detracta, ex Ant. Itiner. XVI. esse debere constat.

FAVSTINOPOLI.] Habent urbem Itin. Ant. & Conciliorum Acta.

CAENA.] Est in Peutingerana Tabula *Caena* XXVI. M. P. a Tyanis, sed Galatiam versus: quæ, si mansionum ordo non sit turbatus, nostra esse nequit.

OPODANDA.] *Podandus* est, cui ultima ex mansionis vocabulo litera male agglutinata est: sita hæc urbs circa Taurum montem erat: unde ἡ τῆς Ποδανδοῦ κλεισούρα, *angustiæ*, sive claustra, *Podandi* in Jo. Scylitzis Histor. p. 829. & p. 844. διὰ τῆς κλεισούρας τοῦ Ποδανδοῦ ἀφικνεῖται εἰς Κιλικίαν. Nomen a cognominis ejusdem fluvio habere ex Constantino in Vita Basilii Imp. C. 36. novimus. Vide A. Itiner. p. 145.

PILAS.] Pylas Cilicias, quibus ex Cappadocia transitus in Ciliciam erat, intellige. Describuntur a Diodoro Siculo L. XIV. p. 250. hunc in modum: Παρεγενήθη περὶ τοὺς ὄρους τῆς Κιλικίας, καὶ τὴν πρὸς ταῖς Κιλικίαις πύλαις εἰσβολήν· αὕτη δ' ἐστὶ στενὴ καὶ παράκρημνος, ἐπὶ σταδίους μὲν εἴκοσι παρατείνουσα. πλησίον δ' αὐτῆς ἐστιν ἐξ ἀμφοτέρων καθ' ὑπερβολὴν ὄρη μεγάλα καὶ δυσπρόσιτα. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρῶν ἐξ ἑκατέρου μέρους τείχη κατατείνει μέχρι τῆς ὁδοῦ, καθ' ἣν ἐνωκοδόμηνται πύλαι. διεξαγαγὼν δὲ διὰ τούτων τὴν δύναμιν, εἰσέβαλεν εἰς τενέβιον, τοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐδενὸς τῷ κάλλει λειπόμενον· Cyrus *ad fines Ciliciæ & pylas pervenit. Angustus ibi transitus est & præruptus, ad XX. stadia pertingens, quem vasti præaltique & difficiles conscensu montes ex utraque parte cingunt. Ex montibus autem hinc & illinc murus ad viam portis communitam pertendit. Hac copiis ergo traductis campos quosdam ingressus est, nullis per Asiam eximia amœnitate secundos.* Sic interpres; unde cogas pro εἰς τενέβιον legisse eum, quod & Palmerio in mentem venit, εἴς τι πεδίον; neque injuria fecisse, Xenophon L. I. Exped. Cyr. p. 195. testis est. De Pylis vide quoque Herodianum L. III. C. 3.

CAPPADOCIAE ET CILICIAE.] Ad Pylas finem fuisse Cappadociæ & Ciliciæ initium Xenophon & Diodorus auctores sunt: præterea Mopsucrenas primam ex Cappadocia venientibus mansionem occurrisse Ammianus L. XXI. C. 15. docet: Constantius *petiit per vias difficiles Mopsucrenas, Ciliciæ ultimam hinc*, Tarso, *pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positam.* Itaque bene omnia se habent.

MANSVERINE.] Hen. Valesius ad Ammiani L. XXI. C. 15. hinc, &, ut ego putem, pulcherrime, *Mopsucrenem* fecit. In alia omnia abit Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 8. p. 351.; cujus, quod caussam dissensus contineant, & urbem illustrent, verba exscribam: *Nondum autem*, inquit, *induci possum, ut nominibus illis, Mansuerine* Itin. H. & *Namsucrone* Itiner. Ant., *Mopsucrenas latere credam. Magno enim auctores consensu extra Taurum, sive ad latus Tauri septemtrionale posuerunt; Ptolemaeus in Cataonia Cappadociæ. Socrates dicto loco*, (L. II. H. E. C. ult.) μεταξὺ Καππαδοκίας καὶ Κιλικίας, *inter Cappadociam & Ciliciam: & Sozomenus L. V. C. 1.*, μεταξὺ Κιλίκων καὶ Καππαδοκῶν τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ, *inter Cilices & Cappadoces, qui ad Taurum sunt. Eutropius L. X. Cap. VII. de Constantio: in itinere obiit inter Ciliciam & Cappadociam. Et Hieronymus Eusebiano Chronico: Constantius Mopsucrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur.* Hæc vir egregius: quæ si, uti oportet, expenderis, Mopsucrenis parum nocebunt.

FINIS CAPPADOCIAE ET CILICIAE.

MANSIO MANSVERINE. M. XII.
CIVITAS THARSO. M. XII.

INDE FVIT APOSTOLVS PAVLVS.
FIT AB ANCHIRA GALATIA THARSON VSQVE MILLIA CCCXLIII.

MV-

cebunt. Nam Ptolemaei Cataonia urbes in Tauro & cis atque ultra eum montem positas complectitur: reliqua scriptorum testimonia in Cappadociæ Ciliciæque finibus urbem eam, prorsus ut utrumque Itinerarium, collocant. Vide jam ecquæ alia *Mansuerine* ac *Mopsucrenæ* esse queat, quas Ammianus *ultimam Tarso pergentibus stationem sub Tauri montis radicibus* esse ait: si enim Pylis Ciliciæ principium & Cappadociæ sit finis, utique cis Taurum, ut *Mansuerine*, Mopsucrene fuit. Præcipue cum Mopsucrene primam mansionem Tarso profectis, pariter ac *Mansuerine*, præbuerit. Theophanes Chronogr. p. 39. Καὶ ἐλθὼν ἐν Μοψυκρείᾳ, ἐν πρώτῃ μονῇ ἀπὸ Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας ἐτελεύτησεν. *Cumque Mopsucrenas, quæ prima Tarso pergentibus mansio occurrit, pervenisset, fato functus est.* Gemina his Chron. Alexandrin. præfert. Itaque cum situs conveniat & paria de Mopsucrenis prodantur, caussa non videtur, cur *Mansuerinem* ab ea urbe distinguamus. Id vero demiror, potuisse Theophanis editorem, Μοψυκρείαν probare, eamque MSS., quorum plures ἐν Μάμψυ Κρήναις offerunt, auctoritati præponere.

TARSO.] Meminit urbis, sed pessime habitus, Libanius Orat. XXVIII. ad Senatum, sive, ut in Augustano codice esse monet Valesius, ad Severum p. 620. Καὶ πολλὰ μὲν τοιαῦτα ἀπὸ θράσειν ἐφοίτα· ἦλθε δέ τινα καὶ ἀπὸ Περσῶν πόλεων, ἧς διὰ μέσης ἔρχεται Κύδνος ὁ ποταμός. scripserat Sophista ἀπὸ Θράκης & ἀπὸ Περσέως πόλεως, ut Cydnus fluvius indicat, resque ipsa. Perseus enim urbis conditor habebatur; unde Dio Chrysostomus Orat XXXIII. p. 396. Tarsenses interrogat, auditurosne se existiment laudem urbis atque hymnum quendam, περὶ τε Περσέως, καὶ Ἡρακλέους, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τῆς Τριαίνης, καὶ περὶ χρησμῶν τῶν γενομένων· *De Perseo & Hercule, de Apollinis tridente, deque oraculis redditis.* Quæ disertissimi oratoris verba sicuti Tarsum Περσέως πόλιν adfirmant, ita magnos in his literis viros exercitos habuerunt *Apollinis*, quem memorant, *tridente.* Casaubonus, cum inter Neptuni arma sit, dubitat utrum Ποσειδῶνος Τριαίνης, an, tridente confracto atque ejecto, τοῦ Ἀπόλλωνος τῆς τ' Ἀθηνᾶς ex alio Orat. ejusdem loco legat. Seldenus in notis, a Wolfio editis, *quid si*, inquit, *rescribamus* τῆς θεατρικῆς; Ego neutrum sequor, Dionis illa sana atque optimi coloris arbitratus. Tarsi enim telo Apollinem armabant, quod *tridentem* Dio, *gladium* Demetrius Tarsensis apud Plutarchum Oracul. Defect. p. 433. appellat: περὶ δὲ τοῦ Κύδνου καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Ταρσῷ μαχαίρας, ὦ φίλε Δημήτριε, σοῦ λέγοντος ἠκούομεν, ὡς ὁ Κύδνος μᾶλλον ἐκκαθαίρει σίδηρον ἐκεῖνον, ὅτε ὕδωρ ἄλλο τὴν μάχαιραν, ἢ ἐκεῖνο· *De Cydno & sacro Apollinis, qui Tarsi est, gladio, te, mi Demetri, narrantem audivimus, nulla id ferrum aqua perinde tergi ac purgari, ac ejus fluminis.* Stat a meis partibus, quod lætor, Hemsterhusius noster.

INDE FVIT PAVLVS.] Nota res ex Apostoli oratione Actor. C. XXII. 3., ubi se γεγεννημένον ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας profitetur. Quid ergo opinioni prætendet Notkerus Martyr. II. Non. August., qua Giscala Paulli patriam fuisse, & puerum inde cum parentibus Tarsum migrasse asseverat? Hieronymo, credo, utetur auctore, qui in Catalogo Script. Eccles. de Apostolo id memoriæ prodidit, sed auctore, cui certa & definita ea narratio non fuit: *fabulam* enim appellat Comment. in Epist. ad Philem. Photius Patriarcha majores Apostoli Giscalis domicilium habuisse Epist. CCXLVI. adfirmat; quod ut districte negare nolim, ita locupletiore teste opus erit: certe nemini persuadebit, Giscala in tribu Benjaminia situm ac sedem obtinuisse, ἐν τῇ μερίδι καὶ δικαίῳ, ut ait, τῆς Βενιαμιτίδος φυλῆς.

GALATIA TARSO VSQVE.] Ita MS.; summa M. P. XLII. auctior est.

MVTATIONES XXV. MANSIONES XVIII.

MVTATIO PARGAIS.	M. XIII.
CIVITAS ADANA.	M. XIIII.
CIVITAS MANSISTA.	M. XVIII.
MVTATIO TARDEQVEIA.	M. XV.
MANSIO CATAVOLOMIS.	M. XVI.
MANSIO BAIAE.	M. XVII.
MANSIO ALEXANDRIA SCABIOSA.	M. XVI.

MVTA-

MVTATIONES.] X. tantummodo, & manſiones XIV. inveniuntur.

PARGAIS.] Suſpicor *Pagris* olim fuiſſe, ad cognominem montem appoſitam mutationem: Ariſtoteles Lib. de Ventis p. 132. hanc mihi ſuſpicionem injecit; memorat ventum, cui nomen Παγρεὺς, & Παγραῖα ὄρη, *montes Pagricos*, è quibus ventus iſte urbem Mallum perflet. *Mallus* haud longe hinc afuit, Tarſo vicina: & multo commodius hinc ortus venti flatus ad urbem adſpirare, quam è Pagris circa Antiochiam, potuit.

ADANA.] MS. *Abdana.* Urbem alluit Sarus, ex Armeniæ montibus defluens, quem *Pharum* aut *Pſarum* Xenophon L. I. Exp. Cyri p. 199. non recte appellat, Procopio L. V. Fabr. Juſtian. C. 5. auctore. Vita S. Theophili apud Lambecium L. VIII. Bibl. Vindob. p. 75. in Cilicia II. ponit, qua de re opportunius ad Hieroclem.

MANSISTA.] *Mopſueſtia* eſt, quam vitiato vocabulo *Mampſyſtam*, *Manſiſtam* & *Mamyſtam* ſeriore ætate appellare cæperunt. Lex I. C. Theod. de Conlat. Donatar. *Mampſyſtæ*, id eſt, Mopſueſtiæ, data eſt. Glycas Part. IV. Annal. p. 306. ἡ Μάμιστα, ἡ καὶ Μόψος εἰσὶα λεγομένη. Auctor Geſt. Tancredi, ab Ed. Martene tom. III. Theſ. Anecd. editus, C. 143. *Igitur Mamyſtam, Adanam, Tarſum brevi, ſed acri molimine, debellat. Mamiſtram* Alb. Aquenſis L. III. Hiſt. Hieroſ. C. 59. atque alii, quos Cangius ad Annae Alexiad. p. 379. enumerat, vocant. Alluebat urbem fluvius Pyramus, ut præter Procopium Stephanus docet. Jo. Malala in Conſtantio tom. II. Hiſt. Chron. p. 14. Mopſueſtiam & Mopſucrenas, cum in priore Conſtantium fato fuiſſe functum adfirmat, confundit, præbita etiam errandi occaſione viro docto, a quo notis illuſtratus in publicum prodiit Joannes ille.

TARDEQVEIA.] Eruent eam alii ex tenebris; mihi hic felici eſſe non licet.

CATAVOLOMIS.] Scriptum olim *Catavolo* fuiſſe videtur, pro *Catabolo*, uti in Tabula & Ant. Itin. legitur: *mis*, quæ Syllaba voci cohæret, ex *mil.*, indice M. P., videtur nata. Curtii *Caſtabalum* ſive Plinii *Caſtabala* eſſe, alibi diximus. Aliud Iſ. Voſſius ad Epiſt. Mariae Caſſobelitæ p. 95. Ed. Amſtel. cenſet, *Catabolo* veriſimum arbitratus: notare enim vocem Græcis navium ſtationem atque emporium: ex *Catabolo* præterea ἐθνικὸν *Catabolenſis* formari. Poſterius unde hauſerit, neſcio; niſi velis ex Caſſiodoro, cujus *Catabolenſes* nihil ad hanc manſionem, licet H. Surita eo retulerit, pertinere conſtat. Prius a vero non abit, modo Græcos recentiores intelligas. τὸ ἐπίνειον νῦν οἱ πολλοὶ ΚΑΤΑΒΟΛΟΝ καλέσι, inquit Thucydidis ſcholiastes L. I. C. 30. Vel ſic tamen confecta res non eſt: requiro exemplum, quod Conſtantini ætate prius ſit; auctorem præterea, qui in Cilicia commemoraverit: taceo Caſtabali ſitum accuratiſſime convenire, neque permittere, ut ad ignota decurramus.

BAIAE.] De his alias diſputavimus. Vid. Ant. Itin. p. 146.

ALEXANDRIA SCABIOSA.] Urbis ſitum alibi finivimus; id dubites, ſitne genuinum ejus cognomen. Solet aliis *Alexandria cata Iſſon*, ut numis & Ptolemaeo, aut *catiſſon*, ſicuti in Tabula ineſt, appellari. *Cabioſa* dicitur Chron. Alexand. p. 170., quod inter XII. urbes, ab Alexandro nomen ſortitas, τὴν Καβιάσην numerat; Excerpt. vero Latinis, hinc magnam partem ſumptis, quæ Scaligero hinc debemus, p. 59. *Alexandria, quæ Cabioſum*, pro *Cabioſa*. Simili titu-

MVTATIO PICTANVS. M. IX.

FINES CILICIAE ET SYRIAE.

MANSIO PANGRIOS. M. VIII.
CIVITAS ANTIOCHIA. M. XVI.

FIT A THARSO CILICIAE ANTIOCHIAM MILIA CXLI. MVTATIONES X. MANSIONES VII. AD PALATIVM DAFNE. M. V.

MV-

titulo a Ptolemaeo ornatur Laodicea, Libano apposita; quam *Scabiosam* Peutingerorum Tabula & Ptolemaei MS. Coislin. nuncupant: manetque adeo in ambiguo, utrum cognomen sit verius. Dat quidem sententiam M. Altingius in notis MS. ad Tabul. secundum *Cabiosam* sive *Chabiosam*, quæ eadem ac *curva* sit: forte quia Χαβὸν ab Hesychio dicatur esse καμπύλον. Ego vero scire magnopere, quî *Chabiosa* inde formetur, velim. Is. Vossius aliter instituit, professus ad Epist. Mariae Cassobelitæ alibi se ostensurum, *Scabrosae* titulum verum hujus urbis esse; quod an fecerit, ignoro. Puto virum doctissimum ex oppidi situ in eam devenisse opinionem: in colle enim posita erat. Herodianus L. III. C. 4. Μένει δ' ἔτι νῦν τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου, Ἀλεξάνδρεια καλουμένη. Idem de Laodicea ad Libanum doceri posset. Quæ tamen satis mihi valida non videntur, ad *Scabrosæ* vocem Ptolemaeo atque Itinerariis ingerendam; præsertim cum nullum illi præsidium è MS. veniat, & Latini sermonis usus officiat. Itaque alios, qui hinc me expediant, exspectabo.

PICTANVS.] Videtur fuisse circa *Pylas* Syriæ, nusquam alibi mihi lecta.

FINES CILICIAE.] Strabo & Ptolemaeus Alexandriam circa Issum Syriæ contribuunt. Plinius, quicum noster facit, Ciliciæ: & bene. Pylis enim Cilicia terminatur, Syriaque initium habet.

PANGRIOS.] *Pagras* intelligi ex A. Itin. certissima res est. Sozomenus L. VIII. H. E. C. 2. de Joan. Chrysostomo Antiochia Constantinopolin pergente, ἧκεν εἰς Πάγρας, σταθμὸν οὕτω καλούμενον. *Venit Pagras, quo nomine mansio est.*

FIT A THARSO.] MS. *a Tharso Cilicia Antiochia usque.* Summa M. P. pæne numeris singularum mansionum respondet.

MVTATIONES.] Denuo in hunc catalogum *civitates*, *mansiones*, & *mutationes* conjectæ sunt.

AD PALATIVM DAFNE.] *Daphnen* egregie descripsit Libanius in Antiochic. p. 380., monens nihil esse, quod cum ejus amœnitate comparari possit: ipsos illi assurgere & primas dare Romanos: ἡ καὶ Ῥωμαίων ὅσους θεατὰς ἔλαβε, κεκίνηκε, πείσασα μήκετι τὴν Γαλιλίαν ὑμνεῖν, ὡς ἀήττητον τὰ τοιαῦτα: ubi, nisi fallor, in corrupta *Galiliæ* voce *Italia* latet. Fuisse in eo luco *Palatium* ex Tabula, quæ inter lauros & cupressos ejus figuram repræsentat, liquet, & leg. 2. C. Theod. Aquæduct.: *Aquæ ductus, qui Dafnensi Palatio usum aquæ præstat, quorundam aviditate tenuatur.* Ubi diligentia J. Gothofredi hujus Itiner. mentionem non præteriit. Vellem neglexisset Auctoris Geopon. L. XI. C. 2. testimonium, quod prima quidem specie huc pertinere videtur, sed penitius expensum Laurolavinium spectat. Rectius advocasset Libanium Orat. XIII. p. 418., de Theodosio καὶ τὴν Δάφνην, dicentem, καλλίω κατέστησας, βασίλεια παλαιὰ τοῖς νέοις ἀποκρύψας· *Daphnen multo elegantiorem fecisti, vetera Palatia novis abscondens.* Auctorem atque ejus Palatii conditorem Constantinum fuisse, Ezech. Spanhemius Dissert. XIII. De Præst. & Vs. Numis. p. 613. suspicatur. Ego vero multo esse antiquius, & regum Seleucidarum tempore Palatium sive regiam Daphnen condecorasse arbitrer; Polyaenus L. VIII. C. 50., si cum Justino L. XXVII. C. 1. conferantur, quæ de Beronice narrat, id facile probaverit. Jam quod ad distantiam attinet, ea satis certa est. Stephanus in Μερόη esse eo nomine ad Antiochiæ circa Daphnes orientem vicum significat: atqui ille V. M. P. ab urbe aberat, teste Simeonis Stylitæ Vita C. 9. *Venien-*

MVTATIO HYSDATA.	M. XI.
MANSIO PLATANVS.	M. VIII.
MVTATIO BACHAIAS.	M. VIII.
MANSIO CATTELAS.	M. XVI.
CIVITAS LADICA.	M. XVI.
CIVITAS GAVALA.	M. XIIII.
CIVITAS BALANEAS.	M. XIII.

FINIS SYRIAE COELIS ET FOENICIS.

MVTATIO MARACCAS.	M. X.
MANSIO ANTARADVS.	M. XVI.

EST CIVITAS IN MARE A RIPA MIL. II.

MVTATIO SPICLIN.	M. XII.

MV-

tes vero in V. milliario ab Antiochia, in vico, qui dicitur, Meroë, nullus potuit movere eum. Sic vetus verſio: Græcus ſcriptor ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Μέρᾳ· Vide vero, habueritne inde originem nomen *NERO*, quo Græcos recentiores, abolita Daphnes appellatione, eum locum dixiſſe Caſaubonus ad Capitolini Marc. Philoſoph. C. 8. docet.

HYSDATA.] Operam in hac quærenda perdidi. De *Platano* dictum alias eſt.

BACHAIAS.] Videtur eſſe Βαχταϊαμὴ Ptolemaei, quam Tabula in hoc tractu agnoſcit. De ſequenti præter incertam ſuſpicionem, jam ante in medio poſitam, nihil habeo.

LADICIA.] Ita in melioribus & antiquioribus codicibus pro *Laudicia* aliquando ſcriptum reperiri, Salmaſius ad Capitolin. in Vero C. 7. notat. Proxime abeſt hoc & alibi productum epigramma è Gudii Inſcript. p. CCCXXXIII. 15.

ΕΝΘΑΔ
Ε ΚΕΙΤΑΙ
ΤΡΥΦΩΝ
ΛΑΔΙΚΥC
ΤΗC. ΠΡΟC
ΛΥΚΟΝ

COELIS ET FOENICIS.] *Coeles & Phoenices.* Incipit hic Phœnice maritima; Φοινίκην πάραλον appellat Evagrius L. III. H. E. C. 33. & Jo. Malala tom. II. p. 73.

MARACCAS.] Excrevit deinceps hæc mutatio in urbis amplitudinem: Κάστρον Μαραχκέως Annae dicitur Alexiad. L. XI. p. 329.; ſcriptoribus rerum Hieroſolymitanarum *Maraclea*, ut Guiberto Abbati L. VI. Hiſt. Hieroſ. C. 20., aut *Marachea*, ſicuti in Geſt. Tancredi C. 135. Situm illi Guiliel. Tyrius eundem aſſignat, quem Itiner., L. VII. C. 17. *Deinde Marecleam*, inquit, *quæ prima de urbibus Phœnicis a ſeptemtrione venientibus occurrit, Antaradum, quæ vulgari appellatione Tortoſa dicitur, quæ ſimiliter una eſt de urbibus ſupra nominatæ provinciæ, in litore maris ſimiliter conſtituta, pervenerunt.*

A RIPA.] MS. *Aripa.* Loquitur de Arado, de cujus a litore intervallo alibi diximus. *Ripam* vero pro litore poſuit, ut Apulejus L. XI. p. 264. *Jam ripam maris proximamus:* & diu ante eum natum Manilius L. IV. 700.

Magna jacet tellus, magnis circumdata ripis,
Parthis. —— ———

Appoſite de Antarado Gilo Pariſienſ. extremo L. V. de Exped. Hieroſolym.

Non procul urbs aberat, ripæ vicina marinæ,
Fertilitate ſua promittens multa rapinæ,
Nomine quæ celebris ipſo Tortoſa vocatur.

SPICLIN.] Hanc & ſequentem qui explicet & illuſtret, alius erit.

ARCAS.] Meminit hujus urbis Stephanus papa in Epiſt. ad Baſilium Macedonem inter

Acta

MVTATIO BASILISCVM.	M. XII.
MANSIO ARCAS.	M. VIII.
MVTATIO BRVTTVS.	M. IIII.
CIVITAS TRIPOLI.	M. XII.
MVTATIO TRIDIS.	M. XII.
MVTATIO BRVTTOSALIA.	M. XII.
MVTATIO ALCOBILE.	M. XII.
CIVITAS BERITO.	M. XII.
MVTATIO HELDVA.	M. XII.
MVTATIO PARPHIRION.	M. VIII.
CIVITAS SIDONA.	M. VIII.

IBI HELIAS AD VIDVAM ASCENDIT ET PETIT SIBI CIBVM.

MVTATIO AD NONVM.	M. IIII.

CI-

Acta Concilii Constantinop. IV. p. 653. tom. XXIII. Concil. Labbei, sed ita ut tuto dejeres, vix illi notam videri: Βερένπ, inquit, ἀπὸ τ̃ Ἀρχιφοινίκης εἰς Τύρον, Ἰωάννης τῆς Γορδολίας εἰς Προικόννησον. Debuisset ἀπὸ Ἀρκῶν τ̃ Φοινίκης, & tum ἀπὸ Γόρδε τ̃ Λυδίας, ut ex Socrate L. VII. H. E. C. 36. notissimum est. Secutus est Historiæ Tripartitæ versionem, quæ L. XII. C. 8. *Reverentius ab Arcis Phœniciæ in Tyrum migravit, Joannes de Gordo Lydiæ mutatus est in Proconnesum.* Quæ sequitur *Bruttus* in MS. *Brutius* dicitur, mihique prorsus est inaudita.

TRIDIS] Videtur esse *Trieris* Plinii L. V. C. 20., quæ Stephano est πόλις τ̃ Συρίας, Straboni L. XVI. p. 754. Χωρίον π inter Tripolin & promontorium, cui Θεῶ πρόσωπον nomen est.

BRVTTOSALIA.] An scripsit, ut a superiore distingueret, *Bruttos alia?* Putem esse *Botryn*, quam Tabula & Itin. A. hoc loco ponunt; de ea portuque, gravi terræ tremore nato, Jo. Malala tom. II. p. 229.

ALCOBILE.] Hæc mihi multo obscurissima est, cujus ne vestigium quidem reperire licuit.

BERITO.] Personatus Athanasius in absurdissima oratione, de imagine Berytensi in Actis Concilii Nicaeni II. p. 232. πόλις ἐστὶ Βηρυτὸς καλουμένη, ἐν μεθορίοις Τύρε καὶ Σιδῶνος κειμένη, τελοῦσα τῇ ὑπὸ Ἀντιόχειαν· vetus interpres apud Lambecium L. I. Bib. Caesar. p. 128. Latina hoc modo fecit: *Est civitas, quæ vocatur Berytus, adjacens inter terminos Tyri & Sidonis, præbens tributum Antiochiæ.* Quam satis ridiculam & anilem urbis descriptionem mirum est, patrum eorum animos non advertisse. Hæc exspectes ab Athanasio Alexandrino aut recentiore Antiocheno, ut Lambecio visum? Utique qui ea scripsit, urbem nunquam vidisse videtur. Zacharias Scholasticus princip. Dialog. cur τὴν μητέρα τ̃ νόμων vocet, non est, ut doceatur.

HELDVA.] MS. *Heldux*, sed litera *a* supra ultimam vocabuli posita.

PARPHIRION.] *Porphyrionem* Procopius Hist. Arcan. C. 30. pagum ait esse maritimum, Κώμην ἐπιθαλασσίαν, Πορφυρέωνα ὄνομα. Stephano Phœnices urbs est. Meminit etiam Polybius L. V. C. 68., quam cur Aegypto vicinam fuisse putarit Jac. Gronovius & a Scylacis p. 100. Ed. Lugdun. cognomine urbe distinxerit, causam reperire non possum: attendisset vir eruditissimus ad Polybii τὰ κατὰ Πλάτανον τενὰ, quæ Porphyreonem præcedunt, & cum Platano sive Platane Josephi L. XVI. A. Jud. C. 11. 2. contulisset, nec dubito quin in alia omnia iviſſet.

IBI HELIAS.] Videtur hic deesse *Sarepta*, inibi enim Elias ad viduam divertit I. Reg. C. 17. 10. Hieronymus in Epitaphio Paullae: *Sidone derelicta in Sareptæ litore Eliae est ingressa turriculam, in qua adorato Domino salvatore per arenas Tyri, in quibus genua Paullus fixit, pervenit Acco.* Tanto magis autem vero est simile, eam hinc exulare, quod amplior Sidonem inter & Tyrum sit intercapedo, quam quidem hic finitur. Vid. Ant. Itiner. p. 149.

AD NONVM.] Numeri appositi justi non sunt: IX. aut hic aut mox esse debent.

TY-

CIVITAS TYRO. M. XII.

FIT AB ANTIOCHIA TYRVM VSQVE MIL. CLXXIIII. MVTATIONES XX. MANSIONES XI.

MVTATIO ALEXANDROSCHENE. M. XII.
MVTATIO ECDEPPA. M. XII.
CIVITAS PTOLEMAIDA. M. VIII.
MVTATIO CALAMON. M. XII.
MANSIO SICAMENOS. M. III.

IBI

TYRVM VSQVE.] MS. *Tyro usque* summa M. P. non æquat eam, quam singulæ mansiones exhibent.

MVTATIONES.] XII. tantum sunt.

ALEXANDROSCHENE.] Castra illa sunt, quorum rudera nunc durant, & *Scandalii* nomine insignia feruntur. Reliquias describit accuratissimus Maundrellus Itin. Hieros. p. 67.

ECDEPPA.] Posita est ad mare: Josepho propterea χωρίον παραθαλάσσιον L. I. B. Jud. C. 13. 4. Olim *Aczib* Hebraeis dicebatur: Hieronymus de Loc. Sacr. *Achziph in tribu Aser, in qua alienigenæ permanserunt. Hæc est Ecdippa in nono miliario Ptolemaidis pergentibus Tyrum.* Noster VIII. M. P. Ptolemaide semovet, non ut festinans vir egregius in Palæstina sua existimabat, M. P. XII.

PTOLEMAIDA.] Dubium est utrum sexto an quarto casu extulerit: forte tamen priore; illum enim inflectendi vocabuli morem scriptoris nostri ætate probarunt. Latinus interpres Actor. C. XXI. 7. *a Tyro descendimus Ptolemaidam.* Vid. Munker. in Dissert. Hygino Fabulatori præmissa, ubi similium uberrima copia.

CALAMON.] Habet hoc nomine in Phœnice urbem Plinius L. V. C. 20., sed inter Tripolin & Trierem: neque alium illi situm Polybius L. V. C. 68. tribuit. Alia itaque ac nostra est.

SICAMENOS.] Ab ejusdem nominis arbore ita dictam videri alibi ostendimus. De situ Eusebius in Ἰάφεθ hoc modo: Καὶ ἡ Συκάμινος ἢ ἀπιόντων εἰς Πτολεμαΐδα ἀπὸ Καισαρείας κώμη πάραλος πλησίον τοῦ Καρμήλου Ἡφὰ λέγεται. Vertit Hieronymus: *Sed & oppidum Sycaminum nomine de Caesarea Ptolemaidem pergentibus super mare propter montem Carmelum Epha dicitur.*

IBI EST MONS CARMELVS.] *Duo sunt montes, qui vocantur hoc nomine: alter in quo fuit Nabal Carmelius, maritus Abigail, ad australem plagam: alter juxta Ptolemaidem, quæ prius vocabatur Acho, mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluvias impetravit,* inquit Hieronymus Comment. in Amosi C. 1. In eo monte seculo XII. Calabrum monachum, ab Elia per quietem monitum, monasterium excitasse Phocas in Descript. Palæst. C. 31. prodidit; jecitque adeo prima fundamenta ordinis, ut ajunt, Carmelitarum: qua de re in publicum notissimæ sunt D. Papebrochii & Sebast. a S. Paullo contentiones.

CERTA.] Vossius è MS. *Certha* excerpsit, Richardsonus vero *Certsia.* Quid verius sit, mihi certum non est.

FINES SYRIAE.] Non dissentit Plinius L. V. C. 13. *Inde,* a Joppe, *Apollonia: Stratonis turris, eadem Caesarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia a Vespasiano Imperatore deducta. Finis Palestines, centum octoginta novem millibus passuum a confinio Arabiæ, deinde Phœnice.* Neque etiam in Onomast., modo egregiam Jac. Renferdii emendationem è Dissert. p. 785. sequaris, Eusebius: Καβσεὴλ, inquit, ὅθεν Βαναίας υἱὸς Ἰωδᾶ. Καισάρεια, πόλις ἐπίσημος ἐπὶ τὸ Φοινίκιον πέλαγος, ἡ διαιροῦσα Παλαιστίνην Φοινίκης. Κάρμηλος, ὄρος ἔνθα ἐκαθέζετο Ἠλίας. Mihi verissima videtur, neque parum hoc loco adjuvari.

CAESAREA PALESTINA.] Vir præstantissimus Had. Relandus L. III. Palæst. p. 671. *Nuncupatur,* ait, *hæc Caesarea Palestina in Itiner. Hieros.; quidni corrigis, inquiet quispiam, & reponis Palæstinæ? Ego nihil muto. Invenio idem apud Hilarium in fragmento tertio operis Historici p.* 1311. *Ed. Paris. a.* 1693. Nam propter hæc necessario Concilium apud Caesaream Palæstinam

IBI EST MONS CARMELVS, IBI HELIAS SACRIFICIVM FACIEBAT.

MVTATIO CERTA. M. VIII.

FINES SYRIAE ET PALESTINAE.

CIVITAS CAESAREA PALESTINA, ID EST, IVDAEA. M. VIII.

FIT A TYRO CAESAREAM PALESTINAM MILIA. LXXIII. MVTATIONES II. MANSIONES III.

IBI EST BALNEVS CORNELII CENTVRIONIS, QVI MVLTAS ELEEMOSYNAS FACIEBAT. IN TERTIO MILIA-

nam videtur esse condictum. *Et quidni, ut Syrus Palæstinus in illo,*

Alba Palæstino culta columba Syro,

& Palæstina aqua apud Ovidium in Fastis,

Inque Palæstinæ margine sedet aquæ,

dici possit Caesarea Palæstina? Hæc ille; quæ omnino amplecterer, nisi scriptor adderet, *id est, Judaea:* fac *Caesaream Palæstinam* justam esse, quid apposita illa notabunt? utique *Palæstinæ, id est, Judaeae* voluit; nam urbi ea tribuere, ineptum videtur. Vehementer præterea dubito de Hilarii loco ob *Acacium ex Caesarea Palæstinæ* in fragmento II. Oper. Histor. p. 1288.; is enim prius, nisi *Caesaream Palæstinam* aliunde probaveris, suspectum facere aptus est.

CAESAREAM PALAESTINAM.] MS. *Caesarea Palæstina.* M. P. esse X. M. P. justo intervallo auctiora H. Relandus L. II. Palæst. C. 4. monuit. De mutationibus idem judicium esto.

IBI EST BALNEVS CORNELII.] MS. *Cornili. Balneus* & *cubiculus* ex hoc Itiner. in I. G. Vossii L. III. Vit. Serm. Latin. C. 7. leguntur, sed sine tibicine, quo niti queant. Prius habet in fragmento Traguriano Petronius Sat. C. 41. *Et mundum frigus habuimus: vix me balneus calfecit; tamen calda potio vestiarius est.* Quæ verba ab aliorum emendationibus hoc auxilio se postmodum facile tuebuntur. Nimirum Latine loquentium vulgus multa sibi permisit, nec Grammaticorum præceptis adstringi se semper passum est: multa præterea in provinciis mutarunt, quæ *gentilia* appellare adsueverunt. Curius Fortunatianus L. III. Art. Rhetor. p. 71. Ed. Pith. *Gentilia verba sunt, quæ propria sunt quarundam gentium, sicuti Hispani non cubitum vocant, sed Græco nomine ancona; & Galli facundos pro facetis, & Romani vernacula plurima & neutra multa masculino genere enuntiant, ut HVNC THEATRVM & HVNC PRODIGIVM.* Hinc repete *hunc munimentum, hunc ædificium, hunc sepulchrum* è lapidibus literatis & *vinus* atque alia fragmenti Traguriani. Ceterum de *balneo Cornelii centurionis* nihil legere memini: forte persuasio ista orta est, quod Cornelius benefica esset indole, & Caesarea balneis superbiret ceterisque urbibus præstaret: docemur id a Choricio Sophista Orat. in Procopium Gazaeum C. 10. Ἡ μὲν οὖν, inquit, Ἀντιόχου δέλεαρ ἔχει τὸ ἄλσος, ἡ δὲ Τυρίων τὰς χάριτας, οὕτω γὰρ ἄξιον προσειπεῖν τὰς πηγάς· ἡ Καίσαρος δὲ λουτρῷ καλλωπίζεται, ὅπερ ἡδὺ μὲν ὁρῶντί σοι δόξει, τερπνότερον δὲ λελουμένῳ. *Antiochia igitur illecebras habet nemus; Tyriorum urbs Gratias, sic enim æquum est appellare fontes: Caesaris vero urbs balneis effertur, quæ jucunda quidem tibi videbuntur, cum oculis usurpaveris, jucundiora vero, cum lotus illis fueris.* Cornelii *domum* Hieronymus Epitaph. Paullae Caesareae durasse indicat: *Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentissimæ, & versa vice Stratonis turrim ab Herode rege Judaeae in honorem Caesaris Augusti Caesaream nuncupatam, in qua Cornelii domum, Christi vidit ecclesiam, & Philippi ædiculas & cubicula quatuor Virginum prophetarum.* Hæc junctumne sibi balineum habuerit, non dixero.

MILIARIO EST MONS SYNA, VBI FONS EST, IN QVEM MVLIER SI LAVERIT, GRAVIDA FIT.

CIVITAS MAXIANOPOLI. M. XVII.
CIVITAS STRADELA. M. X.

IBI SEDIT ACHAB REX, ET HELIAS PROPHETAVIT.
IBI EST CAMPVS, VBI DAVID GOLIAT OCCIDIT.

CIVITAS SCIOPOLI. M. XII.
ASER,

MONS SYNA.] Non longe Caesarea abesse montem, ad cujus radices fons prorumpat, praeter alios Alb. Aquensis L. VI. Hist. Hieros. C. 41. testis est: illi vero nomen esse *Syna* & eam virtutem, qua de scriptor hic, nemo, quod sciam, alius.

IN QVEM SI LAVERIT.] Pro *in quo*: ita infra, *in unum positus est Isaias propheta*. Similiter Lex 2. C. Theod. de Venat. *Residentes in Hierapolitanam civitatem*: & Lex 58. C. Th. de Haeret. *Domus Eunomianorum, in quas nefarios conventus habitos claruerit*: tum, *conventicula in domos si qua fuerint*. Saepius Graeci, ut Marci C. II, 1. εἰς οἰκὸν ἐστι, ubi Raphelium vide & Munkerum ad Hyginum Fab. XLI.

MAXIANOPOLI.] Imo *Maximianopoli*, uti H. Relandus dudum monuit. Olim *Adadrimmon*, de qua Hieronymus Comment. in Zachar. C. XII. sic scribit: *Adadrimmon, pro quo LXX. transtulerunt* ῥοῶν, *urbs est juxta Jezraëlem, quae hoc olim vocabulo nuncupata est, & hodie vocatur MAXIMIANOPOLIS, in campo Maggedon, in quo Josias rex a Pharaone, cognomento Nechao, vulneratus est.*

STRADELA.] *Jezraël* est, caput olim regni Israëlitici. Hieronymus in Hoseae C. 1. *Supra diximus Jezraëlem, quae nunc juxta Maximianopolim est, fuisse metropolin regni Samariae.* Ex *Jezraël* Esdraëlam, unde *Stradela* depravata est, formarunt. Eusebius Onomast. in Ἰεζραεὶλ. Ἔστιν εἰς ἔτι νῦν ἐπισημοτάτη Ἐσδραηλὰ κώμη ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κειμένη, μεταξὺ Σκυθοπόλεως καὶ τοῦ Λεγεῶνος. Quae, quantumvis ab aliis saepe notata, quod urbis situm signarent, negligere non placuit.

IBI SEDIT ACHAB.] Vide Hieronymum in Hoseae C. 1. & in primis I. Reg. XVIII, 45, 46.

VBI DAVID GOLIAT.] Haec qui scriptori nostro persuasit, in gravissimo errore fuit. Campus, in quo singulare illud certamen ex provocatione fuit commissum, ejusque situs figitur I. Samuel. XVII, 1. circa Socho in montanis Judae. *Socho* IX. M. P. ab Eleutheropoli versus Aeliam in Eusebii Onomast. fuisse dicitur: XX. vero M. P. ab Hierosolymis sive Aelia in Limonario, cujus verba adferuntur Actor. Concil. Nicaeni II. p. 404. ὁ γέρων ἐκάθητο εἰς τὰ μέρη Σοκχὼς ἔχ κτήματος ἀπὸ μιλίων μικρὸν πρὸς Ἱερόσολυμα εἴκοσιν. Vetus versio: *Habitavit* abbas Joannes *in partibus Sicchus, ubi possessionem habebat, milliaribus ab Hierosolymis viginti parvis.* Rectius Anastasius, *in partibus Socchus, possessionis ab Hierosolymis milliaribus XX. ferme distantis.* Quia tamen Ant. Itin. Aeliam inter & Eleutheropolin XX. tantum M. P. interponit, fieri potuit, ut in his numeris sit peccatum: praesertim cum Paullus Bernriedensis in Vita Gregorii VII., ubi Anastasii versionem sequitur, *IX. ferme M. P.* possessionem Socchus Hierosolymis semoveat. Quod utcunque fuerit, certum satis est in tribu Juda, nec longe admodum ab urbe Hierosolymitana Davidem adversarium Goliatum confecisse. Vide vero, utrumnam errandi hinc nata sit occasio: erat circa Scythopolin simili fere nomine locus; quem cum eundem ac *Socho* esse arbitrarentur, evenire utique potuit, ut ad Scythopolin depugnatum id fuisse certamen opinarentur. Hieronymus Quaest. Hebr. in Genes. C. XXXIII. 17. *In Hebraeo legitur Sochoth. Est autem usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos.*

SCIOPOLI.] Imo *Scythopoli*, de qua, olim *Bethschean* dicta, plura Relandus L. III. Palaest. p. 993. Id dubium est, unde Scythopoleos indepta sit cognomen. Doctissimus Palaestinae auctor a *Sochoth*, de quibus paullo ante ex Hie-

ASER, VBI FVIT VILLA IOB. M. VI.
CIVITAS NEAPOLI. M. XV.

Ibi eſt mons Agazaren. *Ibi dicunt Samaritani* Abraham ſacrificium *obtuliſſe, & aſcenduntur usque ad ſummum montem* gradus num CCC. *Inde* ad pedem montis *ipſius locus eſt, cui nomen eſt Sechim. Ibi poſitum eſt monumentum, ubi poſitus*

Hieronymo, *Sucothopolin* & dein *Scythopolin* appellatam ſuſpicatur. Aliter inſtituit Theod. Haſaeus Diſſert. de Rubo Moſis C. 24., vetus urbis nomen בית שאן *Bethſchean* & recens *Scythopolis* idem eſſe arbitratus: prioris enim ultimam partem שאן *ſpinam* notare, nec aliud posrioris primam: שטה *ſchitta* ejusdem eſſe originis atque idem notare: uberem vero ejus *ſpinæ* circa urbem fuiſſe proventum. Neutrum, pace manium utriusque dictum ſit, tale videtur, in quo tuto acquieſcas. Et hoc quidem plauſibile eſſe nequit, quod multa ponat, quæ nullo certo teſtimonio conſtant: veluti *ſpinam albam* lætiſſime ad urbem hanc creſcere: שאן *Schean* & שטה *ſchitta* rem eandem notare: eſſe ea vocabula ejusdem originis; cui opinioni genius linguæ frontibus adverſis pugnat. Alterum propterea credibile non fit, quod cauſſa adferri nulla poſſit, cur urbs nobilis, & ſuo nomine illuſtris, ab obſcuriore & remotiore cognomen traxerit. Huc accedit, quod Græcum & bonæ notæ ſit nomen: Σκυθῶν πόλιν Juditae Hiſt. C. III, 10. & II. Maccab. XII, 30. & Stephanus appellant. Ego a *Scythis* repetere ſoleo; ſive quod incolæ, quos magnam partem a ſacris Judaeorum alienos fuiſſe ex Hiſtor. Maccabaica colligas, inde originem repeterent, ſeu quod mores civium huic titulo initia dederint. Excucurriſſe in Palæſtinam Scythas Herodotus L. I. C. 105. auctor eſt.

ASER.] Euſebius Onomaſt. Ασὴρ, πόλις φυλῆς Μανασσῆ, ἣ νῦν ἐστὶ ἡ καλεμένη κώμη κατόντων ἀπὸ Νέας πόλεως ἐπὶ Σκυθόπολιν, σὺν πεντεκαιδεκάτῳ σημείῳ ἀπὸ αὐτῆ τῆ λεωφόρῳ. Vertit Hieronymus: *Aſer, civitas tribus Manaſſe. Nunc demonſtratur villa deſcendentibus a Neapoli Scythopolin in XV. lapide juxta viam publicam.* Quæ ad hanc villam illuſtrandam aptiſſima ſunt. Unde vero noſter edoctus fuerit, *Jobi* fuiſſe, expiſcari non potui. Variaſſe veteres de viri ejus patria, notiſſima res eſt: Euſebius Onomaſt. in Καρναὶμ Ἀσταρώθ domum ejus in Batanaeae vico oſtendi fuiſſe ſolitam ſcribit. Anonymus vero, cujus de Loc. Hieroſolym. inter Symmicta Leon. Allatii libellus eſt, circa muros urbis ejus πηγάδι τ δικαίε Ἰώβ, *fontem juſti Jobi* eſſe refert: quæ traditio æque certa eſt, ac hanc illius fuiſſe villam.

MONS AGAZAREN.] Lege cum Cellario Diſſert. VI. §. 26. & H. Relando Diſſ. de hoc monte §. 1. *Argarizim:* ſic enim conjunctim & Samaritani & Græci plures montem *Garizim* vocant.

ABRAHAM SACRIFICIVM.] Invaluiſſe apud Samaritanos eam opinionem apparet ex Photii Cod. CCXLII. p. 1055., ubi Marinus Neapolitanus, ſectæ quondam Samaritanæ popularis, haud obſcure id profitetur: nec alia Alexander Polyhiſtor & Phocas, quos teſtes produxit Ch. Cellarius Diſſert. VI. §. 25., prodiderunt.

GRADVS NVM. CCC.] Gradus hi ſæpe in numis Neapolitanis apud Patinum & Vaillantium conſpiciuntur: quorum numerum vehementer auxit Procopius Gazaeus Comment. in Deuteron. *Atqui vero,* inquit, *ſi Garizim & Gebal montes, qui ſunt altiſſimi, Neapoli adjacebant, quomodo fieri poteſt, ut inferne benedictio ſeu maledictio ſuperne in utraque immenſa, ut etiamnum videre eſt, altitudine edita exaudiretur? Cum videlicet in montem, qui apud illos Garizim appellatur, ſexcentorum millium & unius graduum ſit adſcenſus.* Quæ, quamvis multo altiorem, quam re vera fuit, montem facias, fidem excedunt: vix enim, quod recte H. Relandus L. II. Palæſtin. C. 13. obſervavit, ea altitudine in univerſo terrarum orbe mons eſt. Oportet ergo in Procopii calculo error ſit.

AD PEDEM MONTIS.] Vide Judic. IX, 7. & Procopium L. V. de Fabric. Juſtiniani C. 7. Idem præter alios Theodotus teſtatur apud Euſebium L. IX. Præp. Evangel. C. 22., cujus, cum de montibus Garizim & Ebal dixiſſet, ita fortaſſe rectius ordinabuntur verſus:

positus est Joseph in villa, *quam dedit ei Jacob pater ejus. Inde rapta est & Dina filia Jacob* a filiis Amorræorum. *Inde passus mille, locus est* cui nomen Sechar, *unde descendit mulier Samaritana ad eundem locum, ubi Jacob puteum fodit, ut de eo* aqua impleret, *& Dominus noster Jesus Christus cum ea loquutus est. Ubi sunt* arbores platani, *quos plantavit Jacob, & balneus qui de eo puteo lavatur.*

INDE MILIA XXVIII. EVNTIBVS HIERVSALEM, IN PARTE SINISTRA EST VILLA, QVAE DICITVR, BETHAR.

Inde passus mille est locus, ubi Jacob cum iret in Mesopotamiam addormivit, & ibi est arbor Amigdala, *& vidit visum, & Angelus cum eo luctatus est. Ibi fuit Rex Hieroboam, ad quem* missus fuit Propheta, *ut converteretur ad Deum excel-*

——— ——— Τῶν δὲ μεσηγὺ
Ἀλεκπιτὸς τέτμητ' αὐλῶπις. τῆς δ' ἑτέρωθι
Ἡ δ' ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστυ,
Νέρθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον· ἀμφὶ δὲ τεῖχος
Λιστὸς ὑπωρείη, ὑπὸ δ' ἔδραμεν αἰπύθεν ἕρκος·

ut ἀραὴ, quæ vulgo tertia secundi versus vox est, sequentis sit interpretamentum: certe ea, si cetera salva esse velis, locum tueri non poterit; qua tamen de re cum nemine contendero.

IN VILLA.] Jo. Phocas Descript. locor. Palæstin. C. 13. Ἐν ᾗ τοῖς τοῦ βουνοῦ προπόδοις ἐστὶ τὸ χωρίον, ὃ δέδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. *Ad pedes montis*, Garizim, *conspicitur villa, quam Jacob filio Josepho dedit.* Vid. Joan. C. IV, 5.

A FILIIS AMORRAEORVM.] Verius *filio Hemor* ex Genes. C. XXXIV, 2. dixisset. Juvencus in Genes. ℣. 1015. puellæ amatorem *Correum* appellat:

Illic improbius Dinam Correus amatam
Polluit, & teneræ præcerpsit virginis usum.

Ed. Martene, cui editum id poëma debemus, tom. IX. Thes. Anecdot. p. 93. gentis nomen videri ait; quod verissimum erit, si *Chorræus* scripseris: sequitur enim Juvencus Græcos interpretes, qui in Alexandrina editione Συχὲμ ὁ υἱὸς Ἐμμὼρ, ὁ Χορραῖος.

CVI NOMEN SECHAR.] Distinguit *Sichar* a Sichemo, contra Hieronymi opinionem Quæst. Hebr. in Genes. C. XLVIII. Eusebius non multum dissentit in Συχὲμ, ubi Josephi tumulum, prorsus ut hic, illi vicinum facit, & Συχάρ. Sitne Joan. IV, 5. ex *Sychem* id depravatum nomen, dubia res est. Hieronymus adfirmantibus adstipulatur: qui negant, ex שקר *schekar*, *mendacium* notante, ut ea voce religio & sacra Samaritana, quorum in ea urbe sedes erat, notetur, repetunt. Mihi non satis apertum atque exploratum est, Joannem Samaritanos dignos censuisse, in quos ita illuderet.

AQVA IMPLERET.] Videtur esse Joannis ἀντλῆσαι ὕδωρ, nisi vasis nomen deesse velis.

SVNT ARBORES PLATANI.] Quercetum hic fuisse Eusebius in Βάλανος Σικίμων significat. De *platanis* nostro scriptori accredimus, quando & aliunde novimus hic eas arbores consitas fuisse. Huc refero, quod in Bereschith Rabba, Parascha XXXII., Judaei memorant: *Profecturus*, inquiunt, *doctor Jonathan Hierosolyma oratum* עבר בהדין פלטאנוס, *tansiit per Platanos: id ut Samaritanus vidit, quorsum, inquit, tendis? precatum ait Hierosolyma: tum ille, præstaret, ut in benedicto illo monte potius, quam in stercoraria ista æde adorares.* Non quidem ignoro, præstantissimum H. Relandum Dissert. de monte Garizim §. 3. aliud amplecti, secutumque Judaei in illa verba scholia, quæ הר גריזים, *montem Garizim* interpretantur, vocem Græcæ originis esse arbitrari, nec aliud ac πελεθοῦ ναὸν sive *stercoreum delubrum* notare. Verum intelligi mons haud potest, quod per eum transitus non esset, sicuti per has arbores, si è Galilaea in metropolin cogitarent, erat, ut è Joan,

excelsum: & jussum fuerat prophetæ, ne cum pseudopropheta, quem secum Rex habebat, manducaret. Et quia seductus est à pseudopropheta, & cum eo manducavit, rediens occurrit prophetæ leo in via, & occidit eum leo.

INDE HIERVSALEM MIL. XII. FIT A CAESAREA PALESTINAE HIERVSALEM VSQVE, MIL. CXVI. MANSIONES IV. MVTATIONES IV.

Sunt in Hierusalem piscinæ magnæ duæ ad latus templi, id est una ad dexteram, alia ad sinistram, quas Salomon fecit. Interius vero civitatis *sunt* piscinæ gemellares, *quinque porticus habentes, quæ appellantur* Betsaida. *Ibi ægri multorum annorum sanabantur; Aquam autem habent eæ piscinæ* in modum coccini turbatam. *Est ibi & cripta,* ubi Salomon Dæmones *torquebat. Ibi est angulus*

è Joan. C. IV. apparet. Abit præterea vocis scriptura, sicuti in Midrasch Schir C. IV. 4. conspicitur דמטא גבי חד פלאטנוס, *ut venit ad platanum*; abit, inquam, longe a Græcis: ne dicam, vix tam elegantes Judaeos fuisse, ut ex ultima Attica ad Samaritanorum sacra traducenda πελεθὸν sive σπελεθὸν arcessiverint.

BETHAR.] *Bethel* est: quod addit in *parte sinistra* viæ fuisse, egregie Eusebianis in Ἀγγαί conspirat: Κεῖται δὲ Βηθὴλ, ait, ἀπιόντων εἰς Αἰλίαν ἀπὸ Νέας τῆς πόλεως ἐν λαίοις τῆς ὁδοῦ ἀμφὶ τὸ δωδέκατον ἀπ' Αἰλίας σημεῖον. Hieronymus: *Sita est Bethel euntibus Aeliam de Neapoli in læva parte viæ XII. circiter miliario ab Aelia.*

ARBOR AMIGDALA.] *Luza*, quod pristinum loci nomen, eam arborem notat. Hieronymus Quæst. Hebraic. in Genes. C. XXVIII, 19. *Et vocat illum Bethel, id est, domum Dei; qui locus vocabatur antea LVZA, quod interpretatur nux sive amygdalon.* Adde Eugesippum in Symmict. Allatii p. 112.

MISSVS FVIT PROPHETA.] Vid. I. Reg. XIII, 1. &c. Nomen vatis ibi reticetur, quod *Adoniae* fuit, si fidem Constitut. Apostol. L. IV. C. 6., ubi plura Cotelerius, merentur.

JVSSVM FVERAT PROPHETAE.] Placuit ita recentioribus loqui. Vid. G. I. Vossium de Construct. C. 36., &, qui vetustiores quamquam non sine dubio, in partes trahunt, Sanctium, Scioppium & Perizonium ad Minerv. L. II. C. 4.

MIL. CXVI.] Denuo in numeris peccatum est. Si singularum mansionum M. P. addideris III. M., quibus mons Syna ab urbe Caesarea separatur, & bina millia, quorum una Sechar & Neapolin, altera Bethar & Luzam sive amigdalam distinguunt, M. P. CV. nascentur.

MVTATIONES IV.] Atqui nullas, nisi forte *villam Aser*, cui suus titulus deest, hoc itinere signavit. Ergone *civitates mutationibus* jumentorum accommodatas fuisse indicat?

INTERIVS CIVITATIS.] Ἐντὸς ἄστεος sive πόλεως, ut Græci.

PISCINAE GEMELLARES.] Eusebius in Βηζαθὰ appellat λίμνας διδύμους, Hieronymus *lacus geminos.*

BETSAIDA.] Ita olim codices aliqui Joan. C. V, 2. præferebant; nec aliter Vulgatus interpres, aut Tertullianus, qui Lib. advers. Judaeos, *Et piscina*, inquit, *Betsaida usque ad adventum Christi curando invalitudines ab Israël, desiit a beneficiis deinde.* Male tamen: verum enim & piscinæ convenientissimum cognomen *Bethesda* fuit. MS. Vossio visus *Vaëtaida.*

IN MODVM COCCINI.] Idem Eusebius fere de gemellaribus his piscinis prodit: ὧν ἑκατέρα μὲν ἐκ τῶν κατ' ἔτος ὑετῶν πληροῦται, θατέρα δὲ παραδόξως πεφοινιγμένον δείκνυσι τὸ ὕδωρ, ἴχνος, ὡς φασὶ, φέρουσα τῶν πάλαι καθαιρομένων ἐν αὐτῇ ἱερείων. Hieronymus: *quorum unus hybernis pluviis impleri solet: alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur: nam hostias in eo lavari a sacerdotibus solitas ferunt.*

VBI SALOMON DAEMONES.] Aut fallor, aut hæc ex Judaeorum fabulis sunt deprompta: Salomonem enim præter alia dæmonum torquendorum & expellendorum artem

gulus turris excelsissimæ, ubi Dominus ascendit & dixit ei is, qui tentabat *eum.* * *Et ait ei Dominus: Non tentabis Dominum Deum tuum, sed illi soli servies. Ibi est & lapis angularis magnus, de quo* dictum est: *lapidem quem reprobaverunt ædificantes. Item ad caput anguli, & sub pinna turris ipsius, sunt cubicula plurima, ubi Salomon palatium habebat. Ibi etiam* constat cubiculus, *in quo sedit & sapientiam descripsit; ipse vero cubiculus uno lapide est tectus. Sunt ibi & excepturia magna aquæ subterraneæ, & piscinæ magno opere ædificatæ, & in*

tem calluisse, Josephus L. VIII. A. I. C. 2. §. 5. perhibet; imo nunc circumferunt nugivendum librum, cui *Claviculam Salamonis*, de qua nuper Clariss. Wolfius Bibl. Hebraeae tom. IV. p. 977. accurate, inscripserunt, ejus artificii præcepta dictantem. In primis huc ea referri oportet, quæ in Gittin fol. 86. de dæmonum plebe & eorum principe Asmodaeo, in quos tormentis inquisiverit Salomo, aniliter garriunt; quibus si delectere, neque enim digna sunt, quæ hic legantur, vide Wagenseilii Sotam Cap. IX. p. 1073.

QVI TENTABAT.] Deficiunt hoc loco, quæ Matth. C. IV, 6. reperies.

DICTVM EST.] Psalm. CXVIII, 22. Vir doctissimus Theod. Hasaeus Dissert. de Lapide Fundat. C. 2. §. 14. *lapidem angularem* & *lapidem pertusum* haud recte nostrum distinguere autumat: eundem enim fuisse; quod an probari possit, ignoro. Scriptor hic ducem & mystagogum suum secutus est; nec quicquam ex ejus oratione aliud deduxeris, quam quid vulgo ea tempestate de locis urbis Hierosolymitanæ censuerint. Prudentium, sicuti P. Pithoeus animadvertit, opinionis consortem in Enchirid. habet:

Excidio templi veteris stat pinna superstes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, usque
In seclum secli, quem sprerunt ædificantes;
Nunc caput est templi, & lapidum compago novorum.

CONSTAT CVBICVLVS.] Hac forma vocem in scriptoribus legere non memini: Glossæ quidem *cubiculus*, ὑπόνομος ostentant; sed rectum *cuniculus*, quod & in Sangermanensi MS. erat, videtur. In Gruteriano tamen lapide p. CLXXII. 8. *ET SVPER EODEM PORTICVS, IN QVA EST ETIAM CVBICVLVS* invenitur; qui, nisi quadratarii error sit, nam *CVBICVLVM* paullo ante sculpserat, huic loco accommodatissimus est.

EXCEPTVRIA MAGNA.] *Exceptoria* vasa sunt, quibus aqua recipitur, sive cisternæ. Glossæ, quibus usus est Cangius, *Exceptoria, cisterna, lacus, collectoria.* Caesarius Arelat. Serm. IX. ad Monachos: *Ecce præparo exceptorium cordis mei influenti per vos aquæ divinæ.* Egregius autem hic locus est, quo firmes, in templi monte cisternas fuisse; quas prorsus necessarias deesse templo non potuisse, & res ipsa, & Aristeae & aliorum testimonia, de quibus vir in his literis magnus Camp. Vitringa tom. II. Temp. Ezechielis p. 383., indicio sunt.

SANGVINEM ZACHARIAE.] Memineruntejusdem Epiphanius Hagiopolita in Symmict. Allatii p. 50., qui satis imperite in sanctorum, quod vocant, sancto fusum conspici adfirmat: Phocas C. 14. speluncam memorat infra templum, in qua Zacharias sit tumulatus; quasi Judaei intra templi montem mortuos sepeliverint. Ab Epiphanio non dissidet Anonymus Allatii, qui Zachariam Joannis patrem intelligendum esse addit p. 99. Symmict. Ceterum *asteriscus*, quo hæc signata sunt, deesse aliquid monet; quamquam, si voculam *ibi* tolleres, sana videri possent.

CLAVORVM MILITVM.] *Clavos caligares*, puto, intelligit, quos alii, quod sciam, non viderunt: mox *in cera fixa esse* oportuerat.

HADRIANI.] Nec has alibi offendi. Positæ videntur, ut Imperatori honor haberetur; qui urbem instauraverat, & suo nomine insignem esse jusserat.

LAPIS PERTVSVS.] Illustris Scaliger ad Euseb. Chron. n. MMCL. his utitur, nec dubium esse monet, quin Judaei ad Jacobi exemplum, qui lapidem in loco, Bethel dicto Genes. C. XXVIII, 18, 19., unxit, oleo hunc perfude-

in æde ipsa ubi templum fuit, quod Salomon ædificavit, in marmore ante aram sanguinem * Zachariae, *ibi dicas hodie fusum. Etiam parent vestigia* clavorum militum, *qui eum occiderunt, in totam aream, ut putes in cera fixum esse. Sunt ibi & statuæ* duæ Hadriani. *Est & non longe de statuis* lapis pertusus, *ad quem veniunt Judaei* singulis annis, *& unguent eum, &* lamentant se *cum gemitu & vestimenta sua scindunt, & sic recedunt. Est ibi & domus Ezechiae Regis Judae. Item exeunti in Hierusalem, ut ascendas Sion, in parte sinistra, & deor-*

fuderint; quod mihi plausibile videtur. Quæritur, quinam iste lapis? Theod. Hasaeus Dissert. de Lapid. Fundat. C. IV. §. 19. eundem esse vult, quem Judaei אבן השתיא, *lapidem fundationis* appellant, quemque in interiore templi penetrali hac fini fuisse in Joma C. V. §. 1. scribunt, ut pontifex solemni die turibulum illi imponeret: *pertusum* dici, quod septem in eo essent foramina; esse enim ex rupe excisum, è qua divina ope aqua Judaeis in Arabiae desertis fluxit: septem foramina in illo fuisse ex Zacharia C. III, 9. patere; neque enim alium esse lapidem, de quo inibi prædicatur, על אבן אחת שבעה עינים, id est, interprete viro docto, *super uno hoc lapide sunt septem fontes:* igitur rectissime *pertusum* dici. Equidem negare districte nolim, eum hic lapidem indicari; quamquam, si verum fateri velimus, talia conjecturis illis insunt, quæ si neges, firmari nunquam poterunt. Quo, quæso, teste edocebor, ex rupe a Mose percussa, haud exiguam decisam esse partem, & in Palæstinam asportatam? ubi lectum est, in intimo templi adyto eam collocatam & in ultima usque tempora servatam fuisse? unde porro septem foraminibus saxum id fuisse *pertusum?* nam Zachariae verba, si penitius examinaveris, aliam dabunt sententiam & a viri eruditi opinionibus alienissimam. שבעה עינים *septem oculi* sunt, ut bene interpretes, etiam, modo recte distinxeris, Cap. IV, 10. obvii. Potest vocum altera *fontes* notare: at septem foramina non sunt *fontes*; desideroque similis usus exemplum: prætereaque *super lapidem* eum fuisse dicuntur; quod de *oculis* probum erit, non de foraminibus. Fuerit itaque *pertusus* hic *lapis* nullus alius atque ille, de quo Judaei: caussa tamen cur *pertusus* fuerit atque appelletur, in obscuro manebit. Ceterum est, qui Scaligero pæne consentiat, Phocas, confidentissime asseverans Descript. Loc. Palæst. C. 14. in monte templi eum ipsum fuisse lapidem, cui dormiens incubuerit, quemque unxerit Jacobus.

SINGVLIS ANNIS.] Negat Eusebius Comment. in Psalm. LVIII. p. 267. sua ætate Judaeis urbem ingredi licuisse: tantum è longinquo oculis lustrare locum potuisse: si propius accederent, paratam fuisse pœnam: Νόμοις γοῦν τῶν κρατούντων, inquit, ἐξ ἐκείνου πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀπηγόρευται τοῖς τόποις ἐπιβαίνειν, ἀπαραιτήτου τιμωρίας ἐπαιωρουμένης τοῖς τοῦ νόμου παραβάταις· Διὸ εἰς ἔτι καὶ σήμερον ἀμφὶ μὲν τοὺς ὄρους καὶ κύκλῳ παριόντες πόῤῥωθεν ἵστανται, μηδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πάλαι νενομισμένον αὐτοῖς ἱερὸν ἔδαφος θεάσασθαι καταξιούμενοι· Quibus non dissimilia leges p. 423. & L. IV. H. E. C. 6. Nec est tamen, cur fidem nostri scriptoris suspectes: adsentitur illi Gregorius Nazianzenus Orat. XII. p. 202., Henr. Valesio ad Euseb. Hist. Eccl. indice, & loci, a Billio non intellecti, explanatore, prætereaque Hieronymus, quem Ill. Scaliger huic rei testem advocavit, Comment. in C. II. Sophoniae: *Et, ut ruinam suæ eis flere liceat civitatis, pretio redimunt: ut, qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrymas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est a Romanis & diruta Jerusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & senes pannis annisque obsitos in corporibus & in habitu suo iram Domini demonstrantes.* Qui cum diserte diem finiat, quo capta & eversa urbs est, quem nunc etiam genti lugubrem esse novimus; demiror præstantissimum Valesium, dies, quibus solemnis mercatus ad Terebinthum fiebat, substituere maluisse. Ergo ut dissensus inter Eusebium & ceteros tollatur, oportet, ut post scriptum eum Commentarium Judaeis ea lugendi copia fuerit facta.

LAMENTANT SE.] Κόπτονται ἑαυτοὺς. Agnellus in Theodoro Ravennate C. 3. *Ab alto*

& deorsum in valle juxta murum, est piscina, quæ dicitur Siloa, habet quadriporticum, *& alia piscina grandis foras. Hic fons* sex diebus atque noctibus *currit: septima vero die est Sabathum in totum nec nocte nec die currit. In eadem ascenditur Sion, & paret* ubi fuit domus Caiphæ *sacerdotis, &* columna adhuc *ibi est, in qua Christum flagellis ceciderunt. Intus autem intra murum Sion, paret locus ubi palatium habuit David, &* septem synagogæ, *quæ illic fuerunt, una tantum remansit, reliquæ autem* arantur & seminantur, *sicut Isaias propheta*

alto trahens suspiria pectore, se ipsum lamentans, cubiculum introivit. Unguent ea forma dixit, nisi scripturæ error sit, qua vix alii usurpent.

HABET QVADRIPORTICVM.] Atrium est, quatuor porticibus cinctum. Audi Cangium ad Paullum Silentiarium de templo S. Sophiae C. 20. *Latinis,* ait, *ejusmodi impluvia, quatuor porticibus cincta,* Atria *dicuntur. Gloss. Gr. Lat.* τετραστῶον, Atrium. *Græci vero* τετράστυλα *ea vocant:* Quadriporticus *Anastasio Biblioth. in S. Symmacho PP.* & cantharum B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornavit. *Idem in Dono:* hic atrium B. Petri Apostoli superius, quod est ante Ecclesiam in quadriporticum magnis marmoribus stravit. *Occurrit apud eundem in Leone III. & in Itinerario Hierosol.* Hæc ille. MS. paullo ante *exeuntibus Hierusalem,* & melius.

SEX DIEBVS ET NOCTIBVS.] Si certa hæc forent, egregie Plinium illustrarent L. XXXI. N. H. C. 2. *In Judaea,* scribentem, *rivus sabbathis omnibus siccatur.* Sed merito de rei veritate dubites. Non diffitebor, plura similia de fonte esse memorata, quale hoc Prudentii in Enchiridio de piscina Siloa:

Morborum medicina latex, quem spiritus horis
Eructat variis: fusum ratione latenti
Siloam vocant. ———

& Isidori L. XIII. Origin. C. 13. *Fons Siloa in radicibus montis Sion non jugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebullit:* quomodo ex codice Groningano legi ea oportet. Mitto Epiphanium, seu quis alius libelli auctor, de Vit. Prophet. in Esaia, atque alios. Verum hi antiquiorum testimoniis falsi arguuntur: nostro, qui fontem vidit, vereor, ut nimia credulitas fraudi fuerit: certe Josephus ceterique ex ejus gente nihil hujusmodi de fonte, licet de Sabbathio fluvio prodigiosa memorent multa, prodidere. Quod vero Sabbathis siccari solitum fuisse innuit, id illi verissime evenit S. Sabae tempore, cum prorsus exaruit: Cyrillus Scythopolitanus in ejus Vit. C. 77. ὑπὸ γὰρ τῆς πολυχρονίου ξηρότητός τε καὶ ἀνομβρίας τὸ ὕδωρ ἐξέλιπε τοῦ τε Σιλωὰμ καὶ Λουκιλλιανῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αἱ πηγαὶ Κολωνίας τε καὶ Νεφθοῦς ὠλιγώθησαν. *Ex diuturna enim siccitate & pluviæ penuria aquæ Siloes defecerant & Lucillianarum: prætereaque Coloniæ & Nephthus fontes imminui cœpti sunt.* Ubi notandi fontes, seu cisternæ sunt, vix alibi obvii. Νεφθοῦς πηγαὶ sunt in Josuae C. XV. 9.; hinc autem videas, fontis ejus memoriam ne seriore quidem ævo intercidisse.

VBI FVIT DOMVS.] Caute satis; consentit Prudentius Enchiridio:

Impia blasphemi cecidit domus ecce Caiphae,
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.

Nam qui ad sua tempora durasse referunt Epiphanius Hagiopolita & Perdicca, fidem, opinor, vix fecerint.

COLVMNA ADHVC EST.] Passim & hanc memorant. Epiphanius Hagiopol. p. 50. ἀναπνοὴν τῆς Γεέννης τοῦ πυρὸς, spiramentum ignis gehennalis illi facit vicinum, eoque columnam pæne afflat: alii postea fulcrum & templi columnam fuisse adfirmant. Prudentius, cui Hieronymus in Epitaphio Paullæ adstipulatur:

Vinctus in his Dominus stetit ædibus atque columnæ
Adnixus tergum dedit, ut servile, flagellis;
Perstat adhuc, templumque gerit veneranda columna,
Nosque docet cunctis immunes vivere flagris.

SEPTEM SYNAGOGAE.] Judæi sæpenumero CCCCLXXX. synagogas intra urbis ambitum includunt, ut in Echa Rabbati fol. 52. col.

pheta dixit. Inde ut eas foris murum de Sione euntibus ad portam Neapolitanam, ad partem dextram, deorsum in valle sunt parietes, ubi domus fuit sive prætorium Pontii *Pilati. Ibi Dominus auditus est antequam pateretur. A sinistra autem parte est* monticulus Golgotha, *ubi Dominus crucifixus est. Inde*

col. 2. & fol. 71. col. 4. Nihil mirum ergo si septem in Sione fuerint, quas & Epiphanius de Mensur. & Ponderib. C. 14. memorat: Καὶ ἑπτὰ συναγωγαὶ, αἱ ὧν τῇ Σιὼν μόναι ἐστήκεσαν: ὡς καλύβαι ἐξ ὧν μία ἀφῃρέθη ἕως χρόνε Μαξιμωνᾶ & ἐπισκόπε καὶ Κωνσταντίνε & βασιλέως, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ τὸ γεγραμμένον· *Et septem synagogae, quae in Sione, velut tuguria, solae perstiterant; ex quibus una duntaxat ad Maximonae praesulis & Constantini Imper. tempora, velut umbraculum in vinea, ut scriptura ait, relicta videbatur.* Eædem male ex Optato Milevitano L. III. Schism. Donat. C. 2. a Dupinio ejectæ sunt, quas plures MSS. & ejus ætatis persuasio tuebuntur facile.

ARANTVR ET SEMINANTVR.] Dinarchus in Demosthen. p. 93. de Thebis, ἀρᾶται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, prorsus ut hic synagogæ. Quod addit, *sicut Isaias propheta dixit*, refer ad unam synagogarum, quæ remansit: huc enim, ut ex Epiphanio vides, pertinere putabant Esaiae C. 1, 8.

PRAETORIVM PONTII.] Perdiccas Exposit. memorabil. Hierosolym. domum Pilati, Caiaphae atque Annae contiguam esse jussit:

Ἐνθα Πιλάτε οἴκησις Ἄννα καὶ Καϊάφα,
Καὶ βδελυκτὸν πραιτώριον, καὶ τόπος καλδίκης.

quæ res illi vix condonabitur.

MONTICVLVS GOLGOTHA.] Quod Judaei de *lapide fundationis* adfirmant, eum orbis terrarum esse umbilicum in Capitul. Eliezeris p. 88. Ed. Vorst., id in hunc montem quadrare Victorinus Poetovienſis Hymn. de Cruce existimavit:

Est locus, ex omni medium quem credimus orbe,
Golgotha Judaei patrio cognomine dicunt.

Nec dissentit Perdiccas & Anonymus Allatii, neque Eusebius Orat. in Laudem Constantini p. 630. Id vero maximopere demiror, nullam hic de cruce, Helenae auspiciis inventa, nec ullam de stupendis operibus, ejus virtute & contactu patratis, fieri mentionem. Dicemusne præterire ea scriptorem voluisse, qui summa diligentia rumusculos, de locis Hierosolymitami in vulgus sparsos, collegit? qui dæmones a Salomone in crypta tortos & fontem Siloam sabbathis siccari solitum aliaque sedulo adscripsit? præsertim cum paucissimis ante ejus in urbem Hierosolymitanam adventum annis facta ferantur. Mihi nihil aliud dici posse videtur, quam ea miracula, & quæ illis arctissime cohærent, in urbe eo tempore nondum fuisse audita: quam rem & Constantini Imp. in Epist. ad Macarium, & Eusebii, in his locis & gestis recensendis versati, silentium adfirmat. Esse novi, quæ ex Eusebio adferri possint, productaque sunt a B. Montfauconio in Dissert. Prælimin. ad ejus in Psalmos Commentar. C. 3.; quæ tamen, si, partium studio procul ablegato, cum cura examinaveris, nihil juverint. Explicat Psalmi LXXXVII, 10. μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια; *ecquae mortuis mirabilia facies?* Ea ad Christum referri oportere ex factis cogit: sua enim ætate ad Servatoris nostri tumulum & martyrium mirabilia factitata fuisse. Ipsum audiamus Comment. p. 549. Εἰ δέ τις τὸ νῦν ἐπισήσειε τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα καὶ τὸ μαρτύριον & Σωτῆρος ἐπιτελεσθέσι θαυμασίοις, ἀληθῶς εἵστηται, ὅπως πεπλήρωται ἔργοις τὰ τεθεσπισμένα· Asseverat vir egregius illa θαυμάσια *mirabilia* non alia atque illa esse, quæ Sulpitius Severus, Socrates, Sozomenus atque alii in literas retulerunt. Unde vero id cognoscam? Eusebius in genere loquitur, nec illa se miracula intellecta velle usquam, licet commodissimae adessent occasiones, significavit. Et quî possunt ea hoc loco intelligi? loquitur de rebus stupendis, quæ ad Christi sepulchrum & martyrium sua ætate contigerunt. Atqui *martyrium* istud nusquam erat, cum ea fierent, quæ evenisse Sulpitius atque alii prodiderunt. *Martyrium* μαρτύριον, ipso doctissimo viro adstipulatore, notat basilicam sive *Ecclesiam ad sepulchrum Christi:* ea exstrui cœpta est, cum Helena Hierosolymis ad filium

Inde quasi ad lapidem missum *est cripta, ubi corpus ejus positum fuit, & tertia die resurrexit. Ibidem* modo jussu Constantini *Imperatoris basilica facta est, id est,* Dominicum miræ pulchritudinis, *habens ad latus exceptoria unde aqua levatur, & balneum à tergo, ubi* infantes lavantur. *Item ab Hierusalem euntibus ad portam, quæ est contra Orientem, ut ascendatur in montem Oliveti,* vallis quæ dicitur *Josaphath ad partem sinistram ubi sunt vineæ. Est & petra, ubi* Juda Scarioth *Christum tradidit. A parte vero dextra*

redisset, necdum absoluta, quando hic scriptor eam ad urbem invisit. Quod si itaque ea innuisset, de quibus Socrates & Sozomenus, historiam repertæ crucis commemorantes, utique *martyrii* meminisse non potuisset. Imo illa θαυμάσια *mirabilia* nec in sacri hymni verba convenire, nec interpretis opinionem stabilire apta sunt. Facta dicuntur *mortuis*, τοῖς νεκροῖς, id est Eusebio auctore, *Christo:* quæ vero illa? Ecquid magis mirabile & stupendum Judaeis pariter ac paganis esse poterat, quam Augusti matrem, ejusque exemplum imitatos plures, ad vilem antea & despectum eum locum, ut Christo Domino meritum honorem haberent, confluere; mirificis operibus illum exornari; quod quam admirandum utrisque fuerit, ex Orat. de Laud. Constantin. p. 633. colligas; & plerosque omnes, superstitione ejurata, Christo sacramenta dicere atque in felicitatis parte ponere, si illius addicti cultui vivere liceat. Eusebius id se velle testatur, cum paullo ante ἆρ' ἐν λόγῳ ταῦτα, ex Christi ait persona, ὑπελθεῖν με τὸν θάνατον ἐβουλήθης, ἵν' ἐν μὲν τοῖς ζῶσι τὸ ἔλεός σε διαγνῶῃ, ἐν δὲ τῇ ἀπωλείᾳ ἡ ἀλήθειά σε γνωσθῇ, ἐν δὲ τῷ σπόρει τὰ θαυμάσιά σε κηρυχθῇ, ἔντε τῇ ἐπιλελησμένῃ γῇ ἡ δικαιοσύνη σὲ μνημονευθῇ. εἰ δέ τις τὸν νοῦν κ. τ. λ. Quæ utique, si crucem repertam & connexa illi miracula in animo habuisset, non apte cohærerent. Verum in viam.

AD LAPIDEM MISSVM.] Pro *lapidis*, ut paullo post: ὡσεὶ λίθου βολήν Lucae C. XXII, 41. *Cryptam* in genere *sepulchrum* vocat, ut mox Lazari & Ezechielis & eorum, quos ibi jungit monumentum: quod vero Salmasius in Solin. p. 851. inde colligit; *non alio genere structam hanc cryptam videri, nec alia forma, quam illam Lazari subterraneam quippe, & saxo constructam, & fornice tectam, & foramine, quod lapide cludebatur, apertam:* id nec Historia Evangelica, nec veterum & recentiorum testimonia de sepulchro è saxo excavato ferent, ut bene P. D. Huetius Demonst. Evangel. p. 1029. Ed. Lips. ostendit.

MODO IVSSV CONSTANTINI.] Exstrui cœpta est An. CCCXXVI., dedicata CCCXXXV.: Noster Hierosolymis fuit CCCXXXIII. Vide Eusebium L. III. Vit. Constant. C. 31. MS. *jusso* hic & semel atque iterum infra.

DOMINICVM MIRAE PVLCHRITVDINIS.] *Dominicum* vocat basilicam honori Domini Jesu excitatam. Marcellinus & Faustinus in libello precum ad Imperatores p. 149. Ed. Venet. *Et postremo, quod horroris est dicere, ad cumulum perpetrati sacrilegii ipsum altare Dei, de Dominico sublatum, in templo sub pedibus Idoli posuerunt.* Vid. Lexic. Infim. Latinit. Cangii, cujus diligentiam nec hic fugit locus. Ceteroqui σωτήριον μαρτύριον, aut μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως, aut ἀνάστασιν, qua de re Henr. Valesius Epist. de Anast. & Martyrio Hierosol., hanc aedem vocare solebant. Fuisse autem miræ pulchritudinis, Eusebius L. III. Vit. Constant. C. 35. &c. docebit.

INFANTES LAVANTVR.] Cui bono? neque enim baptismum respicere videntur.

VALLIS QVAE DICITVR.] Consentit Eusebius in Κοιλὰς Ἰωσαφάτ. Denuo vero uterque, & in primis noster, qui mox regis Ezechiae & prophetæ Esaiae tumulum studiosissime memoravit, sepulchrum divæ Virginis Mariae, quod in ea valle Jo. Damascenus tom. II. p. 858. & 880. atque alii fuisse asseverant, non videtur videtur, eaque re haud levem illi litem tacitus intendit.

JVDA SCARIOTH.] Pro *Iscarioth:* prorsus ita codex Cantabrigiens. Lucae VI, 16. καὶ Ἰούδαν Σκαριώθ, & Latin. *in Scarioth:* Joan. vero C. XIII, 2. ἀπὸ Καρυώτου, & Lat. *a Caryoto.* Henricus Septimellensis inter poëtas medii ævi Polyc. Leyseri p. 466.

Num.

dextra est arbor palmæ, de qua infantes ramos tulerunt & veniente Christo *substraverunt. Inde non longe quasi ad lapidis missum sunt monumenta duo* * monubiles *miræ pulchritudinis facta. In unum positus est Isaias Propheta,* qui est vere Monolitus, *& in alium Ezechias rex Judaeorum. Inde ascendis in montem Oliveti, ubi Dominus ante passionem Apostolos docuit. Ibi facta est* basilica jussu Constantini. *Inde non longe est* monticulus, ubi Dominus *ascendit orare & apparuit illic Moyses & Helias, quando Petrum & Joan-*

Numquid ego Scarioth? numquid sum Pontius? unde
Tam graviter merui tanta flagella pati.

VENIENTE CHRISTO.] *Venienti* melius dixisset. Sed cum hoc scriptore Latini sermones ratio accuratissime putanda non est. De re ipsa vide Matth. XXI, 8.

MONVBILES.] Asteriscus defectum videtur indicare: ceteroqui si post vocem *pulchritudinis* distinguas, non male cohærent. Savaro ad Sidonium & Cangius in Lexic. *Miræ pulchritudinis factæ,* utrum ex conjectura, an aliunde haud scio, legunt. Major in vocabulo ipso difficultas est. Salmasius in Solin. p. 858. *monumenta volubilia* emendat: *volubilia* esse εἰλημαπικὰ, *concamerata,* qualia omnia fiebant sepulchra Judaeorum ut & Græcorum subterranea: quam mutationem non esse necessariam Sidonius L. II. Ep. 2. ostendit: *Ab ortu,* inquit, *lacum porticus intuetur; magis rotundatis fulta collyriis, quam columnis invidiosa monubilibus.* Et, qui oportune ibi ad testimonium dicendum a Sirmondo excitatus est, Cyprianus Diaconus in Vit. Caesarii Arelat. L. I. sub finem: *Et ne conferret sacris virginibus, quas congregaverat, curam necessariam sepulturæ, monubiles arcas corporibus humandis de saxis ingentibus noviter fecit excidi.* Quæ loca vocem & tuebuntur, & de columnis & conditoriis usurpari condocefaciunt. Dubium tamen est, quid *monubiles* sint? Jac. Sirmondus ad Apollinarem columnas interpretatur insignes, quales adhiberi solent in monimentis. Cangius insigne & præclarum aliquid hoc vocabulo, licet incertum sit etymon, denotari scribit, atque adeo non longe a Sirmondo abit. Enimvero cum *monubiles miræ pulchritudinis* fuisse dicantur, plus voci inesse arbitrer: & ni conjectura fallit, *monubiles columnæ* illæ sunt, quæ ex uno saxo sunt decisæ: id oppositio in Sidonianis verbis videtur postulare: *arcæ monubiles* ex simili caussa, quam Cypriani etiam verba ministrant, nomen habent; noster autem scriptor huc prorsus ducit, quum *monubilium* alterum vere *monolithum* fuisse monet. De vocis origine nihil, nisi ad exemplum *docibilis* & similium a *monendi* verbo videri formatam, addam.

QVI EST VERE MONOLITVS.] Sepulchrum ex uno lapide factum, sive, ut ait Zacharias Scholast. in Disputat. p. 462., ἐκ μιᾶς ὕλης ἐκκεκολαμμένον· Μονόλιθον enim appellant, quæ uno lapide absolvuntur. οἴκημα μονόλιθον habet Herodotus L. II. C. 75., Κιόνας μονολίθους Strabo L. IX. p. 437., μονόλιθον ὀροφὴν Diodorus I. p. 60., & ἀνδριάντας μονολίθους Lib eod. p. 45. Laberius in Cophino apud Nonium in *Lenis: Quum provincias despoliavit, columnas monolithas, labella, lenis.* Simili modo τριλίθους columnas vocant, quæ è tribus grandioribus saxis constant, qua de re vir doctus Miscellan. Observat. Vol. II. tom. II. p. 177. Vide vero, sitne ea vox restituenda princ. Disput. Gregentii, ἑτοιμασίας ἐν τῷ θρεμμέτῳ γεγονυίας· αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλειῶν. Cel. I. A. Fabricius L. V. B. G. C. 32. p. 15 θολωτῷ, tanquam è Vindebonensi MS., præfert; sed id Lambecii conjecturæ, sicuti ex ejus L. V. Bib. Caesar. p. 129. apparet, debetur. Mihi τριλίθῳ ad ductus literarum proxime accedere, aut τρουλλωτῷ, quod de ædificiis rotundis & in maximam altitudinem eductis adhiberi Cangius ad Paullum Silentiarium C. 32. ostendit, videtur. Sed in viam. Sepulchrum Esaiae non longe a Siloa Dorotheus, quicunque fuerit, in prophetæ vita locat.

BASILICA JVSSV CONSTAN.] De ea æde Eusebius L. III. Vit. Const. C. 41. *Basilicam* autem appellat, quod templorum nomen tanquam ex superstitione ortum veteres Christiani aversarentur. Vid. Des. Heraldum in Arnobii L. VI. p. 239.

MONTICVLVS, VBI DOMIN.] Qui præ-

& Joannem secum duxit. Inde ad Orientem passus mille *quingentos est villa, quæ appellatur* Bethania. Est ibi *cripta ubi Lazarus positus fuit, quem Dominus suscitavit.*

ITEM AB HIERVSALEM IN HIERICHO MIL. XVIII.

descendentibus montem in parte dextra, retro monumentum est arbor Sicomori, *in quam Zachæus ascendit, ut Christum videret. A Civitate passus mille quingentos est fons Helisei prophetæ, antea si qua mulier ex ipsa aqua bibebat,* non faciebat natos. *Ad latus est vas fictile Helisæi, misit in eo sales, & venit & stetit super fontem, & dixit: Hæc dicit Dominus, Sanavi aquas has; ex eo si qua mulier inde biberit, filios faciet. Supra eundem vero fontem est do-*

præter hunc scriptorem Hierosolymis tam prope junxerit eum montem, neminem novi. Vulgo montem Tabor esse jubent, conjecturis haud dubie ducti. Joan. Damascenus Homil. de Transfigur. Dom tom. II. p. 793. ex Psalmo LXXXVIII, 12. ubi Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. Hermonem ait exsultasse, cum Christus baptismi lavacro tingeretur, Taborem, cum gloriosa majestate in eo refulgeret; quæ opinio, ut quisque videt, debili fundamento nixa est. Mihi neque hæc nedum altera Itiner. hujus sententia probatur, persuaso ex Historiæ Evangelicæ ordine montem Caesareae Philippi vicinum indicari. Vid. H. Relandi L. I. Palæst. C. 51.

ORIENTEM PASSVS CIↃIↃ.] Joannes C. XI, 18. prope Hierosolymas, XV. stadiis inde remotam, fuisse docet. Hoc loco non ab urbe ipsa, sed ab Oliveti monte & altero monticulo distantia videtur notari.

BETHANIA. EST IBI.] MS. *Vethania*, B. & V., ut fieri sæpe assolet, permutatis. Hieronym. Loc. Sacr., *Bethania, villa in secundo ab Aelia miliario, in latere montis Oliveti: ubi Salvator Lazarum suscitavit, cujus & monumentum Ecclesia nunc ibidem exstructa demonstrat.* Hic & apud Eusebium basilicæ nulla est mentio; ut post utriusque ætatem monumento impositæ videatur.

MIL. XVIII.] Non dissentit Josephus L. IV. B. I. C. 8. §. 3. cum inter hanc & Hierosolyma stadia CL. interponit.

ARBOR SICOMORI.] Vid. Luc. C. XIX, 4.

NON FACIEBAT NATOS.] Vetus hæc opinio est, ex 2. Reg. II, 19. profecta: nam הארץ משכלת de terra, quæ abortum feminis procuraret, accipiebant. Josephus L. IV. B. I. C. 8. §. 3. Τοῦτον τὸν πηγὸν, λόγος ἔχει, κατ' ἀρχὰς ὄντα μόνον γῆς καὶ δένδρων καρπὸς ἀπαμβλύνειν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν γονὰς, καθόλου τε πᾶσιν εἶναι νοσώδη τε καὶ φθαρτικήν· ἐξημερωθῆναι δ' καὶ γλυκέως τέναντίον ὑγιεινοτάτου τε καὶ γονιμωτάτου ὑπὸ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου. *Hunc fontem ferunt, non solum olim terræ & arborum fructus sed & mulierum fœtus debilitasse: in universumque omnibus morbos & perniciem attulisse; postea vero mansuevisse, contraque saluberrimum & fœcundissimum factum esse ab Elissaeo vate. Facere natos* Græco more dicitur, quo patrem matremque παιδία ποιῆσαι loquuntur. Plutarchus Conjugal. Præcept. p. 145. Παιδίον μὲν γὰρ ἐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρός· & in Pyrrho p. 402. ubi Acrotato senes Spartani μόνον παῖδας ἀγαθὸς τῷ Σπάρτᾳ ποιεῖ.

FORNICARIAE.] Τῆς πόρνης. Tertullianus de Pudicit. C. 16. *Auferens membro Christi, faciam membra fornicariæ? Non scitis, quod qui agglutinatur fornicariæ, unum corpus efficitur.* Quæ ex I. Corinth. VI, 15, 16. conversa esse, nemo non videt.

VERSA EST ET SOLA.] Subversam desolatamque urbem indicat, prorsus uti Eusebius, qui veteris urbis obscura vestigia durasse in Ἰερειχὼ memorat. Lucanus L. III. 489.

Moliri nunc ima parant & vertere ferro
Moenia. ——— —

Seneca Hyppol. 562.

eſt domus Rachab fornicariæ, *ad quam exploratores introierunt, & occultavit eos, quando Hiericho* verſa eſt & ſola *evaſit. Ibi fuit civitas Hiericho, cujus muros gyraverunt cum arca Teſtamenti filii Iſrael & ceciderunt muri. Ex eo non paret niſi locus ubi fuit* arca Teſtamenti & lapides 12., *quos filii Iſrael de Jordane levaverunt. Ibidem Jeſus filius Nave* circumcidit filios *Iſrael, & circumciſiones eorum ſepelivit.*

ITEM AB HIERICHO AD MARE MORTVVM MILLIA NOVEM.

Eſt aqua ipſius valde amariſſima, *ubi in totum nullius generis piſcis eſt, nec* aliqua navis, *& ſi qui hominum miſerit ſe ut natet, ipſa aqua eum verſat.* INDE

Et verſa ab imo regna tot populos premunt.

Virgilius Aen. II. 625.

——— *Et ex imo verti Neptunia Troja.*

Sola urbs deſerta & vaſta eſt. Cicero pro Vareno apud Quinctilianum L. VII. J. O. C. 1. *Cum iter per agros & loca ſola faceret.* Ovidius Epiſt. XI. 84.

——— *In ſolis deſtituique locis.*

Silius III. 429.

Tum noctem Alcidæ ſolis plangebat in antris.

ubi plura Drakenburgius & quos ille advocavit.

ARCA TESTAMENTI ET LAP. XII.] Euſebius Onomaſt. Βενὸς ἀκροθυνιῶν, τόπος ἐν Γαλγάλοις, ἐν ᾧ περιέτεμεν Ἰησοῦς τὸν λαὸν, ὡς ἀπὸ δύο σημείων Ἰεριχοῦς, ἔνθα δείκνυνται εἰς ἔτι νῦν οἱ λίθοι, οὓς ἤνεγκαν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου. Hieronymus: *Bunos, hoc eſt, collis præputiorum, locus in Galgalis, ubi circumcidit Jeſus populum Iſrael in ſecundo ab Jericho lapide. Et oſtenduntur usque hodie ſaxa, quæ de Jordane illuc translata ſcriptura commemorat.* Vide & in Γάλγαλα.

CIRCVMCIDI FILIOS ISR.] Vide Joſuae C. V, 9.

MILLIA IX.] Igitur Hieroſolyma & mare mortuum M. P. XXVII. diſtinguebant. Joſephus L. XV. A. I. C. 6. §. ſtadia CCC. numerat; quæ juſto ſpatio majora ſunt.

VALDE AMARISSIMA.] Simili modo *maxime peſſima* Columella L. IX. R. R. C. 3. Eſſe autem lacus hujus aquam amariſſimam nec piſces alere Galenus L. IV. Simpl. Medicam. Facult. C. 19. atque alii quos H. Relandus testes eſſe voluit L. I. Palæſt. C. 38. adfirmant. Addo Mich. Pſellum Omnifar. Doctrin. C. 138., ubi pro ἐν Γαδάροις ſine controverſia Γαδάροις legi oportet, & Diodorum L. XIX. p. 734., qui cum addit, viciniam eſſe ἀγαθὴν φοινικόφυτον, ſive egregiam eſſe palmarum nutricem, lucem dare atque accipere poteſt ex Act. S. Stephani Sabaïtae C. XI. tom. III. Julii p. 585. Egregie auctor de Sodoma:

Nec mare vivit ibi, mors eſt maris illa quieti:
Quod nullus animat per anhela volumina fluctus,
Quodque etiam patrio nusquam ſuſpirat ab auſtro;
Quodque nequit proferre aliquam de gurgite gentem
Squamigeram, lævive cuti vel cortice ſeptam,
Vel criſpam concham, aut duplici compagine clauſam.
Solum illic propria mentitur fruge bitumen,
Exuſti fuligo maris. ———

ALIQVA NAVIS.] Præſtat cum Salmaſio in Solin. p. 433. *aliqua avis.* Navibus enim trajici poſſe, Diodorus & poëta, qui de Sodoma ſcripſit, & Joſephus, quo de H. Relandus adeundus, teſtificantur: mox cum eodem Salmaſio *aqua eum non merſat*, aut potius *eum ſervat*, legi oportebit: indicat, eos qui natant,

INDE AD JORDANEM VBI DOMINVS A JOANNE BAPTISATVS EST MIL. V.

Ibi est locus super flumen *monticulus in illa ripa, ubi raptus est Helias in cœlum. Item ab Hierusalem euntibus Bethleem* milia quatuor, super strata *in parte dextra, est monumentum, ubi Rachel posita est uxor Jacob. Inde millia duo à parte sinistra est Bethleem, ubi natus est Dominus noster Jesus Christus,* ibi basilica *facta est jussu Constantini. Inde non longe est* monumentum Ezechiel, *Asaph, Job, & Jesse, David, Salomon, & habet in ipsa cripta ad latus deorsum descendentibus,* Hebræis scriptum *nomina super scripta.*

INDE

ab aqua sustentari, ne fundum petant. Passim id a veteribus memoriæ proditum est. Poëta, qui carmini Sodomam inscripsit:

Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur:
Cuncta illic immissa natant: natura recessit
Mergendis data corporibus. ———

INDE AD JORDANEM.] Accipi debet de mari mortuo: nam Jericho VII. ferme M. P. a fluvio aberat, sive stadiis LX., uti apud Josephum. L. V. A. I. C. 1. §. 4. legitur.

LOCVS, SVPER FLVMEN.] Trans flumen esse significat: potest autem *locus* sine damno hinc abesse.

MILIA QVATVOR SVPER STRATA.] Eugesippus Symmict. Allat. p. 113. *Quarto milliario ab Jerusalem contra meridiem Bethleem. Milliario a Bethleem via, quæ ducit Jerusalem, Kabrata, sonans quasi electum sive quasi grave, locus, in quo, cum peperisset Benjaminum, Rachel occubuit, ibique a Jacob, viro suo, tumulata quiescit.* Sic ex MS. reginæ Suecorum cum Emman. Schelstrate ea legenda sunt; falsa tamen, licet illi in spatio tumuli Rachelis Syrus & Arabs in Polyglottis Londinen. Genes. XXXV, 16. & XLVIII, 7. adstipulentur: satis enim certum est, Bethlemum M. P. VI. Hierosolymis afuisse. Eucherius Epist. ad Faustum, quam Labbeus Biblioth. Novæ inseruit: *Sex millibus Bethleem ab Hierosolyma in meridiano latere secedit:* nec plura hic aut Sulpicius Severus Dial. I. C. 4. agnoscunt. Deinde IV. ab urbe Hierosolymitana lapide tumulum eum ostentari fuisse solitum Eusebius in Ἐφραθὰ testabitur: Ἧς πρὸς τῇ ὁδῷ ἔθαψαν τὴν Ῥαχὴλ, ἀπὸ σημείων δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱπποδρόμῳ. δείκνυται τὸ μνῆμα εἰς ἔτι νῦν· Hieronym. *Juxta viam ubi sepulta est Rachel: quinto milliario ab Jerusalem, in eo loco, qui a LXX. vocatur Hippodromus.* Ubi omnino *IV. milliario* ob nostri scriptoris cum Eusebio concordiam melius erit. Ceterum *stratam* dixit seculi sui more, quem Eutropius L. IX. C. 15. secutus est, & plures, quos accumulavit in Lexicio suo Cangius.

IBI BASILICA.] De ea Eusebius L. III. Vit. Constant. C. 43.

MONVMENTVM EZECHIEL.] Fefellerunt scriptorem, qui hæc ei persuaserunt. *Jesse* forte hic loci tumulus fuit; nam David cum filio Hierosolymis sepulchro illatus est. Ezechielis monumentum ad Euphratem fuisse Epiphanius & Judaeus Benjamin Itiner. sui p. 79. asseverat. De Jobo & Asapho unde quæso collegerunt? Vide P. D. Huetium, qui hæc tetigit, Demonst. Evang. p. 458.

HEBRAEIS SCRIPTVM.] *Scripturis* aut potius *literis* dicere debuerat.

INDE BETHASORA.] Accuratissime & pulcherrime conspirat Eusebius in Βεδσὼρ. Καὶ ἔτι νῦν κώμη Βηδσωρὼ καλεῖται ἀπὸ Ἀιλίας εἰς Χεβρὼν ἐν εἴκοσι σημείοις, ἔνθα καὶ πηγὴ ἀπὸ ὄρους ἐξιοῦσα δείκνυται, ἐν ᾗ λέγεται εὐνοῦχος Κανδάκης βεβαπτίσθαι ὑπὸ Φιλίππου. Hieronymus liberius, ut solet: *Et est hodie Bethsoron vicus euntibus nobis ab Aelia Chebron in XX. lapide; juxta quem fons ad radices montis ebulliens ab eadem, in qua gignitur, sorbetur humo. Et Apostolorum Acta referunt eunuchum Candacis reginæ in hoc esse a Philippo baptizatum.*

INDE THEREBINTO.] Longe aliter hæc spatia finivit Gervasius Tilberiensis Otior. Imperial. p. 949. *A Jerusalem usque quo baptizavit Philippus eunuchum, milliaria XXVI. Hinc usque ad Terebinthum, quod dicitur Mambre, M. P. V. A Terebintho ad speluncam duplicem*

M. P.

INDE BETHASORA MIL. XIV.

Ubi est fons, in quo Philippus Eunuchum baptizavit.

INDE THEREBINTO MIL. IX.

Ubi Abraham habitavit, *&* puteum fodit *sub arbore Therebinto, & cum Angelis loquutus est, & cibum sumpsit.* Ibi basilica *facta est jussu Constantini miræ pulcritudinis.*

INDE THEREBINTO CEBRON, MIL. II.

Ubi est memoria *per quadrum ex lapidibus miræ pulchritudinis*, in qua positi *sunt Abraham, Isaac, Jacob, Sarra, Rebecca, & Lia.*

ITEM

M. P. IV. Hinc in Cebron, male *Cedron* in edito, *M. P. II.*; cujus tamen spatiorum finitioni fidere tuto ob MSS. discordiam non licet. Consentit nostro Sozomenus L. II. H. E. C. 4. τόπος δὲ οὗτος, inquit, ὃν νῦν τερέβινθον προσαγορεύουσιν, ἀπὸ δέκα καὶ πέντε σταδίων τῆς Χεβρῶν πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἔχων· Ἱεροσολύμων δὲ διεστὼς ἀμφὶ τὰ διακόσια καὶ πεντήκοντα στάδια. *Locus hic, quem hodie Terebinthum vocant; a Chebron quidem XV. stadiis distans: ab Hierosolymis vero ferme CCL.*

ABRAHAM HABITAVIT.] Abrahamum ad *quercum Mambre* tentoria fixisse notissimum est. Pro quercu *terebinthum* dixere, sive quod *terebinthus* antiquissima ibi conspiceretur, quam ab ipsa mundi origine ibidem durasse fabulantur apud Josephum L. IV. B. I. C. 9. §. 7., sive etiam, quod vocem Hebræam אלה & אלון eam arborem, uti sane LXX. interpretibus subinde visum est, posse notare arbitrarentur. Fuit autem Terebinthus multo celeberrima ob annuum mercatum, qui ad eam celebrari solitus fuit, & superstitiosum ejusdem cultum; qua de re Illust. Scaliger in Euseb. Chron. num. MMCXXXIII. H. Valesius in Eusebii L. III. Vit. Constant. C. 53. & Had. Relandus L. III. Palæstin. p. 712. abunde.

PVTEVM FODIT.] Et hunc summo honore pagani dignabantur. Sozomenus L. II. H. E. C. 4. περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῆς πανηγύρεως οὐδεὶς ἐντεῦθεν ὑδρεύεται· νόμῳ γὰρ Ἑλληνικῷ, οἱ μὲν λύχνους ἡμμένους εὐθάδε ἐτίθεσαν· οἱ δὲ οἶνον ἐπέχεον, ἢ πόπανα ἔρριπτον· ἄλλοι δὲ νομίσματα, ἢ μύρα, ἢ θυμίαματα. *Tempore mercatus nemo ex illo puteo aquam haurit: nam gentili ritu alii lucernas accensas puteo imponebant: alii vinum superfundebant: quidam placentas, nonnulli numos vel unguenta vel suffitus injiciebant.* Conspiciebantur ibidem in picta tabula angeli, qui ad Abrahamum inviserant, Eusebio L. V. Evang. Demonst. C. 9. teste, quique eum exscripsit, sed imperitissime imaginum cultui patrocinium inde arcessit, Jo. Damasceno Orat. III. de Imagin.

IBI BASILICA.] Exstructa est ad terebinthum, Socrates L. I. H. E. C. 18. Mansit tamen paganis, licet aræ essent eversæ & basilica cultui Christiano excitata, pristina arboris ejus veneratio: donec à Constantio exscinderetur. Id, nisi fallor, Hieronymus docet in *Drus membre: Quæ usque ad ætatem infantiæ meæ & Constantii regis imperium terebinthus monstrabatur pervetus, & annos magnitudine indicans.* Et in *Arboc: Et quercus Abraham, quæ & Mamre, usque ad Constantii regis imperium monstrabatur, & mausoleum ejus in præsentiarum cernitur. Quumque a nostris jam ibidem Ecclesia ædificata sit, a cunctis in circuitu gentibus terebinthi locus superstitiose colitur.* Imo ne eversa quidem arbore, ut Hieronymus innuit, tolli statim superstitio quita est.

CEBRON MIL.] Sozomeni L. II. H. E. C. 4. stadia XV. his ferme paria sunt. Josephus L. IV. B. I. C. 9. §. 7. sex tantum stadia inter Terebinthum & Chebronem interponit.

MEMORIA.] Id est, sepulchrum. Sic in Inscript. Donianis Clas. X. 40. EXSVPERIVS. FORTVNIVS. SEIA. AELIA. TITIA. PARENTES PIENTISSIMI. EXSVPERIAE. FORTVNIAE. FILIAE. CARISSIMAE. MEMORIAM. FECERVNT. Similiter Hieronymus Eusebianum illud ex Onomast. μνήματα ἐπιθυμίας vertit, *memoriæ, id est, sepulchra concupiscentiæ.*

IN QVA POSITI SVNT.] Sam. Petito L. III.

ITEM AB HIEROSOLYMA SIC.

CIVITAS NICOPOLI.	M. XXII.
CIVITAS LIDDA.	M. X.
MVTATIO ANTIPATRIDA.	M. X.
MVTATIO BETTHAR.	M. X.
CIVITAS CAESAREA.	M. XVI.

FIT

L. III. Obſervat. C. 8. vita hæc ſunt a recentiore manu orta : factam enim demum eſſe Abrahami memoriam *poſtquam bello ſacro Europæi Chriſtiani a Sarracenorum tyrannide Palæſtinam vindicarunt & ſibi ejus imperium aſſeruerunt:* hoc ex Benjamini Itiner. p. 48., qui a Chriſtianis ſex ſepulchra, quibus ab Abrahamo, Sara, Iſaaco, Rebecca, Jacobo & Lea nomina impoſuerint, hic exſtructa refert, colligit. Verum injuria id fieri in Diſſert. huic Itinerario præfixa, oſtenſum eſt: memorant enim Paulla atque Euſtochium in Epiſt. ad Marcellam *Abrami, Iſaaci & Jacobi, trium quoque illuſtrium feminarum vel tabernacula vel MEMORIAS.* Præterea Hieronymus Loc. Sacr. in *Arboc* diſerte *Mauſoleum* familiæ Abrahamaeae Chebrone eſſe adfirmat. Qui cum multis annis Judaeum illum exſuperent, apertum eſt, ejus teſtimonio nihil effici poſſe, neque cauſſam eſſe, cur hæc ab aliis importata exiſtimemus.

NICOPOLI.] Huic Emmaus quondam dictæ & inſtaurationem & novum nomen Jul. Africanum impetraſſe, teſtatiſſima res eſt. Quod vero eandem eſſe jubent ac κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ἣ ὄνομα Ἐμμαοὺς Lucae C. XXIV, 13., id imprudentiſſime decernunt. H. Relandus, ne longam diſquiſitionem ordiar, mihi otium fecit; vere enim tres ſimili nomine vicos in Palæſtina fuiſſe oſtendit: hunc, cui Nicopolis nomen & urbis parta dignitas eſt: alterum Lucae memoratum: tertium Tiberiadi vicinum. Vid. L. II. Palæſt. C. 6. & L. III. p. 759.

LIDDA.] Turpiſſime nimia hominum credulitate Orientis epiſcopi abutuntur, cum Synodic. ad Theophil. p. 115. Ed. Combef. ſenes ætate graves quaſi ejus opinionis certi perſcribunt: Οἱ θεόπται κορυφαῖοι ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐν Λύδδῃ τῇ καλουμένῃ Διοσπόλει, ᾠκοδομημένον μᾶλλον δικαιοκτὼ τῶν Ἱεροσολύμων τοὺς ἀφετηριάδας ποιήσαντες, εὐκτήριον οἶκον ἐπ' ὀνόματι τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκοδομήσαντες, καὶ τοῦτο μὲν ἐνδοξάσαντες, ἵνα τὸν ναὸν ἐνθρονίσωσιν ἐκλιπαρέντες, ἔφησε πρὸς αὐτοὺς, κἀγὼ αὐτόθι μεθ' ὑμῶν εἰμί. *Qui ipſi Deum viderunt Apoſtolorum principes Petrus & Joannes Lyddae, quam Dioſpolin vocant, diſtatque ab Hieroſolymis XVIII. M. P., cum moras traherent, Oratoria domo ſub invocatione nominis matris Domini ac Dei parentis ædificata, cum ad templi dedicationem ut veniret rogaſſent, ad illos infit, ego quoque illic vobiſcum ero.* Adeone infantem Imp. Theophilum ſe habituros ſuſpicati ſunt, ut ne exſpectarint quidem, *dic quibus indicibus, quo teſte probatur?* Sed hoc ipſi viderint. Nam quod XVIII. Lyddam Hieroſolymis ſemovent, id, ſi vere ita ſcripſerint, excuſare non poterunt: nimis enim contractum id intervallum eſt. In alium errorem ſeſe implicuit Scholiaſtes Ariſtid. Orat. Platon. tom. III. p. 340., ubi de *Sarone*, qui mari nomen fecerit: Ἐκ τούτου κληθῆναι τὸν Σαρωνικὸν πέλαγος· ἐπὶ δὲ τῆς Παλαιστίνης, ᾗ περίκεινται πόλεις ἄλλαι τε πολλαὶ καὶ Ἰόππη καὶ Λύδδα, ſic ſcribit. Numquam ille de Saronico ſinu inaudiviſſe videtur, certe non recordatus, modo tamen attente legerit, Strabonis L. VIII. p. 369., mare illud deſcribentis. De campo Palæſtinæ *Sarone*, a quo imprudens in eam opinionem impulſus eſt, verius id prædicaſſet. Hieronymus Comment. in Eſai. C. XXXIII. *Saron omnis circa Joppen Lyddamque appellatur regio, in qua latiſſimi campi fertilesque redduntur.* Tamen erranti aſſentitur, ſeu potius auctore utitur, Mich. Apoſtolius Cent. XVII. 27., ut Ti. Hemſterhuſius me docuit. Quod vero utrique & Apoſtolio & Scholiaſtæ δαίμων ναυτικώτατος appellatur, factum ex ea cauſſa eſt, qua Saronem, Troezenis regem, qui in id mare præceps abiiſſe a Pauſania Corinth. C. 30. fertur, Diis marinis tranſcribebant. Hinc utique Cyrillus aut Philoponus Σάρων, σάρωνος, ὁ, *Deus marinus.*

ANTIPATRIDA.] Olim Καβαρζαβᾶ, Joſepho

FIT OMNIS SVMMA A CONSTANTINOPOLI VSQVE HIERVSALEM MIL. VNDECIES CENTENA LXIIII. MIL MVTATIONES LXVIIII. MANSIONES LVIII. ITEM PER NICOCOLIM CAESAREAM MIL. LXXIII. S. MVTATIONES V. MANSIONES III. ITEM AB HERACLEA PER MACEDONIAM MVT. AEREA MIL. XVI.

MANSIO REGISTO.	M. XII.
MVTATIO BEDIZO.	M. XII.
CIVITAS APRIS.	M. XII.

MV-

pho L. XIII. A. I. C. 15. §. 1. teste, dicta; recens nomen habuit ab Herode, qui patri Antipatro cognominem esse voluit. Chronic. Paschale p. 193. ὁ αὐτὸς Καριανθηδόνα ἐπικτίσας Ἀγρίππειαν ἐκάλεσεν· ἔτι καὶ Περσαβίνην εἰς ὄνομα Ἀντιπάτρου τοῦ πατρός· Ubi sine dubio Καπερζαβίνην, nam particula καὶ primam voci syllabam abstulerat, legendum est. Hieronymi tempore non longe a ruina afuit; *Deinde*, inquit in Paullae Epitaphio, *Antipatrida semirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes vocaverat.*

BETTHAR.] A. Itiner. *Betaro*, separaturque XXII. M. P. a Lydda sive Diospoli, & XVIII. M. P. a Caesarea.

MIL. VNDECIES CENTENA.] Prius *mil.* intempestivum est, & abesse hinc debet. Consummata M. P. nec singulis mansionibus nec M. P. acervatim variis locis adpositis respondent: summæ diversis urbibus subscriptæ undecies centena & XIII. M. P. æquant: nec eae tamen, ut suis locis admonitum est, numeros singularum mansionum rotundant.

MVTATIONES.] Hæ & justo catalogo sunt majores, & consummatis subinde mutationibus multo minores: ille XLVII., hae XCIV. offerunt.

MIL. LXXIII. S.] Quingentos passus, quorum hic mentio, nusquam toto hoc itinere adscriptos videmus. Præterea mansiones non LXXIII. M. P. sed LXVIII. porrigunt. Oportet igitur aut illic aut hic peccatum sit: prius propterea a vero abhorrere non videtur, quod Ant. Itin. intervallum, quo Lydda sive Diospolis & Caesarea disparantur, IV. M. P. auctius faciat: quodque Josephus L. I. B. I. C. 3. §. 5. Stratonis turrim sive Caesaream Hierosolymis IOC. stadiis, & ex eo Zonaras & personatus Hegesippus, semoveat. Stadia autem IOC., præcipue si numero, ut ajunt, rotundiore ea acceperis, non multum exsuperant LXXIII. S. M. P. Mecum sentit, qui accurate hæc examinavit, H. Relandus L. II. Palæst. C. 9.

MVTATIONES V.] Antiquum obtinet harum notationum auctor: stipat enim in eundem numerum & civitates & mutationes, seorsimque civitates, ut mansiones, recenset. Fuisse in civitatibus jumentorum mutandorum occasionem, non dubium est: eà tamen propter *mutationes* esse recusabunt.

ITEM AB HERACLEA.] Supra p. 570. iter Heraclea Constantinopolin descripsit: itaque illis mansionibus & mutationibus præteritis itineris per Thraciam & Macedoniam atque Epirum Italiam versus initium ab ea urbe orditur. Quod autem ad Ant. Itiner. p. 323. Imp. Aureliani ætati nominis *Heracleae* originem adscribebam, id egregie firmatur vetusta inscriptione, ejus Augusti honoribus dicata, quæ *Heracleam* præfert. Vidisse se in Wheleri eam MS. vir doctus Vol. III. Miscel. Observ. tom. II. p. 203. testificatur. Prima *mutatio Aerea*, ut multæ hac in via, mihi lecta non est.

REGISTO.] *Resisto* verius est, quod Plinius L. IV. C. 11. M. P. XXII. Apris removet. Vid. Ant. Itinerar. p. 332.

BEDIZO.] Antea p. 570. *Beodizum* vidimus inter Tzurulum & Heracleam, ab hac M. P. IX. remotum; quod nostrum ob intervalli & itineris differentiam esse nequit.

APRIS.] Anna Alexiad. L. VII. p. 204. τὸν Ἄπρον appellat. Theodosiopolin dictam etiam adfirmat Index urbium, quæ nomina mutarunt, editus a Jac. Goar post Codin. p. 405. Θεοδοσιούπολις ὁ νῦν Ἄπρως, παρὰ τοῦ Ἄπρου πενθεροῦ Κάρου κτισθεῖσα. cui simile est Cedreni commentum, jam alibi explosum.

MVTATIO ZESVTERA. M. XII.

FINIS EVROPAE ET RHODOPEAE.

MANSIO SIROGELLIS. M. X.
MVTATIO DRIPPA. M. XIIII.
MANSIO GIPSILA. M. XII.
MVTATIO DEMAS. M. XII.
CIVITAS TRAIANOPOLI. M. XIII.
MVTATIO ADVNIMPARA. M. VIII.
MVTATIO SALEI. M. VII. S.
MVTATIO MELALICO. M. VIII.
MANSIO BEROZICA. M. XV.

MV-

ZESVTERA.] Nusquam eam legere memini.

FINIS EVROPAE.] Europa hæc pars est Thraciæ, Propontidi & Bosporo apposita. Thraciam in sex provincias partiebantur, Thraciam, Hæmimontem, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen & Europam, ut fit a Sext. Rufo Breviar. C. 9., ubi commodum Cellarius, & ante eum Jos. Scaliger in Euseb. Chron. MMLXXXIX., ex Gruteriano lapide p, CCCLXI. *CONSVLAREM PROVINCIAE EVROPAE ET THRACIAE* arcessit. Ammianus L. XXVII. C. 4. *Europa omnium ultima, præter municipia, urbibus nitet duabus, Apris & Perintho, quam Heracleam posteritas dixit.* Similiter Procopius L. IV. Fabr. Justin. C. 9., de Heraclea, ἣ πάλαι μὲν τὰ πρωτεῖα τῆς Εὐρώπης ἐδίδου· νῦν δὲ μετὰ Κωνσταντινούπολιν τὰ δευτερεῖα παρέχονται. *Quæ olim locum in Europa principem tenuit, nunc uni cedit Constantinopoli.* Nihil ergo opus erit, ut explicetur, quamobrem in Concilio Constantin. sub Menna Constantinus vocetur Episcopus Ἡρακλείας Εὐρωπίων μητροπόλεως. Jam cum Rhodope Europæ connexa fuerit, recte utriusque fines hic figuntur. Ammianus loco signato: *Rhodope huic, Europæ, adnexa Maximianopolin habet & Maroneam & Aenum:* ubi mirum cuivis accidere debet, Trajanopolim sperni, neque ceteris annumerari, quam recte Hierocles in ea provincia locat.

SIROGELLIS.] *Siracellis* præstabit ex Ant. Itin. p. 332.; Ravennati L. IV. C. 6. & L. V. C. 12. *Syrascele. Drippa*, quæ sequitur, mihi ignota est.

GIPSILA.] MS. *Gripsila.* Verum est *Cypsela*, quam urbem Hebrum alluisse alibi vidimus. Anna L. VII. Alexiad. p. 204. circa *Apros* fuisse indicat.

DEMAS.] *Dyme*, & Ptolemaeo nota, intelligitur. *Dymis* Ravennas & Ant. Itiner., quod p. 333. XII. Trajanopoli sejungit.

ADVNIMPARA.] Natum videri conjecimus ex vocibus *Ad Timpara*, sive *Tempyra.* Ovidius L. I. Trist. IX. 19.

Inde levi vento Zerynthia littora nactis
Threiciam tetigit fessa carina Samon.
Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti.

Angustiarum circa Tempyra Livius L. XXXVIII. C. 41., cujus verba Ovidio defendendo N. Heinsius recte produxit, meminit. *Salei* mutationem adhuc quæro.

MELALIO.] *Mytoliton* Ravennati IV. C. 6., *Milolito* Ant. Itiner. p. 322.

BEREZICA.] MS. *Berezicha.* Vid. Anton. Itiner. loco dicto.

BREIEROPHARA.] Rectumne an pravum sit hoc mutationis nomen, ab alio ut ostendatur exspecto.

MAXIMIANOPOLI.] Hanc tetigimus alibi. In Concil. Chalcedonensi Μαξιμιανούπολις Ῥοδόπης, ut ab ejusdem cognominis aliis discerneretur, appellatur p. 96.

AD STABVLODIO.] Verum loci nomen est *Ad stabulum Diomedis*, quod Anton. Itin. hic agnoscit. Ferebant stabulatos hic fuisse Diomedis Thracum regis equos, quos carne humana

MVTATIO BREIEROPHARA.	M. X.
CIVITAS MAXIMIANOPOLI.	M. X.
MVTATIO ADSTABVLODIO.	M. XII.
MVTATIO RVMBODONA.	M. X.
CIVITAS EPYRVM.	M. X.
MVTATIO PVRDIS.	M. VIII.

FINIS RHODOPEAE ET MACEDONIAE.

MANSIO HERCONTROMA.	M. IX.
MVTATIO NEAPOLIM.	M. IX.
CIVITAS PHILIPPIS.	M. X.

VBI

mana paverit. Ovidius in Ibi 383.

Ut qui Threicii quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

Et vers. 403.

Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viscere pavit equos.

Quos versus miror suspectos fuisse viro clarissimo ex ea caussa, quod in prioribus, quos adscripsimus, Diomedis jam esset facta mentio: illi enim non impii regis caedem, sed miserabile eorum exitium, quos equi adederant, exponunt; hi crudelissimi regis meritas pœnas: ut adeo diversæ sint poëtæ in Ibin imprecationes.

RVMBODONA.] *Rumbona* si legeretur, quid vocabuli esset quæve ejus origo, facile patefacerem. Græci tortuosas serpentis spiras eo describunt. Apollonius Rhodius L. IV. 143.

Ὡς τότ' ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἐλέλιξε
Ῥυμβόνας. ——— ——

ubi eruditi Critici: Ῥυμβόνας δὲ τὰς εἰλήσεις τῆς σπείρας, τὰς περιδινήσεις· Καὶ Εὐριπίδης ἐν Πειρίθῳ· Σὲ τὸν αὐτοφυῆ πάντων θεῶν αἰθέρα ῥύμβῳ. τοῦτ' ἐστι κινήσει. Dici itaque locus posset a soli ingenio, aut alia quavis obscuriore caussa. Verum ita longius a vestigiis scripturæ abiretur. Ecquid autem pretii erit, si occasione usus Euripidis fragmento, in quod incidimus, succurram? Primo legi oportebit αἰθέρος ῥύμβῳ· Hesychius enim hinc sumpsit atque explicuit Ἀιθέρος ῥύμβος, οὐρανός; licet male nunc, quod dudum Salmasius animadvertit, τύμβος edatur. Deinde dubitandum non est, quin multo integrior, qua de re vir Clarissimus Ti. Hemsterhusius, cum ejus versus in familiari sermone mentio incidisset, me admonuit, in scholiis ad Tragici Orest. ℣. 980. superet: quamquam & inibi prave αἰθερίῳ ῥόμβῳ cum in nupera Cantabrigiensi tum Barnesiana editione scribatur; nec quicquam Barnesius, qui illi inter Euripidis fragmenta suum sibi locum assignavit περὶ τοῦ ῥύμβου. Nunc quod instat, agamus.

EPYRVM.] H. Valesius in Ammiani L. XXVII. C. 4. *Topirum* emendat, quod a vero ne latum quidem unguem recedere, ex Ant. Itin. p. 321. videbis.

PVRDIS.] *Pardos* vir multo doctissimus ad Ammian. legit, nulla tamen addita caussa. Mihi *Purgis* sive *Pyrgis* non displiceret, si *turres* hic fuisse aliunde liqueret.

FINIS RHODOPEAE.] Recte terminos provinciarum fixit. Topirus in Rhodope fuit, Procopio L. IV. Fabr. Justin. C. 11. auctore. Macedoniæ ad *Acontisma*, cujus angustiis utraque provincia cohærebat, principium erat. Ammianus L. XXVII. C. 4. *Ex angulo tamen Orientis Macedonicis* Rhodope *jungitur collimitiis per artas præcipitesque vias, quæ cognominatur Acontisma.*

HERCONTROMA.] Haud dubie *Acontisma* est, ut pulchre Valesius; situs distantiaque, in Itin. Ant. signata, id postulant.

NEAPOLIM.] Ant. Itin. M. P. XII. Philippis separat, quæ veriora videri diximus.

PHILIPPIS.] Κρηνίδων titulo ob fontes vicinos olim illustres fuisse ex Appiano L. IV. B.

VBI PAVLVS ET SILEAS INCARCERE FVERVNT.

MVTATIO AD DVODECIM.	M. XII.
MVTATIO DOMEROS.	M. VII.
CIVITAS AMPHIPOLIM.	M. XIII.
MVTATIO PENNANA.	M. X.
MVTATIO PERIPIDIS.	M. X.

IBI POSITVS EST EVRIPIDES POETA.

MAN-

C. p. 1040. novimus. Peccat ergo Anna L. XIV. Alexiad. p. 450. cum Philippopoli id cognominis imponit; quod tamen unicum ejus in illa urbe peccatum non fuit: quæ enim de Philippo, Romanorum Imp., a quo Philippopolis fuerit condita, adspergit, ea & imprudenter scripta & alibi sunt confutata. Jam quod Appianus ait, Strymonem, ad quem Amphipolis accubat, stadiis ferme CCCL. semotum Philippis esse, id intervallum ab hoc & A. Itin. damnatur, & X. M. P. contractius fuisse docetur.

IBI PAVLVS.] Vide Lucam Act. A. C. XVI, 19. Mox *Ad Duodecimum* verius erit.

DOMEROS.] *Doberos* in Ammian. L. XXVII. C. 4. H. Valesius citat, an ex conjectura, an aliunde incertum est. Nota quidem est *Doberos* Pæoniæ urbs ex Thucydide L. II. C. 98.; quam hic sedem suam habuisse, nunquam, puto, vir eruditissimus existimavit, quippe longius in Illyridem versus remotam, ut è Plinio & Ptolemaeo haud ignotum est. Fueritne simili cognomine mutatio, nondum edoctus sum.

AMPHIPOLIM.] Exiguas nobilissimæ urbis Antoninorum tempore reliquias Antipater hoc epigrammate, quod ad Stephan. L. Holsteinius vulgavit, descripsit:

Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένον Ἑλλησπόντῳ
Ἥλιον Ἠδωνῆς Φυλλίδος Ἀμφίπολι,
Λοιπά σοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηὸς
Μίμνει, καὶ πλαμυδ' ἀμφιμάχητον ὕδωρ.
Τὴν δέ ποτ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν, ὡς ἁλιανδὶς
Τεῦχος, ἐπ' ἀμφοτέρωις δερκόμεθ' ἠιόσιν.

sic enim ex vestigiis scripturæ, usus eminentium ingeniorum R. Bentleji & Boivinii opera legendum arbitrer: quamquam ille in corrigendo nimius videri potest, cum in Horat. L. III. Od. XXV. v. 1. πεπολισμένη, & 5. ἁλινηκὲς emendat: hic vero in Ἀργιλίοις pro Αἰγείδαις substituendis tom. III. Memor. Acad. Inscript. p. 390.; etsi enim *Argilii* apud Thucydidem L. IV. C. 103. sese Brasidæ junxerint ad urbem occupandam, ex vero tamen de illis, quod in epigrammate est, non prædicabitur: taceo, Ἀργιλίης longius a ductibus vocis corruptæ abesse. Sententia est: *Ex Amphipoli, monumento Edonæ Phyllidis, ad Strymonem & Hellespontum condito, nulla vestigia præter Dianae Brauronidis ædem & aquam, de qua pugnatum fuerat, durare: conspici urbem, magnum olim Athenienſibus certamen, ab utraque ripa, ut lacerum purpuræ pannum.* Quæ ultima eleganti metaphora, qua & ῥάκος οἰκίας apud Aristotelem L. III. Rhetor. p. 139. pro *ruderibus* ponitur, splendidas & veterem magnificentiam referentes urbis reliquias ostendunt. Quod eam autem μεγάλην ἔριν seu magnum Athenienſibus fuisse certamen adfirmat poëta, nusquam melius explanatur, quam MS. in Aeschinis Orat. περὶ παραπρεσβείας scholiis, quorum mihi indicium & copiam Ti. Hemsterhusius, de epigrammate non dissentiens, fecit: Ἠτύχησαν, inquit incertus eorum auctor, Ἀθηναῖοι ἐννεάκις περὶ τὰς Ἐννέα καλαμῶνας Ὁδὸς, ὅς ἐστι τόπος Θρᾴκης, ἡ νῦν καλαμῶν Χερρόνησος. Ἠτύχησαν δὲ ἀφ' τὰς Φυλλίδος ἀρᾶς, ἣ Δημοφῶντος ἐραστεῖσα καὶ προσδικῶσα αὐτὸν ἐπανήξειν ἀποτελέσαντα τὰς πρὸς αὐτὴν συνθήκας, καὶ συνεάκις ἐπὶ τὸ τόπον ἐλθόσα, ὡς ἔχει, κατηράσατο τοῖς Ἀθηναίοις τοσαῦτα ἀτυχῆσαι περὶ τὸ τόπον· τὰ δ' ἀτυχήματά ἐστι ταῦτα, & reliqua, quæ H. Dodwellus, ex simili codice excerpta, ad Dissert. III. de Cyclis p. 742. vulgavit. Quantumvis autem Antipatri tempestate in ruinis fuerit Amphipolis, ex illis tamen surrexit, & *Chrysopoleos* nomen impetravit: id & Catalogus

MANSIO APOLONIA.	M. XI.
MVTATIO HERACLEVSTIBVS.	M. XI.
MVTATIO DVODEA.	M. XIV.
CIVITAS THESSALONICA.	M. XIII.
MVTATIO AD DECIMVM.	M. X.
MVTATIO GEPHIRA.	M. X.

CIVI-

logus Urb. Vatican. & alter a Jac. Goar post Codin. p. 404. editus, Scholiastesque Ptolemaei Coislinianus, prætereaque Tzetzes in Lycophron. ℣. 416. condocefaciunt: ut adeo frustra Abr. Ortelius *Christopolis* titulum præoptet: præsertim cum Christopolis non longe quidem a Philippis: sed diversissimo fuerit situ, quemadmodum Acta S. Germani C. 12. in tom. III. Maji innuunt.

PENNANA.] Quid tandem hoc sit, nondum decrevi.

PERIPIDIS.] Nisi fallor, H. Valesius in Ammian. L. XXVII. C. 4. *Mutatio Arethusa* hoc loco legendum esse constituit, motus, credo, Ammiani sui auctoritate, qui, *cui proxima*, inquit, *Arethusa convallis & statio est, in qua visitur Euripidis sepulchrum tragœdiarum sublimitate conspicui*; & Dionysii epigrammate L. III. Florileg. C. 25.

Ὄυ σε κυνῶν γένος εἶλ' Ἐυριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
Ὄιστρος, τὸν σκοτίης Κύπριδος ἀλλότριον,
Ἀλλ' ἀΐδης καὶ γῆρας ὑπέκβαλε· τῇ δ' Ἀρεθούσῃ
Κεῖσαι, ἑταιρείῃ τίμιος Ἀρχέλεω

Cui quominus assentiar, impedit nimia vocis corruptæ discrepantia, & quod alii aut ad Bormiscum, ut Stephanus, aut circa Arethusam, περὶ Ἀρέθουσαν, quemadmodum Plutarchus in Lycurgo, poëtam contumulatum referant. Atque hoc mihi verosimilius videtur, quoniam ea ratione dissidentes de Euripidis sepulchro opiniones facile in concordiam rediguntur. Vicinæ Arethusa & Bormiscus seu Bromiscus fuerunt; si in utriusque finibus monumentum Tragico fuerit excitatum, sine veritatis dispendio & circa Arethusam & prope Bormiscum collocari poterit. Vide itaque, an *Euripidis* hic præstet; ut ab ejus sepulchro mutationi nomen venerit.

IBI POSITVS.] Quanti mortuum Macedones fecerint, A. Gellius L. XV. N. A. C. 20. docebit: *Sepulcrum autem ejus & memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriæ quoque loco prædicarent*; οὔ ποτε σὸν μνῆμα Ἐυριπίδη ὄλοιτό που, *quod egregius poëta morte obita sepultus in eorum terra foret.* Græca, ut vides, MS. Franequeranus ostentat: possuntque haud magno molimine cum Jos. Barnesio Vitæ Euripid. C. 22. senarii legibus coerceri scribique,

Ὄυ σόν γε μνῆμ' Ἐυριπίδης ὄλοιτό που.

Jambum vero Macedonibus placuisse & a Gellio Noctibus suis insertum ea forma fuisse, merito dubites: MSS. οὔ ποτε singulari quadam conspiratione defendentes, emendatori nihil favent: & cui τὸ Ἐυριπίδης probaverit?

HERACLEVSTIBVS.] Estne Ἡρακλέους στίβος, ut ab Herculis via nomen venerit? an *Heraclea*, quam non longe ab Arethusa Plinius L. IV. N. H. C. 10. collocat? De *Apollonia* dictum alias est.

DVODEA.] Nihil, quod veri specie se commendet, hinc extrico: nam XII. lapidem si intelligas, numeri intercedent; si *Diocletianopolin*, locorum situs. Igitur aliunde auxilium exspectemus.

GEPHIRA.] Τὴν τοῦ Ἀξίου γεφύραν, sive pontem in fluvio Axio factum, quem Plutarchus in Demetrio p. 909. Ed. Frank. memorat, designat. Theophylactus Epist. LV. Bardarium, qui veteribus Græcis Axius fuerit, sua ætate ponte junctum fuisse negat: θάτερον δὲ τὸ τοῦ γείτονος ποταμοῦ, ὃν ἡ παλαιὰ μὲν καὶ Ἑλληνὶς Ἄξιον, ἡ νέα δὲ καὶ βάρβαρος ὀνομάζει Βαρδάριον· οὗτος γὰρ διὰ πολλῶν μὲν ῥέων ὁρῶν, τῇ δ' ἐν τούτοις χρόνι τακείσῃ νῦν ὀγκωθεὶς, καὶ μήτε πεζοῖς, μήτε ἐφίπποις διαβαίνειν διδοὺς, μήτε ΓΕΦΥΡΑΝ ἔχων, κ. λ. Adi quoque Nicephorum Bryennium L. IV. p. 98., quem ab interprete non fuisse intellectum ex Niceph. Gregora L. VIII. p. 266. Ed. Dus. videbis.

CIVITAS PELLI, VNDE FVIT ALEXANDER MAGNVS MACEDO. M. X.
MVTATIO SCVRIO. M. XV.
CIVITAS EDISSA. M. XV.
MVTATIO AD DVODECIMVM. M. XII.
MANSIO CELLIS. M. XVI.
MVTATIO GRANDE. M. XIV.
MVTATIO MELITONVS. M. XIV.
CIVITAS HERACLEA. M. XIII.

MV-

PELLI.] MS. *Polli.* Pellam esse nemo dubitaverit, sitam ad flumen *Lydiam.* Illene fluvius a Borboro diversus, an idem fuit, ita ex indole sua & limo, quem trahebat, dictus? Theocritus Chius ambiguo & virulento in Aristotelem epigrammate ejus meminit; alluisse Pellam Plutarchus de Exsil. p. 603. observat: Ἀριστοτέλην δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν πατρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ διαίταν ἀγαπήσας,

——— ——— εἵλετο ναίειν
Ἀντ' Ἀκαδημίας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλην, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι· Fieri certe potuit, ut ex ea, quam innui, caussa Macedones hoc illi nomen facerent: quod ut ut fuit, non dubito, quin *Pella* in his Jornandis Rer. Get. C. 56. delitescat: *Initoque fœdere, Romanus ductor loca eis jam sponte, quæ incolerent, tradidit, id est, Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum & alia quæ Sium vocatur.* Id ut credam & locorum situs, quem scriptor circa Thessalonicam signat, & Ravennas, a quo ea exscripta sunt, faciunt: is enim L. IV. C. 9. *Non longe*, inquit, *ad suprascriptam Thessalonicam sunt civitates, id est, Ceras, Europa, Mediana, Petina, Bereum, Quæsium. Quæsium* unde exstruxerit, ex Jornande vides: *Pellam* præteriit, quod ejus ante meminisset. Dederit itaque Jornandes *Ceras, Pellam, Beroeam* & *Dium*: quæ omnes in hac vicinia fuerunt.

SCVRIO.] Habet Ptolemaeus in Emathia Κύριον *Cyrium* urbem, non longe hinc recedentem: quæ tamen cum *Cyrrus* Κύῤῥος esse debeat, & numeri Geographi non bene conveniant, tuto hic non collocabitur. Doctiores ergo nostro opem ferant, ego obiter *Cyrrum* Diodoro reddam. Narrat L. XVIII. p. 589. Alexandrum præter alia edixisse, ut VI. templa magnificentissime exstruerentur, in Delo unum, Delphis alterum, Dodonae tertium: κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, ἐν Δίῳ μὲν, τοῦ Διὸς, ἐν Ἀμφιπόλει δὲ, τῆς Ταυροπόλου, ἐν Κύρνῳ δὲ, τῆς Ἀθηνᾶς. vertuntur: *Quædam in Macedonia: ut Jovis in Dio, Dianae, (quam Tauropolum vocant,) Amphipoli. Aliud in Cyrno, quæ Corsica Latinis, Minervae:* sic interpres; qui si attendisset, *Cyrnum* sive Corsicam in Macedonia recenseri, sine dubio id perperam fieri vidisset: quidenim Corsica ad Alexandrum, cujus imperio subditam fuisse, nemo dixit? Ut paucis absolvam, Κύῤῥῳ Diodorus scripsit; quæ urbs, ut plures aliæ, deinceps nomen suum cum notissima Syriæ civitate communicavit. Atque hinc tandem cognoscimus, unde Ἀθηνᾶς Κυῤῥέστιδος, sive *Minervae Cyrresticae*, cujus apud Strabonem & Stephanum memoria est, ad Syriæ cognominem urbem cultus devenerit.

CELLIS.] Habent Ant. & Tabula has *cellas*, in M. P. non satis concordes, ut diximus alibi. Cangius ad Annae L. V. Alexiad. p. 300. a Monachorum *cellis* mansioni hoc nomen hæsisse suspicatur: mihi prorsus inter incertissima hæc opinatio referenda videtur: qui enim probabitur, Monachos jam hoc ævo Macedoniæ loca sibi secrevisse desertiora iisque immoratos fuisse? Credo Κόλλην Hieroclis esse, quæ MS. Κέλλη, & Edessæ subjungitur.

GRANDE.] Hanc ignorare me profiteor.

MELITONVS.] Nomini mutationis conjectura fortasse lucem adferet, quamquam non admodum certa. Locum alendis apibus destinatum μελιττῶνα vocant: Varro L. III. R. R. C. 16. *Dic igitur, inquit, ubi & cujusmodi facere oporteat alvearium, ut magnos capiam fructus.*

MVTATIO PARAMBOLE. M. XII.
MVTATIO BRVCIDA. M. XIX.

FINIS MACEDONIAE ET EPYRI.

CIVITAS CLEDO. M. XIII.
MVTATIO PATRAS. M. XII.
MANSIO CLAVDANON. M. IIII.
MVTATIO IN TABERNAS. M. IX.
MANSIO GRANDA VIA. M. IX.

MVTA-

ctus. Ille μελιττῶνας *ita facere oportet, quos alii* μελιττοτροφεῖα *appellant, eandem rem quidam mellaria.* Hinc *Melittonos* cognomen nancisci potuit.

HERACLEA.] Est *Heraclea Pelagoniae*, qua de ad Ant. Itiner. p. 319. Hic mihi considera Caesaris è L. III. B. C. C. 79. verba: *Pompejus per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat. Accessit etiam improviso aliud incommodum, quod Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset, rei frumentariæ caussa ab eo discesserat, & Heracleam Senticam, quæ est subjecta Candaviae, iter fecerat; ut ipsa fortuna illum objicere Pompejo videretur.* Perpende illa, inquam, atque explora, tuerine *Heraclea Sentica* sive *Sintica* eo se loco possit? Candavia mons erat Illyrici, Lychnidum versus protentus: ab eo ad urbem Thessalonicam Polybius apud Strabonem L. VII. p. 323. M. P. CCLXVII. numerat, cumque circa Strymonem *Heraclea Sentica* fuerit, oportet ad M. P. CCC. a Candavia afuerit: quo ergo modo *Candaviae subjecta* dicetur: ad hoc accedit, inter Candaviam & Sinticam Heracleam fluvios magnos Aliacmonem, Erigonem atque Axium versus Thermaicum sinum per Macedoniam defluxisse, & præter alios ejus provinciæ montes *Bermium* a Beroea in Illyridem & Epirum, ut ex celebri Dexippi fragmento apud Syncellum p. 268. constat, pertinuisse: cui verius utique *Heraclea Sentica subjecta* ferretur. Præterea si *Sinticam* Caesar intellexit, qui tandem ipsam fortunam Domitium Pompejo objicere voluisse, addere potuit? cum longissimo & impeditissimo itinere uterque disjuncti essent. Ne plura his adstruam, castra Domitii castris Scipionis ad Aliacmonem collata, ejusdemque ad Aeginium, *quod est objectum oppositumque Thessaliae*, postquam quatuor horarum spatio hostium adventum prævertisset, cum Caesare conjunctio *Heracleam Sinticam* huic loco alienam ostendere videntur. Igitur, si mei res esset arbitrii, *Senticae* huic apud Caesarem Heracleae auferrem ex glossemate natum titulum, nostramque interpretarer: quæ nullis eorum incommodorum, quæ recensui, premitur, & revera *Candaviae subjecta* fuit.

PARAMBOLE.] Pro *Parembole: Castra* Itin. Ant. p. 330.

BRVCIDA.] An *Brugiada?* Urbem Macedoniæ *Brygiadem* Stephanus memorat, a Brygis, gente ejus regionis in Illyricum vergentis, ut credibile fit, appellatam.

MACEDONIAE ET EPYRI.] Strabo L. VII. p. 323. *Pylonem* non longe a Lychnido Illyricum a Macedonia distinguere scribit: Ut, si eum sequamur, non male termini earum provinciarum hic constituantur. Eadem res aliunde comprobatur: Heraclea est in Macedonia II., Hierocle teste, in *Epiro* vero *nova* Lychnidus, qua de mox, eodem & Malcho in Excerpt. Hoesch. p. 64. auctoribus.

CLEDO.] *Lychnido* fuit, ut H. Valesius in Malchi Excerpta p. 211. Ed. Regiæ docuit: de ea ad Itin. Ant.

PATRAS.] Nemo alius, quod sciam, *Patras* in hoc tractu novit. Quod sequitur, *Claudanon*, a *Claudiis* videtur formatum.

IN TABERNAS.] A. Itin., quamtumvis in numeris discordanti, *tres Tabernæ* p. 318.

GRANDA VIA.] *Candavia* verum est. Lucanus L. VI. 330.

——— ——— ——— *Terræque secutus*
Devia, qua vastos aperit Candavia saltus
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.

ubi

MVTATIO TRAIECTO.	M. IX.
MANSIO HISCAMPIS.	M. IX.
MVTATIO AD QVINTVM.	M. VI.
MANSIO COLADIANA.	M. XV.
MANSIO MARVSIO.	M. XIII.
MANSIO ABSOS.	M. XIV.
MVTATIO STEFANAPHANA.	M. XII.
CIVITAS APOLLONIA.	M. XVIII.
MVTATIO STEFANA.	M. XII.
MANSIO AVLONA TRAIECTVM.	M. XII.

FIT

ubi & *Grandavia* MS. Marpurgenſis præfert. Mons erat Illyrici per quem via Ignatia profecturos in Macedoniam ducebat, ut ex Strabone L. VII. p. 323. novimus. Serior ætas *Bagoram*, quem montem inter Bulgarica & Dyrrhachina montana circa Achridem medium procurriſſe Theophylactus Epiſt. LXXXV. prodidit, nuncupaſſe videtur. Itaque manſio ad eum montem intelligitur, non præterita in Tabula, licet breviore ibi intercapedine a Lychnido collocetur.

TREJECTO.] Fuit hic *trajectus* flumini *Genuſi*: Tabula Peutingerana, quæ *Geneſin* in hac vicinia oſtendit, id docet. Forte ejus in Candavia fuere fontes; è quibus egreſſus circa Apolloniam in mare Jonium devolvitur. Caeſar L. III. B. C. C. 75. *Sed quum ventum eſſet ad flumen Genuſum, quod ripis erat impeditis, conſecutus equitatus noviſſimos detinebat.* Adde C. 76.

HISCAMPIS.] *Scampis* Itin. Anton., quibus ibidem immorati ſumus.

AD QVINTVM.] Aut VI. M. P. una detrahenda ſunt, aut *Ad quintum decimum* melius erit.

COLADIANA.] *Clodiana* ex Itiner. A. & ſcripta Tabula probanda ſunt. Fieri potuit, ut ab Ap. Claudio, de quo Livius L. XLIV. C. 30., aut alio quovis ejusdem gentis manſio id nominis auferret.

MARVSIO.] Hæc me doctiorum præſtolatur opem.

ABSOS.] A fluvio manſioni cognomen, quod illi aſſita eſſet, hæret. Lucanus L. V. 461.

Prima duces vidit junctis conſiſtere caſtris
Tellus; quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circueunt ripis. Apſo geſtare carinas
Cauſſa palus, leni quam fallens egerit unda.
At Genuſum nunc ſole nives, nunc imbre ſoluta
Præcipitant: neuter longo ſe gurgite laſſat.

Qui verſus hunc & Genuſum, de quo ante, ſatis illuminant. Tabulæ *Hapſus* eſt; è quo nomine in Vibio Sequeſtro De Flumin. nata videntur, *Haeſuſa finibus Apolloniae decurrens in ſinum Ionium*, pro *Hapſus a finibus:* vel ſi MSS. ſequi velis, qui *Haeſuſa undeæ*, aut, quod in Cl. D'Orvillii codice legere memini, *Haeſuſa inde finibus* præferunt, *Hapſus inde a finibus.* Hunc ſane fluvium aut *Haeum* ſive *Aeam Aoum*ve, quem H. Relandus in Epiſt. ad Fr. Heſſelium præoptat, in animo atque oculis Vibius habuiſſe videtur.

STEFANAFANA.] An *Stephani phana?* S. Stephani Caſtellum in Epiro a Juſtiniano renovatum Procopius L. IV. Fabr. C. 4. prodit.

STEFANA.] *Stephanacium* idem Procopius in Epiro caſtellum memorat; quod tamen cum a Juſtiniano conditum ſignificat, cum hac mutatione fortaſſe commune præter nominis quandam conformationem nihil habet. Ergone Græcorum eſt στεφάνη, quatenus collis verticem, ἔξοχὴν ὄρους adſignificat? ut Iliad. N. 138.

Ὅν τε κὴν στεφάνῃ ποταμὸς χειμάῤῥοος ὄσῃ.

Fieri potuit, ut ad montem accubans mutatio hoc titulo ornaretur, quamquam ſolam hanc cognominis eſſe cauſſam, dejerare nolim.

MIL. DCLXXXVIII.] Summa hæc XIII. ferme millibus exſuperat numeros manſionibus & mutationibus adſcriptos.

MV-

FIT OMNIS SVMMA AB HERACLEA PER MACEDONIAM AVLONA VSQVE MILIA DCLXXVIII. MVTATIONES LVIII. MANSIONES XXV. TRANS MARE STADIA MILLE. QVOD FACIT MILLIA CENTVM.

ET VENIS ODRONTO MANSIO. MILLE PASSVS.

MVTATIO AD DVODECIMVM.	M. XIII.
MANSIO CLIPEAS.	M. XII.
MVTATIO VALENTIA.	M. XIII.
CIVITAS BRINDISI.	M. XI.
MANSIO SPITENAEES.	M. XIIII.
MVTATIO AD DECIMVM.	M. XI.
CIVITAS LEONATIAE.	M. X.
MVTATIO TVRRES AVRILIANAS.	M. XV.
MVTATIO TVRRES JVLIANA.	M. IX.
CIVITAS BEROES.	M. XI.
MVTATIO BOTONTONES.	M. XI.

CI-

MVTATIONES LVIII.] Omnes & mutationes & manſiones cum civitatibus in eundem catalogum conſtipatæ ſunt: tantum XXXIII. numerantur.

QVOD FACIT MILLIA.] CXXV. dicere debuiſſet, ſi ſingulis M. P. ſtadia VIII. contribuerit, ſin VII ſtad., paullo plura.

ODRONTO.] Eſt hoc ex ſerioris ætatis uſu. Erchempertus Hiſtor. Longob. C. 39. *Hoc audientes qui Bari reſidebant, Gregorium Bajulum Imperialem Græcorum, qui tunc in Odronto degebat, cum multis exercitibus adſciverunt.* Adde Anonymum Barenſem An. CIↃXLVII.

CLIPEAS.] *Lipeas* ſive *Lupias*, de quibus Ant. Itin. p. 118., ſcribi oportuit. *ORDO POP. Q. LVPIEN.* eſt in Donianis Inſcript. Claſ. V. 101. 102.; quas jure meritiſſimo Ant. Fran. Dorius tanquam ſubditicias confixit.

VALENTIA.] MS. *Valentio*, quod verius eſt: nam & Tabula *Balentium* XV. M. P. a *Lupia*; Ravennati *Baletium*: unde proxime abeſt Plinii L. III. C. 11. *Baleſium*, & Melae L. II. C. 4. *Valetium*: quamquam de hujus ſcriptura dubia res eſt: manu enim exaratus codex, quem Cl. D'Orvillius humaniſſime mecum communicavit, *Valentium* clariſſime præfert: *Poſt Barium & Gnatia & Ennio cive nobiles Rudiæ: & jam in Calabria Brunduſium, Valentium, Lupæ, Hydrus mons*, ſic MS.

SPITENAEES.] MS. *Spilenae es*; unde *Spelluncas* ob Tabulam & Itin. A. recte feceris. Has forte Dorylenſium legati apud Ciceronem pro Flacco C. 17. ſignarunt: *Venio nunc*, inquit Orator, *ad Dorylenſium teſtimonium: qui producti tabulas ſe publicas AD SPELVNCAS perdidiſſe dixerunt.*

LEONATIAE.] *Egnatiae* ſcripſerat, de qua alias.

TVRRES.] Habet has Ant. Itiner., ſed *turres* ſine adſcripto titulo appellans.

TVRRES JVLIANA.] *Julianas*, aut *turris Juliana*: poſterius Tabulæ firmabit *turris Caeſaris*, & Ravennatis L. IV. C. 31.

BEROES.] Natum eſt ex *Bario*.

BOTONTONES.] MS. *Butontones*. Juſtum eſt *Butontus*, ut alias diximus, confirmaturque numo, de quo ita L. Holſteinius in Ital. Ant. Cluver. p. 282. BYTONTINΩN *nummum vidi antiquiſſimum apud Franciſc. Gottifredum cum ſpica tritici, ab adverſa caput muliebre.* Habet eundem tom. II. Theſ. Britan. p. 103. Franc. Haymius, at BYTPONTINΩN inſcriptum nomine, addita conjectura, quam ad Ant. Itin. p. 325. tetigimus. Si recte legerit Holſteinius, non dubitem huc referre: nam *Buthroti*, etſi vera fuerit Haymii ſcriptura, procuſum difficulter credidero; quod nominis ejus forma officiat. Utcunque vero id ceciderit, prorſus mihi perſuadeo, Scylaci *Butontinos* eſſe reſti-

CIVITAS RVBOS.	M. XI.
MVTATIO AD QVINTVMDECIMVM.	M. XV.
CIVITAS CANVSIO.	M. XV.
MVTATIO VNDECIMVM.	M. XI.
CIVITAS SERDONIS.	M. XV.
CIVITAS AECAS.	M. XVIII.
MVTATIO AQVILONIS.	M. X.

FINIS APVLIAE ET CAMPANIAE.

MANSIO AD EQVVM MAGNVM.	M. VIII.
MVTATIO VICVS FORNO NOVO.	M. XII.
CIVITAS BENEVENTO.	M. X.
CIVITAS ET MANSIO CLAVDIIS.	M. XII.
MVTATIO NOVAS.	M. IX.
CIVITAS CAPVA.	M. XII.

FIT

tuendos: ponuntur ab eo in Daunitarum gente præter alios Βορεοντῖνοι, quos Ph. Cluverius Φρεντάνους *Frentanos* esse jussit, Is. Vossio non vetante: contra Jac. Gronovius suæ Edit. p. 11. Βρεντεσίνους præfert; qua conjectura a ductibus receptæ vocis aberratur longius: propius haud dubie absunt Βοτουντῖνοι, sive Βυτουντῖνοι, qui in eadem gente floruerunt. *Rubos* ad Itin. Ant. haud præterivimus.

AD QVINTVM DECIMVM.] MS. *A quinto decimo:* perperam.

CANVSIO.] Fallitur longoque terrarum tractu aberrat B. G. Struvius, cum Rer. German. Period. V. in Ottone M. § 20. *Canossam*, in quam Adelheida se recepit, atque ubi Henricus IV. ad Gregorium Papam invisit Period. VI. in Henr. §. 31. cum Canusio con undit, *castellumque Apuliae munitissimum* appellat;

——— ——— ἐπεὶ μάλα πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τ' ἠχήεσσα,

ut poëta ait. *Canossa* circa Regium Lepidi fuit, saxo prærupto imposita, nunc quoque nota. Donizo in Vita Machtildis egregie eam depinxit, mirorque virum doctum, qui Donizonem utique evolvit, in ejus situ potuisse labi: ne dicam, Adelheidae & Henrici IV. res gestas ab Apulia, si attendatur, cuivis remotissimas apparituras. Vid. Donizonem L. I. Vitæ Machtil. C. 1., quæque ibi Muratorius, & inprimis C. 16. argutam Canossæ ac Mantuæ contentionem.

SERDONIS.] *Erdonis* aut *Herdonis:* quæ enim *Herdonia* aliis, eam Itineraria numero multitudinis efferunt. Hic sibilante litera augetur, ut *Halmydessus* & *Salmydessus* aliæque: Straboni L. VI. p. 282. Χερρονία.

AECAS] Actis S. Marci Episcopi Lucerini C. 1., tom. II. Junii p. 802, *civitas Aecana, quæ est in Apuliae finibus.* Plura alias.

AQVILONIS.] Diceres ab Aquilone vento mutationi nomen hærere, nisi Apuliae proprii nominis ventus *Atabulus* infestior fuisset; unde satis aspere Marius Mercator Subnotat. in Julian. C. 4. de Juliano Eclanensi, Apuliae indigena, *Te postremo Atabulus provinciæ tuæ pestifer halitus inflavit, quo tot morbis turgidus & malesanus, imo insanus, effectus hæc eructares.* Igiturne *Aquilonia* Apuliae urbs, quam in hac vicinia fuisse nemo addubitavit, intelligenda erit? De ea Ph. Cluverius L. IV. Ital. A. C. 8. p. 1204.

FINIS APVLIAE.] Recte hos terminos figi sua consensione Itin. A. p. CXI. adfirmat. Idem Acta S. Marci Epis. Lucerini, Aecas in finibus Apuliae collocantia, ostendunt, & Horatius, qui Benevento in Equum Tuticum versus progressus Apuliae montes tum demum videre sibi visus est L. I. Sat. V. 77.

Incipit ex illo montes Apulia notas
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.——

AD

FIT SVMMA AB AVLONA VSQVE CAPVAM.
MIL. CCLXXXIX.
MVTATIONES XXV. MANSIONES XIII.

MVTATIO AD OCTAVVM.	M. VIII.
MVTATIO PONTE CAMPANO.	M. IX.
CIVITAS SONVESSA.	M. IX.
CIVITAS MENTVRNAS.	M. IX.
CIVITAS FORMIS.	M. IX.
CIVITAS FVNDIS.	M. XII.
CIVITAS TERRACINA.	M. XIII.
MVTATIO AD MEDIAS.	M. X.
MVTATIO APPI FORO.	M. IX.

MV-

AD EQVVM.] MS. *Ad Aequum*, quo de alibi. *Tuticus* eſt *Equus* Itin. Ant., quod cum p. 112. *SENTIANVM* illi adjungat, eaque manſio poſtmodum mihi ſe objecerit in Actis S. Potiti C. IV. ad XIII. Januar., hic prætereunda non eſt: *Tum duxerunt eum in Apoliam, in loco, qui dicitur Milianus, inter SENTIANVM & Mulianum: decollatus autem S. Potitus ſuper flumen, quod dicitur Banus:* ubi *Mulianum* videtur Itinerarii *Baleianum* eſſe. Qui vero locus *Milianus* ſit, quodve flumen *Banus* horum Actorum, ſatis utique male habitorum, an prope *Bantiam* viderint ejus regionis indigenæ. Ego verba & A. Itin. cauſſa negligere nolui, & ut Bollandi ſociis ſcrupulum eximerem, *qui in Apulia nullum nominatorum locorum apud auctores expreſſum repererunt.*

VICVS FORO NOVO.] Nondum *Forum* hoc *novum* niſi in Tabula, quæ eandem illi diſtantiam ab Equo Tutico & Benevento adſcribit, invenire potui.

CLAVDIIS.] Rectum *Caudiis* erit: ſerior enim ætas *Caudium* eo numero uſurpavit, uti exemplis ſuo loco confirmatum fuit. Pro *Caudio* ſæpe *Claudium* librarios dediſſe, è Livio, Ptolemaeo, Plutarcho atque aliis apertiſſimum eſt. Quem vero huc referunt Horatii verſum L. I. Satyr. V. 51.

Hinc nos Coccei recipit pleniſſima villa,
Quæ ſuper eſt Claudi cauponas. ——

de eo mihi dubium pertinacius haeret. Primo enim MSS., quos Lambinus Cruquiusque verſarunt, magna concordia *Claudi cauponas* defendunt, neque diſſidet Franequeranus codex: præterea Scholiaſtes, qui illi codici & inter verſus & margini commenta ſua adſcripſit, locum eſſe ait, qui *ad tabernas Claudii* vocetur, eſſe tamen qui *oppidum* ferant: quibus non diſſimilia criticus Cruquianus prodidit. Ad hoc, ſi *Caudium* poëta voluit, cur *Caudii cauponas*, cum urbis apertius ſignandæ facultas eſſet, maluit? ſi dixeris, non ipſam urbem, ſed vicinas illi *cauponas* innuiſſe, viceris ſane, ubi rectius tabernis ſive *cauponis* illis a *Caudio* cognomen potuiſſe hærere, quam a *Claudio* patefeceris. Equidem Claudios de cauponarum poſſeſſione dejicere nondum ſuſtineo.

NOVAS.] Tabula *Ad novas*, ut puto, tabernas, eodem a Caudio intervallo.

MVTATIONES XXV.] Solito ſibi more in eundem numerum congeſſit mutationes, civitates & manſiones.

PONTE CAMPANO.] Fuit is in Savone fluvio, ut Tabula docet. Horatius L. I. Sat. V. 45.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit. —— ——

ubi Scholiaſtes Franequeranus & Cruquianus villam eam *intra XVI. lapidem a Capua* eſſe adnotat, hosque numeros firmat.

SONVESSA.] *Sinueſſa* & *Minturnas* oportuerat.

TERRACINA.] MS. *Tarragina*, unde *Tarracina*, quod melius, oritur.

AD MEDIAS.] Alii neglexerunt. De *Appii foro* notum eſt Horatianum iſtud:

MVTATIO SPONSAS. M. VII.
CIVITAS ARICIA ET ALBONA. M. XIIII.
MVTATIO AD NONO. M. VII.
IN VRBE ROMA. M. IX.

FIT A CAPVA VSQVE AD VRBEM ROMAM M. CXXXVI.
MVTATIONES XIIII. MANSIONES IX.
FIT AB HERACLEA PER AVLONAM IN VRBEM ROMAM
VSQVE MIL. VNDECIES CENTENA XIII.
MVTATIONES XVII. MANSIONES XLVI.

AB VRBE MEDIOLANVM.

MVTATIO RVBRAS. M. IX.

MV-

— — — — — *Inde Forum Appi*
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

SPONSAS.] Adſentior L. Holſteinio *Pontes* emendanti in Cluver. Ital. A. p. 220. Fuere enim magnificentiſſimi operis pontes ad initium Decemnovii.

ARICIA ET ALBONA.] *Albano* citat Ph. Cluverius L. III. Ital. Ant. p. 917., idque rectum eſt: vicina oppida erant, quæ jungendorum cauſſa. Quod autem M. P., quæ hinc ad urbem Romam ſtatuuntur, ſollicitat, ea opera juſtius, ut Holſteinius admonuit, ſuperſedisſet. XVI. M. P. & Scholiaſtes Lucani & poëta ipſe ab Urbe ſemovent L. VI. 74.

Parva Myceneæ quantum ſacrata Dianae
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.
Quoque modo terræ prælapſus mœnia Tibris
In mare deſcendit, ſi nusquam torqueat amnem.

Nam cum Oſtia XVI. M. P. Roma afuerit, de Aricia utique paria Lucanus adfirmat. Ampliorem intercapedinem Cruquianus Scholiaſtes & XX. quidem M. P. ad L. I. Sat. V. 1. agnoſcit: nec minorem dant Procopii ſtadia C XL.; quibus L. II. B. G. C. 4. Albanum ab Urbe ſeparat: Ph. enim Cluverius, qui XVIIII. M. P. æquari arbitrabatur, non attendit ad ſcriptoris ejus conſuetudinem, qua VII. ſtadia una millia rotundant.

AD NONO.] *Nonum* reliquit. Fuit hæc manſio non multo a Bovillis. Vid. L. Holſteinium in Ital. Cluver. Ant. p. 184.

MIL. CXXXVI.] Summa denis millibus juſta auctior eſt.

MVTATIONES.] Antiquum obtinet, ut vides.

MVTATIONES XVII.] Et has juſto catalogo longe inferiores eſſe patet.

AD RVBRAS.] Habet etiam Tabula: *Rubras* & Martialis appellat L. IV. Epig. 64.

Fidenas veteres, brevesque Rubras.

Alii *Saxa rubra*. Aurelius Victor de Maxentio: *Sed Maxentius atrocior indies tandem urbe in Saxa rubra millia ferme IX. ægerrime progreſſus.*

AD VICENSIMVM.] Tabula conſentit: fuit mutatio circa Caſtellum novum, Holſteinio menſore.

AQVA VIVA.] Fuit olim Epiſcopo inſignis, nunc in ruinis ſub monte Soracte inter civitates Arinianam & Caſtellanam, ſed veteris nominis reliquias in *fonte Aquæ vivæ* & templo Virginis matris *Aquæ vivæ* ſervantibus, ut L. Holſteinius in Cluver. Ital. p. 52. egregie docuit.

VERICVLO.] MS. *Viriculo*, pro *Utriculo*, quo olim nomine *Ocriculos* appellitabant.

INTERAMNA.] VI. M. Tabulæ ſpatium abſolvunt.

TRIBVS TABERNIS.] Fuerunt hæ *tabernæ* circa principium anguſtiarum, quæ *Stretturae* nomine veniunt, ubi diverſorium *della Caſtagnina*, indice Holſteinio.

FANI FVGITIVI.] Habet hoc *Fanum* Tabula: impoſitum fuit jugo montis, quod vul-

go

MVTATIO AD VICENSIMVM.	M. XI.
MVTATIO AQVA VIVA.	M. XII.
CIVITAS VERICVLO.	M. XII.
CIVITAS NARNIAE.	M. XII.
CIVITAS INTERAMNA.	M. IX.
MVTATIO TRIBVS TABERNIS.	M. III.
MVTATIO FANI FVGITIVI.	M. X.
CIVITAS SPOLITIO.	M. VII.
MVTATIO SACRARIA.	M. VIII.
CIVITAS TREVIS.	M. IIII.
CIVITAS FVLGINIS.	M. V.

CI-

go *Summa* dicitur, ubi nunc S. Leonardi fanum. v. M. P., ut menſus eſt L. Holſteinius in Cluver. Ital. A. p. 96., intervallo inter *tres tabernas* & *Fanum* hoc ſufficiunt.

SACRARIA.] In numeris, quod ex accurata locorum dimenſione deprehenditur, error eſt: VII. M. Spoletium hinc abeſt, Trebiæ II. & S., Fulginium vero IV. M. P., eodem auctore. Fuerunt hæc *Sacraria*, non Jovis Clitumni, ut Ph. Cluverio in mentem venit, ſed cultus Chriſtiani. Libet eorum deſcriptionem L. Holſteinii verbis in Cluver. Ital. A. p. 123. apponere: *Templum ſane antiquiſſimum, quod adhuc exſtat. Altare cum monogrammate Chriſti tres inſcriptiones vetuſtiſſimas Chriſtianas habet. Opus ſane admirandum & religioſa veneratione ſuſpiciendum. Inſcriptio ad latus dextrum*, †. *SANCTVS DEVS PROFETARVM QVI FECIT REDEMPTIONEM. In fronte*, †. *SANCTVS DEVS ANGELORVM QVI FECIT RESVRRECTIONEM. Ad latus ſiniſtrum*, †. *SANCTVS DEVS APOSTOLORVM QVI FECIT ASCENSIONEM. Subtus autem duo alia ſunt fana, ſive ſacraria, alterum titulo ſancti Angeli, alterum baptiſmi, ſive baptiſterii, vulgo il Batteſimo appellatum: hæc quoque ejusdem antiquitatis ſunt cum priore, ut oſtendunt fragmenta quædam vetuſta parietibus inſerta.* Et mox: *Nec dubium eſt, quin Tabulæ Auguſtanae auctor tria hæc ſacraria Chriſtianorum ſuo tempore jam agnoverit, ut multa alia primæ Chriſtianitatis exempla in ea notantur. Ideoque de Jovis Clitumni fano explicari non poſſunt: nam fontes Clitumni, ad quos fanum hoc fuiſſe Plinius teſtatur, longius hinc remoti ſunt.* Hactenus vir egregius: tantum Tabulam Auguſtanam hinc exulare vellem, quæ *Sacraria* non novit.

TREBIS.] *Trebia* eſt, quam jam olim, ut *Noſter*, numero multitudinis dixerunt; cumque alii ſcriptorum, nam *Trebiates* tantum Plinius, vix urbem ſua cura dignati fuerint, fortaſſe *Trebiae* præſtiterint: hoc in lapide Interamnate, quem poſt Fabrettum C. v. 263. A. F. Gorius in Donianis Inſcript. Claſ. VIII. 42. correctiorem dedit, ineſt:

L. SVCCONIO. L. F. PAL.
PRISCO. IIII.VIR. I.D. Q. A.
OMNIVM. CORPOR. PATR.
ITEM TREBIS. DECVR. PONT.
IIII.VIR. I. D. PATRON. MVN.
DECVRIAE. IIII. SCABILLAR.
VETERES. A. SCAENA
AMANTISSIMO. SVI
EX. AERE CONLATO. H. A. I. R.

Nec Scholiaſtes Juvenalis Sat. XII. 13. aliter inflectit, ubi de Clitumno, *Fluvius, qui Trevis, civitatem Flaminiae, interfluit.* Nam Jan. Rutgerſius, qui L. IV. Var. Lect. C. 4. *Trebam*, quam *Auguſtam* nomine circa Anienem Frontinus & Plinius locant, refingit, errorem excuſare non poterit.

FVLGINIS.] Silii ætate nullis urbs cincta mœnibus erat, L. VIII. 461.

——— *Patuloque jacens ſine mœnibus arvo*
Fulginia.

Retinuit tamen municipii jura: unde in Do-

CIVITAS FORO FLAMINI.	M. III.
CIVITAS NOCERIA.	M. XII.
CIVITAS PTANIAS.	M. VIII.
MANSIO HERBELLONI.	M. VII.
MVTATIO ADHESIS.	M. X.
MVTATIO AD CALE.	M. XIIII.
MVTATIO INTERCISA.	M. IX.

CI-

nianis Inſcript. Claſ. II. 70. CVRATOR. R. P. FVLGINAT., & Claſ. V. 57. DECVR. FVLGIN. Pluralem autem vocis numerum cave mutes, probatum ſeriori ævo.

FORO FLAMINI.] Data eſt lex. 5. C. Theod. De quæſtion. *FORO FLAMINI.* Ab Urbe C. ferme M. P. afuiſſe hinc vides & ex S. Feliciani Actis C. 4., die XXIV. Jan.; *Veniente itaque per Italiam Decio ad civitatem antiquam, cui nomen Forum Flaminis in agro publico conſtitutam, centeſimo ab urbe miliario.* Quæ Acta *Foro Flaminis*, ut in plerisque MSS. Itin. Ant. legitur, utcunque firmant, præſidioque *civitatis* ſunt voci, quam Ph. Cluverius L. II. Ital. A. p. 632. hinc ablatam aut in *vicum* commutatam malebat.

NOCERIA.] Acta S. Feliciani C. III. *Civitatem Fulgineas, Nocerias, Pleſteas, & ulteriorem regionem & omnia montana cum Nurſia civitate ad fidem Chriſti verbo ejus veniſſe* referunt, pariterque Itinerarii hujus ſcripturam, licet minus veram, & *Fulginis* corroborant. *Pleſteae* Actorum forte a *Pliſtia* Livii L. IX. C. 21. diſtingui haud debent.

PTANIAS.] Vitium huic voci ineſſe conſentiunt viri docti, de ejus eluendi modo non admodum concordes. Ph. Cluverius L. II. Ital. An. p. 617. *Caprarias* emendat, & *Capras* intelligit, morte Totilæ apud Procopium L. IV. B. G. C. 32. nobiles. In alia omnia diſcedit L. Holſteinius, *Tadinas* ſubſtituens, ſæpe obvias apud Gregorium M, & *Taginarum* cognomine a Procopio L. IV. B. G. C. 29. haud neglectas. Ego huic acceſſero: tum quod minore opus ſit innovatione; tum præcipue, quoniam via Flaminia non per *Caprarias*, ſed *Tadinas* fuit ducta.

HERBELLONI.] *Helvillo* oportuerat, de qua Ph. Cluverius L. II. Ital. Ant. p. 617.

ADHESIS.] Tabula Peutingerana *Ad Enſem:* quæ verior erit ſcriptura; ſi fontes fluvii *Aeſis* intelligi haud poſſint. Dici *Ad Enſem* manſio a ſigno potuit.

AD CALE.] Verius *Ad Calem* Tabula: *Ad Callem* tamen legendum eſſe L. Holſteinius decernit. Vid. Itin. Ant. p. 316.

INTERCISA.] Conſentit Tabula, *ad interciſa* præferens. Innuunt *Saxa interciſa*, quæ Veſpaſianus, quo tranſiri poſſent, maximis impenſis cavari juſſerat, Aurelio Victore, &, qui eum exſcripſit, Freculpho tom. II. L. II. C. 2. teſtibus. Claudianus VI. Conſ. Honorii *v.* 500.

Latior hinc Fano recipit Fortuna vetuſto,
Deſpiciturque vagus prærupta valle Metaurus;
Qua mons arte patens vivo ſe perforat arcu,
Admittitque viam ſecta per viſcera rupis.

Petram pertuſam Procopius L. II. B. G. C. 11.; & Agnellus Pontific. Ravennat. in Petro ſeniore C. 3. nunc *il Furlo* appellitant. Vid. Ph. Cluverium L. II. Ital. A. p. 619.

AD OCTAVVM.] MS. *Ad Octavo.* Diſtantia incidit in locum, cui a S. Antonio circa diverſorium *della Cerqua* ſive quercus nomen eſt, ſicuti ab Holſteinio edocemur.

VSQVE ARIMINVM.] Mirum eſt *civitatis* huic nomen negari, quæ Donianar. Inſcript. Claſ. V. 33. *SPLENDIDISSIMAE CIVITATIS ARIMINENSIVM* titulo ſuperbit. Deſunt præterea M. P., quibus a Piſauro diſſociatur, reſtituenda Tabulæ auxilio: illa inter utramque M. P. XXIII. interponit, atque inter coloniam Faneſtrem & Piſaurum tantum VIII. Igitur in ſuum locum XXIIII. M. P. retrahantur, & è Tabula Piſauro VIII. M. annectantur.

COMPETV.] *Compitum* vel *Compita* reliquit. Incurrit hoc loco in viam Aemiliam aliud iter, a Ravenna Ariminum ferens.

CESENA.] Illuſtremus Agnellum, hanc & ſequentes urbes Pontif. Ravennat. part. II. p. 161. memorantem: *Sint tuta*, inquit in Vita S. Fe-

CIVITAS FORO SIMPRONI.	M. IX.
MVTATIO AD OCTAVVM.	M. IX.
CIVITAS FANO FORTVNAE.	M. VIII.
CIVITAS PISAVRO.	M. XXIV.

VSQVE ARIMINVM.

MVTATIO CONPETV.	M. XII.
CIVITAS CESENA.	M. VI.

CI-

S. Felicis C. 3., *litora, & per omnes vigilia portus. Sarxena excubet, Cervia æquoris ad nonas Papia armis Flavia. Inflet, quæ curva vocatur, Cesena. Popilienses viri adhæreant Sapis portu juxta conscendunt fluctus marinos. Coloni decumani speculentur juxta portus Candiani. Livienses accolæ inflent in litore curvo. Bedente vetere amne castra Faventina scrutentur post Lachernum portum, & Eridani ora. Cornelienses acies lustret Coriandri campos & loca omnia circa phalanges armatæ. Bononienses transmisso Eridano parte Lionis servient.* Sic Bened. Bacchinius & Muratorius vulgarunt; nec facile tamen ex intricatissima & asperrima oratione vicina Ravennati urbi loca, quæ describuntur, cognoveris, nisi horridiora verba & distinxeris aliter, &, donec aliunde lenius auxilium veniat, sanaveris: singula lustrabimus, &, ut legenda autumamus, apponemus: *Sarxena excubet Cerviæ, æquoris ad Novas Papia armis Flavia:* ubi *Sarxena* est Sarsina, nobile hujus tractus municipium, & *Cervia* nunc quoque non ignota circa Ravennam. Quid vero *Papia* faciat, longius hinc disjuncta, nisi de fœdere aliquid divines, non temere dixerim: eam *Flaviam armis* insolentiore titulo, quod Longobardi illam reges metropolim & Flavii cognomen habuerunt, appellat. *Ad novas*, quas refinxi, Tabula tuebitur atque ipse Agnellus in Martino C. 1. *Et veniens non longe a Ravenna, quasi milliario XV, ad Novas, ubi olim fuit civitas, nunc dirupta*; quas cur *æquoris ad Novas* vocet, si mari assedisse memineris, non inquires. Sequitur deinde: *Inflet, quæ Curva vocatur, Cæsena. Popilienses viri adhæreant Sapis portui, juxtaque conscendant fluctus marinos:* quæ egregie *Curvæ* cognomen, quod Tabula & Ant. Itiner. Caesenati urbi imponunt; adfirmant; alibi a nobis examinatum. *Sapis* fluvius is est, qui Caesenam alluit, *Sabis* Tabulæ nuncupatus. Porro, *Coloni decumani speculentur juxta portus Candiani: Candiani portui* ab amne Candiano, qui Classem alluit, nomen hæret: indidem *campus, qui vocatur Candiani* in Vita S. Joannis C. 4., & *pons Candiani* apud Jornand. Rer. Get. C. 29. Denique, *Livienses accolæ inflent in litore curvo. Bedentem veterem amnem castra Faventina scrutentur. Bedens* est, quem vulgus *Montonem* nominat; cur autem *vetus amnis?* Arbitrer deficere vocem *Utentem:* quem enim medio ævo Bedentem & dein *Montonem*, quod ejusdem significationis vocabulum, dicebant, eum veterum fuisse *Utentem*, a Sigonio & Cluverio felici opera Livio L. V. C. 35. redditum, existimabant, sicuti ex Actis S. Hilarii & Olybrii cognitissimum est. Fuerit adeo *veterem Utentem amnem.* Tandem, *Post Blachernum portum & Eridani ora Cornelienses acies lustret*; ita maluerim, quam *Saterni*, quod olim arridebat, *portum: Blachernus* sive *Blachernarum* portus, a sacrario Virginis Matris ad Blachernas, cujus in Episcop. Petri Vita C. 2. Agnellus commeminit, cognomen traxisse videtur; quo *Blachernarum* titulo adeo capti olim Græci fuere, ut omnia divæ Virginis templa ab uno, quod in Blachernis regiæ urbis erat, *Blachernas* appellitarint, ut auctor Histor. Depositi. Mariae tom. II. Auctar. Combefisii p. 753. testis est. Tum, *Coriandri campos & loca omnia circa phalanges armatæ, Bononienses Eridano transmisso portum Lionis servent:* voluisse *portum Lionis* sive *Leonis* scriptorem, ipse in Vita Joannis Episcopi C. 3. attestabitur, cum Theodoricum Arimino *cum dromonibus in portum Lionis* venisse, atque inibi VI. a Ravenna milliario palatium exstruxisse prodit. Atque hæc paullo uberius Ravennæ causa; quæ si MSS. fideliores improbaverint, causam non dicam, quin una illis litura satisfiat.

FORO

CIVITAS FOROPOPVLI.	M. VI.
CIVITAS FOROLIVI.	M. VI.
CIVITAS FAVENTIA.	M. V.
CIVITAS FOROCORNELI.	M. X.
CIVITAS CLATERNO.	M. XIII.
CIVITAS BONONIA.	M. X.
MVTATIO AD MEDIAS.	M. XV.
MVTATIO VICTVRIOLAS.	M. X.
CIVITAS MVTENA.	M. III.
MVTATIO PONTE SECIES.	M. V.
CIVITAS REGIO.	M. VIII.
MVTATIO CANNETO.	M. X.
CIVITAS PARMAE.	M. VIII.
MVTATIO AD TVRVM.	M. VII.
MANSIO FIDENTIAE.	M. VIII.
MVTATIO AD FONTECLOS.	M. VIII.
CIVITAS PLACENTIA.	M. XIII.

MV-

FORO LIVI.] *Aemiliae civitatem* Jornandes Rer. Get. C. 31. esse ait; nec male: quamquam quæ de nuptiis Ataulfi & Placidiae ibidem celebratis addit, dubia atque incerta sunt: Auctor enim Histor. Miscel. extremo L. XIII. *Foro Cornelii*, Olympiodorus apud Photium Cod, LXXX. Narbone in Gallia Placidiam Visogothorum regi junctam fuisse tradiderunt.

CLATERNO.] *Claterna*, de qua Ant. Itin. p. 287.

BONONIA.] Aberat Ravenna M. P. LXX. Zosimo L. V. C. 31. teste.

AD MEDIAS.] Intervallum, quod Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. p. 288. monere haud neglexit, ducit ad *Ponte della Samoggia*, medio ferme itinere Bononiam inter Mutinamque.

VICTVRIOLAS.] Fuisse videtur circa sinistram Scultennæ, qui *Panari* nomine vulgo notior est, ripam. Nominis caussa, nisi conjectura fallit, a parvis victoriæ est icunculis, ad quas mutatio erat. Cicero L. III. Nat. Deor. C. 34. *Idem Victoriolas aureas, & pateras coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.*

PONTE SECIES.] Ponte fluvius, qui *la Secchia* nostræ ætatis hominibus, veteribus Gabellus dicebatur, hoc loco junctus fuit. Recte ergo Ph. Cluverius *Seciae* satis vetustum videri nomen hinc collegit.

CANNETO.] *Tanneto* rectum est. Simile vitium è Livio L. XXI. C. 25. Ph. Cluverii sedulitas sustulit L. I. Ital. Ant. p. 274.

AD TVRVM.] Scribe *Ad Tarum*, qui fluvius, ejusdem nominis clarissima etiam nunc vestigia ostentans, apud Plinium L. III. C. 16. est.

AD FONTECLOS.] Imo *Ad Fonticulos*. Fuit mutatio circa vicum, a fontibus *la Fontana* nomen retinentem, haud longe Florentiola semotum, ut bene Ph. Cluverius L. I. Ital. Ant. C. 27.

AD ROTA.] *Ad Rotam* sive *Rotas*. Est in medio fere itinere, quod Placentiam & Laudem dissociat, castellum, cui *Zorlesco* nomen dedere; hinc duobus circiter millibus mutationem *Ad Rotam*, & tribus, sed Laudem versus, *Tres Tabernas* semovere solent.

AD NONVM.] VII. M. P. bina addi oportet, ut intervallum & loco nomen constet. Nunc *Melignanum*, ut nuper eruditus Auctor Dissert. Chorograph. Ital. p. CXXVIII. monuit.

MEDIOLANVM.] *Mediolanium* MS., more Græcorum quorundam.

MILLE CCCCXVI.] *Millia* lege, quæ brevissimo discrimine ab adscriptis M. P. distare, si calculis uti volueris, advertes.

MVTATIONES.] XX. toto hoc itinere, & mansiones XXVII., si Ariminum prætereas, annumeravit.

EX

MVTATIO AD ROTA. M. XI.
MVTATIO TRIBVS TABERNIS. M. V.
CIVITAS LAVDE. M. VIIII.
MVTATIO AD NONVM. M. VII.
CIVITAS MEDIOLANVM. M. VII.

FIT OMNIS SVMMA AB VRBE ROMA MEDIOLANVM VSQVE MILLE CCCCXVI. MVTATIONES XLII. MANSIONES XXIIII.

EXPLICIT ITINERARIVM.

EX EOD. V. C. DE VERBIS GALLICIS.

LVGDVNVM, DESIDERATVM MONTEM.
AREMORICI, ANTE MARE. ARE, ANTE; MORE DICVNT MARE, ET IDEO MORINI MARINI.
ARVERNI, ANTE OBSTA.
RHODANVM, VIOLENTVM. NAM, RHO NIMIVM, DAN JVDICEM, HOC ET GALLICE, HOC ET HEBRAICE DICITVR.

EX EODEM V. C.] Hæc, quantumvis dubiæ auctoritatis neque magni momenti, placuit retinere; tum quod Pithoeus digna censuerit, quæ hic legerentur; partim etiam, ne frustra quærantur, ad quæ viri docti subinde provocarunt.

LVGDVNVM.] Citat hæc Savaro in Sidonium L. I. Ep. 8. & Had. Valesius Not. Galliæ, ut Erricum monachum L. IV. Vitæ S. Germani, qui *lucidum montem* explicat, erroris manifestum faciant. Clitophon apud Auctor. De Flumin. quem Plutarchum esse ajunt, Λοῦγον Celtarum sermone *corvum* & δοῦνον *collem* adsignificare auctor est. Alii, quos inter Hon. Bouche L. IV. Chorogr. Provinc. C. 11. p. 196. ex *Lucidunum*, quod L. Plancius coloniam huc deduxerit, contractum pertendunt. Quæ meritissimo partim falsa partim incerta Valesius pronuntiat De *Duno* dictum alias est.

AREMORICI.] Hæc pro rejiculis habenda non sunt. Caesar L. VII. B. G. C. 75. *Universis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eorum consuetudine Armoricae appellantur.* Et L. VIII. C. 31. *Ceteræque civitates positæ in ultimis Galliae finibus, Oceano conjunctæ, quæ Armoricae appellantur.* Hinc ipsa Aquitania olim *Armorica*, Plinio L IV. C. 17. teste, erat. Porro *Morinos* inde nomen traxisse, regionis ingenium, quo de Caesar L. IV. B. G. C 38., & situs ostendunt: ne nunc addam vocabulum, unde ea derivata apud Britannos, Germanos Belgasque durare.

ARVERNI.] Illud *obsta* vereor ut sanum sit: sin tamen, respicere Glossarum auctor ad mores gentis & belli studium potuit, quo de Stephanus.

RHODANVM.] Futilia hæc sunt, nec digna quæ confutentur. Bochartus L. III. Phal. C. 6. ab accolis *Rhodanis* repetit; Had. Valesius Massilienses, Græcæ originis, ex suo sermone Ῥοδανὸν, quo titulo Homerus Iliad Σ. 576. fluvium cohonestat, ob rapidum cursum nuncupasse, ni & alii in Celtis eo nomine fuissent, arbitraretur.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΣΥΝΕΚΔΗΜΟΣ.

HIEROCLIS GRAMMATICI

SYNECDEMUS

CUM

PETRI WESSELINGII

COMMENTARIO.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΣΥΝΕΚΔΗΜΟΣ

HIEROCLIS GRAMMATICI

SYNECDEMUS

CUM

PETRI WESSELINGII

COMMENTARIO

PETRI WESSELINGII

IN

HIEROCLIS SYNECDEMUM

PROLEGOMENA.

Hieroclis Synecdemus quin egregia Itinerariorum acceſſio fuerit nullum dubium eſt; firmat, quæ dubia in illis atque incerta videbantur, indidemque vicissim adjuvatur: uberrime præterea, quæ in Orientis illa provinciis præterierant, explet. Igitur in Scriptorem atque ipſam Notitiam ante inquiramus, quam in rem præſentem veniamus. Ne vero a limite progreſſi in moleſtiſſimas ſalebras incidamus, duce Imperatore Conſtantino Porphyrogenito utemur; qui, quantum reſcire licuit, primus in Thematibus Imperii ordinandis Hieroclis Synecdemum in conſilium adhibuit L. II. Them. I. Μαρτυρεῖ, inquit, τῷ λόγῳ ὁ Ἱεροκλῆς, ὁ Γραμματικὸς, ὁ γράψας τ Συνέκδημον, τὸ τ Δολόγκων ἔθνος τῇ Θρᾴκῃ συναριθμῶν, λέγων ὕτως· Εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι ὁ πόλεις, αἱ ὑπὸ τ βασιλέα τῶν Ῥωμαίων διοικούμεναι, τ ὁν Κωνσταντινουπόλει, ἐπαρχίαι μὲ κ. λ. *Aſſentitur huic rei Hierocles Grammaticus, qui conſcripſit Synecdemum, Dolonchorum gentem Thraciæ connumerans, hæc dicendo: Sunt omnes provinciæ & urbes, quæ ab Imperatore, Conſtantinopoli degente, adminiſtrantur, provinciæ quidem LXIV., urbes autem* ıɔccccxxxv. E quibus meritiſſimo colligas, Synecdemi ſcriptorem Conſtantino Imp. & ſeculo IX. eſſe priorem: atque ita viri clariſſimi Emman. Schelſtratenus, Jo. Alb. Fabricius & Anſel. Bandurius inſtituerunt; quamquam hic inſuper addit, incertum eſſe omnino quo tempore floruerit. Car. a S Paullo circa Saracenorum ætatem ſcriptum ſuſpicabatur Synecdemum, quod ejus codici plures provinciæ, quas poſt Heraclium Græci amiſerunt, deeſſent: quæ cum ex Farneſiano MS. ceteris acceſſerint provinciæ, ruit & illa ſuſpicio. Hactenus itaque niſi incertiſſima de Hierocle ſunt pro-

dita. Propius ejus ætatem L. Holſteinius finire aggreſſus eſt ad *Pulcheriopolin* Theſauri Orteliani: *Civitas*, inquit, *Epiri novæ in Notitia Hieroclis, ubi male* Πολυχεριόπολις *pro* Πελχεριόπολις *editur. Accepit autem nomen a Pulcheria Auguſta, cujus hæc Notitia tempore ſcripta videtur.* Optaſſem plura vir egregius conſtabiliendæ opinioni, quæ illi in mundo fuiſſe non ambigo, produxiſſet: nam ſola ejus urbis mentio rem non conſtituit. Quantum conjectura aſſequi poſſum, impulſus in eam eſt ſententiam ipſa Synecdemi diſpoſitione: Provinciæ Orientis eodem hic digeſtæ modo, ut in Epheſino & Chalcedonenſi Conciliis, Codice Theodoſiano & Notitia Imperii Orientis, conſpiciuntur, nec aliis magiſtratibus parent: veſtigia innovationum, quas deinceps Juſtinianus eſt molitus, vix ulla apparent: omniaque Theodoſii II. & Marciani temporibus prima fronte haud male reſpondere videntur. Atque hæc ſi citra dubium forent, prona ad ſuſpicandum via aperiretur, Hieroclem non alium atque eum eſſe, quem φιλίστορας λόγους reliquiſſe Jo. Tzetzes Chiliad. VII. 144. teſtis his verſibus eſt:

Ἱεροκλῆς ὡσαύτως Φιλίστορσιν ἐν λόγοις
Ἑξῆς ϗ, λέγων, εἴδομεν χώραν αὐχμηροτάτην,
Ἡλίῳ φλεγομένην τε, ϗ πεῖ ταύτῃ ἄνδρας
Γύμνους, ἀνεστίους τε, πεῖς χώραις τ' ἐρήμοις.
Ὧν οἱ μὲ ἀπεσκίαζον τὸ πρόσωπον ὠτίοις,
Τοὺς πόδας δ' ἀνατείνοντες τὸ σύμπαν ἀλλὸ σῶμα.
Τούτων δὲ Στράβων μέμνηται, καί γε τ' ἀκεφάλων,
Καὶ τ' δεκακεφάλων τε, ϗ τετραχειροπόδων.
Ὅυσπερ ἐγὼ οὐκ ὄπωπα, φησὶν ὁ Ἱεροκλέης·
Ταῦτα Ἱεροκλέης μὲν·

Hierocles ſimiliter in libris Philhiſtoricis
Deinde, inquit, vidimus regionem ſicciſſimam,
Soleque exuſtam atque in ea viros
Nudos ac tecto carentes, locis in deſertis;
Quorum quidam obumbrabant faciem auribus,
Pedes autem extendentes etiam corpus reliquum.
Quin horum Strabo meminit, nec non Acephalorum
Et decem capita habentium, quatuorque manus & pedes:

Quos

Quos ego nunquam vidi, inquit Hierocles.
Hæc quidem Hierocles.

Liquet inde, quod veriſſime Jo. Pearſonius *Proleg. in Comment.* alterius *Hieroclis ad Aurea Carm.* obſervavit, illum, qui Φιλίππους ſcripſit, quam plurimas regiones peragraſſe, resque in itinere viſas aut aliunde cognitas ſcripto tradidiſſe, & libros, quibus hæc omnia erat complexus, Φιλίππους nominaſſe. Jam cum Strabone poſterior, & Stephano, qui eum in Βραχμᾶνες & Ταρκυνία teſtem appellavit, aut prior aut æqualis fuerit: non utique, ſi cetera probe quadrarent, abſurdum foret, Φιλίππων & Συνεκδήμου eundem parentem agnoſcere: præſertim cum Synecdemus ſimilis ingenii ſcriptorem oſtentet. Quo minus tamen in his acquieſcam, pauca faciunt, ſed talia, quæ validiſſime & huic conjecturæ & L. Holſteinii ſententiæ pugnant. Primo enim Synecdemus in provincia Osrhoëne *Leontopolin* recenſet, quo nomine Callinicum aliquot a morte Marciani Imp. annis ornatum fuiſſe ſuo loco oſtendam: deinde in Piſidia reliquis urbibus *Juſtinianopolin* accenſet; quæ cum a nullo, niſi ejus nominis Imperatore, & mirifice hujusmodi titulis capto cognominata ſit; ſine dubio ſcriptor, qui eam memorat, & Stephano urbium explanatore & Pulcheria Auguſta multis annis recentior eſt. Idem colligas ex provincia Pannonia, quæ Orientis Imp. hic ſubjicitur: illa Marciani Auguſti tempore amiſſa prorſus erat, prædæ Attilæ atque Hunnis expoſita: prætereaque extra Orientalis Imperii fines, ut ex Notitia utriusque Imperii certiſſimum eſt: quam cum reciperarit virtus & providentia Juſtiniani, ſicuti Novel. XI. præfert, utique ad ejus ætatem demittendus Hierocles erit; qua an etiam multo poſſit eſſe inferior, nunc circumſpicianus. Notum in vulgus eſt, multa eum Imperatorem in provinciarum adminiſtratione mutaſſe: has aliis magiſtratibus mandaſſe; illarum nomina aut ſuſtuliſſe prorſus, aut ex binis unam, & viciſſim ex una binas feciſſe: Hierocles vero cum Orientis nobis annumerarit provincias, ſingulis ſuos præpoſitos imponens, fortaſſe his in conſilium miſſis & ſecum invicem comparatis, ſuam nobis ætatem oſtenderit. Viam hanc nuper ingreſſus eſt eruditus Auctor *Diſſert. Chorograph. Ital. med. ævi* Sect. V., cujus ductum, noſtra paſſim adſpergentes, in his

his vestigandis sequemur. Ergo cum mutatis a Justiniano provinciarum magistratibus ordiamur. Jubet ille Novella XXIV. C. 1., ut qui Pisidiæ præsit, *Prætor Justinianeus* sit & vocetur; quo eodem honore Lycaoniæ præfectum Novel XXV. C. 1. & Thraciæ Novel. XXVI. ornat; quarum provinciarum præpositi Hierocli sunt *Consulares:* decernit præterea, ut Phrygia Pacatiana, & item Galatia I. *spectabilem* in posterum *Comitem* habeant; cui utrique *Consularis* ab Hierocle imponitur. Est in Synecdemo Paphlagonia sub *Correctore*, qui Novel. XXIX. *Prætor* creatur, & Isauria sub *Præside*, quem *Comitem* Novel. XXVII. esse vult. Denique Phœnice ad Libanum *Moderatori* Edict. IV., itemque Arabia subjiciuntur, quæ hac in Notitia *Præsidi* & *Consulari* dicto sunt audientes. Harum autem Constitutionum pleræque cum Belisario V C. consule sint editæ, jure utique optimo statuitur, Synecdemum ante Belisarium consulem annumque IↃXXXV. publicatum videri: ni enim id concesseris, danda ratio erit, quamobrem in libello, quo provinciarum magistratus ex sui temporis more Hierocles describit, nulla prorsus de *Prætoribus Justinianeis Moderatoribus*que mentio fiat. Quo magis vero scriptoris ætas ad liquidum perducatur, in eas provincias pergamus, quas Imperator aut sustulit funditus, aut novis titulis auxit, aut etiam plures esse jussit; quarum si nullum in Synecdemo indicium reperias, quid aliud profiteberis, quam illis eum mutationibus esse priorem? Memorat hæc Notitia provinciam *Honoriadem* & *Præsidi* subjicit: eam Justinianus Novel. XXIX. C. 1. abrogat & arctissime Paphlagoniæ agglutinatam uni *Prætori* mandat: Ὥστε καὶ τῶν ἐθνῶν, inquit, τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, ἡνωμένην καὶ μίαν ἀντὶ δυοῖν τῶν ἔμπροσθεν, (φαμὲν δὲ Παφλαγονίας τε καὶ Ὀνωριάδος) καλεῖσθαι Πραίτορα. Dividit præterea Cappadociam ex Valentis Augusti instituto in binas, Consularem utramque, si plerosque MS. sequare, quas Novel. XXX. in unam videtur conflare; πᾶσαν, inquit, ἀνθυπάτειαν γενέσθαι τε καὶ καλεῖσθαι βουλόμεθα: *universam Proconsularem esse & appellari volumus.* Quæ tamen an vincere, quod viro doctissimo videbatur, possint, revera Justinianum ex duabus Cappadociis unam exstruxisse non injuria dubites: nam diserte Novel. XX. C. 2. primæ Cappadociæ præsidem dignatione Proconsulari condecoratum fuisse docetur: estque in ipsa Novel. XXX. C. 10. utrius-

utriusque Cappadociæ mentio: Εἰ δέ τις ἐξ ἑκατέρας Καππαδοκίας δίκη πεντακοσίων ἐλάττων χρυσῶν ἐφέσιμος γίνηται· *Si ex alterutra Cappadocia in lite quadam* 10. *aureis minore appelletur:* neque enim, si utramque in unam commutasset, utriusque distincte deinceps meminisset. Esse in Haloandri editione novi, εἰ δέ τις ἑτέρα ἐκ τῆς Καππαδοκίας δίκη, *si quæ alia ex Cappadocia lis:* sed prius præoptaverim; tum quod oratio ἑτέραν δίκην vix ferat; tum quoniam Cappadociæ duæ nusquam una esse jubentur: tum etiam quod I. Cappadociæ Proconsul creetur, secunda non addita. Utcunque id ceciderit, insignitam Cappadocia mutationem subiit, Hierocli cum Synecdemum scriberet ignoratam: quæ etsi ex Proconsule Cappadociæ I. explorata est; negligi tamen nolim, ejusdem Imperatoris decreto gentis ejus dispositionem Ecclesiasticam in alium ordinem fuisse conversam. Huc usque binæ fuerant Cappadocum Metropoles, I. Cappadociæ Caesarea, II. Tyana: tertiam Mucisson Tyanensi detractam & *Justinianopolin* nuncupatam III. Cappadociæ ipse imposuit. Operæ pretium fuerit ea de re perorantem audire Euphratam Tyanensem Episcopum Collat. V. Conc. Constantinopol. II. p. 96. *In illo*, inquit, *tempore sub Tyanensi civitate erat & Dohara & Nazianzus usque ad tempora hujus pii imperii. Piissimus autem Imperator cum Metropolitana jura dedisset civitati, quæ quondam quidem Mucissus, nunc vero Justinianopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus & Dohara & Nazianzum subjecit ei.* Hæc si in Synecdemo præteriri potuisse putaveris, quod a Notitia Ecclesiastica sit diversus; debuit tamen *Mucissus* urbium catalogo inseri, non *regionibus* sive vicis, ut fit, si post metropolis dignitatem, illi oppido collatam, fuerit scriptus. Ad hæc accedit, Helenopontum *Consulari*, & Polemoniacum Pontum *Præsidi* in hac Notitia attribui: Novella vero XXVIII. abolito Ponti Polemoniaci titulo Helenopontum *Moderatori Justinianeo* committi. Porro duæ tantum in Synecdemo Armeniæ insunt, quas multifariam sectas Justinianus, non, ut perperam Eustathius in Dionys. Periegesi. 694., Justinus, quatuor Novella XXXI. esse atque haberi vult. Taceo, quæ Justinianae I. causa decreverit Novel. XI., utque in Syria Theodoriadem, ne egregiæ Theodorae honor deesset, provinciam, de qua Novella VIII., condiderit. Mihi hæc abunde ad ætatem scriptoris

eruendam videntur. Posses alioqui plures auxilio vocare urbes, quas suo & Theodorae nomine illustres esse voluit, in unum catalogum a N. Alemanno ad Procopii Hist. Arcan. C. 11. conjectas; ni & aliæ forent, quarum rationem Hierocles nullam habuit. Quod enim Justinus I. *Anazarbo* atque *Edessae* pristinum nomen abstulit, utrique *Justinopoleos*, quo & prior in Mopsuestana Synodo, licet *Justinianopolitana metropolis* vulgo p. 132. tom. XII. C. G. edatur, superbit, imposito titulo apud Evagrium L. IV. H. E. C. 8., & Theophanem Chorogr. p. 146.; eo nusquam, quantumvis illi tempori proximus, in Synecdemo has urbes dignatur. Illa ergo, quæ in medio posui, satis superque evincent, nihil eorum, quæ Justinianus novavit, Hieroclem, cum hanc Notitiam vulgaret, inaudivisse videri: adeoque ante Belisarium Consulem, cujus annum plures illarum Constitutionum præferunt, principe tamen Justiniano, scripsisse. Nam ante hunc Consulem fato concessisse, quod viro erudito in mentem venit arbitrari, vix indidem coëgeris. Potuit sane vulgato Synecdemo omnia, quæ Imperator mutaverat, addere, novamque ejus editionem publicare: at id voluisse, unde cognoscemus? Quid si etiam priori editioni illa adstruxerit, & in nostram ætatem Notitia, ut primum è scriptoris calamo defluxerat, devenerit? Itaque ad Synecdemum ipsum descendamus, atque integerne & genuinus, & cujus generis sit Notitia, Civilis an Ecclesiastica, exploremus. Non esse genuinum neque integrum Emman. Schelstratenus tom. II. Antiq. Eccles. p. 720. sibi persuasit; *tum quod ea, quæ de civitate Constantinopolitana ex Hierocle Constantinus Porphyrogenitus refert, in Notitia non compareant: tum ex eo quoque probari, quod Hieroclis opus* LXIV. *præfecturas seu provincias, &* IↃCCCXXXV. *seu* IↃCCCCXXXV. *civitates continuerit, Notitia autem* LI. *tantum provincias &* IↃCCLI. *civitates exhibeat.* Quæ accusationis capita, si, ut oportet, expendantur, caussam tenere haud poterunt: quod ut unicuivis dilucescat, Constantini Imp. L. II. Them. I. verba, illis adnexa, quæ in superioribus exscripta dedimus, inseramus: Ἀρχὴν οὖν τῆς Εὐρώπης τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τὴν νέαν Ῥώμην, τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐγὼ τίθημι· διὰ τοῦτο καὶ τὸ περὶ αὐτὴν θέμα, τὸ καλούμενον Θρᾴκη, τὸ ἐν τοῖς Εὐρώπης μέρεσι θεμάτων πρῶτον τεθείκαμεν. *Quocirca principium Europæ*

ropæ imperatricem urbium & mundi totius novam Romam Conſtantinopolin ego conſtituo: & propterea Thema circa ipſam, quod Thracia appellatur, in Europæ partibus Thematum primum ſtatuimus. Quis enim, quod bene advertit Anſel. Bandurius, non viderit, hæc non Hieroclis, ſed Conſtantini verba eſſe, cauſſam explicantis, cur Thraciæ Themati inter Europæa primum locum aſſignarit. Jam quod numerum provinciarum non æquare LXIV. adjungit, id in Car. a S. Paullo editionem valebit, non eam, quam primus ipſe in publicum dedit, ab Holſteinio ex Farneſiano MS. pluribus provinciis auctam. Novi doctiſſimum Diſſert. Chorogr. Ital. auctorem autumaſſe, non LXIV. provincias ſed LXV. eſſe debere; quoniam in Synecdemo Pamphylia II. memoratur, nusquam prima: cui ego opinioni nullum niſi in Latina verſione præſidium reperio. Etſi enim ex Eccleſiaſtica diſpoſitione Pamphyliam in duas fuerint partiti, ut & duæ hic recenſerentur, nihil fuit neceſſe: præſertim cum una duntaxat in Notitia Imperii Orientis reperiatur, nec duas Juſtinianus, ut Novella VIII. indicio eſt, noverit. Id inficiari nolim, deeſſe plures civitates, nec numerum ιɔccccxxxv. rotundari. Graſſata librariorum negligentia, ut in ceteris omnibus, & hic eſt; multaque, quia vitioſiora videbantur, neglexit; alia turpiſſimis mendis fœdavit. Neque nupera ea corruptela eſt: ſi de Conſtantini Imperatoris codice ex illis, quæ in L. II. Them. inde tranſtulit, conjecturam feceris, corruptiſſimum, neque noſtris munditie, quamvis admodum inquinatis, præſtantiorem reperies: ſumma ille imis miſcuit & provinciarum terminos frequentiſſime migravit. Quæ vitia ut ut agnoſco, tamen criminationes, quæ in hanc Notitiam adferuntur, & quibus peccatorum, quorum innocentiſſima eſt, rea peragitur, repellendas exiſtimem: quod, ne nunc exſequar, alia prohibent. Quærendum eſt, Civilisne an Eccleſiaſtica fuerit? Jo. Harduinus in Antirrhetico & Numis Urb. Antiq. Illuſtr. litem ſecundum Eccleſiaſticam dedit, licet, cur eam tulerit ſententiam, docere neglexerit; & poſt Harduinum plures: haud tamen jure: nihil enim Synecdemus præcipuum habet, unde Eccleſiaſticis Notitiis accenſendus videri poſſit. Nulli, ut bene Auctor Diſſert. Chorogr., Throni, raræ Metropoles, nulli Archiepiſcopi, nulli Autocephali: cumque in una ſæpe provincia plures Metropoles, tametſi dignitate

impares fuerint; uti in Bithynia Nicomedia, Nicæa & Chalcedon; vix unam atque alteram, ſæpenumero etiam nullam, eo titulo cohoneſtat. Ad hoc, haud paucæ recenſentur urbes, quibus nullus unquam epiſcopus fuit; quarum exempla cum ſuis quæque locis admetiri conſtituerim, una hic Scythia defungar. Illi XV. urbes contribuuntur; unde ſingulis epiſcopis, ſi Eccleſiaſtica foret Notitia, ſubditas fuiſſe exiſtimares; cum tamen omnes unius Tomitani præſulis curæ commiſſæ fuerint: ſi addubites, Sozomenum L. VI. H. E. C. 21. auctorem dabo: Τῆτο ἢ τὸ ἔθνος πόλλας μὲ ἔχει καὶ πόλεις καὶ κώμας καὶ φρούρια· μητρόπολις δέ ἐςι Τόμις, πόλις μεγάλη καὶ εὐδαίμων σφόδρα, ἐξ εὐωνύμων εἰσπλέοντι τὸν Εὔξεινον καλούμενον Πόντον· εἴσετι καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν οὐδαμῆ κρατεῖ, ἓν παντὸς ἔθνες ἕνα τὰς ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν· *Provincia Scythia multas urbes, vicos & caſtella complectitur: metropolin autem habet Tomos, urbem magnam & opulentam, mari appoſitam, in ſiniſtro latere Ponti, quem Euxinum vocant. Vetus illic conſuetudo etiamnum manet, ut totius provinciæ Eccleſias unus tantum regat epiſcopus.* Utique ſi Synecdemus epiſcoporum ordinem & dignitates deſcriberet, ut omnes ejus provinciæ urbes enumeraret, nihil opus fuiſſet: unam Tomitanam, ut in Notitiis Eccleſiaſticis aſſolet, gentis præſuli dare potuiſſet. Deinde plures plerisque in provinciis urbes, quæ ſuos ſibi epiſcopos habuerunt, quod in Notitia Eccleſiaſtica inſolens eſt, negliguntur. Nec eo tamen telo alia omnia ſentientes vehementius urſerim: quid ſi illæ exciderint? & ſane multas negligentia exſcriptorum deperditas eſſe mihi perſuadeo. Nam cui credibile fiet, ut uno exemplo utar, in Meſopotamiæ provincia ſolam *Amidam* Hieroclis ætate Romanis fuiſſe ſuperſtitem? Imo vero plures ibi florebant, ſed a librariis ſusque deque habitæ; qui, ſi absque codice Farneſiano fuiſſet, unam itidem Phœnicæ maritimæ reliquiſſent *Tyrum*. Quid porro tituli magiſtratuum, quibus provinciæ adminiſtrandæ attributæ fuerunt, ad Notitiam Eccleſiaſticam? Quid *Synecdemi* nomen, quod huic Notitiæ inſcriptum eſt? id *peregrinationis comitem* adſignificat, argumentoque eſt, Hieroclem provincias obituris ſuccurrere & Imperii Orientis amplitudinem in brevi quaſi tabella præpingere voluiſſe. Quæ mihi cauſſa videtur, cur provinciarum ordinem, uti Præfectis & Vicariis ſuberant, accuratiſſime ſervarit.

Libet

Libet id oſtendere, quod illa re ſuam ab Eccleſiaſticis Notitiis prorſus diſtinxerit: primum Thraciarum Diœceſin, in VI. provincias deſcriptam & Vicario parentem, quo de Notit. Imp. Orient. C. 132. exſequitur: tum Macedoniæ & Daciæ Diœceſin Præfecto Prætorii Illyrici attributam: cui nuper a Juſtiniano reciperatam *Pannoniam*, quæ ante Præfecto P. Italiæ commiſſa fuerat, adjungit. Hanc excipit Aſiana XI. provinciarum; tum Pontica totidem provinciarum; dein Orientis provinciæ XV.; tandem Aegyptus, prorſus ut in Notitia Imp. Orientis C. 1., omnes Præfecti Prætorio Orientis diſpoſitioni & curæ mandatæ. Atque hæc de Synecdemo; cujus primam editionem Car. a S. Paullo debemus, ſed XIV. provinciis mutilam. Aliam animo agitaſſe Jac. Sirmondum ex quadam ejus ad L. Holſteinium epiſtola p. 471. Ed. Venet. ſuſpicêre: *De Hieroclis Synecdemo*, inquit, *gratuler an doleam neſcio. Imo revera doleo tibi non a me dono datum fuiſſe, cum expeteres: &, quod ego mihi contingere optabam, ut aliud exemplar nanciſcerer, id tibi potius obtigiſſe gaudeo; atque ut ex animo me gratulari intelligas, ſi ad reliqua tua Geographica, cum ad Cramoſium mittes, Africanam noſtram adjici jubes, non defugiam.* Quod, uti advertis, conſilium deinceps repudiavit. Vidit verſavitque eum Sirmondi MS. Henr. Valeſius, ſicuti ad Ammian. L. XXXI. C. 11. profitetur, haud obſcure plurimis eum vitiis obſitum fuiſſe innuens. Demum L. Holſteinio bona quædam fortuna plures manu exaratos codices, Vaticanum, Altempſianum & Farneſianos, obtulit, quorum ope correctum & XIV. provinciis auctiorem Synecdemum præter alia Geographica, de quibus Lambecius L. VI. Bib. Cæſar p. 268. vulgare propoſuerat: quibus conatibus, ne egregie inchoati abſolverentur, cum viri præſtantiſſimi fatum obſtitiſſet, latuere diu in Barberina Bibliotheca ſchedæ: donec Emman. Schelſtratenus inde erutas publicaret, & tom. II. Antiq. Eccleſiaſt. p. 689. Hieroclem variis, quæ vocantur, lectionibus & Latina Holſteinii verſione inſtructum inſereret. Poſt deinde Anſel. Bandurius dignum cenſuit, qui indidem ſumptus tom. I. Imperii Orientalis p. 31. ornaret. Nos, quoniam ſpe ſcripti codicis excidimus, eas editiones contendemus, & ex MSS. variantibus ſcripturis illas, quæ veriores aut propius a recto recedentes videbuntur, amplexabimur,

reliquis, ut dijudicandi facultas ne auferatur, ſuo loco adſcriptis. Latinam verſionem, quod nomina urbium ea carere poſſent, & ne præter rem libri moles increſceret, recidimus. Habes inſtituti rationem; quam ſi harum rerum peritis probavero, ſatis uberem vigilati laboris fructum me percepiſſe arbitrabor.

Hæc ſcripſeram, jamque ad pag. 673. deveneram, cum mihi officioſiſſime vir clariſſimus Sigeb. Havercampus ΤΑΞΙΝ ΠΡΟΚΑΘΕΔΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ, ex MS. Bonaventuræ Vulcanii excerptam, transmitteret: ſuſpicatus fueram ex quadam Cl. Jac. Gronovii poſt Berkelii Stephanum nota, eam τάξιν aut partem eſſe Synecdemi aut certe in eodem codice Synecdemum lectitari: neque vana ea fuit ſuſpicio; prorſus enim integer, etſi ſine Hieroclis nomine, conſpicitur, titulo præſcripto, quem & Imp. Conſtantinus L. II. Them. 1. agnoſcit. Legit autem p. 633. verſu 2. Σιντικὴ & recte; *Sintice* regio veteris Macedoniæ, de qua Livius L. XLIV. C. ult. intelligitur. p. 635. 4. omnes has urbes præterit, huic provinciæ oppida Hæmimontis, illi vero Mœſiæ contribuens. 636. 3. Ὀδησσ&. 637. 2. Ξέλδεπα, Τρόπε&. 639. 2. Βράγυλ&, Πρίμβλα. 640. 2. Κλῆμα, Μετυκὸν. 645. 3. Πλαταιὴ. 4. Αἰγινῆσ&. 646. 1. Πιδνᾶσσα. 2. Ταλαμίνη μετὰ Θερμοπυλῶν 4. Αἰγφραγ. 647. 4. Ἀσωπὸς, hoc volunt ſiglæ MS. 653. 3. Μητρόπολις Λητρῶν ϗ Σκέυπτων, ut in Conſtantino. 655. 3. Βονοπία. 656. 2. Πρέβαλε. 4. Σκόδρα, bene. 659. 3. Ὕπηπα. 660. 1. Κολοαισίες. 4. Ἀσπάη. 661. 1. Φώκαια. 2. Τιάραι, quod verum eſt ob Plinii L. v. C. 30. *Tiaren* ſeu *Tiaras* potius. 3. Ἀνταν&, recte. 663. 2. Ἀδριανῆ ϗ Ἥρας. 664. 1. Ὀκησίδηρον. 2. Παχατιανῆς, probe. Atque in his præcipue, quodque provinciarum nomina ſemper in ſecundo caſu ponat, codex ille ab editis diſcrepat; pro cujus uſu gratiæ viro clariſſimo debentur ingentes.

IEPO-

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΣΥΝΕΚΔΗΜΟΣ.

ΕΙΣΙΝ ΑΙ ΠΑΣΑΙ ΕΠΑΡΧΙΑΙ ΚΑΙ ΠΟΛΕΙΣ ΑΙ ΥΠΟ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ [a] ΤΟΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΕΠΑΡΧΙΑΙ ΕΞΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ. ΠΟΛΕΙΣ ΕΝΝΑΚΟΣΙΑΙ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΠΕΝΤΕ, ΩΣ ΥΠΟΤΕΤΑΚΤΑΙ.

α' ΕΠΑΡΧΙΑ ΘΡΑΚΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ ΥΠΟ [b] ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ΙΑ'.

ΕΥΔΟ-

VARIAE LECTIONES.

a. *Addit Constantinus L. II. Th. I.* διοικήσεως. b. Κονσιλάριον *editi semper: Constant.* ὑπὸ Κονσιλιαρίων.

Θράκης Εὐρώπης.] Sex Thraciarum provincias Theodoretus L. V. H. E. C. 28. & Sext. Rufus Breviar. C. 9. Europam, Rhodopen, Thraciam, Haemi montem, Moesiam II. & Scythiam fuisse docent: easdem Hierocles singulis suas urbes & magistratus tribuens recenset. Suberant uni Diœceseos Thraciarum Vicario, de quo Notitia Imp. Orient. C. 132.; Theodoretus propterea L. III. H. E. C. 7. ἄρχοντα ἁπάσης τῆς Θράκης appellare videtur.

Ὑπὸ Κονσιλάριον.] Fuit olim Proconsularis Europa; quam ejus provinciæ dignitatem Imp. Constantius, creato urbis Constantinopolitanæ Præfecto, mutavit: Socrates L. II. H. E. C. 41. Καὶ τότε τὴν ἔπαρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν, Ὀνωρᾶτον ὄνομα, τῷ ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν. *Quo tempore Præfectum urbis Constantinopolitanæ primum constituit Honoratum, exstincto Proconsulatus officio.* Cum enim ea urbs in Europa ejusque fuerit caput, dicaturque Proconsulem habuisse, de provincia dubium esse nequit; præsertim cum ex veterum scriptis Proconsules Henr. Valesius eruerit, quibus addi *Priscus* poterit *provinciæ Europæ Proconsul* ex Menologio Canisiano XI. Jul. sub Diocletiano, & Taurus, qui Constantini M. ætate Thracibus Proconsulari imperio præfuit, ex Porphyrogennetæ Constantini L. II. Them. I. Quid itaque Jo. Harduino, non Valesio solum obloquente, sed & τῷ ἀνθυπάτων ἀρχήν *de Duumvirum magistratu* ad Themistii Orat. XVII. interpretante, facies? Mihi ambiguum non est, quin temere a viro doctissimo dissenserit. Operæ pretium utique fuerat, Proconsules, è veterum monumentis productos, profligare, & exemplis, ἀνθυπάτους eosdem ac *Duumviros* esse, firmare, quorum neutrum cum fecerit, ejus dissensu pauciſſimi movebuntur. Post Præfectum autem urbi regiæ a Constantio impositum, Consularis Europam administravit; unde Aradius Proculus in Thesaur. p. CCCLXI. 1. *CONSVLARIS PROVINCIAE EVROPAE* sub eo Imp. dicitur. Erant Consulares Κονσιλάριοι, ut in Glossis est Nomicis, ὑπατικοί; sive consulatu essent functi, seu ornamentis consularibus donati: nam Constantinus L. II. Them. I. βουλευτὰς esse monens, *Consiliarii* Κονσιλιαρίου voce, quam suo in codice legebat, deceptus est. Regebant provincias, dignatione Correctoribus & Præsidibus potiores, ut L. Unic. C. Th. de Consular. innuit: habebant lictores & fasces, qui *fasces* Con-

ἘΥΔΟΞΙΟΥΠΟΛΙΣ, ἩΡΑΚΛΕΙΑ, ἈΡΚΑΔΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΒΙΖΥΗ, [a] ΠΑΝΙΟΝ, Ὄρνοι,

ΓΑ-

a Πανόνιον *editi & MSS.*

Consularitatis in L. 4. C. Th. ad L. Jul. de Ambitu vocantur; & numero quidem *sex*, unde Paullinus Nolanus Natal. XIII. 342. de se Campaniæ Consulari

Ergo ubi bis terno ditionis fasce levatus
Deposui nulla maculatam cæde securim.

Ubi vero eo honore erant defuncti, illum iterare non poterant, sicuti dicta L. ult. de Ambitu sciscit; quamquam non desint eorum exempla, qui iterum gesto honore claruerunt, de quibus ibi J. Gothofredus. Originem Consularium ab Augusto esse ad Spartiani Hadrian. C. 22. Salmasius disputat.

Ἐυδοξιούπολις.] Ab Eudoxia Arcadii hoc nomen *Selymbria* impetravit: Socrates L. VII. H. E. C. 36. Θεόφιλος ἀπὸ Ἀπάμειας, τῆς ἐν Ἀσίᾳ, μετηνέχθη εἰς Ἐυδοξιούπολιν, τὴν τὸ παλαιὸν Σαλαμβρίαν καλουμένην· *Theophilus ex Apamia Asiæ Eudoxiopolin, olim Salambriam dictam, translatus est.* Selymbriam intelligi & Socrati reddi oportere, liquet ex Stephani Pontificis ad Basilium Macedonem epistola inter Acta Concil. Constantinop. IV. p. 653., ubi Σηλυβρία, in quam episcopus ille migraverit, appellatur. Alia quidem omnia L. Holsteinius in Car. a S. Paullo Geogr. S. autumavit, Pisidiæ Eudoxiopolin olim *Salambriam* fuisse opinatus: sed Romanus Eudoxiopolitanus præsul, quo auctore potissimum nititur, auctoritatem defugit, cum tom. VIII. C. Gen p. 527. Actis Chalcedonensibus inserit, *Romanus Episcopus Eudoxiopolis, id est, Selymbriæ provinciæ Thraciæ, subscripsi.* Videntur autem Selymbriani hunc titulum abstulisse, postquam Arcadio se Imp. donassent: hinc Arcadius & Honorius L. 42. C. Th. de Oper. Publ., *Eudoxiopolitanæ civitatis cives pro oblata nobis sua patria ergasteriis condonamus:* sic lege & vide J. Gothofredum.

Ηράκλεια] Secundum dignitatis locum in Europa post regiam urbem tenebat, Procopio L. IV. Fabr. Justin. C. 9. teste; & quoniam huic metropoli olim subditum Byzantium erat, consuetudo, ut Heracleensis episcopus Constantinopolitanum Patriarcham inauguraret atque ordinaret, deinceps valuit, sicuti Codinus Offic. Constantinop. C. 20. admonuit.

Ἀρκαδιούπολις] *Bergulen* Theodosius sive Arcadius, neque enim scriptoribus convenit, instauravit & Arcadii nomine prælustrem esse jussit: Theophanes Arcadio Chronogr. p. 66., Cedrenus patri Theodosio Compend. p. 266. tribuit. Apposita erat *Ergino*, quo de ad Ant. Itin. p. 230., fluvio: Auctor anonymus de Leone Armeno p. 434. Καὶ ἐλθόντες ἕως Ἀρκαδιουπόλεως, καὶ περάσαντες τὴν Ῥηγῖναν, ποταμὸς δὲ οὗτος ἐστὶ, εὗρον λαὸν πολύν· *Cum Arcadiopolin devenissent, trajecto Rhegina fluvio, magnam multitudinem offenderunt:* nam Rhegina non alius est ac *Ergina* sive *Erginus:* Excerpta è Strabonis L. VII. p. 330. Ὅτι ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγινία ἐν Θρᾴκῃ καλούμενος, Ἐρίγων ἦν· Imo Ῥηγῖνα & Ἐργῖνος, Apollonio, Melae & Plinio celebratus: nam *Erigon* Macedoniæ erat flumen.

Βιζύη] Urbs ex Plinio & Ptolemaeo atque aliis est notissima. Τὸ τῆς Βιζύης πολίχνιον Zonarae in Michaële Balbo p. 112., Κάστρον Βιζύης in Hist. Disputat. Maximi & Theodosii tom. III. Op. Sirmondi p. 355.; Βύζη in Actis Concil. Ephesini & Chalcedon. passim, sed perperam, dicitur.

Πάνιον] Hoc ex Constantini L. II. Them. I. vulgato præponimus. Maritimæ Thraciæ αἱ παράλιοι τῆς Θρᾴκης πόλεις, τό τε Πάνιον καὶ ἡ Ἡρακλεία sunt in Cedreni Compend. p. 417.; unde colligas haud multum Heraclea semotum fuisse oppidum: clarius id videas ex Suida in Πάνιον, & ex Concil. Ephesin. p. 790. ubi Heraclea & Panion eundem episcopum habent: postea tamen singulis episcopis paruerunt; unde Concilio Constantinop. III. p. 500. Ῥηγῖνος ἐπίσκοπος Πανίου τῆς Θρᾴκων χώρας scribendo adfuisse dicitur.

Ὄρνοι] Frid. Morellus in Constantini L. II. Them. I. Ὀρεινὸς legi posse suspicatur *pro oppido montanorum Thraciæ populorum, quos* Ὀρεινοὺς

[a] ΓΑΝΟΣ, ΚΑΛΛΙΠΟΛΙΣ, ΜΟΡΙΖΟΣ, ΣΙΛΤΙΚΗ, [b] ΣΑΥΑΔΙΑ,

[1] ΑΦΡΟ-

[a] Γάνω MSS. [b] Συναδία editi, Constant. Σαυάδα.

νὲς *Xenophon L. VII. Exped. Cyri* vocet. At hujus nominis urbem in Thracia nemo novit; fuisset præterea extra Europæ fines in Scythia provincia ob ea, quæ Xenophon L. VII. Exp. Cyr. p. 320. memorat. Ego de *Arzo* & *Tonzo* cogitaveram: sed cum plura, quæ vix apud alios reperias, in Synecdemo sint obvia, nihil constituerim.

Γάνω] Suidas τὸ πρὸς τῇ Θρᾴκῃ ὄρω ἡ Γάνω. τὰ δὲ Γάνα ὄρη memorat Auctor anonymus de Leone Armeno p. 433. Hinc conjicere licet, urbem *Ganum* ad Propontidem ejusdem nominis monte fuisse incinctam, pessime autem habitam esse in Libanii Apol. Demosthen. tom. I. p. 451., ubi Σέρειον τεῖχος καὶ Δόρισκον, καὶ Μυρῆνον, καὶ Γάδος, καὶ Σανίδα χώραν εἶθ' ὑπὲρ τούτων, ὧν ἐδὲ τὰ ὀνόματα ἴσμεν, ἐξανιστάμεθα; scripsisse Σέρριον, Γάνος & Γανίδα ex Aeschine, quem imitatur, in Ctesiphont. p. 65. & Valesio ad Harpocrationis Μύρινον cognosces.

Καλλίπολις] Recentioris ævi Græcos Καλλίπολιν appellasse, alias animadversum fuit: causam habuere, quod eam a Callia, Athenienſium duce, conditam fuisse existimarent, ut Jo. Cinnamus L. V. C. 3.

Μόριζος] Constantinus Μήριζος. Unde Morellus, *Merizus* an *Meritus? ut Plinius vocat montem Thraciæ, in quo fortean urbs sita fuit*; quam cum nemo noverit, conjecturæ haud acceſſerim. Rectius huc referuntur ejusdem Plinii L. IV. C. 11. *Morisseni*, qui Thraciæ partem incoluerint: laudoque Jo. Harduinum, quod in recentata Plinii editione *Morizum* ad eos firmandos advocaverit.

Σιλτική] Constantinus Σαλτική. Posses ex priore Σιντικήν, ex posteriore Βισαλτικήν formare; nisi regionum ea essent cognomina & ultra fines Europæ versus Macedoniam. Si Σαλτική potior sit, nam *Bisanthen* in voce latere non apertum est, a *Saltibus*, ut pluribus in Synecdemo, nomen venire potuit.

Σαυαδία] Sic malo è MS.; quamquam Σαβαδία verius videtur. Sola, quod rescire potui, Ephesini Concilii Acta urbis memoriam servarunt. Supplicant patribus episcopi Europæ p. 790. tom. V. C. G. his verbis: *Vetus mos viget in provinciis Europæ, quod singuli episcopi duos vel tres sub se habeant episcopatus. Unde Heracleæ episcopus sub se habet Heracleam & Panion: episcopus autem Byzes sub se Byzen & Arcadiopolin; Coelensis vero similiter Coelan & Callipolin: porro episcopus Sabsadiae sub se habet Sabsadiam & Aphrodisiadem.* E quibus pauciſſimos olim in Europa fuisse episcopos cognoscimus, & *Sabadiam* Aphrodisiadi vicinam: nam *Sabsadiam* eandem atque hanc esse, nemo addubitaverit. Sita fuit in Thraciæ regione *Sapaica* Σαπαικῇ, de qua Ptolemaeus L. III. C. 11., cui a *Sapaeis* id nomen hæsit. Habet Appianus L. IV. B. C. p. 1037. τὰ γενὰ Σαπαίων καὶ Τερπίλων *anguſtias Sapaeorum & Turpilorum* in Thracia, quas Norbanus & Ceditius occuparint; unde perperam p. 1023. ejusdem libri τὰ γενὰ Τορπίδων καὶ Σαλαπαίων iidem insedisse feruntur: quamquam ne sic quidem bona omnia fuerint: ignoti enim plane *Turpili* sunt, in *Corpilos* ex Plinio & Solino mutandi. *Sapaeos*, ut ad eos redeamus, *Sabos* Σάβους alii vocant, ut Eustathius in Dionys. Periegeſ. 1069, indidemque *Sabazii* Jovis & Bacchi titulum repetunt: Scholiastes in Comici Vespas ℣. 9. Σαβάζιον ὁ τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι, καὶ Σάβους τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ. A *Sabis* Thracibus, Sabazii sacerdotibus, σάβη, σαβάζειν, Σαβάζιος formarunt: cumque *Sabadius* non alius sit (Macrobius L. I. Satur. C. 18. *Item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sabadium nuncupantes magnifica religione celebrant*) plane mihi persuadeo urbem *Sabadiam* aut *Sabasdiam* vero fuisse nomine, atque a cultu *Sabazii*, aut viciſſim *Sabazium* ab urbe eo titulo esse ornatam. Non desunt fateor, qui Phrygibus *Sabazium* deberi censent; quæ res opinioni nihil nocuerit: Phrygibus enim & Thracibus multa erant communia sacra, quibus τὰ Σαβάζια Strabo L. X. p. 471. accenset: ne nunc dicam Phryges è Thracum finibus in Asiam commigrasse perhiberi a Strabone & Herodoto L. VII. C. 73. Utcunque ceciderit, digna utique *Sabadia* fuerat, quæ inter episcopales

Ἀφροδισια, [a] Ἀπρος, Κοιλια.

β'. Ἐπαρχια Ῥοδοπης [b] Ὑπο Ἡγεμονα. Πολεις Ζ'.

[c] Αἰνος, Μαξιμιανουπολις, Τραιανουπολις, [c] Μαρωνεια, [d] Τοπειρος νυν Ῥουσιον,

NI-

[a] Ἄπρως *Conſtant.* [b] Ὑπὸ Κονσιλαρίων *male Conſt.* [c] *Editi & MSS.* Μαρῶνα. [d] Τὸ πυρος *vulgo.*

Europæ ſedes in C. a S. Paullo Geogr. S. locum tueretur.

Ἀφροδισία] Ἀφροδισίας præſtat. Vid. Ant. Itin. p. 333.

Κοιλία] Κοῖλα oportuerat; quod nomen ex loci natura portus impetravit, prorſus ut τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας, de quibus præter Herodotum L. VIII. C. 13. egregie Dio Chryſoſtom. Orat. VII. p. 100. Erat hic portus circa Seſtum, ut ex Niceta L. V. Rer. Manuel. p. 81. Valeſius ad Ammian. L. XXII. C. 8. docuit, nec longe a Madyto: Anna L. XIV. Alex. p. 429. τὰς μὲν τῆς λιμένι Μαδύτου καὶ Κοίλων ἀφορμίσαι. Atque hoc clarius in Actis Concilii Nicaeni II. indicatur, cum Leonides ἐπίσκοπος Μαδύτου ἤτοι Κόλης p. 351. fuiſſe perhibetur, & p. 571. Μαδύτου ἤγουν Ἡκοίλα· quantumvis enim male portus edatur nomen, Κοίλων enim, niſi & Κοίλης formaverint, ut *Coelam Euboeae* Valerius L. I. C. 8, 11. & *Coelan* Acta Concil. Epheſini, appellari debuerat: licet, inquam, in nomine error ſit, vicinos fuiſſe portus, cum eidem paruerint præſuli, apparet. Ceterum nulla hic habita ratio eſt plurium Europæ urbium; quæ res, niſi falſus ſum, non ſcriptori, ſed amanuenſibus debetur.

Ὑπὸ ἡγεμόνα] Conſtantinus L. II. Them. I. *Conſulari* & hanc mandat, a codice ſuo, plura in hac provincia turbante, deceptus: *Præſidialem* fuiſſe Rhodopen Notit. Imp. Orient. C. 1. oſtendit. Erat quidem *Præſidis nomen generale*; *eoque & Proconſules & Legati Caeſaris & omnes provincias regentes Præſides appellabantur*, ut in L. I. D. de Offic. Præſid. eſt; valuit tamen uſus, ut provinciis quibusdam *Præſides*, a Conſularibus & Correctoribus diverſi illisque dignatione inferiores, unde & illis in L. 8. C. Th. de Cohort. poſtponuntur, imponerentur: cumque *Conſulares* faſcibus eſſent illuſtres, horum inter inſignia *vexilla præſidialia* L. 4. C. Th. ad L. Jul. de Ambitu & Notkerus Martyrol. prid. Cal. Aug. recenſent, qua de re J. Gothofredus. Quod vero doctiſſimus Diſſert. Chorogr. Ital. Auctor p. XXV. ſcribit, *ſub provincia Rhodope in Synecdemo VII. urbes deſignari, vix autem V. nominari*, id feſtinanti excidiſſe mihi perſuadeo.

Αἶνος] Ab Aenea conditam perhibent; verene an nominis quadam conformatione impulſi, diſputant C. Salmaſius in Solin. p. 114., Henr. Valeſius in Ammian. L. XXII. C. 8. Pier. Valerianus Aeneid. III. 18. Homero ſi litis arbitrium deferatur, *Aenus* Aenea prior erit: inde auxilia ad Trojam mittit Iliad. Δ. 520.; quorſum cum Heſychius reſpexerit in Αἰνόθεν forte, ut poëtæ ſcholia, ἀπὸ Αἴνου ſcripſit. Utebantur incolæ cœlo frigidiſſimo, quamobrem Stratonicus ἐν Αἴνῳ, ἔφη, τὰς μὲν ὀκτὼ μῆνας εἶναι ψύχος, τὰς δὲ τέτταρας χειμῶνα, *VIII. menſibus Aenios frigore uri dicebat, IV. reliquis hyeme.* Fuit Aenus, ſi non fallunt Acta Concilii Conſtantinopol. II. Rhodopes metropolis: Collationi enim VIII. p. 240. ſubſcribit Paullus epiſcopus *Aemorum*, Aeniorum oportuerat, *metropolis Rhodopiæ provinciæ.* Noli tamen credere; nam & multæ ibi metropoles recenſentur, de quibus, niſi honorariæ fuerint, meritiſſimo dubites; conſtat etiam aliunde Trajanopolin ceteris hac dignitate præcelluiſſe. Vid. Concil. Chalcedon. tom. VIII. C. G. p. 91.

Μαρώνεια] Hoc ex Conſtantino L. II. Them. 2. præoptavimus: urbem hanc & Maximianopolin Acta Conc. Chalcedon. p. 96. Rhodopæ tribuunt.

Τόπειρος] Recte iterum Conſtantinus. ΟΥΛΠΙΑC ΤΟΠΕΙΡΟΥ in Getæ & Juliæ Domnæ numis cognomine ſuperbit. Erat vicina mari, nec longe ab Abderitana civitate diſſociata.

Ru-

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΚΕΡΕΟΠΥΡΓΟΣ.

γ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΘΡΑΚΗΣ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ Ε'.

ΦΙΛΙΠΠΟΥΠΟΛΙΣ, [a] ΒΕΡΟΗ, ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΕΒΑΣΤΟΥΠΟΛΙΣ, [b] ΔΙΟΠΟΛΙΣ.

δ'. ΕΠΑΡΧΙΑ [c] ΕΜΙΜΟΝΤΟΥ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. [d] ΠΟΛΕΙΣ. Ε'

ΑΔΡΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, [e] ΑΓΧΙΑΛΟΣ, [f] ΔΕΒΕΛΤΟΣ, [g] ΠΛΩΤΙΝΟΠΟΛΙΣ, ΤΖΟΙΔΗΣ.

ε'. ΕΠΑΡ-

a Βερὸν *editi cum MSS.* b *Abeſt ab editis & Conſtant.* c Κιμιμόντε *Conſtant. quod recte Morellus correxit.* d Πόλεις ἓξ *Conſtant.* e Ἀχίαλο vulgo. f Διρέρπο *edit. & MSS.* g Πλωτινόπολις *iidem.*

Ruſium, quo deinceps nomine fuit, Anna L. VII. Alexiad. p. 212. habet fluvioque admovet, qui forte *Coſſinites*, de quo ad Itin. A. p. 321.

Νικόπολις] Circa Neſſum amnem fuit: unde Νικόπολις ἡ πρὸς Νέσῳ Ptolemaeo L. III. C. 11., numis ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΙC ΠΡΟC ΝΕCΤΩ, Socrati L. VII. C. 36. Νικόπολις τῆς Θρᾴκης, Thraciæ laxiore ſignificatione. Serior ætas *Chriſtopolin* vocavit, ut ſcholia Coislin. Ptolemaei docent. Hæc itaque eſt, quam Acta S. Germani ſignant C. 2., nec longe Philippis removent. Adde Theophylactum L. I. H. Mauric. C. 7.

Κερεόπυργος] Conſtantinus Κερκιόπυργος. Jo. Harduinus Emend. LVI. in Plinii L. IV. C. 11. cum *Pyrogeris*, quos *Pyrgoceros*, ſeu permutatis ſyllabis, quod eodem recidere ait, *Cereopyrgos* eſſe jubet, componit. Mihi longe ea confidentia. Vellem docuiſſet a *Cereopyrgo* cives gentili nomine *Cereopyrgos* recte appellari. Ego nusquam Cereopyrgum reperire memini, niſi ſi lateat in Κηλιοπάρων caſtello, quod in Rhodope Procopius L. IV. Aedif. Juſtin. C. 11. deſcribit.

Ὑπὸ Κονσελάριον] *CONSVLARIS PROVINCIAE THRACIAE* eſt in Theſ. p. CCCLXIII. 2. & Notit. Imp. Orient. C. 1.

Βερόη] Pulchre ita Conſtantinus L. II. Them. 1., nec diſſidet Sozomenus L. IV. H. E. C. 11. cum Liberium εἰς Βερόην τῆς Θρᾴκης relegatum tradit. Sebaſtianus Epiſc. τῆς Βερροίας, Βερόης p. 657, Thraciæ Concil. Chalcedon. p. 624. adfuit. Ut adeo condonari vix poſſit C. a S. Paullo negligentia, qua urbem præteriit; quæ tamen illi cum multis communis eſt. Auguſta Irene, poſtquam prolapſam excitaverat, *Irenopolin* appellavit, Theophane p. 385. auctore. De ſitu ad Itin. A. p. 231. diſputavimus.

Σεβαστόπολις] Hanc adhuc quæro.

Διόπολις] Διόσπολις præſtiterat: famoſus eſt ejus ob impudicitiam epiſcopus Alexander: ὁ ἀπὸ Διὸς πόλεως τῆς Θρᾴκης ὀνόματι Ἀλέξανδρος Jo. Malalae tom. II. p. 167., ubi, ut quid abs Chilmeado mutaretur, nihil neceſſe fuerat.

Ἀδριανόπολις] Provinciæ Hæmimontis erat *metropolis*: unde Collat. VIII. Concil. Conſtantinop. p. 240. *Joannes gratia Dei epiſcopus Adrianopolitanorum eminentiorum provinciæ* ſubſcribit, pro *Hæmimontiorum* ſeu *Hæmimonti*.

Ἀγχίαλος] Recte ita Conſtantinus L. II. Them. 1. & mox Δεβελτὸς, de qua utraque ad Ant. Itin. p. 229. Concilio Epheſino adfuit Athanaſius ἐπίσκοπος τῆς κτ Δουελτὸν καὶ Σωζόπολιν: quod argumento eſt, uni epiſcopo dicto audientes fuiſſe; quæ forte cauſſa eſt, quare *Sozopolis* hic negligatur: habuit tamen deinceps ſuum ſibi præſulem; nam Πέτρος τῆς Σωζοπολιτῶν πόλεως τῆς Ἀιμιμοντίων ἐπαρχείας Conc. Conſtantinop. III. p. 507. interfuit.

Τζοίδης] Conſtantinus Τζόιδος, ubi Morelius, *inauditum: numquid Tzurulum vel Zurulum Thraciæ?* male; nam *Zurulum* provinciæ

ε'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΜΥΣΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ Ζ'.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, Ὀδυσσὸς, ΔΟΡΟΣΤΟΛΟΣ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΝΟΒΑΙ, ἈΠΠΙΑΡΙΑ, Ἑβραίττος.

ς'. ἘΠΑΡΧΙΑ [a] ΣΚΥΘΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ΙΕ'.

ΤΟ-

a *Μυσίας ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ιδ'. Constantin., urbibus Mysiæ præteritis.*

Europæ fuit, Heraclea non longe separatum, de quo abunde ad Ant. & Hierosol. Itin.; *Tzoides* mutari non debet; est in alia Notitia Jac. Goari p. 378. ὁ Τζοϊδῶν episcopus: habet præterea Procopius L. IV. Fabr. Justin. C. 11. castellum Τζυέιδων.

Μαρκιανόπολις] Provinciæ Moesiæ II. hæc metropolis fuit & Præsidis sedes: hinc in Severi Alexandri numo ΗΓ. Μ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, i. e. ἡγεμόνος Μάρκου Τερεβεντίνου, *Præside Marco Terebentino.* Bulgari *Preslaw* Πρεσθλάβαν vocarunt, egregie descriptam ab Anna L. VII. Alexiad. p. 194.; quæ tamen cum μεγάλην πόλιν vero olim nomine fuisse arbitratur, a recto tramite recessit. Adde Nicetam L. I. Annal Isac. p. 185.

Ὀδυσσὸς] Imo Ὀδησσὸς. Facit tamen cum nostro Procopius L. IV. Aedif. Justin. C. 11., & Theophanes Chorogr. p. 190., qui ceteroqui Ὀδυσσόπολιν appellare consuevit, ut p. 137. & *Varnam* illi vicinam ait p. 298.

Δοροστόλος] Theodoretus in Thracia locat, usu vocis latiore: οὐ Δοροστόλῳ, inquit, πόλις ἣ αὖθι τῆς Θρᾴκης ἐπίσημος. Vid Jos. Scaligerum in Euseb. n. MMCCCLXXVIII., & Itin. Ant. p. 223.

Νικόπολις] Jornandes Rer. Get. C. 18. *Nicopolin accedit, quæ juxta Iatrum flumen est constituta notissima: quoniam devictis Sarmatis Trajanus eam fabricavit, & appellavit Victoriæ civitatem.* Ad quæ Jo. Harduinus in Numis Antiq Illust., *Ex his Jornandis verbis non uno loco Thesaurum suum Ortelius Iatro amne locupletat; cum Istrum legi oportere nemo inficiari possit, qui numos veteres vel obiter viderit, cujusmodi sunt,* ΝΙΚΟΠΟΛ. ΠΡΟΣ ΙΣΤ. & ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡ. ΙΣΤΡΩ: quem si audiveris, *Iatrus* posthæc nullus erit: verum cave faxis: Τὸν λεγόμενον Ἰατρὸν ποταμὸν memorat Theophylactus L. VII. H. M. C. 14., è quo & appositæ urbi *Iatri* nomen venit, de qua ad Anton. Itin. p. 222. Erat *Nicopolis* ad confluentes Istri & Iatri, recteque in numis priori adstruitur.

Νοβαί] Binæ erant in hac vicinia *Novæ:* alteræ *Cuppis* vicinæ, quas τὰς ἄνω Νοβὰς Theophylactus L. VII. H. M. C. 7. vocat; alteræ Appiariæ propiores, *Novensis Moesiæ civitatis* nomine Marcellino Comiti notæ. De his Ant. I. p. 221.

Ἑβεριτῶν] Rectius Ἀβεριτῶν, ut Procopio fine L. IV. de Aedif. dicitur: Jornandi *Abrittus, Moesiæ civitas* in Ambrosiano MS., ut diximus alias. Famosa urbs est Decii Imp. cæde, passim male scripta, sicuti exemplis prolatis Ill. Scaliger in Euseb. n. MMCCLXVII. patefecit. Sita fuit inter Odessum & Mesembriam, dicitur-que in Tabula Peutingerorum *Erite.* Falluntur itaque, qui Decium ad Tanain periisse, quemadmodum Zosimus, aut trans Danubium, uti Victor, perhibent.

Ἐπαρχία Σκυθικὴ] Hæc postrema est quatuor Thraciae provinciarum, quæ *Præsidibus* suberant, ut Notit. Imp. Orient. C. 1. docet. Athanasio variis locis Σισκία dicitur Apol. contra Arianos p. 123., 155., & Histor. Arian. ad Monach. p. 360.; quibus cum provincias enumerat, quarum episcopi aut Sardicensi Synodo adfuerunt, aut caussæ suæ patrocinabantur, non dubitem, quin Σκυθίαν voluerit: neque enim *Sisicia* ejus ætate provinciæ nomen erat, sed Pannoniæ, quam Athanasius ibidem reliquis accenset provinciis, oppidum. In Procopio errore turpi ex *Scythia* castellum condiderunt pariterque ex *Mysia* fine L. IV. de Fabr. Enumerat egregius scriptor urbes & castella, quæ Justinianus aut instauraverit aut novis

operi-

ΤΟΜΙΣ, [a] ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΣ, [j]ΑΚΡΑΙ, [b] ΚΑΛΑΑΤΙΣ, [j]ΙΣΤΡΟΣ, [c] ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑΝΑ, [d] ΖΕΛΔΕΠΑ, ΤΡΟΠΑΙΟΣ, [ʾ]ΑΞΙΟΥΠΟΛΙΣ, [e] ΚΑΠΙΔΑΒΑ, [f] ΚΑΡΣΟΣ, ΤΡΟΣΜΙΣ, [g] ΝΟΒΙΟΔΟΥΝΟΣ, [j]ΑΙΓΙΣΣΟΣ, [ʿ]ΑΛΜΥΡΙΣ.

ζ'. ʾΕΠΑΡ-

a Διονυσόπολις *vulgati.* b Καλαβῖς *edit.*, *MSS.* Καλάτης. c *Non est in Constant.* d Ζέδελπα. *edit.*, *Constantin.* Ζέλπα. e Καπιδάβρα *edit.* f Κάρπος *Constant.*, *qui & mox* Τρωσμὶς. g Νοβιοδέντῳ *vulgo & ʾ*Αγιος.

operibus exornarit, cumque de Europa & Rhodope dixisset, ὧδε μὲ ποζομὸν [j]Ισρον, Μυσίας, Ἐρκελέντε, additisque xxx. aliis, pergit, Σκυθίας, Γραψώ κ. λ.: hinc *Mysiam* urbem & *Scythiam* fecere; cum tamen aliud nihil velit, quam Mysiæ ad Istrum & Scythiæ ad eundem eas esse urbes & castella.

Τόμις] Scythiæ erat metropolis, cujus Episcopi curæ omnes provinciæ urbes erant commissæ: quam in rem egregia sunt Sozomeni L. VI. H. E. C. 21. verba; quæ, quod Prolegomenis sint intexta, prætereo. Id addo, Jo. Damascenum Parallel. p. 781. ex Theotimo τῆς Σκυθοπόλεως episcopo verba quædam excerpsisse: qui cum Tomitanus fuerit, teste Sozomeno L. VII. H. E. C. 25., maluisse Mich. Le Quien τῆς Σκυθίας. Potuisset minore molimine τῆς Σκυθῶν πόλεως.

Διονυσόπολις] Ita & recte Constantinus L. II. Themat. 1.; Theophanes Chronogr. p. 190. Διονυσόπολιν, ut editus & MSS. Synecdemus, probat.

[j]Ακραι] Eo nomine urbem in hoc tractu requiro. Fuit quidem *Promontorium Tiristris*, ἄκρα Τιριστρία Ptolemaeo, cum ejusdem ferme nominis oppido; nec dixero tamen id intelligi. An [j]Ακρα τῆς Σκυθίας apud Stephanum?

Καλλατὶς] Hoc ex Constantino præstat. De urbe & aliis hujus oræ Anton. Itin. p. 227.

[j]Ισρος] Jul. Capitolinus in Maximo & Balbino C. 6. *Sub his pugnatum a Carpis contra Moesos fuit & Scythici belli principium, & Histriæ excidium eo tempore: ut autem Dexippus dicit, Histriæ civitatis.* Fuit sine dubio in Dexippo [j]Ισρα πόλεως, quemadmodum in MS. Ptolemaei Coisliniano; quam urbem Capitolinus cum non recordaretur, de *Histria*, longissimo terrarum intervallo a Moesis & Carpis, Istri fluvii, ut, Zosimus L. I. C. 31. docet, accolis, remota cogitare cœpit, occasionemque Ortelio atque aliis, ut *Histricam civitatem*, ab Istro distinctam, memorarent, præbuit.

Κωνσταντίανα] Videtur esse *CONSTANTIANA DAPHNE*, quam è numo Constantini egregie illustravit Henr. Valesius in Ammian. L. XXVII. C. 5.; obest tamen suspicioni Procopius L. IV. Fabr. Justin. C. 7., eam in Moesia II. collocans. An ergo ex superiore in hanc provinciam migravit? Constantinus certe L. II. Them. 1., ubi reliquas excerpsit, hanc præteriit, XIV. tantum urbes provinciæ tribuens. Utique aut hoc, aut simili nomine aliam in Scythia fuisse, dicendum erit: tumque Procopius auxilio arcessatur, in Scythia *Constantianam* L. IV. Fabr. Just. C. ult. ponens.

Σέλδεπα] Hoc recepimus, quoniam propius a vero abest: Σάλδαπα Procopio L. IV. Aedif. Just. C. 11., Σαλπαδὰ in Excerpt. Theophylacti apud Labbeum p. 178., sed male, ut ex L. I. Hist. Mauric. C. 8. cognosces.

Τρόπαιος] Frid. Morellus de *Topiro Doberoque* cogitavit, quarum utraque citra hujus provinciæ fines fuit. Credo a *tropæo*, de victis hostibus posito, loci nomen esse: quamquam eum huc usque frustra quæsivi. De *Axiopoli* ad Itin. A. p. 224.

Καπίδαβα] Sic præstat è MSS. & Constantino ob Itin A. consensum. Morellus cum *Comidava* Ptolemaei L. III. C 8. eadem censet, Daciam Ptolemaei cum Scythia confundit.

Κάρσος] Κάρπος male Constantinus. Vid. Itin. A. p. 224. & seq., ubi & hæ urbes recensentur.

ʿΑλμυρὶς] Vita S. Epicteti & Astionis C. 6. *In Scytharum fines ingressi in Almyridensem civitatem devenerunt.* Si Morello credis, non alia *Halmyris* est ac *Salmydessus*, neque in dubium vocari posse putat: & tamen falsissimum est: Halmyris in ultima fuit Scythia Procopio L. IV. Aedif. Justinian. C. 7. auctore, proxima Istro fluvio; Salmydessus vero sive Halmydessus vastissimo terrarum tractu inde dis-

ζ'. ἘΠΑΡΧΙΑ [a] ἸΛΛΥΡΙΚΟΥ. ά. ΜΑΚΕΔΟΝΙΑ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ [b] λβ'

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, ΠΕΛΛΗ, Ἐυρωπος, [c] ΔΙΟΝ, [d] ΒΕΡΡΟΙΑ, Ἐορδαια, Ἔδεσσα, [e] ΚΕΛΛΗ, Ἀλμωπια, [f] ΛΑΡΙΣΣΑ, Ἡρα-

[a] Ἰλλυρικὴ *vulgo, alterum è MSS. est.* [b] λά. *Const.* [c] Δίος *Edit. & Const.* [d] Βεροία *vulgo & Ἐορδέα.* [e] Κόλλη *Ed. & Ἀλμοιπία, Constant. Ἀλμοπία.* [f] *Non est in Constant.*

sociata & Ponto in Astica regione sive Rhodope provincia appositа. Vid. Arriani Periplum circa finem.

Ἐπαρχία Ἰλλυρικῆ] Hæc & sequentes provinciæ Præfecto Prætorio Illyrici subserant: complectebatur enim Illyricum Orientale Macedoniam I., secundam quæ & Salutaris, Thessaliam, Achaiam, Cretam, Epirum veterem & novam, Daciam mediterraneam & ripensem, Dardaniam & Prævalim, quemadmodum Notit. Imp. Orient. C. 1. & 24. docet. Additur ab Hierocle Pannonia, quod eam nuper Justinianus, ut in Novel. XI. est, reciperarat.

Θεσσαλονίκη] Erat Thessalonice metropolis & caput provinciarum, quæ sub dispositione Præfecti Prætorio Illyrici erant: Theodoretus L. V. H. E. C. 17. Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος, εἰς ἣν τὸ Μακεδόνων ἔθνος τελεῖ, ἡγεμὼν ὢν καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχαΐας, καὶ μέν τοι καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῆς Ἰλλυρίων τὸν ὕπαρχον ἡγέμονα ἔχει *Thessalonica civitas est ampla & incolarum multitudine abundans, sita quidem in Macedonum provincia, sed quæ caput est Thessaliæ & Achaiæ, & aliarum plurium provinciarum, quæ sunt sub administratione Præfecti Prætorio Illyrici.* Vide Henr. Valesium ad Socratem L. V. H. E. C. 11. &. P. de Marca Dissert. de Primatib. C. 37. &c.

Ἔυρωπος] Duæ sunt hoc nomine in Macedonia civitates, altera in Almopiis, altera ad Axium flumen: utraque ex Ptolemaeo & Plinio notissima est. Mox Δίον præstiterit.

Βέρροια] Sic Constantinus L. II. Them. 2., qua de re dictum alias est.

Ἐορδαία] Hoc ut verius ob Polybium L. XVII. C. 19. elegi. Vulgo Ἐορδέα, Constantino Ἐορδεῆται. Regionis est Macedonicæ nomen, non urbis: nam Jo. Harduinus ad Plinii L. IV. C. 10. *Eordeam* urbem ex Livio memorans a vero aberravit. Vide modo præstantissimi scriptoris L. XXXI. C. 39. 40. & L. XLII. C. 53., & nihil dubitabis. Ἐορδία Thucydidi L. II. C. 99.

Κέλλη] Placet hoc præter MSS. Constantino Imp.; neque ego pro rejiculo habuerim ob *Cellas* Itin. H. p. 606.

Ἀλμωπία] Bene ita correxit Harduinus in Plinii L. IV. C. 10. Regionis nomen est, cujus incolæ Ἄλμωπες Thucydidi L. II. C. 99.

Λάρισα] Exulare hanc ex Constantino L. II. Them. 2., ubi Hierocles exscribitur, monuit L. Holsteinius: forte non male; neque enim inter Lariſſas, quas Scholiastes Apollonii Rhodii L. I. 40. & Stephanus enumerant, ulla est, quæ ad Macedoniam hanc referri possit; nisi si ea fuerit, quam hic in Ossa collocat.

Ἡράκλεια Λάκκε] Hoc Constantinus, Λαόκε MSS. præferunt: utrum verius sit, non temere dixero. Tamen ecquid inde exsculpi possit quæramus. Intelligendam esse *Heracleam Pelagoniæ*, Concil. Constantinop. II. ostendit: subscribit enim Collat. VIII. p. 238. *Benignus Heracleotanæ civitatis, quæ est I. Macedoniæ, episcopus, vicem agens Eliae Archiepiscopi Thessalonicensium civitatis*; qui Collat. I. *Benignus Heracleae Pelagoniae* dicitur. Nihil Heraclea hæc discrepat ab illa, quam Ptolemaeus L. III. C. 13. in *Lyncestide* ponit; sita quippe in utriusque regionis finibus: quæ causa est, cur Norisius Dissert. de Synodo V., & ego nimis illi credulus ad Ant. Itin. p. 319., ex Actis Conc. Chalcedon. p. 98. *Dionysium Episcopum Heracleae Lyncestidum* huic urbi impoſuerit, in eum errorem Latina Concilii versione impulsus; neque enim is Heracleae Macedoniae I., cui Chalcedon. Concil. tempore Quintillus præerat, ex Actis notissimus, præsul fuit, sed Heracleae Latmi in Caria, ut Græca inibi & p. 667. indicant. Jam cum Heraclea hæc ΛΥΝΚΗΣΤΙΔΟΣ diceretur & *Pelagonia* regio ab Hierocle Macedoniae II. contribuatur, fortasse ΛΑΚΚΟΥ titulum inde librarii, cum in mendo vocabu-

ΗΡΑΚΛΕΙΑ ΛΑΚΚΟΥ, [a] ΑΝΤΑΓΝΙΑ ΓΕΜΙΝΔΟΥ, ΝΙΚΕΔΗΣ, ΔΙΟΒΟΡΟΣ, [b] ΙΔΟΜΕΝΗ, ΒΡΑΓΙΛΟΣ, [c] ΤΡΙΜΟΥΛΑ, ΠΑΡΘΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΗΡΑΚΛΕΙΑ ΣΤΡΥΜΝΟΥ, ΣΕΡΡΑΙ,

ΦΙ-

a Ἀνχίαλα, Γέμινδος *in Them. Conſtant. pariterque* Διόβερος. b Ἠδομήν *idem.* i Περίμελα *MSS.*, Πελίβανα *Conſt.*

cabulum eſſet, nobis reliquerunt, ut multa alia.

Ἀνχιγνία Γεμίνδε] Conſtantinus Ἀνχωνία, Γέμινδο· quibus ego nominibus in Macedonia urbes legiſſe non recordor. Videndum eſt, an Ἀνπγόνεια Μυγδονίας, de qua Plinius, Ptolemaeus, Stephanus atque alii, huic originem dederit.

Νικέδης] *Nicetam* Thraciæ urbem ex L. XXIV. Hiſt. Miſcel. Abr. Ortelius Theſauro inſeruit: eam, ſi bonæ fidei eſſet, huc arceſſerem. Verba ſunt: *Tunc Anchialum & Beroen dimittentes Chriſtiani fugerunt, nemine perſequente, Nicetamque & Probati caſtrum & alia quædam præſidia.* Quo minus tamen Anaſtaſio fidam, Theophanes, quem exſcripſit, facit Chronograph. p. 420. Τότε κὴ Ἀγχίαλον κὴ Βεροίην ἀφέντες Χριστιανοὶ, ἔφυγον, μηδενὸς διώκοντος, Νίκαιάν τε κὴ Ἕ Προβάτε κάστρον, κὴ ἄλλά τινα ὀχυρώματα. unde *Nicaeam*, Thraciæ epiſcopo ſubditam, ut Concil. Nicaen. II. p. 590. monſtrat, urbem, vertere debuit, & fortaſſe etiam ſcripſit. Sunt enim in Hiſtoria ea urbium tituli paſſim corruptiſſimi, levi opera, ſi Theophanes in conſilium mittatur, refingendi, & ſæpe maximo hujus commodo; velut cum ibidem memorat, ἐξῆλθεν Μιχαὴλ κὴ Βελγάρων συνεξελθόντος αὐτῷ κὴ Προκηπίας ἕως Τζερλέ. ubi Τζερλέ, de quo Ant. Itin. p. 139., fuiſſe, Anaſtaſius teſtabitur, vertens: *egreſſus eſt Imperator Michael contra Bulgares & cum eo ſimul Procopia usque Zerulum.* Atque hoc obiter. *Nicedem* inveniri poſſe, niſi opem meliores manu exarati codices ferant, deſpero.

Διόβορο] Verum eſſe Δόβηρο in Plinii L. IV. C. 10. Harduinus monuit: ejus epiſcopus Chalcedonenſi Synodo adfuit, perperamque p. 317 ἐπίσκηπο Δουβήρε Μακεδονίας πρώτης nuncupatur, rectius p. 671.

Ἰδομήν] Non aliter Ptolemaeo dicitur. Thucydidi L. II. C. 100. Ἐιδομήν, è quo pariter videas, *Dobero* haud longe afuiſſe: Tabulæ *Idomenia*, M. P. XXXV. a Stobis, & LIII. a Theſſalonica. Forte ab Idomeneo Cretenſi & Homeri verſibus celebrato id urbi nomen eſt. Vid. Iſ. Voſſium in Catullum p. 210.

Βεφύλο] Probant hoc MSS., editi Δεφύλο, Conſtantinus Βεφύλο: è quibus, niſi Ἄρχιλο ſit, de qua non longe a Strymone atque Amphipoli remota Thucydides L. IV. C. 103., nihil expedio.

Τελίμελα] MSS. Πελίμελα, quod nomen L. Holſteinio ad Geogr. S. Car. a S. Paullo verius videtur propter *Timotheum Primopolis epiſcopum*, qui Concil. Conſtantinop. ſub Flaviano ſcribendo adfuit: at nihil ille juvat, ſiquidem *Primopoleos* in Pamphylia τῆ Πεμπόλεως τῆ Παμφυλίας, ut p. 127. Conc. Chalcedon.; ubi Acta Synodi Conſtantinop. repetuntur, præſul fuit. Viderint alii, lateatne in voce Ptolemaei Τείσολος in Sentica, illis, quæ mox ſequentur, vicina.

Παρθικόπολις] Ptolemaeo Παροικόπολις librariorum peccato, ΠΑΡΘΙΚΟΠΟΛΙΝ in ΠΑΡΟΙΚΟΠΟΛΙΝ mutantium; quem eundem errorem in Longaevis Phlegontis Tralliani C. I. tererraverunt: Ἀιδέσιος Δίζα Παροικηπόλεως Μακεδών· Βίηυς Διζάσυ Παροικηπόλεως τῆ Μακεδόνων· Ζωικεδένθης Μηκάσυ Παροικηπολίτης Μακεδών· Verum eſſe urbis, quod Hierocles offert, cognomen, non tantum *Ionas a Macedonia de Parthicopoli*, quem alibi ex Hilarii fragmentis produximus, patefecit, ſed Joannes Παρθικηπόλεως, qui Concil. Chalcedonenſi p. 100. & 671. ſubſcripſit, licet prave Παρθενικηπόλεως epiſcopus p. 566. appelletur.

Ἡράκλεια Στρυμνῆ] Imo Στρύμωνος. *Sentica* intelligitur, illi fluvio vicina.

Σέρραι] Jo. Harduinus in Plinii L. IV. C. 10. Δέρραι corrigit, quo ejus ſcriptoris *Derrha* eſſe queat; cui emendationi *Maximianus epiſcopus Derrhenſis civitatis Macedoniæ* ex Concil. Chalcedon. p. 387. faveret, niſi Σερρῶν & Σερραίων πρώτης Μακεδονίας p. 100. & 317. vocaretur, & aliunde *Serras* bene habere conſtaret. De ſitu alia lis eſt: L. Holſteinio ſi accredis, *Serræ* & *Philippi* nominibus duntaxat diſtinctæ fuere: *Fuit dein*, inquit ad Geogr. S. Car. a S. Paullo de

[a] ΦΙΛΙΠΠΟΙ, ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ, ΝΕΑΠΟΛΙΣ, ΑΚΑΝΘΟΣ, [b] ΒΕΡΓΗ, [c] ΑΡΑΥΡΟΣ, [d] ΚΛΙΜΑ ΜΕΣΤΙΚΟΝ ΚΑΙ ΑΚΟΝΤΙΣΜΑ, ΝΗΣΟΣ ΘΑΣΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΣΑΜΟΘΡΑΚΗ. ἡ. ΕΠΑΡ-

[a] *Φιλίππους & Ἀμφίπυς ed. perperam.* [b] *Conſt.* Βέρπη. [c] Κλῆμα Μεντικὸν *edit.*

de Philippis, *metropolis Macedoniæ Thraciæ ſive II. quæ & Salutaris, Serræ poſtea dicta, ut & hoc tempore, unde Nicetas* ὁ Σερρῶν. At enim non in Chalcedonenſis tantum Concilii Actis *Serrenſis* & *Philippenſis* epiſcopi perpetuo diſſociantur, ſed & Notitiis Eccleſiaſticis: ut ſatis ea viri egregii verba mirari non poſſim. Abr. Ortelio Serræ *ad Tempe pertinere videntur circa Lariſſam Berrhoeamque*; cui opinioni fortean originem Nicetas Choniates in Reb. Balduini p. 295. præbuit: Καὶ ὅσαι πόλεις, inquit, μέτεισιν, ὅσαι τε περὶ Σέρρας καθυπάζουσι, καὶ ὅσαι περὶς τὰ Τέμπη τὴ Θετταλῶν προσγείνουσι. quæ tamen eum non poterunt firmare ſitum; ſiquidem *Serræ*, *Berrhoea* & *Tempe* ut diverſiſſimæ poſitionis loca memorantur. Putavero circa Strymonem fuiſſe, eaque propter τὰ περὶ Σέρρας καὶ Στρύμονα χωρία Nicetam Rer. Alexii Angeli L. II. p. 241. conjungere, & Nicephorum Gregor. L. IX. C. 6. Thraciam inter & Theſſalonicam, atque Annam L. IX. Alex. p. 255. haud multum a Chriſtopoli ponere.

Φίλιπποι] Verius ita & mox Ἀμφίπολις codex Conſtantini L. II. Them. 1. & 2.

Ἀπολλωνία] Sita erat in Chalcidice, quam & Olynthum cum XXXII. aliis urbibus Philippum evertiſſe Demoſthenes Philipp. III. p. 68. & Suidas in Κάρανος docent. Atque huc ſæpe Rhetores reſpiciunt, ut Ariſtides tom. II. p. 225. & Libanius tom. I. p. 106. Ὀλυνθίοις ἠφίει τὸ χωρίον, ὡς φιλόδωρος· Καὶ μικρὸν ὕστερον ἐδάμη Ὀλύνθιοι· μᾶλλον δὲ Χαλκιδεῖς, δύο καὶ τεσσαράκοντα πόλεις· ſive potius καὶ δύο κ. λ., ut ex ejusdem Apolog. Demoſthen. p. 451. compertum eſt.

Βέργη] Male Conſtantinus Βέρπη. Vide Stephan.

Ἄραυρος] Conſtantino Ἄραλος; fortaſſe Ἄραλος Ptolemaei eſt in Biſaltarum regione.

Κλῆμα Μεσικὸν] Frid. Morellum Νεσικὸν emendantem recte coarguit Schurzfleiſchius Notit. Bibl. Vinar. p. 71., quamquam urbem imprudenter arbitratus. Thraciæ fluvium Neſtum numi ΜΕΣΤΟΝ & MSS. Solini & Plinii, teſte Salmaſio in Solin. p. 112., appellitant. Κλίμα tractum regionis, more Græcis recentioribus conſueto, notat; unde Κλιματάρχαι regionum præpoſiti apud Theophylactum L. III. M. C. 9; qui cum Arabibus haud ſecus atque Hierocles ſit prior, eorumque Geographica non videatur tractaſſe, non acceſſerim Cangio *Climatis* eum uſum ab Arabibus derivanti: præſertim cum Divinus Paullus Galat. I, 21. ἐν κλίμασι τῆ Συρίας καὶ Κιλικίας & II. Corinth. XI, 10. κλίμασι τῆ Ἀχαΐας, & præter eum plures alii dixerint. Nata haud dubie illa voci ſignificatio eſt, quod Geographi *Climata* cœli inclinationes & ſubjectas terræ regiones nuncuparent. Itaque *Clima Meſticon* nihil erit aliud, ac regio illi fluvio vicina, qua de Livius L. XLV. C. 29. *Acontisma* alibi tetigimus.

Σθλοι] Σθβοι oportuerat; eſtque vetus hoc peccatum, jam ante Conſtantini Porphyrogennetæ ætatem admiſſum. *Stobi* Macedoniæ II., ſive Salutaris, ut Notitiæ Imp. Orient. dicitur, metropolis erat: unde primam & præcipuam Macedoniæ urbem πρώτλω τῆ Μακεδονίας πόλιν τὴς Σθβυς, quemadmodum egregie L. Holſteinius in Stephan. correxit, Malchus in Excerpt. Hoëſch. p. 61. appellat.

Ἄργος] *Argos Pelasgicum* intelligi putabam, cujus Homerus & vetus apud Hephæſtionem Enchirid. p. 33. poëta meminit; quod tamen cum in Theſſalia fuerit, rectius hinc aberit. Sit itaque *Argos Oreſticum*: nam *Oreſtias* ſive Oreſtis, in qua illud Argos, pariter ac Pelagonia ſuperiori Macedoniæ erant contributæ, teſte Strabone L. VII. p. 326. Licet autem Pelasgicum Argos in urbium Macedonicarum cenſum venire haud poſſit, cur opem veteri Hephæſtionis poëtæ, qua indigere cœpit, negabimus?

Χαῖρ' ὦ χρυσόκερως, ait, βαβάκλω Γάλλων,
Πᾶν Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

Ita in nupera editione hos verſus vir Cl. diſtinxit,

ή. ἘΠΑΡΧΙΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ [a] β' ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ.
ΠΟΛΕΙΣ ή.
ΣΤΟΛΟΙ, ΑΡΓΟΣ, ἘΥΣΤΡΑΙΟΝ, ΠΕΛΑΓΟΝΙΑ,
ΒΑΡΓΑΛΑ, [b] ΚΕΛΑΙΝΙΔΙΟΝ, ἈΡΜΟΝΙΑ, ΖΑΠΑΡΑ.

θ'. ἘΠΑΡ-

a *Deest Const.* b Κελενίδην *vulgo.*

xit, insuper adscribens: *Illud πᾶν non potest pendere ab ἐμβατεύων: nam sic ineptum esset. Sequebantur igitur alia, cum quibus apte cohærere poterat: totum Argos Pelasgicon, simulac intraveris, lætitia afficis & exultare facis tibi: hoc aut simile quid dixerint Græca: Et sic punctum post Γάλλων etiam appositissimum est.* Quæ ego dicta nollem. Dedisse has turbas *Pan* in versibus reconditus videtur, satis ceteroqui ex titulis conspiciendus: ipsum illud ἐμβατεύων eum requirebat; quid enim poëtis magis familiare, quam de locis numini sacratis id usurpare? Aeschylus Persis p. 146.

Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
Βαιὰ, δύσορμος ναυσὶν, ἣν φιλόκορος
Πὰν ἐμβατεύει. ———

Quibus Tragici versibus alios ex Sophocle & Euripide præstans eruditione juvenis Georg. D'Arnaud Animadvers. C. 34. apposuit. Aristides tom. II. p. 307. οἱ Μουσῶν καὶ Χαρίτων χοροὶ οἱ δι' αἰῶνος τὴν πόλιν ἐμβατεύοντες· Libanius Antioch. p. 350. ὡς ὁ θεὸς ἐμβατεῖ τὸν τόπον, sive potius, ἐμβατεύει· Euripides apud Dionysium de Composit. Verbor. p. 256. Edit. Londin.

——— Ὅστε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων
Ἐπεμβατεύεις· ———

Igitur distinctione non est prior a posteriore versu dissociandus: cumque βαβάκτα Γάλλων minus commode *Pan* nuncupetur, præferri oportuerat, quod in MS. Florentino Is. Vossius in Catul. p. 163. legit, βαβάκτα κήλων. & tanto quidem magis, quoniam Etymologus non aliter versum hunc Cratini, non, ut D. Heinsius in Silii L. XIII. 329., quamquam κήλων adprobans, Diphili, scriptum invenerit. Κήλων autem cum idem sit ac θερμὸς εἰς τὴν συνουσίαν, quin de capripede Deo verissime pronuntietur, nemo dubitaverit. Atque hoc obiter; nam Cratini *Pelasgicum Argos* quodnam sit, neque enim Thessalicum videtur, Ti. Hemsterhusius propediem nos docebit.

Ἐυστράϊον] Non aliter Constantinus. Rectum esse Ἄιστραιον Ptolemaeus & *Aestræenses* Plinii L. IV. C. 10. ostendunt.

Πελαγονία] Non urbis, quod olim opinabar, sed regionis est nomen. Fuit utique eo nomine oppidum, sed ab Heraclea Pelagoniae, quam in Macedonia I. vidimus, non diversum. Regionis Strabo, Plinius, Ptolemaeus atque alii meminerunt.

Βάργαλα] Non alia videtur ac Livii L. XXIX. C. 12. *Bargulum*, fortasse hinc adjuvandum: conspirant enim in urbis nomine MSS., nec aliud Δαρδάνιος Βαργάλων, qui Concil. Chalcedonensi p. 402. subscripsit, requirit: appellatur quidem p. 100. episcopus Βαργάων & p. 671. Παρλαᾶ sed quisque videt ex nostro ea esse depravata; præsertim cum vetusta versio *Dardanium episcopum Bargalae* posteriore loco præferat. Peccavit ergo C. a S. Paullo tum quod huic urbi inter Macedonicas locum negaverit, tum præterea quod Dardanium Bargyliae, Cariae urbi, præsulem, quem Joannes pars ejusdem Concilii ejusdemque oppidi episcopus non poterit ferre, dederit.

Κελαινίδιον] Hoc ex Constantino præoptavi, licet verissimum esse pro comperto non habeam: imo vero *Celetrum* esse, quod in Orestide regione Livius L. XXXI. C. 40. describit, credidero.

Ἁρμονία Nusquam hanc legere memini: est in Illyrico τύμβος Ἁρμονίης apud Dionysium Perieges. ℣. 391. & alios, cujus tamen hic ratio esse nequit. Videtur ab eadem *Harmonia* hoc sive oppidum seu castellum id nominis accepisse.

Ζάπαρα] Huic urbi episcopus fuit Sabinianus, quem Concil. Constantinopolitanum II. Collat. 2. p. 28. *Zaparenæ civitatis Illyricianæ diœcesis*, ut L. Holsteinius dudum monuit, appellat. Eodem pertinere diceres Cyriacum episcopum Ζυπάρων ex Actis Concil. Nicaeni II. p. 349, nisi Drizuparorum Δριζουπάρων urbi præfuisse ex p. 588. liqueret.

θ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΘΕΣΣΑΛΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ.

[a] ΠΟΛΕΙΣ ιζ'.

ΛΑΡΙΣΣΑ, ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ, ΘΗΒΑΙ, [b] ἘΧΙΝΑΙΟΣ, ΛΑΜΙΑ, [c] ὙΠΑΤΑ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [d] ΤΡΙΚΚΗ, ΓΟΜΦΟΙ, [e] ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, [f] ΦΑΡΣΑΛΟΣ,

[a] ΣΑΛ-

a Πόλεις ιϛ'. *Constantinus L. II. Them. 2., male.* b Ἀιχιονίο *editi & MSS.* c Ὕπατα μητρόπολις *vulgo.* d *Editi* Τρόκαι, *MSS.* Τρίκαι. e Καιπάρεια *omnes; Car. a S. Paullo* Παιονίαν *addit, prorsus intempestive, quippe a Thessalia remotissimam.* f Φάρσαλα *MSS. & editi.*

Θῆβαι] *Thebæ* sunt *Phthioticæ*, ut Livio, sive Thessaliæ, ut Plinio dicuntur.

Ἐχινᾶιος] Ita ex Constantino præstat ob Procopii L. IV. Fabr. C. 3. consensum. Theodorus Episc. Ἐχιναίου πόλεως ἐπαρχίας Θεσσαλίας est in Concil. Ephes. p. 461. & Petrus Ἐχιναίου in Chalcedon. p. 101. Non alia ac *Echinus* videtur.

Ὕπατα] Additur ab Editis & manu exaratis μητρόπολις, acsi *Hypata* Thessaliæ caput & metropolis fuisset: idem velle diceres Apulejum L. I. Metamorph. p. 104. *Comperto itaque, Hypatæ, quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet, esse caseum recentem.* Sed res secus habet; Larissa urbium Thessaliæ erat caput. Rectius itaque Μητρόπολις in Constantini L. II. Them. 2. ab hac distinguitur: nec aliud voluit Hierocles, ut ex urbium catalogo, provinciæ præscripto, apparet.

Μητρόπολις] Thessaliæ hanc urbem ex pluribus oppidis conflatam & Triccæ & Gomphis vicinam memorat Strabo L. IX. p. 437. Huc pertinent ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ numi, equo Thessalico insignes apud Goltzium. Fuit autem, quod negligi nolim, postea *Novarum Patrarum* urbi cognomen: Constantinus Μητρόπολις, αἱ νῦν Νέαι Πάτραι. Huic ergo episcopus fuit Euthymius τῶν Νεῶν Πατρῶν apud Nicetam Choniaten Ann. Andron. Comnen. L. II. p. 165., de cujus sede omnia incerta Abr. Ortelio videbantur.

Τρίκκη] Sic oportuit, ut vel ex Homero notum est. Procopius L. IV. Aedif. Just. C. 3. Τρικάττους appellat, sed aliorum peccato: scripserat credo, καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Θεσσαλίας πόλεων ἁπασῶν, ἐν αἷς Δημητριὰς τέ ἐστι καὶ Μητρόπολις ὄνομα, καὶ Γόμφοι, καὶ Τρίκκα, τοὺς περιβόλους ἀνανεωσάγενος. Serior ætas *Tricala* appellavit. Catalogus urbium, quæ nomen mutarunt, Codino a Jac. Goaro p. 404. additus, Τρίκκη τὰ νῦν Τρίκαλα. Nec alio nomine Annae L. V. Alexiad. p. 138. nota est; & Tzetzae Chiliad. IX. 280.

Χώραν τὴν Θετταλίαν δὲ συνεκτικήν μοι νόει,
Φθίας καὶ Φαρσαλίας δὲ, Λαρίσσης, καὶ Τρικάλων,
Δημητριάδος, Ἰώλκου, καὶ Γλαφυρῶν καὶ Φοίβης.

In quibus τὸ Φοίβης absurdum est, ex Βοίβης natum, sicuti Iliad. B. 712. docemur. Itaque longo terrarum tractu a vero aberrat Cangius, cum Not. in Alexiad. p. 100. *Tricala urbem ad Strymonem* fluvium esse decernit.

Καισάρεια] Pulchre ita Constantinus. Habet eam, Thessaliæ urbem, a Justiniano instauratam Procopius L. IV. Fab. I. C. 3.

Διοκλητιανούπολις] Apposita erat paludi Castoriæ, quam dein a barbaris dirutam egregiis operibus Justinianus munivit Procopio L. IV. Fab. Just. C. 4. auctore. Fortasse non alia est ac *Castoria*, cujus Anna in hac vicinia L. V. Alexiad. p. 152. & Gauf. Malaterra L. III. Hist. Sicul. C. 29. atque alii ejus ætatis meminerunt.

Φάρσαλος] Hoc ex Constantino præstat. Est in Ephesino Conc. p. 436. Περρέβιος Φαρμάλου pro Φαρσάλου. Quod vero præ primis operæ pretium fuerit notari, idem præsul p. 478. τῶν Θετταλικῶν Σαλτῶν *Thessalicorum Saltuum*, quamquam male p. 526. τῶν Θεσσαλονικέων Σαλτῶν, dicitur: unde non injuria colligas, *Saltus*, qui mox sequuntur, huic urbi, siquidem ejusdem episcopi curæ fuerunt commissi, vicinos fuisse. Itaque & hac sede episcopali Geograph. S. C. a S. Paullo augeatur.

Σαλτοβουραμίνσιον] Constantinus Βουρθαμίνσιος; unde

[a]ΣΑΛΤΟΒΟΥΡΑΜΙΝΣΙΟΝ, ΣΑΛΤΟΣ ΙΟΒΙΟΣ, ΝΗΣΟΣ
[b]ΣΚΟΠΕΛΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΣΚΙΑΘΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΠΕΠΑΡΗΘΟΣ.

ΙΔ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΕΛΛΑΔΟΣ, ΗΓΟΥΝ ΑΧΑΙΑΣ, ΥΠΟ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ιθ'.

ΣΚΑΡΦΙΑ, [d]ΕΛΑΤΙΝΑ, [e]ΒΟΕ ΚΑΙ ΔΡΙΜΥΑ, [f]ΔΑΥΛΙΑ, [g]ΧΑΙΡΩΝΕΙΑ, ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ, ΔΕΛΦΟΙ,

ΑΜΦΙΣ-

a Σαρτοβεραμίνσιον & Σατοσιόβιον *MSS. cum editis.* b *Constantinus* Σκεπίλα, *Car. a S. Paullo* Σκέπολα, *qui etiam* Πεπαρέθης. c *Abest ex editis.* d *Const.* Ἐλευσῖνα. e *Ita MSS.* f Δάυλιον *Constant.* g Χερωνία *vulgo.*

unde verius videbitur Σαλτὸς Βεραμίνσιον, aut, ut Constantinus legit, & mox Σαλτὸς Ἰόβιος, pro quo Constantinus Ἰωάννης βίος. Nomen est a jugis, crebris arboribus consitis, quæ in Pharsali vicinia erant. Lucanus L. VI. 576.

Qua juga devexus Pharsalia porrigit Haemus.

cui, quod Haemum ex ultima Thracia huc transtulerit, si fidere nolis, ex Strabone & Caesare nullo negotio cognosces, jugis & saltibus hunc tractum fuisse asperum. De titulis horum saltuum si rogaveris, alio tibi opus erit doctore: ego enim cum ignarissimis scio.

Νῆσος Σκόπελος] Habet eam Ptolemaeus circa Thermaïcum sinum. Ruben episcopus Σκοπέλης scribendo adfuit Concil. Nicaeno II.; nec asseveraverim tamen, cum plures eo sint nomine, huic insulæ impositum fuisse.

Ὑπὸ ἀνθύπατον] Duo erant Orientis Imperii Proconsules *Asiæ & Achajæ*, ut Notit. Imp. Or. C. 1. docet; utriusque meminerunt Impp., illius in L. IV. C. Th. de Patrocin. Vicor. hujus L. ult. de Bon. Vacant. *VETTIVS AGORIVS PRATEXTATVS PROCONSVL ACHAIAE* est in Thes. p. MCII. 2. Sedem Corinthi habuisse ex L. 2. C. Th. de Accusat. & Aristide tom. I. p. 43. recte colligitur.

Σκῶφια] Σκῶφεια rectius alii; erat Locrorum Epicnemidiorum urbs, non multum a Thermopylis; qua de viri docti ad Stephan. & Palmerius L. V. G. A. C. 3.

Ἐλατίνα] Sic MSS.; Constantinus L. II. Them. 5. Ἐλευσῖνα legit; quæ tamen cum in Attica fuerit, longius ab urbibus, quibus hoc loco cincta est, recedit. Credo Ἐλάτεια venisse ab Hierocle, quæ Phocidis urbs non male hic locabitur. Reddamus eam Libanio tom. I. p. 110. ubi de Aeschine: Ἐκεῖνον ἐγὼ μὲν τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ αἰτῶμαι συμφορᾶς· ἡ μὲν γὰρ μάχη ζωὸν ἐποίησε· τὴν δὲ ἔξοδον ΕΩΤΕΙ κατειλημμένην. sic edunt emendantque ἐν Βοιωτίᾳ. Quanto melior Ἐλάτειαι, quam Critice addicente Rhetori restituit vir egregius Ti. Hemsterhusius, firmatque ejusdem Oratoris verbis tom. I. p. 133. Ἐγὼ δὲ μὲν τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ κακῶν αἰτῶμαι τὸν Αἰσχίνην. οὐκ ἂν γὰρ ἐξῆλθον εἰς Χαιρώνειαν Ἀθηναῖοι, μὴ κατειλημμένης Ἐλατείας.

Βοὲ καὶ Δρυμύα] Conjungi hæc in Farnesianis schedis L. Holsteinius monuit, quod facile patiar, modo ne pro eadem habeantur. Prius in Βόιον *Boion* abire debet, oppidum Doridis satis notum, alterum in Δρυμαίαν, quæ inter Phocidis regiones a Plinio, rectius ab aliis inter urbes refertur.

Δαυλία] Δαυλίαν τὴν Φωκίδος habet Thucydides L. II. C. 29., quam *Daulidem* alii vocant, qua de re L. Holst. in Stephan.

Χερώνεια] Imo Χαιρώνεια, ut Constantinus. Chaeroneam Boeotiæ urbem, sed Phocidis finibus proximam, Stephanus a *Chaerone*, Apollinis & *Therus* Θηρῆς filio, initia & nomen accepisse refert, & ante eum ex Hesiodo Pausanias Boeotic. C. 40.; fuerit tamen Chaeronis mater vero nomine *Thuro* Θυρὼ oportet, si urbi huic vicinus collis Θύριος & Apollo *Thurius* inde nomen acceperint, ut Plutarchus in Sulla p. 463. auctor est: quod ipsum & eorum opinatione, quam ibidem Plutarchus commemorat, firmabitur, qui a bove, quo Cadmus

[a]ʼΑΜΦΙΣΣΑ, ΤΙΘΩΡΑ, ʼΑΜΒΡΟΣΟΣ, ʼΑΝΤΙΚΥΡΑ, ΛΕΒΑΔΙΑ, ΚΩΡΩΝΙΑ ΒΟΙΩΤΙΑΣ, ΣΤΗΡΑΙΣ, ʼΟΠΟΥΣ, [b]ʼΑΝΑΣΤΑΣΙΣ, ʼΕΚΕΨΟΣ, ΝΗΣΟΣ ʼΕΥΒΟΙΑ, [c]ʼΑΝΘΗΔΩΝ, ΒΟΥ-

a Ἄμφισα editi. b Ἀναστάσιος iidem. c Ἀνθοδώ Car. a S. Paullo.

duce itineris erat usus, quemque θὼρ Phœnices appellabant, nominis caussam repetebant. Miror autem *Orchomeni* nullam hic rationem haberi; quæ in transcursu juvabitur. Refert Diodorus L. IV. p. 226. & hoc inter Herculis stupenda opera, ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὸν ἀντίον ἐμφράξας τὸ περὶ τὸν Μινυεινὸν ῥεῖθρον, ἐποίησε λιμνάζειν τὴν χώραν. *Contra vero in Boeotia effecit, ut fluvius, Minyarum terras prælabens, inundatione sua totam vastaret regionem.* Palmerius Exercitat. p. 100. nescio quod nobis Μινυήϊον ῥεῖθρον obtrudit, quo, si MSS. lectio, margini appicta, in consilium adhibeatur, facile carebimus: inde enim haud magno molimine exsurget τὸ περὶ τὸν Μινύειον Ὀρχομενὸν ῥεῖθρον, *flumen, quod Orchomenum Minyeum alluit.* Verum hoc esse Homerus Iliad. B. 511. & Thucydides L. IV. 76., Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον appellantes, ostendunt. Fluvius est Melas, ἀνατέλλων ὑπὸ τὴν πόλιν τῆς Ὀρχομενίων πολὺς καὶ πλώϊμος ἐν πηγαῖς μόνος τῶν Ἑλληνικῶν ποταμῶν, qui largus, ut Plutarchus in Sulla p. 465. ait, sub Orchomeniorum mœnibus prorumpit, solusque Græciæ fluviorum mox a fontibus navium est patiens. Firmantur reliqua egregio lapide, cujus epigramma Donian. Inscript. Clas. I. 98. nuper insertum est, sed mendosius excerptum. Adde eundem Plutarchum in Pelopida p. 286.

Ἄμφισσα] Erat in Ozolarum & Phocidis finibus, stadiis CXX. Delphis separata; Pausanias Phoc. C. 38.

Τιθώρα] Sita erat ad Parnassum stadiis circiter LXXX. a Delphis Pausania, cui Τιθορέα & Τιθοράια, quod & Stephanus ex eo habet, teste Phoc. C. 32. Plutarchus in Sulla p. 461. pæne cum Hierocle consentit, Τιθόραν appellans.

Ἄμβροσος] Ἄμβρυσος, vel geminata sibilante, ut apud Pausaniam Phocic. C. 36., ubi Parnasso adponitur.

Κωρωνία] Κορώνεια. Sita Coronea erat ad *Phliarum* amnem, si Plutarcho in Lysandro p. 450. credis, si Pausaniae Boeotic. C. 34., ad *Phalarum*: ut in altero utro vitium insit, sicuti sine dubio est in Isocrate de Big. p. 521. Edit. Basil. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Χαιρωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανεν· legi enim ἐν Κορωνείᾳ debet, adstipulorque emendanti Hemsterhusio nostro: ibi Clinias occubuit, testibus Platone in Alcibiad. I. p. 112. & Plutarcho Alcib. p. 191.

Στήραις] Videtur esse Στίρις *Stiris*, Phocensium oppidum, de quo Pausanias Phocic. C. 35,

Ἀναστάσιος] MSS. Ἀναστάσις, quo nomine licet nullam hujus oræ urbem noverim, & plures sese, ejus occupaturæ locum, offerant, nihil tamen mutare sustineo: quid si enim Boeoticarum aut Phocidis aliqua nomen mutarit? Expectemus ergo, donec meliori manu exarati codices aliud jubeant.

Ἔκεψος] Haud scio an Ἄιδηψος, Euboeae oppidum, fuerit: nec morari quemquam debet, quod insulæ præponatur: apertissimum quippe est, justum ordinem, negligentia, ut puto, librariorum, hic esse neglectum, neque accuratam situs habitam rationem. Car. a S. Paullo νήσου Εὐβοίας emendat & huic urbi agglutinat; quo modo omnia in vado fuerint.

Βουμέλιζα] Nusquam hanc legere memini. Possent, si vocabulum secaretur, inde Βοῦλις & Λίλαια, Phocidis urbes, nasci: quod MSS. non addicentibus cum temerarium videri queat, a corrigendo temperare satius erit.

Ὕτης Θύσθαι] Monstra hæc sunt, quæ an profligari valeant, videamus. MSS. Ὕτοι Θίσθαις, ex quo posteriore levi opera Θίσβη exstruitur, urbs Boeotiae, Statio Thebaid. VII. 261.

——— *Dionaeisque avibus circumsona Thisbe,*

ex Homero Iliad. B. 502. Alterum *Hylen* dare potest, urbem ejusdem oræ maritimam, eidem Statio ℣. 267. memoratam. Si utramque improbave-

ΒΟΥΜΕΛΙΤΑ, ΘΕΣΠΙΑΙ, [a]ΥΤΤΟΙ ΘΙΣΘΑΙΣ, ΘΗΒΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΒΟΙΩΤΙΑΣ, [b]ΤΑΝΑΓΡΑ, ΧΑΛΚΗ ΝΗΣΟΣ ΕΥΒΟΙΑΣ, ΠΟΡΘΜΟΣ, [c]ΚΑΡΥΣΤΟΣ, ΠΛΑΤΕΑΙ, [d]ΑΙΓΟΣΘΕΝΑ, ΑΘΗΝΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΑΤΤΙΚΗΣ, ΜΕΓΑΡΑ, ΠΑΓΑΙ, ΕΜΠΟΡΙΟΝ [e]ΚΡΟΜΜΩΝ, ΑΙΓΙΝΑ ΝΗΣΟΣ, ΠΟΙ-

[a] Ὑπης Θύσθαι *aut* Θύασθαι *alii.* [b] Πάναγρα *Car. a S. Paullo.* [c] Χάρις *aut* Χάρυστος *editi.* [d] Αἰγοσθένα *Car. a S. Paullo.* [e] Κρομῶν *omnes.*

baveris, Ὑποθήβας an malueris perpende, notas Homerico carmine & *Infra Thebas* Plinio dictas.

Θῆβαι] Dionis Chryſoſtomi ætate major urbis pars in ruinis erat, ut Orat. VII. p. 123. profitetur; nec aliud de ſuo tempore Pauſanias, a Caſaubono excitatus, arcem tantum Cadmeam habitari adfirmans. Utrum è ruderibus reſurrexerit, an Cadmea potiſſimum incolis fuerit ſub Chriſtianis celebrata, in obſcuro eſt. Habuit ſuum ſibi epiſcopum, qui τῶ Ἑλλάδος in Conciliis, veluti Epheſino p. 525., dici, ut a *Theſſalicis Thebis* diſtinguatur, aſſolet. *Metropolis* autem non *Eccleſiaſtica*, ſed civilis & honoraria fuit, prorſus ut Athenæ, Lacedæmon & Elis. Unam duntaxat in ſingulis provinciis Metropolim Canones Eccleſiaſtici agnoſcunt, ut Concil. Chalced. tom. IX. p. 103. docet: ab ejus epiſcopo reliqui provinciales inaugurabantur, ejusque decretis parebant; qua dignitate in Achaja Corinthus fuit illuſtris. Nec impedire tamen poterat, quin plures honorariæ ab Imperatoribus, quibus ſolis id jus Concil. Chalcedon. p. 619. tom. VIII. tribuitur, conſtituerentur; & ſi potuiſſet, nihil admodum erat, cur vetaret: tantum enim diplomate Imperatorio creatæ honore ampliore gaudebant, σωζομένων τῇ καθ' ἀλήθειαν Μητροπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια, *ſalvis veræ Metropoli privilegiis ſuis*, uti Canon XII. Chalcedonenſis Concilii ſciſcit.

Χαλκὴ] Oportuerat, ut C. a S. Paullo conjeciſſe video, Χαλκὶς νῆσος Εὐβοίας. Vitium ſatis vetuſtum auguror ipſoque Conſtantino prius: quod enim de Hierocle L. II. Them. 5. prodit, συναριθμεῖ δὲ ταύτῃς καὶ νῆσον τὴν Εὐβοιαν, ἣν τινες Χάλιν ἢ Χαλκίδα ὀνομάζουσιν, *illis annumerat inſulam Euboeam, quam nonnulli Chalin ſive Chalcida nominant*, id hinc ſuam originem accepiſſe ſuſpicor. Heſiodus cur Χαλκίδα καλλιγύναικα dixerit, explicat Caſaubonus in Athenaei L. XIII. C. 9.

Πορθμὸς] Creberrima hujus apud Demoſthenem eſt mentio, uti Philipp. III. p. 69. πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸ δ' ἧμισυ ὑπαλλάξοντας τοὺς Ἐρετριέων· ubi Ulpianus navale fuiſſe Eretrienſium docet. Philipp. IV. p. 76 Κατέσκαπτε Πορθμὸν καὶ τυραννίδα ἀπεντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ. De Legat. Fals. p. 218. καὶ μὴν καὶ μετὰ ταῦτα ὁσάκις ἦλθε Πορθμῷ, ἢ ἦλθε Μεγάροις ἀκούοντες δύναμιν Φιλίππου καὶ ξένους ἐθορυβεῖτε. Hinc hauſit Ariſtides tom. II. p. 240. ἐν Πορθμοῖ Φιλίππου, ἐν Μεγάροις Φιλίππου, quod perperam vertitur, *In ſreto Philippus.* Quæ cum ejus in Euboea ſitum haud obſcure conſtituant, non utique opera abuſi recentiores fuiſſent Geographi, ſi oppidum ſua cura fuiſſent dignati.

Χάρυστος] Κάρυστος ſuo marmore nobilitata, & mox Πλαταιαὶ.

Αἰγόσθενα] Oppidum erat Megaridis, a Pauſania, qui in vocis ſono variat, dudum ab Abr. Berkelio adjutus, Attic. C. 44. ſignatum.

Παγαὶ] Itidem in Megaride erant, ſed in Boeotiam vergente, ſi Pauſanias non fallit: nam Strabo & Ptolemaeus ſinui Corinthiaco adponunt. Vide Ch. Cellarium L. II. G. A. C. 13. p. 1168.

Ἐμπόριον Κρομμυῶν] Κρομμυὼν oportuerat, maritimum in Corinthi & Megaridis finibus oppidum. Seriore ætate mercatorum frequentia celebre fuiſſe & propterea *emporii* nomen indeptum videtur.

Αἴγινα] Superbum ejus eſt in Vita S. Theodorae Theſſalonicenſis elogium C. 1. v. April. magni Sanctorum operis: Ἔστι δίνυν αὕτη νῆσος, inquit Vitæ ejus auctor, τὸ ἐν Ἑλλάδι κεφάλαιον,

[a]ΠΟΙΤΟΙΟΥΣΑ, ΚΕΑ, [b]ΚΥΘΝΟΣ, ΔΗΛΟΣ ᾽ΑΔΗΛΟΣ, ΣΚΥΡΟΣ, ΤΑΛΑΜΕΝΗ ΜΕ [c]ΘΕΡΜΟΠΥΛΩΝ, ΚΟΡΙΝΘΟΣ ᾽Η ΠΟΤΕ [d]᾽ΕΦΥΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΠΑΣΗΣ ᾽ΕΛΛΑΔΟΣ, [e]ΝΕΑ ΣΙΚΥΩΝ, [f]᾽ΑΙΓΗΡΑΙ, ᾽ΑΙΓΙΟΝ, [g]ΜΕΘΩΝΗ,

ΤΡΥ-

[a] Ποτοιῆσσα *iidem editi.* [b] *Vulgatis abeſt.* [c] Θερμοπύλαι *MSS., quos Holſt. vidit.* [d] ᾽Έφυρος *omnes.* [e] *Jungunt ſcripti codices anterioribus, acſi Sicyon Græciæ fuiſſet Metropolis, perperam.* [f] ᾽Αιγαι *aut* ᾽Αιγιαι *&* ᾽Αιγίων *editi.* [g] Μέθανα *C. a S. Paullo, MSS.* Μεθώνα.

ὡς εἵνεκα μὲ μεγέθες ἢ κάλλες καὶ θέσεως μείζω καθάπαξ τῶ ωεφυκότων ἀναφανῆναι, καὶ ἔτω μεγίστω ωδηχλάπειν τῷ μέσω, ὡς ἢ δυκεῖν πάσας ὑῆς νήσες, ὥσπερ ὃν ἀνταίρειν ἔχεσας ᾽Αιγίνη, μεθ᾽ ἡδονῆς τὸ πρεσβείων ωδηχωρεῖν. Adduntur plura in laudem, quæ non exſcribo: id obiter monebo, non videri D. Papebrochium recte ſententiam horum verborum percepiſſe, καὶ χωρηγεῖν ἔχειν ὀντεῦθεν μὲ πολλῶ ωείονῆς, δι᾽ ὧν αἱ πόλεις ἀμείνες, cum verteret, *quo fit ut urbes in ea ſint plurimæ*; id enim falſum eſt, nec Græca innuunt, tantum, *habere eam, quæ abundantiſſime aliis urbibus, unde meliores evadant, præbeat*, indicantia. Adde Pindarum, in laudes inſulæ paſſim & in primis Ode V. Nemeor. excurrentem.

Ποιτοιῆσσα] Nec urbem neque inſulam eo nomine novi. Fors fuerit olim Ποιήεσσα Κέας, ut *Pœëſſa inſula Ceæ* ſit; quam in ruderibus fuiſſe Strabonis & Plinii ætate, ille L. X. p. 486., hic L. IV. C. 12. docet: è quibus reſurgere potuiſſe cur negemus? quia dubium tamen id eſt, vide an *Pityuſa* Melae L. II. C. 7, 80. eſſe queat.

Κύθνος] *Ceæ* locum in MS. Κύτνος occupat, quam illi proximam in integrum reſtituere placuit.

Δῆλος ἄδηλος] MSS. hæc conjungere Holſteinio doctori credimus; nec ſane perperam: quisquis enim Delo inſulæ id cognomen indidit, in animo atque oculis notiſſimum Sibyllæ verſum habuit è L. III. & VIII.

῾Εστι γὴ Σάμος ἄμμος, ἐστὶ) Δῆλος ἄδηλος
Καὶ ῾Ρώμη ῥύμη. ——— ———

Hallucinantur ergo, qui inſulam *Adelum* ceteris mediterranei maris inſerunt.

Ταλαμήνη] Conſpirant in vitia hæc editi & MSS., quæ, ſi medica manu contrectaveris, ſanum colorem facile receperint. Ταλαμήνη, ut pulchre C. a S. Paullo, obſtetricantibus librariis ex Σαλαμὶς νῆσος nata videtur. Reliqua, ubi parum auxeris, μέχει Θερμοπυλῶν dabunt, ſicuti ex Hierocle a Conſtantino L. II. Them. 5. profertur; L. itaque Holſteinius non injuria id probavit; præſertim cum μὲ Θερμοπυλῶν in principe ſit editione. Etſi vero bene hactenus proceſſerit, deficere tamen ea non dubitandum eſt, quibus ſcriptor omnia Achajæ loca usque ad Thermopylas Proconſulis imperio mandabat.

Κόρινθος] Helladis metropolin fuiſſe locuples teſtis eſt Apulejus L. X. p. 247. *Oriundus patria Corintho, quæ caput totius Achajæ provinciæ:* nec alia Dioni Chryſoſtomo Orat. XXXVII. p. 464. de urbe ſententia fuit, cum cives compellat, ὑμεῖς γὴ ἐστὲ νῦν; τὸ δὴ λεγόμενον, πρώρα καὶ πρύμνα τῆς ῾Ελλάδος. *Vos enim nunc eſtis, ut habet proverbium, prora & puppis Græciæ.* Adde Ariſtidem tom. I. p. 43. Mox ἢ ποτε ᾽Εφύρα, re ipſa adſtipulante, ex Conſtantino L. II. Them. 6. præoptavi.

Νέα Σικυὼν] Olim *Sicyon* Corinthiaco ſinui accubabat, inde a Demetrio Poliorcete in proximum & natura munitum collem translata, teſte Diodoro L. XX. p. 827. & Plutarcho Demetr. p. 900.; quæ *novam* non male dici adfirmant.

᾽Αιγειρα, ᾽Αιγιον] Sic oportuit. MS. ᾽Αιγειραι & ᾽Αιγίων. Utraque urbs veteris Achajæ ex Tabula Peutingerana, quæ XII. M. P. ſpatio ſeparat, & Pauſania L. VII. C. 24, 26. notiſſima eſt. Prior ultimæ ætatis Græciæ *Botſitza* dicta eſt, ſæpe eo nomine apud Georg. Phranzam obvia, ut L. II. C. 2, 9.

Μεθώνη] MSS. hoc probant: C. a S. Paullo Μέθανα vulgavit; prius Thucydidis patrocinio tutum eſt L. IV. C. 45., poſterius Strabonis L. VIII. p. 374. & Pauſaniae L. II. C. 34. Oppidum

[a]ΤΡΥΖΕΝΑ, ΠΙΛΑΥΡΑ, [b]ΙΕΡΑ ΜΙΟΝΗ, ᾽ΑΡΓΟΣ, ΤΕΓΕΑ, ΘΑΡΠΟΥΣΑ, [c]ΜΑΝΤΙΝΕΙΑ, ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΛΑΚΩΝΙΚΗΣ Ἡ ΠΡΙΝ ΣΠΑΡΤΗ, ΓΕΡΕΝΘΡΑΙ, ΦΑΡΑΙ, ᾽ΑΣΩΠΟΛΙΣ, ᾽ΑΚΡΕΑΙ, ΦΙΑΛΑΙΑ, [d]ΜΕΣΣΗΝΗ, ΚΟΡΩΝΙΑ, ᾽ΑΣΙΝΗ, ΜΟΘΩΝΗ,

ΚΥΠΑ-

a *Vulgo* ᾽Αελζαίνα *ac* Πινεώρα. b ᾽Ιεραμιόνη *editio princeps.* c Μαντίνα *eadem.* d Μησίνη *aut* Μεσήνη.

pidum erat munitum in Isthmo Troezenio.

Τρυζένα] Imo Τροιζήν, aut Τροιζήνη ex Ptolemaeo, nisi & id in vitio sit.

Πίλωρα] Hoc aut Πίναρα MSS. præferunt. Verum est Ἐπίδαυρος, cultu Aesculapii famosa & Troezeni vicina

Ἱερὰ μιόνη] Ἑρμιόνη, quæ & Ἑρμιὰν, ut bene in Stephano viri docti refinxerunt. Euripides Herc. Fur. 615.

Χθονίας νιν ἄλσος, Ἑρμιὼν τ' ἔχει πόλις.

Hesychius ait esse πόλιν ἐν Ἄργει, pro ᾽Αργείᾳ sive Argolide, quod ipsum de *Troezene, Epidauro* atque *Alope* itidem prædicat. Colebant Hermionenses præcipuo honore Cererem *Chthoniam*, quod præter Pausaniam Corinthiac. C. 35. egregium nos marmor docet Inscript. Doniar. Cl. IV. 9.; in quo etsi nunc Ceres a Chthonia distinguatur, dubitari non potest, quin exscriptoribus acceptum id referri, ut plura in eo lapide, legique non ΚΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΚΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ sed ΤΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΤΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ oporteat.

Θάρπυσα] Θάλπυσα, Arcadiæ urbs, Stephano.

Μαντίνεια] Ab Antigono Argivi dono acceptam *Antigoniam*, quo nomine Plutarchi ætate, ut in Arato prodidit p. 1048., tantum nota erat, vocarunt. Pristinum nomen beneficio Hadriani reciperavit, Pausania Arcadic. C. 8. teste.

Γερένθραι] Verum nomen est Γερήνθραι, ut Sylburgius ad Pausan. Lacon. C. 22. docuit: oppidum erat Eleutherolaconum.

Φαρσὶ] C. a S. Paullo Φεραὶ ex Ptolemaeo corrigit, quo facile carebimus, præsertim cum vitio non sit liberum; Φηραὶ enim, quod idem ac Φεραὶ, oportuerat, ut Hen. Valesius in Polybii excerpt. p. 15. ostendit. Urbs erat agri Messenii.

᾽Ασώπολις] Conflatum hoc perverse est ex ᾽Ασωπὸς πόλις, ut ex Ptolemaeo L. III. C. 16. & Pausania Lacon. C. 22. compertum habemus. Verius ad hanc urbem, quam ad *Asopitidem*, agri Sicyonii partem, elegantem è Thes. Britan. tom. II. p. 247. numum retuleris, in cujus altera parte ΦΟΥΛΒΙΑ. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ. CEB., altera Nemesis, rotæ pedem imponens, addito ΑCΩΠΕΙΤΩΝ cognomine, conspicitur.

᾽Ακρεαὶ] ᾽Ακραὶ præstant ex Polybio L. V. C. 19., & Pausania Lacon. C. 22., LX. stadiis *Asopo* semovente. Ptolemaeo ᾽Ακρεία, Straboni ᾽Ακραῖα, haud sane bene.

Φιάλαια] Φιάλεια rectum est, quo nomine Arcadiae oppidum fuit, olim Φιγάλεια dictum. Colebatur ibi Bacchus, ut ex Diodoro L. XV. p. 357. videas; unde Lycophroni Alex. ν. 212.

Δαίμων ἐνόρχης Φιγαλεὺς Φαυσήλιος.

Incolæ ΦΙΑΛΕΩΝ nomine in numis Severi & aliorum, insignes sunt.

Κορωνία] Κορώνη vero nomine agri hæc Messeniaci urbs fuit, vicina Pamiso fluvio, quem Ptolemaeus *Panisum* haud recte appellat, apud Pausaniam Messeniac. C. 34. Turpiter in eo flumine adhæsit Jac. Pontanus, nam cum in Georg. Phranza L. II. C. 2. Πάμμισον ποταμὸν in sinum Messeniacum evolvi legisset, *omnibus odiosum fluvium* inde fecit. *Asine*, quæ sequitur, Coronæ viciniam insedit.

Μοθώνη] Tuebitur se Hierocles Tabulæ Peutingeranae & Pausaniae suffragio, qui passim *Mothonem* Μοθώνην & incolas Μοθωναίους, ut L. IV. C. 35., appellat. Thucydides, Strabo, Ptolemaeus atque alii Μεθώνην malunt. *Mothonem* suo quoque calculo ratam habebit Ammianus

ΚΥΠΑΡΙΣΙΑ, ἘΗΛΙΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ἈΙΤΩΛΙΑΣ, [a] ΝΗΣΟΣ ΚΕΦΑΛΗΝΙΑ, ΝΗΣΟΣ ΠΑΝΟΡΜΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΖΑΚΥΝΘΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΚΥΘΗΡΙΑ, ΝΗΣΟΣ ΜΥΚΩΝ, ΝΗΣΟΣ [b] ΣΤΡΟΦΑΔΙΑ, ΝΗΣΟΣ ΜΟΛΟΣ ἈΝΤΙΚΡΥ ΚΟΡΙΝΘΟΥ, ΝΗΣΟΣ [c] ΔΩΡΟΥΣΑ, ΝΗ-

a Νῆσος Κεφαλινία *Car. a S. Paullo.* b Στροφοδία *idem.* c *Et* Δορῦσα.

nus L. XXVI. C. 10. & quos testes ibi appellavit Henr. Valesius.

Κυπαρισία] Gemina sibilante omnes scribunt, in vocis numero variantes: Pausaniae Κυπαρισσίαι Messen. C. 36. Straboni L. VIII. p. 361. Κυπαρισσία. Oppidum erat Messeniorum in Elidis finibus, XV. M. P. a Pylo, ut Tabula, cui *Cyparissa*, ostendit.

Ἦλις] Novi, Elidenses & Aetolos cognatione fuisse ob Oxylum junctos, sed eorum urbem *Aetoliae* tanquam caput fuisse impositam difficulter mihi persuaderi patior. Desunt, quibus ea dignitas urbi firmetur, argumenta; longius præterea ab Aetolia erat disparata, quam ut ejus fuisse Metropolin opinari possis. Puto deficere hic *Patras*, nobilem urbem, contra Aetoliam positam: eam *Metropolin* fuisse ex Epist. Leonis Imp. additoque illi catalogo tom. IX. Concil. Labbei p. 267. citra dubium est: habet eandem inter *Metropoles* ex Hierocle Constantinus L. II. Them. 6. Nec morari quemquam situs urbis extra Aetoliam debet; neque enim longo trajectu inde dislociata fuit; & præterea multa Augustus Imperator ex opposita continente oppida *Patris* condonavit, de quibus Pausanias L. X. C. 38. Vid. quoque L. VII. C. 18. & Ezech. Spanhemium Dissert. XI. de Usu & Præst. Numis. p. 324.

Νῆσος Πάνορμος] Haud parum molestiæ hæc mihi insula adspersit, neque hactenus eam deponere potui: tantum quæ in mentem venerint, adscribam. *Panormum* insulam veteres circa Peloponnesum ignorant: habet ejus nominis portum prope Rhium in Naupacti adverso litore Polybius L. V. C. 102. & Pausanias Achaic. C. 22., qui utique nihil ad hanc insulam: aliam in Cephallenia novit Artemidorus apud Porphyrium *de Nymphar. Antro p.* 114. *Edit. Barnes.* Τῆς Κεφαλληνίας ἀπὸ Πανόρμου λίμενος πρὸς ἀνατολὴν δώδεκα στάδια νῆσός ἐστιν Ἰθάκη σταδίων ὀγδοήκοντα πέντε & Antipater in epigrammate, ab Holsteinio ad Stephani Πάνορμος publicato:

Φοῖβε Κεφαλλήνων λιμενοσκόπε, θῖνα Πανόρμου
Ναίων τρηχείης ἀντιπέρην Ἰθάκης.

Hinc ego dedisse Hieroclem Νῆσου Κεφαλληνίας Πάνορμος conjiciebam, aut certe ex portu nobis insulam fecisse. Quo minus tamen secure in his acquiescam, Marcellinus Comes efficit, Zenonis Imp. jussu *Pelagii gulam in insula, quæ Panormus dicitur, laqueo fractam* An. CCCXC. memorans. Etsi enim, ubi posita fuerit insula, addere neglexerit, fieri potuit, ut non aliam signarit.

Κυθηρία] Præstiterat Κύθηρα & mox Στροφάδες, notæ Virgiliano versu,

— *Strophades Grajo stant nomine dictæ*
Insulæ Ionio in magno.

Μυκῶν] Forte Μύκωνος ab Hierocle venit, nisi si & recto casu Μύκων insula fuerit dicta: certe σμικρότητα τῆς Μύκωνος νήσου habet Apostolius Cent. XIII. 32., &, quem exscripsisse videtur, Zenobius Cent. V. 21., hanc in rem a L. Holsteinio jam appellatus. Vid. Celeb. Ti. Hemsterhusium in Luciani Dial. I. Mort., ubi μίαν Μύκωνον egregie lepidissimo scriptori & plura de insula reddidit.

Νῆσος Μόλος] *Molum* insulam contra Corinthum adhuc quæro. Τὴν πέτραν τὴν Μολουρίδα, *Moluridem petram* ex qua se Ino cum Melicerte in Saronici sinus aquas præcipitem dederit, in hac vicinia Pausanias Atticor. C. 44. & Tzetzes ad Lycophronis Alexand. ℣. 229. commemorant.

Δωρῦσα] Samus olim Δρυῦσα, testibus Heraclide de Polit. & Hesychio, cui tamen alio loco Δόρυσσα est, appellabatur; quæ cum alibi ab Hierocle recenseatur, hinc abesse debet. Habet Οἰνούσας insulas in sinu Messenio Pausanias Messen. C. 34.; illæ, aut potius *Donysa*, quam *viridem* Virgilius vocat, huc pertinere videntur.

Λῆμ-

ΝΗΣΟΣ ΛΗΜΝΟΣ, ΝΗΣΟΣ ΊΜΒΡΟΣ.

ια'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΚΡΗΤΗΣ ΥΠΟ [a] ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ κβ'

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΓΟΡΤΥΝΗ, ΊΝΑΤΟΣ, ΒΙΕΝΝΑ, [b] ΊΕΡΑΠΥΔΝΑ, ΚΑΜΑ-

[a] Ὑπὸ ἡγεμόνα *vulgo.* [b] Ἱερὰ πύδνα *edit.*

Λῆμνος] Hanc & ſequentem Proconſulis Achajæ imperio fuiſſe contributam, cum ab Achaja longiſſime verſus Thraciam ſint ſemotæ, mirandum eſt. Conſtantinus, ſi hac in re Hieroclem fuerit ſecutus, ſeptem duntaxat inſulas circa Peloponneſum L. II. Them. 6. invenit: quoniam itaque dubium id eſſe poteſt, notari operæ pretium fuerit, M. Conſtantinum Præfectum Prætorii Orientis ampliſſima poteſtate inſtruxiſſe, & præter Aſiaticam, Ponticamque Diœceſin omnes illi Orientis provincias cum Aegypto & Thraciarum Diœceſi atque inſulis Cycladibus mandaſſe, δίχα Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σαμοθράκης, *exceptis Lemno, Imbro & Samothracia inſulis*, quæ Præfecti Prætorio Illyrici imperio relictæ ſunt, ut Zoſimus L. II. C. 33. docet.

Ὑπο Κονσυλλάριον] In manu exarato codice accuratiſſimus Holſteinius ita legit, veriſſimumque nobis videtur. Olim Creta provinciæ Cyrenaicæ conjuncta Proconſuli paruit; unde Q. Caecilius Rufinus in Theſaur. p. MXCI. 6. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΚΡΗΤΗΣ ΚΑΙ ΚΥΡΗΝΗΣ dicitur. Poſt dein, mutata Romanæ reipublicæ a Magno Conſtantino forma, diſtractaque hinc Cyrene, Zoſimo L. II. C. 37. teſte, provincia fuit *Conſularis*, ut Notit. Imp. Orient. C. 1. oſtendit, & hoc è Theſaur. epigramma p. MXCIIII. 4.

ΦΛ. ΥΠΑΤΙΟΝ. ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ. ΑΠΟ
ΥΠΑΡΧΩΝ ΠΡΑΙΤΩΡΙΟΥ ΔΟΓΜΑΤΙ. ΤΟΥ
ΚΟΙΝΟΥ. ΠΑΣΗΣ. ΤΗΣ. ΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ. ΑΣ
ΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ. Ο. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ
ΥΠΑΤΙΚΟΣ. ΤΗΣ. ΚΡΗΤΩΝ. ΕΠΑΡ
ΧΙΑΣ. ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ.

Furlanus, qui *Flavium virum conſularem clariſſimum* ex hoc Flavio Hypatio fecit, riſum omnibus debet: tu Fl. Hypatium intellige, qui Præfectus Prætorio Italiæ fuit Antonio & Syagrio Conſulibus, *virum quieti placidique conſilii interque omnes adoleſcentia & virtutum pulchritudine commendabilem*, quo eum elogio ornavit Ammianus L. XXIX. C. 2. Jam cum hujus epigrammatis Aſclepiodotus ΥΠΑΘΗΚΟΣ ΤΗΣ ΚΡΗΤΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ Theſaur. p. MXC. 20. dicitur, eo in titulo vitium eſſe nemo addubitabit.

πόλεις κβ'] Olim centum urbibus inſulam fuiſſe celebrem res eſt tritiſſima: bella & rerum humanarum viciſſitudines plures dein ſuſtulerunt; quarum tamen eum fuiſſe numerum, ut pauciſſimæ ſuperſtites manſerint, licet Servii ætate ita ferrent, nunquam cenſuero: *Primo quidem centum habuit Creta civitates*, Grammaticus in Aeneid. III. 106. ait, *unde Hecatompolis dicta eſt: poſt viginti quatuor, inde ut dicitur, duas, Gnoſon & Hierapidnam: quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat.* Recte Servius Livium illi rumori opponit: ſed ſeverius eum ex ſui temporis factis caſtigatum vellem.

Γορτύνη] Gortynam Cretæ *metropolin* fuiſſe ex Actis Concilii Epheſini p. 453. citra dubium eſt.

Ἴνατος] Ἔνατος Heſychio, Etymologo & Stephano. Ptolemaeus noſtro conſentit. Tabulæ *Inata* M. P. XXXII. ab Hierapydna in parte inſulæ auſtrali.

Βίεννα] Vitio exſcriptorum Tabulæ *Blenna*, unde Ravennas *Blentiam* L. V. C. 21. fecit, dicitur: Stephano Βίεννος, fortaſſe invito: nam a *Vienna* Gallica gentile cognomen Βιέννιος & Βιεννήσιος formari ait, ὃ ὁ Βιέννης Βιεννεῖος: quod utique & forma & orationis ſerie ad hanc Cretenſium *Biennam* pertinere videtur.

Ἱεραπύνδα] Dion princ. L. XXXVI. τὰ Ἱεραπύνδα vocat. Tabulæ *Hiera* XX. M. P. a *Bienna*, Ravennati *Jerapina*; ad quam formam in

ΚΑΜΑΡΑ, ᾽ΑΛΑΥΓΟΣ, ΧΕΡΣΟΝΗΣΟΣ, ΛΥΚΤΟΣ, ᾽ΑΡΚΑΔΙΑ, [a]ΚΝΩΣΟΣ, ΣΟΥΒΡΙΤΟΣ, [b]᾽ΟΑΞΙΟΣ, [c]᾽ΕΛΕΥΘΕΡΝΑ, ΛΑΜΠΑΙ, ᾽ΑΠΤΕΡΑ, ΚΥΔΩΝΕΑ, ΚΙΣΑΜΟΣ, ΚΑΝΤΑΝΙΑ, ᾽ΕΛΥΡΟΣ, [d] ΛΙΣΣΟΣ, ΦΟΙΝΙΚΗ [e]ΗΤΟΙ ᾽ΑΡΑ-

a *Car. a S. Paul.* Κόνοστς. b ᾽Ο Ἄξι@ *omnes.* c ᾽Ελευθέρα *iidem.* d Λάσ@ *vulgo.* e *Abeſt ab editis.*

Synodica Cretenſium ad Leonem Imp. epiſtola *Euphronius epiſcopus Hierapinæ.* Verius eſt ᾽Ιερόπυτνα, ut lapides inſcripti oſtendunt. Vide B. Montfauconii Diar. Ital. p. 74. C. V., ubi perperam ΙΕΡΑ ΠΥΓΝΗ, & Edm. Chishul Antiq. Aſiat. p. 126.

Καμάρα] Olim *Lato*, teſte Stephano, cujus verba Jo. Meurſius L. I. Cretæ ſuæ C. 7. recte conſtituit.

᾽Αλαυγ@] Hanc inſulæ urbem nondum reperi. Suſpicio de mendo eſſe poſſet, niſi in Notitia, quam Jac. Goar Codino addidit, inter Cretenſes epiſcopos ὁ ᾽Αλούγης memoraretur.

Χερσόνησ@] Navale erat Lycti, cujus præſul Siſinnius Nicænæ II. Synodo ſcribendo adfuit p. 354. Χερρόνησ@ Κρήτης in Actis Concilii Epheſini p. 437. dicitur.

Λύκτ@] Urbem hanc Λύττον Polybius L. IV. C. 53. appellat, & ante eum, Strabone teſte, Homerus. Sita erat in excellentiore colle, quæ & nominis ejus cauſſa: Ὃ γὰ ἄνω, inquit Stephanus, καὶ ὑψηλὸν λύττον φασί. Atque hanc ſcribendæ urbis conſuetudinem ipſi incolæ ſunt ſecuti, ut in Theſaur. p. MLXXXV. 5.

ΜΑΤΤΙΔΙΑΝ. CEBACTHN
ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙC. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ. Τ. ΦΛΑ
ΟΥΙΟΥ ΚΩΜΑCΤΑ᾽ ΤΟ Β̄.

ubi πρωτόκοσμος eſt magiſtratus cognomen, qui inter collegas, Κόσμους dictos & numero quidem decem, ut Ariſtoteles L. II. Polit. C. 10. docuit, principe erat loco. In numis non aliud probarunt, qua de re Ezech. Spanhemius in Callimachi Hym. in Apoll. ῾. 33. Vid. Heſych. Καρνηοστόπολις.

᾽Αρκαδία] Tabulæ *Arcade*, unde *Arpade* Ravennas exſtruxit, XXX. M. P. a *Bienna*, pro *Arcades:* urbem enim ᾽Αρκάδας & ᾽Αρκαδίαν, teſte Stephano, appellabant. *Arcadia* Notitiis Eccleſiaſticis, ut Joannes ὁ ᾽Αρκαδίας ἐπίσκοπ@, qui pars Nicænæ II. Synodi fuit, teſtis erit, placet. Male vero huic urbi in Geographia Sacra Car. a S. Paullo locum negavit.

Σέβελπος] Theodorus ἐπίσκοπος Σεβελπῶν eſt in Actis Nicæni II. Concilii p. 354; *Subriti* nomine in Tabula Peutingerana inſignis eſt; unde Σούβελπος non male diceretur, præſertim ſi Σίβυρβος, quam ex Polybio Stephanus habet, hinc originem acceperit: ceteroqui Σούβελβα Scylaci & Ptolemæo eſſe ſolet. Pertinet huc *Cyrillus epiſcopus Subtuus*, ut vitioſiſſime in Synodica Cretenſium ad Leonem Imp. epiſtola ſcribitur, paullo melius in Actis Chalcedonenſibus tom. VIII. p. 671. Κύριλλος ἐπίσκοπος πόλεως Σέβελπος.

᾽Οάξιος] Immo ᾽Οαξος. Aberat haud multum Eleuthernis. Vide Edm. Chishul. Ant. Aſiat. p. 125.

᾽Ελευθέρνα] Multum hoc vulgato præſtat, licet Dio L. XXXVI. principio τὴν ᾽Ελευθέραν vocet: in edito probando numi, lapides ſcriptoresque plurimi, licet in numero vocis variantes, conſpirant: τὰς ᾽Ελευθέρνας Scylax, Plinius, ᾽Ελευθέρνην Conciliorum Chalcedonenſis & Nicæni II. Acta, Stephanusque & Tabula, quæ VIII. M. P. *Subriti* urbe ſemovet, malunt.

Λάμπαι] Λάμπη. Hinc fuit Demetrius, qui peſſime in Chalcedonenſi Concilio p. 100. Πάλπης dicitur, ut ex p. 401. compertum eſt. *Lappa* Λάππη in Tabula, quæ a ſuperiore M. P. XXXII. diſſociat, & Lapidibus, ut Gruteriano p. MXCI. 9.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ
Η. ΠΟΛΙΣ. ΤΟΝ. ΜΑΡΚΟΝ
ΑΥΡΗΛΙΟΝ. ΚΛΗΣΙΠΠΟΝ
ΤΕΙΜΗΣ. ΚΑΙ. ΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ.

Sic enim expleri illud epigramma debet, ut Mabil-

ΑΡΑΔΕΝΑ, ΝΗΣΟΣ ΚΛΑΥΔΟΣ.

ιβ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΛΑΙΑΣ ΗΠΕΙΡΟΥ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ιβ'.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, [a] ΔΩΔΩΝΑΙ, ΕΥΡΟΙΑ, ΑΚΝΙΟΥ, ΑΔΡΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΑΠΠΩΝ,

[a] Δωδόναι *vulgo.*

Mabillonius Itin. Ital. p. 33. & Donianae Inſcript. Claſ. V. 176. docuerunt.

Κυδωνέα] Κυδωνία. *Cydonea* tamen Floro L. III. C. 7., ubi Dukerum vide, & Ravennati: Κυδωνεάδας habes in Dione L. LI. p. 507.

Καντανία] Verius eſt Κάνταν. Tabulæ *Cantano* M. P. XXIIII. a Ciſamo, Apteræ navali. *Catamenſis* epiſcopus eſt in Synodica Cretenſium epiſtola ad Leonem Imp.; ex qua *Ciſamenſem* Car. a S. Paullo facit, cum *Cantanenſem* debuiſſet.

Ἔλυρος] Montibus fuiſſe incinctam Pauſanias Phocic. C. 16. docet. Joan. Meurſium L. I. Cretæ C. 9. vide.

Λίσος] Hoccine an Λάσος amplectare, dubites. Plinius L. IV. C. 12. *Laſon* in mediterraneo ponit inſulæ tractu; *Liſſum* Ptolemaeus in auſtrali Cretæ parte, quæ Tabulæ M. P. XVI. a Cantano *Liſo* dicitur. Atque hæc potior erit, tum quod Pliniana *Laſos* ſit obſcuriſſima, tum etiam, quod ὁ Λίσσος epiſcopus & aliis inſit Notitiis. Adde Scholia in Odyſſ. Γ. 293.

Φοινίκη ἤτοι Ἀραδένα] Ita MSS., ut Holſt. admonuit. In Notitia, quam Jac. Goar publicavit, ὁ Φοινίκης ἤτοι Ἀραδένης præſul ceteris Cretenſium accenſetur; qui, cum vitio ſit deformatus, parum juverit. Fuiſſe puto Φοινίκη ἤτοι Ἀραδήν, quam poſteriorem Stephanus agnoſcit: Ἀραδήν, inquit, πόλις Κρήτης, ἡ καὶ Ἀνάπολις λέγεται, ἀφὸ τὸ εἶναι ἄνω. De *Phœnice* res alia eſt, vix alibi obvia. Eſt in parte inſulæ auſtrali apud Ptolemaeum Φοῖνιξ *Phœnix*, cujus epiſcopum, in Nicæno II. Concilio p. 354. memoratum, negligenter Geographiæ S. conditor præteriit: ea ſi noſtra eſt, oportet cum *Aradene* deinceps coaluerit; aut id ſi ſpreveris, ut *Araden*, incerta nobis cauſſa, *Phœnices* nomen impetraverit.

Νῆσος Κλαῦδος] Sic & Ptolemaeus & Notitia Jac. Goar appellat: Lucae Act. Apoſt. C. XXVII, 16. Κλαύδη, variantibus tamen MSS., & verſionibus plerisque in *Gauden* ſive *Caudon* inclinantibus, qua de re Hugo Grotius. Jo. Millius Κλαύδην divini ſcriptoris Ptolemaei auctoritate haud male firmat, ſed Athenaeum, quem auxilio arceſſit, vellem miſſum feciſſet: verba Deipnoſophiſtae è L. VI. C. 9. ſunt: Ἀντίδοτος δ' ὁ ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ Περιοχέως βιβλίῳ γέγραφε πρὸς βραχὺ πλησίον εἶναι τῆς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σφενδόνης, ἣν δὴ μεμνῆσθαι καλόν. Putat vir diligentiſſimus, τὸ Κλαύδιον eſſe hanc inſulam, quam ſi Athenaeus ſignaſſet, utique ἐν τῇ Κλαύδῃ ſcripſiſſet. Verius Iſ. Caſaubonus in Sueton. Claud. C. 42. animadvertit, *Claudium* Athenaei non inſulam ſed Muſeum eſſe, quod ab Imperatore Claudio ex ſuo nomine additum eſt Alexandrino, ut Suetonius docet.

Νικόπολις] De ea in Ant. Itin. p. 325. Metropolin veteris Epiri fuiſſe Conciliorum Acta & Leonis Imp. epiſtola tom. IX. Concil. Gener. p. 268. oſtendunt.

Δωδῶνα] Sic MS. pro Δωδώνη, cujus epiſcopus Theodorus Concilio Epheſino ſubſcribit p. 437.

Εὔροια] Urbem fuiſſe antiquam, &, quod aquis eſſet copioſiſſimis cincta, eo nomine dictam Procopius L. IV. Fabr. Juſtiniani C. I. adfirmat. Marcus Εὐροίας ſæpe in Actis Chalcedonenſibus occurrit, ut p. 126., & p. 566. ubi perperam Εὐβοίας præſul dicitur. Vide Valeſium in Sozomen. L. VII. C. 26.

Ἀκνίς] Vitioſum & ex Ἄκπον natum eſt. Fuit *Actium* Colonia ad ſinum Ambracium, qua de Plinius L. IV. C. 1.

Ἀδριανούπολις] Inſtauraſſe eam civitatem & ſuo nomine inſignem feciſſe Juſtinianum ex Procopio novimus: ſedem habuit in mediterraneis, ſi Tabulae ſcriptae fides eſt: nam Acta

ἈΠΠΩΝ, ΦΟΙΝΙΚΗ, ἈΓΧΙΑΣΜΟΣ, ΒΟΥΤΡΙΤΟΣ, ΦΩΤΙΚΗ, ΚΕΡΚΥΡΑ ΝΗΣΟΣ, [a] Ἡ ΘΡΑΗ ΝΗΣΟΣ.

ιγ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΝΕΑΣ ἨΠΕΙΡΟΥ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ θ'.

ΔΥΡ-

a Ἡ Θρακονῆσος *editi.*

S. Leucii XI. Januar. mari admovent: *Tunc quidem navigantes*, ajunt, *diebus XV. pervenerunt in civitatem Adrianopolim, & illic adhæsit sibi duos sacerdotes Leonem & Sabinum, & inventa navi de Rhegio, datoque naullo, adscendit in eam, Hydruntumque pervenit:* neque enim dubium est, quin barbarus scriptor hanc intellexerit.

Ἄππων] *Argos* Amphilochicum in hac voce latere, si quid auxilii a MSS. esset, mihi persuaderem. De *Phœnice* vide Ant. Itin. p 324.

Ἀγχιασμὸς] Episcopus Ἀγχιασμοῦ Ἠπείρου παλαιᾶς, qui *Anchiaxi* in versione, est in Chalcedonensi Concilio p. 126. Forte portus est *Onchesmus*, de quo ex Strabone & Ptolemaeo Palmerius L. II. Græc. Ant. C. 2. p. 245.

Βούτριτος] Βουθρωτὸς, de qua alias. Stephano Βουθρωτὸς, νῆσος περὶ Κέρκυραν in editione Aldina Florentinaque & Vossiano MS., ut Berkelius advertit, non, uti addit, *corruptissime:* fuit sane Buthrotus in Chersoneso, nec tamen necessarium erat, ut Χερρόνησος urbium descriptori inculcaretur: sæpe illi insulæ dicuntur, quæ proxime, ut insulæ videantur, accedunt. Vid. Ant. Itin. p. 522.

Φωτικὴ] Sita in depressiore fuit loco aquis stagnantibus circumdata, Procopio L. IV. Aedif. Justin. C. 1. auctore. Meminit ejusdem Auctor Comment. de Petro & Paullo C. 3. Ἐξ ἧς (Ῥώμης) εἰς Μεδιόλανον καὶ Φωτικὴν, πόλεις Ἠπειρώτιδας, ἔρχεται. Conjicit quidem God. Henschenius tom. V. A. S. Junii p. 417. urbem *Lucam*, a *luce* Φωτικὴν scriptori dici; quæ Epirotarum nunquam fuit; at nostram intelligit, quam imperite Mediolano junxit: oppida enim, quod Callimachus ait,

— τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.

Ἡ Θρακὴ νῆσος] Sic MSS.; unde sine controversia eruenda erit Ἰθάκη, ut Car. a S. Paullo & L. Holsteinius viderunt.

Ὑπὸ Κονσουλάριον] Idem in suo codice Constantinus L. II. Them. 9. legit, & falsum tamen esse arbitror: nam & Notitia Imp. Orient. C. 1. utrique & novæ & veteri Epiro Præsidem imponit, & Impp. Valentinianus & Valens ad Zosimum novæ Epiri Præsidem dant L. unic. Cod. Theod. de Stratorib., innuuntque *Apolloniæ* agere solitum. Itaque ὑφ' ἡγεμόνα præstiterit.

Δυῤῥάχιον] Metropolis erat Epiri novæ; unde Lucas ἐπίσκοπος Δυῤῥαχίου, μητροπόλεως νέας Ἠπείρου Conc. Chalced. p. 565.

Σκάμπα] Ita recte Constantinus in editione Batava; nam Σκάμπτα, quod Ansel. Bandurius recepit, hinc detortum est; Vid. ad Ant. Itin. p. 318.

Βοῦλις] Ptolemaeo Βουλλὶς, Stephano Βυλλὶς; urbs erat maritima, Apolloniae vicina, unde ejusdem episcopi curæ fuerunt commissæ, qui in Ephesino Concil. p. 437. Ἀπολλωνίας καὶ Βελλιάδος & p. 524. Ἀπολλωνίας καὶ Βελίδος vitiose dicitur. Vid. Holst. in Stephani Βυλλίς.

Ἀμαντία] Fuit in Orici finibus, ab Abantibus condita & dicta. Vid. Palmerium L. I. G. A. C. 31. p. 171. *Eulalius episcopus ab Amantia* est in fragm. III. p. 1323. Oper. Histor. Hilarii.

Πουλχεριούπολις] Recte hoc Holsteinium probasse, Constantinus L. II. Them. 9. ostendit: nomen est a Pulcheria Theodosii II. sorore; situs vero obscurissimus; qui, si nomen, quo ante usa fuit, esset exploratum, commodius finiretur. Palmerius de Bulgarica Belgrado suspicionem jecit, quæ ut probari possit, vehementer vereor. De *Aulone* Itin. Ant. p. 324.

Ἀυλύνιδος μητρόπολις] Fuit olim Λυχνιδὸς, ut bene Palmerius, quæ cum Hieroclis ævo Epiri *metropolis* non fuerit, credibile est μητροπόλεως vocem huc a Dyrrachio migrasse, aut Lychnido a recentiore librario fuisse appositam: fuit enim seriore ætate sub Bulgaris metropolis; quod ut appareat, sciendum est, urbem hanc a gente Bulgarica *Achridam* fuisse nuncupatam: Cedrenus, Nicephori Gregoras & Callistus, quibus testimonium denuntiavit Palme-

ΔΥΡΡΑΧΙΟΝ Ἡ ΠΟΤΕ ἘΠΙΔΑΜΝΟΣ, [a] ΣΚΑΜΠΑ, ἈΠΟΛΛΩΝΙΑ, [b] ΒΟΥΛΙΣ, ἈΜΑΝΤΙΑ, [c] ΠΟΥΛΑΧΕΡΙΟΥΠΟΛΙΣ, ἈΥΛΩΝ, [d] ἈΥΛΥΝΙΔΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ,

[a] ΑΙΣΤΡΩΝ

a Σκαππα *aut* Σκάπτω *editi & MSS.* b Βῶλος *vulgo aut* Βέλης.
c Πολυχριόπολις *Car. a S. Paulo.* d Ἀλήνιδος *Conſtant.*

Palmerius L. I. V. G. C. 35., id haud obſcure indicant; nec alia fuit ſcholiaſtæ Coisliniano, cum Ptolemaeo adſcriberet, Λυχνιδὸς ἡ Ἀχρίδα, ſententia. Sub iisdem Bulgaris Achrida Juſtinianae I. & metropolis titulo ſuperbiit, teſtibus utroque Nicephoro & Wilhel. Tyrio L. XX. Hiſt. Hieroſ. C. 2. Hic vero non immerito quæſiveris, ſitne Lychnidus eadem ac Juſtiniani patria? patriam enim ſuam Imperator cognomine Juſtinianae I. Novel. XI. illuſtrem eſſe juſſit. Mihi, quantumvis in eam opinionem doctiſſimus Palmerius & plures alii conceſſerint, nullo modo plauſibilis videtur. Diſſentiendi cauſſas habeo graves & varias: quid ſi primo Lychnidum condita Juſtiniana I. ſuperſtitem fuiſſe oſtendero? Exſtructa ea eſt ante Beliſarium Conſulem ſive ante annum ıɔxxxv., teſte Novella XI.; Lychnidus graviſſimo terræ motu corruit Juſtiniano principe, non, ut Palmerius, Juſtino I., apud Procopium Hiſt. Arcan. C. 18.: movit autem terra per Achajam & Epirum anno belli Gothici XIII. eodem auctore L. III. B. G. C. 18., pluresque urbes disjecit: tremuit præterea anno belli ejusdem XVII., L. IV. B. G. C. 25. & horribilem quidem in modum: altero utro motu Lychnidus corruit; neque enim alius in hoc tractu memoratur; adeoque ſi priore, XII. ferme annis poſt conditam Juſtinianam I., ſi poſteriore, XVI. poſt eam annis in ruinas abiit. Igitur cum Lychnidus ædificata Juſtiniana I. priſtinum nomen mordicus retinuerit, floruerit que in plures annos, perperam a Juſtiniano ex ruderibus excitata & novo nomine decorata perhibetur. Quod ipſum, ſi, quæ de utraque urbe prædicantur, in examen miſeris, liquidius patebit. Procopius in Hiſtor. Arcan. Λυχνιδὸν τὴν ὑπ' Ἠπειρώταις ſive *Epiroticam* appellat; at Imperatoris patriam L. IV. Fabr. C. I. in *Dardanis*, qui ultra Epidamniorum fines agitent, collocat: quæ ſane regiones magno terrarum intervallo diſſociantur. Promptum quidem eſt cum Palmerio profiteri, Procopium non ſatis edoctum fuiſſe limites earum regionum; nec facile tamen illi perſuaſerit, qui ejus de bellis Gothico, Vandalico & Perſico deque Aedificiis Juſtiniani libros cum cura evolverit; ne nunc dicam, Imperatorem aperte ſatis Novel. XI. patriam ſuam circa Daciam mediterraneam figere, & Procopii partibus accedere. Ad hæc omnia accedit, Juſtiniani natale ſolum aut *Tauresium* aut *Bederinam* ſive *Bederianam* a Procopio & Agathia vero nomine appellari; qua ergo ratione Lychnidus erit? Porro Lychnidus excellenti colli erat impoſita, καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρης, *& fontibus abundantiſſima* apud Malchum in Excerpt. Hoeſchelii p. 64.; utrumque defuit Juſtinianae I., debuitque Imperator aquæ ductibus, magnifico opere exſtructis, ſubvenire civibus, ne ſitirent, Procopio indice. Tandem, ne longum faciamus. ſi Juſtiniana I. eadem eſt ac Lychnidus, debuit Epirus nova, in qua ea urbs ſedem obtinebat, Juſtinianae I. eſſe contributa, aut ſaltem ejus pars: atqui res ſecus habet: decernit Juſtinianus Novel. XI. *ut primæ Juſtinianae patriæ noſtræ pro tempore ſacro ſanctus antiſtes, non ſolum metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat; & ceteræ provinciæ ſub ejus ſint auctoritate, id eſt, tam ipſa mediterranea Dacia, quam Dacia ripenſis, nec non Moeſia II., Dardania & Prævalitana provincia & ſecunda Macedonia, pars etiam ſecundæ Pannoniæ:* nulla prorſus hic Epiri mentio, in qua non infimo loco Lychnidus. Dices *Achridam* Juſtinianam I. fuiſſe dictam; eam autem a Lychnido nihil diſcrepare: quod ut libenti animo admitto, ita ea, quæ diſputavi, prohibent, ut a Juſtiniano eo nomine inſignitam fuiſſe agnoſcam: omnia niſi me fallant, Bulgaris ad Chriſtianorum ſacra traductis, Lychnido, quæ gentis præcipua in hoc tractu urbs, & metropolis dignitas venit & Juſtinianae I. cognomen: religione enim meliore recepta, & ſacerdotibus, &, qui eos inauguraret, epi-

[a] ΛΙΣΤΡΩΝ ΚΑΙ ΣΚΕΠΩΝ.

ιδ' ἘΠΑΡΧΙΑ ΔΑΚΙΑΣ [b] ΜΕΣΟΓΕΙΟΥ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ε'.

ΣΑΡΔΙΚΗ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΠΑΝΤΑΛΙΑ,
[c] ΓΕΡΜΑΗ, [d] ΝΑΙΣΟΣ, [e] ΡΕΜΕΣΙΑΝΑ.

ιε'. ἘΠΑΡ-

[a] Λήστρων, Σκεύπτων *idem.* [b] Μεσογαίου *Constant.* [c] Γερμανὸς *id.* [d] Ναίσσος *omnes.* [e] Νεμεσιανὰ *Constant.*

scopo fuit opus: lecta ergo urbs, quæ Bulgaris caput erat, & metropolitano assignata, appellataque Justiniana I., sive quod eandem, quamquam non sine errore, ejus temporis Græci opinarentur; seu potius, quod vera Justiniana I., ut plures in hac vicinia aliæ, per tracta diu bella esset desolata, nec alius titulus ad novam metropolim decorandam videretur accommodatior.

Λιστρῶν καὶ Σκεπῶν] Hæc quid velint, non facile dixero. Viri docti, qui occasione oblata in ea inciderunt, conjecturis, sed parum certis, indulserunt. Palmerio L. I. G. A. C. 31., quod Constantinus L. II. Them. 9. Ἄυλων, Λήστρων, Σκεύπτων præferret, *in mentem venit, posse legi* Λησήριον, *vel etiam* Λησῶν, *ut sit velut epithetum Aulonis, navale piraticum vel piratarum, ut in Attica erat* Φώρων Λίμην, *furum portus:* cui suspicioni MSS., verborum ordinem aliter digerentes, contra veniunt; obstant quoque Romanorum leges, piraticam proscribentes. L. Holsteinius in Thesauri Orteliani *Aestraeum* Ἄιστρων præoptat, Aestraeumque, pariter ut Car. a S. Paullo, intelligit; quod oppidum cum in Macedonia II. ab Hierocle fuerit collocatum, hic sedem obtinere non potest. De altero Σκεπῶν non minor hæsitatio: Car. a S. Paullo videndum esse monet, an Καισκεπῶν legi possit; ubi maximopere vellem, ut, quid tandem *Caescepon* fuerit, docuisset. Palmerio Σκεπῶν quæ sit non succurrit. Equidem, si sententia sit ferenda, Λιστρῶν esse dixero novæ Epiri castellum, cui apud Procopium L. IV. Fabr. Just. C. 4. nomen est Ἄλιστρος; in Σκεπῶν autem sive Σκεύπτων voce latere ejusdem Epiri urbem, quæ Σκιδρέων, & in Augustano codice Σκυδεὼν, eidem Procopio audit.

Ὑπὸ Κονσουλάριον] Consulari Daciam mediterraneam paruisse Notit. Imp. Orient. C. 1. confirmat. Est in L. 2. C. Theod. de Inoffic. Testam. *Claudius præses Daciæ*; quæ cum & *Sardicæ* meminerit, diceres Daciam mediterraneam fuisse præsidialem provinciam; quæ tamen res secus habet. *Sardicæ* a Constantino M. ea lex data est ad Præsidem Daciæ, qui propterea Daciæ mediterraneæ Præses non fuit, ut J. Gothofredus censebat.

Σαρδικὴ] Daciæ metropolin fuisse Theodoretus L. II. H. E. C. 4., docet, *Constantius*, inquit, προσέταξεν εἰς τὴν Σαρδικὴν, Ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις, τοῦ Δακῶν ἔθνους μητρόπολις, καὶ τοὺς τῆς ἐῴας καὶ τοὺς τῆς ἑσπέρας συνδραμεῖν ἐπισκόπους. Ubi ne ad *Illyricam urbem* offendaris, ita dici obiter observa, quod Præfecto Prætorii per Illyricum subesset, quæ ratio & Jornandem R. Got. C. 56. permovit, ut *Naissum* Illyrico contribueret. Vide de Sardica Ant. Itin. p. 135.

Παντάλια] Παυταλία vero nomine fuit, numis, ΟΥΛΠΙΑϹ ΠΑΥΤΑΛΙΑϹ titulis inscriptis, & Tabula, quæ *Peutaliam* XXIIX. M. P. Sardica separat, indicibus: ter idem commissum est peccatum in Malchi Excerpt. Legat. Hoeschelii p. 62., quæ accuratissimus L. Hosteinius ad Stephani Παιταλίαν optime eluit. Sita erat non longe à Thraciæ introitu: παραγγείλας χώραν μὲν αὐτῷ δοῦναι ἐν Παυταλίᾳ, Malchi verba sunt, ἢ τῆς μὲν Ἰλλυρικῆς μοίρας ἐστὶν ἐπαρχία, οὐ πολὺ δὲ ἀπέχουσα τῶν εἰσβολῶν τῆς Θρᾴκης. Procopio non dissimili vitio Παντάλεια L. IV. Aedif. Just. C. 1. dicitur.

Γερμάη] Constantinus L. II. Them. 9. Γερμανὸς habet. Verum est Γερμανὴ, quo nomine Procopius L. IV. Aedif. Just. C. 1. in hac Dacia novit urbem: nec diversa, puto, est Germania, quam L. I. B. Vand. C. 11. in finibus Illyrici & Thraciæ, Θρᾴκων τε καὶ Ἰλλυρίων μεταξὺ, ponit,

ιε'. ἘΠΑΡΧΙΑ [a] ΤΗ ΠΑΡΑ .... ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ.
ΠΟΛΕΙΣ ε'

ΡΑΖΑΡΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [b] ΒΗΝΟΠΙΑ, ἈΚΟΙΝΕΣ,
ΚΑΣΤΡΑ [c] ΜΑΡΤΙΣ, [d] ἸΣΚΟΣ.

ιϛ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΔΑΡΔΑΝΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ.
ΠΟΛΕΙΣ γ'.

[e] ΣΚΟΥΠΟΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ,

ΜΗΡΙΩΝ,

a *Constantinus L. II. Them.* 9. τῇ παλαιᾷ. b Μονοπία *MSS.* c Μαρτυς *vulgo.* d Ἴδαος *editi.* e Σκῦπο *iidem.*

ponit, Belisarii patriam. Vid. N. Alemannum in Histor. Arcan. C. 2., & cave credas in sanctionibus antistitum Orientalium, quod inibi fidenter & Ortelianis verbis asseritur, metropolin esse: longe enim hæc ab ea dignitate afuit.

Ναισὸς] Recte ita MSS. & Constantinus. Vid. Holst. ad Stephan. & quæ Itiner. H. p. 566. adscripta sunt.

Ῥεμεσιάνα] De hac urbe ad Anton. Itiner. p. 135. disputavimus. Id mirandum est, in Actis Chalcedonensibus p. 323. Ἀφρύπολιν appellari: subscribit Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἀφρυπόλεως Ῥεμεσιάνων, qui in Latina veteri versione *episcopus civitatis Remissianensium* & p. 126. Ῥεμεσιάνης τῆς Δακίας recte dicitur. Putem librarios Ἀφρυπόλεως esse conditores, & cum in Actis esset Διογενιανὸς ἐπίσκοπος Ἄφρυ, Διογενιανὸς ἐπίσκοπος πόλεως Ῥεμεσιάνης, neglecto alterius Diogeniani nomine, novæ urbis fundamenta posuisse. Ἄφρυ ἐπίσκοπος, ut hoc addam, episcopus Afer in his Conciliorum Actis esse solet, ut p. 402.

Τῇ πρὸς .... ὑπὸ Κονσουλάριον] Ripensis Dacia cum intelligatur, fortasse τῆς παραποταμίας Δακίας justum erit: Procopio L. IV. Aedif. C. 5. Ῥιπησία est Δακία. Quod autem Consulari administranda mandatur, id a recto longe abest: fuit enim Præsidialis provincia, uti præter Notit. Imp. Orient. C. 1. ex L. 2. C. Theod. de Inoffic. Test. pro comperto habemus.

Ῥαζαρία] Ῥατιαρία oportuerat: hanc & duas sequentes Theophanes Chronograph. p. 217. non præteriit: Καταστρέψας τήν τε Ῥατιάρναν, inquit, καὶ Κωνωνίαν καὶ Ἀκὺς καὶ Δωροστόλον καὶ Ζάνδαπα καὶ Μαρκιανούπολιν: quæ ex Theophylacto L. I. H. M. C. 8. decerpta, indidem facile saniorem recipient colorem. Vid. Ant. Itin. p. 219.

Βηνοπία] Βονωνία est, ut Henr. Valesius in Ammian. L. XXXI. C. 11. dudum vidit. Quod sequitur Ἀκοίνες Latini *Aquas*, Græci Ἀκὺς vocitant, qua de re dictum alias est.

Κάστρα Μάρτις] Sozomenus L. IX. H. E. C. 5. Κάστρα Μάρτις πόλιν τῆς Μυσίας appellat, recte si urbis nomen spectes, non item si provinciam: fuerunt enim hæc Castra in Dacia, ubi Procopius ea L. IV. Fabr. Just. C. 6. agnoscit & a Danubii ripa removet; quod sane mirandum est, siquidem *Gratianus permeato Danubio, delatus Bononiam, Sirmium introiit, & quatriduum ibi moratus per idem flumen ad Martis Castra descendit* apud Ammianum L. XXXI. C. 11.

Ἴσκος] Ita MSS., Henr. Valesii conjecturam adfirmantes. Vid. Ant. Itin. p. 221.

Δαρδανίας] Sita hæc provincia erat ad Macedoniæ occidentem plagam: Codex missorum Theodosii, ab Emman. Schelstrate tom. II. Antiq. Eccles. p. 526. editus, *Macedonia & Hellespontus & pars Ponti finiuntur ab oriente mari Pontico, ab occidente desertis Dardaniæ, a septentrione flumine Histro, a meridie Aegaeo.* Harduinus, qui ad Plinii L. IV. C. 11. *deserta Candaviæ* substituit, caussam nullam habuit.

Σκῦποι] Sic Ptolemaeus, Stephanus Σκόπους vocat: *Scupum* Marcellinus Comes An. IↃXVIII., cum de aerumnabili Dardaniæ calamitate *Scupus namque metropolis*, ait, *licet sine civium suorum hostem*

ΜΗΡΙΩΝ, [a]ΟΥΛΠΙΑΝΑ.

ιζ' ΈΠΑΡΧΙΑ [b]ΠΡΕΒΑΛΕΩΣ ΥΠΟ ΉΓΕΜΟΝΑ.
ΠΟΛΕΙΣ γ'.

ΣΚΟΔΡΑΙ, ΛΙΣΣΟΣ, [c]ΔΩΡΑΚΙΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ.

ιη'. ΈΠΑΡ-

a Ὁ Ὑπιάνα *Car. a S. Paullo.* b Πρεβάλεων *MSS.* c Δωράκιος *Car. a S. Paullo.*

hostem fugientium clade, funditus tamen corruit. Melius Paullinus *Scupos* Propemptico ad Nicetam:

Tu Philippeos Macetum per agros,
Per Tomitanam gradieris urbem,
Ibis & Scupos patriæ propinquos,
Dardanus hospes.

quamquam si iter consideres, quo amicum *Remesianam*, patriam in urbem, mittit, maximas ambages meritissimo mirere: quid opus *Philippeos agros* & *Tomitanam urbem*, ut Scupos devenias, invisere? Ant. Pagius Critic. An. CCCXCVII. 9. quo Paullinum ignoratæ Geographiæ culpa liberet, nescio quos *Philippeos agros*, nusquam lectos, comminiscitur, & pro *Tomitana* urbe *Stobitanam* restituit sive *Stobos:* equidem a Stobis *Stobensem* recte formari, nusquam *Stobitanum*, legi: at demus hoc: cui bono per *geminam Epirum Thessalonicen* Nicetam amandat, cum brevius per Prævalitanam Dardaniamque provincias iter, in Tabula signatum, in Scupos & Remesianam versus pateret? Sed hæc missa faciamus: sita urbs fuit ad Axium, sive, ut serior ætas maluit, Bardarium: Nicephorus Bryennius Coment. L. IV. C. 18. ὁ δὲ Βαρδάριος καταῤῥεῖ μὲν ἐκ τῆς τῆς νέας Μυσίας ὀρῶν, καὶ διϊὼν διὰ Σκούπων, κάτεισι μεταξὺ Στρουμπίτης: quæ cur Possinus vertere neglexerit, divinare non possum; nihil utique habebunt obscuri si Nicephorus Gregoras in consilium adhibeatur, *Scopia*, quo nomine deinceps claruit, Triballorum in montibus oppidum, Axio flumini adstruens L. VIII. C. antepenult. p. 266. Edit. Genevens.

Μηρίων] Fortasse hæc delitescit inter castella, quæ plura Dardaniæ Procopius L. IV. Aedif. Just. C. 4. nobis annumerat; proxime accedere Βερμέριον, Ἄρια & Μαριανὰ videntur.

Ὀυλπιανὰ] Urbem hanc longa temporis injuria labantem Justinianus erexit, & Justinianae II. cognomine superbire jussit apud Procopium L. IV. Aedif. Just. C. 1. Habes eandem in his Jornandis Rer. Getic. C. 56. Theodemir *Naissum primam urbem invadit Illyrici, filioque suo Theodorico consociatus adstat & in villam comites per castrum Herculis transmittit Ulpianam, qui venientes tam eam quam & opes mox in deditionem accipiunt:* sic edunt, intricatissimam verborum sententiam susque deque habentes: Codex Ambrosianus *sociatis adstat & in vilia comitibus* & *tam eam, quam Mestulus mox* præfert: unde ego fuisse credidero, *filioque suo Theodorico sociatis adstat & III. millia è comitibus per castrum Herculis transmittit Ulpianam: qui venientes tam eam, quam Metulum mox in deditionem accipiunt.* Castrum Herculis, ut obiter ea illustrem, Tabula XIIII. M. P. Naisso semovet; Metulum autem in hac vicinia oppidum erat natura & operibus munitum: Appianus Illyr. p. 10. Ed. Hoesch. ἐπὶ δὲ ἑτέραν πόλιν ἐχώρει Μετοῦλον, ἡ τῶν Ἰαπόδων ἐστὶ κεφαλὴ, κεῖται δὲ ἐν ὄρει σφόδρα ὑλώδει, ἐπὶ δύο λόφων, οὓς διαιρεῖ χαράδρα στενή· Reliqua a vestigiis manu exarati codicis proxime recedunt.

Πρεβάλεως] Provincia Prævalitana inter Epirum novam & Dalmatiam ad Adriaticum erat protenta sinum, Procopio L. I. B. G. C. 15. auctore: paruisse Præsidi Notit. Imp. Orient. C. 1. adfirmat.

Σκόδραι] Verius Σκόδρα: situm urbis Livius L. XLIV. C. 31. describit.

Λίσσος] Hæc & ejus arx *Acrolissus* ex Polybio L. VIII. C. 10. & Livio L. XLIII. C. 20. notissima est. Ἔλισσος Constantino dicitur Imper. de Administ. Imper. C. 30.

Δωράκιον] Diceres hinc fuisse Eucharium Δωρακίου præsulem, qui pars Ephesini fuit Concilii, nisi p. 436. adderetur τῆς νέας Ἠπείρου, atque inde Dyrrhachinus esset. Est inter Gudianas ex Ligorio inscriptiones p. CLXXI. hoc epigramma:

D. M. S.

ιη'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΜΥΣΙΑΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ε'.

[a] ΒΙΜΕΝΑΚΙΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΣΙΓΓΙΔΟΝΟΣ, ΓΡΑΤΙΑΝΑ, ΠΡΙΚΟΡΝΙΑ, ΟΡΘΕΜΑΡΧΟΣ.

ιθ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΝΝΟΝΙΑΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ β'.

[b] ΣΕΡΜΙΟΝ, ΒΑΣΙΑΝΑ.

[b] ΕΠΑΡ-

[a] Βιμδμάκη *idem* & Σιγιδόνος. [b] Ἕρμιον *id.*

D. M. S.
C. IVLIVS. C. F.
AEMILIA. RVFVS
DVRRACI
MIL. COH. XII. VRB.

quod & ego ad Dyrrhachium pertinere exiſtimem. Quid ergo huic *Doracio* fiet? Equidem legere id nusquam memini: fuit præterea Prævalitanæ provinciæ metropolis Scodra, ut ex Gregorii M. L. X. Epiſt. 34. apparet: quare, donec aliunde firmiore Doracium hoc tibicine fulciatur, arbitrabor, Docleam ſive Diocleam, non quidem metropolin, ſed celebrem tamen poſt Diocletianum ejus inſtauratorem urbem, hic ſuum etiam locum obtinuiſſe. Vide de ea Conſtantin. Adminiſt. Imp. C. 35. & Cinnamum L. VI. Hiſtor. C. 1.

Μυσίας] Moeſia hæc I. eſt, ſive *ſuperior*, ut Tabulæ dicitur; Socrati L. I. H. E. C. 27. ἡ ἄνω Μυσία. *LEG. AVG. PR. PR. PROVINC. PANN. ET. MOESIAE SVP.* ſub Septimio Severo eſt in Theſaur. p. CCCCVII. 1.; poſtea Præſidialem fuiſſe teſtis Notit. Imp. Orient. C. 1. eſt.

Βιμδμάκιν] Βιμδμάκιον rectius Theophylactus L. I. H. M. C. 5. qui πόλιν λαμπρὰν ad Illyricum pertinentem appellat. In Gordiani & Philippi numis *P. M. S. COL. VIM.*, quos ridicule admodum Harduinus in Num. Urb. Illuſtrat. explicat de *Provincia Macedonia ſuperioris Colonia Viminacio.* Adeone *Moeſia ſuperior* ignorata fuit, ut his in numis cognoſci haud potuerit?

Σιγιδόνος] Σιγιδὼν aut Σιγιδῶνον oportuerat. Socrates L. I. Hiſt. E. C. 27. & L. II. C. 12. epiſcopum Σιγιδόνος τῆς ἄνω Μυσίας Urſacium inter Arianismi defenſores numerat: ut mirer Car. a S. Paullo Socratem notaſſe ob Singidunum Pannoniæ tranſcriptam; certe L. I. C. 20., quorſum lectores amandat, nihil hujus legitur. Vid. Ant. Itiner. p. 132.

Γεφπανὰ] Eſt in Notit. Imp. Orient. C. 153; inter Moeſiae I. urbes, deque ea diſputavimus ad Itiner. H. p. 566.

Πρικορνία] Imo vero Τρικόρια aut Τρικόρνιον potius. Vide idem Itiner. p. 565.

Ὀρθέμαρχος] Pro Ὄρβεο μάργε, ut diximus ad Ant. Itin. p. 134.

Παννονίας] Pannonia II. eſt, quæ olim Præfecto Prætorii Italiæ parebat, pars Imperii Occidentis, ut Notit. Imp. Occid. C. 2. docet: eam autem cum Juſtinianus reciperaſſet, ſicuti Novel. XI. ſignificat, provinciis Orientis Hierocles accenſet. Quod autem *Præſidi* mandatur, id Juſtiniano credo debetur; eſt ſane *MVNATIVS PLANCVS V.C. PRAESES PANNONIAE PER ANNOS XXVII.* in lapide Reineſiano Claſ. VI. 71.; ſed is Pannoniae I. præpoſitus fuit: nam ſecundam Conſularem fuiſſe Notitia eadem C. 1. confirmat.

Σέρμιον] *Urbium mater & populoſa & celebris* Ammiano L. XXI. C. 10. unde in Concilio Aquileienſi ſub Damaſo Amenius *Caput*, inquit, *Illyrici non niſi civitas eſt Sirmienſis* tom. III. Concil. Labbei p. 391. Non diſſimilia leges Juſtiniani in Novel. XI., cujus tamen verba ſi ita acceperis, acſi Theſſalonicenſi Eccleſiæ poſt Attilae & Sirmii everſi tempora demum ea dignitas acceſſerit, qua omni Illyrico præſtabat, erroris Tribonianum abſolvere non poteris: multis enim ante annis, ut ex Theodoreto ſupra monuimus, Illyricum Orientale illi

κ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ἈΣΙΑΣ ὙΠΟ [a] ἈΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ μγ'.

ἘΦΕ-

[a] Ἀνθυπατῶ *Bandurius.*

urbi paruit. Vid. P. de Marca Dissert. de Primat. C. 38. & de *Basianis* sive *Bassianis* Itiner. A. p. 131.

Ὑπὸ ἀνθύπατον] Aristidi tom. I. 611. ἄρχων τ῀ Ἀσίας, & p. 572. ac 600. ἡγεμὼν τ῀ Ἀζίας, quibus atque aliis in locis cum *prætorem* aut *præsidem* interpres verterit, præbita magno Usserio in Smyrnensium Epist. p. 46. Ed. Ruinarti ut scriberet occasio est, *totius provinciæ proprie dictæ Asiæ Proconsulem tunc fuisse præsidem*; quod tamen a vero procul abesse, cognitissimum est. Erat Proconsulis imperium latissimum, suis terminis ab eodem Aristide tom. II. p. 501. circumscriptum: longe tamen accuratius, quamquam ejus scriptoris ætate tantum non erat, ab Eunapio in Maximo p. 101. Ed. Plantin. ἀλλ' εἰς ἀρχὴν μετέστησε μείζονα, ἀνθύπατον αὐτὸν ἐπιστήσας τ῀ νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης. αὐτὴ γὰρ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἁλιγενὲς ἐπέχουσα ἄχρις τῶν ὑπερκειμένην ἤπειρον ἄγει Καρίας ἀποτέμνεται. καὶ Τμώλῳ αὐτῆς ἀφιεμένη τὸ ἄχρις Λυδίων· ἔστι δ' ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη, καὶ ὁ κατηκόων ἅπας τ῀ αὐλῆς ἐπάρχου. Valens Clearcho *majorem præfecturam commisit, Asiæ, quæ nunc peculiari nomine sic vocatur, proconsulem creans; ea a Pergamo usque maritimam oram complexa in continentem Caria tenus desinit, Tmolo monte fines ejus, Lydiam attingentes, circumscribente: estque provincia illustris, neque subjecta Præfecti Prætorii imperio.* Jam si observaris huic Proconsuli Hellesponti Consularem & Insularum Præsidem dicto fuisse audientem, amplissimam utique potestatem illi injunctam agnosces. Quod vero Præfecti Prætorii imperio exemptum fuisse adfirmat, id, quamquam ab eo ad Præfectum appellatio in L. 19. Cod. de Appellat. permittitur, ex Notit. Imp. Orient. C. 1. quoque cognoscas; neque enim *Asia* provinciis annumeratur, quæ sub dispositione Præfecti Prætorio per Orientem fuerunt. Ceterum in Eunapii verbis, quod nec interpretem fugit, non τὸ ἁλιγενὲς sed τὸ ἁλιτενὲς, ut apud Polybium L. IV. C. 39. de ora Ponti πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἁλιτενὲς, legi oportet: simile vitium è Strabone L. XIII. p. 595. eluit Paul. Leopardus L. IV. Emendat. C. 15.

Πόλεις μγ'.] Olim *quingentæ* urbes Asiæ Proconsulis jurisdictioni erant contributæ: unde Agrippa apud Josephum L. II. B. I. C. 16. §. 4. τί γὰρ αἱ πεντακόσιαι τ῀ Ἀσίας πόλεις; ἐχὶ δίχα φρεσὶν ἕνα σεβασμιωτάτην ἡγεμόνα, καὶ ὡς ὑπατικὰς ῥάβδους; tumque in plures descripta erat conventus, de quibus Plinius L. V. C. 29. Deminui ejus amplitudo cœpta est, postquam vicinis provinciis sui magistratus sunt impositi, & alterius imperio subjecti. Vid. Usserium de Asia Poconsl. p. 32. &c.

Ἔφεσος] Provinciæ erat metropolis: & quamquam olim eam urbi dignitatem vicinæ invidebant, ab Antonio tamen Imperatore Proconsuli necessitas imposita est *per mare applicare καὶ τ῀ μητροπόλεων Ἔφεσον* (*i. e. & inter matrices urbium Ephesum*) *primam attingere*, ut Ulpianus L. 4. §. 5. D. de Offic. Proconsl. admonet; nec tamen Ephesum Imp. Smyrnæ aut Pergamo ita præposuit, ut præ illis primas auferret: tantum ut è metropolibus provinciæ primam eam adiret edixit, ut pulchre demonstravit Ezech. Spanhemius Dissert. IX. de Usu & Præst. Numism. p. 614. sequiore demum ætate reliquis est antelata, factusque ejus episcopus Asianæ diœceseos exarchus & jure quidem Patriarchico apud Evagrium L. III. H. E. C. 6. Adde Usserium de Asia Proconsl. p. 49.

Ἐνέα] Ἀναΐα verum oppidi, quod Cariæ Ptolemaeus & Stephanus, Scylax Lydiae circa Magnesiam attribuit, cognomen erat: Soticus πόλεως Ἀναΐας inter Asiæ Episcopos Chalcedonensi Concilio p. 675. subscribit, Concil. vero Constantinop. III. p. 666. Joannes ἐπίσκοπος Ἀνέων τ῀ Ἀσιάνων ἐπαρχίας, qui p. 500. τ῀ Ἀνεατῶν πόλεως dicitur. Prave ergo in Concilio Ephes. p. 465. Modestus fertur τ῀ Ἀνέων πόλεως τ῀ Φρυγίας & p. 527. τῆς Νεατῶν πόλεως præsul. Apud Stephanum gentile nomen est Ἀναΐῳ & Ἀναΐτης, ad quam formam ea, quæ produxi, facile corrigentur.

Μαγνησία Μεάνδρῳ] Numis ΜΑΓΝΗΣΙΑ Η ΠΡΟΣ ΤΩ ΜΑΙΑΝΔΡΩ, Concilio Constantinop. III. p. 666. Μαγνήτων ἡ Πρωτομαιανδρέων πόλις· aberat haud multum Epheso. Vid. Ezech. Spanhemium

ΕΦΕΣΟΣ, ΕΝΕΑ, [a] ΠΡΙΗΝΗ, ΜΑΓΝΗΣΙΑ [b] ΜΕΑΝΔΡΟΥ, [c] ΤΡΑΛΛΕΙΣ, ΝΥΣΣΑ, ΠΡΙΟΥΛΛΑ, ΜΑΣΤΑΥΡΑ, ΑΝΙΝΕΤΑ, ΥΠΗΤΑ, ΑΡΔΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΔΙΟΣ ΙΕΡΟΥ, [d] ΕΥΑΖΑ,

[a] ΚΟΛΟ-

a Πρίνε *editio princeps.* b *Μαίανδρε oportuerat.* c *Τρᾶλλης Car. a S. Paullo.* d *Ἔυασα idem.*

mium Diſſert. IX. de Uſu & Præſt. Numism. p. 656.

Τραλλεις] Neque hæc longe Epheſo remota fuit: Oracula, quæ Sibyllæ accepta feruntur, L. III.

Τραλλις οἳ' ἡ γείτων Ἐφέσῳ σεισμῷ κατελύσει Τείχεα. ——— ———

Dubium autem eſt, fueritne Maeandro adſtructa: Stephanus adfirmat; negantium partibus Strabo accedit L. XIV. p. 648.; cui Whelerus numum ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ nomine inſcriptum & amnis figuram præferentem Itiner. p. 288. opponit: nec is tamen fluvio accubuiſſe Maeandro probaverit: tum quod numi ſubinde fluvium, qui urbis agrum radit, oſtentent, ut Nicaeenſium, amne *Sagari* inſignes, tum maxime quod numi ejus flumen poſſit eſſe *Eudon*, quem circa Trallianorum urbem defluxiſſe Etymologus cum Plinio docet.

Νύσα] Νύσα Straboni atque aliis. Actis Concilii Epheſini p. 527. ſubſcribit Theodotus Epiſcopus Μυάσης, qui Νύσης fuit: Νυσαέων πόλις Concil. Conſtantinop. III. p. 667.

Πρίηλα] Βρίηλα oportuerat, ut apud Strabonem L. XIV. p. 650. & in egregio Theſaur. Britan. tom. II. p. 102. ΒΡΙΟΥΛΕΙΤΩΝ numo: idem adfirmaverit Rufinus epiſcopus πόλεως Βριήλων Nicaen. Concil. II. 349.; corrige ergo, quem in Actis Epheſin. p. 528. reperies, Βαειηλιτῶν præſulem. Quæ ſequitur *Maſtaura* a Strabone, Stephano & Conciliorum Actis ſæpe memoratur.

Ἀνίνετα] Ἀνίνητον videtur præſtare ob Theodorum epiſcopum Ἀνινήτης in Epheſino C. p. 466., licet prave p. 528. Ἀνηνυσίων vocetur præſul: Mamas enim Ἀνινήτης Chalcedonenſis Conc. p. 522. illud ſua ſubſcriptione firmat, quantumvis p. 664. ἐπίσκοπος πόλεως Ἀνηρίτης dici videatur. De ſitu nihil finivero.

Ὑπήτα] Ὕπαιπα, unde Julianus Epiſcopus πόλεως Ὑπαίπων in Chalcedon. Synodo p. 665. & Antonius Ὑπαιπηνῶν πόλεως Concil. Conſtantinop. III. p. 500., quod poſterius ſæpe in numis apud Harduinum, Vaillantium & Haymium conſpicitur. Oppidum Tmolo accubabat: Ovidius Metamorph. XI. 150.

Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in adſcenſu; clivoque extentus utroque
Sardibus hinc, illinc parvis finitur HYPAEPIS.

Ἀρκαδιόπολις] Verum eſſe Ἀρκαδιόπολις, Alexander Ἀρκαδιοπόλεως τῆς Ἀσίας Concil. Epheſ. p. 463. & 528. teſtabitur, qui ſi nomen, quo urbs antea fuerat uſa, adpoſuiſſet, ejus ſedem quam fruſtra veſtigamus, eadem opera indicaſſet.

Διὸς ἱερᾶ] Imo ἱερᾶν, Ioniæ Lebedum inter & Colophonem apud Stephanum oppidum: numos ΔΙΟΣΙΕΡΙΤΩΝ habet Harduinus, qui ex Concil. Conſtantinop. III. p. 500. Ed. Labbei Χελιδόπολιν deinceps fuiſſe non præteriit.

Ἔυαζα] Liberatus Diaconus Breviar. C. 13. *Nono quoque Secretario acta eſt actio, ubi Baſſianus, qui ad civitatem Euazenſium epiſcopus ordinatus eſt, & Eccleſiæ incubuerat Epheſinae:* quam civitatem [cur in Labbeana editione aſteriſco notarint, cauſſam non video: bene enim omnia habent. Fuerat Baſſianus invitus Ἐυάζων civitati a Memnone Epheſio epiſcopus impoſitus: Memnone & ejus ſucceſſore Baſilio fato functis idem Epheſo eſt præpoſitus; quæ omnia fuſius Concil. Chalcedon. Acta tom. IX. p. 7. L. Holſtenius in Car. a S. Paullo Geogr. S. huc refert Baſilii Epiſt. 251. Nov. Edit., τοῖς Ἐυασηνοῖς inſcriptam, auctorque eſt, ut Ἐυαζηνοῖς legatur: mihi, pace ejus dixerim, alia eſt ſententia: in Baſilii Epiſt. 278. Ἔυησα *Eueſus*, Cappadociæ montibus proxima, ut ex ſerie epiſtolæ cognoſcas, invenitur; hujus incolis miſſam eam epiſtolam arbitror, proptereaque Ἐυησηνοῖς, præcipue quod poſteriore in Epiſt. manu exarati codices, non item priore, in vocabuli ſcri-

[a]ΚΟΛΟΣΗ, ΑΛΓΙΖΑ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΠΑΛΑΙΑ ΠΟΛΙΣ, ΒΑΡΕΤΤΑ, [b]ΑΥΛΙΟΥ ΚΩΜΗ, ΝΕΑΥΧΗ, [c]ΚΟΛΟΦΩΝ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΛΕΒΕΔΟΣ, ΤΙΟΣ, ΣΜΥΡΝΑ, ΚΛΑΖΟΜΕΝΗ, ΣΑΤΡΩΤΗ, [d]ΜΑΓΝΗΣΙΑΣΟΥΠΟΛΙΣ, ΑΠΑΗ,

ΤΕΜΝΟΣ,

[a] Κολοατὶς *MSS.* [b] *Carol. a S. Paullo* Αὐηλιέπολις Κύμη *emendat, nulla justa causſa motus.* [c] Κολοφὶν *ejusdem edit., alia* Κολοφὼν μηξόπολις. [d] Μαγνησιοσέπολις *vulgo.*

ptura conſentire videantur, præopto.

Κολοσὴ] Manu exarati codices Κολοατὶς præferunt: ego neutrum probavero; tametſi quo vero nomine fuerit pro comperto nondum habeam. In binis Jac. Goar Notitiis inter Aſiæ præſules eſt ὁ Καλόης, ſubſcribitque Nicaeno II. Concilio p. 50, 350. atque alibi Theophanes ἐπίσκοπος Καλόης & p. 153. mendoſe Κάλπης. Diceres itaque Καλόη juſtum eſſe urbis titulum, niſi Aphobius, qui Synodo Epheſinae adfuit, contrairet, & ſe Κολῶν ☉ p. 465. ſive Κολάνης p. 528. aut, quod MSS. dant, Κολόης epiſcopum fuiſſe teſtaretur; cui ultimo cetera poſtponerem, illique nomen veniſſe a *Coloë* lacu haud multum a Sardibus apud Strabonem L. XIII. p. 626., ſi aberrandi metus abeſſet, autumarem. Quamvis autem de urbis nomine pleraque dubia ſint, non poterit Car. a S. Paullo negligentiam in ea prætereunda excuſare.

Ἀλγίζα] Hoc Acta Concil. Nicaeni II. p. 153. atque alibi, quibus Leo ἐπίσκοπος Ἀλγίζων nomen adſcripſit, firmabunt: in Chalcedon. p. 96. habebis Proclum Ἀργίζης & p. 398. Ἀργίζων. De ejus & *Nicopolis*, quam fruſtra quæro, ſitu, Scepticos imitatus, nihil finivero.

Παλαιὰ πόλις] Eandem eſſe volunt ac Παλαιὰν κωμοπολίαν, de qua CXXX. ſtadiis ab Anderis remota Strabo L. XIII. p. 614., dubia tamen conjectura: nam Παλαιῶν præſul in Nicaeno II. p. 51. inter Hellespontios ſubſcribit & a Palaeopolitano diſtinguitur. Ejus epiſcopi in Conciliorum Actis ſæpe obvii ſunt. Vid. Nicaenum II. p. 153. & Epheſinum p. 437.

Βαρέτα] Conſtabilit hocce oppidi cognomen Joannes Βαρέτων epiſcopus in Actis Chalced. p. 675. Βαρέτων præſul eſt in Conſtantinop. III. p. 667. & Nicaeno II. p. 153.

Ἀυλίε Κώμη] Thomas πόλεως Ἀυλίε Κώμης eſt in Chalcedon. Concil. p. 96. & 675.

Νεαύχη] Νέα Ἀυλὴ oportuerat ob Philippum Νέας Ἀυλῆς in Chalced. Conc. p. 96., qui perperam p. 675. Μεναύλης, & in Latina verſione *Naulochi*, unde Car. a S. Paullo *Naulochum* urbibus Aſiae, quibus olim epiſcopus fuerit, adſtruxit.

Κολοφὼν] Emman. Schelſtratenus & Ans. Bandurius Colophoni arctiſſime Μηξοπόλεως vocabulum adſtringunt: qua ratione Colophon metropolis, cujusmodi non fuit, creatur, Ioniaeque urbs *Metropolis* prorſus præteritur: rectius itaque Car. a S. Paullo diſtinxit. Abeſt Colophon, ſi recta naviges, Epheſo ſtadiis LXX., Strabone teſte L. XIV. p. 643., aut, ut Xenophon Epheſius L. I. p. 8., ſtadiis LXXX.

Μητρόπολις] Numi ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ & οἶν ☉ Μητροπολίτης Strabonis L. XIV. p. 637. & Marcellinus Μητροπόλεως epiſcopus ex Conc. Chalcedon. p. 96. huc pertinent. Mox Τέως, Anacreontis Lyrici poëtae patria, potior erit.

Σατρώτη] Niſi omnia me fallunt, Ἐρυθραὶ in voce latent: ea huic loco accommodatiſſima urbs eſt, & huic provinciæ a Concil. Actis & Notitiis tranſcripta: paullo ante Κλαζομεναὶ præſtiterant.

Μαγνησιασέπολις] Sic MSS., pro Μαγνησία Σιπύλε, unde numi ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ; peccato non diſſimili Baſilius epiſcopus Μαγνησίας Ἡπίλε Conc. Nicaeno II. ſubſcribit p. 571.

Ἀπάη] Natum hoc videtur ex Ἀγάη, cujus epiſcopus Conſtans in Nicaeno II. p. 350. πόλεως Ἀγάης dicitur; id vero ex Αἰγάη: unde Cyriacus Αἰγλης pro Αἰγάης Actis Chalcedon. p. 127. inferitur, qui p. 322. Αἰγέας, & p. 508. Αἰγέης, & p. 664. Αἰγάης πόλεως. Intelliguntur *Aegae* Aeolicae, quarum nomen ſeriore ætate in aliam formam diceres procuſum, ſi quid his ineſſet auctoritatis monumentis: ducimur enim illis ad Αἰγέαν atque Αἰγάην. Florente Graecia non Αἰγὰς tantum ſed Αἰγαίας appellabant; quod poſterius, etſi certi uſus eſt, non tamen ſolum pro bono eſt habendum. Suidas

Πελ-

ΤΕΜΝΟΣ, ΦΩΚΕΑ, ΜΥΡΙΝΑ, ΜΥΚΗ, ΠΕΡΓΑΜΟΣ, ΕΛΑΙΑ, [a] ΠΙΤΤΑΝΗ, ΤΙΑΝΑΙ, ΘΕΟΔΟΣΙΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΑΔΡΑΜΥΤΤΙΟΝ Ἢ ΠΟΤΕ ΛΥΡΝΗΣΟΣ, [b] ΑΤΑΝΔΡΟΣ, ΓΑΔΑΡΑ, ΑΣΣΟΣ.

κα'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΟΥ ΥΠΟ [c] ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ.

ΠΟΛΕΙΣ [d] λ'.

ΚΥΖΙΚΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ

[a] ΠΡΟΙ-

a Πηπάνη *Bandur.* b Ἄπανδος *edit. Car. a S. Paul.* c *Abeſt a prima editione.* d *Car. a S. Paullo* λβ'. *corrigit, verius* λγ'.

Πόλης Αἰγιεὺς, ἀπὸ Αἰγῶν τῆς Ἀσίας, κεῖται δὲ πλησίον Μαγνησίας τῆ Σμύρνης. In quibus Grammatici, licet Aegas longiſſimo terrarum intervallo Smyrna remotas non dixero, rectius putem τῆ Μυρίνης: illi enim proximæ erant & propterea Αἰγαὶ ἐν Μυρίνη Stephano dictæ: idem Galenus περὶ Εὐχυμίας p. 358. Edit. Baſil. firmat: ἔστι δὲ ἐστιν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγαῖς τῆ Περπερίνη τῆ πρὸς ὁμόρῳ Μυρίνη, τῆ ὑ Περγάμῳ. & brevi poſt: ὁ δὲ ἐν Αἰγαῖς τῆ Περπερίνη, μέσοι τέτων ἐστίν. Quæ utique Αἰγαὶς & noſtram conjecturam probabilem faciunt. Poſſunt hæc cum Theod. Laurentio Gronovio in Marmor. Baſin C. 32. in Αἰγαίας, quod unice verum exiſtimabat, perverti, at non ſine aperta vi. Incolas Tacitus Annal. II. C. 47. *Aegeatas* appellat, qui quantumvis *Aegaeatae* MS. Florentino, ut vir doctiſſimus animadvertit, vocentur, non auſim tamen *Aegeatas* prorſus ſpernere: neque enim δίτῳ Αἰγεάτης ejusdem Galeni L. XII. Method. Therap. p. 164. id permiſerit, qui perperam Ὑμειν. L. V. p. 270. Αἰγανσίης ſcribitur. Vide & Anton. Itiner. p. 146.

Τέμνῳ] Imo Τῆμνῳ, pro quo Τύμνῳ in Concil. Nicaen. II. p. 350. & mox Φώκαια.

Μυρίνα] Sicuti hujus locum in Suida occupavit *Smyrna*, ita ſubinde in Concil. Actis & Ariſtidis Sermon. Sacr. V. tom. I. p. 618. & 619., ſicuti Palmerius Exercitat. p. 471. admonuit, idem molita eſt.

Μύκη] Scribe Κύμη· quo vitio laborant Acta Chalcedon. p. 675. cum Chryſogonum πόλεως Μύκης præſulem fuiſſe adfirmant.

Ἐλαία] Pergamenorum erat navale, ſtadiis cxx. ab eorum urbe diſtans apud Strabonem L. XIII. p. 615., cui Ariſtidem junge tom. I. p. 620. & Galenum L. I. de Antidot. p. 427. Incolae ΕΛΑΙΤΑΙ in numis & Chalcedon. Conc. p. 398., non ΕΛΑΙΤΑΙ, ut Stephanus, cui propterea recte ſubvenit L. Holſt.

Πιτάνη] Πιτάνη, de qua Strabo L. XIII. p. 614. Pardus epiſcopus πόλεως Πιτάνης eodem peccato in Nicaeno II. p. 571.

Τιάναι] Niſi a vero aberro, Κάναι fuit; quod oppidulum ad ejusdem nominis promontorium idem Strabo L. XIII. p. 615. adponit: Melae Pomponio L. I. C. 18. *Cana.*

Θεοδοσίε πόλεως] Πόλις præſtat. Situm urbis ignoraremus, niſi ex Notit. Jac. Goar *Perperinem* eandem eſſe conſtaret: ea vero haud longe afuit *Pergamo*, ut ex Galeno περὶ Εὐχυμίας p. 358. conſtat. Ptolemaeo Τερμέρη, & MS. Palatino Περμόερη, Coisliniano Περπέρη dicitur, unde verum nulla opera eruitur. Nobile erat ejus urbis atque agri vinum, de quo Galenus eisdem locis, in quibus de *Aegeate*. Vide Sirmondum in Triplic. numo & Anti-Triſtano II.

Ἀδραμύττιον] De eo ad Anton. p. 335.; mox Ἀνπανδρῳ verius erit, tametſi Marinus epiſcopus πόλεως Ἀττάνδρε in Actis ſit Nicaeni II. p. 589.

Γάδαρα] Γάργαρα lege, & Strabonem L. XIII. p. 606. adi: Γαργάρων πρεσβύτερῳ Nicephorus eſt in Nicaeno II. Conc. p. 350.

Ὑπὸ Κονσελάριον] Fuiſſe hanc Conſularem provinciam Notit. Imp. Orient. C. 1. & L. unic. C. de Offic. Comit. Sacr. Patrim. oſtendunt: hinc Anicius Paullinus Theſ. p. MXC. 19. *CONSVL. PROV. ASIAE. ET. HELLESPONTI.*

Κύζικῳ] Nobiliſſimæ urbi Metropolis Helleſponti dignitatem Leo Imp. & Jo. Malala tom. I. p. 364. aſſerunt: ἔπαθεν, inquit, ὑπὸ θεομη-

[a]ΠΡΟΙΚΟΝΗΣΟΣ, Ἡ ἘΞΟΡΙΑ, ΒΑΡΙΣΠΗ, ΠΑΡΙΟΝ, ΛΑΜΨΑΚΟΣ, ἌΒΥΔΟΣ, ΔΑΡΔΑΝΟΝ, ἸΛΙΟΝ, ΤΡΩΑΣ, ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ, ΠΟΛΙΧΝΑ, ΠΟΙΜΑΝΕΝΤΟΣ, ἈΡΤΕΜΕΑ, [b]ΡΕΚΕΤΑ, ΒΛΑΔΟΣ, ΣΚΕΛΕΝΤΑ, ΜΟΛΙΣ,

[a] Προκόνησος *idem*. [b] Ῥέκιζα *MSS*.

νέας σεισμὸν ἡ Κύζικος, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις μεγάλης τῆς Ἑλλησπόντου ἐπαρχίας.

Προικόννησος] In principe editione Προκόνησος, ſicuti & in Stephano ineſt: Ptolemaeo Προικόννησος, unde Joannes Προικοννήσιος in Actis Epheſ. p. 436. & Acacius Προικοννήσιος in Chalcedonenſ. p. 673., ceteris Προκόννησος eſſe ſolet. Vocis originationem Critici in Apollonium L. II. 278., quos Etymologus ab Iſ. Voſſio ad Scylacem optime, ut indidem apparet, reſtitutus, exſcripſit, tradidere. De *marmore Proconneſio* Gothofredum in L. 9. C. Th. de Indul. Debit. vide.

Ἡ Ἐξοχία] Regionis inſulæne nomen ſit, incertum eſt: de Propontidis inſula quædam memoriæ ex Sanctorum Actis inhærent, ſed obſcura; quorum cum nec auctor nec verba ad officium redeant, non liquere pronuntio.

Βαρίσπη] Fuitne Ἀρίσβη, Abydo atque Ilio haud multum ſeparata? Acta S. Parthenii Lampſaceni C. 2. *Alexandria autem quædam ex Arisba, quæ eſt juxta Abydum.* Lucanus *Idalin* L. III. 204. appellat, quod agri eſſet Trojani & circa Idam:

Myſiaque & gelido tellus perfuſa Caico,
Idalis & nimium glebis exilis Arisbe.

Car. a S. Paullo *Bares* ex *Barispe* placet, cujus epiſcopum Eutychianum Chalcedonenſe Conc. p. 673. Helleſpontiis annumerat.

Πάριον] Lampſaco CCLXX. ſtadiis, ſicuti Polyaenus L. VI. C. 24. indicat, diſtabat. Sequentes urbes ad Anton. Itin. p. 334. attigimus.

Σκάμανδρος] Videtur *Scamandria parva civitas*, de qua Plinius L. V. C. 30., eſſe.

Πολίχνα] Troadis hanc circa Aeſepum urbem Strabo L. XIII. p. 603. & Plinius L. V. C. 30. norunt; nec aliam multi cenſent, quam Thucydides L. VIII. C. 14. & 24. a Clazomeniis munitam commemorat: ego vero acceſſerim Acacio, Clazomeniorum eam urbem ab hac diſtinguenti; clariſſime enim Thucydides eam in continente contra Clazomenas, longeque adeo a Troadis Polichna collocat.

Ποιμένεντος] Lege Ποιμανηνός. Ariſtides tom. I. p. 596. Ἐπὶ δὲ Ποιμανηνός, χωρίον τῆς Μυσίας, ἢ ἐν αὐτῷ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ, ἄμεινόν τε ἢ ὀνομαστόν. σταδίους ἐτελέσαμεν μάλιστα ἢ ἑκατόν. Fuit ergo Myſiae oppidum, nam *agrum* male vertunt, CLX. circiter ſtadiis ab Hadrianis, Ariſtidis patria. Stephano & Nicetae Choniatae Annal. L. ult. p. 296. eſt Ποιμανηνόν, & Actis Conciliorum; ſubſcribit enim, Conſtantinop. III. p. 501. Mercurius epiſcopus πόλεως Ποιμανινῆς τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, & Nicaeno II. p. 572. Leo Ποιμωνινῆς; qui cum p. 51. epiſcopus Ποιμανηνῶν feratur, & V. Cl. Jo. Maſſon, ut in Ariſtidis Vita III. 6. perſcriptum eſt, Pariſiis numum ΠΟΙΜΑΝΗΝΩΝ tractaverit, non dubium eſt, quin Ποιμανηνὸς Stephano reddi debeat: ſcio aliam virum doctiſſimum ingreſſum eſſe viam & Ποιμανηνὸν Ariſtidi reſtituiſſe: ſed cum Ethnicographus τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως inflecti adfirmet, Ποιμανηνὸς utique ab eo venit. Ceterum ſeries Ariſtideae Orationis ἐστὶ δὲ Ποιμανηνὸς requirere videtur.

Ἀρτεμέα] Aſſentior Jo. Harduino in Plinii L. V. C. 30. Ἀταρνέα legenti: habet *Atarneam* Plinius, quæ Straboni Ἀταρνεὺς, Stephano Ἀτάρνα.

Ῥέκετα] Niſi Ῥόιτειον in voce reconditum ſit, nihil de ea novero: *Rhoeteum* a Plinio, Strabone atque aliis non eſt neglectum.

Βλάδος] Βλανδὸν, ſive Βλαῦνδον, potius Concilium Chalcedonenſe p. 575. urbibus Lydiæ contribuit; nec diſſident veteres Notitiæ: ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ numi, in quibus fluvius ΙΠΠΟΥΡΙΟC, ſunt in Theſ. Britan. tom. II. p. 100. Βλαῦνδον in Lydiæ finibus memorat Strabo L. XII. p. 567. & ex eo Stephanus, modo id diverſum a Conciliorum *Blando*, qua de re equidem dubitaverim, fuerit: quæ cum ab Helleſponti provincia longius diſtent, nihil juvant: itaque huic & τῷ Σκέλεντι alius opituletur.

Μόλις]

ΜΟΛΙΣ, ΓΕΡΜΑΙ, ᾽ΑΠΤΑΟΣ, ΚΕΡΓΗ, ΣΑΓΑΡΑ, ᾽ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΘΗΡΑΙ, ΠΙΟΝΙΑ, ΚΟΝΙΟΣΙΝΗ, ᾽ΑΡΓΙΖΑ, [a] ΞΙΟΣ ΤΡΑΔΟΣ, ΜΑΝΔΑΚΑΔΑ, ᾽ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟΝ, MAN-

a *Sic Holst. è MSS., Carol. a S. Paullo duas jussit esse urbes.*

Μόλις] Car. a S. Paullo *Melis seu Melitopolis* suæ editioni adscripsit: *Miletopolitæ* & ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΑΙ sunt in numis & Plinio inter Hellesponti accolas: scribendo quoque adfuit Concil. Constantinop. III. p. 501. Joannes ἐπίσκοπος τῆς Μιλητοπολιτῶν πόλεως τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, & Nicaeno II. Michael τῆς Μελιτοπόλεως, ut perperam p. 592. atque alibi scribitur: nec asseveravero tamen, nisi meliores manu exarati codices propius abierint, eam esse.

Γέρμαι] Γέρμη. Non longe a Cyzico afuisse Stephanus auctor est, ubi Holst. vide: Ptolemaeo ἱερὰ Γέρμη, unde solo ΙΕΡΑΣ titulo signari in egregio numo Nic. Haymius Thes. Britan. tom. II. p. 115. arbitratur; quæ mihi conjectura multo videtur incertissima. Plura de urbe ad Anton. Itiner. p. 335.

᾽Απτα] Hanc & sequentem frustra quæro: forte tamen in Κέργη latebit Κέβρην, urbs Troadis, sicuti Scylaci & Harpocrationi ex Demosthene in Aristocratem p. 428., dicitur: Κεβρηνία aliis, Κέβρη Sibyllinis Oraculis L. III. p. 243., quemadmodum & Holsteinius in Steph. monuit.

Σάγαρα] Nec hanc expedio: *Sangarum*, Bithyniæ vicum maritimum, non longe ab Helenopoli Sozomenus L. VII. H. E. C. 18. fuisse refert, situ ipso multum hinc discrepantem: Σαγάρων Episcopus Andreas est in Chalcedon. p. 574., sed Lydiæ contributus, & Σαβάλων p. 399. verius appellatus: nihil ergo & is auxilii feret. Restat Cleodemus Flavianus ΣΑΓΑΡΕΙΤΗΣ ex Reinesiana Cl. I. 72., quem hinc fuisse non injusta suspicio est.

᾽Αδριανῆ θῆρα] Sic oportuit; oppidum enim Hadrianus in Mysia Hadrianotheras, M. P. VIII. a Pergamo, nisi Tabula tallit, quod illic & feliciter esset venatus & ursam occidisset, constituit, ut Spartianus in Hadriano C. 20. & Dio docent. Ter oppidi meminit Aristides tom. I. p. 500., semel ᾽Αδριανῆ θήρων, librariorum manifesto peccato, appellans. ᾽Αδριανθήρων epi scopus est in Nicaeno II. p. 352., qui p. 592. ᾽Αδριανθήρων paullo rectius dicitur; cives ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΑΙ in numis apud Harduinum & Vaillantium insunt. Vide Jo. Massonum Vitæ Aristidis III. 9. 12., ubi plurium de hac urbe ab errationes in ordinem rediguntur.

Ἔρα] Oppidum Ἔρας circa Erythras & Teum Thucydides L. VIII. C. 19. & Strabo L. XIV. p. 644., sed a Palmerio emendatus, memorant: id quo minus nostrum putemus, locorum intervallo prohibemur. Alius ergo, ubi in Hellespontî provincia fuerit, atque utrum ex Plinii L. V. C. 30. *Tiare* sive *Tiaris* sit ortum, docebit.

Πιονία] Est apud Strabonem L. XIII. p. 610., & *Pionitæ* apud Plinium. Eulalius Πιόνων & in MSS. Παιονίων, sive, ut vetus interpres, *Eulalius Pioniæ Hellesponti* Synodo Chalcedonensi p. 398. subscribit.

Κονιοσίνη] Estne *Conisium*, quod Plinius L. V. C. 30. inter hujus oræ oppida connumerat?

᾽Αργίζα] In Asiæ provincia urbem, cui ᾽Αλγίζα nomen erat, vidimus; a qua, si nomen spectes, hæc haud multum distat, si situm, plurimum. Plinius L. V. C. 30. Miletopolitis hujus provinciæ *Erezios* jungit, quos si hinc derives, in vitio nomen urbis adhæresset: Harduinus *Erezo*, Cariæ urbe, eos dedit cives; verum imprudenter: Caria longissime ab Hellespontî ora, quam Plinius describit, semota est.

Ξίος Τρωάς] Jungunt hæc arctissime Schelstratenus & Bandurius, non item Car. a S. Paullo: utrum præstet, mihi in ambiguo est; nihil quod alterum utrum possit illuminare, mihi occurrit: etsi enim *Trarium* vicum Strabo L. XIII. p. 607. circa Perperenem locet, & *Tragasæ*, unde *sal Tragasaeum*, de quo egregie Galenus L. XI. περὶ ἁπλῶν Φαρμ. p. 151., ab aliis memorentur, huc referre non sustineo.

Μανδακάδα] Hinc *Cilices Mandacadeni* inter Hellespontî accolas Plinio L. V. C. 30. ex Harduini pulchra emendatione.

᾽Εργαστήριον] Vicus Cyzicum inter & Pergamum, sed hinc stadiis CCCCXL. separatus, metallis celebris atque *Ergasteria* dictus, uti Ortelius admonuit, occurrit apud Galenum L. IX.

περὶ

ΜΑΝΔΡΑΙ, [a] ἼΙΠΠΟΙ, Ὁ ΚΙΣΙΔΗΡΟΝ, ΣΚΕΨΙΣ.

κβ΄. ἘΠΑΡΧΙΑ ΦΡΥΓΙΑΣ [b] ΚΑΙΠΑΤΙΑΝΗΣ Ὑπὸ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ [c] λϑ΄.

ΛΑΟ-

[a] *Hoc cum ſequente ab eodem Car. a S. Paul. connectitur.* [b] Καὶ Παπανῆς *princeps editio, quo modo* Φρυγία ἡ Παπανὴ *MSS. Conſtantini Imp. L. I. Them.* 1., *Bandurio indice.* [c] λη΄. *Car. a S. Paulo corrigit.*

ϖερὶ ἁπλῶν Φαρμ. p. 127. καλεῖ] al. Ἐργασήρια, inquit, κώμη τις, οὐ ἡ κὴ μέγιστα ἐστὶ, μεταξὺ Περγάμου καὶ Κυζίκου, σταδίους ἀπέχουσα Περγάμου τεσσαρακοντάσους τεσσαρακοντα: eum a noſtro nihil diſcrepare, certum habeo.

Μάνδραι] Νεανδρία, Troadis oppidum, de quo Strabo L. XIII. p. 604. & p. 603., ubi tamen Κλεανδρία, male, niſi fallor, olim mihi videbatur; quam ego opinionem, etſi plauſibilem, urgere nolim: quid ſi enim a caulis boum atque ovium loco nomen hæſerit? ut *Mandris* circa Byzantium in Dionyſii deſcriptione Boſpori apud Pet. Gyllium L. II. C. 4. & *Mandrae* in Palæſtina, quam Joſephus L. X. A. I. C. 9 §. 7. memorat. Atque hoc pro comperto eſſet habendum, ſi quid auctoritatis Joan. Malalae ineſſet: adfirmat enim tom. I. p. 114. Priamum ſepoſuiſſe filium Alexandrum in agro, ὀνόματι Μάνδρᾳ, γαλακτοτροφῆναι ϖαρ' ᾧ ϖοιμένι τινὶ, *cui Mandrae nomen erat, ut lacte ab agricola aleretur:* eſt quidem in Malala Ἀμφάνδρᾳ; ſed rectum eſſe, quod ſequimur, Cedreni Μανδρῇ, tametſi vitioſo, oſtenditur.

Ἵπποι] Habet Strabo L. XIV. p. 644. circa Erythras, Ioniæ urbem νησίδας ϖερικειμένας τέτταρας, Ἵππους καλουμένας, *IV. inſulas urbi illi praetentas, quae Hippi vocentur:* quæ, quamvis ab Helleſponto afuerint longius, in cenſum venire poſſent, quod inſulæ pariter ac Helleſpontus Aſiæ Proconſulis imperio fuerint ſubjectæ: tutius tamen erit, nihil finire; ſiquidem & ſimili nomine vicus eſſe queat, & inſulæ rectius Proconſulari Aſiæ contribuantur.

Ὁ Κισίδηρον] Haud magno molimine procudi Ὄκη ſive Ὦκη ex vocabuli initio poſſet; quam urbem Conciliorum Acta provinciæ Helleſponti inſerunt. Vid. Chalcedonenſe p. 673.; tumque Σίδηρον, quod reſtat, aut retineri, ut vici, ferri metallis copioſi, nomen ſit, aut in Σίγειον, quam Troadis urbem nemo ignorat, converti oportebit. Sed hæ conjecturæ ſunt, quibus ipſe nihil fido. Viderint ergo peritiores.

Σκέψις] Imo Σκῆψις, de qua Strabo L. XIII. p. 609.

Ὑπὸ Κονσελάριον] Vereor vehementer, ut hoc rectum ſit: Notitia Imp. Orient. C. 1. provinciam hanc Præſidialem facit, & L. 3. C. Theod. de Protoſtaſ.; nunc quidem ea *Præſidi Frygiæ Paleſtinæ* inſcribitur, quod non aliud eſt, quam

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas
Undique collatis membris; ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.

Animadvertit & hoc eruditiſſimus Gothofredus, ſed infelici conjectura *Hygiæ Paleſtinæ*, ut *Paleſtina Salutaris* ſit, nomina ſubſtituit: ut ut enim Palaeſtina Salutaris ſive Σαλουταρία in Conc. Epheſino p. 470. & Notit. Imp. Orient. atque alibi legitur, quis unquam *Hygiam* appellavit, aut vocari poſſe cenſuit? Cautius navigaſſet, ſi *Phrygiam Pacatianam*, quam aliis haud diſplicituram augurabatur, amplexus eſſet: nam quod ſub Theodoſio nulla ejus in indice Provinciarum Schoonhoviano fit mentio, id enimvero emendationi nihil oberit. Scribunt Impp. Valentinianus & Valens epiſcopis Aſianæ diœceſeos interque eos τοῖς ἐπισκόποις Καροφρυγίας Παπανῆς apud Theodoretum L. IV. H. E. C. 8. & 9., nullumque de *Pacatiana*, Theodoſio Imp. priore, dubium relinquunt. Maneat ergo provincia hæc Præſidialis, quam etſi *Capatianam* cum Conſtantino Imp. L. I. Them. 1. & patribus Synodi Laodicenæ apud Beveregium tom. I. p. 453. & MSS. quibusdam Paullinae I. ad Timotheum epiſtolæ noſter appellet, tamen *Pacatianam*, fretus Impp. & Conciliorum Epheſini, Chalcedonenſis, Conſtantinopol. III. Nicænique II., prætereaque Novellæ XX. & plurium epiſtolæ Paullinæ codicum auctoritate, maluero: idem vocabuli origo ſuadet, quam Latinis acceptam refero, tametſi nominis in obſcuro cauſſa; quod enim de *Pacatiano*, qui anno

ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ, ΙΕΡΑΠΟΛΙΣ, ΜΟΣΥΝΑ, ΑΤΤΥΔΑ, ΤΡΑΠΕΖΟΥΠΟΛΙΣ,

ΚΟΛΑΣ-

no CCCXXXII. cum Hilariano Consul processit, & sub Constantino Prætorii præfecturam administravit, G. Pancirolus in Notit. Imp. Orient. C. 125. jecit; id in eorum genere censetur, quæ speciem præ se ferunt, at vero sunt cassa: præsertim cum Præfectum Prætorii Orientis, quod vir doctus adfirmabat, egisse non appareat; imo vero Præfectum Italiæ fuisse L. 2. C. Th. de Sponsal. & L. 1. C. Th. de Suar., quod Gothofredo non latuit, docent. *Carophrygia* vero, ut eo redeam, nisi cum Valesio vocem in duas provincias distraxeris, dicta censeri poterit, quod Cariæ proxime adhæresceret.

Λαοδίκεια] Hanc provinciæ Metropolin subscriptio epistolæ Paullinæ I. ad Timotheum & Concil. Constantinop. III. p. 496. & Chalcedonense imponunt; quorum etiam posterus Τριμιταρίαν novo titulo appellat p. 127. Latina quidem versio p. 92. *Nunechium metropolis Phrygiæ Pacatianæ Trimitariæ* episcopum facit, ac pæne L. Holsteinio ad Stephan., ut provinciæ id fuisse cognomen conjiceret, persuasit: at præter Græca ejus Concilii verba urbis esse titulum Acta Cosmae & Damiani in Nicaeno II. Concil. p. 272. perspicue docent: ἐπιστὰς δὲ, inquiunt, τῇ Λαοδικέων πόλει, ἥτις ἐπωνομάσθη ἡ Τριμιταρία. Cur autem *Trimitaria* sive *Trimetaria*, nam Τριμηταρία & Τριμητανία è MSS. Actorum profertur, fuerit nuncupata *Laodicea*, non temere dixero: fuit, cum opinarer ex situ id nominis eam accepisse, quem in Phrygiæ Cariæque finibus, ut ex Philostrato & rarissimo numo, de quo Jo. Masson Vitæ Aristidis V. II., constat, pariterque & Lydiæ, cui propterea Stephanus attribuit, obtinebat; a *meta* Arnobius *metarias circumscriptiones* formavit; hinc Laodicea *Trimetaria*, quæ in finibus trium esset provinciarum, dici posse videbatur: verum urgere illa non ausim.

Ἱεράπολις] Metropolium catalogo & hanc Car. a S. Paullo inseruit non sine consensu Concil. Constantinopol. III., cui Sisinius episcopus τῆς Ἱεροπολιτῶν μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας p. 496. subscribit: nec censenda tamen veri nominis est metropolis, sed honoraria: quo jure nec in Ephesino neque Chalcedonensi, etsi de priore L. Holst. suspicionem injecit, usa fuit. Vide Ephesi Acta p. 533. & Anton. Itin. p. 337.

Μόσυνα] Gennadius Μοσύνης est in Chalcedon. p. 228. & Μοσύνων p. 668., in Constantinopol. III. p. 678. Joannes τῆς Μοσυνέων πόλεως ἐπαρχίας Φρυγῶν, atque hinc *Mossyni* conventus Pergameni apud Plinium L. V. C. 30. Nomen urbi ab ædibus turribusque ligneis venisse videtur: μόσσυν Hesychio & Apollonio Rhodio L. II. 383. est πύργος: μόσσυνοι, scholiastes Apollonii ait, οἱ ξύλινοι οἶκοι· quod ipsum adfirmat Xenophon L. V. Exped. Cyr. p. 276. ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν ὁ ἐν τῷ μόσυνι, τῷ ἐπ' ἄκρου ᾠκοδομημένῳ, οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν, οὐδὲ οἱ ἐν τῷ πρότερον αἱρεθέντι χωρίῳ· ἀλλ' αὐτοῦ σὺν τοῖς μοσύνοις κατεκαύθησαν· Et Orpheus Argonaut. ℣. 739.

——— ——— Λαοί τε βίχειρες
Μίγγδην ἐν μοσύνοισι πέδον περιναιετάουσι.

Sic enim scripsit: nam λαοὶ τ' ἐπίχειρες obstetricante inscitia librariorum geniti sunt, ut bene L. Holsteinius. Longe quidem *Mosynoeci*, quos Xenophon & Apollonius describunt, a Phrygia distabant; quid autem prohibet, quo minus multa cum antiquissima Phrygum gente, si sermonem spectes, communia habuisse fateamur?

Ἄττυδα] Rectius Ἄττουδα, unde Symmachius πόλεως Ἀττούδων in Chalcedonens. p. 674. & Ephesino p. 533. Hermolaus πόλεως Σαττουδέων, litera prioris vocabuli ultima intempestive urbis vocabulo connexa; pejus in Constantinop. III. 678. Stephanus πόλεως Ἀττάδου Φρυγῶν ἐπαρχίας. Numos ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ, Diana Ephesia & Cybele ac Baccho inscriptos, Thesaur. Britan. exstructor N. Haymius tom. II. p. 91. dedit egregios: neque præteriit Harduinus, etsi male Plinii L. V. 32 *Attusam*, quippe Bithyniæ urbem & Plinii ætate subversam, cum hac contenderit.

Τραπεζούπολις] Memorat præter Ptolemaeum hanc Phrygiæ urbem Socrates L. VII. H. E. C. 36., cujus episcopus in Concil. Constant. III.

[a] ΚΟΛΑΣΣΑΙ, ΚΕΡΕΤΑΠΑ, ΘΕΜΕΣΟΝΙΟΣ, ΟΥΑΛΕΝΤΙΑ, ΣΑΝΑΟΣ, ΚΟΝΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΙΤΟΥΠΟΛΙΣ,

ΚΡΑ-

a *vulgo* Κολασαὶ & *mox* Θεμισόνιος.

p. 674. Eugenius πόλεως Τραπέζων Παφλαγονίας dicitur. Harduinus cum eam in iterata Plinii editione ad promontorium *Trapezam* Helleſponti, quo de L. V. N. H. C. 30., refert, & Ptolemaei & Plinii ſui, *Trapezopolitas* haud ſane negligentis, oblitus videtur.

Κολασσαὶ] Rectum hoc eſt: ἐν Κολασσαῖς τῆς Φρυγίας Polyaenus L. VII. C. 16. Theodoretus in Paulli ad hujus urbis incolas Epiſtol. τῆς δὲ Φρυγίας αἱ Κολασσαὶ· μητρόπολις ἦ αὐτῆς καὶ γέιτων ἡ Λαοδίκεια· unde haud longe Laodicea diſſociatam fuiſſe apparet: Herodotus L. VII. C. 30. Lyco amni apponit, & πόλιν μεγάλην Φρυγίας appellat. Incolæ in multis Paullinæ Epiſt. MSS. Κολασσαεῖς & Concil. Actis dicuntur: ſerior ætas *Chonas* vocavit, unde Doſitheus epiſcopus Χώνων in Nicaeno II. p. 596.; quare perperam idem præſul p. 574. Χώνων τῶν Κολασσῶν & p. 357. Χωνέντων τῶν Κολασσέων audit. Vide & Nicetam, cujus ea patria fuit, Annal. L. ult. p. 313. & p. 89. ubi Χώνας, πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, πάλαι τὰς Παλαισὰς in Baſil. Edit., perperam.

Κερετάπα] ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ numi apud Harduinum & Vaillantium hoc firmant: corrigi ergo debent Theodulus Χαιρετάπων τῆς Φρυγίας apud Socratem L. II. H. E. C. 40., Philetasque πόλεως Χαιρετάπων Chalcedon. p. 674. & Michaël Χαιρετόπων in Actis Nicaeni II. Concil. p. 356., atque Andreas epiſcopus Ἀερυγαπῶν Παφλαγονίας in Conſtantinop. III. p. 674.

Θεμεσόνιος] Ita manu exarati codices, qui Θεμισώνιον verius probaſſent ob Strabonis, Pauſaniae & Stephani concordiam: ΘΕΜΙϹΟΝΕΩΝ nummum habet Theſ. Britan. tom. I. p. 269. ΘΕΜΙϹΩΝΕΩΝ plures Vaillantius; ſi tamen earundem urbium illi incolæ fuerint, qua de re alias quæremus.

Οὐαλεντία] Pantaleon epiſcopus Οὐαλεντίας Nicaeno II. p. 356. adfuit, perverſeque p. 597. Γαλατίας fuiſſe dicitur. Potuiſſet Car. a S. Paullo hac urbe Geograph. Sacr. locupletare.

Σαναὸς] Sic & Strabo L. XII p. 576. & Chalcedon. Concil. p. 674, ubi Antiochus πόλεως Σαναῶν.

Κονιόπολις] *Conna* eſt apud Ptolemaeum, & *Conium* inter Phrygiæ urbes in Plinio L. V. C. 32., ſed ex Harduini emendatione: ante *Iconium* erat. *Situpolis*, quæ ſequitur, nondum alibi lecta.

Κρᾶσσον] *Phrygiæ urbem Craſum* Κρᾶσσον τῆς Φρυγίας, ad quam Nicephorus Imp. a Saracenis prælio fuerit victus, Theophanes Chronograph. p. 406. obiter memorat: quam vero huc retulit ex Galeno περὶ ἰδιοφ. δυνάμ. p. 312. *Craſſopolin* Abr. Ortelius, ea diverſiſſima eſt, ut ſuo loco oſtendam.

Λοῦνδα] Rectum hoc eſſe Nicephorus epiſcopus πόλεως Λούνδων in Actis Nicaeni II. p. 574., tametſi p. 357. Λυΐδων feratur præſul, pateſacit. Nicetas inter Phrygiæ circa Maeandrum urbes & Λάμπα L. VI. Annal. Manuel. p. 97. recenſet; quæ ſi hæc fuerint, de ſitu non omnia obſcura erunt: utcunque ceciderint, non utique indignum oppidum, quod Geograph. Sacr. Car. a S. Paullo ornaret, fuerat.

Μόλπη] MSS. Μόλτη, quod ſi parum juveris, ad verum nos ducet; Πέλτῃ ſunt, quas Xenophon L. I. Exped. Cyr. p. 196. x. ferme paraſangis Celaenis ſemovet: perperam itaque *Pella* in Tabula & Georgius epiſcopus Πέτλων Concil. Chalcedon. p. 574., rectius p. 356. & Conſtantinop. III. p. 674. Πέμπων Παφλαγονίας.

Εὐμένεια] Scriptis codicibus Εὐμήνεια, neque aliter Actis Nicaeni II. Concil.; vulgatum Tabula, Ptolemaeus & Strabo ratum habent. Numi ΕΥΜΕΝΕΩΝ ſacerdotum nominibus fere inſcripti ſunt; quo in genere egregius eſt Theſ. Britan. tom. II. p. 186., ubi ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΙΟΥΛΙΟΣ. ΚΛΕΩΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. ΑΣΙΑΣ.; videtur Julius Cleon, ut obiter ejus dignationem illuſtrem, Aſiæ & patriæ urbis fuiſſe ſacerdos ſummus: quo modo in Thyatirena inſcriptione Sponii Itin. tom. I 394. M. Aurelius Diadochus ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩΙ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, & M. Ulpius Appulius in Aphrodiſienſi marmore, cujus partem exſcripſit Jo. Maſſon Vit. Ariſti-

ΚΡΑΣΟΣ, ΛΟΥΝΔΑ, [a] ΜΟΛΠΗ, [b] ΕΥΜΕΝΕΙΑ, ΣΙΒΛΙΑ, ΠΕΠΟΥΖΑ, ΒΡΙΑΝΑ, ΣΕΒΑΣΤΗ, ΙΑΟΥΖΑ, ΑΚΜΩΝΑ, ΑΔΙΟΙ,

a Μόλτη *Car. a S. Paullo & MSS.* b Εὐμβρία *princeps edit., aliæ* Εὐμβρία.

Aristidis An. V. C. ıɔccccxviii. 12., ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ ΤΟ Β. fuisse traditur. Asiæ sacerdotium multo erat amplissimum ac magnis opibus præstabat: Στέφανος ἦν ἔτος πολὺς καὶ ὑπὲρ πεντακοσίων χρημάτων, inquit in Scopeliano Philostratus. Sacra, cerimonias, ludosque, unde in Aphrodisiensi marmore Appulius ea mandat, quæ ludos spectant, curabant; quod ipsum urbium quoque sacerdotibus erat injunctum: de Pergamenis sane a Galeno L. III. Comment. περὶ ἀγμῶν p. 565. docemur, quotannis munera gladiatoria edere solitos: καὶ μάλιστα ὃν θέρει, καθ' ὃν καιρὸν ἀεὶ παρ' ἡμῖν ὁ Περγάμῳ τῶν ἀρχιερέων ὁ τὰς καλουμένας μονομαχίας ἐπιτελῶν· qui quamvis multitudinis utatur numero, unius tamen Pergameni eodem tempore summi præsulis dispositioni sacra suberant: bini singulis annis, alter sub autumni, sub veris alter initium, creabantur, sicuti idem L. II. περὶ Φαρμάκων καὶ γένη p. 350. significat. Quod vero ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ & ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩΙ illis cura committitur, forte ex ea caussa est, quoniam illæ ædes communibus Asianorum impensis sartæ tectæ erant: hoc, nisi fallor, significat Dio Chrysostomus Orat. XXXV. p. 434. ubi Apamiensibus ἡμῖν τὰ ἱερῶν τὰ Ἀσίας μέτεστιν ὑμῖν, τό τε θαυμάσιον τοσοῦτον, ὅσον ἐκείνους ταῖς πόλεσιν, ὧν οἷς ἐστὶ τὰ ἱερά. *Quin etiam in Asiæ templa jus vobis est: sumptus vero tantos confertis, quantos civitates illæ, in quibus ea templa.* Jam si ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ princeps collegii fuit Asiarcharum, quod vir doctissimus autumavit, oportet in communi gentis concilio ex Asiæ urbibus pro arbitrio legatorum fuerit lectus: vidimus enim *Eumenienſem* & *Thyatirenum*; Scopelianum ejusque majores *Clazomenios* Philostratus L. I. V. Soph. C. 21. 2., Philippum *Trallianum* Acta S. Polycarpi C. 21. offerunt. Verum hæc, nondum ad liquidum perducta, spatiosiorem requirunt campum. Vide Jo. Massonum & Ezech. Spanhem. Dissert. XII. de V. & P. Numis. p. 416.

Σιβλία] Ptolemaeo Σίλβιον, unde Plinii sunt *Silbiani*. Nicaeno II. Concil. p. 574. Joannes Σιβέως, qui versioni *episcopus Silbios* & p. 596. Σιβλία dicitur, nomen adscripsit, Chalcedonensi vero Eulalius πόλεως Σιβλείας, sive, ut vetus interpres, *civitatis Silbii* p. 668. Σίβλεον etiam Nicetas Chon. L. VI. An. Manuel. p. 88.

Πέπουζα] Phrygiæ urbem desertamque suo tempore & solo æquatam Epiphanius Haeres. XLVIII. 14. adfirmat: ab ea *Pepuzitis* nomen venit in L. 59. C. Th. de Haeret.; quos cum probe Jac. Gothofredus noverit, mirere utique τὸν Πέπουζαν & Φρυγίας apud Philostorgium L. IV. H. E. C. 8. illi negotium facessivisse: Valesius urbi suum nomen reddidit. Πολίχνιον τῆς Φρυγίας, τὸν Πέζουσαν Aristaenus Comment. in Canon VIII. Concil. Laodiceni apud Beveregium tom. I. p. 456. appellat.

Βριάνα] Suspicarer gentile hujus Ovidio esse reddendum, si paullo mihi notius esset, L. VIII. Metamorph. 719.

—— —— *Ostendit adhuc Tyanëius illic*
Incola de gemina vicinos arbore truncos.

neque enim, quod Farnabius pulchre advertit, *Tyaneius* rectum esse poterit: Tyana erant in Cappadocia, longe terrarum a Phrygia semota: in Phrygia Philemonem & Baucidem in arbores conversos esse poeta ỿ. 620. significat:

—— —— *Tiliae contermina quercus*
Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.

Brianëius si legeretur, res foret difficultatibus exempta, & poetæ sua laus sine errore constaret.

Σεβάστη] Hujus episcopus Plato πόλεως Σεβάστης Παφλαγονίας in Conc. Constantinop. III. p. 674. legitur: huc citra dubium pertinet ΣΕΒΑCΤΗΝΩΝ numus Thes. Britan. tom. II. p. 148.; juvenis Phrygia tiara & hasta conspiciendus hanc, non Tectosagum Galatiæ, requirit.

ΑΔΙΟΙ, ΙΟΥΧΑΡΑΤΑΞ, ΔΙΟΚΛΙΑ, ΑΡΙΣΤΙΟΝ, [a] ΚΙΔΥΣΣΟΣ, ΑΠΙΑ, ΕΥΔΟΚΙΑΣ, ΑΖΑΝΟΙ, ΤΙΒΕΡΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΚΑΔΟΙ, [b] ΘΕΟΔΟΣΙΑ, ΑΓΚΥΡΑ, [c] ΣΥΝΝΑΟΣ, ΤΕΜΕΝΟΥ ΘΥΡΑΙ, ΤΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΠΟΥΛΧΕΡΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ.

κγ'. ΕΠΑΡ-

a Κιδίσσης & Κίδυσσις vulgo. b MSS. Θεοδοσιανὰ. c Σύνα&ω; Car. a S. Paullo & Ταυόπολις.

Ἴλιζα] Patricius πόλεως Ἰλίζων ἐπαρχίας Πακαπανῶν Concil. Conſtant. III. p. 534. urbis nomen bene habere patefacit.

Ἀκμῶνα] Ἀκμονία oportuerat, uti Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 4. p. 150. jam monuit: Gennadius Ἀκμοναιων Chalcedon. Conc. decretis nomen appoſuit p. 668., pro Ἀκμονέων, ut p. 400. AKMONEIC enim in numis incolæ dicuntur, cujusmodi Theſ. Britan. tom. II. p. 189. Jure ergo ab Ezech. Spanhemio Diſſert. XI. de V. & P. Numiſ. p. 280. Stephani Ἀκμονιεὺς proſcribitur.

Ἀδδοί] Imo Ἀλιοί. Leo Epiſcopus Ἀλεῶν inter Phrygas in Nicaeno II. p. 596. & Gajus πόλεως Ἀλιάνων in Chalcedon. p. 674. ſubſcribit. Numos ΑΔΙΗΝΩΝ poſt L. Holſteinium recte Jo. Harduinus huc revocavit. Quod ſequitur, ut ſano ſit colore vehementer vereor. Forte Χάραξ, de quo Stephanus, in voce deliteſcit.

Διοκλία] Ptolemaeo inter Phrygiæ urbes Δόκελα memoratur, quam noſtram eſſe præſtantiſſimus Cellarius adfirmare non auſus eſt: tollit dubitandi cauſſas codex Coislinianus, Διόκλεια præferens, idque Evander Διοκλέας Concil. Chalcedon. p. 98. tuebitur; atque hinc Conſtantinus τη Διοκληπιάνων πόλεως Concil. Epheſ. p. 533. corrigendus eſt.

Ἀρίσιον] Paullus hujus urbis præſul Ἀρεισία in Chalced. p. 528. & 668. inter Phrygas nomen ſuum profitetur. Augeatur ergo Sacr. Geograph. & hoc oppido, huc usque neglecto.

Κίδυσσω] Verum eſt Κύδισσω; unde prave apud Ptolemaeum vulgo ΚΥΔΑΗΣΕΙΣ, pro quo MS. Coislinianus Κυδισσῆς, & Barberinus, ab L. Holſteinio inſpectus, Κυδισσῆς. Concilio Chalcedon. p. 674. Heraclius πόλεως Κυδίσση & Nicaeno II. p. 574. Andreas Κιδίσση, ſed mendoſe, ſubſcribit.

Ἀπία] Præſtat Ἀππία, unde *Appiani* apud Plinium & Ciceronem L. III. Epiſt. 7. Ἀππίας præſul eſt in Nicaeno II. p. 574. De ſequenti nihil dixero.

Ἄζανοὶ] Sic Stephanus & manu exaratus Bibliothecæ Coislinianæ codex Ptolemaei, ſæpeque Conciliorum Acta: numi ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ plures Αἰζανὲς poſtulant. Vid. Holſteinium in Stephan. & Ezech. Spanhemium Diſſert. IX. de P. & V. Numiſ. p. 628. & Harduinum.

Τιβεριούπολις] Τιβερίᾳ πόλιν τη Φρυγίας habet Socrates L. VII. H. E. C. 46. & Ptolemaeus, & Τιβεριόπολιν Πακαπανῆς Conſtantinop. III. p. 674.

Κάδοι] Notiſſima urbs eſt, cujus epiſcopus Philippus πόλεως Κάδων Πακαπανῆς Concil. Conſtantinop. III. p. 674. ſubſcribit. Sita urbs fuit in finibus Lydiæ, Phrygiæ & Myſiæ, unde modo huic modo illi a veteribus contribuitur, & quidem circa Hermum: id docemur egregio numo Gazæ Wildianæ, altera parte ΑΥΤ. Κ. Μ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ inſcripto, altera ΕΡΜΟϹ. ΕΠΙ. ΚΛΕΟΠΑΤΟΡΟϹ. ΑΡΧΟΝ. Α. ΚΑΔΟΗΝΩΝ, & fluvii urnæ, aquam eructanti, incumbentis figura: ſimilem Vaillantius in Num. Impp. Græcis p. 183. profert, ſed alium *Archontem*, niſi ſi nomen ejus vitioſius ſit excerptum, ſine *Hermi* adſcripto vocabulo, oſtentantem.

Θεοδοσία] Nec hæc, nec MSS. Θεοδοσιανὰ recta videtur; potior eſt Θεοδοσιόπολις, cujus præſul Concil. Chalcedon. p. 244. Thomas Θεοδοσιοπολιτῶν πόλεως ἐπαρχίας Φρυγίας Πακαπανῆς vocatur.

Ἄγκυρα] Non alia eſt ac Strabonis L. XII. p. 576. Ἄγκυρα τη Ἀβασίπδω: cujus epiſcopus in Concil. Conſtant. III. p. 482. Curicus Ἀγκυροσυννάδων & p. 465. Ἀγκύρας Συννάδω dicitur, haud dubie, quod Synnao eſſet vicina.

Σύναω] Ptolemaeo Συναωὸς: noſtrum probat Aramius πόλεως Συννάδων ex Chalcedon. Conc. p. 674. & quæ de Ancyra dixi. Vitioſi in urbis nomine Socrates & Nicephorus ſunt; ille L. VII. H. E. C. 3. Ἐν Συνάδοις, inquit, πόλει τῆς Πακαπανῆς Φρυγίας Θεοδόσιός τις ἐπίσκοπος ἦν· hic L. XIV. H. E. C. 11. Σύναδα πόλις τῆς Πακαπανῆς Φρυγίας ἐστί· Priori Συννάδᾳ inculcat Hen. Vale-

κγ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΛΥΔΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ κγ'.

ΣΑΡΔΕΙΣ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ, ΤΡΙΠΟΛΙΣ, [a] ΘΥΑΤΕΙΡΑ, ΣΙΤΑΙ, [a] ΜΑΙΟ-

a Θυάτεϱα *MSS., quo fere modo* Ἡϱακλείδης ὁ Θυατηρηνὸς *Artemidoro L. IV. C. 35. Onirocrit. edit. Aldin.*

Valesius, ut *Synnada*, marmore nobilitata, intelligantur: at ea Σύνναδα Græcis omnibus, fueruntque extra Pacatianam in Salutari Phrygia: Συννάῳ si rescripseris salva omnia erunt. Posterior mendosa Socratis scriptura videtur impulsus, ut ex Salutari in Pacatianam Phrygiam *Synnada* transferret.

Τεμβϱὸς ϑύραι] Τημβϱὸς ϑύϱαι Pausaniae, qui Lydiæ non magnam urbem esse fert Atticor. C. 35., unde ΝΕΙΚΟΜΑΧΟC. ΑΡΧΙΕ. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCIN in optimo Thesaur. Britan. tom. II. p. 268. numo. Nostrum tueri se posset Matthia πόλεως Τεμβϱὸς ϑύϱων ex Concil. Chalcedon. p. 674. nisi pariter ille ac Gregorius Τιμβϱὸς ϑήρων Nicaeni II. p. 597. vitio esset obsitus. Ptolemaei ΤΡΙΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ, ab Holsteinio in Ortelii Thesaur. correcti, originem dedere Jo. Tzetzae Chiliad. XI. 396. ΓΡΙΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙΣ.

Ταναπόλεις] Τϱανὸπολις, unde Philippus Τϱανεπόλεως in Nicaeno II. p. 596. quam vocem Car. a S. Paullo ex *Trajanopoli* contractam ait ob Asignium Trajanopolitanum, qui Collat. VIII. Conc. Constantinop. II. p. 240. vices agit Joannis Episcop. Laodicensium metropoleos Phrygiæ Pacatianæ: cui & ego assentirer, ni plurima in ea Collatione essent mendosissima & Notitiæ & Concil. Acta obstarent. Novi quid Cellarius L. III. G. A. C. 4. de *Trajanopoli* Ptolemaei disputarit, necdum tamen eam nostram esse constat. Sequens Πελληνιανόπολις forte verius Πελληνόπολις, etsi nusquam mihi visa, a *Pulcheria* Augusta appellabitur.

Ὑπὸ Κονσελάϱιον] *Consularis Lydiæ* L. 17. C. Th. de Petitionib. meminit & Synesius Epist. 127.; cui ἄϱχων τ῀ Λυδίας.

Σάϱδεις] De hac & tribus insequentibus Ant. Itin. p. 336. Hic obiter illustremus Thesaur. Britan. tom. II. p. 145. numum, in quo è dimidiata luna juvenale caput, Phrygia tiara ornatum, promicat, additis ΜΗΝ ΑCΚΗΝΟC, & altera parte *Hermus* urnæ leniter incumbit, subscripto ΕΡΜΟC, circa vero CΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vir doctus, qui numum publicavit, *Deum Lunum* esse ait, & *Ascæni* nomine, quod sine tentorio agat, perpetuo circumactus motu, donatum; quæ mihi explicatio longius arcessita videtur: potius arbitrer non esse Græcæ originis sed barbaræ vocem, ut Μηνὸς Κάϱου, cui templum fuisse Laodiceam inter & Carura è Strabone L. XII. p. 580. novimus, & Μηνὸς Καμαϱέιτου, quem Nysæorum in Caria numi præferunt, & Μηνὸς Φαϱνάκου, cui circa Cabira templum erat apud eundem Strabonem L. XII. p. 557., eoque Deum Lunum & sub ejus figura *Adonin* designari; quem & matrem Deum seu Venerem Lydi vicinæque gentes barbaris ornatos titulis coluerunt: Proclus Diadochus in Tetrabybli Ptolem. Paraphrasi p. 97. Ἐν ζωΐοις χώϱοις σέβεσι μὲ ὡς ἐπὶ πολὺ τῷ Ἀφϱοδίτῃ, ὡς ϑεῶν μητέϱα, Δἰφόϱοις αὐτῇ καὶ ἐγχωϱίοις ὀνόμασιν ὀνομάζοντες· ὁμοίως καὶ τ῀ Ἄϱεως, καλοῦντες αὐτὸν Ἄδωνιν καὶ ἄλλοις πισὶν ὀνόμασι· è quibus, quæ de Adonide dixi firmantur, clarissimeque apparet, nullam esse caussam, quamobrem Livii L. XXXVIII. C. 15. *vicum, quem Adonidos Comen vocant*, viri docti mutent: cum enim Lydi, Phryges, Lycii, Pamphylii, de quibus omnibus Proclus, *Adonin* præcipuo honore coluerint, quid impediet, *Comen Adonidos* in Phrygiæ finibus fuisse, si Livio credamus? Ceterum, ut ad *Ascenum* redeam, non dubitem, quin idem atque ille sit, quem Antiochiae in Pisidia maximo honore prosequebantur: Strabo, modo parum adjuvetur, nobis eum ostendet L. XII. p. 577. ἐν δὲ ταύτῃ, inquit, καὶ ἱεϱωσύνη τῆς Μηνὸς Ἀϱκαίου, πλῆϑος ἔχουσα ἱεϱοδούλων καὶ χωϱίων ἱεϱῶν. *Fuit etiam ibi sacerdotium Mensis Arcaei, multitudinem hierodulorum & locorum sacrorum habens.* Sic vertunt eduntque: MSS. Ἀσκηνῷ, ut L. X. p. 577., quod ex Ἄσκηνον sive Ἄσκανον natum vide-

[a] ΜΑΙΟΝΙΑ, ΙΟΥΛΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΤΡΑΛΛΗΣ, ΑΥΡΗΛΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΑΤΤΑΛΙΑ, ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΙΑ, [b] ΑΚΡΑΣΟΣ, [c] ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΙΕΡΟΝ, ΤΑΛΑΖΑ, ΒΑΓΙΣ,

a Μειονία *Car. a S. Paul.* b Ὀκρασὸς *editi.* c *Vulgo* Ἀπόλλωνος.

videri locorum nominumque similitudo haud dissuadet.

Σίπη] Verum urbis nomen quod fuerit dubium est: Vaillantius numos CAETΩN in Græc. Impp. Num. p. 36. huc retulit, sed perperam; sunt enim *Samosatensium*, ut ex numis Thesaur. Britannici p. 211. tom. II. apparet. Rectius CAITTHNΩN numos hujus urbis incolis Harduinus tribuit. Itaque Σαίπη rectum erit, a quo non longe abest Ptolemaei è MSS. Palat. Σάπη, pro quo Σέπη Coislinianus codex: in Actis Concil. modo Σετῶν πόλις, ut Nicaeno II. p. 591., modo Σιτῶν πόλις ἐπαρχίας Λυδίας, sicuti Constant. III. p. 502., modo Σεπτῶν πόλις, quo modo in Chalcedon. p. 666., pro qua p. 97. Σεπῶν, p. 527. Σέλων & Σούγων p. 399.

Μαιονία] Sita fuit *in radice Tmoli*, teste Plinio L. V. C. 29. Μαιονιῶν πόλις τῆς Λυδῶν ἐπαρχίας in Constant. III. p. 668. Μειονία mendose in Nicaeno II. p. 591. Sequentem legere non memini.

Τραλλῆς] Δάλδη potior erit, cujus episcopus Joannes Δάλδης Nicaeno II. subscribit, & Ephesino p. 535., quamquam prave, τῆς Λυδίας Δαρδάνης. Numum ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ Thes. Britan. tom. II. p. 104. N. Haymius inseruit; qui dum adscribit, nusquam eam, nisi in Suida reperiri, usu veterum scriptorum parum se instructum prodit. Carol. a S. Paullo *Daldis*, inquit, *Suidae in voce Artemidorus, qui hanc urbem MYSSEN ab incolis dictam scripsit*: quibus gemina Abr. Ortelius in Thesauri sui *Dalden* commentatur: utrumque Artemidorus, quantum a vero ea absint, si patrio sermone loquentem audire voluissent, docuisset L. II. Oneiroc. C. ult. ἐδὲν ἦν γαμικὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν ΜΥΣΤΗΝ καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴᾳ ὀνόματι, ταῦτα με παρῄνεσαν· intellexissent Apollinem *Mystem* a Daldianis fuisse cultum, nec unquam *Daldiam* eo nomine fuisse. Erat *Daldia* Lydiæ nec magnum neque memorabile oppidum: Δαλδία ἡ, verba ejusdem Artemidori L. III. Oneir. C. ult. sunt, πόλισμα Λυδίας ᾗ ἐ σφόδρα ἐλλόγιμον. Quæ etsi haud male disputata videri queant, fortasse tutius erit Τραλλῆν retinere: hoc enim nomine urbem, a Trallibus diversam & Notitiæ veteres & Concil. Acta agnoscunt: ita Constantinop. II. p. 243. *Uranius episcopus Trallenorum civitatis Lydiæ provinciæ*, & Nicaeno II. p. 51. Michael Τραλλῆς inter Lydiæ episcopos, cum paullo ante Theophylactus Τραλλέων inter Asianos nomen esset professus, subscribit.

Αὐρηλιόπολις] Theodotus Αὐρηλιοπόλεως τῆς Λυδῶν ἐπαρχίας Constantinop. III. p. 668. scribendo adfuit; adde Nicaenum II. p. 591.

Ἀτταλία] Habet eam Stephanus & Lydiæ contribuit; ubi recte L. Holst. & aliam eo nomine in Pamphylia, quam suo loco videbimus, fuisse observat. Huc numus ΑΤΤΑΛΕΩΝ Thes. Britan. tom. II. p. 229., sicuti ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ ad alteram in Pamphylia p. 90. ejusdem tom. referri oportebit, qua de re N. Haymius. Dionysius tamen Ἀπαλεώτης Λυδὸς est in Chalcedon. p. 666.

Ἑρμοκαπηλία] Theopistus Ἑρμοκαπηλίας est in Nicaeno II. p. 51. qui p. 591. Ἑρμοκαπήλου dicitur: *Hermocapelitas* novit & Plinius L. V. C. 30.

Ἄκρασος] Sic MSS., nec male, ut ex numis ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ Thes. Britan. tom. II. p. 87. & quos Vaillantius inspexit, constat. Chalcedonensi Concil. Patricius Ἀκρασσῆς provinciæ Lydiæ p. 574. adfuisse legitur.

Ἀπόλλωνος ἱερόν] Hinc *Apollonos hierita* Plinii L. V. C. 29. & Lucius episcopus Ἀπόλλωνος ἱερᾶς in Chalcedon. p. 666. Meminit Ἀπόλλωνος ἱερᾶς in monte positi Aristides tom. I. p. 625. & 629.; quod si nostrum est, CCC. ferme stadiis Pergamo remotum fuit.

Τάλαζα] Τάβαλα rectum est: non diffiteor plerisque in Notitiis τῆς Γαβάλων præsulem inter Lydiæ episcopos recenseri, neque etiam Polycarpum Γάβαλων Concil. Chalcedon. p. 97. subscribere, eundemque in Latina epistola Episcoporum Lydiæ ad Leonem Imp. *Gabalorum* dici: nec-

ΒΑΓΙΣ, [a] ΚΗΡΑΣΕ, [b] ΜΕΣΟΤΥΜΕΛΛΟΣ, ΑΠΟΛΛΩΝΗΣ, [c] ΙΕΡΟΚΑΣΤΕΛΛΕΙΑ, [d] ΜΥΣΤΗΝΗ, ΣΑΤΑΛΕΩΝ, ΓΟΡΔΟΣ, ΜΟΣΤΙΝΑ.

κδ'. ΕΠΑΡ-

[a] Κήρασε *Méro Schelſtrate & Bandur.* [b] Μεσοτόμελλος *prima editio, cetera* Τόμελλος, *MSS.* Κήρασε, Μεσοτύμελλος. [c] Ἱεροκαστέλλει *Car. a S. Paullo.* [d] *MSS.* Μυσίνη.

necdum tamen permoveri poſſum, ut id rectum eſſe credam, aut cum Harduino numos ΤΑΒΑΛΕΩΝ vitii arguam ob Notitias Eccleſiaſticas: quis enim ignorat, quam frequentatum librariis ſit Τ & Γ permiſcere? Jam Τάβαλα vero nomine urbem fuiſſe ex Concil. Actis patefaciam: primo Polycarpus, qui Chalcedonenſi adfuit, etſi paſſim Γαβάλων dicatur, Τεβάλων inſcribitur p. 399., nosque ad legitimum urbis nomen perducit: deinde Joannes epiſcopus Ταβάλων conſtanter Actis Nicaeni II. appellatur, ut p. 51. 352. 591. atque alibi. Itaque Notitiæ omnes & Chalcedonenſe Concil. hinc emendentur. Sita urbs fuit circa *Hermum*; unde Theſ. Britan. II. p. 150. ΤΑΒΑΛΕΩΝ numus recubantem atque urnæ innixum eum fluvium oſtentat, adſcripto ΕΡΜΟC: quod vero N. Haymius ſimilem numum vulgatum negat, id ſecus eſt: fefellit diligentem virum Harduinus, qui numi inſcriptione correcta, ſeu depravata verius; ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΕΡΜΟC in Num. Urb. Illuſt. ad *Gabala* retulit.

Βάγις] Aliis Notitiis Βάγη, unde ΒΑΓΗΝΟΙ in Theſ. Britan. tom. II. p. 249. Harduinus numum vidit ΒΑΓΗΝΩΝ, cui aderat ΕΡΜΟC. unde haud multum inde diſſitam fuiſſe colligas.

Κήρασε] Forte Κερσίη: Menecrates Κερασῶν & Κερασσῶν inter Lydos Chalcedon. Conc. p. 526. atque alibi ſubſcribit, & Nicaeno II. p. 353. Michaël Κερασσέων: nec aliter Not. Jac. Goar p. 384.

Μεσοτύμελλος] Μεσοτίμωλος ex Jure Græco Romano Leunclavii p. 91. præſtiterit: hinc *Meſotimolita* apud Plinium L. V. C. 29. ex Harduini emendatione, quem vide.

Ἀπολλώνης] Ἀπολλωνὶς eſt Strabonis L. XIII. p. 625. Pergamum inter & Sardes, utrimque ccc. ſtadiis ſeparata: *Cyriacus epiſcopus Apolloniadis* Synodicæ Lydorum epiſtolæ nomen adſcripſit; numos *Apollonidenſium* ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΕΩΝ habent Vaillantius & Harduinus. Vide Th. Laur. Gronovium in Baſ. Marmor. C. 29.

Ἱεροκαστέλλεια] Sine dubio Ἱεροκωμοπάρεια rectum eſt, cujus epiſcopus Ἱεροκωμοπάρειας Coſſinus Chalcedon. p. 665. ſcribendo adfuit. Haud longe Hypaepis diſtabat, famoſa cultu Dianae Perſicæ, qua de Tacit. An. III. C. 63., a *Perſicis*, inibi incolentibus apud Pauſaniam L. V. C. 27., ut viri docti monuerunt, dictæ: quæ cum non ignoraret Jo. Harduinus, auſus tamen eſt iteratæ Plinii editioni adſcribere L. V. 29. *nullos illic Perſicos, nullamque Dianam Perſicam* fuiſſe: ΠΕΡCΙΚΗ notari ΠΕΡσικὴ Σεβαστῶν Ἱερεῖς Καθιέρωσαν Ἡρακλέους, *Pertinacem Auguſtum ſacerdotes conſecrarunt Herculis:*

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

Μυσήνη] Μοσήνη, ut numus ΜΟCΤΗΝΩΝ ΛΥΔΩΝ perſpicue docet. Julianus πόλεως Μοσήνης eſt in Chalcedon. p. 240. Vid. L. Theod. Gronovium in Baſ. Marmor. C. 31. Ceterum quæ ultimo loco legitur Μοσίνα, noſtræ correctio atque ex margine in catalogum imprudenter recepta eſt, ut Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 4. p. 131. animadvertit.

Σαταλέων] Scribe Σάταλα, pro quo prave Ptolemaeus Σάπαλα, & Nonnus L. XIII. Dionyſ. 474. Σπάταλα. Andreas Σαπάλων Λυδίας interfuit Chalcedon. p. 97. vitioſeque p. 574. Σαγάρων Λυδίας & p. 665. ἐπίσκοπος Ἀγαλῶν dicitur.

Γόρδος] Γόρδος τῆς Λυδίας Socrati L. VII. H. E. C. 36., cujus epiſcopus Gregorius Γόρδης Nicaeno II. p. 353. nomen adſcripſit. Car. a S. Paullo eandem eſſe cenſet ac *Juliopolin*, quæ ante *Gordu Come*, apud Strabonem L. XII. p. 574., ſed errans: illam in Galatia I. videbimus; hæc *Juliagordus* Ptolemaeo & numis, cujusmodi Theſ. Britan. tom. II. p. 116. una parte turribus ornatum caput & circa ΙΟΥΛΙΑΓΟΡΔΟC, altera Epheſinam Dianam & ΙΟΥΛΙΑΓΟΡΔΗΝΩΝ titulum repræſentans.

Ὑπὸ

κδ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΠΙΣΙΔΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ κϛ'.

ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ, ΝΕΑ ΠΟΛΙΣ, ΛΙΜΕΝΑΙ, ΣΑΒΙΝΑΙ, ἈΤΜΕΝΙΑ, ΠΑΠΠΑ, ΣΙΝΗΘΑΝΔΟΣ, ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ ΚΕΚΑΥΜΕΝΗ, ΤΥΡΑΙΟΝ, ἈΔΡΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΦΙΛΟΜΗΛΙΟΝ, ΣΩΖΟΠΟ-

Ὑπὸ Κονσουλάριον] Fuit Præsidialis provincia Pisidia, ut Notit. Imp. Orient. C. 1., & Novel. XXIV., cujus C. 4. provinciæ *Præses* prætor Justinianeus esse jubetur, indicant: estque ejus Præses in Actis Zosimi tom. III. Jul. p. 813. &c.

Ἀντιόχεια] Provinciæ erat metropolis, ut ex provincialium ad Leonem Imp. epistola constat, Lycaoniæ finibus proxima: quæ caussa est, quare Basilio Seleuciensi L. I. Vit. S. Theclae p. 255. Edit. Paris. τῆς Πισιδῶν, τῆς καὶ γείτονος Λυκαόνων dicatur. Ancyranae Synodo adfuisse fertur *Sergianus Antiochiæ Pisidiæ sive Cariæ*, quorum alterum haud dubie a correctore est. Vid. Cellarium L. III. G. A. C. 4. p. 187.

Νέα πόλις] *Hesychium Neapolitanum* inter Pisidiae episcopos in MSS. vetustissimo Nicaeni I. invenit L. Holsteinius; Bassonas τῆς Νέας πόλεως inter provinciæ præsules in Chalcedonensi p. 670. nomen profitetur. Habet etiam Ptolemaeus.

Λιμῆναι] *Limenopolis* in provincialium ad Leonem Imp. Epist. pro Λιμηνῶν πόλις: sane Musianus Λιμηνῶν Pisidiae episcopus in Chalcedon. p. 670. dicitur: at Constant. III. p. 676. Patricius τῆς Λυμναίων πόλεως Πισιδῶν ἐπαρχίας· unde an Λίμναι, quo nomine urbes Stephanus recenset, potiores sint, haud immerito dubites.

Σαβίναι] Hanc atque *Atmeniam* nondum reperi. Posterior, si Græcæ sit originis, a servorum copia id nomen accipere potuit. Vid. Scholia in Nicandri Alexipharm. ℣. 176.

Πάππα] Novit eam Ptolemaeus, estque in Nicaeno II. Michaël ἐπίσκοπος Πάπων sive Πάππων inter Pisidas p. 358. & 575.; negligi ergo a Geogr. Sacr. conditore haud debuerat.

Σινήθανδος] Σινίανδος, ut Cyrillus Σινιάνδου Concil. Chalcedon. p. 670. & Conon πόλεως Σινιάνδου τῆς Πισιδῶν ἐπαρχίας Constant. III. p. 676. ostendunt.

Λαοδίκεια] Non aliter Strabo L. XIV. p. 663., alii Λαοδίκειαν τῆς Πισιδίας malunt, ut Socrates L. VI. H. E. C. 8. Palladius satis oratorie Vit. Chrysostomi p. 78. συγκλωσθεὶς, inquit, Ἀμμωνίῳ, τῷ Λαοδικείας τῆς κεκαυμένης, κεκαυμένην ἐποίησεν τὴν ἐκκλησίαν *Conjunctus Ammonio Laodiceæ adustæ episcopo, ut adureretur ecclesia perfecit.* Caussa cognominis ex soli ingenio, quod ignis ibi quædam quasi scaturigines essent, sumpta videtur.

Τυραΐον] Rectum est: Theotecnus Τιραΐου Chalcedon. p. 401. & Τυρασίου p. 669. subscribit; male utrobique: facile tamen videas, unde ea sint depravata. Meminit ejusdem in Phrygia, finibus ejus longius prolatis, Xenophon L. I. Exped. Cyr. p. 194., sed Τυριαῖον appellans; quod ipsum Straboni, si MSS. valeat auctoritas, cum Ortelio restituendum erit L. XIV. p. 663. ἐπὶ δὲ τὸ πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ πέρας τῆς παρωρείου τὸ Τυριαῖον διὰ Φιλομηλίου μικρῷ πλείους τῶν πεντακοσίων· Sic enim illi, non Τυριάριον, ut vulgo, nec Τετράδιον, quod ex Ptolemaeo Palmerius advocabat, probantes: ut adeo circa Lycaoniae montana non multum a Philomelio positum fuerit; quod & Plinii *Tyrienses* L. V. C. 27. Philomeliensibus pæne conjuncti suadent. Poterit autem *Tyriæum* numerum urbium Geographiæ Sacræ, in qua nulla ejus mentio, augere.

Ἀδριανούπολις] Florentius Ἀδριανουπόλεως Pisidiæ est in Chalcedon. Concil. p. 670. & Thalalaeus *Hadrianopolitanorum Pisidiae* provinciæ Collat. VIII. Constantinop. II. p. 241.

Φιλομήλιον] Nota urbs ex Strabone & Conc. est Actis, non item, turpi vitio deformatam esse in Procopii Hist. Arcan. C. 18.; narrat plures urbes vehementi terræ motu corruisse, præterque ceteras Πολύβοτόν τε τὴν ἐν Φρυγίᾳ καὶ ἣν Πισίδαι Φιλομηδὴν καλοῦσι· imo Φιλομήλιον, quo nomine Pisidis urbem fuisse, non altero, citra dubium est.

Σωζό-

ΖΩΖΟΠΟΛΙΣ, [a] ΤΥΜΑΝΔΡΟΣ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΟΠΑΜΙΑ, ΕΥΔΟΞΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΑΓΑΛΑΣΣΟΣ, ΒΑΡΙΣ, ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ Η ΣΙΔΗΡΑ, Ο [b] ΤΙΜΒΡΙΑΔΩΝ, ΘΕΜΙ-

[a] Τύμανδρος Μητρόπολις *Schelstratenus & Baudurius. MS. Leidensis, cujus mihi nunc copia est facta,* Τύμανδος, *& vere.* [b] Τυμβριάδων *aut* Τύμβριάδων *vulgo.*

Ζωζόπολις] Patria fuit Severi, qui Flaviano depulso Antiochenis episcopus est datus: Evagrius L. III. H. E. C. 33. ὃς πατρίδα τὴν Ζωζοπολιτῶν κληρωσάμενος, ἢ μία ἦν Πισιδῶν ἐθνῶν ἐστίν. In Actis Zosimi tom. III. jul. Ζωζοπολιτῶν πόλις circa Conanam C. 1. collocatur.

Τυμανδρος] Jungitur huic arctissime in Emman. Schelstrateni & Bandurii editione μητρόπολις, quam Car. a S. Paullo jure optimo hinc distinxit: neque enim Pisidiae metropolis unquam fuit, Τυμανδὸς appellanda, si Longino, qui Synodo Constantinopolitanæ sub Flaviano adfuit, credimus, episcopum se τῆς Τυμανδηνῶν πόλεως ἐπαρχίας Πισιδίας inter Acta Chalced. p. 244. professo, etsi τῆς Μανδηνῶν πόλεως prave p. 247. ὁ Τυμάνδε & Τυμάνδε est in Notitiis Jac. Goar.

Μητρόπολις] Exorticius Μητροπόλεως Πισιδίας Chalcedonensi p. 401. & 644. subscribit, perperam Νικοπόλεως, quo nomine in Pisidarum gente urbem ignoramus, p. 670. dictus: hinc *campus Metropolitanus* apud Livium L. XXXVIII. C. 15.

Ὀπαμία] Ἀπάμεια est, de cujus amœno situ multa viri docti ex Xenophonte, Strabone, Livio, Maximoque Tyrio. Vid. Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 4. p. 158. & Cl. Salmasium in Solin. p. 581. Vulgo Phrygiæ adscribitur, neque id male: sub Christianis tamen Pisidiæ est contributa, unde Sisinnius Ἀπαμείας τῆς Κιβωτῷ inter Pisidas Nicaeno II. p. 358. subscripsit: nimirum in Phrygiæ Pisidiaeque finibus erat, quod egregie docet Dio Chrysostomus Orat. XXXV. p. 432. cum Apamienses compellans, τῆς τε Φρυγίας, inquit, ἀφεκτήκατε καὶ Λυδίας, ἔπ᾽ ᾗ Καρίας· ἀλλά τε ἔθνη περιοικεῖ πολυανδρότατα, Καππάδοκές τε καὶ Παμφυλοι καὶ Πισίδαι. ubi plura in laudem urbis adduntur, quæ non exscribo.

Εὐδοξιόπολις] Quo olim nomine fuerit, ignoratur: doctissimus Holstenius ex Socratis L. VII. H. E. C. 36. suspicionem jecit, sed debili tibicine fultam, ut ad *Eudoxiopolin* Europæ admonuimus.

Ἀγαλασσὸς] Sic quoque in altera Notit. Jac. Goar & Nicaeno II. p. 575., ubi Theodosius τῆς Ἀγαλασσῆς, qui Σαγαλασσῆς p. 358.; similiter MSS. quidam Liviani L. XXXVIII. C. 15. voci sibilantem literam demunt, & Pliniani L. V. C. 27.: diceres propterea urbem inter eas esse referendam, quæ modo sibilantem sibi præponi, modo auferri patiuntur: at obstant Græci, ut Polybius, quem Livius exscripsit, & plures alii, numi quoque CAΓAΛACCEΩN apud Vaillantium, Harduinum & Haymium. Scribatur ergo Σαγαλασσὸς, quam diei itinere Apamea dissociatam fuisse Strabo L. XII. p. 569. docet.

Βάρις] Ὁ Βάρεως episcopus est in Notit. Jac. Goar, qui perperam πόλεως Βάρης in Nicaeno II. p. 358. Ptolemaeo prorsus ut hic Βάρις, cui Κόμανα proxime jungitur & in veteri versione *Conana*, haud dubie verius: nam & Constans Κονάνης est in Nicaeno II. p. 575. & differte Κοναέων πόλις in Pisidia locatur in Actis Zosimi tom. III. Junii p. 815. & 816.

Σελεύκεια] Utraque Jac. Goar Notitia hoc cognomine Seleuciam ornat, quod a ferri metallis accipere potuit: Nicaeno II. p. 575. Petrus Σελευκείας τῆς Ἰσίας pro Πισιδίας subscripsit.

Ὁ Τιμβριάδων] Sic MSS. neque hilum Notitia Jac. Goar dissidet: videtur librarius hæc ad normam Ecclesiasticæ Notitiæ exegisse, & episcopum hujus urbis, solenni in illis more, signasse: urbem si spectes, difficulter inveneris; Xenophon L. I. Exp. Cyr. p. 194. Θύμβριον X. parasangis a *Tyriaeo*, de quo supra, semovet; id si nostrum, vitii manifestum erit: nec mutari tamen sustinerem, quoniam Constantinus hujus urbis præsul in Constant. III. p. 505. Τιβριάδων & in veteri versione *civitatis Tibriadorum Pisidiae provinciae* quamquam male p. 676. τῆς Μαμβριαδέων πόλεως, dicitur; nisi & Plinius *Timbrianos* inde formasset L. V. C. 27. Ergo Geographiam Sacr. & hac urbe augeamus.

ΘΕΜΙΣΟΝΙΟΣ, ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΜΑΛΛΟΣ, [a] ΟΔΑΔΑ, [b] ΖΟΡΖΙΛΑ, [c] ΤΙΤΥΑΣΣΟΣ.

κέ. ΕΠΑΡΧΙΑ ΛΥΚΑΟΝΙΑΣ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ιή.

ΙΚΟΝΙΟΝ

a Ὁ Δάδα *Car. a S. Paullo.* b *MS. Leid.* Ζόρζελα. c Τιτυασσὸς *editi.*

Θεμισόνι@] Nusquam in Pisidia mihi lecta est: Phrygiæ cognominem urbem supra vidimus, forte a Pisidica nomen habentem: Strabo enim L. XIII. p. 629. fuisse Phrygiæ urbes, quæ a Pisidicis nomen traxerint, docet. Posses cum doctissimo Chorograph. Ital. medii ævi p. XXVII. auctore de *Termesso*, quam Stephanus Pisidiæ urbem facit, nisi eam Pamphyliæ Hierocles contribuisset, cogitare.

Ἰουστινιανόπολις] Nec hanc urbem, si alteram Jac. Goar Notit. exceperis, legere memini. Vir doctus, quem tantum quod appellavi, quoniam Alemannus in Procopii Hist. Arcan. C. 11. inter Justinianopoles Pamphyliæ urbem, quæ in Notitia veteri *Myloma* sit, recensetque, de *Myliade* cepit autumare acsi & illa Justinianopoleos nomen induisset: at ea & ab hac provincia distat, & in Pamphylia fortasse reperietur. Equidem suspicatus sum, *Conanam* sive *Conana* Justiniani nomen accepisse: causam habeo, quod Notitiarum una Jacobi Goar Justinianopolim inter Tymandum & Malum interponant, reliquæ vero, Justinianopoli neglecta, *Conanam:* quæ tamen mera suspicio est neque admodum firma.

Μάλλ@] Reliquis Notitiis Μάλ@: unde Μαλλῶν episcopus in Jure Græco Romano p. 190. & Constant. III. p. 676. Sisinnius τῆ Μυοκλόλεως τῆ Πισιδῶν, sed vitiose. Vid. L. Holst. in Steph. Μάλλ@. Auctor Differt. Chorogr. Ital. cum hujus *Mali* occasione p. XXVII. asseverat, *nullam Mallum in duabus Ciliciis Hieroclem adnotare*, haud sane advertit Μάλχ@ Ciliciæ I. vitiosum esse & *Mallum* nobis offerre.

Ὀδάδα] Imo Ἀδάδα, ut MS. Palatinus Ptolemaei. Joannes episcopus τῆ Ἀδαδέων πόλεως, τῆ Πισιδῶν ἐπαρχίας Concil. Constant. III. p. 676. adfuit. Artemidorus apud Strabonem L. XII. p. 570. inter Pisidiae urbes Ἀδαδάτην, Βελάδα, pro Ἀδάδα, τὴν Βελάδα, seu Τιμβριάδα potius, annumerat.

Ζόρζιλα] Ὁ Ζαρζήλων constanter in Notitiis Jac. Goar, & ea, quam Beveregius Comment. in Canon. Concil. Trullani p. 140. vulgavit. Videtur non alia ac Δύρζηλα Ptolemaei, Z & Δ, ut assolet, permutatis.

Τιτυασσὸς] Sanum hoc est, ut & ὁ Τιτυαστῆ veteris Notitiæ: male Petrus Τετιαστῆ in Nicaeno II. p. 358. & Τυαστῆ p. 53., nec melius Stephanus τῆ Τυασίων πόλεως τῆ Πισιδῶν ἐπαρχίας Constantinop. III. p. 676.: perperam etiam Πιτυασσὸς Artemidoro apud Strabonem L. XII. p. 570.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Et hæc *Præsidialis* fuit, uti Notitia Imp. Orient. C. 1., & Novel. XXV. docemur: meminit quidem Theodorus Iconiensis in Epist. de Cyrico & Julitta tom. III. Jul. p. 26. Domitiani, Comitis Lycaoniæ, Κομήτ@ Λυκαονίας, qui mihi rei militaris per Lycaoniam Comes fuisse videtur: Notitia eum non habet: at præter Præsidem in provincia, qui rem militarem curaret, fuisse, Novella XXV. dubitare vetat; Justinianus uni Lycaoniæ Prætori Justinianeo & rem civilem & militarem mandavit.

Ἰκόνιον] Lycaoniæ fuisse Metropolin ex Chalcedon. p. 670. constat: sita erat in Pisidarum & Phrygum finibus, nec multum ab Orientis diœcesi neque Asiana disparata: Basilius Seleuciensis L. I. Vit. S. Theclae p. 232. πόλις ἡ αὖτη Λυκαονίας, inquit, τῆ μὲ Ἑώας ὲ πολὺ ἀπίχεσα, τῆ ἡ Ἀσιανῶν μᾶλλόν τι ϖεθσορμίζεσα, ϗ τῆς Πισιδῶν ϗ Φρυγῶν χώρας ϖ ϖεθοιμίῳ κειμένη· Coloniæ eam dignatione illuminavit Imp. Gallienus, si fides rarissimo, & fortasse in hoc genere unico, Thesauri Wildiani numo, cujus uni paginæ *IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P.F.*, alteri, *ICONIEN. COLO. S. R.* inscripti sunt. Ceterum Basilio illud τῆς χώρας ϖ ϖεθοιμίῳ admodum familiare est: nam & Seleuciam L. I. Vit. Theclae p. 275. τῆ Ἑώας ὀρίων ϖ ϖεθοιμίῳ positam ait, & L. II. C. 11. ϖεθοίμιον τῆ ἄλσεσι, & C. 17. τῆ ἡμέρας ϖεθοίμιον, quin & Orat. XXVII. p. 150. τῆ ὀργῆς ϖ ϖεθοίμια dixit; quam vero recte atque

ex

ἸΚΟΝΙΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΛΥΣΤΡΑ, ΜΙΣΘΕΙΑ, ἈΜΒΛΑΔΑ, [a] ἈΥΑΣΑΔΑ, ἈΥΜΑΝΑΔΑ, [b] ἸΛΙΣΤΡΑ, ΛΑΡΑΝΔΑ, ΔΕΡΒΑΙ, [c] ΒΑΡΑΤΗ, ΥΔΗ, ἸΣΑΥΡΟΠΟΛΙΣ, ΚΟΡΝΑ,

a Ὀυάσαδα *editio prima.* b Λίστρα *omnes.* c Βάρζα *MSS., melius Leid.* Βάρζα & Δέρβα.

ex usu veteris Græciæ, ex egregia Hemsterhusii nostri ad Luciani Somnium animadversione cognosces.

Λύστρα] Lucas Act. A. C. XIV, 6. Εἰς πόλεις Λυκαονίας Λύστραν καὶ Δέρβην, & versu 21., at ℣. 8. ἐν Λύστροις· unde τὰ Λύστρα & Λύστραν in promiscuo usu fuisse diceres, nisi passim alii numerum pluralem mallent: ὁ Λύστρων est in pluribus Notitiis, subscribitque Chalcedonensi p. 99. Plutarchus Λύστρων. Ptolemaeo Λύστρα, in Palatino MS., pro quo verius scriptus Coislinianus, Λύστρα.

Μίσθεια] Est hujus præsul in Chalcedon. p. 674. Armatius πόλεως Μισθείας, & Longinus Μισιανῶν πόλεως Λυκαονίας in Constantinop. III. p. 670. Theophanes Chronogr. p. 320. Μισθίαν & *Misthiam* Ravennas L. II. C. 17. appellat. Non longe Vasadis afuisse colligas ex Basilii M. Epist. 118 Τὸν ἀγροῖκον ἐκεῖνον, scribit, τὸν ὑποκείμενον τῇ Μησθείᾳ, ᾧ ἐπεκηρύχθη ὁ ἄνθρωπος, κέλευσον Ὀυασάδης ὑποτελεῖν. *Agrum illum Mesthiæ subjectum, cui addictus est homo ille, Vasodis subesse jube.* Sic Jul. Garnerius vertit ediditque, admonens Μησθείων in IV. esse MSS., *Vasoda* vero in plerisque: veteres editi Μισθίᾳ, Balsamon & Zonaras tom. II. Beveregii Canon. p. 66. Μισθείᾳ, quod vir doctus spernere non debuerat, utpote solum cum vero consentiens.

Ἀμβλαδα] Philostorgius L. V. H. E. C. 2. urbem arido ac pestilenti fuisse solo, incolas barbaro atque ab humanitate alieniissimo ingenio docet: oppidi episcopus πόλεως Ἀμβλάδων in Chalcedon. p. 673. & Constant. III. p. 675., sed perperam, Ἀμιλάνδων πόλεως ἐπαρχίας Λυκαονίας. Vulgatum præter Stephanum & Philostorgium Ptolemaei MSS. Palatinus, Coislinianus & Barberinus, de quo L. Holst. in Steph., probant.

Ὀυάσαδα] Ptolemaeus Ὀυάσζα, quod emendari debere ex MSS. Coislin. certissimum est: Basilius M. Ὀυάσσδα in nupera editione, cui hinc facillime & ex Beveregio tom. II. p. 66., tametsi pessime ibi Balsamon & Zonaras Μάσσδα legunt, succurri potuerat. Conon episcopus πόλεως Ἀασάδων ἐπαρχίας Λυκαονίας Constant. III. p. 675. & Olympius Ὀυασάδων Chalcedon. p. 674. subscripserunt, male uterque.

Ὀυμάναδα] Ὁμόναδα oportuerat, ut belle Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 4. p. 205., licet operarum peccato Ὀνόμαδα inibi legatur: hinc *gens Homonadum* apud Plinium L. V. C. 27. & Strabonem L. XII. p. 569., hinc Tyrannus Ὁμονάδων in Chalcedon. p. 400., qui prave p. 99. Μανάδων, & pejus in Constantinop. III. p. 675. Alexander πόλεως Σεμώνδων *provinciæ Lycaoniæ.*

Ἰλιστρα] Hoc in MS. fuisse ex Holst. in Geogr. S. novimus: editi omnes Λίστρα: oppido episcopus Martyrius Ἡλίστρων, qui rectius MSS. Ἰλίστρων, Ephesini Concil. p. 534. & Onesimus πόλεως Ἰλίστρων Chalcedon. p. 674. fuit.

Λάρανδα] Anton. Itin. p. 211. vide.

Δέρβαι] Δέρβη, ut Act. A. C. XIV, & apud Strabonem L. XII. p. 569; ubi in Isauriae confinio locatur.

Ὑδη] Plinius Lycaoniae urbem *in confinio Galatiæ atque Cappadociae* fuisse L. V. C. 27. scribit. Rufus πόλεως Ὑδης est in Chalcedon. p. 526, qui Σίδης mendose p. 400.

Βαράτη] Ptolemaeo Βάραπα, Tabulæ Peutinger. M. P. L. ab Iconio *Barathe:* nomine metropolitæ sui Constantinus τῶν Βαραπέων μητροπόλεως τῶν Λυκαόνων ἐπαρχίας Constantinop. III. p. 526. subscribit; noli tamen putare *metropolin* fuisse, quam dignitatem librariis debet, intempestive & satis inique eam Iconio auferentibus: paullo itaque rectius p. 675. πόλεως Βαρίτης dicitur.

Ἰσαυρόπολις] Lycaoniae partem ad Taurum Ἰσαυρικὴν *Isauricam* Strabo L. XII. p. 568. facit: nec male ergo Isauropolis huic provinciæ tribuitur. Aëtius Ἰσαυροπόλεως Chalcedonensi adfuit p. 673.: alii *Isaura* appellant, Ἰσαυρέων πόλιν Diodorus L. XVIII. p. 605., de qua Henr. Valesius in Ammian. L. XIV. C. 8. Fuisse urbem latrociniis infamem nemo ignorat; atque haud scio an *Laestrygonia* sit Basilii Se-

ΚΟΡΝΑ, ΣΑΒΑΤΡΑ, [a] ΠΤΕΡΝΑ, ΚΑΡΝΑ, ΓΛΑΥΑΜΑ, ΡΙΓΝΟΝ.

κϛ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΦΡΥΓΙΑΣ ΣΑΛΟΥΤΑΡΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ κγ'.

ἘΥΚΑΡΠΙΑ, [b] ἹΕΡΑΠΟΛΙΣ, ὈΣΤΡΟΥΣ, [a] ΣΕΚΤΟ-

[a] *Πτέρια Car. a S. Paullo.* [b] *Ἱερόπολις MS. L.*

leucienſis L. II. Vit. S. Theclae C. 12., ſceleratorum hominum atque ex rapto viventium receptaculum: ſitus haud male convenit: dicit eam in Seleuciae Iſauriaeque fuiſſe confinio, ſed verſus occaſum ejus provinciae totiusque Orientis, altiſſimis montibus impoſitam: Διῳκειμένην ὡς εἰπεῖν ἐσπέρων καὶ ἡμῶν τε καὶ σύμπασαν ἑῴαν γῆν, πολλοῖς ὄρεσι καὶ ἰσυνεφέσιν ὄρεσι διειλημμένην. Incolis atque urbi a Laeſtrygonibus, quod eorum ſectam atque inſtituta probarent, id nomen venit: ſane Iſauros Baſilii aetate ab improba praedandi cupiditate fuiſſe inſtructiſſimos ex Chryſoſtomi epiſtolis, Zoſimo atque aliis pluribus cognitiſſimum eſt.

Κόρνα] Haud eam Ptolemaeus, nec Concil. Conſtantinop. I., ut Car. a S. Paullo monuit, ignorat.

Σάβαλρα] Conſentit Tabula, quae Iconio M. P. XLIV. ſemovet: Ptolemaeo, Σαύατρα, unde in Chalcedon. p. 673. Euſtathius πόλεως Σαυάτρων. quae differentia ex ſono eſt, uti in Σαναδία & Σαβαδία, Καλαωζία & Καλαβζία, καλαύροψ & καλάβροψ, innumerisque aliis. Straboni L. XII. p. 568. Σόατρα, quam eandem eſſe, recte Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 4. p. 205. animadvertit.

Πτέρνα] Πέρτα Ptolemaei eſt, cujus praeſul Conon πόλεως Περσῶν Chalcedon. Concil. p. 674. & in veteri verſione, quam L. Holſt. verſavit, *Pertorum*, ſubſcripſit, & Nicaeno II. p. 53. Epiphanius Πέρτων.

Κάρνα] Imo Κάννα, ut apud Ptolemaeum & Chalcedon. Concil. p. 646., ubi *Eugenius Cannorum* & p. 526. πόλεως Κάννων nomen inter Lycaoniae praeſules adſcribit.

Γλαύαμα] Suſpicor hanc in Ptolemaei Δαύμαυα, ut MS. Palatinus praefert, abſconditam latere: nec forte alia habenda eſt Ἰδυμαυδὸν Concil. Chalcedon. p. 674.: quamquam quo vero nomine fuerit, prorſus ignorem. *Rignum* Ῥίγνον nondum inveni.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Phrygia Salutaris *Praeſidi* paruit, non Conſulari, ut ex Notit. Imp. Orient. C. 1. compertum habemus: Amachius ἄρχων τῆς ἐπαρχίας τῆς Φρυγίας, qui dein ἡγεμὼν *Praeſes* iteratis vicibus, eſt apud Socratem L. III. H. E. C. 15. Suidas rem eandem referens in Ἀμαχίῳ *parvae urbis Phrygiae Praeſidem* facit, ἄρχοντα μικρᾶς πόλεως Φρυγίας, ſatis imperite exſcriptis Malchi aut alius auctoris verbis: ſuſpicor ſcriptorem, quicunque fuerit, τῆς μικρᾶς Φρυγίας dediſſe, idque, cum in parva urbe *Mero* res fuerit acta, πόλεως addito vocabulo auctum: *parvam* autem *Phrygiam* hanc fuiſſe dictam ex Stephano in Εὐκαρπία conſtat.

Εὐκαρπία] Pagus fuit Phrygiae, ab ubere frugum vinique proventu id nominis ſortitus, Metrophane, quem Suidas *Eucarpia* ortum adfirmat, apud Stephan. auctore. Quod vero primo loco ponitur, id metropolin fuiſſe Phrygiae Salutaris, uti L. Holſt. in Geograph. S. autumabat, argumento non eſt: nam & alia ſunt in Synecdemo exempla urbium, quae principem locum in catalogo occupant, nec metropoles fuerunt: & Synecdemus civilis eſt, neque ad metropoles ſemper attendit. *Synnada* provinciae caput fuiſſe ſuo loco dicetur.

Ἱερόπολις] Celebrem hoc nomine urbem in Pacatiana vidimus; diceresque ex ea provincia librariorum ſocordia in Salutarem Phrygiam migraſſe, niſi Concil. Nicaenum II. Hierocli adſtipularetur: cum enim p. 346. Nicolaus Hierapoleos Pacatianae ſubſcripſiſſet, nomen ſuum inter Salutaris Phrygiae praeſules p. 357. Michael Ἱεροπόλεως profitetur: & ne de vitio cogites, p. 597. atque alibi eundem reperies. Itaque duas Phrygiae, alteram Pacatianae, alteram Salutaris, Hierapoles agnoſcamus & hac Geogr. S. ornemus.

Ὄσρους] Ὄρῳ, cujus epiſcopus πόλεως Ὄρων in Chalcedon. p. 673., in Nicaeno II. δ' Ὀρόνων Ὄσρα p. 358. dicitur. Plutarchus ὃς λεχθήσεται ἐν Φρυ-

[a] ΣΕΚΤΟΡΙΟΝ, ΒΡΟΥΞΟΣ, ΚΛΗΡΟΣ ΌΡΙΝΗΣ,
[b] ΚΛΗΡΟΣ ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ, [c] ΔΕΒΑΛΑΚΙΑ, ΛΥΣΙΑΣ,
[d] ΣΥΝΝΑΔΑ, ΠΡΥΜΝΗΣΟΣ, ΊΨΟΣ, ΠΟΛΥΓΩΤΟΣ,
[e] ΔΟΚΙΜΙΟΝ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΜΗΡΟΣ,
ΝΑΚΟΛΙΑ,

a Σπεκτόριον *Schelſtrat. & Bandur.* b Κλῆρος πολεμὴ *edit. princeps, alia* Κλῆρος πολεμικὸς. c Δεβαλίκια *MSS.* d Σύνασα *Car. a S. Paullo.* e Δοκίμιον μητρόπολις *Schelſt. Band. & MS. L.*

Φρυγία Ὀλούσης in Lucullo p. 497. appellare videtur.

Σεκτόριον] Hoc, utpote proxime ad Στεκτόριον, quo vero nomine fuit, accedens, è MSS. arripuimus: Ptolemaeo vulgo Ἱερόριον, ſed vetus interpres *Stectorium* legit, quod & MSS. Coislinianus & Barberinus, de quo Holſt. ad Geograph. S., præferunt. Joannes presbyter Θρόνου Ἐκτορέως Nicaeno II. p. 357. nomen adſcripſit, & p. 53. Ἐκτορίου.

Βρέξος] Verum eſt Βρέζος, unde numi ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ & ΒΡΟΥΖΙΝΩΝ, ut in Theſ. Britan. tom. II. p. 234., de quibus egregie Harduinus in Num. Urb. Illuſtrat.; Ptolemaeus, cui Δρέζον, hinc auxilium accipit.

Κλῆρος Ὀρίνης] Lege ὀρεινῆς. Intelligi credo Phrygiam Paroreiam, ſive montanam, de qua Strabo L. XII. p. 577. ἡ μὲν ἐν παρωρείᾳ ὀρεινήν τινα ἔχει ῥᾶχιν, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκτεινομένην ἐπὶ δύσιν· *Paroria Phrygia montanum habet dorſum, ab ortu verſus occaſum productum.* Κλῆρος dicitur ſolemni more, quo vox de agris, ſorte diviſis, & dein de aliis quibusvis uſurpatur. Vide Cl. Dukerum in Thucydidem L. III. C. 50. & quos ille appellavit.

Κλῆρος Πολιτικῆς] Sic MSS. edere, Holſteinio accredimus, etſi quæ Phrygiæ pars ſit, in obſcuro maneat: ſi conjecturis in re incerta indulgere liceat, dixerim eos Phrygiæ agros ſignari, qui uſui publico reipublicæ ſerviebant; atque eos in primis, in quibus greges dominicos paſcebant: fuiſſe in Phrygia Impp. Valentinianus & Valens L. 19. C. Th. de Prætorib. teſtabuntur; *Satos de Phrygia*, ajunt, *gregibus XX. quatuor equos, ſubjugandos quadrigis, hoc eſt, ſimul octo, duobus maximarum editionum Praetoribus dari ſancimus:* ſimili fortaſſe ex cauſſa *regio Aphrodiſias antea Politice Orgas* fuit appellata apud Plinium L. V. N. H. C. 30. De *Debalacia* nihil habeo monere, utpote nusquam lecta.

Λυσίας] Nota è Strabone, Plinio & Ptolemaeo urbs, cujus numi ΛΥΣΙΑΔΕΩΝ nomen præferunt. Philippus *Lyſiadis* eſt in Chalced. p. 646.

Σύνναδα] Hanc provinciæ metropolin Conc. Chalcedonenſe p. 673. imponit; unde *Synodorum metropolita*, quamquam non ſine vitio, L. XXIV. Hiſt. Miſcel. Tabula XXXII. M. P. Docimeo ſemovet. Vid. Valeſ. in Socrat. L. VII. H. E. C. 3.

Πρύμνησος] *Prymneſia* Ptolemaeo & Chalced. Concil. p. 673., vulgo quidem Πρυμνιάσση ibi appellatur, ſed verum Latinus interpres ſervavit, & Conſtantinop. III. p. 675.

Ἴψος] Urbem nobilitavit, quod prope eam depugnatum eſt, memorabile prælium, quo Antigonus a conjuratis ducibus victus atque interfectus eſt apud Plutarchum in Pyrrho p. 384. Ἄψος perperam Nicaeno II. p. 161.

Πολύγωτος] Πολύβοτος oportuerat: Georgius presbyter πόλεως Πολυβάτου eſt in Nicaeno II. p. 358., hinc refingendus. Vid. Cellarium L. III. G. A. C. 4. p. 168.

Δοκίμιον] Addunt Schelſtratenus & Bandurius μητροπόλεως titulum; quo ornatum unquam fuiſſe exiguum oppidum & ſolo marmore nobile, haud conſtat: verius ſuum ſibi locum Μητροπολις in principe editione occupavit: binas enim eo nomine in Phrygia fuiſſe è Stephano novimus, quorum fortaſſe hæc apud Athenaeum L. XIII. p. 574. obvia. Δοκίμειον, ut eo redeamus, Stephano, Δοκίμιον, non ſine errore, Ptolemaeo, Δοκιμία κώμη Straboni L. XII. p. 577. Δοκίμιον, plane ut hic, ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρείας Epheſino Concil. p. 534. Vid. Noriſium Diſſert. I. de Epoch. Syro-Maced. p. 14.

Μῆρος] Eſt apud Socratem L. III. H. E. C. 15. & Sozomen. L. V. C. 11. ubi Valeſ. vide; nec crede tamen poſteriore ætate *Comopolin* fuiſſe appellatam; neque enim Conſtantinus

ΝΑΚΟΛΙΑ, [a] ΔΟΡΥΛΑΙΟΝ, ΜΕΔΑΙΟΝ, ΔΗΜΟΥ [b] ΛΥΚΑΩΝ, ΔΗΜΟΥ ᾽ΑΥΡΑΚΛΕΙΑ, ΔΗΜΟΥ ᾽ΑΛΑΜΑΣΣΟΥ, ΔΗΜΟΥ [c] ΠΡΟΠΝΙΑΣΑ. κζ', ᾽ΕΠΑΡ-

[a] Δορύλεον *MSS.* [b] Λιβαῶν *Bandurius*, Λικαῶν *Car. a S. Paullo.*
[c] Πεντπίασα *idem & MSS.*, Πεντπιασᾶ *MS. Leid.*

Imp. L. I. Them. 1. id adfirmabit, ſed Merum fuiſſe κωμόπολιν, ſive grandem vicum, qui ad urbis amplitudinem proxime accederet, uti in Marci Evang. C. 1., 38. Car. a S. Paullo cum *Myrum* vocat, ab Actis Conciliorum, ut Nicaeni II. p. 357., ubi Damianus Μύρων, in fraudem impulſus eſt.

Νακολία] Urbem Phrygiæ, cui Nacolia nomen, πόλιν τῆ Φρυγίας, ἡ Νακώλεια τεθρωνυμία, ad quam Valens Procopium profligaverit, Socrates L. IV. H. E. C. 5. vocat; Baſilius Νακωλείας Φρυγίας Chalcedon. Concil. p. 578. ſubſcripſit: ceteris Νακόλειαι, ut Ptolemaeo & Zoſimo L. IV. C. 8. Vid. Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 4. p. 144.

Δορύλαιον] Δορύλαον, uti Strabo; niſi forte Δορύλειον, modo ſanum id ſit, cum Euſtathio in Dionyſ. ῾Υ. 815. voluerit. Proxime fluvium ſedem habuit, qui in Theſ. Britan. tom. II. p. 257. numo ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ urnæ incumbit, quamquam quo nomine fuerit, nondum pro comperto habetur: Nic. Haymius *Sangarium* arbitratur, cui ſane in Tabula Peutingerana accubat: at id flumen urbem alluiſſe cum certo haud conſtet, malim alterutrum amnium credere, de quibus Cinnamus L. V. C. 1., ubi de Manuele Comneno, Ἀφ' ἧς Ἑλλησπόντῳ πορθμῷ ἐπὶ Ἀσίαν ἀμφιβὰς, ἄχρι Δορυλαίᾳ ἦλθε, ἐπὶ ἄμφω τὼ ποταμὼ, ὧν ὁ μὲ Βαθὺς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, Θύαρις δ' ἕτερος ὀνομάζε[ται]· *per fretum Helleſpontiacum in Aſiam trajiciens, ad Dorylaeum usque pervenit, circa duos fluvios, quorum alter ab incolis Bathys, alter Thyaris vocatur.* Adde L. VI. C. 14. & Nicetam Choniat. L. VI. Annal. Manuel. p. 88.

Μέδαιον] Μίδαιον ſive Μιδάειον, unde ΜΙΔΑΕΩΝ numi apud Harduinum & Holſt. in Stephan.

Δῆμος Λυκαῶν] Poſterius è MS. eruit Holſteinius, è quo Λυκαόνων δῆμος formari oportet. Δῆμος, ut ſæpe, *pagum* notat; Stephanus Εὐκαρπία δῆμος τῆ μικρᾶς Φρυγίας, & in Δῆμος. *Lycaones* in Phrygia Plinius L. V. C. 29. agnoſcit, probe contra Harduinum a Ch. Cellario L. III. G. A. C. 4, p. 164. defenſos.

Δῆμος ᾽Αυραύκλεια] Forte δῆμος ᾽Αυλοκρήναι Plinius *Aulocrenas* Phrygiæ tribuit L. V. C. 29. *Marſyas*, inquit, *ibi redditur, ortus ac paullo mox conditus, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur convallis decem mill. paſſuum ab Apamia Phrygiam petentibus.* & L. XVI. C. 43.; favet ſuſpicioni Aquilas epiſcopus ᾽Αυλοκρῶν, qui inter Phrygiæ Salutaris præſules Chalcedon. p. 400. nomen ſuum profitetur: quia tamen ᾽Αυροκλέων p. 246. dicitur, nihil decreverim; id addam, in Geograph. Sac. præteriri haud debuiſſe.

Δῆμος ᾽Αλαμασσῆ] In Concilio Chalcedonenſi ejus epiſcopus memoratur, diciturque πόλις ᾽Αμαδάσση p. 673., & in Conſtantinop. II. p. 244. *civitas Amadaſſenorum:* rectius itaque δῆμος ᾽Αμαδάσσης.

Δῆμος Προπνίασα] Forte δῆμος Πραπένισσος· Præpeniſſus eſt inter Phrygiæ urbes apud Ptolemaeum, ſubſcribitque Auxanon πόλεως Πραπενίσσης Chalcedonenſi p. 673. Quod vero his *pagis* epiſcopi fuerint poſiti, id argumento eſt, fuiſſe κωμοπόλεις ſive amplos & civium frequentia celebres pagos, unde & πόλεις Chalcedonenſi Concil. dicuntur: ceteroqui Canones pago aut parvæ urbi, cui vel unus presbyter ſufficeret, epiſcopum negabant, ut Synodi Sardicenſis VI. μὴ ἐξεῖναι καθιστᾶν ἐπίσκοπον ἐν τινι κώμῃ ἢ βραχείᾳ πόλει, ἢ ἵνα τὸ εἰς πρεσβύτερον ἐπαρκῆ· & Synodi Laodicenæ LVI., qui περιοδευτὰς, ſive *viſitatores*, ut Dionyſius Exiguus vertit, de quibus Beveregius plura, in ejusmodi pagos amandat: quamquam & id citra dubium eſt, haud raro præſulum ambitione optime decreta fuiſſe proterve conculcata, & quo plures ſuffraganeos, quos vocant, acciperent, pagis atque oppidulis epiſcopos datos: in Africa certe per contentiones Donatiſticas incredibilem in modum præſulum numerus increvit, paullatimque villæ, fundi & vici ſuos ſibi præpoſitos viderunt, ſicuti è Collat. Carthagin. C. 181.

κζ', ἘΠΑΡΧΙΑ ΠΑΜΦΥΛΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ μζ'.

[a] ΠΕΡΓΗ, ΣΥΛΑΙΟΝ, ΜΑΓΥΔΟΣ, ἈΤΤΑΛΙΑ, ΔΗΜΟΥ, [b] ἈΥΛΙΑΜΒΟΣ, ΤΡΕΣΕΝΑ, ΔΗΜΟΥ ΚΑΝΑΥΡΑ, ΖΟΒΙΑ,

a Πέργη Σύλαιον *omnes, distinguit MS. Leid.* b Ἀυλίαμβος *Car. a S. Paullo.*

C. 181. colligas. Sed hæc ab instituto nos avocarent longius.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Olim Lycia & Pamphilia uni Proconsuli paruerunt; unde C. Porcius *PROCOS. LYCIAE ET PAMPHILIAE* in Thes. p. CCCCLVIII. 6.; sub Constantino *Præsidem* habuerunt, ad quem L. 2. C. Th. de Censu data est. Diceres Decii tempore a Lycia jam fuisse distractam ob *Pamphyliæ præfecturam*, Martiano ab eo Imp. mandatam, in Actis S. Achatii apud Ruinart. p. 155., si bonæ fidei semper ea essent monumenta. Forte Theodosius II. Lyciæ suum præsidem imposuit, qua de re alias. Fuisse vero Consularem Pamphyliam Notit. Imp. Orient. C. 1. docet.

Πέργη] Editi omnes Σύλαιον Pergæ jungunt, acsi eadem urbs esset, prorsus contra verum: distinctissimæ enim fuerunt, singulis episcopis, ut ex Chalcedonensi Concilio novimus, subditæ: seriore quidem ævo dignitas metropolitana Sylaeum ornavit, eaque causa est, cur in aliis Notitiis ὁ Πέργης ἤτοι Συλαίε episcopus memoretur: at nondum, cum Hierocles suam digereret, eo res redierat; distinguuntur enim utriusque episcopi in Constantinop. III. Erat *Perge* provinciæ metropolis, sicuti præter Chalcedonense Concil. p. 656. scholiastes Callimachi Hymn. in Dian. ν. 187. & egregius numus, ab Ezech. Spanhemio, Dissert. IX. de V. & P. Numis. p. 591. productus, ostendunt. Secta dein in duas Pamphylia, quæ tamen divisio Hierocle, quod supra patefecimus, posterior est, Perge Pamphyliae II., primæ vero Side metropolis esse cœpit.

Σύλαιον] Σύλαιον Constantino L. I. Them. 14. & Constantinop. III. p. 677., ubi Paullus πόλεως Συλαίε τῆ Παμφυλίων ἐπαρχίας, nec aliter Actis S. Stephani Junioris, a Benedictinis vulgatis, p. 452., quæ Lyciam hinc ordiuntur, etsi ipsi Σύλεον maluerint. Putares itaque rectum id esse: at obstat Σύλειον Stephani, & *Syleum* Livii. Salmasius in Solin. p. 549. Σίλιον, nisi error ibi sit ab operis commissus, verum esse pertendit: L. Holsteinius Σύλαιον præfert ad Stephan., atque Arriani L. I. Exped. Alexand. C. 27. Σύλιον, χωρίον ὀχυρὸν ad hanc normam corrigit: ego in Arriano nihil muto, Σύλιον & Σύλειον ceteris præstare arbitratus: habet id Polybius Leg. XXX., &, quam conformatione literarum Λ & Α deceptam nemo dixerit, Tabula Peutingerana: perperam ergo Ptolemaeus Σύλεον, & Chalcedon. p. 402. Σίλυον. Oppidum haud multum Perga distabat.

Μάγυδος] Sic & Palat. & Coislin. MSS. Ptolemaei pro vulgato Μάτυλος numi ΜΑΓΥΔΕΩΝ Thes. Britan. tom. II. p. 189. id probant: quare non recte satis *Magadensium civitas Pamphyliæ* Constantinop. II. p. 241. nec Μαγίδων πόλις Constantinop. III. 502., nedum πόλις Μαῦδος Chalcedon. p. 672.; verius *Magydensium civitas* p. 646. veteri interpreti.

Ἀτταλία] Nota urbs è Strabone est circa Corycum posita: Suidas in Κωρυκαῖος sitam ait ad Corycum promontorium, haud obscure Corycum Ciliciæ cum cognomine Pamphyliæ oppido confundens; quem eundem errorem Salmasius in Solin. p. 545. reprehendit in Demetrio, quo Stephanus teste usus fuit. Ἀτταλῶν episcopus, qui Ephesino interfuit Concil. p. 535., hinc fuit, appellarique Ἀτταλέων debuerat. Ceterum seriore ætate urbs ab Alexio Imp. metropolitana jura, quemadmodum Notitia Jac. Goari docemur, impetravit; hinc explica, quod ceteroqui absurdum videri posset, scholion Balsamonis & Zonarae tom. I. Canon. Beveregii p. 107. Παμφυλία ἐστὶν ἡ τῆ Ἀτταλίας ἐπαρχία. Vide quoque Tzetzem Chiliad. VI. 72.

Δήμου Ἀυλιάμβος] Ab aliis ut hic nobis *pagus* explicetur exspecto, gratiam relaturus si eadem opera binis sequentibus, qui meam frustra implorarunt, succurrere voluerint. Meminit sane Notitia Jac. Goari Δικιοζανάβρων, videnturque

ΖΟΒΙΑ, [a] ΘΕΡΜΕΣΟΣ ΚΑΙ ΕΥΔΟΚΙΑ, ΔΗΜΟΥ ΜΕΝΔΕΝΕΩ, ΔΗΜΟΥ ΣΩΚΛΑ, ΣΙΝΔΑ, [b] ΒΕΡΒΗ, ΣΙΝΔΑΥΝΔΑ, [c] ΜΥΩΔΙΑ, ΧΩΡΙΟΜΥΛΙΑΔΙΚΑ, ΟΛΒΑΣΑ, [d] ΠΑΛΑΙΑΠΟΛΙΣ, ΑΥΣΗΝΑΡΑ, ΚΟΜΑΝΑ,

[e] ΚΟΛΒΑ-

Θεμεσὸς, καὶ Εὐδοκία *idem*, *MS. Leid.* Εὐδοκίας & Ἰοβία, *probe.* b Βερβίη *vulgo* & Σινδαΐνδα. c Μυοδία χῶραι *editi omnes*, *Cod. Leid.* Μυοδύα, Χωριομυλιάδικα. d Παλαιόπολις *edit. princeps.*

que eadem ac Κάναρα, nec hilum tamen juvant: Car. a S. Paullo non aliam esse ac *Zenopolin* fidenter adfirmat, quam nos Isauriae fuisse pro comperto habemus.

Ζοβία] Lege Ἰοβία & mox Τερμεσσὸς. Tribus his oppidis tempore Synodi Constantinopolitanae sub Flaviano unus episcopus fuit, qui inter Acta Chalcedon. p. 239. τῆς καὶ Τερμισσὸν καὶ Εὐδοκιάδα καὶ Ἰοβίαν ἁγίας Θεοῦ ἐκκλησίας dicitur: Ephesinae Synodo p. 535. Timotheus πόλεως Τερμησσοῦ καὶ Εὐδοκιάδος subscripsit, unde alii *Joviam* paruisse conjicias; Leone vero Imp., quod Synodica provincialium epistola docemur, & Eudocias & Termessus singulis praesulibus dicto audientes fuere. Montibus Termessus supra Phaselidem circa angustias, per quas in Milyadem transitus, erat adposita. Vide Cellarium L. III. G. A. C. 4. p. 196.

Δήμου Μενδενέω] Nisi me omnia fallunt, est hoc Ptolemaei Μενεδήμιον· Itaque Δήμου Μενεδήμιον refingamus.

Δήμου Σώκλα] Imo Πώγλα, ut idem Geographus. Paullus πόλεως Πώγλων inter Pamphylios nomen in Chalcedon. p. 672. profitetur.

Σίνδα] Ἴσινδα oportuerat, quod L. Holst. ad Geogr. S. monere haud praeteriit, simile mendum è Strabone & Stephano ad hujus Ἄμβλαδα eluens. Concilio Ephesino p. 535. πόλις Ἰσωνδῶν perperam appellatur, rectius Chalcedonensi p. 672.

Βέρβη] Sic MSS.; Βάρβη aliis Notitiis: utrum praestet, in tam pertinaci veterum de oppido silentio haud temere finivero.

Σινδάυνδα] Et hoc è MSS.; crederes hinc fuisse Neonem episcopum πόλεως Σιλιάνδα Παμφυλίας in Concil. Chalcedon. p. 556., nisi aliunde liqueret, *Syllii*, de quo supra, praesulem fuisse: Vid. p. 672. Actorum eorum. Itaque de hac & sequenti *Myodia* nihil profitebor aliud, quam obscurissimas videri: inveni quidem in Notitia Jac. Goari Μυλόμην ἤτοι Ἰουστινόπολιν, pro qua *Justinianopolin* N. Alemannum in Procopii Histor. Arc. C. 11. legisse constat, sed ea ab auxilio ferendo tantum abest, ut omnia conturbet.

Χωριομυλιαδικὰ] Jungere haec manu exaratos codices Holsteinio accredimus, nec tamen urbem eo nomine Pamphyliae fuisse, quae ejusdem in Stephani Μιλύαι suspicio erat. *Milyas* a Ptolemaeo Pamphyliae contribuitur: hinc τὴν Μιλυάδα χώραν, *regionem Milyadem* in Lyciae, Phrygiae & Pamphyliae finibus apud Arrianum L. I. Exped. Alexand. C. 25. & Strabonem L. XII. p. 570. appellarunt: Verum ergo fuerit χωρία Μιλυαδικὰ, ut pagi ejus regionis intelligantur.

Ὀλβασα] Jurares Ὀλβίων esse, quam omnes, si Stephanum exceperis, meritum propterea Is. Casauboni, Salmasii atque aliorum animadversionem, Pamphyliae transcribunt: ne quid tamen mutetur, Ptolemaeus auctor erit, Ὄβασα, sive, ut Coislin. MS., Ὀλβασα Pisidiae haud multum a *Comana*, quo de oppido mox, contribuens: nec Pisidiae mentio illi nocere debet, cum finitimas esse provincias & plura ejus oppida Hieroclem Pamphyliae suae vindicare apertissimum sit.

Αυσήναρα] Αυσηνίων Ptolemaei esse ne dubita: nam & reliquae Notitiae urbem agnoscunt, & Theodotus Αυσηνέων p. 402. in Chalced. Concil. p. 402., sive *Lysinienses*, ut in Synodica ad Leonem Imp. Epistola, memoratur.

Κόμανα] Non aliter Ptolemaeus, cui *Ephesius Comanenus* in Synodica Ep. adstipulatur: nam operam Car. a S. Paullo abutitur, cum *Comacenum* eum esse jubet; huc refert Harduinus numum ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ, probabili conjectura: propius enim hinc Hierocaesarea quam ab oppido Pontico Cappadocicove distat.

Κόλ-

[a]ΚΟΛΒΑΣΑ, ΚΡΕΜΝΑ, ΠΑΝΕΜΟΥ ΤΕΙΧΟΣ, ᾽ΑΡΙΑΣΟΣ, ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΚΤΗΜΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ῾ΡΕΓΗΣΑΛΑΜΑΡΑ, ΛΙΜΟΒΡΑΜΑ, ΚΟΔΡΟΥΛΑ, [b]ΔΕΜΟΥΣΙΑ, ΔΗΜΟΥ [c]ΣΑΒΑΙΩΝ, ΠΑΣΤΟΛΗΡΙΣΟΣ, ΣΕΛΠΗ,

ΤΡΙ-

a Κόλβαρα eadem, & mox Λιμοβράμη. b Δεμεστίαι Car. a S. Paullo. c Σαβαῶν MS. Leid.

Κόλβασα] Κόρβασα, quemadmodum Ptolemaeus, unde *Corbaſeus* epiſcopus, ut Car. a S. Paullo admonuit, in Concilio Conſtantinop. ſub Menna.

Κρέμνα] Κρῆμνα, quam Coloniam Romanos deduxiſſe Strabo & Ptolemaeus teſtantur: ſita erit in loco prærupto, quæ fortaſſe nominis cauſſa, undique foſſis depreſſiſſimis munita apud Zoſimum L. I. C. 69., ubi tamen male Lyciæ tribuitur.

Πανέμε τεῖχος] ᾽Ανεμοτεῖχος mendoſe Conſtantino L. I. Them. 14., ut ΠΑΝΕΜΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ numi monſtrant: τεῖχος autem in hac compoſitione *arcem* notat; quam rem cum pluribus exemplis L. Holſteinius ad Stephanum ſtabilire conſtituerit, eaque abſint ab ejus Notis, en tibi ea ex ſchedis, quarum mihi copiam fecit vir clariſſimus J. Ph. D'Orville: Τεῖχος *multis in locis veterum non ſolum murum ſed & caſtellum vertendum eſt: ſignificat enim locum munitum; ita ferme ſemper apud Scylacem & Herodotum: ſic L. I. C. 83. Sardes vocat* τεῖχος τῆς Λυδῶν, *ubi inepte interpres murum Lydorum, & L. VII. C. 59., quem locum notavi ad Stephan. Juſtinus Cohort. ad Gracos:* ἐπὶ τέτες γὰρ τὰς (φιλοσόφας) ὥσπερ ἐπὶ τεῖχος ὀχυρὸν κεφαλὰς ἐώθασι· & *Orat. ad Gracos, Hercules inter alios labores Augiæ* ὀχυρὸν τεῖχος *a ſordibus purgaſſe dicitur: utrobique validum murum reddunt perverſe: Ita* νέον τεῖχος, ᾽Αβάνε τεῖχος, ῾Ηρῷον τεῖχος & παλαιὸν τεῖχος *in Steph.* Γάγαι. *Atque ita accipe in oraculo Apollinis Athenienſibus dato* ξύλινον τεῖχος, & *vide ipſum Stephanum in* τεῖχος, *ubi* φρέαρον *exponit. Idem Juſtinus Dialogo cum Tryphone Platonem ſcribit & Pythagoram eſſe* ὥσπερ τεῖχος καὶ ἔρεισμα τῆς φιλοσοφίας *velut murum & columen ait interpres, ego potius arcem & munimentum: nam & Homerus Iliad. A. 407.* τεῖχος Ἄρειον *vocat Thebas, quaſi locum ab ipſo Marte munitum, Martis propugnaculum.* Hæc vir doctiſſimus; quæ etſi veriſſime obſervata ſint, non ivero tamen inficias, *murum* apud Latinos eandem haud raro ſignificationem poſſidere. Vide Anton. Itiner. p. 446. & Waſſium ad Salluſt. Catilin. C. 61.

᾽Αρκασσὸς] Gemina ſibilante Ptolemaeus & MS. Leid., nec diſcordante Theophilo τῆ ᾽Αρκασσῷ in Chalced. p. 672., tametſi perperam p. 556. πόλεως ᾽Αρκιοσσῷ Παμφυλίας.

Μαξιμιανόπολις] Eſt in Notitiis & Conc. Actis, ſed ſitus, ut pleræque hujus provinciæ, incertiſſimi. Κτῆμα, quod ſequitur, publicum urbis agrum ſive prædia indicat: quo modo βασιλικὰ κτήματα in Herodiani L. I. C. 11. ſunt villæ principis, & L. II. C. 6. τὰ περίχωρα τῆς πόλεως κτήματα, prædia ab urbe remotiora.

῾Ρεγησαλάμαρα] Credo pagi aut oppiduli eſſe nomen: ſolet enim Hierocles τὸ ῥεγὲ, ex ῥεγεὼν acciſum, illis præponere; qua de re infra cum in Bithyniam devenerimus; pagus ipſe, pariter ac *Limobrama*, mihi nusquam occurrit.

Κόρδυλα] Forte Κόρδυλα præſtiterit: certe Maras urbis epiſcopus in veteri Latina verſione Concil. Chalcedon. p. 100. *Cordylorum* & MS. Κορδύλων, etſi vulgo nunc Κοδρύλων, & peſſime p. 557. Κοδαλαίων, atque in Epiſt. provincialium Synodica *Codri*, appellatur: accedit Stephanus, Κόδρυλα, πόλις Παμφυλίας. Haud equidem ignoro, quid Abr. Berkelius ex eo fuerit architectatus, quo utique ſine incommodo nunc facile carebimus.

Δημεστία] Sanumne hoc ſit, an mendoſum, quemve locum cum inſequente inſederit, ut doceatur, aliunde exſpectamus.

Παστηλησσὸς] Si MSS. addicerent, Πεδνηλισσὸν Ptolemaei & Conciliorum præferrem.

Σέλπη] Σέλγη haud dubie eſt, quod & animadverſum a Ch. Cellario L. III. G. A. C. 4. p. 198. videbis: monti erat impoſita; πολίχνη ἐστὶ αὕτη Παμφυλίας ἐπὶ λόφῳ κειμένη Zoſim. L. V. C. 15.

ΤΡΙΜΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΩΔΙ, ΣΕΡΝΑ, ΛΥΒΡΗ, ΚΑΣΣΑ, ΚΟΤΑΝΑ, [a]ΌΡΥΜΝΑ, ΚΟΡΑΚΗΣΙΟΝ, ΣΥΕΔΡΑ, ΚΑΡΑΛΙΑ, [b]ΌΛΥΒΡΑΣΟΣ.

κλ'. ΈΠΑΡΧΙΑ ΛΥΚΙΑΣ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ λδ'.

ΦΑΣΥΔΗΣ,

a Ὀρύμβα *omnes.* b Ὀλύβαρσος *editi, vulgatum est è MSS.*

Τριμέπολις] Vero nomine Πριμέπολις erat: hinc Timotheus Πριμεπόλεως τῆς Παμφυλίας in Chalcedon. p. 127. & p. 240.; male Πριαμέπολις in Ephesino p. 528.: id enimvero negligi non oportet, Tribonianum Primupoleos præsulem, qui Ephesino Concilio scribendo adfuit p. 438. Ἀσπένδε τῆ Παμφυλίας dici, nec usquam Primupoleos episcopum ab eo distingui: præterea in veteribus Notitiis Aspendi præsulem sæpe memorari, & Primupoleos nullam esse mentionem; quæ mihi res argumento est, Aspendum nihil prorsus a Primupoli discrepasse, atque adeo perperam in Geographia S. distingui.

Σώδι] Lege Σίδη, quæ deinceps Metropolis Pamphyliae I. fuit: primum ea dignitate in Concil. Constantinop. II. p. 240. illustrata conspicitur, etsi in Chalcedonensi p. 437. Amphilochius ejus episcopus inter Metropolitanos, quos vocant, nomen adscripserit. Numum ϹΙΔΗΤΩΝ ΠΡΩΤΑ ΠΑΜΦΥΛΩΝ & alterum ϹΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗϹ ΕΝΔΟΞΟΥ explicuit Illustris Ezech. Spanhemius Dissert. IX. de V. & P. Numis. p. 591.

Σέρνα] Assentior L. Holsteinio *Sennensem* in Concil. Ephesino episcopum huic urbi imponenti: tametsi enim Nectarius Συνέων p. 439. scribatur, alibi τῆς ἐν Σενέᾳ καθολικῆς ἐκκλησίας nominatur. Vid. p. 529.

Λύβρη] Sic & Dionysius Periegesi. ν. 859. in editione Guil. Hilli, quod *sphalma typographi* Cl. Cellarius L. III. G. A. C. 4. p. 199. *putaret, nisi in Hieroclis Notitia Pamphyliæ etiam Λύβρη scriptum inveniretur.* Ego contra sentio; Dionysii pleræque omne editiones Λύρβην, etiam Ferrarienses An. ϽΙϽΙϽΧΙΙ., præ se ferunt; nostrum vero a librario, parum diligente, est: nam ceteri scriptores consentiunt ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ numis.

Κάσσα] Non alia est ac Ptolemaei Κάσση, pro quo *Cassae* vetus ejus interpres.

Κόζωνα] Si Acta Ephesini Concilii haud fallunt, Κότενα præstiterint: subscribit enim p. 459. Acacius Κοτένων τῆ Παμφυλίας, & p. 529., quamvis non sine levi mendo, τῆ ἐν Κοπένοις ἐκκλησίας.

Ὄρυμνα] Hoc MSS. approbant: huic episcopus fuit Paullus *Orymnorum* Ephesin. Concil. p. 674., qui vitiose τῆς ἐν Θρύμνοις ἐκκλησίας p. 535. Vid. Nicaen. II. p. 598.

Κορακήσιον] Situm erat in saxo prærupto, olim Ciliciae asperæ initium apud Strabonem L. XIV. p. 668. Matidianus Κορακησίων est in Ephesino p. 438., qui cum pæne consentit ΚΟΡΑΚΗϹΙΩΝ numus Thes. Britan. tom. II. p. 282.

Σύεδρα] *Desertum Ciliciae scopulum* Florus a Salmasio emendatus L. IV. C. 2., Lucanus *parva Suedra* L. VIII. 259., ab eodem sanitati restitutus, appellat: olim *Synedris* legebatur, prorsus ut Coislin. MSS. ex *Suedra* Ptolemaei Συνίδρων L. V. C. 8. fecit. Vid. in Solin. p. 542. & Kuster. ad Suidae Αἰλιανός.

Καραλία] Κάρακλις ἢ Καράκλεια Stephano. Concilii Ephesini Actis adfuit Solon Καρακλίας p. 438. & Chalcedon. p. 672. Marcianus πόλεως Καρακλίας, rectius Constantinop. III. τῆς Καρακλέων πόλεως τῆ Παμφυλίων ἐπαρχίας p. 503. Vid. Holst. in Stephan., & gentile hoc a Κάρακλις derivatum atque ab Ethnicographo neglectum observa.

Ὀλύβρασος] Κορυβρασσὸς vere Holsteinius, cujus præsul, ab eodem appellatus in hanc rem, Nesius Κορυβρασσῆ Ephes. Concil. p. 438. perperam vero τῆς ΚΒ Κορυβοσύνης ἐκκλησίας p. 529.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Præsidi Lyciam Notitia Imp. Orient. C. 1. subjicit, estque in Actis S. Claudii apud Ruinart. p. 866. *Lysias Præses provinciæ Lyciæ*; qui tamen non huic sed *Ciliciae*, quoniam

ΦΑΣΥΔΗΣ, [a] Ὁ ΑΝΑΠΟΣ, ΓΑΓΑ, ΑΚΑΛΙΣΣΟΣ, ΕΛΕΒΕΣΟΣ, [b] ΛΙΜΥΡΑ, [c] ΑΡΥΚΑΝΔΑ, ΠΟΔΑΛΙΑ, ΧΩΜΑ,

ΡΕΓΚΥ-

[a] Ὁ Ἄναπος *Bandur. & mox* Ἀκαλισός. [b] Λύμυρα *vulgo.* [c] Ἀρύκανδα *omnes, vulgatum MSS.*

quoniam in civitate *Aegea* commoratus dicitur, præfuisse videtur, ut bene vir doctus. Junctam Pamphyliæ paullo ante obſervavimus: Malala tom. II. p. 69. Lycaoniae olim connexam, ſed a Theodoſio II. inde divulſam ac provinciam eſſe factam, Myrenſi urbe ad metropoleos dignitatem provecta, adfirmat: quod ſi verum eſt, fortaſſe ultimis Theodoſii I. Imp. annis Lycaoniae eſt adjecta: tum enim Lyciæ gravis inuſta nota eſt, permiſſumque, ut provinciales contumelioſo nomine vulnerarentur; nec cum veritate tamen conſentiet, a Theodoſio juniore Lyciam priſtina jura reciperaſſe, ſiquidem *priorem illi famam meritumque inter ceteras renovari cenſuerunt* Impp. Arcadius & Honorius in L. 9. C. Th. de Indulgent. Crimin. Forte rem eandem repetita lege Theodoſius II. juſſit, eorumque ſcribendorum Malalae occaſionem præbuit.

Πόλεις λδ'.] Plinius L. V. N. H. C. 27. ſuo tempore oppida XXXVI. Lyciam habere, Strabo L. XIV. p. 664. commune Lyciacum τὸ Λυκιακὸν σύνημα ex XXIII. civitatibus fuiſſe compoſitum, in quo *Lyciarches* aliique magiſtratus crearentur, refert: hoc loco numerus catalogo, qui mox ſequetur, major eſt.

Φασύδης] Imo Φασηλὶς, in finibus Lyciæ & Pamphyliæ poſita apud Strabonem L. XIV. p. 667. De *Cylabra*, quem tanquam Heroem venerabantur, Athenaeus L. VII. C. 13. Ex ſequenti nihil, quod placeat, emergit. Vide Ciceron. L. IV. Verr. C. 10.

Γάγα] Holſteinio in Steph. Γάγαι hoc neutrum videtur plurale, cui ſi quod ſimile eſſet exemplum, nec tot vitia huic Notitiæ ineſſent, aſſentirer: ab urbe & vicino amne, quem tamen Galenus L. IX. ἁπλ. φαρμακ. p. 123, etſi Lyciæ oram parva navicula legeret, invenire potuiſſe negat, lapidem *Gagatem* appellatum volunt, qua de re Saracenus in Dioſcorid. L. V. C. 146. & Rhodius in Scribonii Larg. Compoſit. CCXXV., cujus tamen omnia puto non probabis. Vide vero quas turbas hoc oppidum leviter in Euſebio de Martyr. Palæſtin. C. 4. depravatum dederit: εἴ τις ἄρα Πάγας ἐπίσταται, τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν. *Si quis*, inquit, *Pagas novit, urbem Lyciæ non obſcuram:* Valeſius *Araxa*, quod MSS. Ἀραπαγὰς aut ἀραγὰς offerrent, quo nomine nusquam urbs in Lycia, videtur maluiſſe: Henſchenius tom. I. April. p. 59. *Patara* præoptat; Ruinartus Actis Sincer. M. p. 320. in dubio eſt, utri accedat: tu mecum Γαγὰς ſcribe & compoſitos hos fluctus agnoſces.

Ἀκαλισσὸς] Si hanc & alias Notitias exceperis, inventu difficilis erit.

Ἐλεβεσὸς] Legendum haud dubie eſt Ἐδεβησσὸς, quam urbem è MSS. Stephano L. Holſt. & Abr. Berkel. reſtituerunt: Ἐδεβησσὸς, ait, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικῶν ά.; nollem vero a Berkelio probari conjecturam Hermolai Barbari in Plinio L. V. C. 27. *Habeſſum* in *Edebeſſum* mutantis: *oppida*, inquit, *Apyre & Antiphellos, quæ quondam Habeſſus, atque in receſſu Phellus.* Nam compertiſſimum hinc eſt, diverſa oppida Lyciæ Antiphellum & Edebeſſum fuiſſe, utpote diſtincte ab Hierocle memorata.

Λίμυρα] Hoc è MS. vulgato præferendum; ſita urbs erat ad ejusdem cognominis amnem apud Strabon. L. XIV. p. 666. Videntur autem τὰ Λίμυρα & τῷ Λιμύρᾳ dixiſſe; ſane τὸν Λιμύρᾳ Διάπυρον Baſilius M. Epiſt. 218. laudat, & ex Ovidio L. IX. Metamorph. ν. 645. haud ignotus eſt,

Jam Cragon & Limyren, Xanthique relinquerat undas.

Ἀρύκανδα] Nota ſatis urbs eſt ex Strabone, Stephano & aliis, forte adpoſita ad *Arycandum* fluvium Plinii L. V. C. 27. Male Petrus Diaconus Ὀλυμπίνδων Nicaeno II. Concil. p. 52.

Ποδαλία] Stephanus Ποδάλεια, πόλις Λυδίας, quod jure viri docti ex Ptolemaeo & Notitiis mutarunt: *Lyciæ* enim fuit. Vid. Epiſt. provincialium Synodicam tom. IX. Concilior. Labbei p. 339.

Χῶμα] Haud aliter Plinius & Ptolemaeus: Eudoxius πόλεως Χώματος ἐπαρχίας Λυκίας in

ῬΕΓΚΥΛΙΑΣ, [a] ΜΥΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [b] ᾽ΑΡΝΕΑ, ΚΥΑΝΕΑΙ, [c] ΑΠΕΡΛΑΙ, ΦΕΛΛΟΣ, ᾽ΑΝΤΙΦΕΛΛΟΣ, ΚΑΝΔΥΒΑ, ᾽ΕΥΔΟΚΙΑΣ, ΠΑΤΑΡΑ, ΞΑΝΘΟΣ, ΚΟΜΒΗ, [d] ΜΙΣΑΙ, ΠΙΝΑΡΑ, [e] ΣΙΔΥΜΑ, [f] ΤΛΩ, ΤΕΛΜΙΣΟΣ,

ΚΑΥΝΟΣ,

a *Μοίρᾳ Schelstrat. & Bandur.* b *᾽Αρνιάᾳ MSS.* c *᾽Απρελαὶ aut ᾽Αρπελαὶ vulgo.* d *Ita MSS. distinguunt.* e *Σίδημᾳ MS. Leid. Δίδυμᾳ vulgo.* f *Πλῶ Schelstr. & Band.*

Ephesino p. 536. memoratur. Quæ hanc excipit, mihi inaudita est, vereorque ut sine mendo sit. Arbitrabar Κορύδαλλα, unde ΚΟΡΥΔΑΛΕΩΝ numus Thes. Britan. tom. II. p. 262., & ἐν Κορυδάλοις, sive potius Κορυδάλλοις, ᾽Αλέξανδρον ἀπὸ μοναζόντων ἐπίσκοπος Basilio M. Epist. 218., legi posse; sed id oppidum longius a vulgato distat, & fortasse in Κομιστάρᾳ, quo Lyciæ urbium index finitur, delitescit.

Μῦρα] Bene MS.; Metropolin fuisse præter Malalam Concil. Chalced. & Synodica provincialium ad Leonem Epist. dubitare vetant. Basilius Seleuciensis L. I. Vit. S. Theclae p. 272. ἀπαγγέλλεται εἶναι κὴ τὴ Μύρα ὁ Παῦλος· τῆς Λυκίας δὲ ἐστιν αὕτη βελτίστη κὴ φαιδροτάτη πόλις. Vetera Theclae Acta a Grabio tom. I. Specileg. p. 114. publicata Μύρων τῆς Λυκίας appellant, male ac propterea corrigenda: paullo enim ante ἐν Μύροις.

᾽Αρνέα] ᾽Αρνεαὶ, unde in pluribus Notitiis ὁ ᾽Αρνεῶν. Stephanus ᾽Αρνεαὶ, πόλις Λυκίας μικρὰ. *Cyaneae* sunt apud Plinium L. V. C. 27.

᾽Απερλαὶ] Ita manu exarati libri; Ptolemaeo ᾽Απερραὶ, Notitiis Jac. Goari ὁ ᾽Απρίλων episcopus, perperam.

Φελλὸς] Hanc & illi oppositam Antiphellum Strabo L. XIV. p. 666. atque alii describunt. ἐν Φέλλῳ Λολλιανὸν ἐπίσκοπον Basilius M. Epist. 218. commendat; ubi ex Vaticano M. ἐν Φελλῷ admitti oportuerat.

Κάνδυβα] Plinius & Stephanus hoc probant, Κόνδυβα Ptolemaeus, haud bene: Constantinus πόλεως Κανδήβων Nicaeni II. p. 52. & Καντίκων p. 355. hinc fuit, inferique adeo urbs hæc Geographiæ S. debuerat.

᾽Ευδοκίας] Notitiæ haud præterierunt, estque, quod & L. Holsteinius monuit, Photius *Eudoxatorum provinciæ Lyciorum* in Concilio Constantinopolitano sub Menna.

Παῦλος] Hanc nobilem fecit *delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico simile: ultra est Xanthus flumen & Xanthus oppidum*, inquit Mela L. I. C. 15. Adde Strabonem L. XIV. p. 665.

Κόμβη] Ptolemaeo Κόμβα, & forte verius; nam ὁ Κόμβων non tantum est in Notitiis Jac. Goari, sed & Constantinus πόλεως Κόμβων Nicaeno II. p. 356. subscripsit: unde mirere, & hanc in Geographia S. esse neglectam.

Μίσαι] Verum est Νίσαι, sive Νύσαι, ut Coisl. MS. è Ptolemaeo: ὁ Νύσων est in Notitiis; præfuit huic urbi episcopus Georgius, qui πόλεως Νισσᾶ Nicaeni II. Concil. p. 52., & Νάσας p. 355. dicitur.

Πίναρα] Sita urbs fuit ultra Xanthum flumen, non, uti vulgo locant, cis eum fluvium, si verum tradidit Arrianus L. I. Exped. Alexand. C. 25. Episcopus τῶν Πιναράων Theodorus cum Nicaeno II. p. 52. inter Lycios nomen profiteatur; digna utique urbs fuerat, cui in Geographia S. locus assignaretur.

Σίδυμα] Ita MS. & verissime, ut ex Ptolemaeo & Plinio constat: addo Zemarchum πόλεως Σίδυμων τῆς Λυκίας Concil. Constantinop. III. p. 505. & Nicodemum πόλεως Σίδιμων Nicaeno II. p. 52. subscripsisse. Theophanes de Marciano Chronogr. p. 89. κὴ γενόμθῳ ἐν Λυκίᾳ, ἀῤῥωσία θεοπεσὼν κὴ καθωλειφθεὶς ἐν πόλῃ Σύδημᾳ· ubi sine dubio Σίδυμα oportet, quo & MS. Barberini Σίδημα ducit. L. Holst. in dubio utrum Σίδυμα an Δίδυμα probaret, fuit. Vid. ad Stephan. in Δίδυμον & Σίδυμα.

Τλῶ] Hoc è MSS. verum fuerit, modo Τλῶς legeris, quam urbem inter sex maximas Lyciæ Strabo L. XIV. p. 665. refert. Andreas πόλεως Τλωέων Chalcedon. p. 97. & Τερέγλων p. 399., ac Constantinus Τλῶν, qui Τλωέων dici debuerat, Nicaeno II. p. 52. adfuerunt.

Τελμισσὸς] Præstat sibilantem geminari, etsi Hesychius Τελμισεῖς, ἔθνος περὶ Λυκίαν, & Clemens

ΚΑΥΝΟΣ, ᾽ΑΡΑΞΑ, ΒΟΥΒΩΝ, ᾽ΗΝΟΑΝΔΑ, ΒΑΛΟΥΡΑ, [a]ΚΟΜΙΣΤΑΡΑΟΣ.

κϑ'. ᾽ΕΠΑΡΧΙΑ ΝΗΣΩΝ ῾ΥΠΟ ῾ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ κ'.

ΡΟΔΟΣ,

a Κομιστάρ@ *MS. Leiden.*

mens Alexandrinus L. I. Stromat. p. 361. Edit. Oxon. ὥσπερ Τελμισεὶς τὸν δι' ὀνείρων μαντικὴν, & Basilius M. Epist. 218. ὁ Τελμεσσὸς Ἰλάρι@ ἐπίσκοπ@· alterum enim plerique veterum probare solent, interque eos Clemens ipse Protrept. p. 40. Posita urbs erat in colle prærupto circa mare apud Arrianum L. I. Exp. Alexand. C. 28., sinuique nomen fecit: Lucanus L. VIII. 248.

——— *Magnosque sinus Telmissidos unda*
Compensat medio pelagi. ———

Sic malim: nam & *Themissidos* in manu exarato libro Fr. Oudendorpius invenit. Vid. Cellar. L. III. G. A. C. 3. p. 107. & Holstein. in Stephan.

Καῦν@] Cariæ hanc urbem serior ætas Lyciæ contribuit: arces ejus *Heracleum* & *Persicum* Diodorus Siculus L. XX. p. 766. non præteriit; ager circa urbem satis uber & fertilis erat, sed aër per æstatem & autumnum pestilentissimus, auctore Strabone L. XIV. p. 651., unde valetudine habitantium, quod Mela ait, oppidum erat infame: passim cives febricitabant, pallidoque vultu morbum prodebant, quam in rem præter Strabonem egregia habet Dio Chrysostomus Orat. XXXII. p. 390. Hesychius in Καῦν@ dicit Ῥόδ@ esse πόλιν, quoniam Rhodiis subjecta fuit: descivere quidem ab his Caunii apud Livium L. XLV. C. 25. Sed & in ordinem sunt redacti & a Romanis deinceps iisdem addicti, indice Strabone; quo jugo necdum exsoluti erant, cum Rhodiacam Dio Chrysostom. recitaret: τίς γὰρ ὧδε Καυνίοις, inquit p. 349., γέγον@ ξυνετὸς ἀνὴρ; ἢ τίς πώποτε ἐκείνοις ἀγαθόν τι πεποίηκεν; οἵ γε δουλεύσαν ἐκ ὑμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίοις, διὰ ὑπερβολὴν ἀνοίας καὶ μοχθηρίας διπλῆν αὐτῶν τὸν δουλείαν κεκτησάμενοι· Quare cum ea fuerint misera conditione & inconsiderata temeritate, ne miremur ab eodem Oratore p. 326. τὸς κακοβούλους τότους Καυνίους *pessime sibi consulentes Caunios* appellari.

᾽Αραξα] Habent urbem Stephanus & Ptolemaeus. Theodorus episcopus πόλεως ᾽Αραίξων ἐπαρχίας Λυκίας, sive ᾽Αραίζων, ut perperam p. 673. Concilio Constantinop. III., pejus Stephanus πόλεως ᾽Αραξῶν Nicaeno II. p. 356. subscripsisse dicitur. *Bubon* ex Plinio nota est.

᾽Ηνοανδα] ᾽Οινόανδα ex Plinio & Stephano; nam Ptolemaei ᾽Οινέανδα recta non sunt: prave Concil. Constantinop. III. p. 673. Georgius præsul ῾Υιανδῶν ἐπαρχίας Λυκίας, & p. 533. ᾽Οινιάνδων, ac Nicaeno II. p. 326. Georgius ᾽Οινιάνδε scribitur.

Βαλέρα] Βάλβυρα, ut in Plinio & Ptolemaeo, cujus oppidi episcopus Chalcedon. Concil. p. 524. Philippus Βαρβυρέων, & p. 666. πόλεως Βαλβυρώων, optime Βαλβυρέων p. 97. vocatur.

Κομιστάρα@] Mihi, nisi *Corydalla* sit, nihil de ea innotuit.

῾Υπὸ ἡγεμόνα] *Sub Vespasiano principe insularum provincia facta est*, Sextus Rufus ait Breviar. C. 10., Præsidisque imperio subjecta: unde Diocletianus Imp. ad Diogenem *insularum Præsidem* scribit L. 5. C. Ubi Cauf. Stat., ejusdemque meminerunt Impp. Honorius & Theodosius in L. 32. C. Th. de Navicul., ubi plura Gothofredus. Agere Præses plerumque Rhodi solebat, quorsum cum hieme periculosus & sæpe incertus esset cursus, frustra Rhodiis querentibus, Impp. Valens, Gratianus & Theodosius aliud edixerunt L. 6. C. de Offic. Rector. Provinc., *Civitas Rhodiorum*, ajunt, *injuriam suam non tam decenter, quam sero conquesta est. Unde inviolabili observatione sancimus; ut quoniam tempore hiemis navigatio sæpe periculosa est, & semper incerta, in illis quinque urbibus, quæ potiores esse ceteris asseruntur, vicissim hiemandum sibi judices recognoscant.* Neque enim dubitandum videtur, quin sub *judicum* nomine *Præsides* complectantur; tantoque minus quod & alias *Judices* in Ictorum fragmentis *Præsides* adsignificent, ut exemplis vir amplissimus Corn. van Binkershoek L. I. Observat. C. 2. docuit pluribus. Cave vero *quinque urbes*, in quibus vicissim hiemem transigere jubentur, de insu-

ΡΟΔΟΣ, ΚΩΣ, ΣΑΜΟΣ, ΧΙΟΣ, [a] ΜΙΤΥΛΗΝΗ, ΜΕΘΥΜΝΑ, ΠΕΤΕΛΟΣ, ΤΕΝΕΔΟΣ, ΠΡΟΣΕΛΗΝΗ, ᾿ΑΝΔΡΟΣ, [b] ΤΗΝΟΣ, ΝΑΞΟΣ, ΠΑΡΟΣ,

ΣΥΦΝΟΣ,

a Μιτιλήνη *Car. a S. Paullo.* b Τένος *idem & MS. Leid.*

læ Rhodi urbibus cum Guid. Pancirolo in Notit. Imp. Orient. C. 102. interpreteris: tot illa non vidit, tribus olim superba, unde τρίπολις νᾶσος Pindaro Olymp. Od. VII., sed quæ in unam Rhodum, ejusdem cum insula nominis, deinceps coaluerunt, Strabone teste L. XIV. p. 655. *Quinque urbes*, nisi fallor, insulæ sunt totidem, in hac provincia ceteris potiores: hoc ipsa Impp. constitutio, ut admittas, requirit: nec obest sermonis usus; nam & Virgilius *Delum Apollinis urbem* vocat; neque Græcis quicquam familiarius, quam insulam πόλιν appellare. Vid. Anton. Itin. p. 523.

Ῥόδος] Insularum provinciæ Metropolis Ephesino Concil. p. 453. dicitur; Jornandi de Regn. Succes. *Rhodus opinatissima insula & totius Adriae insularum Metropolis*, qui rectius *Aegei maris* aut *Asiæ* scripsisset. Libertate a Vespasiano privata est apud Sueton. C. 8.; unde citra dubium est, Dionis Chrysostomi *Rhodiacam* ante fuisse recitatam, quam Rhodiis libertas auferretur, in provinciæ formam redactis; salvam illis ἐλευθερίαν *libertatem* p. 344. D., beatamque satis insulæ conditionem, cui in Caria & Lycia civitates tributariæ essent plures p. 341. C.; adfuisse illis præterea τὸ ἑαυτῶν προεστᾶναι καὶ τὴν πόλιν διοικεῖν καὶ τὸ βουλεύσασθαι καὶ τὸ δικάσαι p. 359. B. significat; quæ omnia inter provincias transcriptæ haud sane conveniunt.

Κῶς] De hac & sequentibus Anton. Itin. p. 522. Addam justam Sopingio caussam defuisse, cur hæc Hesychii de Samo, Φυλλὶς, ἡ Σάμος τὸ πάλαι mutaret & Φυλλὰς mallet: vulgato patrocinium nunquam Nicander negaverit Alexipharm. ℣. 149., ubi scholiastes Φυλλὶς ἡ Σάμος.

Μέθυμνα] Sic & Scylax, quem Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 2. p. 15. ut sine vitio sit veretur, quoniam Straboni & Thucydidi Μήθυμνα placeat: ego haud damnaverim, nam & Μέθυμνα in Nicaeno II. p. 349. legitur, & ΜΕΘΥΜΝαίων numum Thes. Friderician. C. V. 29. ostentat: videtur & assentiri Galenus L. XII. Method. Therap. p. 166. Τριῶν γὰρ οὐσῶν ἐν Λέσβῳ πόλεων, ἧττον μὲν εὐώδης καὶ γλυκὺς (οἶνος) ἐν Μιτυλήνῃ γεννᾶται· μᾶλλον δ' εὐώδης καὶ γλυκὺς ἐν Ἐρέσσῳ, κἄπειτα ἐν Μεθύμνῃ. Qui tamen cum L. I. de Antidot. p. 427. ἐν Μηθύμνῃ præferat, incertum relinquit, utrum probaverit: itaque succedat Μεθυμναῖος apud Athenaeum L. VIII. C. ult. & Maximum Philosophum ℣. 459. περὶ Καταρχῶν,

Ἡ γύροις ἔνι κλῆμα Μεθυμναίου λελίησαι
Κατθέμεναι. ———

Jam si μέθυ originem dederit Μεθυμναίῳ, ut Athenaeus voluit, aut Μέθυμνα potius, utique ea se tueri poterit.

Πέτελος] Hoc nomine cum insulam nemo noverit, Car. a S. Paullo Δῆλον substituit, quam supra sub Achajæ Proconsulis ditione vidimus: mihi Τῆλος, de qua Strabo L. X. p. 488., ex parte vocabuli haud male exstrui posse videtur, etsi gravius latere ulcus arbitrato; Auctor catalogo præscripsit, urbes se XX. recensurum, & XIX. tantum memorantur: defit præterea *Carpathus* celebri satis fama in hac provincia; itaque opem è MSS. fidelioribus optamus.

Προσελήνη] Insula Πορδοσελήνη est, quam vocabuli fœtorem vitantes Πορoσελήνην alii, alii Προσελήνην vocarunt: prius est apud Stephanum & plures alios, posterius in Chalcedon. Synodo, cui p. 530. & tom. IX. p. 173. Florentius Τενέδου, Λέσβου, Προσελήνης καὶ τῶν Ἀιγιαλῶν subscribit, testificaturque se illis insulis episcopum fuisse; quas & conjunctas atque uni præsuli subditas ex Ephesino p. 671. colligas: videbis enim *Lesboselenensem* Joannem, haud dubie Lesbo & Pordoselenae impositum. Quæ vero τῶν Ἀιγιαλῶν nomine in Chalcedonensi signantur? Novimus Ἀιγιάλην, sive Ἀιγίαλον, ut Suidas maluit, insulæ Amorgi urbem, sed longius in Carpathium mare projectam, quam ut Lesbi episcopo subditam arbitremur: ergone a vero multum aberrabimus, si καὶ Αἰολίδων scribamus? constat enim Lesbum earum insularum principem & Metropolin fuisse ex Eustathio in Dionysii Periegeſ. ℣. 536.

Σύφνος]

ΣΥΦΝΟΣ, ΜΗΛΟΣ, ἸΟΣ, ΘΗΡΑ, [a]ἈΜΟΥΡΓΟΣ, ἈΣΤΥΠΑΛΑΙΑ.

λ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΚΑΡΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ [b]λ'.

[c] ΜΙΛΗΤΟΣ, [d] ἩΡΑΚΛΕΙΑΣ ὈΓΜΟΥ, ἈΜΥΝΔΟΣ, ἈΛΙΚΑΡΝΑΣΣΟΣ, ΚΝΙΔΟΣ, ΚΕΡΑΜΟΣ, [e] ΜΥΛΑΣΑ, ΣΤΡΑ-

a Ἀμολγὸς *MSS. & Car. a S. Paul., nec dissidet Constantin. L. I. Them. ult.* b *Vulgo* λϛ'. c Μήλιτος *editi omnes, vulgatum MS. Leid.* d Ἡρακλέιας, Ὀγμοῦ, *acsi duæ urbes essent Car. a S. Paul.* e Μύλασσα *MSS.*

Σύφνος] Σίφνος, ut MS. Leid., quam cum Stephano male Μερόπην vetusto nomine dici & Μερόην substituendam suspicatur Abr. Berkelius, haud sane attendit ad Plinii cum Stephano consensum L. IV. C. 22.

Ἀμουργὸς] Non aliter Ptolemaeus, Ἀμοργὸς alii. Quod autem è MSS. profertur Ἀμολγὸς id ex posteriore natum est, prorsus ut rempublicam depeculantes Attici poëtæ ἀμολγὲς & ἀμοργὲς appellitabant. Vid. Kuster. ad Suidae Ἀμολγὲς & de insula Bochartum L. I. de Colon. Phoenic. C. 14.

Ἀστυπάλαια] Notissima insula est, cui cognominem in Samo urbem Polyaenus L. I. Stratag. C. 23. habet, sitam, ut Etymologus docet ad flumen *Schesium* παρὰ τὸν ποταμὸν Σχήσιον, qui forte Χήσιος esse debet: Χήσιον ejus insulæ promontorium Alexipharm. ℣. 151. Nicandri scholiastes novit, unde Χησιάδες Nymphae isti poëtæ, & Diana Χησιὰς Callimacho Hymn. in Dian. ℣. 228.

Ὑπὸ Κονσουλάριον] In Notitia Imp. Orient. C. 1. *Præsidem* Caria habet, atque apud Sozomenum L. V. H. E. C. 21.; scribit enim τῷ ἡγεμόνι τῆς Καρίας Julianus.

Μήλιτος] Μίλητος est, urbs nobilissima, de qua Strabo L. XIV. p. 635.

Ἡρακλέιας Ὀγμοῦ] Jungunt hæc MSS.; verum est Ἡράκλεια Λάτμου, ita, quod Latmo monti assideret, dicta; quin & Λάτμος urbi nomen fuit, uti Strabo L. XIV. p. 635. & Apollonii Scholiast. L. IV. 57. monuerunt, quo insignis etiam est in Polyaeni L. VII. Stratag. C. 23. & Chalced. Concil. p. 581., ubi Dionysius Λάγμου Καρίας, pro Λάτμου, qui p. 667. Ἡρακλέιας Ἀτάλμου graviore peccato dicitur: in Nicaeno II. Ἡράκλεια τοῦ Λατόμου p. 356., melius Constantinop. III. p. 673. Ἡράκλεια Λάτμου ἐπαρχίας Καρίας.

Ἀμυνδὸς] Μύνδος, de qua Strabo L. XIV. p. 658. & Pausanias L. II. C. 30.; perperam Nicaeno II. p. 356. πόλις Μύβδος· *Halicarnassus* & *Cnidus* nobilitatæ sunt & stilo minus egent; etsi hoc addi poterit, posteriorem deinceps *Stadiam* esse appellatam eoque nomine insigniri in Nicaeno II. p. 52.

Κέραμος] Neque maritimam hanc urbem, unde sinui nomen venerit, Strabo L. XIV. p. 656. præteriit: meminit etiam Galenus περὶ τροφ. δυναμ. p. 517. Hesychius Κέραμος, πίθος καὶ πᾶν ὄστρακον, καὶ δεσμωτήριον, καὶ ὀχύρωμα, καὶ πόλις Καρίας· ἡ δὴ δὲ ἐπὶ ὀχυρώματος· sic forte ultima ea legenda sunt; putem Grammaticum illa ex Criticorum scholiis in Homerum esse mutuatum: soliti enim fuere Iliad. E. 387. χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο diversis explicare modis atque aut de carcere, aut de Cariae urbe Ceramo, loco munito posita, accipere: Eustathius in eum poëtæ versum p. 425. ἄλλοι δέ φασι δεσμωτηρίῳ στερρῷ, λέγοντες Κυπρίους κέραμον καλεῖν τὸ δεσμωτήριον· οἱ δὲ πόλιν Καρίας φασι τὸν κέραμον, χάλκεον οἷον δοκοῦσαν καὶ τροπικῶς λεχθεῖσαν διὰ τὸ στερρὸν τοῦ τειχίσματος.

Μύλασα] Sic & Polybius Leg. XCIII. & Ptolemaei MS. Coislin. & ΜΥΛΑCΕΩΝ numi, Μύλασσα Athenaeus L. VIII. C. 18., Dio L. XLVIII. p. 425. atque alii, quos testes appellavit Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 3. p. 104. Est & in Thes. Fridericiano C. XII. 17. numus, ΜΥΛΛΑΣΣΕΩΝ nomen præferens, qui si huc pertineret, ut viro docto visum est, multa contur-

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΙΑ, [a] ᾽ΑΜΥΖΩΝ, ᾽ΑΛΙΝΔΑ, ᾽ΑΛΑΒΑΝΔΑ, ᾽ΟΡΘΟΣΙΑΣ, ῾ΑΡΠΑΣΑ, ΝΕΑΠΟΛΙΣ, [b] ῾ΥΛΑΡΗΜΑ, ᾽ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ᾽ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΣ, ῾ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ [c] ᾽ΑΛΒΑΚΟΝΟΣ, [a] ΤΑ-

a ᾽Αμιζῶν *omnes* & ᾽Αλάπανδα. b ᾽Αλάρημα *ſcriptus Lugdun.* & ᾽Αντόχεια μητρόπολις. c *Abeſt hæc vox a principe editione, MS. Leid.* ῾Ηράκλειαν Σαλβακόνα.

turbaret: ſed cave illi fidas, aut vera opineris, quæ de novem Cariae Dynaſtis ad eum diſputata ſunt: numi inſcriptio alia omnia docebit, ſi componatur cum illis, quos Jo. Maſſonus memorat Vitæ Ariſtid. II. 7.; inde enim ΑΑ-ΑΑΣΣΕΩΝ legi oportere apparebit, & in corruptis Theſ. Frider. literis ΟΑΒΗΝΩΝ nomen diliteſcere: præterea ΚΑΙ ΚΕΝΝΑΤ. ΔΥΝΑΣΤΟΥ ſanum eſſe, neque inde ΚΑΙ ΕΝΝΑΤΟΝ ΔΥΝΑΣ-ΤΗΝ effici poſſe: cetera expediri nondum poſſunt, cum laceri & detriti fere hoc genus ſint numi. Erant *Mylaſa* templorum multitudine referta magis quam hominum; quæ cauſſa fuit, quare Stratonicus, cum urbem ingreſſus eſſet eaque animadverteret, mutata ſolenni formula, ἀκέπεναοὶ clamaret. Vide Caſaub. in Athen. L. VIII. C. 8.

Στρατονίκεια] Dio L. XLVIII. p. 425. Labienum, Parthicum imperatorem, Ciliciam occupaſſe καὶ τὰ ᾽Ασίας τὰς ἠπειρώπιδας πόλεις, πλὴν Στρατονικείας, *atque Aſiae urbes in continente ſitas præter Stratoniceam:* qui ſi *Cariam* pro Aſia ſcriptam reliquiſſet, cujus ſane urbes Mylaſa & Alabanda & Stratoniceam in primis nominat, rem nobis, quæ veri fidem haud excederet, prodidiſſet. Corruptiſſimum urbis nomen eſt Concil. Conſtantinop. III. p. 673., ubi Theopemptus πόλεως Τροτολυκείας ἐπαρχίας Καρίας ſubſcribit.

᾽Αμυζῶν] Sic, uti apud Strabonem & Ptolemaeum, MS. Leidenſis; hinc Joannes ᾽Αμυζόνα in Chalcedon. p. 400., & Philetus ᾽Αμαζόνα, levi peccato, in Epheſin. p. 437. *Alinda* ex Ptolemaeo & Stephano, a viris doctiſſimis correcto, atque aliunde notiſſima ſunt.

᾽Αλάπανδα] Ita vulgo, MS. Leid. ᾽Αλάβανδα, quomodo præter alios Dio L. XLVIII. p. 425.; tumulis fere incincta eſt apud Strabonem L. XIV. p. 660., ut pleræque in hac provincia urbes, collibus impoſitæ; Ariſtophanes Avib. 293.

——— —— Ὥσπερ οἱ Κᾶρες μὲν ἓν
᾽Επὶ λόφων οἰκοῦσιν, ὦ γάθ᾽, ἀσφαλείας ἕνεκα.

᾽Ορθοσιὰς] ᾽Ορθωσία, quomodo Polybius Legat. XCIII. & MS. Ptolemaei Coislin., Strabo atque alii. Diogenes ᾽Ορθοσιάων eſt in Chalcedon. p. 98.

῾Άρπασα] Sita fuerunt ad amnem Harpaſum apud Plinium L. V. C. 29. Phanias πόλεως ῾Αρπάσων τῆς Καρίας adfuit Epheſino Concilio p. 526.

Νεάπολις] Meminit ejus Ptolemaeus: fuit hinc Dorotheus Νεαπόλεως, qui Nicaeno II. p. 159. ſubſcripſit; Baſſonas enim τῆς Νέας πόλεως Chalcedon. Concil p. 99., quem huic urbi impoſuit Car. a S. Paullo, Piſidiae ejusdem nominis urbis præſul fuit, ut ante diximus.

῾Υλάρημα] Stephano ῾Υλάεμμα, πολίχνιον Καρίας ὑπερθε Στρατονικείας, quemadmodum ea verba Iſ. Voſſius ad Melam L. I. C. 16. correxit: ῾Υλάεμμα Conciliorum Acta probant: ut Georgius πόλεως ῾Υλαρίμων ἐπαρχίας Καρίας Conſtant. III. p. 673. & Anthimus epiſcopus πόλεως ῾Υλαρίμων Nicaen. II. p. 52.; qui præſules haud dubie indignarentur, ſi nullum ſibi in Geographia Sacra locum viderent relictum.

᾽Αντόχεια] Sozomenus L. VII. H. E. C. 2. ᾽Αντόχειαν τῆς Καρίας vocat: Phlegon Rer. Mirab. C. 6., ᾽Αντόχειαν τὴν πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ· huic enim urbs aſſidebat, mirandi operis ponte junctо, quem horum ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ numus ob oculos ponit in Theſ. Britan. tom. II. p. 269.

᾽Αφροδισίας] Metropolin fuiſſe Cariae Imp. Leo ſignificat in Epiſtol. tom. IX. Concil. Labbei p. 267., & Chalcedon. Concil. p. 656.; ἡ πόλις τῆς ᾽Αφροδίτης *Veneris urbs* Damaſcio dicitur apud Suidam in ᾽Ασκληπιόδοτος· nam noſtram eſſe dubitare vetat Photius Cod. CCXLII. p. 1050., è quo præterea diſcimus, haud multum afuiſſe a Maeandro fluvio. Adde Stephan. Νινόη & Μεγάλη πόλις.

῾Ηρακλείας ᾽Αλαβοκόνου] Sic MS. Farneſ., nec ſine vitio tamen; quod quî tolli debeat, diſcordantium opiniones ſatis dubium fecerunt: L. Holſteinio, quoniam Stephano Heraclearum

XIX.

[a] ΤΑΒΑΙ, ᾽ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΣ, ΣΕΒΑΣΤΟΠΟΛΙΣ, ᾽ΙΑΣΟΣ, ᾽ΕΡΕΖΟΣ, ΜΑΡΚΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ᾽ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥΠΟΛΙΣ, [b] ΧΩΡΑ ΠΑΤΡΙΜΟΝΙΑ,

ΚΙΒΥΡΑ,

a Τάβας *Bandur.* b *MSS.* χωρία Πατριμώνια.

XIX. est Καρίας ἡ λεγομένη ᾽Αλμάκιος μεσόγειος, & ab eodem Σαλμακὶς urbs Cariae recenſetur, Ἡράκλεια Σαλμακὶς vero nomine fuiſſe videtur, præſertim cum ab Arriano neglecta non ſit: cui accedere, etiamſi Menander epiſcopus opinioni favere videtur, cum Σαλμάκης Ἡρακλείας Chalcedon. Concil. p. 667. dicitur, non poſſum: agnoſco urbem *Salmacida* eſſe in Stephano, ſed Heracleam fuiſſe, nemo dixit: de Arriano alia res eſt, qui Σαλμακίδα quidem memorat L. I. Exped. Alexand. C. 26., at Halicarnaſſi arcem: unde Heracleam hanc eſſe haud poſſe, apertiſſimum eſt; præterea hæc Heraclea, Stephano teſte, fuit mediterranea; cujusmodi, ſi propter *Salmacin* fontem Halicarnaſſi poſita fuit, ut vir egregius arbitratur, minus recte appellabitur, quod Halicarnaſſus mari pæne eſſet incincta. Ergone cum Berkelio in Stephano amplexabimur ἡ λεγομένη ᾽Αλκμήνη Λάτμος, *quæ Alcmani Latmus eſt dicta?* equidem *Heracleam Latmum* Cariae urbibus libens aſſeruerim, nec probavero tamen viri confidentiam, qua conjectura, eaque incertiſſima, Stephani orationi inculcatur; ne nunc addam, plurimum ea correctione a veſtigiis MSS. recedi. Quid itaque, dices? putem ἡ λεγομένη ᾽Αλβάκιος a ſcriptore veniſſe eandemque eſſe prorſus, quæ Ptolemaeo in Caria Ἡράκλεια πρὸς ᾽Αλβάκῳ pro ᾽Αλβάκῳ appellatur: auctores habeo Suidam in Διογνητιανός, ubi ὁ ἐκ τῆς ᾽Αλβάκης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ᾽Ιαλυσός, & veteres Notitias, quæ Ἡρακλείας Συαλβάκης & Σαλβάκης ſæpe meminerunt; Acta quoque Concil. Chalcedon., quibus Menander Ἡρακλείας Σαλβάκης Καρίας p. 581. ſubſcribit: non diffitebor eum Σαλμάκης p. 667. nuncupari; quod cum ex priori facillime naſci poſſe conſtet, nihil nocebit; tantoque minus, quia *Salbacen* vetus interpres ibidem legit. Itaque eadem urbs *Heraclea* ᾽Αλβάκιος, ᾽Αλβάκη & Σαλβάκη dicta videtur ab *Albaco* Ptolemaei ſive monte ſeu flumine, neque enim temere finiverim: nec quemquam morabitur ſibilans litera urbis cognomini modo connnexa modo detruncata, ſi meminerit, quæ ad Anton. Itin. p. 206. & 479. diſputata fuerunt.

Τάβαι] Sic codex Lugdunenſis & Stephanus; Baſilius Ταβῶν eſt in Nicaeno II. p. 52. Numos TABHNΩN dabit Theſ. Britan. tom. II. p. 150.

᾽Απολλωνιὰς] Credo non aliam eſſe ac *Apolloniam ad Lambanum* ᾽Απολλωνίαν πρὸς Λαμβάνῳ, pro quo ᾽Αλβάκῳ malim: certe ᾽Αλβάνῳ eſt in MS. Coisliniano, in quo ſi & ᾽Απολλωνιὰς ineſſet, quod mihi veriſſimum videtur, bene omnia haberent: Tynchanius πόλεως ᾽Απολλωνιάδος Cariae provinciae eſt in Chalcedonenſi Conc. p. 667. *Sebaſtopolin* in Caria, niſi fallor, Theophanes Chronogr. p. 305. ad mare habet.

῎Ιασος] Sic & Archeſtratus, quod L. Holſt. non fugit, apud Athenaeum L. III. Deipnoſoph. C. 23.

῏Ην δέ ποθ' ἐις ῎Ιασον Καρῶν πόλιν εἰσαφίκηαι.

Ceteri ῎Ιασον malunt, quam in inſula ejusdem nominis poſitam oſtendit Strabo L. XIV. p. 658. Diodorus L. XIII. p. 223. Θάσον τῆς Καρίας habet, quam Palmerius ῎Ιασον facit, probabili conjectura: Xenophon tamen eandem rem deſcribens L. II. H. G. p. 355. *Cedreas* ad Cerameum ſinum a Lyſandro occupatas adfirmat.

῎Ερεζος] Notitiæ Eccleſiaſticæ ῎Ερεζα probant, unde Papias ῾Ερέζων in Chalcedon. p. 399. Vid. Ch. Cellar. L. III G. A. C. 4 p. 164. *Marcianupolis* quo olim nomine fuerit, cum nondum mihi pro comperto ſit, de ſitu quidpiam finire nolim: idem de *Anaſtaſiopoli*, cujus aliqua, ut è Car. a S. Paullo videbis, in Conciliorum Actis memoria eſt, dictum eſto.

Χώρα Πατριμώνια] Credo regionem indicari, quæ principis *patrimonio* erat contributa: commodiſſime autem Anaſtaſiopoli jungitur, ſiquidem rei auctor perhibetur Imp. Anaſtaſius in Gloſ. Nomic.. Πατριμωνιάλια, ὅσα ἔκφυτος βασιλεὺς ἐαυτῷ κτᾶται ἀπὸ δὲ βασιλέως ᾽Αναστασίου. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐξευρὼν τὴν τοιαύτην κτῆσιν τῷ θεσπεσίῳ τούτῳ καὶ τῷ ἀρχῇ δὲ Κόμητος δὲ πατριμωνίου. quæ tamen an

ΚΙΒΥΡΑ, [a] ΚΟΚΤΗΜΑΛΙΚΑΙ.

λά. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΟΝΤΙΚΗΣ ά ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ιϛ'.

ΧΑΛΚΗΔΩΝ, ΝΙΚΟ-

a Κοντημαλίκαι *codex Lugdun.*

in omnibus bonæ fidei ſint, ſine crimine dubitari poteſt: nam cum *coloni patrimoniales* diu ante Anaſtaſium Imp., ut L. 1. & 2. C. de Fugitiv. & Colon. docemur, fuerint noti, & a *patrimonio* nomen habeant, omnino res ipſa Anaſtaſio videtur prior: atque in his ne ambigamus, *poſſeſſiones* faciunt *patrimoniales per Aſianam & Ponticam diœceſin* & *fundi patrimoniales per Meſopotamiam & Osdroënam provincias*, quorum Impp. Arcadius, Valentinianus & Theodoſius in L. 6. & 8. C. de Fund. Patrimon. meminerunt, & *Sacrum patrimonium* L. 13. C. de Vectigal.; quod ultimum, tametſi Th. Reineſius App. Inſcript. xx. ita cenſuerit, *Comitem ſacri patrimonii* requirere, merito addubites, eundemque adeo Anaſtaſio priorem, & ſub Theodoſii & Valentiniani principatu jam fuiſſe notum: nulla enim ejus in Notitia Imp. Orient., quod ſciam, mentio; in qua ſub diſpoſitione Comitis rerum privatarum *Præpoſiti gregum & ſtabulorum Procuratoresque ſaltuum* fundos patrimoniales C. 88. curant. Fateor FL. *PEREGRINVM SATVRNIVM MODERANTEM INLVSTREM SACRI PATRIMONII COMITIVAM* eſſe in veteri lapide: largior etiam eundem videri, qui *Comes* & *Procurator* in L. 16. C. Th. de Bon. Proſcript. Arcadio & Honorio Principibus dicitur: at is, ut legis argumentum indicat, *patrimonii Gildoniaci Comes*, quem Notitia Imp. Occid. C. 42. memorat, & procurator fuit. Jam quod forma hujus Comitivæ ſit apud Caſſiodorum L. VI. Ep. 9., id, ut *Comes Patrimonii* ante Anaſtaſium fuerit, efficere non poterit, cum ab Anaſtaſio Theodoricus ejus rei exemplum ſumere potuerit. Verum hoc obiter. MSS. χωρία πατελμώνια, è quibus ſi πατελμωνιάλια formaveris, *fundos patrimoniales* habebis.

Κίβυρα] *Magna* hæc eſt *Cibyra*, a qua *conventus Cibyraticus* apud Plinium L. V. C. 29., in Phrygiæ Cariæque finibus poſita, nec longe ab Antiochia ad Mæandrum teſte Strabone L. XIII. p. 630. Itaque falſus eſt ſcholiaſtes Horatii Cruquianus in L. I. Ep. VI. 33. ſcribens, *Cibyra vicus maritimus in Paphlagonia aut Lydia.* Fuit quidem altera eodem nomine ſed minor in Pamphylia apud eundem Strabonem L. XIV. p. 667., quam ſi intellexit, errorem excuſare quoque non poterit: a *minore* hac *Cibyra* Thema *Cibyrrhaeotarum* appellavit Conſtantinus L. I. Them. 14.; quod cum patria Athanaſii Thaumaturgi in Synaxario Divionenſi feratur, χώρας τῆς ἦν Κιβυῤῥαιωτῶν, merito miretis D. Papebrochium tom. I. Jun. p. 326. ſcribentem, *Nihilo facilius explicuerim, quæ S. Athanaſio patria; nam Kibyrrhoitarum in elogio nominata regio nulla nobis innotuit.*

Κοκτημαλικαὶ] Alio tibi conjectore, qui verum divinet, opus eſt: ego nihil hinc expedio.

Ἐπαρχία Ποντικῆς ά] Sic MSS., quæ lacera eſſe apparet: credo ab Hieroclis manu veniſſe Ἐπαρχία Ποντικῆς διοικήσεως ά Βιθυνία, *Provincia Ponticæ Diœceſeos prima Bithynia:* orditur hinc Diœceſeos Ponticæ provincias, quas x 1. fuiſſe, Bithyniam, Honoriadem, Paphlagoniam, Galatiam I. & II., Cappadocias duas, totidem Armenias, Helenopontum & Pontum Polemoniacum ex Notit. Imp. Or. C. 1., quæ & Bithyniam Conſulari mandat, explorate novimus.

Χαλκηδών] Etſi primo loco inter Bithyniæ urbes ponatur & Concil. Conſtantinop. III. p. 495. Joannes τῆς Καλχηδονέων μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας ſubſcribat, non tamen niſi nomine tenus metropolis fuit, ſalvis Nicomediæ ſuo jure & privilegiis, ut Marcianus, cui honorarium hunc titulum debet, in Chalcedon. Conc. p. 681. ſciſcit: τῷ Καλχηδονέων πόλιν, inquit, ἐν ᾗ ἡ ἁγία πίστεως σύνοδος διεκρατήθη, μητροπόλεως ἔχειν πρεσβεῖα ἐψεσπίσαμεν, ὀνόματι μόνῳ ταύτην τιμήσαντες, σωζομένῃ δηλαδὴ τῇ Νικομηδέων μητροπόλει ἧς ἰδίᾳ ἀξιώματος· qui cum Καλχηδόνα urbem appellat, haud multum abeſt a ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ numis: olim enim Καλχηδὼν nuncupabatur; quod nomen atque Καρχηδὼν cum ſono

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ, ΠΡΙΝΕΤΟΣ, ἘΛΕΝΟΠΟΛΙΣ,

ΝΙΚΑΙΑ,

sono parum distent, præbita sæpe librariis est occasio urbis utriusque confundendæ: veluti cum Apsyrto Hippiatr. C. 33. p. 113. tribuunt, καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Γεωργικῶν Μάγωνος τοῦ Χαλκηδονίου εὕρηται, & Hierocli p. 116. Μάγων δὲ ὁ Χαλκηδόνιος ἐν τοῖς Γεωργικοῖς. Neque enim *Mago* Chalcedonensis, sed Carthaginiensis fuit, cujus de R. R. libros, Punico sermone scriptos, Cassius Dionysius Uticensis Græca lingua vertit apud Varronem L. I. R. R. C. 1. Atque haud scio, an hujus Magonis nomen in his Stephani lateat: ὁ πολίτης Καρχηδόνιος· Καρχηδόνιος ἦν σοφὸς μέγας καὶ Κλειτόμαχος ὁ Διογνήτου. Sic lacerum ante locum Menagius in Diogenem Laert. L. IV. 67. & Berkelius constituerunt; recte, si quid ego video; qui si præterea σοφὸς Μάγων, nam alterum tolerabile non est, correxissent, locum, me judice, persanassent. Ne vero a proposito longius aberremus, idem mihi vitium in his Strabonis videtur admissum L. XIII. p. 609. ubi de Metrodoro Scepsio διὰ δὲ τὴν δόξαν ἐν Καρχηδόνι γάμου λαμπροῦ πένης ὢν ἔτυχε καὶ ἐχρημάτιζε Καρχηδόνιος. De Carthagine enim vera non videntur, siquidem Metrodori ætate nulla fuit, dudum a Scipione solo aequata: dicere posses Metrodorum ævum extendisse vixisseque donec a Caesare urbs instauraretur ex Plinio, ab Illustr. Scaligero emendato, L. XXXVI. C. 6. *Hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus, quem Metrodorus Scepsius clarius, quam Catullus, dixit habere, quidquid habuisset Comata Gallia:* at obstat Strabo, qui Metrodorum nondum victo Tigrane Mithridatis jussu peremptum prodidit; nec dissentit Plutarchus in Lucullo p. 580. Itaque cum Is. Vossius in MSS. Plinianis ad Catullum p. 71. invenerit, & post eum Harduinus, *quem & res & domus ipsius clarius, quam Catullus*, id & ego probavero, *re* ut sæpe, rem familiarem notante.

Νικομήδεια] De nobilissima Metropoli tantum dicam, amni fuisse appositam, quem *Phrygem* Themistius Orat. XXIV. p. 305. vocat: Nicomedienses enim rogat, arbitrenturne se ποταμοῦ τοῦ Φρυγὸς τῇ φιλανθρωπίᾳ *humanitate Phrygii fluminis* ad ipsos complectendos esse accensum? nec verum tamen id ejus fuisse nomen, sed *Gallum:* id ex Passione Cypriani, quam tom. III. Thesaur. Anecdot. p. 1648. Ed. Martene complexus est, discimus: *Ducti autem ad fluvium, qui vocatur Gallus, in Nicomediam civitatem, ut decollarentur.* Gallus autem cur *Phrygius* dicatur, cum simili cognomine Phryges fluvium habuerint, non eget verborum ambitu.

Πρίνετος] Πρένετος Socrati L. VI. H. E. C. 16., ubi emporium ex adverso Nicomediae situm perhibetur: atque ibi in Tabula Peutingera M. P. XXVIII. a Nicaea conspicitur. Vid. Vales. in eum Socrates locum. τὰ κατὰ Πραίνετον τῆς Βιθυνίας ἀγρίδια Palladius Vit. Chrysostomi p. 75. Continuator Theophanis, cujus verba exscripsit A. Pagius in Critic. An. IↃCCCCLX. 5., urbem nomen id indeptam adfirmat a *Præneto*, Bithynorum quondam tutelari Deo.

Ἑλενόπολις] Preneto vicinam Stephanus in Πρόνεκτος facit: neque enim alia est ejus *Drepane*, ut ex Socrate L. I. H. E. C. 18. constat: apposita fuit fluvio Draconi a Constantino M. novo nomine decorata in matris honorem, quæ ibi nata ferebatur apud Procopium L. V. Fabr. Justin. C. 2. Helenae instaurationem tribuunt Acta S. Luciani C. 5. *Postea autem* inquiunt, *quæ nobis salutarem Domini restituit crucem, & magnum inter claros imperatores genuit Constantinum, veneranda Helena, quando revertebatur Hierosolymis, locum honorans in eo condidit civitatem, convocatisque habitatoribus ex iis, quæ circum circa erant, regionibus, & effectis operibus publicis, validis eam cinxit mœnibus & templum martyri exædificavit maximum.* Similia leges in Philostorgii L. II. H. E. C. 13.: qui sane propterea coërcitionem Gothofredi non meruerat: neque enim aliud dicere voluit, quam Helena auctore ac suadente *Drepanen* a Constantino fuisse ex vico in urbem commutatam. Propter urbem erant calidarum aquarum balinea, ad quæ Constantinus sub extrema vitæ properasse dicitur a Socrate L. I. H. E. C. 4. & Sozomeno L. II. C. 34.; Eusebium paria scribentem L. IV. Vit. Constant. C. 61. interpres aliud dicere coëgit. Seriore ævo, ut id addam, Helenopolis miserabili conditione fuisse videtur; refert enim Glycas Annal. P. IV. p. 327. Manuelem Comnenum appulisse οὐκ ἔν τινι τόπῳ διαφανεῖ, Ἑλενοπόλει δέ τινι, ἣν οἱ ἀγροικότεροι ἐλεεινοῦ πόλιν καλοῦσιν, *appulisse Helenopolin*,

lin, quam rusticiores Eleeinupolin, quasi dicas oppidum miserabile, vocant: recte enim Leunclavius hanc indicari animadvertit, & vocabuli paronomasia ejus opinionem firmat; ut prorsus sine ratione illi Ph. Labbeus sit oblocutus.

Νικαίᾳ] Bithyniae Metropolin esse ait Strabo L. XII. p. 565., notissimaeque ejus & Nicomediae de *Primatu* sunt contentiones; in quibus etsi victa discesserit, Nicomedia ad Metropolis dignitatem elata, tamen Impp. Valentinianus & Valens, quoniam ea in urbe Augusti erant creati, eandem sed secundi loci Metropolin esse jusserunt: verba legis Actis Concil. Chalcedon. tom. IX. p. 101. inserta sunt; unde natam credidero multorum persuasionem, qua Chalcedonensis Concilii tempore Nicaeam hac dignatione auctam arbitrati sunt: διὸ δὴ ἐπειδὴ μητρόπολις, inquiunt Augusti, πάλαι ὠνομάσθη κ) τῷ νόμῳ παλαιοὶ περιέχεσι, ᾧ αὖθις, ἅπερ Νικομηδοῦσι νομοθετέντων ἡμῶν ὑπῆρξεν, οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχειν δύνα) τὸ ἀσάλευτον κ) ἰσχυρὸν μόνον, κ) εἰς τὸ ἔπειθεν ἀνήκουσι μα· Sic illi, verborum ordine satis aspero, quem cum paullo aliter vetus interpres expresserit, eum audiamus: *Propterea licet Metropolitana olim est nominata & hoc leges antiquae continent, tamen legem nobis proferentibus, nulla dubitatio esse poterit, eo quod haec immota & firma permaneant & temporibus futuris augenda:* praeteriit ἅπερ Νικομηδοῦσι ὑπῆρξεν, & bene me arbitro: non enim Nicaea prorsus Nicomediae fuit aequata, sed secundi loci metropolis, salvis omnibus veræ metropoli, creata: ἡ δὲ δευτέρᾳ τόπῳ ἔστι μητροπόλεως ὀνόματι καλεῖ), iidem Augusti ajunt in Epist. ad Nicomedienses p 103. Adduntur in eadem constitutione, qua Nicaea Metropolis fit, quædam de Bithynarcha ejusque solenni in Metropoli processu ταῦτα δὲ, quæ vix alibi reperias.

Βασιλεινόπολις] Gravis hac de urbe contentio inter Eunomium Nicomediensem & Anastasium Nicaenum in Chalcedonensi fuit Synodo, utroque urbem sibi asserente; praeter alia Anastasius tom. IX. p. 98. ἐγὼ δὲ δείκνυμι, inquit, Βασιλινόπολιν ἀεὶ ὑπὸ Νικαέων γενομένην· καὶ γὰρ ῥεμαῶν ἦν αὐτῆς· τοῦτο δὲ βελτίστη οἶδε· καὶ εἶποι, ὑπό τινα ἦν Βασιλινόπολις, εἰ μὴ ῥεμαῶν ἦν Νικαίας· *Ego ostendam Basilinopolim sub Nicaea semper fuisse: nam regio fuit ejus: id curia novit, & dicat curia sub quo fuit Basilinopolis, si non fuit regio Nicaeae:* sic vetus interpres: post dein plura in hanc rem addit. & Julianum aut alium eo antiquiorem Basilinopolin urbis dignitate ornasse; βασιλεύς τις Ἰουλιανὸς, ἢ οὐκ οἶδα τὶς ἄλλος αὐτῇ, ἐποίησεν αὐτῷ πόλιν· eumque ex Nicaea sumpsisse τὴς πραγματευομένους *curiales* & Basilinopoli constituisse, valuisseque deinceps consuetudinem, ut quoties Basilinopoli *curiales* deessent, Nicaea arcesserentur. E quibus manifesto apparet, olim Basilinopolin fuisse vicum, atque urbis demum privilegia a Juliano aut alio quovis impetrasse: quamquam ego Julianum fuisse putem, qui matri *Basilinae* ejusque memoriæ id dederit: ἡ Βιθυνῶν Βασίνα πόλις in Epist. Synesii 66., non alia est, ut Abr. Ortelius jure suspicatus est, forte etiam ex animadversis emendanda; *Basilinopolim* enim constanter appellant, Liberatus etiam Diaconus Breviar. C. 13.

Κίῳ] Eandem ac Prusiadem esse nemo ignorat: etsi enim *Cius* novo eo nomine fuerit donata, pristini usus perpetuo mansit, qua de re Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 8. p. 285.

Ἀπάμεια] Olim *Myrlea*, ut præter ceteros Suidas in Ἀσκληπιάδης docet: *Coloniam* fuisse ex Plinio L. X. Ep. 56. & ex Dione Chrysostomo Orat. XLI. p. 501., numoque Thes. Britan. tom. II. p. 264., atque haud multum Prusa ad Olympum, quæ & ejus portu, si quidem nullo alio posset, uti solebat, fuisse disjunctam ex ejusdem Chrysostomi Orat. XL. p. 495. novimus. Adde p. 492. & quæ ibi Casaubonus.

Πρῦσα] Plinius L. V. C. ult. *Prusam sub Olympo ab Hannibale conditam* professus reprehensionem Salmasii in Solin. p. 616. Cellarii L. III. G. A. C. 8. p. 585. commeritus est: haud scio an injuria; nisi enim fallor, Dio illi patrocinabitur Orat. XLIII. p. 511. ἓν γὰρ ἴσῃ, ait Prusensibus, ὅτι ἐ μεγίστη τῶν πόλεων ἔσα, ἐδὲ πλεῖστον χρόνον οἰκεμένη, πολλῶν γνωριμωτέρα ἐπ· Si enim Prusa Dionis ætate longissimum tempus non fuerit habitata, utique verius ejus origo referetur ad Prusiam, Hannibalis amicum, quam ad antiquiorem alium: Dio certe, si Cyri ætate exstructam autumasset, non infitias ivisset πλεῖστον χρόνον fuisse cultam & civibus frequentatam. Abit Strabo L. XII. p. 563. in alia omnia, & a Prusia, cui bellum cum *Croeso* fuit, aut,

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ᾽ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΣ, ΔΑΣΚΥΛΙΟΝ, ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, [a] ᾽ΑΔΡΙΑΝΟΙ,

[a] ΡΕΓΕ-

a ᾽Αδριανὸς *MS. Leid.*

aut, uti Stephanus legit, cum *Cyro*, excitatam adfirmat; quod tantum indicio eſt, de urbis origine variatum fuiſſe ſententiis: quin ſi Palmerii opinionem ſequaris atque in Strabone & Stephano Τὸ πρὸς Κῖρον πολεμήσαντος, *qui cum Cyro bellum geſſit*, legas, Straboni & Plinio optime conveniet: Pruſias enim Claudus, quem Cierum occupaſſe & Pruſiadem appellaſſe Memnon C. 29. prodidit, Hannibalem hoſpitio excepit: id ſi nolis, ut ego ſane ſprevero: neque enim credibile eſt, Geographum Pruſiam ſignare & ab aliis diſcernere ex bello, cum ignobili oppido & quod in alterius ditione erat, cujusque nusquam præterea meminit, geſto, voluiſſe: huc adde, a Strabone Pruſiam, qui bello Croeſum oppugnavit, apertiſſime diſtingui ab eo Pruſia, qui Hannibalem amicitia complexus eſt: a quo diverſus non erit, ſi viri docti conjectura valeat. At nulli reges Bithynis Croeſi fuerunt tempore: tacent enim Herodotus & Xenophon; quorum ſilentium etſi agnoſco, vereor tamen ut recte inde cogatur, nullos Bithyniæ fuiſſe tum reges: nam quæ Memnon C. 21. de *Dydalſo* & *Botira* refert, ea mihi ad Xenophontis ætatem eſcendere poſſe videntur: & cum primos gentis eos reges fuiſſe non conſtet, quid vetat, alios illis priores admittere? Atque his firmandis Appianum Mithridat. p. 297. advocarem, niſi ampliorem is, ab eodem Palmerio Exercit. p. 156. in aliam formam mutatus, campum poſtularet. Itaque præſtiterit, diſcrepantes Plinii & Strabonis de Pruſae initio opiniones & ſibi contrarias fuiſſe profiteri.

Καισάρεια] In Vita Nicetae Hegumeni C. 1. Καισάρεια ἡ Βιθυνίας: urbs haud magna erat in Pruſæ vicinia: Dio Chryſoſtomus Orat. XLVII. p. 526. poſtquam de Nicomedienſibus & Nicaenis non multum Pruſa disjunctis, dixiſſet, τὰς Καισαρείς, inquit, τάτας, δύγμείς μ ἀνθρώπους, ϗ σφόδρα Ἕλληνας, πολὺ ϗ μικροτέραν οἰκοῦσας πόλιν.

᾽Απολλωνιάς] Scribe ᾽Απολλωνία. Intelligitur hujus nominis urbs ad Rhyndacum, quæ in lapide LVIII., quem Præfat. Append. Inſcription. Gudianar. Fr. Heſſelius vulgavit, Η ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΡΥΝΔΑΚΟΝ ΠΟΛΙΣ dicitur. Adde Plutarchum in Lucullo p. 498. & Tournefort Epiſt. XXII. p. 192. Eſt in Concil. Conſtantinop. III. p. 502. Anaſtaſius epiſcopus Θεοτοκιανῶν πόλεως τῆς ᾽Απολλωνιάδος τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, qui vulgatum etiam in uſu fuiſſe teſtatur: adde Nicaenum II. p. 353.

Δασκύλιον] *Daſcylos* Melae L. I. C. 18., ceteris cum noſtro fere conſentientibus: a *Daſcyle* dictam volunt plerique, a loci ingenio If. Voſſius ad Melam, quem vide. *Daſcylae* ſervata memoria eſt, ut L. Holſt. admonuit, in Epigr. Alexandri Aetoli, quod multo correctius, quam apud Plutarchum legitur, Salmaſius in Solin. p. 580. vulgavit: ſic enim Alcman.

Καὶ Μόσσας ἐδάην Ἐλικωνίδας, αἳ με τυράννων
Θῆκαν Δασκύλεω μείζονα ϗ Γύγεω.

Erit tamen *Daſcylae* mentio hic incommoda, ſi valeat eruditiſſimi Bentleji animadverſio in Horatii L. II. Od. 17.: neque enim tyrannum *Daſcylen*, Gygis patrem, fuiſſe, ſed privatum: proptereaque, niſi auctori potius errorem quam librariis impingas, Κανδαύλεω ſcripſiſſe, certe ſcribere debuiſſe. At quid ſi Alexander non fuerit ſecutus Herodoti de Gyge narrationem, ſed Plutarchi in Ἑλληνικοῖς? quæ utique majorem veri umbram præ ſe fert: quid ſi etiam alium Daſcylen ac Gygis patrem ſpectaverit? Daſcylen Periaudi, a quo Daſcylium fuerit appellatum, memorat Stephan., atque ejusdem nominis Tantali filium Scholiaſtes Apollonii L. II. 725. & 754.

Νεοκαισάρεια] Ejus præſul Conſtantinop. III. p. 668. Νεοκαισαρέων τῆς Βιθυνίας vocatur. *Ariſte* deinceps dicta eſt, ut Acta Nicaeni II. p. 353. innunt.

Ἀδριανοί] Numi ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΟΛΥΜΠΟΝ urbem Olympo monti aſſediſſe oſtendunt; quam, Ariſtidis patriam, magna diligentia examinavit, veterum ſcriptorum locis in conſilium miſſis, Jo. Maſſon. Vit. Ariſtidis III. 3. &c. Oppidi epiſcopus Nicephorus ſæpe in Nicaeno

[a] ΡΕΓΕΤΑΤΑΙΟΣ, ΡΕΓΟΔΩΡΙΕ.

λβ'. ΕΠΑΡΧΙΑ [b] ΟΝΩΡΙΑΔΟΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ς'.

ΚΛΑΥΔΙΟΥΠΟΛΙΣ, [c] ΠΡΟΥΣΙΑΣ, ΗΡΑΚΛΕΙΑ

[a] ΤΙΟΣ,

a Ρεγετάϊ& & Ρεγεδωρίες *idem MS.* b Ὀνωριάδ& *ſcriptus Lugdun.* c Περσίας *vulgo.*

II. πόλεως Ἀδριανῆς, ut p. 51. & 572., dicitur, rectius David Ἀδριανῶν Chalced. tom. IX. p. 176.

Ρεγεβαπίϊος] Hanc & quæ ſequitur Ρεγέδωρις, id enim verum nomen opiner, ad Itin. Hieroſ. p. 573. abunde illuſtravimus: reſtat, ut quid ῥεγὲ velit, quæramus. Utraque *manſio* in L. 119. C. Th. de Decurion., altera *mutatio* Itinerario H. dicitur: unde colligas nominis utriusque initium *manſionem vicumve* notare; quod clarius patebit, ſi eam ex ῥεγεὼν detruncatam animadverteris, qua voce *vicos* & loca, quæ urbe ſunt minora atque inferiora Notitiæ, ut illa Jac. Goari p. 365., ſignare ſolent. Idem citra dubium faciet Anaſtaſius præſul Nicaenus, in Chalcedon. Concil. tom. IX. p. 98. de *Tattaio* & *Doride* hæc profatus: ὥσπερ Ταπαΐ& καὶ Δωρὶς ῥεγεῶνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νίκαιαν, ἕως ἦν ὧδε τότε καὶ Βασιλινούπολις ὑπὸ τὴν Νίκαιαν· utramque ῥεγεῶνα ſive *vicum* nuncupat, & cum paullo poſt de Baſilinopoli καὶ ἡ ὡσύτερον ἕσπα ῥεγεὼν, ait, πάλιν μὴ πᾶσα ἐγίνετο πόλις, apertiſſime ſignificat, eo ſe vocabulo locum, urbis amplitudine & dignitate multo minorem, intelligere. Dictæ autem *regiones* Nicaeae videntur, quod ejus magiſtratibus ibi jus dicendi & coërcendi eſſet facultas: *Regiones dicimus*, Siculus Flaccus de Agr. Condition. p. 1. inquit, *intra quarum fines ſingularum coloniarum aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi coërcendique eſt libera poteſtas.*

Ἐπαρχία Ὀνωριάδ&] Facta hæc & a Bithynia abſciſſa eſt provincia a Theodoſio II., cognomineque patrui ejus donata. Jo. Malala tom. II. p. 69. ἐποίησε ᾗ καὶ ἄλλην ἐπαρχίαν, ἀπομερίσας ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, ἥντινα ἐκάλεσεν Ὀνωριάδα, εἰς ὄνομα ᾧ αὐῷ θείᾳ Ὀνωρίᾳ, ὃς δίκαιον μητροπόλεως καὶ ἀρχὴν Ἡρακλείᾳ, πόλει τῆ Πόντ· qui tamen fallitur, cum Heracleam *Metropolin* creatam adfirmat: ea enim dignitate *Claudiopolis* inſignis fuit, uti Leo Imp. in Epiſt. tom. IX. Concil. p. 267. & Juſtinianus Novel. XXIX., qua *Honoriadis* abolito nomine provincia hæc Paphlagoniae arctiſſime connectitur, docuerunt.

Κλαυδιόπολις] Bithyniæ paſſim contribuitur a Ptolemaeo, Galeno atque aliis: quod quare factum ſit, facile perſpicitur. Vid. Ant. Itin. p. 200. Haud multum ab hac urbe *Mantinium* diſtabat; quod quoniam magni Sanctorum operis conditores nusquam reperire ſe potuiſſe profeſſi ſunt, ex Hiſtor. Martyris Titionis apud Lambecium L. VIII. Biblioth. Caeſar. p. 212. firmabimus: Ὁ ἅγι& μάρτυς Τιτίων ἦν ἐκ τῆ Μαντινίᾳ, τῆ ὑπὸ Κλαυδιόπολιν τὴν μητρόπολιν τελοῦντ&· Adde Socratem L. II. H. E. C. 38.

Περσίας] Recte MSS. Eſt Pruſias juxta Hypium flumen, cujus cives in Doniana Inſcriptione Claſ. V. 177. ΠΡΟΥΣΙΕΙΣ ΑΠΟ ΥΠΙΟ dicuntur. Memnon C. 49. olim *Cierum*, a praeterfluente amne, fuiſſe appellatam indicat: aſſentior enim Palmerio & Holſteinio, hanc eum Pruſiadem, non illam, quae & *Cius*, innuiſſe: πόλιν Ἡρακλεωτῶν pariter ac Tium C. 29. nuncupat, atque, utraque in poteſtatem redacta, regem Pruſiam ἐκ θαλάττης εἰς θάλασσαν τὴν Ἡράκλειαν περιγράψαι, Heracleam undique ad mare circumdediſſe: quae de Pruſiade ad ſinum Cianum vera eſſe haud poſſunt; in hanc vero egregie quadrant: ſita haec erat ad Heracleae occidentem, ad orientem Tius; unde utraque potitus Pruſias prorſus incinctos videbat Heracleenſes. Quae etſi bene habere videantur, non negavero tamen, Memnonem utramque Pruſiadem confudiſſe: nam quae de Argonautis C. 43. refert, acſi illi ad *Cierum* appulerint, atque in ejus vicinia Hylam amiſerint, ea alii circa Cium contigiſſe adfirmant conſtanter. Vid. Apollonium L. I. 1178., Orpheum ὑ. 635. & Valer. Flaccum L. III. 484.

Ἡράκλεια] Colonia Megarenſium ad amnem Soonauten fuit, teſtibus Criticis in Apollon.

L. II.

[a]ΤΙΟΣ, ΚΡΑΤΙΑ, ᾽ΑΔΡΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ.

λγ'. ᾽ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑΣ ῾ΥΠΟ ΚΟΡΙΚΤΟΡΑ. ΠΟΛΕΙΣ ς'.

[b]ΓΑΓΓΡΑ, [c]ΠΟΜΠΗΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΟΡΑ,

᾽ΑΜΑ-

[a] *MSS.* Πίω. [b] Πάγρα *Bandur. & Schelſtrat.* [c] Πομπιόπολις *Car. a S. Paullo.*

L. II. 748.; quæ cum magnam ſibi potentiam multasque opes peperiſſet, graviſſima calamitate a Triario, Mithridatici belli tempore, eſt oppreſſa apud Memnonem C. 53.

Τίον] Poſita urbs erat ad flumen Billaeum, ut ſcholia Apollonii, ab Holſt. in Steph. correcta, L. II. 791. oſtendunt. Adde Ezech. Spanhemium Epiſt. IV. ad Morellium.

Κρωπία] De hac Ant. Itin. p. 200. Corrupta videtur in his Galeni L. I. περὶ ἱερῶν δυνάμ. p. 312. cum in gelidiſſimo Bithyniæ tractu collocantur Νίκαια καὶ Πρῦσα, καὶ Κρῶσσα, καὶ Κλαυδιόπολις, καὶ Ἰουλιόπολις, ἀλλὰ καὶ Δορύλαιον, ἢ ἐστι μὲ ἐγγὺς τῆ᾽ Ἀσιανῆς Φρυγίας· nam Κρῶσσα, etſi vocem πόλιν ex ſequentibus addas, nihili eſt: ubi enim *Craſſopolis* lecta ſcriptave? nihilo magis proficies, ſi cum Abr. Ortelio Κρῶσσα legas & *Craſum* Phrygiæ urbem intelligas, quoniam extra Bithyniæ illa fines: ſin, ut ego putem, Κρῶσσα ſcribatur, plana res erit: ea in Bithynia & Claudiopoli vicina, nec longe a Juliopoli, & recte propterea illis jungetur.

᾽Αδριανόπολις] Meminit ejus Imp. Novel. XXIX. & Nicaenum II. p. 52. unde locum illi in Geographia S. eſſe oportuerat.

῾Υπὸ Κορίκτορα] *Correctorem* intelligit, cui & Notit. Imp. Orient. C. 1. Paphlagoniam mandat: erat is medio loco Conſularem inter & Præſidem, ſi dignitatem atque amplitudinem ſpectes, ut ex L. 8. C. Th. de Cohort. cognoſces. In Italia *Correctorum*, de quibus Urſatus de Not. Roman. p. 641. Edit. Graevii, antiquiſſima mentio eſt: extra eam rarius occurrunt, & binis tantum in provinciis, Paphlagonia & Auguſtamnica, cui utrique præter Hieroclem Not. Imp. Orient. hunc magiſtratum imponit. Syneſius hujus provinciæ *Correctorem* Marcianum Philoſophum τὸν ἄρξαντα Παφλαγόνων generali vocabulo appellat Epiſt. 109. Adde Panciro-lum in Notit. Imp. Orient. C. 156.

Γάγρα] Probe MSS.; Concil. Epheſino p. 532. Boſporius ſubſcribit Γάγρων τῆς μητροπόλεως ἐπαρχίας Παμφυλίας, perperam pro Παφλαγονίας, ut Sozomeno L. III. H. E. C. 14. Γάγρα· μητρόπολις Παφλαγόνων· Dixiſſe veteres τὰ Γάγρα, τὰς Γάγρας & τὸ Γάγρον ex Stephano notiſſima res eſt. Adde Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 8. p. 318.

Πομπηϊόπολις] Condita a Pompejo eſt apud Strabonem L. XII. p. 562.; ludit ergo in voce Imp. Conſtantinus L. I. Them. 7., cum πομπὴ γάρ ἐστι, ait, καὶ ὄνειδος καὶ ἐξουθένημα & ἀνθρωπείας ψυχῆς, ſimul indicans urbem ſuo tempore viliſſima fuiſſe conditione.

Σόρα] Sic Nicaenum II. p. 52., Chalcedon. p. 664. Σῆρα, Conſtantinus Σώρων L. I. Them. 7., Σωρᾶ Juſtinianus Novella XXIX., ubi *cumulos* ſive *tumulos* male verti Probabil. C. 13. oſtendi, mecum, quod deinceps edoctus ſum, conſentiente L. Holſt. in Ortelii *Sora*. Supereſt in iisdem Novellae verbis aliud quod morari poſſit, unde & hic illis locus dandus: Φαμβᾶ τῆ Γερμανικοπόλεώς τε καὶ τῶν περὶς Γάγρων καὶ Πομπηϊοπολιτῶν, καὶ Δαδύβρων καὶ Σωρῶν ᾽Αμαστρίδι καὶ τῶν γε ᾽Ιωνοπολιτῶν. Sic Holoander vulgavit, natique hinc ſunt *tumuli Amaſtridos*. Cl. Hombergius in notis è MS., puto, adfert, Φαμβᾶ τῆ Γερμανικοπόλεώς τε τῆς περὶς Γάγρων, Πομπηϊοπόλεως, Δαδύβρων καὶ Σωρῶν, καὶ ᾽Αμαστρίδι καὶ τῶν γε ᾽Ιωνοπόλεως, multo, me judice, rectius. Difficile autem eſt, qui ſex Imperator Paphlagoniae has urbes dixerit, cum plane ſeptem recenſere videatur, *Germanicopolin*, *Gangram*, *Pompejopolin*, *Dadybra*, *Sora*, *Amaſtrin & Ionopolin*: neque ſuſpicio de numeris vitiatis incidere poteſt, ſiquidem diſerte in ſequentibus XII. urbes Prætoris Paphlagoniae ditioni, ſex Honoriadis & totidem Paphlagoniae, ſubjicit. Mihi, ut Novellae ſententia conſtet, Germa-

nico-

ἈΜΑΣΤΡΙΟΝ, ἸΟΥΝΟΠΟΛΙΣ, ΔΑΔΥΒΡΑ.

λδ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ.
ΠΟΛΕΙΣ ζ'.

[a] ἈΓΓΥΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [b] ΤΑΒΙΑ,
ἈΣΠΟΝΑ, [c] ΚΙΝΝΑ, ῬΕΓΑΝΑΓΑΛΙΑ,

[a] ῬΕΓΕΜ-

[a] Ἄγαυρα *codex Leid.* [b] Ταβύα *idem, sed a correctore.* [c] Κίνα *Car. a S. Paul.*

nicopolis Gangrae videtur contributa ob viciniam ac propterea pro una sumi. Metropolis provinciæ Gangra præteriri haud potuit, quippe ceteris dignitate præstans; illi vicinam Germanicopolin facit aperte Imperator, Γερμανικόπολιν τὴν πρὸς Γάγγραν appellans. Atque hinc videtur etiam derivandum, cur Germanicopolin Hierocles ceteræque Notitiæ spreverint, curque ejus in Concil. Actis mentio nulla.

Ἰουνόπολις] Sic & Chalcedon. Concil. p. 95. & Nicaeno II p. 52., rectius Constantino L. I. Them. 7. Ἰωνόπολις· petiit impostor Alexander παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετωνομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι, ut Aboni castellum mutato nomine Jonopolis appellaretur apud Lucianum in Pseudomante; voti damnatum fuisse, ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ numi, ab Harduino, Vaillantio, Spanhemioque producti, confirmant.

Ἀμάστριον] Ἄμαστρις Luciano passimque aliis & Concil. Chalcedon. p. 96.; Nicaeno II. Ἀμάστρα, Constantino Imp., itemque Nicetae Paphlagoni Orat. in S. Hyacinthum XVII. Julii magni Sanct. operis, qui eam Paphlagoniae aut orbis potius ocellum, in cujus portum Euxini Ponti accolæ, tanquam communem quendam mercatum, commeent, appellat: Ἀμάστρα, ὁ τῆς Παφλαγονίας, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν ὀφθαλμὸς, εἰς ἣν οἵ τε τὸ βόρειον τοῦ Εὐξείνου μέρος περιοικοῦντες Σκύθαι, καὶ οἱ πρὸς νότον κείμενοι, ὥσπερ εἴς τι κοινὸν συντρέχοντες ἐμπόριον, τὰ παρ' ἑαυτῶν τε συνεισφέρουσι, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ἀντιλαμβάνουσι πόλις ἑώας τε πάσης λήξεως καὶ ἑσπερίου μεταξὺ κειμένη· ubi plura in ejus laudem sequuntur. Adde Schol. Apollonii L. II. 943. ubi perperam Δάματρις.

Δάδυβρα] Δαδίβραν Constantinus L. I. Them. 7., sed perperam, appellat: pejus multo Chalcedon. p. 664. Polychronius Δαδύρων dicitur; rectius Nicaeno II. p. 52. Nicetas Δαδύβρων. Vid. Probabil. C. 13.

Γαλατίας] Deest πρώτης· Socrates L. I. H. E. C. 36. & L. II. C. 15. μικρὰν Γαλατίαν sive *parvam Galatiam* appellat & vetus lapis in Roma Subterran. p. 154., quod & Holst. vidit, ubi ΔΟΚΙΜΟϹ ΧΩΡΙΟΥ ΓΟΛΟΗϹ ΜΙΚΡΑϹ ΓΑΛΑΤΙΑϹ. Ἀγκυρογαλατία dicitur in Sardicensis Synodi Epist. tom. III. Concil. Gener. p. 51., quod Ancyra hujus esset metropolis. Subditam autem Consulari, quem τοῦ ἔθνους ἄρχοντα Sozomenus L. V. C. 11. nuncupat, fuisse, ex Notit. Imp. Orient. C. 1. constat.

Ἄγκυρα] Hoc justum est. Πρώτη καὶ μεγίστη Γαλατῶν πόλις Libanio Apologet. Orat. p. 599., *Metropolis* Galatiæ in Theodori Syciotae Vita XXII. April. sæpissime dicitur. Vid. Ant. Itin. p. 143.

Ταβία] Erat in Trocmis, unde numus CE. ΤΡΟ. ΤΑΟΥΙΑΝΩΝ, *Severianorum Trocmorum Tavianorum* in Thes. Britan. tom. II. p. 233. Plura Anton. Itin. p. 202. & de *Aspona* p. 143.

Κίννα] Habet hanc urbem Galatiæ Vita Theodori Syciotae C. 8., & Nicaenum II. p. 50.; Κιννηνῶν πολις Concil. Constantinop. III. p. 501., Ptolemaeo perperam vulgo Κίαινα, quod hinc corrigi debere codicis Coislin. Κίννα adfirmat.

Ῥεγαναγαλία] Ῥεγελαγανία oportuerat, quippe *Lagania* Tabulæ & Itin. Ant. p. 142. Ejus præsul Euphrasius Λασανίας dicitur p. 95. Concil. Chalcedon, verius Λαγανίας p. 662.; dicta deinceps *Anastasiupolis* videtur, quoniam in Jac. Goari Notitiis illa memoratur nusquam *Lagania*; quam conjecturam situs plausibilem facit: Lagania XXIIII. M. P. Juliopoli distabat, spatii medium secante *Siberi* fluvio, cui *Syceon* oppidum

[a] ῾ΡΕΓΕΜΝΗΖΟΣ, ῾ΗΛΙΟΥΠΟΛΙΣ.

λε'. ᾽ΕΠΑΡΧΙΑ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΣΑΛΟΥΤΑΡΙΑΣ ῾ΥΠΟ ῾ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ θ'.

ΠΙΣΙΝΟΥΣ, ῾ΡΕΓΕΜΑΥΡΕΚΙΟΝ, ΠΗΤΙΝΕΣΟΣ, ᾽ΑΙΩΡΙΟΝ, [b] ΚΛΑΝΕΟΣ,

[a] ῾ΡΕΓΕΤΝΑ-

a ῾Ρεγέμνησ@· *MS. L.* b Κλάνεως *vulgo.*

pidum vicinum erat, Procopio L. V. Aedif. Juſt. C. 4. auctore: *Syceon* vero cum XII. M. P. *Anaſtaſiupoli* afuerit, non alia utique ea ac *Lagania* dicenda eſt: Vita Theodori Syceotae C. 2. *In Galatarum regione eſt oppidum, quod Syceon appellatur, ſubjectum Anaſtaſiopoli primi Ancyranorum principatus: diſtat autem Anaſtaſiopoli XII. M. P.*; ubi P. Franciſ. Zinus, cui Latinam eam vitam debemus, haud dubie offendit ad πρώτῳ ᾽Αγκυρανῶν ἐπαρχίαν, ut ex *primo Ancyranorum principatu* perſpicitur.

῾Ρεγέμνησ@·] Μνίζ@· eſt, cujus epiſcopus Andreas πόλεως Μνίζε τῆς πρώτης τ῀ Γαλατῶν ἐπαρχίας Concil. Conſtantinop. III. p. 501. ſubſcribit. Nicaeni II. Concilii Actis adfuit ejusdem epiſcopus Leo, ſed qui vitioſiſſime p. 51. πόλεως ᾽Αμίνσε, & p. 591. Μιζέης dicitur, melius p. 351. Digna itaque fuerat, quae in Geographia S. locum occuparet. Vid. Ant. Itin. p. 142.; nam ῥεγὲ ut denuo explicemus, nihil fuerit neceſſe.

῾Ηλιέπολις] *Heliopolin* Galatiae Vita Theodori Syceotae C. 5. & 9. memorat; praeterea Meliphthongus ῾Ηλιεπολιτῶν Chalcedon. Concil. p. 195. intereſt: unde ſanum hoc eſſe diceres, ſiquidem & ceteraе Notitiae conſpirent: corruptum tamen eſt, & in ᾽Ιηλιέπολις mutandum: tum quod Meliphthongus conſtanter alibi, ut p. 243. & 662. ᾽Ιηλιεπόλεως ſcribatur, & Concil. Conſtantinop. III. p. 501. Martyrius τ῀ ᾽Ιηλιεπολιτῶν πόλεως, τ῀ πρώτης τ῀ Γαλατῶν ἐπαρχίας appelletur: tum maxime quod nulla in Galatia fuerit *Heliopolis*. De *Juliopoli* Ant. Itiner. p. 142.

Γαλατίας Σαλ@αρίας] Galatiam II. appellat Concil. Conſtantinop. III. & paſſim alii. Zoſimo eſt ἡ κ῀ Φρυγίαν Γαλατία L. IV. C. 7., quod Phrygiae eſſet finitima. Notitiae Imp. Orient. C. 1., uti noſtro, *Galatia ſalutaris*, Praeſidi ſubjecta.

Πισινῦς] Verius Πεσινῦς vel Πεσινοῦς, de qua A. Itin. p. 201. Metropolis provinciae erat; unde in Concil. Conſtantinop. III. p. 663. Conſtantinus Πεσινεντίων τῆς δευτέρας τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας inter Metropolitanos connumeratur. Vitae Theodori Syceotae C. 11. *Peſſinuntium Metropolis*, haud dubie quod in Graeco ineſſet Πεσινεντίων μητρόπολις.

῾Ρεγεμαυρέκιον] Sic MSS., unde vicum fuiſſe, quem legere non memini, apparet.

Πηνησὸς] Non alia eſt ac Ptolemaei Πετεινσὸς, ſive, ut Palat. & Coislin. MSS., Πετεννησὸς. Habet & Notitia Jac. Goari.

᾽Αιώελον] Putabam, cum primum hoc oppidum conſiderarem, lucem hinc atque auxilium accipere Philoſtratum L. II. Vit. Sophiſt. C. 11. poſſe, καὶ ᾽Ακύλας ὁ σὺν τ῀ ἑώλῳ Γαλατίας· latere enim in voce ἑώλῳ Galatiae quandam urbem dudum mihi perſuaſeram, mirabarque doctiſſimum Olearium, ſpreta Salmaſii admonitione, *orientalem Galatiam* vertiſſe, & ſerio defendiſſe, ἕωλον Γαλατίαν recte, ſi opponatur Galliae Europaeae, dici: praeſertim cum nemo Graecorum, nam Heſychii verba aliorſum ſpectant, aut Galatiam aut aliam quamvis, ad orientem poſitam, regionem tali titulo ornarit. Poſtquam vero ᾽Αιώελον pravum eſſe animadverti, ſuſpicio incidit, fuiſſetne olim σὺν τ῀ ᾽Ωλένῳ Γαλατίας in Philoſtrato; quam conjecturam, Ptolemaei auctoritate conſtabilitam, donec MSS. aliud juſſerint, haud ſpernendam arbitrer. ᾽Αμώελον idem eſt ac ᾽Αιώελον, ejusque vitioſi locum occupare debet: etſi enim id oppidum a multis Phrygiae tribuitur, ſerior tamen aetas Galatiae II. accenſuit, ut Conſtantinop. III. p. 672. cui Theodorus ᾽Αμωελίς τ῀ δευτέρας τ῀ Γαλατῶν ἐπαρχίας ſcribendo adfuit.

Κλάνε@·] Sic MSS., quorum auctoritatem non eſſe ſpernendam Salomon Κλανέε τῆς δευ-

[a] Ῥεγετναϰάδη, Εὐδοξίας, [b] Μυρικίων, Γερμία.

λϛ'. Ἐπαρχία Καππαδοκίας [c] ά ὑπὸ Κονσουλάριον.

Πόλεις δ'.

Καισάρεια,

Νύσσα,

a Ῥεγιτμηϰάδα editi, *scriptus Leid.* Ῥεγίτνοϰνα. b Μυρακιῶν & *Car. a S. Paul. & Bandur.* c *Abest ab editis.*

τέρας τῆ Γαλατῶν ἐπαρχίας Constantinopol. III. p. 504. & 672., & Nicephorus Κλανίς Nicaen. II. p. 355. ostendunt: male hæc urbs ex Geographia S. exulat.

Ῥεγιτναϰάδη] Ita è MSS. profertur: tamen L. Holsteinius in Geograph. S. manu exaratum codicem *Trocnada* sive Ῥεγλεϑνϰάδα præferre monet, quod sine dubio rectius est: nam & Cyriacus Τροϰνάδων Chalcedon. p. 663., & Theodorus Τροϰνάδων τῆς δευτέρας Γαλατῶν ἐπαρχίας Constantinop. III. p. 672. & Leon Τροϰνάδων Nicaeno II. p. 355. subscribit. Quoniam vero Cyriacus, cujus memini, Τροϰμάδων in Chalced. p. 125. & 309. dicitur, forte Τρόϰμαδα præstiterint, ut a *Trocmis*, gente Galatica, nomen descendat.

Εὐδοξίας] Haud multum disjunctam fuisse a Germiorum civitate, ex Vita Theodori Syceotae C. 8. apparet. Ejus episcopus Aquilas est in Chalcedon. p. 663.; ut perperam nulla ejus sit ratio in Geographia S. habita.

Μυρικιῶν] Hoc MSS. dant: nec quicquam mihi de urbe innotuit, quam Jac. Goari Notitiam non prorsus eam damnare.

Γερμία Γερμοηλώνεια Notitiæ J. Goari p. 344., nec male, ut ad Itin. Ant. p. 201. videbis. Aetate seriore *Myriangelorum* nomine hæc colonia celebris fuit: Theophanes p. 203 ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς χάριν δυχῆς εἰ τοῖς Μυριαγγέλοις, ἤγουν εἰ Γερμίοις, πόλει τῆ Γαλατίας. fallit enim J. Goar, cum Pythiæ thermas, de quibus Procopius L. V. Fabr. Justin. C. 3., intelligendas censet: illæ in Bithynia fuerunt, Germia XVI. M. P. a Pessinunte.

Ὑπὸ Κονσουλάριον] Vespasianus *Cappadociae propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit; Consularemque rectorem imposuit pro equite Romano*, apud Sueton. C. 8. Sub Constantino *Praesidi*, cujus in L. 41. C. de Liberal. Causs. mentio est, paruit; neque alium Basilii M. aut Chrysostomi tempore magistratum habuisse videtur: ille Epist. 78. & 94. ἄρχοντα τῆς ἐπαρχίας & Epist. 86. ἡγεμόνα, hic ἡγεμονα Epist. 14. p. 596. Nov. Edit. nuncupat. Denuo *Consulari* mandata est a Theodosio II., cujus mihi rei auctor est Firmus, Caesarienses episcopus, in Epistolis, quas V. CL. A. Muratorius in Anecdot. Græc. vulgavit: sic enim Epist. 17. ad Soterichum: ποιήσατε ὦ ἡμῖν ϰῆ τὸν ἄρχοντα μείζονα μὴ τῷ ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ ϰῆ τῆ δυνάμει· *Efficite nobis ut praefectus non tantum nomine sed & potentia sit amplior*; nam si provinciæ præpositus, quem *Praesidem* vidimus, titulo excellentiore fuerit donatus, utique ad *Consularis* dignitatem evectus erit censendus: atque hoc Epist. 16. ad Thalassium clarius innuit: Καὶ τὸν ἄρχοντα, ὃν ἐπιφανέστερον ἡμῖν πεποίηϰας σῆ σπουδῆ, χάρισαι τοῖς πεμάγμασιν, ὡς πεποίηϰάς σε, γνωρίζων· *Et praefectum, quem tuo studio nobis illustriorem reddidisti, da rebus quoque, utpote a te non alienum, illuminari.* Postulat Firmus, ut Cappadociæ I. Consularis latiorem campum, ubi excurrere ejus virtus & prudentia possit, accipiat, atque ad eum redeant urbes, quæ a Valente Imp. fuerant distractæ, & Præsidi Cappadociae II. subjectæ: ea est sententia verborum, ad quæ vir doctissimus offendisse videtur: Διὸς ὦ ϰῆ πόλεων πεπροίηϰε τὸν ἄρχοντα δυνατώτερον, ἵνα σοι πρόβλεπτος ἀπὸ πάντων ἡ πατρὶς γένηται· Recte ergo *Consularem* Hierocles huic Cappadociae dedit; nec quicquam illi officiet Notit. Imp. Orient. C. 1., ubi *Praesidi* committitur, modo eam Theodosio II. & Firmo episcopo esse priorem memineris.

Καισάρεια] Olim totius Cappadociae fuit metropolis, sed provincia in duas a Valente Imp. secta, hanc illi dignitatem invidisse Tyana videntur: litem sub Theodosio II. sopitam fuisse & veterem dignationem Caesareae stabilitam Firmus Epist. 17. indicat. Sitam fuisse ad Argaeum

gaeum montem norunt omnes, non item propter ampliſſimum lacum, qui in Halyn influebat: operæ itaque pretium fuerit, paullum huic rei immorari, & quæ loca Halys præfluat, inquirere. Lacus diſtincta mentio apud Strabonem L. XII. p. 538. eſt, & incertum auctorem Epiſtolae, quæ inter Baſilianas noviſſimæ editionis 365.; is cum immanem nivis & pluviæ copiam in eum depluiſſe narraſſet, ἀθρόας ἓν γενομένης, inquit, τῆς τήξεως, ἀνέκυσε σὺν ἠχῇ ῥόμβοις, ἀεννάῳ ποταμῷ συνεπιμιγνύμενα, τῷ Ἅλυι ἐναύλῳ πόντῳ. *Qua* nive *ſubito liqueſcente, fluctus incredibiles, jugi fluvio atque arcto alveo ruenti Halyi commixti, ſurrexerunt:* quæ Halym, licet Cotelerius tom. II. Monum. Græc. p. 97. & nuperus editor eum videre noluerint, haud multum Caeſarea removent: nec alius, puto, eſt γείτων ποταμὸς, cujus Firmus Epiſt. 35. meminit; niſi tu *Melanem* eſſe malis, quem Strabo L. XII. p. 538. ſtadiis XL. ab urbe ſcaturire prodidit: quod utcunque eciderit, Halym agro ſuo, etſi ſæpe perincommodum, Caeſarienſes eripi non patientur; huc a Sebaſtia defluebat in Armeniorum ditione ortus: ἔστιν ὁ λοχῶν, ſic cum Hemſterhuſio noſtro lege, nam λαχὼν multo ineptiſſimum eſt, ἔστιν ὁ λοχῶν ἡμῖν, inquit Epiſt. ſcriptor, γείτων ποταμὸς, συμβαλλόμενος μὲν ἐκ τῆς Ἀρμενίων, ἐμβιβαζόμενος δὲ εἰς τὴν ἱεροτάτην λίμνην τῆς Σεβαστηνῶν κ.λ. *Hic qui nobis inſidiatur vicinus fluvius, ex Armenia progreſſus ſacratiſſimæ Sebaſtenorum paludi miſcetur.* Atque hoc cum Strabone L. XII. p. 546. bene ſatis convenit: Halym enim ex magna Cappadocia circa Cambyſenem, Armeniae contributam, derivat: nec longe aberit Herodotus L. I. C. 72., ſi per Ἀρμένιον ὄρος *montem Armeniae* intellexerit. Optime vero cum Gregorio Nyſſeno Epiſtolæ auctor conſentit, qui Orat. I. in XL. Martyr. Sebaſtenos p. 501. τὸν λέγω τὸν γείτονα ποταμὸν, ὃς διὰ τὸ μέγεθος τοῖς ὀνομαστοῖς τῆς γῆς τῶν οἰκουμένην ποταμῶν συναρίθμιος ὢν, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐρχόμενος ἐν χρόνῳ περιρρεῖ τὴν πόλιν. *Illum dico vicinum fluvium, qui propter magnitudinem iis annumeratus, qui per orbem terrarum clari amnes habentur, è noſtra regione exoriens urbem proxime præterlabitur.* Non ille quidem Halym nominat; ſed nec in *Irin* neque *Lycum* quadrant, quæ de fluvio prædicat: neuter enim tam large & ample fluxit, ut cum nobiliſſimis orbis terrarum fluviis contendi poſſit; in Halym convenire nemo negaverit. Ne dicam, nullius auctoritate liquere, Sebaſtiam *Lyco* fuiſſe appoſitam; cujus fontibus aſſidebat Sebaſtopolis, ni fallat Ptolemaeus, a qua verſus interiorem Armeniam plus XL. M. P. Sebaſtia diſtabat. Itaque ſi recte hæc diſputavimus, non video qui excuſari Plinius poſſit L. VI. C. 2. amnem Halym per Cataoniam in Cappadociam immittens: defluxerit enim oportet ex regionibus longe ultra Taurum poſitis, ſiquidem Cataonia Commagenae fuit prætenta: multo minus ſeſe tuebuntur recentiores Geographi, paſſim hoc flumen ex intima Aſia, meridiem ſpectante, emittentes contra Arriani monita in Peripl. Pont. Euxin. p. 16. Ed. Oxon., neque urbes, quas dixi, illi adſtruentes. Ceterum, quod propemodum neglexeram, in Gregorii Nyſſeni verbis non ἐν χρόνῳ ſed ἐν χρῷ περιρρεῖ ſcribi debet, ut pulchre amicus noſter.

Νύσσα] Hanc metropolin, ſed titulo tenus ſine re Iſ. Caſaubonus in Epiſt. Gregorii Nyſſeni ad Euſtathiam p. 116. fuiſſe antumabat, quod haud injuria negavit Ezech. Spanhemius Diſſert. IX. de Uſ. & Præſt. Numiſ. p. 599., tametſi erret vir nobiliſſimus, cum Caſaubonum ibi fugiſſe opinatur, *Mociſſum* III. Cappadociae fuiſſe metropolin: diſerta enim ejus inibi mentio eſt: nec unquam in iisdem notis a viro magno, licet a Spanhemio adfirmetur, III. Cappadociæ metropolin Nyſſam fuiſſe ſcriptum memini: tantum honorario metropoleos titulo in Conc. Conſtantinop. II. condecoratam cenſuit ob Socratem L. V. H. E. C. 8., ubi tamen Πατριαρχάς nec *metropoles* nec *Patriarchatus*, quos vocant, ſed regimen ac gubernationem, ut bene Henr. Valeſius, notant.

Θέρμα] Vid. Ant. Itin. p. 202.

Ῥεγεπόδανδος] Vita Eutychii Patriarchae Conſtantinopolitani C. 6. ἕτερός τις ἄνθρωπος ἦλθεν ὡσὲι τὸ ὅσιον λέγων ἑαυτὸν ἀπὸ Κομανῶν εἶναι καὶ πολυανδε· ſic D. Papebrochius correxit, cum in MSS. πολυάνδρε legeretur, deceptus corrupta Ptolemaei ſcriptura: mihi omnino ἀπὸ κώμης Ποδανδε dediſſe ſcriptorem probabile fit: neque enim *Comana* Podando fuere juncta. Plura in Hieroſ. & Anton. Itiner. p. 145. & 578.

λζ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ[a] β' ὙΠΟ [b] ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ η'.

ΤΥΑΝΑ, ΦΑΥΣΤΙΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΚΥΒΙΣΤΡΑ, ΝΑΖΙΑΝΖΟΣ, ΣΑΣΙΜΑ, ΠΑΡΝΑΣΟΣ, ἙΡΕΓΕΔΟΑΡΑ, ἙΡΕΓΕΜΟΥ-

a *Non eſt in editis.* b *Vulgo* Κονσελάριον.

Καππαδοκίας β'] Secunda hæc Cappadocia originem ſuam debet Valenti Imperatori, qui circa annum CCCLXXI. eam, primæ diſtractam, Tyanis, tanquam metropoli, addixit. Baſilius eam ægerrime tulit diviſionem, ut ejus Epiſt. 74. & 75. teſtantur: tantoque magis, quod Anthimus Tyanenſis, civili ea diviſione inſtituta, multa ſibi arrogaret & reditus Eccleſiæ Caeſarienſis intervertere conaretur, qua de re Gregorius Nazianzenus Orat. XX. p. 355. Rectiſſime vero MSS. hanc Cappadociam *Præſidi*, pariter ut Notit. Imp. Orient. C. 1., mandat.

Τύανα] Gregorius Nazianzenus Epiſt. 33. νέαν μητρόπολιν, cujusmodi ejus ætate revera erat, appellat. Adde Orat. XX. p. 355. & Itin. H. p. 577. & de *Fauſtinopoli* Ant. Itin. p. 145.

Κύβιστρα] Situm Cicero L. XV. Ep. 4. ad Catonem ſignat: *Itaque in Cappadocia extrema non longe a Tauro apud oppidum Cybiſtra caſtra feci, ut & Ciliciam tuerer & Cappadociam tenens nova finitimorum conſilia impedirem.*

Ναζιανζὸς] Gregorius Nazian. Epiſt. 50. ab Olympio Nazianzum I. Cappadociae attributam fuiſſe, ſed mox in II. ditionem rediiſſe ſignificat; in qua ad Juſtiniani tempora manſit, quando *Muciſſo*, III. Cappadociae tum conſtitutæ metropoli, ſubdita eſt: unde Theodoſius Muciſſi epiſcopus Collat. V. Synodi Conſtantinopol. II. p. 97. *Sub mea gubernatione*, inquit, *modo eſt Dohara & Nazianzos, ſub qua Nazianzo & Arianzos prædium conſtitutum eſt.* Id ab inſtituto noſtro alienum non erit, ſi inquiramus, an Nazianzus eadem ac *Diocaeſarea*, cujus in Cappadocia Ptolemaeus & Plinius meminerunt, fuerit? Baronius Cardinalis in Gregorii Vita, quæ a D. Papebrochio IX. Maji eſt edita, ita cenſuit: & favere opinioni Gregorius videtur, cum de ſe Carm. V. 25.

Γρηγορίῳ μνήσαιο, τὸ ἔτρεφε Καππαδόκεσσιν
Ἡ Διοκαισαρέων ὀλίγη πόλις. ———

Se enim Diocaeſareae nutritum canit, quem certum eſt, Nazianzi præcipue fuiſſe educatum atque edoctum: huc adde, Diocaeſareae nullam in Conciliorum Actis & Notitiis eſſe mentionem; frequentem Nazianzi; quod utique mirandum foret, ſi diverſæ fuiſſent. Necdum tamen his moveor, ut cum Cardinale paria faciam: ultima enim ratio levis eſt; ſiquidem plures urbes, nobiles olim, in Notitiis & Conciliis nullum ſibi epiſcopum habent, neque adeo de Diocaeſarea mirabimur, quæ parva admodum erat, Gregorio Carm. XXXII. in Anecdot. Græc. Muratorii teſte:

Τυτθὸν μὲ πτολίεθρον, ἀπὸρ πολὺν ἀνέρα δῶκε
Βήμασιν ἰθυδίκης ἡ Διοκαισαρέων
Ἀμφίλοχον· ———

Altera ſpecioſior eſt: ſed cum *Arianzi* Gregorius fuerit natus, idque prædium æque Nazianzo ac Diocaeſareae fuerit vicinum, fieri utique potuit, ut Diocaeſareae, antequam pater Nazianzo epiſcopus daretur, nutriretur: vicina autem oppida fuiſſe ex Ptolemaeo L. V. C. 6. colligitur, ubi arctiſſime Diocaeſaream & *Neaneſſum*, ſive ut MS., *Naneſſum*, quam *Nazianzum* eſſe debere mihi perſuadeo, jungit. Ad hoc, nihil Gregorius Ep. 49., qua pro Diocaeſarienſibus deprecatur, de patre ſuo matreve; quod argumentum aptiſſimum fuerat ad iram Olympii molliendam: ait præterea ſe Diocaeſareae Deo templum excitaſſe; quod ſi eadem ac Nazianzus foret, a vero diſcederet; Baſilicam quippe miri operis pater ejus Nazianzi exſtruxit, ut Orat. XIX. p. 313. docemur. De *Saſimis* Itin. Anton. p. 144.

Παρνασσὸς] Gentile hujus Παρνασσηνὸς eſt in Baſilii Epiſt. 239. Vid. Itin. H. p. 576.

Ῥεγεδάοαρα] Vicus olim erat, unde Baſilius Epiſt. 239. ἐν Δοάροις τῇ κώμῃ. Idem epiſcopum illi impoſuit, qua occaſione Gregorius Nazianzenus Orat. XXX. recitavit, uti ad eam Elias Cretenſis animadvertit: nec vincere tamen Baſilius potuit, ut I. Cappadociae adſcripta mane-

[a] ῾ΡΕΓΕΜΟΥΚΙΣΟΣ.

λη'. ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ [b] ῾ΕΛΕΝΟΥΠΟΝΤΟΥ ῾ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ζ'.

᾿ΑΜΑΣΙΑ, ᾿ΙΒΥΡΑ, ΖΗΛΑ, [c] ΣΑΛΤΟΝ ΖΑΛΙΧΗΝ, ᾿ΑΝΔΡΑΠΑ, ᾿ΑΜΙΣΟΣ,

a ῾Ρεγεκουκουσὸς *scripti & vulgati constanter.* b ῾Ελενουπόλεως *Schelstr. & Bandur.*, MS. Lugdun. ῾Ελεπόντου. c Σάλτον Ζαλίχιν princeps editio, MS. L. Σάλτου Ζαλίχιν.

neret, si quidem Tyanensi deinceps subdita fuit, ut mox videbitur.

῾Ρεγεκουκουσὸς] Omnino ῾Ρεγεμωκισὸς sive ῾Ρεγεμουκισὸς legi oportet: nam & Constantinus Imp. L. I. Them. 2. Μωκισὸν hinc habet, & *Cucusus* Armeniae II. fuit. Procopius L. V. Fabr. Just. C. 4. castellum Cappadociae, plano solo situm, ait, atque a Justiniano instauratum: Ἦν δέ τι ἐν Καππαδόκαις φρούριον, Μωκησὸς ὄνομα, ἐν μὲν τῷ ὁμαλεῖ κείμενον. Nec restituit tantum imperator, sed suo nomine urbem, III. Cappadociae metropolin impositam, illustrem esse jussit: hinc Collat. V. Concil. Constantinop. II. p. 96., *In illo autem tempore sub Tyanensi civitate erat & Dohara & Nazianzus usque ad tempora hujus pii imperii. Piissimus autem Imperator cum metropolitana jura dedisset civitati, quæ quondam quidem MVCISSOS, nunc vero Justinianopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus & Dohara & Nazianzum subjecit ei.*

῾Ελενοπόντου] Sic oportet ex Constantino L. I. Them. 2., quod illi nomen ab Helena, Imp. Constantini M. matre, venisse Justinianus Nov. XXVIII. C. 1. adfirmat Notit. Imp. Orient. C. 1. *Præsidi* Helenopontum committit, quem Justinianus, abolito Ponti Polemoniaci titulo, ejusque urbibus huic provinciæ contributis, *Moderatorem* creavit.

᾿Αμασία] Metropolis Helenoponti dicitur Gregor. Nysseno Orat. de Theodoro p. 582. Novel. XXVIII. C. 2. & in Vita Eutychii C. 6.; Acta S. Basilei C. 5. satis ambigue μητρόπολιν τῆς Ποντικῆς ἐπαρχίας appellant; dubites enim Dioecesimne Ponticam, cujus Metropolis Caesarea, an Helenoponium intelligant. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ pluribus in numis apud Harduinum & N. Haymium tom. II. Thes. Britan. p. 232. Situm urbis accuratissime Strabo L. XII. p. 651. descripsit.

῎Ιβυρα] Rectum ῎Ιβωρα, & ex Orat. III. Gregorii Nysseni in XL. Martyr. p. 212., ubi πολίχνην vocat, apertissimum est, atque ex Eutychii Vit. C. 11. & Nov. XXVIII.; appositum oppidum erat Euxino ponto apud Sozomenum L. VI. H E. C. 30., etsi male ibi atque apud Palladium ᾿Ιβήρων πόλις: hinc enim fuisse Evagrium, quo de duumviri illi, Hieronymus Epist. ad Ctesiphontem significat: vulgo quidem *Hyperborita* ibi audit, quod jure Valesius in Sozomenum & Rosweidus in Palladium mutarunt, quando & MS. Corbeiensis *Hiberitam* pro *Hiborita* ostentat. Photius πόλεως ᾿Ιβώρων τῆς ῾Ελλησποντίων ἐπαρχίας Concil. Constantinop. III. p. 670. pro ῾Ελενοποντίων dicitur.

Ζῆλα] Haud multum aberat Amasia: Vita Eutychii C. 6. Πολίχνη τίς ἐστι, Ζῆλα προσαγορευομένη, γειτνιάζει δὲ τῇ μητροπόλει ᾿Αμάσειας· Plutarchus Caesar. p. 731. πόλιν Ζήλαν vocat, cumque vetustæ Hirtii de bello Alexandr. C. 72. editiones & MS. Norvic. *Zelam* exhibeant, id a Cl. Davisio defendi, neque Ζίηλα Plutarcho & Dioni inculcari debuerat. Stephano Ποντικὴ Ζῆλα.

Σάλτον Ζαλίχην] Sic MSS., & recte, modo Σάλτος Ζαλίχης refingatur: putem urbem saltibus fuisse incinctam, & propterea Σάλτον præponi. Nicaeno Concilio II. Andronicus presbyter nomine Joannis episcopi Ζαλίχων p. 355. subscribit, qui cum p. 163. presbyter Λεοντοπόλεως ἤτοι Ζαλίχου dicatur, certus nobis index est, non aliam atque hanc Leontopolin esse, cujus Imp. Novel. XXVIII. commeminit. Corruptum sæpe id nomen est in Vit. Eutychii C. 2. ubi Amaseno subditus episcopus τῆς τῶν Λαζιχηνῶν πόλεως, & Λαζίχων προεδρία, & τοῦ Λαζίχου ἐπισκοπή. Forte & huc referenda est Orat., quæ Basilio M. tom II. p. 587. tribuitur, ἐν Λακίζοις: quod ut ut fuit, negligi urbs in Geographia S. non oportuerat.

῎Ανδραπα] Hujus episcopus Paralius ᾿Ανδράπων

'ΑΜΙΣΟΣ, [a] ΣΙΝΟΠΗ.

λθ'. 'ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΟΝΤΟΥ [b] ΠΟΛΕΜΩΝΙΑΚΟΥ 'ΥΠΟ 'ΗΓΕΜΟΝΑ.
ΠΟΛΕΙΣ ε'.

ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ΚΟΜΑΝΑ, [c] ΤΟΛΕΜΟΝΙΟΝ,
ΚΕΡΑΣΟΥΣ, ΤΡΑΠΕΖΟΥΣ.

μ'. 'ΕΠΑΡΧΙΑ 'ΑΡΜΕΝΙΑΣ ά 'ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ.
ΠΟΛΕΙΣ ε'.

ΣΕΒΑ-

a Σινώπη & Πολεμωνιακῦ *scriptus Lugd.*, *vere.* b Πολεμιακῦ *vul.* c *MS. Leidensis* Τολεμώνιον, *quo ad verum ducimur.*

τῆς Ἑλλησπόντυ, pro Ἑλενοπόντυ, quod nec L. Holsteinium ad Geogr. S. fugit., Concil. Ephesin. p. 438. dicitur. Adde de urbe Acta Hesychii Thaumaturgi ex Synaxario Græco VI. Mart. Operis Sanctorum, ubi plura.

Ἀμισὸς] Constantino L. I. Them. 2. Ἀμινσὸς, & Suidae, haud sane bene. Aberat Amisus Stadiis ιϽcccc. Sinope, ut è Strabone L. XII. p. 547. prodidit Stephanus.

Σινόπη] Σινώπη, ut MS. Leidensis: nobilem hanc urbem, peninsulæ impositam, Strabo L. XII. p. 545. describit & Tournefort Epist. 17. p. 91. De conditoribus Scholiastes Apollonii L. II. 948.

Πόντυ Πολεμωνιακῦ] A Polemone, Ponti hujus rege, nomen ei venisse Justinianus Novel. XXVIII. C. 1. indicat; provinciis annumerari cœptus est sub Nerone, qui Ponti regnum, concedente Polemone, in provinciæ formam redegit apud Sueton. C. 18.; *Præsidi* itidem mandatur in Notit. Imp. Or. C. 1.

Νεοκαισάρεια] ΚΟΙΝΟΝ. ΝΕΟΚΑΙ. ΜΗΤΡΟ. vidit in numo Mediceo Holsteinius, cui geminum habet Thes. Britan. tom. II. p. 236. Gregorius Nyssenus in cognominis sibi Thaumaturgi Vita p. 537. communi gentis consensu κορυφὴν πάσης τῆς περιοικίδος caput totius viciniæ haberi, ac a Romanorum Caesare, loci amœnitate capto, novo nomine esse donatam refert. Plinius Lycum flumen urbem præfluere L. VI. C. 3. adfirmat; quod utrum verum omnino sit, dubites; præsertim si eum radere Neocaesaream intelligas: nam agrum urbis alluere manifesto ex eadem Thaumaturgi vita p. 557. colligitur: dubitandi caussæ sunt, quod Nyssenus Gregorius, urbem ejusque situm describens, nihil de Lyco memoret: præterea Gregorii frater Basilius Epist. 210. apud Neocaesarienses in aviæ ædibus & dein in monasterio multum se temporis contrivisse testatur: atqui illud monasterium propter Iridem flumen erat, eodem Epist. 223. & Gregorio in Vita Macrinæ p. 182. auctore: his adde, Neocaesaream & Comana Amasiae, quæ Iridi assidebat, vicina perhiberi in Actis Eutychii C. 7. Fortasse itaque rectius Iridem inter & Lycum collocabitur.

Κόμανα] Sita erant ad amnem Iridem apud Strabonem L. XII. p. 547., nec longe a Neocaesarea: unde πόλιν ἀςυγείτονα Gregorius Nyssenus in Thaumaturgi Vita p. 561. & τὴν Κομαναίων ταύτην ἀςυγείτονα πόλιν Orat. de Baptismo p. 220. appellat; quod autem Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 8. p. 327. Comana ab Iridis fontibus parum distare ex Strabone colligit, id amnis ex intima Armenia ortus & per Pontum hunc decurrens apud eundem Gregorium in Macrinae Vit. p. 182. non feret.

Τολεμόνιον] Rectum est Πολεμώνιον, quod oppidum inter Thermodontem & Cotyora situm obtinebat apud Arrianum in Peripl. p. 17. De *Cerasunte*, maritimo oppido, Xenophon. L. V. Exped. Cyr. p. 273. & Tournefort Epist. 17. p. 98.

Τραπεζῦς] Circa Nicaeni II. Concilii tempora Phasis & Trapezus uni episcopo paruisse videntur; unde Christophorus τοῦ Φάσιδος ἤτοι Τραπεζῦντος p. 345. subscribit. Vid. Ant. Itin. p. 216.

Ὑπὸ Ἡγεμόνα] Sic MSS., quibus præter Not. Imp.

ΣΕΒΑΣΤΕΙΑ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΚΟΛΟΝΙΑ, ΣΑΤΑΛΑ, ΣΕΒΑΣΤΟΥΠΟΛΙΣ.

μα'. ἘΠΑΡΧΙΑ ἈΡΜΕΝΙΑΣ β' ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ς'.

[a] ΜΕΛΙΤΗΝΗ, ἌΡΚΑ, [b] ἈΡΑΒΙΣΣΟΣ, [c] ΚΟΥΚΟΥΣΟΣ, [d] ΚΟΜΑΝΑ, [e] ἈΡΑΡΑΘΙΑ.

μβ'. ἘΠΑΡ-

a *Μελετινὴ Bandur., codex Leid.* Μελιτινὴ. b *Car. a S. Paul.* Ἀραβυσσ⊙. c *MS. L.* Κόκυσ⊙. d *Sic codex Lugd., ceteri* Κόμανα. e *Vulgo* Ἀραραδία, *codicibus scriptis editum probantibus.*

Imp. Orient. C. 1. quæ *Præsidialem* hanc facit, assentitur Basilius M. Epist. 112.; nam Andronicum ἡγεμόνα, ad quem illæ literæ mittuntur, Armeniæ I. præfuisse, ex *Sebastiae* in illis mentione haud obscure colligitur. Ceterum primam hanc Armeniam idem Basilius Epist. 195. & 263. μικρὰν Ἀρμενίαν *parvam Armeniam* vocat.

Σεβάστεια] Provinciæ metropolis est in Theodoreti L. II. H. E. C. 25 & Novel. XXXI. Sita erat loco amœno, præterque Halym, qui urbis mœnia radebat, mediam secabat alius amnis, qui mox in vicinum lacum abdebatur Gregorio Nysseno Orat. I. in XL. Martyr. p. 501. & Orat. II. p. 510. auctore. Vid. Itin. Ant. p. 177.

Νικόπολις] Non longe Colonia dissociata erat, qui cum & sacra Christiana communicaverat: unde τῷ μητρὶ ὑμῶν τῷ ἐν Νικοπόλει ἐκκλησίαν Basilius Epist. 227., Colonienſibus inscripta, appellat; nec dissimilia tribus sequentibus Epist. reperies. Lycus fluvius in spatio VI. M. P. ab urbe volvebatur, si Actis XL V. Mart. tom. III. Jul. p. 46. fides est. Plura Anton. Itin. p. 182.

Κολονία] Κολωνία sive Κολώνεια. Liberatus Breviar. C. 6. Cappadociae II. nihil dissidente Concil. Chalcedon. p. 557., transcribit: at Basilius Epist. 228. ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τῆς Ἀρμενίας in extrema Armenia, & Epist. 95. μακρὰν ἀποικίαν τῶν ὁδυνηρῶν τόπων τῶν Κολόνειαν, longe disparatam ab illis esse locis adfirmat, quæ frequenter adeuntur: ergo circa Chalcedonenſis Concilii tempora Colonia Cappadociae fuit contributa; rediisse dein ad Armeniam I. ante Justiniani ætatem, Novel. XXXI. docemur.

Σάταλα] Basilium vide Epist. 99. & Anton. Itin. p. 183. *Fundos Satalenae civitati contiguos* Theodosius II. in Novel. 3. Tit. XII. memorat.

Σεβαστόπολις] Novella XXXI. Armeniae I. itidem tribuit. Adde Itin. A. p. 205.

Ὑπὸ Ἡγέμονα] Assentitur Notit. Imp. Orient. C. 1.; Joannes Chrysostomus Epist. 64. ἄρχοντι τῆς Ἀρμενίας, nam II. Armeniae præsidem intelligere epistolae argumentum patefacit, appellat.

Μελιτήνη] Μελιτήνη, quam περιφανῆ τῆς Ἀρμενίων μητροπόλιν illustrem Armeniorum metropolin Cyrillus in Vit. Euthymii vocat, ut Anton. Itin. p. 209. adscripsimus. De *Arca* p. 211.

Ἀραβισσ⊙] Patria Mauritii Imp. fuit; quorsum respiciunt, quæ in Vita Eutychii C. 7. referuntur: ὁσάκις μνήμην ἐποιεῖτο τῆς Ἀραβισσηνῶν πόλεως, ὅπως ἔλεγεν χαιρόντως, ἀκούοντων πάντων ἡμῶν καὶ τῆς ἐκεῖθεν ὁρμωμένων ἀρχόντων μεγάλη ἐστὶν ἡ πόλις ὑμῶν, ἀφ' τοῦτο εἴρηται καὶ αὐτῆς, ὡς Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Plura ad Ant. Itin. p. 181., quibus Suidam in Εὐδόξι⊙ junge.

Κυκισὸς] De eo Chrysostomus Epist. 30. οἰκεῖμαι γὰρ χωρίον ἐρημότατον καὶ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότερον· quæ nobis, si addantur ad Anton. Itin. p. 179. ex eodem observata, urbem fuisse desertissimam ostendunt. Quod vero Epist. 125. Κυκισὸς τῆς Κιλικίας, id Montfaucon. MSS. auctoribus recte mutavit: nunquam enim Ciliciae *Cucusus* fuit.

Κόμανα] Κόμανα, de qua & *Ariarathia*, eo enim nomine utebatur, abunde Itin. Ant. p. 181.

Κιλικίας

μβ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΚΙΛΙΚΙΑΣ ά ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ η'.

ΤΑΡΣΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΠΟΜΠΗΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΕΒΑΣΤΗ, [a]ΚΟΡΥΚΟΣ, ᾽ΑΔΑΝΑ, ᾽ΑΓΟΥΣΙΑ, ΜΑΛΧΟΣ, ΖΕΦΥΡΙΟΝ.

μγ'. ἘΠΑΡ-

a Κώρυκ& *Leiden. MS. & bene.*

Κιλικίας ά.] Orditur Hierocles Orientis provincias XV., quorum prima hæc Cilicia, postrema Arabia, omnes sub dispositione Comitis Orientis, quo de Henr. Valesius in Ammiani L. XIV. C. 1. & Th. Reinesius Clas. VI. Inscript. 47. Recte vero I. Ciliciarum Consulari regendam tradit, prorsus ut Notit. Imp. C. 1. & L. I. C. de General. Abolition.

Τάρσ&] Metropolis dignitatem Leo Imp. in Epist. tom. IX. Concil. Labbei & Conciliorum Acta illi adfirmant: sita erat commodissimo loco, ὥστε Ἰσαύρους, καὶ Κίλικας, Καππαδόκας τε καὶ Σύρους δι' ἑαυτῆς συνάπτειν, *ut Isauros, Cilices, Cappadocesque & Syros per se ipsa conjungeret*, auctore Basilio M. Epist. 34.; idem profitetur alter Basilius, Seleuciae episcopus, L. II. Miracul. Theclae C. 13. cum de Tarso ἐπί τε κάλλει καὶ μεγέθει καὶ οἷς ἂν ἁπλῶς πόλις λαμπρὰ καὶ δαιμόνων γνωρισθείη, πᾶσιν ἐπιγαυρεμένη, καὶ τὸ πρώτιστα μάλιστα τῆς ἑώας ἀνίσχειν, καὶ πρώτιστα πάλιν ἐπισκοτάζειν τοῖς ἐξ ὁποίας ἂν γῆς ὁρμωμένοις ἐπὶς τὴν ἑῴαν· aperte enim indicat, tali positam esse loco, ut, si quis ex vicinis provinciis in Orientis diœcesin pergere, aut ex ea in Ponticam sive etiam Asianam, transire velit, adeunda ea primum sit. Vid. Itin. H. p. 579.

Πομπηϊόπολις] Mari assidebat, eo nomine a Pompejo donata, cum *Solorum* ante fuisset usa: Auctor Vitæ Arati in Uranologio Petavii, οἱ δὲ Σόλοι, πόλις ἐπιφανεστάτη τῆς Κιλικίας, ἀφ' ἧς πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γεγόνασιν ἄνδρες· καλεῖ δὲ νῦν Πομπηϊόπολις. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Σόλοι τῆς Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι Σόλιοι καλοῦν, οἱ δὲ Κιλίκιοι Σολεῖς· cui gentile nomen distinguenti adstipulatur Diogenes Laërtius L. I. 51., ubi Menagii diligentiam verba ex Arati vita non effugerunt.

Σεβαστὴ] Olim *Elaeussa* contra Corycum in insula nec longe a Tarso, quamobrem Conc. Chalcedon. p. 126. Σεβάστη ἡ Τάρσου· Est inter Gazae Wildianae numos, qui antica parte CABINA TPANKYAA..... & postica CEBACTH. IEP. AC. AYT. NAYAPXIC. ΕΛΕΥΘΕΡΑ cum turrito velatoque capite præfert, certoque nobis est argumento, Gordiani ætate urbem satis illustrem fuisse & re nautica valuisse. Adde H. Norisium Dissert. II. de Epochis Syro-Maced. p. 136.

Κόρυκ&] Κώρυκ&, ut Lugdun.; Oppianus L. III. Halieut. 208.

Ὅσσοι δ' Ἑρμείαο πόλιν, ναυσίκλυστον ἄκρην
Κωρύκιον ναίουσι· ——

qui versus Valeriani numum, ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. ΑCΥ. ΝΑΥΑΡΧΙC inscriptum, explicant. Joannes πόλεως Κερκετῆς τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας subscribit Constantinop. III. Synodo p. 670., pro Κωρύκου τῆς Κιλίκων.

Ἄδανα] In Actis Theophili, de quibus Lambecius L. VIII. Bib. Vindob. p. 75., Ἄδανα τῆς τῶν Κιλίκων δευτέρας ἐπαρχίας· & apud Eutychianum in ejusdem Vita C. 1. die IV. Febr. Oper. S., sed perperam; *primæ* enim *Ciliciæ* in Chalced. Concil. p. 660. atque aliis accensetur.

Ἀγυσία] Ἀνγέσα, ut bene Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 6. p. 241. correxit; quam urbem Latino nomine decoratam credibile est, ut a Sebaste hujus provinciæ discerni posset. Theodorus πόλεως Ἀνγέσης est in Chalcedon. p. 660., & numis ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ in Thesaur. Britan. tom. II. p. 242.

Μάλχ&] Verum Μαλλὸς erit, quod oppidum loco edito non longe a Pyramo positum erat, neque multum a Tarso; cum cujus etiam civibus de vicino litore & agris circa lacum disceptabant apud Dionem Chrysostomum Tarsica II. p. 426. Reddere urbem If. Casaubonus eidem Chrysostomo Orat. XLV. p. 516. voluit. τί δὲ ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς, inquit Orator, γενομένης χειροτονίας; ἐξῆλθον, ἐδὲ μᾶλλον ὠφθησόμενος τοῖς

μγ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΚΙΛΙΚΙΑΣ β' ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ θ'.

ἈΝΑΖΑΡΒΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑ, ἌΙΓΕΑΙ, ἘΠΙΦΑΝΙΑ, ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, ῬΩΣΟΣ, ἘΙΡΗΝΟΥΠΟΛΙΣ,

[a] ΦΛΑ-

τῆς γεγενόσιν· cum enim τὸ μᾶλλον, quid in vulgata vellet lectione, non appareret, ἐξῆλθον εἰς Μαλλὸν· ἐ ωδ ψυχὴν τῆς γ. refinxit, plausibili, nisi *Mallos* plurimum a Prusa distaret, conjectura: aliter Seldenus in Anecdot. Wolfii tom. I. p. 273. instituit: mihi parvo molimine, ἐδὲ μείων ωδ ψυχεῖν τοῖς γ. *cum decrevissem factis non adesse*, succurri posse Dioni videtur.

Ζεφύριον] In Menaeis VI. Jun. de Dula ἔτ ἦν ἐκ Ζεφυρίᾳ Πραιτωριάδ, ἐπαρχίας τ Κιλικίας· unde Prætoriadem dictam fuisse putares: at non ipsa urbs, sed vicus illi vicinus eo cognomine fuit; nam Dulas ipse in Actis tom. II. Jun. p. 1044. ἔθνος μέ εἰμι, inquit, Κιλίκων, κώμης δὲ Πραιτωριάδ. Aberat Zephyrium M. P. XXXIV. Tarso, si iisdem Actis fidere fas est; ejus episcopus Petrus πόλεως τ Ζεφυρίᾳ τ πρώτης τ Κιλίκων ἐπαρχίας in Constantinop. III. p. 670. dicitur.

Κιλικίας β'] Hanc provinciam, priori abstractam, & Anazarbum metropolin Theodosius II. fecit, Malala tom. II. p. 69. auctore: τὴ Κιλικίαν δευτέραν ἀπομείσας ἀπὸ τῆς πρώτης ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαιον μητροπόλεως Ἀναζάρβῳ τῇ πόλει. cui tamen utrum tuto assentiaris, dubites: nam in Notit. Imp. Orient. utraque Cilicia memoratur, & *Præses* Ciliciae, cujusmodi magistratus huic fuit impositus, est in Actis Claudii sub Diocletiano apud Ruinart. p. 266., & sub Constantio in L. 24. C. Theod. de Appellat. atque in Ammian. L. XXIII. C. 2.

Ἀνάζαρβ] Hanc Metropolin præter Malalam Synodus Mopsuestena frequenter memorat. Vid. Concil. Constantinop. II. p. 119. & Ant. Itin. p. 213.

Μοψεσία] *Mopsuestia Colonia Christianissima* in Actis Constantinop. II. p. 118, quo titulo quando ornari fuerit cœpta equidem ignoro: ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΣ in Thes. p. CLV. 4. & *liberum oppidum* Plinio. Vid. Itin. H. p. 580.

Αἰγαί] *Civitas Aegea* in Actis S. Claudii C. 1., & *Aegaea* in Synodo Mopsuestana inter Concil. Constantinop. II. decreta p. 118. Αἰγαῖα Constantino Imp. L. I. Them. 13., Basilio M. Epist. 244. Patrophilus episcopus τῆς ἐν Αἰγέαις ἐκκλησίας, prorsus ad Hieroclis mentem. Vide Anton. Itin. p. 146. Situm oppidi Acta S. Zenobii in Lambecii L. VIII. Bibl. Caesar. p. 256. accurate ita describunt: Αἰγαὶ πόλις ἐστὶν ἐπὶ κόλπῳ μ Ἰονίῳ κειμένη, ὑπὸ Κιλίκων δ οἰκουμένη· ἧς τὸ μ ἄνθος ἄπειρον ἐ πολύ· πλάτειαν δ ἱκανῶς εἰς μῆκος διήκουσαν ὁ τ γείτον θαλάσσης ὄρμ ἐνδέχεται· male tamen κόλπῳ Ἰονίῳ adstruitur, quæ Ἰσσικῷ vicina fuit.

Ἐπιφανία] *Epiphaniam Ciliciae oppidum* Ammianus L. XXII. C. 11. appellat. Basilius πόλεως Ἐπιφανείας τ δευτέρας τ Κιλίκων ἐπαρχίας Constantinop. III. p. 670. & Nicetas *Epiphaneorum civitatis* Constantinop. II. p. 132. subscripsit. De *Alexandria* Itiner. H. p. 580.

Ῥῶσος] Assidebat Issico sive *Rhoso*, ut Polyaeno dicitur, sinui: Theodoretus Philoth. C. 10. Ῥῶσος ἐστὶ Κίλισσα πόλις, ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τ Κιλίκιον κόλπον· Proxime urbem saxum erat excelsum, quod Ptolemaeus & Stephanus Ῥωσικὸν σκόπελον vocant: ejusdem meminit Polyaenus L. IV. C. VI. 9., etsi nunc vitio deformati: ὁ μ Σωσιγένης, inquit, ἐπὶ Ὀρθωμάγυ διέτριβεν, ἀποσκοπῶν τὴν τ πλάγυς κίνησιν· nihil enim hic est Ὀρθωμάγυ, Celticum quid spirans, vocabulum. Abr. Ortelius de *Orthosiade*, Phoenices oppido, cogitavit; quod cum longius a Rhoso & vocabuli ductibus distet, ὀρθὴν πάγυ malim, quo modo ὀρθὴν πέλεκυς L. IV. C. III. 23. dixit: posses etiam ὀρθοπάγυ legere ob hæc Plutarchi in Sylla p. 463. ἔστι δ κορυφὴ τραχεῖα κ τροβιλῶδες ὄρ, ὁ καλεῖθ ὀρθόπαγον.

Εἰρηνόπολις] Paullus Εἰρηνοπόλεως τ δευτέρας τ Κιλίκων ἐπαρχίας est in Constantinop. III. p. 670., & in Hilarii Fragm. Operis Histor. *Narcissus Irenopolis*, qui cum Νάρκισσ ἀπὸ Νερωνιάδ Athanasio Apol. cont. Arian. p. 155. sit, monuerunt Benedictini *Neropolis* in Hilario olim fuisse, parum sane considerate, siquidem *Neronias* & *Irenopolis* eadem urbs est, & Nar-

[a] ΦΛΑΒΙΑΣ, ΚΑΣΤΑΒΑΛΑ.

μδ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΚΥΠΡΟΥ ΤΗΣ ΝΗΣΟΥ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ιέ.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [b] ΤΑΜΑΣΣΟΣ, ΚΙΤΙΟΝ, [c] ΑΜΑΘΟΥΣ, [d] ΚΟΥΡΙΟΝ, ΠΑΦΟΣ, [e] ΑΡΣΙΝΟΗ, ΣΟΛΟΙ,

a Φλαβία *Bandur. & Schelſtr.* b Ταμασὸς MS. L.. c Ἀμαθουσία omnes *præter MS. L.* d Κόρην *Car. a S. Paul.* e Ἀρσένοε *editi, codex Leid.* Ἀρσινόε & mox Κυρβοῖα.

ciſſus Sozomeno L. III. H. E. C. 10. præſul Εἰρηνοπόλεως & Κιλικίας dicitur. Videtur *Neroniadis* nomine donata a Claudio, quod ſub Domitiano Imp. jam depoſuerat; diſcimus hoc ex egregio Gazae Wildianae numo, qui una parte ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ. ΔΟΜΙΤΙΑ... & altera ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ. ΒΜ. cum figura turribus ornatæ mulieris, rupibus inſidentis, è quorum pede amnis emergit: æra in Claudii principatum, ſi conferantur numi, quos Vaillantius habet, incidet.

Φλαβιὰς] Φλαυιόπολις Ptolemaeo & numis ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ in Theſ. Britan. tom. II. p. 250. & Vaillantio p. 378., è quorum ſignata epocha a Veſpaſiano Imp. inſtauratam dicere oportet: *Flavias* Itin. Anton. p. 212., & Chalcedon. Concil. p. 660., ubi Joannes ἐπίσκοπος Φλαβιάδος.

Καστάβαλλα] Καστάβαλα. Appianus Mithridat. p. 403. τῆς Κιλικίας πόλιν Κάβαλα, quam ego Καστάβαλα credo, memorat. Adfuit Concil. Conſtantinop. III. p. 670. Theodorus πόλεως τῆς Καστωλῶν, pro Καστάβάλων. Vid. Itin. A. p. 146.

Ὑπὸ Κονσελάριον] Sub Auguſto provincia erat στρατηγικὴ ſive *Prætoria*, teſte Strabone L. XIV. p. 684. & fine L. XVII., etſi poſtea ad jus populi redierit, ipſo concedente Auguſto, & Proconſuli paruerit, ut ex Dione L. LIV. p. 589. Jo. Alberti in Actor. Apoſt. C. XIII, 7. oſtendit: recte ergo Sergius Paullus ibi ἀνθύπατος dicitur; præſertim cum & Cominius Proclus in Cypriorum apud Vaillantium numo ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ, & Cajus Antius Quadratus ΚΡΗΤΗΣ ΚΑΙ ΚΥΠΡΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ in lapide Sponii tom. I. Itiner. p. 413. appelletur: poſt dein Conſulari ſubdita eſt, cujus & Notit. Imp. Or. C. 1. meminit.

Πόλεις ιέ] L. Holſteinius in MS. Farneſiano, cui & duæ ultimæ urbes manu recentiore erant additæ, πόλεις ιγ' reperit: idem in priſtinis Conſtantini L. I. Them. 15. editionibus inerat, ſed & aliis dein ex MSS. XV. urbes in Conſtantino ſunt expletæ: cumque ultimæ urbes ante Hieroclis ætatem fuerint ſatis celebres, nihil cauſſæ video, quam ob rem quid mutetur.

Κωνσαντία] *Salamis* eſt, quam inſulæ metropolin Epheſina Synodus p. 779. & Imp. Leo in Epiſt. tom. IX. Concil. Lab. p. 267. imponunt. De ea abunde Jo. Meurſius L. I. Cypri C. 20.

Ταμασσὸς] Sic præter Ptolemaeum Strabo, Conſtantino Imp. Ταμασὸς, cui Nonnus Dionyſ. L. XIII. 445. & Epaphroditus πόλεως Ταμασσῦ Concil. Chalcedon. p. 670. adſtipulantur: cum vero ΤΑΜΑΣΙΩΤΩΝ ſit apud Goltzium numus, non dubium eſt, quin id præſtet. Adde Ovidium L. X. Metamorph. 644.

Κίτιον] Aberat ſtadiis CC. Salamine apud Diodorum L. XX. p. 785. De eo præter Meurſium L. I. C. 10. S. Bochartus L. III. Phaleg. C. 5.

Ἀμαθοῦς] Hoc malim ex MS. Lugdun. & Conſtantino: nam Ἀμαθουσία gentile eſt, cui ſi πόλις addatur, ferri poterit. Heliodorus πόλεως Ἀμαθοῦντος eſt in Chalcedon. p. 670.

Κούριον] Et hoc ex Conſtantino præfero, cujus epiſcopus *Curienſis* in Epheſino p. 779. appellatur. Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 7. p. 273. noſtri Κόρην cum Plinii *Corineo* aliquid commune habere ſuſpicabatur, quod ego, cum dubiæ ſit fidei, & Conſtantinus Κούριον hinc depromſerit, huc arceſſere nolim.

Πάφος] Cyprum inſulam huic urbi cognominem feciſſe Servium, Iſidorum atque alios, Anton. Itiner. p. 526. adſcripſimus: Ovidium addo L. X. Metamorph. 297.

Illa Paphon genuit, de quo tenet inſula nomen.

Ἀρσινόη] Recte Conſtantinus: olim hæc urbs *Marium*

ΣΟΛΟΙ, ΛΑΠΙΘΟΣ, ΚΙΡΒΟΙΑ, [a] ΚΥΘΡΟΙ, [b] ΚΑΡΠΑΣΙΟΝ, ΚΥΡΗΝΙΑ, [c] ΤΡΙΜΙΘΟΥΝΤΩΝ, ΛΕΥΚΟΥΣΙΑ.

μέ. ἘΠΑΡ-

[a] Κόνροι *idem.* [b] Κάρπασιν *editi.* [c] *Absunt bina hac voces è MS. Leid., Holst. invenit in Farnes., sed recentiore manu additas.*

Marium erat, Stephano teste; estque ejus rex apud Diodorum L. XIX. p. 701. ὁ ϗ Κιτιεὺς καὶ Λαπίθῳ, ἔτι ϗ Μάρῳ καὶ Κερυνίτης τὼ φὼς αὖθις φιλίαν συντίθεται, ubi tamen Μαριεῦς oportuerat; id enim urbis gentile: eundem Σλασίοικον τὸν βασιλέα τῶν Μανίων p. 704. & Σλασίοικον τὸν τῶν Μαλιέως p. 719. vulgo libri appellant, rectius utrobique τῶν Μαριέων nuncupaturi. Scio Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 7. p. 273. posteriorem advocasse, ut Μάλον ejusdem Diodori L. XII. p. 73. tueretur; quod cum nusquam alibi sit lectum & Stasioecus *Mario* imperaverit, putem ad eandem formam esse refingendum: nam Arrianus, cui testimonium Jo. Meursius L. I. C. 13. denuntiavit *Mali* causa, nihil prodest: meminit sane L. II. de Exped. Alexand. C. 20. *Solorum* & *Malli*, quæ Ciliciae oppida fuisse, nemo ignorat. Adde Jac. Gronovium, mihi consentientem, in Scylacem p. 98.

Σόλοι] Acta Auxibii C. 1. pagum *Limnen* M. P. IV. ab urbe semovent & Σολίων πόλιν appellant, & jure: nam Σόλιοι ab hac urbe, sicuti ab ejusdem nominis in Cilicia Σολεῖς, appellabantur, qua de re supra ex Arati Vita. Galenus L. IX. ἀπλ. φαρμακ. p. 125. τῶν ἐν Κύπρῳ Σόλων meminit & metallorum, quæ stadiis XXX. ab oppido aberant.

Λάπιθος] Non aliter Acta Auxibii C. 1., Ptolemaeus, Didymus πόλεως Λαπίθης in Chalcedon. Concil. p. 670., & βασιλεὺς Λαπιθίας apud Diodorum L. XIX. p. 719. & Λαπιθίῳ p. 701.; tamen cum ΛΑΠΗΘΕΩΝ numus sit apud Goltzium, & veterum plures, a Meursio L. I. C. 12. conducti, Λάπηθον vocent, id malim.

Κιρβοΐα] Constantino L. I. Them. 15. Κερμία, quam Jo. Meursius L. I. C. 9. a *Ceronia* sive *Cerunia* haud differre autumat: at eam post deinde Hierocles & Constantinus recensent; quare, donec felicior manus vitium deterserit, *Cremaseam* arbitrabor, qua de Nonnus L. XIII. 455.

Οἱ ῥ' εἶχον Κρεμάστην, ἁλιστεφὲς ἔδος ἀρούρης.

Κύθροι] Κυθηρία Car. a S. Paullo margini editionis suæ adscripsit, favetque Constantinus: quæ tamen conjectura, quoniam hoc nomine urbem Cyprus ignoravit, ut bene contra Meursium Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 7. p. 281. asseruit, rejicula esse debet. Intelligitur mediterranea insulæ urbs, quæ Χύθροι aliis & Concil. Chalcedon. p. 671.; cum nostro facit Spyridon præsul Παλαιᾶς ἤτοι Κύθρων in Nicaeno II. p. 351. & 571.

Καρπάσιον] Ex Constantino recepimus, sententiam L. Holsteinii in Stephan. secuti ob Plinii L. V. C. 31. *Carpasium:* ceteri Καρπασίαν probant.

Κυρήνια] Κυρήνεια Constantino, Stephano in Πηγῇ dicitur Κυρήνια, quam Berkelius imprudenter Κυδωνίαν esse jussit, Cretam cum Cypro confundens: nec dissentit Menologium Canisianum VI. Maji. Verior tamen, nisi diversæ fuerint urbes, erit Κερυνία, cujus rex Κερυνίτης Diodoro dicitur L. XIX. p. 701., etsi male p. 704. Κερυννία & p. 719. Κεραυνία. Putarem non aliam etiam esse L. XX. p. 783. Οὐρανίαν, nisi illius patrocinium Nonnus profiteretur L. XIII. 452.

——— —— Καὶ Οὐρανίης πέδον ἔδρης,
Ἀθερέῃ κενεῶνι ἐπώνυμον.

ubi cum *atherium ventrem* vertunt, non bene ad Nonni consuetudinem dictionemque animum advertisse videntur: αὐθέριον κενεῶνα ipsum appellat cœlum, ut L. IX. 82. χθόνιον κενεῶνα terram, & L. XLI. 3. ὅλης κενεῶνας ἀρούρης agros, quamquam, ut vere dicam, satis insolenter.

Τριμιθούντων] Ch. Cellarius L. III. G. A. C. 7. p. 276. Τριμιθοῦντ᾽ legi posse arbitratur, sicuti ex Hydrus fit Latine *Hydruntum*, ex Sipus *Sipuntum*; cui, si usquam *Trimithuntum* legeretur, haud difficulter adstipularer. Videntur librarii ὁ Τριμιθούντων dedisse, ut ejus episcopus, sicuti in aliis Notitiis assolet, intelligeretur, male tamen; siquidem hæc ab Ecclesiastica distat.

Λευκουσία] Diversis hæc nominibus fuit usa: Hieronymus Catal. Script. Eccles. C. 92. *Triphyllius, Cypri Ledrensis, sive* Λεδρέων *episcopus,*

μέ. ΕΠΑΡΧΙΑ ΙΣΑΥΡΙΑΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ κγ'.

ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [a] ΚΕΛΕΣΔΕΡΗ, ΑΝΕΜΟΥΡΙΟΝ, ΤΙΤΙΟΥ-

a *Codex L.* Κελδύδεμν, *Bandur.* Καλεσδέρη.

pus, eloquentissimus sua ætatis & sub rege Constantio celeberrimus fuit. Sozomeno L. I. H. E. C. 10. Triphyllius τῶν Λεδρῶν dicitur: quem hinc fuisse ex Actis ejus C. 1. colligo, ubi Τριφύλλῳ ἐπίσκοπῳ Λευκωσίας, τῆς νῦν μητροπόλεως Κύπρου. & C. 3. ψήφῳ θείᾳ τῶν Καλλινικήσεων ἐπὶ πολὺ, νῦν δὲ Λευκωσίας προχειρίζεται. Non diffiteor D. Papebrochium tom II. Jul. p. 682. duos nobis Triphylios esse commentum, quorum alter Ledrorum, alter *Leucosiæ* fuerit præsul; qui si ad ea attendisset, quæ ex Actis S. Spyridonis Lambecius L. VIII. Bibl. Caesar. p. 311. excerpsit, eam haud dubio conjecturam damnasset: inibi enim Τριφύλλῳ ἐπίσκοπῳ τῶν Καλλινικήσεων πόλεως, ἤτοι Λευκῶν Θεῶν ἁγίας καὶ Θεοῦ ἐκκλησίας· quæ perspicue docent, in Triphyllium Spyridonis æqualem, ea omnia convenire; atque eandem prorsus esse *Ledrorum, Callinicensium* & *Leucosiæ* urbem: imo vero in Hieronymi Catalogo non Λευπεῶν sed Λευκῶν θεῶν rectum esse.

Ὑπὸ Ἡγεμόνα] *Præsidem* Diocletiano Imp. Isauriam habuisse Theodorus Iconiensis in Epist., quæ tom. III. Jul. ab Antwerpiensibus est vulgata p. 26., ostendit; Notitia Imp. Orient. eum non habet, sed *Comitem rei militaris Isauriæ*, cujus etiam Ammianus L. XIV. C. 2. & L. XIX. C. 13. commeminit. Puto & *Præsidem* & *Comitem* habuisse, quorum hic rei militaris curam gereret, & Isaurorum latrocinia compesceret, ille vero rem civilem curaret. Justinianus dein Novella XXVIII. utramque administrationem conjunxit & uni Comiti mandavit.

Σελεύκεια] Provinciæ *Metropolin* Theodoretus L. II. H. E. C. 26. facit, & maxime Basilius Seleucensis extremo L. I. de Vita S. Theclae: πόλις δέ ἐστιν αὕτη τῆς ἑώας ὀρέων ἐν προοιμίῳ κειμένη, προεδρεύουσα δὲ τῆς περιοικουμένης πάσης Ἰσαυρικῆς πόλεως, περάσαις θαλάττῃ, πολαμοῖς γέιτων· Κάλυδνος ὄνομα τῷ ποταμῷ, ἐρχομένῳ μὲν ἀνωθὲν ἀπὸ τῆς Κηπδοκιπων χωρίων· quæ & Metropolin fuisse, & maritimam ac Calycadno, quem *Calydnum* appellat, id, quod Stephanus in Ὑρία prodit, firmans, vicinam: addit dein, tanto splendore atque amœnitate esse, ut multas exsuperet & quibusdam exæquetur: cum Tarso autem, elegantissima urbe, montibus, situ, aëris temperie, fructuum copia, & rerum venalium abundantia aliisque ad elegantiam & utilitatem rebus de palma certet: celebrari in urbe quotannis varia ludorum genera, quæ *Olympia* appellent, & in quæ non immerito Orat. XXVII. p. 148. invehitur. Zosimus L. I. C. 27. Σελεύκειαν τὴν πρὸς Κιλικίαν vocat, & Apollinis Sarpedonii, in quo oracula redderentur, templo insignem fuisse, cujus & Basilius L. I. Vitæ Theclae p. 275. & L. II. de Mirac. Thecl. C. 2. & 26. mentionem fecit. Perperam Σελεύκεια ἡ ἐν Καισαρείᾳ in Symeonis Stylitae Actis C. 25. tom V. Maji p. 384., rectius Seleucia Τραχεῖα aliis, quod in Isauria Τραχείᾳ, de qua Candidus apud Photium Cod. LXXIX., esset.

Κελεσδέρη] Κελένδερις est, quæ *Celendris* Melae, quamquam *Citandaris* MS. D'Orvilliani ad *Celenderin* propior est. Condita est a Sandoco sive Sandaco, si Apollodorus L. III. Bibl. p. 193. fidem meretur, patre Cinyrae, quem ex Pharnace, quam Apollodorus Θανάκην vocat, genuit. Vid. Hesychium in Κινύρεως, & Suidam in Καταγηράσαις, ubi mallem nihil a Kustero mutatum.

Ἀνεμούριον] Sita erat in ejusdem nominis promontorio, olim Ciliciae contributa: meminerunt urbis Acta S. Barnabae, quæ Joannes, ejus comes, videri vult digessisse, tom. II. Jun. p. 432.: refert se cum Barnaba Laodiceae in Syria navim, ut Cyprum peterent, conscendisse, adversoque conflictatos fuisse vento: sed ipsum quid dicat audire est operæ pretium; ἤλθομεν εἰς τὴν Κορασίαν· ἐκεῖθεν δὲ ἤλθομεν εἰς Παλαιὰς τῆς Ἰσαυρίας, κἀκεῖθεν ἐλθόντες εἰς νῆσόν τινι Πιτυοῦσῃ καλουμένῃ· ἐκεῖθεν δὲ παρεπλεύσαμεν τὰς Ἀκονησίας, καὶ ἤλθομεν εἰς πόλιν Ἀνεμούριον· ubi observari velim insulas *Pityusam* & *Aconesias*, vix alibi.

ΤΙΤΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΛΑΜΟΣ, ᾽ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ, ᾽ΙΟΥΛΙΟΣΕΒΑΣΤΗ, ΚΕΣΤΡΟΙ, ΣΕΛΙΝΟΥΣ, [a] ᾽ΙΟΤΑΠΗ, ΔΙΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ, ᾽ΟΛΒΗ, ΚΛΑΥΔΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΙΕΡΑΠΟΛΙΣ, ΔΑΛΙΣΑΝ-

a *Vulgo* ᾽Ιοπάτη.

alibi obvias; præterea Coraſium idem ac *Pſeudocoraſium* eſſe Stephani, & Παλαίας *Palaeas* ab Ammiano bene deſcribi, etſi male ejus libri *Paleas* vocent, L. XIV. C. 2.

Τιπέπολις] Habet urbem Conſtantinus L. I. Them. 13., quam Domitius præſul Τιπεπόλεως & ᾽Ισαύρων ἐπαρχίας Concil. Conſtantinop. III. p. 671. firmat.

Λάμος] Situm ad ejusdem nominis amnem habebat, unde & vicina regio Λαμωνὶς apud Stephan. in ᾽Αντόχεια. Vid. Nicaenum II. p. 599.

᾽Αντόχειαι] Poſita in Lamotide erat, quamobrem ᾽Αντόχεια ἡ Λαμωνίδος in Concil. Chalcedon. p. 528. dicitur, & quidem in colle circa mare, ut Theophanes Chronograph. p. 119. docet: τότε πρὸ ἔτει, inquit, Λογγῖνός τις ὁ λεγόμενος Σελινέντιος τῶν ᾽Αντοχειῶν ἡ ᾽Ισαυρίας οἰκῶν, ἐπὶ τινος ὄρους κειμένην ὑψηλῷ καὶ τῶν μεσημερινὴν ἡ χώρας θαλασσαν, ἐσηγμένου τοῖς ᾽Ισαύροις τὰ τροφίμου. Mons, cui impoſita erat, *Cragus* dicebatur, ut Ptolemaeus docet.

᾽Ισαυροσεβαστὴ] Hujus epiſcopus in Synodica provincialium Epiſtola tom. IX. Concil. Lab. p. 319. Sebaſtianus *Sebaſtiae* dicitur: nam quod Car. a S. Paullo vitium ibi ſuſpicatur, atque ex Cilicia I. eam inter Iſauros migraſſe, id hac Notitia falſi arguitur.

Κέστροι] Epiphanius πόλεως Κέστρων eſt in Chalcedon. p. 659., qui peſſime p. 573. Κέστρων ἡ Συρίας pro ᾽Ισαυρίας ſcribitur. Ptolemaeo Κλῦστρος & in Palatino & Coislin. MSS. Καῦστρος, unde Κέστρος formari oportet.

Σελινοῦς] *Trajanopolin*, quod Trajanus ibi vitæ finem habuiſſet, dictam fuiſſe ex Ulpiano Xiphilinoque compertiſſimum habemus; rediit dein priſtinum urbi nomen, cujus ſitum egregie deſcribit Baſilius Seleucienſis L. II. Mirac. S. Theclae C. 11. Σελινοῦς ἐστὶ πόλις μικρὰ μὲν καὶ ἐφάλιος, μεγίστη ποτὲ καὶ εὐδαιμονοῦσα τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης· ἐπίφθονος δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἔστι τοῖς πολεμίοις. Parvam ſuo tempore ait urbem eſſe & maritimam, olim cum pax eſſet, magnam & felicem, & propterea hoſtium invidiæ expoſitam: ταύτην, pergit, ὀχυρὸν καὶ θαλαττία μὲν ὑποζώννυσιν, ὥσπερ τὶς περιελήλαμβεν ἄφρος ἀχειροποίητος καὶ κρημνὸς ὃ ὑπέφαινε φύσεως, κηθάπερ τι κράνος κεφαλὴν, φυλάττει τε καὶ ἐποίει πολεμίοις ἐπίδρομον. Itaque cum mari, tamquam a natura facta foſſa, fuerit incincta, & prærupta rupes eam, ut caput galea, defenderit, apparet munitiſſimo fuiſſe loco. Vid. Ampl. Corn. van Binkershoek L. V. Obſerv. Jur. C. 21.

᾽Ιοπάπη] Ita MSS.; Ptolemaeo ᾽Ιωπάπη & Chalcedon. Concil. p. 659. Vid. H. Noriſium Diſſert. II. de Epochis p. 135.

Διοκαισάρεια] Ejus epiſcopus Joannes πόλεως Διοκαισαρείας in Chalcedon. p. 659. dicitur. Vid. Noriſium Diſſert. V. de Epoch. p. 562.

᾽Ολβη] Non multum a Seleucia ſeparatam fuiſſe Baſilius L. II. Mir. S. Theclae C. 8. ſignificat, ἀσυγκέντρωτα πόλιν, ἣ ὄνομα ἐστὶν ᾽Ολβα, appellans. Theodorus πόλεως ᾽Ολβης & ᾽Ισαύρων ἐπαρχίας Conſtantinop. III. ſubſcripſit. Plura in Ant. Itin. p. 212.

Κλαυδιόπολις] Colonia erat, a Claudio deducta, Ammiano teſte L. XIV. C. 8., olim, ſi Theod. Ruinartus ad Epiſt. Theodori Iconienſis Act. Sincer. p. 478. non fallit, *Iſaura*: falſum tamen puto, & Ammiani verbis, non, ut oportuerat, intellectis, deceptum: nam & Ptolemaeus & Hierocles & ipſe Ammianus utramque diſtincte memorant. Vide, quem ſignavi locum cum Valeſii nota. Sita *Claudiopolis* erat in Iſauriae mediterraneis, inque planitie inter duo Tauri juga, μεταξὺ τῶν δύο Ταύρων ἐν πεδίῳ κειμένη, inquit Theophanes Chronograph. p. 119.

Ἱεροπόλις]] Novit hanc Iſauriae *Hierapolin* Chalcedon. Concil. p. 674. Fortaſſe & huc pertinet rariſſimus ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΠΥΡΑΜΩ numus Theſ. Britan. tom. II. p. 114.; etſi enim Pyramus Ciliciae ſit flumen, nihil impediet ſi ad ejus fontes, unde & juvenis ſpecie in numo emergit, hanc urbem quæramus atque extra ejus provinciæ terminos: præſertim cum plura veteris Ciliciae oppida Iſauriae deinceps ſint transſcripta.

ΔΑΑΙΣΑΝΔΟΣ, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΙΣ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, ΜΩΛΩΗ, ΔΑΡΑΣΟΣ, ΖΕΕΔΗ, ΝΕΑΠΟΛΙΣ, [a] ΛΑΥΖΑΔΟΣ.

μϛ'. ΕΠΑΡ-

a *Ita Constant. Imp., vulgo* Λαωζαδαῖς, *MS. Leid.* Λαωξαδάλη.

Δαλισανδὸς] Appoſita erat monti excelſo ſed amœno & irriguo, ad vilem & miſeram conditionem redacta Baſilii tempore: Δαλισανδὸς ἐστι πόλις, inquit L. II. Mirac. S. Theclae C. 10., ἡ πόλεως εἴδωλον, ὃν τοῖς ἀφανέσι μῦ καὶ ἀνωνύμοις ἐπερίμιμνεν. Credebatur a Sanda Herculis filio & Damalide eſſe dicta: Idem Baſilius L. II. Mir. S. Thecl. C. 15. de Euſebio & Hyperechio καὶ γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ὡρμῆντο τῆ Δαμαλίδος τε καὶ Σάνδα τοῦ Ἡρακλέους τοῦ Ἀμφιτρύωνος· ad hanc enim urbem ea pertinere cum Cl. Ti. Hemſterhuſio exiſtimo, non ad Tarſum, quæ Henr. Valeſii in Ammian. L. XIV. C. 8. erat ſententia; etſi enim Ammiani *Sandan* viri doctiſſimi opinioni quodammodo patrocinetur, obſtat tamen Damalis, quæ cum *Sanda* conjuncta Δαμαλισανδὸν & contracte Δαλισανδὸν format: ne dicam Baſilium Tarſi cum meminit ſemper honoris titulos addere, ut L. I. Vit. Theclae p. 275. Τάρσου ἡ καλὴ, & L. II. C. 10. ἡ μεγάλη, & C. 13. ἡ κάλλει καὶ μεγέθει λαμπρὰ καὶ σύδαίμων· Ad hoc, urbis apud Baſilium conditor Sandas Herculis filius fuit, cum Ammiani *Sandan ex Aethiopia ſit profectus, vir opulentus & nobilis*, & diverſæ propterea originis videatur: quod tamen urgere nolim, cum in Heroum genere ſecum invicem ſæpe diſſentiant veteres; certe non laudavero nec Valeſii, qui pro *ex Aethiopia*, quoniam MSS. quidam *ex Aechio* ſcribunt, *ex Chio profectus* emendavit, conatum, nec Gronovii *ex Metachio* vel *Metachoio* corrigentis. *Sandes* enim ſive Hercules ſeu Herculis filius peregrinus fuit, & ex ultimis Indiæ locis, quam cum *Aethiopia* ſæpe permiſceri notum eſt, in Ciliciam invaſit: docemur hoc a Nonno L. XXXIV. 196., cum Morrheum, Indorum regis generum & copiarum ducem, Ciliciam domuiſſe ac *Sandam* inibi appellari perhibet:

—— —— Ὅθεν Κιλίκων ἐνὶ γαίῃ
Σάνδης Ἡρακλέης κικλήσκεται ἐστὶ Μόῤῥώς.

ubi, ut a doctiſſimo Cunaeo quid mutaretur, nihil fuerat neceſſe, uti nec ab Harduino in Plinii L. VI. C. 20: Indus enim fluvius, *incolis Sandus appellatus*, Herculi huic Indico videtur merito cognominis. Nec Indis tantum *Sandes* in honore erat, verum & Perſis, quos Agathias, cujus mihi indicium fecit Hemſterhuſius noſter, L. II. p. 62. Herculem *Sanden* nuncupare teſtificatur. Itaque ſi a *Damalide* & *Sanda Daliſandus* ſit, vix mihi perſuaderi patior, Δαλίσανδα urbem fuiſſe, tametſi teſtem citet Stephanus Capitonem L. I. Iſauricorum, unquam dictam. Novi quid Victorinus Grammat. p. 2470. quid alii de Λ & Δ inter ſeſe commutatis ſcripſerint: ſed alia hic & multo diverſa eſt ratio: neque enim *Damalin* & *Lamalin* dixiſſe credibile eſt: potius arbitror in Capitonis Iſauricis conformatione literarum Λ & Δ erraſſe librarios, eaque ratione Δαλίσανδα eſſe nata.

Γερμανικόπολις] Inter Iſauriae mediterraneas Conſtantinus L. I. Them. 13. locat. Γερμανικόπολις τῆς Ἰσαυρίας Concil. Chalcedon. p. 659.

Εἰρηνόπολις] Diſtinguenda hæc eſt ab ejusdem nominis in Cilicia II. urbe, ut ſtudioſe fit in Conſtantinop. II. p. 670. & 671.; nam & Paullus Εἰρηνοπόλεως τῆς δευτέρας τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας, & Georgius Εἰρηνοπόλεως τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας ſubſcribunt. Baſilius L. II. Mirac. S. Thecl. C. 18. πόλιν καθ' ἡμᾶς Εἰρηνόπολιν, ut a Ciliciæ urbe diſtinguat, nuncupat.

Φιλαδέλφεια] Eſt in Ptolemaeo & Concil. Chalcedon. p. 659. Sequentem legere non memini. Habet Stephanus Iſauriæ urbem MONOBAΣ ex Capitone, quam noſtram eſſe, non finivero.

Δαρασσὸς] Puto Car. a S. Paullo Ἀδρασσὸν recte correxiſſe: Stephanus πόλεως Ἀδρασσοῦ τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας eam urbem, male in Geographia S. neglectam, requirit Concil. Conſtantinop. III. p. 671.

Ζεέδη] Σβίδη aliis Notitiis, Βίδη Chalcedon. Synodo p. 674.

Νεάπολις] De hac nihil dixero, niſi Suidam ejus nobis memoriam ſervaſſe in Ἰνδικῷ·

Λαύζαδος] Ita Conſtantinus L. I. Them. 13., ubi

μϛ' ΕΠΑΡΧΙΑ ΣΥΡΙΑΣ ά ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ζ'.

ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ Η ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ, ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ, ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ, ΓΑΒΑΛΑ, ΠΑΛΤΟΣ, ΒΕΡΟΙΑ, ΧΑΛΚΙΣ.

μζ'. ΕΠΑΡ-

ubi eam in Isauriae mediterraneis fuisse adfirmat.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Inscripta est Jo. Chrysostomi Epist. 139. Theodoro τῆς Συρίας Κονσυλαρίῳ· Vide & Jac. Gothofredum in L. 11. C. Th. de Cohortal.

Ἀντόχεια] Coeles Syriae Metropolin agnoscunt omnes. Vid. Ill. Spanhemium Dissert. IX. de Usu & Præst. Numis. p. 586.; hinc Eunapio in Libanio ἡ τῆς κοίλης καλουμένης Συρίας πρώτη πόλεων· Quam illi dignitatem Theodosius I. ob motam seditionem, prorsus ut olim Severus Imp., abstulit & Laodiceae transcripsit, teste Theodoreto L. V. H. E. C. 20., cui egregiam Jo. Chrysostomus Homil. XVII. ad Antiochen. p. 175. edit. Nov. lucem feret.

Σελεύκεια] Auctori L. I. Maccab. C. XI, 8. Σελεύκεια παραθαλασσία, cujus situm accuratissime descripsit Polybius L. V. C. 59. Libanius τὴν Σελεύκειαν appellat, quod cum non animadverteret interpres, turpiter lapsus est in Antiochico p. 363., τὴν ἐπὶ τῆς Σελεύκειας τύραννον, sic enim scripsit Libanius, *tyrannum a Seleuco* vertens: Eugenius intelligitur, qui Seleuciae, cum imperio Diocletianus praesset, tyrannidem invaserat: quo de egregie, ut solet, Hen. Valesius in Eusebii L. VIII. H. E. C. 6. Seleucensium numi superant plures, è quibus hic Gazae Wildianae notandus est; ΑΥΤΟΚΡ.... ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΡΙCΤ. CEB. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. & parte altera, CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΠΕΙΕΡΙΑC. Β. cum templo IV. columnis suffulto, in cujus medio mons, infra quem ZEYC KACIOC.; huic similem in Thes. Frider. C. IX. 11. cum Δ & in Num. Impp. Græc. Vaillantii p. 30. cum nota senarii reperies; quæ literæ nec Trajani annos, obstant quippe *Dacici* atque *Optimi* tituli, nec *novam designant aram, cujus initium repetendum foret a Trajani pietate, quam Jovi Casio in iis partibus probaverit*, quæ Cl. Liebe sententia: vetant Beroeënsium numi, iisdem Trajani titulis inscripti, inter Wildianos, quorum unus ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Β, alter Γ., tertius, quem vir egregius Select. Numis. Tab. XVII. vulgavit, H. præfert, & Chalcidensium apud Vaillantium cum signis A. & Δ.; neque enim, puto, vir doctus arbitrabitur, ad omnes Syriae urbes eam æram pervasisse, & passim Syros ex cultu Casii apud Seleucienses Jovis annos sub Trajano numerasse. Forte verius monetariorum notæ credentur, nobis nunc ignotæ. De *Laodicea* dictum alias est.

Γάβαλα] Πόλις τῆς πρώτης Συρίας Jo. Malalae tom. II. p. 88.; Theodoreto πόλις σμικρὰ καὶ χαμαιτύπη Histor. Religios. C. 28. Vid. Ant. Itin. p. 148.

Πάλτος] Aberat XX. M. P. Laodicea. Vid. Ant. Itin. p. 147. Justinianus hanc & *Laodiceam* & *Gabala*, Antiochiae quodammodo ademptas, novæ provinciæ, cui Theodoriadis nomen fecerat, prætereaque ex Syria II. *Balaneas* contribuit apud Jo. Malalam tom. II. p. 183.

Βέροια] De hac & Chalcide disputavimus ad idem Itiner. p. 193. Obiter hic Socrati auxilium feremus L. VII. C. 16. Ἐν Ἰμμεστῷ, inquit, ἔστω καλουμένῳ τόπῳ, ὃς κεῖται μεταξὺ Χαλκίδος καὶ Ἀντιοχείας τῆς ἐν Συρίᾳ, Ἰουδαῖοι συνήθως ἑαυτοῖς παίγνια ἐπιτίλειν τινά. flagitiose enim corruptum est vici nomen, in quo scelus, quod Socrates enarrat, Judaei patrarunt. Lege ἐν Ἴμμαις ϛδ, & vicum habebis, XX. M. P. à Chalcide disjunctum apud Theodoretum Histor. Religios. C. 7. atque in Tabula Peutingerorum. Firmat conjecturam, etsi in vocabuli numero & genere dissentiens, Theophanes Chronograph. p. 71. Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Ἴμμον παιδίον Χριστιανὸν συλλαβόντες. & Cedrenus, quamquam per παιδίον Theophanis in errorem impulsus, p. 276. Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Ἴμμον πεδίον Χριστιανὸν παῖδα συλλαβόντες· fecit ex vicinia soni ϛ παιδίε & πεδίε *Immum* campum, quem, si ad hæc attendisset Abr. Ortelius, circa Byzantium non quæsivisset.

Ὑπὸ

μζ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ΣΥΡΙΑΣ β' ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ ΠΟΛΕΙΣ η'.

ἈΠΑΜΕΙΑ, ἘΠΙΦΑΝΕΙΑ, ἈΡΕΘΟΥΣΑ, ΛΑΡΙΣΣΑ, ΜΑΡΙΑΜΗ, ΒΑΛΑΝΕΑ, [a] ἙΡΑΦΑΝΑΙΕ, [b] ΣΕΛΕΥΚΟΒΗΛΟΣ.

μη'. ἘΠΑΡΧΙΑ ἘΥΦΡΑΤΗΣΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ ΠΟΛΕΙΣ ιβ'.

ἹΕΡΑΠΟΛΙΣ,

ΚΥΡΟΣ,

a Ῥαφαναῖα *MS. Leiden.* b *Idem, ceteri* Σελευκόβολος.

Ὑπὸ Ἡγεμόνα] Distracta hæc est provincia a Coele Syria, ut Evagrius L. III. H. E. C. 32. docet, & quidem, si qua Malalae tom. II. p. 69. fides, a Theodosio II., quem & Apamiae jus Metropoleos dedisse adfirmat. *Præsidi* paruisse Notitia Imp. Orient. C. 1. monere haud neglexit.

Ἀπάμεια] Provinciae erat *Metropolis*, quamobrem τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας, episcopos, hujus urbis metropolitano subditos, Evagrius L. III. H. E. C. 34. appellat. Erat circa urbem vicus, χωρίον, cui Μάρατος Ζαβδάλης *Maratus Zabdales* erat nomen, tom. XI. Concil. Lab. p. 403. & 408. memoratus: vicinos ille habuisse videtur *Maratocuprenos*, de quibus in Ammian. L. XXVIII. C. 2., adfirmatque primam tituli grassatorum illorum, de qua dubitatum video, partem. Sequentes tetigimus in Anton. Itiner. p. 187.

Μαριάμη] Sic & Ptolemaeus: Arrianus L. II. Exp. Alex. C. 13. Μαριάμμην, Concil. Acta Μαριάμνην vocare adsueverunt: Vid. Synod. Constantinop. sub Menna tom. XI. Conc. p. 402. & Chalcedon. p. 659. L. Holsteinius & Ch. Cellarius ex Alexandrino Chron. Κώμην Μαριάμμην, in qua Gelasinus Martyr fuerit contumulatus, cum hac urbe componunt, quod ut recte fecerint, vereor: plane proxime Heliopolin ibi collocatur, a qua Ptolemaeus hanc longius removet: provinciæ quoque diversæ sibi vindicant, hanc Syria II., illam Phoenice ad Libanum. De sequente Ant. Itin. p. 148.

Ῥαφαναῖε] Ῥαφανέαι Ptolemaeo & Stephano, qui urbis gentile Ῥαφανεώτης esse addit. Lampadius Ῥαφαναίων πόλεως est in Chalcedon. p. 660., & Zoilus Ῥεεφάνης in Constantinop. sub Menna p. 402., satis vitiose.

Σελευκόβηλος] *Seleucia* est ad Belum sive amnem seu montem, neque enim alterutrum pro comperto est. Vid. Ch. Cellarium L. III. G. A. C. 12. p. 420. Sita erat in finibus Apamiensium: Theophanes Chronogr. p. 289. Οἱ δὲ Σκλαβῖνοι τούτῳ προσρυέντες σὺν αὐτῷ ἐν Συρίᾳ κατῆλθον χιλιάδες πέντε, καὶ ᾤκησαν εἰς τὴν Ἀπάμειαν χώραν ἐν κώμῃ Σκευοκοβόλῳ. Vertit Miscellae Hist. L. XIX. auctor: *Porro Sclavini ad hunc confluentes cum ipso descenderunt in Syriam numero quinque millia & habitabant in Apamiensium regione in castello Seleucobori.* Unde vides, legisse eum εἰς τὴν Ἀπαμέων χώραν, & bene: dein Σελευκοβόρῳ, quod ex Σελευκοβήλῳ natum est. Stephanus Σελευκόβηλον, & Σέλευκον, περὶ τῇ ἐν Συρίᾳ Ἀπαμείᾳ ἀρσενικῶς λεγομένην πόλιν distinguit, perverse, si quid in his video: eadem enim est, & Σελευκόβηλος & Σέλευκος πρὸς τῷ Βήλῳ appellata, ac, uti vidimus, Apamiae, unde longius Seleucia Pieriae distabat, vicina.

Ἐυφρατησίας] Olim *Comagene* erat: Procopius L. I. Bel. Pers. C. 17. χώρα γοῦν, ἣ ἐκ Σαμοσάτων ἐκτὸς Ἐυφράτου ποταμοῦ ἐστι, πάλαι μὲν Κομαγηνὴ ἐκλήθη, τανῦν δὲ ποταμῷ ἐστιν ἐπώνυμος. & L. II. C. 20. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Κομαγηνῶν χώραν ὁ Χοσρόης ἀφίκετο, ἣν καλοῦσιν Ἐυφρατησίαν. *Augusto-Euphratesia* in Chalcedon. p. 565. dicitur, & Leoni Imp. L. 10. C. de Divers. Offic. Provincia facta est, & a Syria & Osdroëna dissociata jussu Constantini M., teste Malala tom. II. p. 3. *Præses* ejus est in Notit. Imp. Orient. C. 1. & *Præsidiale officium Euphratense* L. 2. C. Th. de Venat. Fer.

Ἱεράπολις] Metropolin huic provinciae fuisse præter Imp. Leonem atque alios testis est Evagrius L. VI. H. E. C. 19. Quo nomine Arabibus & Syris sit, Imp. Constantinus Porphyrog. Orat.

ΚΥΡΟΣ, [a] ΣΑΜΟΣΑΤΑ, ΔΟΛΙΧΗ, ΖΕΥΓΜΑ, ΓΕΡΜΑΝΙΚΙΑ, [b] ΠΕΡΡΗ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΣΚΕΝΑΡΧΑΙΑ, ΣΑΛΓΕΝΟΡΑΤΙΞΕΝΟΝ, ΣΥΡΙΜΑ, [c] ΕΥΡΩΠΟΣ.

μϑ'. ΕΠΑΡΧΙΑ [d] ΟΣΡΩΗΝΗΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ϑ'.

ΕΔΕΣ-

a *Vulgo* Σαμώσατα. b Πέργη *MS. Leid.* c *Vulgo omnes* Ἔυροπος. d Ῥοσρωικίας *Car. a S. Paullo: codex Lugdun.* Ῥοσρωινῆς Κοσρωινῆς. *Bandur. & Schelſtr.* Ῥοσρώικεν. *quod ſequimur in MS. Holſt. invenit.*

Orat. de Imagin. Edeſſen. p. 51. Edit. Combefiſii docet: εἰς τὸ κάστρον Ἱερεμπόλεως ἔφθασε, ὃ τῇ μὲ Σαρακηνῶν φωνῇ Μεμβὶχ λέγε), τῇ ϑ' τ Σύρων Μαβὲκ· unde egregia Hydii in Itin. Peritz. p. 43. conjectura conſtabilitur, qua in Plinio L. V. C. 23. *Bambyce, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Mabog*, expulſo atque ad tenebras damnato *Magog*, emendat. Vide Cl. Alb. Schultens Indicem, Bohadino annexum, in *Manbesjum.*

Κύρ] *Cyreſtana civitas* Imp. Juſtiniani Epiſtolæ Collat. VII. Concil. Conſtantinop. II. p. 219.; *cives* D. Papebrochius *Cyropolitanos*, qui Actis Juliani οἱ τ πόλεως Κύρ, tom. II. Jun. p. 178. appellat, haud recte. Vid. Ant. Itin. p. 189.

Δολίχη] *Parvum oppidum* πολίχνη σμικρὸ Theodoreto L. V. H. E. C. 4., Δελικία Theophani Chronogr. 354.; ad quem modum *Philoxenus Dulichii epiſcopus* in Collat. inter Catholicos & Severianos tom. XI. Concil. Lab. p. 137. Plura ſupra p. 184., ubi de *Zeugmate* etiam & *Germanicia.*

Περρὴ] Liberatus Diaconus Breviar. C. 13. *Eccleſiae Parenſium* Sabinianum fuiſſe ait epiſcopum, quem *Perrhenſium* fuiſſe Acta Concil. Chalcedon. tom. IX. Conc. Lab. p. 106. clamant. V. Ant. I. p. 210.

Νικόπολις] Non aliam eſſe puto atque eam, quam Joſua Stylites in Chron. Syriaco ſub Imp. Anaſtaſio vehementi terræ tremore corruiſſe refert tom. I. Bibl. Orient. Aſſemani p. 271., nec diverſa fortaſſe eſt Itin. Ant. p. 190.

Σκεναρχαῖα] Σκηνὴ ἀρχαῖα. Viderint peritiores an loco nomen venerit a tentoriorum copia, & quid Σαλγβυοραπίξενον ſibi velit.

Σύεμμα] Putares Συρὶ ſive Σῦρον, ut Evagrius L. IV. H. E. C. 25., urbem in Euphratis ripa poſitam: (Vita Symeonis Stylitae C. 26. Ἦν τις ἐν Συροῖς ῥητώτης, πολίχνιον δέ τι τοῦτο τ ἐπυφερωπδίων·) Niſi propius abeſſent Οὐεμμω, pro quibus Οὐρημω editus Ptolemaeus, ſed hinc & ex Coislin. MS. adjuvandus. Οὐεμμα & Ὦεμμα Chalcedon. Concil. p. 676. Erat Euphrati adſita, unde אורים קסטרא דעל גנב פרת, *Caſtellum Urima Euphrati accubans* in veteri Codice Syriaco tom. I. Biblioth. Orient. p. 172. Aſſemani.

Ἔυρωπὸς] Joſua Stylites *caſtrum* ait *Europus, quod in provincia Mabugenſi*, ſive Hierapolitana, *ad occidentem Euphratis eſt poſitum* Bibl. Orient. tom. I. p. 282.; cui Procopius L. II. Fabr. Juſtinian. C. 9. & L. II. B. P. C. 20. adſentitur: merito ergo Lucianus inſulſum ſcriptorem hiſtoriarum taxavit, qui de urbe hac Ἡ ϑ Ἔυρωπὸς κεῖ) μ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ϛαϑμὺς δύο ϑ' Ἐυφράτ ἀπέχουσα, ἀπῴκισαν ϑ αὐτὴν Ἐδεσσαῖοι. *Europus ſita quidem eſt in Meſopotamia, manſionibus ab Euphrate duabus disjuncta, & ab Edeſſenis condita.* Nomen eſt a Macedonibus, qui urbium patriæ ſuæ nomina oppidis Syriae indiderunt; Vid. Appianum Syriac. p. 201. & Abr. Berkelium in Stephan. Ἔυρωπὸς, ubi commixta videbis, quæ longo terrarum ſitu diſtinctiſſima fuere.

Ὀσρωήνης] Ὀσροήνης· Nomen provinciam ab *Oſroë* Procopius L. I. B. P. C. 17. accepiſſe memorat, nec multum, ut alias obſervavimus, ab eo diſſidet Dionyſius Patriarcha: provincia poſt Conſtantinum a Meſopotamia videtur divulſa, qua de re Noriſius Diſſ. II. de Epoch. p. 110. *Praeſes* Osdroënes eſt in L. 105. C. Th. de Decur. & Notitia I. O. C. 1.

ἘΔΕΣΣΑ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑ, ΘΕΟΔΟΣΙΟΥΠΟΛΙΣ, [a] ΚΑΡΡΑΙ, ΒΑΤΝΑΙ, ΝΕΑ [b] ΒΑΛΕΝΤΙΑ, ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΙΣ

Ἡ ΚΑΛ-

a *Vulgo* Κάῤῥα. b Βαλεντὰς *aut* Ὀυαλεντὰς *scripti codices.*

Ἔδεσσα] Provinciae metropolis fuit; ὠνομάσθη τὸ Ὀσροήνης ἐπαρχίας μητρόπολις Theophani Chronograp. p. 146. Acta S. Thaddaei apud Lambecium L. VIII. Bib. Caesar. p. 202. Ἦν δὲ λοιπὸν Ἐδέσσης τὸ πόλεως, μητρόπολις ἡ ὑπάρχει αὕτη, Ὀσροήνη καλεμένη, Ἀρμοσύρων μεσόγειος· quae, cum urbem *Osroënem* vocitant, videri possent vitiosa, nisi & Syri *Orrhoam* & *Osrhoam* appellarent. Vid. Anton. Itin. p. 185.

Κωνσταντία] Κωνσταντίνη aliis, Suidae Κωνσάντεια, cujus episcopus Sophronius est in Actis Synodi Antiochenae, intextis Actioni XIV. Concil. Chalcedon. tom. IX. Concil. p. 120. Olim *Nicephorium* dicebatur, Stephano teste, Syris autem *Tela* תלא, quod utrumque nomen mutavit Constantii Imp. jussu, quemadmodum Chron. Edessenum tom. I. Bib. Orient. p. 395. refert: quod vero a Chronici auctore additur, הי דמן קדים אנטיפולים מתקריא הות, *quae olim Antipolis dicebatur*, non mihi satis rectum videtur: succurrit Ammianus L. XVIII. C. 9. ubi *Amidam* & *Antoninupolin*, prorsus ut scriptor Edessenus, eodem tempore a Constantio instauratas fuisse memorat. Male itaque Cl. Assemanus Dissert. de Monophysitis tom. II. Bib. Orient., ex *Antipoli* facit *Anthemusiadem* Taciti sive *Anthemusiam* aliorum, reprehenditque Ch. Cellarium, qui Stephanum Suidamque secutus *Nicephorium* a Constantina nihil differre recte adfirmaverat. Aberat ad occasum Nisibis & septentrionem Amidae stadiis LVI., si quae fides Theophani Chronogr. p. 124.; quae sane, nisi culpa recidat in librarios, exigua esse debet: longius enim intervallum inter eas urbes interjectum fuisse Peutingerorum Tabula vetat dubitare. Vid. etiam Procopium L. II. Aedif. Justin. C. 5.

Θεοδοσιόπολις] Posita erat ad flumen Chaborram loco munito: Procopius L. II. Fabr. Justin. C. 5. Θεοδοσιόπολις, ἡ ἐπὶ ποταμῷ Ἀβόῤῥαν γῆς τῆς Ῥωμαίων ἐσχατοφρουρία· Distinguenda ergo ab altera ejusdem est nominis urbe in Armenia, qua de L. III. Fabr. Just. C. 5.

Κάῤῥαι] Recte ita codex Lugdunensis: urbem Christiani, quod cives sacris paganorum dedititissimi essent, Ἑλλήνων πόλιν vocarunt; Libellus Samuelis & reliquorum presbyterorum contra Ibam tom. IX. Concil. Lab. p. 37. Ὅτι ἐχειροτόνησε Δανιῆλον, τὸν αὐτοῦ ἀδελφιδοῦν, ἐπίσκοπον τῆς Ἑλλήνων πόλεως· ubi eos *Carras* intelligere Libelli principium ostendit, συνέλαβεν ἡμᾶς, inquiunt, ἐπὶ τῷ ὃ τῷ κατηχεῖαν ἐλθεῖν αὐτοῦ τινὰ ἢ ἀδελφὸν αὐτοῦ Δανιήλ, καὶ αὐτὸς ἐπισκόπου Καῤῥήνων πόλεως, tametsi male ἀδελφὸς Ibae frater Daniel vocetur, qui ἀδελφιδοῦς sive fratris Ibae filius fuit: pejus vero Commonitorium Damascio tribuno missum p. 26. Δανιῆλον τὸν Θεοδοσιουπόλεως ἐπίσκοπον nuncupat: neque enim ille Theodosiopolitanus fuit praesul, sed Joannes; quare verius vetusta versio, *& Danielem Carrhenorum civitatis episcopum, & Joannem reverendissimum Theodosiopolitanum episcopum* praefert. Consentit in Carrarum illo titulo scriptor Syrus Vitae S. Ephraëmi, qui tom. I. Bib. Orient. p. 51. de Juliano ושרא בתרן מרינתא דתרפא ועתירת בצלמא, *& divertit Carras, urbem Paganorum, refertamque simulacris.* Vide itaque huccine referri oporteat L. 8. C. Th. de Pagan., qua Theodosius Palladio Duci Osdroënae scribit, *Aedem olim frequentia dedicatam, coetui etiam, populo quoque communem, in qua simulacra feruntur posita, artis pretio quam divinitate metienda, jugiter patere, publici consilii auctoritate decernimus.* Mihi sane, tametsi pro Edessa Gothofredus disputaverit, *aedes* illa Carris fuisse videtur: praesertim quod Edesseni, ut ex eorum Chronico Syriaco patet, Theodosio Imperatore Sacrorum Christianorum essent studiosissimi atque a simulacris aversissimi. Plura Ant. Itin. p. 193. & de *Batnis* p. 190.

Νέα Βαλεντία] Nusquam, quod quidem recordor, hanc *Valentiam* reperire potui. Videtur e castellis fuisse, quae Euphrati assidebant.

Λεοντόπολις] Praestiterat ἡ ἐν Καλλινίκῳ, quomodo Libanius, Theodoretus, Procopius atque alii, jam ante ad Ant. Itin. p. 191. appellati. Urbem instauravit Imp. Leo circa An. CCCCLXVI. suoque nomine insignem esse voluit, uti Chron. Edesseno tom. I. Bib. Orient. p. 405.

Ἡ ΚΑΛΛΙΝΙΚΗ, [a] ΒΙΡΘΑ.

ν΄. ἘΠΑΡΧΙΑ ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ.
ΠΟΛΕΙΣ ά.

[b] ἈΜΙΔΑ.

νά. ἘΠΑΡΧΙΑ ΦΟΙΝΙΚΗΣ ὙΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ.
[c] ΠΟΛΕΙΣ ιδ΄.

ΤΥΡΟΣ, ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ, ΣΙΔΩΝ, [d] ΒΗΡΥΤΟΣ, ΒΙΒΛΟΣ, ΒΟΣΤΡΥΣ,

a *Abest a Lugdun., vulgo* Βίρθρα. b Ἄμυδα *princeps editio,* Ἄμηδα *Bandur. & Schelst.* c *Car. a S. Paullo.* πόλιν ά., *solamque Tyrum provinciæ tribuit, ceteris ex ejus codice exulantibus & urbibus & provinciis: deficientes ex MS. Farnesiano, qui cum Lugdunensis consentit, L. Holstein. explevit.* d Βηρητὸς *MS. L.*

p. 405. perscriptum. Adde Assemano notata tomi ejus p. 258.

Βίρθα] *Virta munimentum valde vetustum, in extremo Mesopotamiae situm* Ammianus L. XX. C. 7. memorat, quod cum *Birtha* videatur Ptolemaei ad Tigrim, nostra esse nequit. Forte hæc latet in *Binta*, cui in Osdroëna locum dedit Notit. Imp. Orient. C. 169.

Ἐπαρχία Μεσοποταμίας] Præsidi quoque paret in Notitia Imp. Orient. C. 1.; quod vero una illi urbs *Amida* datur, id ne librariis acceptum referri oporteat vereor: erant quippe Hieroclis ætate plures in ea provincia urbes & castella. *Daras* paullo ante muniverat Imp. Anastasius apud Evagrium L. III. H. E. C. 37., ne de arcibus dicam, quas Procopius L. II. de Fabr. Justin. C. 4. describit.

Ἀμιδα] Πόλιν ὀχυρὰν τῆς μέσης τῶν ποταμῶν *munitam Mesopotamiae urbem* Evagrius L. III. H. E. C. 37. appellat. Situm signat Ammianus L. XVIII. C. 9., Procopius atque alii, quos nunc prætereo: id quæram, tametsi ab instituto recedat, verumne sit *Nisibin*, celebrem olim hujus provinciæ urbem, Σιβάπολιν *Sibapolin* fuisse nuncupatam: abiit in hanc opinionem D. Papebrochius tom. V. Jun. p. 15. ad Vitam S. Febroniae, in cujus Actis C. 1. Σιβάπολις, ἥτις διέκειτο ἐν ὁρίοις τοῖς πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους· censet vir doctus, Syrorum sermone *Nisibin* & *Sibapolin* rem eandem significare: quod, puto, nunquam probabitur: nihil quoque in Actis, unde *Nisibin* intelligendam esse colligas. Ego τὴν Σιβάπολιν non aliam esse autumo atque eam, quæ Syris *Sibabarech* סבאברך, cujusque haud obscura mentio in Bibl. Orient. tom. II. p. 361.; Actorum autem Febroniae interpretem סבאכרך *Sibacarech* legisse & propterea Σιβάπολιν vertisse: Syris enim כרך seu כרכא oppidum significat, & proxime a productione urbis *Sibabarech*, unde facilis errori via, distat. Posita urbs erat intra Mesopotamiam, ut ea Acta ostendunt, quæ res Cl. Assemano in Dissert. de Monophysitis tom. II. Bibl. Orient. dubia atque incerta visa est: hoc obiter; nunc in viam redeamus.

Φοινίκης] Hæc est Φοινίκη πάραλος *Phœnice maritima*, uti Evagrio L III. C. 33. & Jo. Malalae tom. II. p. 73. dicitur. Subditam fuisse viro Consulari L. 52. de Decurion. & Notit. Imp. Orient. C. 1. testantur. Facta provincia est, sed multo amplior & Phoenicen II. complexa, ab Hadriano apud Spartian. C. 14.

Τύρος] Provinciæ erat metropolis, quo titulo etsi in numis ante Hadrianum insignis est, Phœnice tamen a Syria devulsa, provinciæ caput est imposita, ut Suidas in Παῦλος Τύριος significat. Vid. Norisium Diss. de Epoch. v. p. 396. & Spanhem. Dissert. IX. de Us. & Præst. N. p. 588.

Βηρυτὸς] *Metropolitano nomine ac dignitate civitatem Berytum* exornaverat Theodosius II. L. un. C. de Metrop. Beryt.; qua re Eustathius urbis ejus præsul accensus Phœnices urbes Byblon, Botryn, Tripolin, Orthosiadem, Arcas atque Antaradon sibi, utpote novæ Metropoli subjiciendas, vindicavit: contra venit Photius,

ΒΟΣΤΡΥΣ, ΤΡΙΠΟΛΙΣ, [a] ᾿ΑΡΚΑΙ, ᾿ΟΡΘΟΣΙΑΣ, ᾿ΑΡΑΔΟΣ, ᾿ΑΝΤΑΡΑΔΟΣ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΑ, ΠΟΓΩΝΑΣ, ΠΑΝΕΙΑΣ.

νβ'. ᾿ΕΠΑΡ-

a ᾿Ορκαὶ *idem* & mox Πανεὰς.

tius, Tyriorum præsul, questusque est patribus Chalcedonensibus ab Eustathio injuriam sibi illatam Canonemque Nicaeni I. Concilii IV. proterve esse proculcatum: patres secundum Photium litem dedere, jusseruntque Tyrum esse metropolin, Berytum vero nihil præter ceteras provinciæ urbes sibi sumere p. 622. Adde Balsamonem in Can. XXIX. Chalcedon. Concil. apud Beveregium tom. I. p. 148. Plura Itin. H. p. 583. & de sequentibus Ant. Itin. p. 148.

Βόστρυς] Lege Βότρυς & Βύβλος, etsi Βίβλος sit in Actis Chalcedon. p. 618., Βόστρυς in Chronog. Theophanis p. 193.

᾿Αρκαὶ] Recte MSS., ut alias diximus. Aurelius Victor duplex illi nomen fuisse *Arcae* & *Caesareae* in Alexandro Severo asseverat: cumque urbs Libano fuerit vicina, uti Gest. Tancredi C. 105. indicant, haud spernenda videtur N. Haymii conjectura, qua numum ΚΑΙCΑΡΙΑC ΛΙΒΑΝΟΥ huic tribuit tom. I. Thes. Britan. p. 252.

᾿Ορθοσιὰς] ᾿Ορθωσιὰς vicina fluvio Eleuthero apud Strabonem L. XVI. p. 753. Vid. Noris. Epoch. Diss. II. p. 103.

᾿Αραδος] Uni episcopo *Aradum* atque *Antaradum* subditas fuisse, Acta Concil. Ephesin. & Chalcedon. vetant dubitare: nec justa tamen propterea hæc Harduini animadversio, *In Notitia*, ait in Num. Ant. Illustr., *Hieroclis Aradus & Antaradus ceu duo diversa oppida, episcopali decore insignia, appellantur in provincia Phœniciae Paraliae sive Maritimae: credo mendose; cum utriusque oppidi unum fuisse antistitem merito suspicemur ex Epistola Orientalium XIII. in auctario Theodoreti p.* 564. neque enim Ecclesiastica hæc Notitia, nedum omnia oppida, quæ Synecdemo comprehensa sunt, suos sibi episcopos habuerunt. Plura Itin. Anton. p. 148.

Κωνσταντίνα] Nusquam eam reperio, vereorque ne quid hic a librariis sit neglectum, si ᾿Αντάραδος ἡ καὶ Κωνσταντία legeretur salva res foret; Constantius enim urbem instauratam suo nomine donavit. Theophanes Chronogr. p. 31. καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ Φοινίκῃ, ἣν Κωνσταντίαν κέκληκεν, τὴν πρότερον καλουμένην ᾿Αντάραδον. Atque hinc *Atticus episcopus Aradiae Constantiae* provincialium ad Leonem Imp. epistolæ tom. IX. Concil. p. 312. subscribit, ut jam ante diximus.

Πογωνᾶς] Codex Leidensis Πωγωνὰς, quo ego nomine oppidum in hac ora ignoro. Si rectum est, potuit ex simili caussa locus dici, quo portus Troezenius Πώγων, de quo Suidas. Fortasse tamen *Saltus Gonaticus*, quem aliæ Notitiæ in hac provincia agnoscunt, & cujus possessionum Imp. Zeno L. 2. C. de Præd. Tamiac. meminit, sub vocabuli involucro latet. Vid. Jac. Rhenferdii Diss. de Angulo Arab. p. 821., nec crede tamen, *saltum Gonaticum esse Angulum illum cavum ex concursu Libani & Antilibani ortum, de quo Strabo agat*, uti ait: nihil enim hujus in Strabone reperies: habet sane Bonfrerius ad *Antilibanum* Hieronymi, atque ex eo Rhenferdius, hæc Strabonis è L. XVI. *Duo sunt montes, qui eum faciunt, quæ Concavus Augulus dicitur, quasi inter se pares Libanus & Antilibanus, paullo ultra mare incipientes.* At si L. XVI. p. 754. inspexeris, *cavam* quidem *Syriam*, nusquam eum *angulum*, invenies.

Πανειὰς] Vitiose Σπανιὰς in Vita S. Sabae, quam a Cyrillo conscriptam Cotelerius tom. III. Mon. Gr. inseruit, p. 252.; multo pejus in Actis Procopii, seu fabula potius, cum Caesarea, Palæstinae metropoli, sive *Stratonis turre* confunditur C. 3. Καισάρειαν δὲ ταύτην φαμὲν, ἣν καὶ Φιλίππου καλεῖν εἰώθαμεν. αὕτη δὲ καὶ Στράτωνος μὲν πύργος τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο· Φοίνικες δὲ Πανεάδα κατονομάζουσιν ἀπὸ τοῦ γείτονος αὐτῇ ὄρους Πανέου τὴν ἐπωνυμίαν θέμενοι. Quem eundem errorem scriptor Vitæ Epiphanii erravit, dum C. 44. ex Cypro se navi Caesaream Philippi trajecisse narrat: ἀπάραντες δὲ ἀπὸ Κύπρου ἀπεπλεύσαμεν ἐν Καισαρείᾳ τῇ Φιλίππου. neque enim Paneadem sive Caesaream Philippi appellare potuit.

Φοινι-

νβ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΦΟΙΝΙΚΗΣ ΛΙΒΑΝΗΣΙΑΣ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ϛ'.

ΕΜΙΣΣΑ, ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ, ΔΑΜΑΣΚΟΣ, ΗΛΙΟΥΠΟΛΙΣ, [a] ΑΒΙΛΑ, ΠΑΛΜΥΡΑ.

νγ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ κβ'.

ΚΑΙΣΑ-

a *MSS.* Ἄβιλλα.

Φοινίκης Λιβανησίας] Fuit provincia hæc conjuncta superiori, donec a Theodosio M. distraheretur & suum sibi Præsidem acciperet: vidit hoc H. Norisius ex Concil. Actis Dissert. IV. de Epochis p. 356., tametsi per errorem Arcadio originem hujus provinciæ tribuerit; Theodosium enim auctorem esse, Jo. Malala tom. II. p. 39. perspicue docet, ὁ ᾧ ἀυτὸς, inquit, *βασιλεὺς ἀπεμέρισε καὶ τὴν Φοινίκην Λιβανισίαν ἀπὸ τῆς Παραλίας, καὶ ἐποίησεν ἐπαρχίαν, δοὺς δίκαια μητροπόλεως καὶ ἀρχοντα ὀρδινάριον Ἐμέσσης τῇ πόλει. Idem Theodosius Phœnicen Libanesiam a Maritima dirimens Provinciam fecit: jure Metropolitico & Præside ordinario Emessae urbi datis.* Quamquam quæ de *Emessa* addit, a vero abeunt: neque ea enim *metropolis* provinciæ, sed Damascus fuit; nec succurres homini, si *civilem metropolin* eam urbem factam dixeris; quoniam jura & dignitatis civilis privilegia Ecclesiastica secum trahebant: sic cum Tyanis Valens jus Metropolitanum contribueret, ejus urbis antistes jura Ecclesiastica statim sibi arrogavit: quæ eadem res Eustathium Berytensem, postquam Berytus a Theodosio II. metropolis esset constituta, ut sibi vicinas urbes subjiceret, impulisse videtur. Id superest, ut honorariam metropolin *Emesam*, etsi verbis Malalae non satisfaciat, creatam profitearis. *Præsidem* huic provinciæ præfuisse Notitia Imp. O. C. 1. ostendit; cave tamen huc referas cum Pancirolo C. 112. Notitiæ ejus *Præsidem provinciæ Phœniciæ*, ad quem Diocletianus L. 3. C. de Divers. Rescript., & Constantinus L. unic. C. de Form. & Impetrat. sublat. mittunt; is totius Phœnices, antequam in duas secaretur, curam gessit, propterea PRAESES PROVINCIAE SYRIAE PHOENIC. in inscriptione Sponiana Miscellan. p. 270., quæ in paucis diversa & inter Gudianas p. LXIX. 1. legitur, appellatus.

Ἔμισα] Ἔμισα ἡ καὶ Λιβάνου Φοινίκης πόλις Jo. Malalae tom. I. p. 391. Vid. Ant. Itin. p. 188.

Λαοδίκεια] Laodicea est ad Libanum, de qua Ant. Itin. p. 198.

Δαμασκὸς] Provinciæ erat metropolis, unde Theodorus episcopus τῆς μητροπόλεως Δαμασκοῦ in Chalcedon. Concil. p. 676., & in Actis Stephani Sabaitae C. 6. tom. III. Jul. p. 555. ἡ ἐπίσημος καὶ πανδαίμων μητρόπολις. Plura alias.

Ἡλιόπολις] Diutissime hujus cives paganicæ superstitioni studuerunt: urbs ipsa altissimis montibus undique erat incincta; Vide Theodoretum L. IV. H. E. C. 22. p. 183. & Ant. Itin. p. 189. ubi & de *Abila*.

Παλμύρα] Theophanes πόλιν Φοινίκης Λιβανησίας Chronogr. p. 148., Procopius L. II. de Fabr. C. 11. *Φοινίκης τῆς πρὸς Λίβανον*, & ab Imp. Justiniano instauratam prodit. Palladius Vit. Chrysostom. p. 194. Παλμύρων, τὸ τῶν Περσῶν φρούριον, quod ad Persas compescendos commodissima esset, appellat, LXXX. M. P. Emesa removens. Fuit itaque in finibus Romanae Persicaeque ditionis, nec longe ab Euphrate, ut Appianus L. V. B. Civil. p. 1079. ostendit; quare Ulpianus L. 1. D. de Censib. §. 5. *prope barbaras gentes & nationes collocatam in provincia Phoenice* ait, *gentium* & *nationum* nominibus vicinos Arabes, Parthos ceterosque ejus oræ barbaros complexus; Cicero in simili re voces jungit de Provinc. Consul. C. 9. *Celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum.* & C. 13 *Cetera partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis aut incognitis, aut certe immanibus & barbaris & bellicosis tenebantur: quas nationes nemo unquam fuit, qui non frangi domarique cuperet.* Neque aliter Vellejus L. II. C. 110. *Gentium nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus amplius IↃCCC. millia explebat.* Vide & C. 98. & Cortium in Sallustii Catilin. C. 10.

Παλαισίνης] Excidit πρώτης· tres enim ordine

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, ΔΩΡΑ, ᾽ΑΝΤΙΠΑΤΡΙΣ, ΔΙΟΣΠΟΛΙΣ, ᾽ΑΖΩΤΟΣ ΠΑΡΑΛΙΟΣ, ᾽ΑΖΩΤΟΣ ΜΕΣΟΓΕΙΟΣ, ᾽ΕΛΕΥΘΕΡΟΠΟΛΙΣ, [a] ᾽ΑΙΛΙΑ Ἡ ΚΑΙ ᾽ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΑ, ΝΕΑ ΠΟΛΙΣ, ΛΙΒΙΑΣ, ΣΕΒΑΣΤΗ, ᾽ΑΝΘΗ-

[a] Ἡ ᾽Ελία καὶ *codex Farneſ.*

recenſentur Palæſtinae, quarum & Imp. Theodoſius in L. 30. C. Th. de Erogat. Milit. & Notit. Imp. Orient. C. 1. meminit; quæ res parum animadverſa ſæpe doctis, quos Jac. Rhenferdius Diſſert. II. in Euſeb. Onomaſt. p. 788. ab errore revocare adniſus eſt, negotium faceſſivit. Junctæ fuere ad Arcadii usque tempora: nam quod Jo. Malala tom. II. p. 5. Conſtantinum M. Palæſtinam III. provinciam conſtituiſſe aſſeverat, id Hieronymus Quæſt. in Geneſ. C. XXI. convellit, *ante non grande tempus Palæſtinam Salutarem*, quæ eadem ac III., *ex diviſione Præſidum* eſſe factam & dictam adfirmans: idem & hinc ſtatuminatur, quod omnis Palæſtina ſub Theodoſio M. uni Proconſuli paruerit, quemadmodum ex Zoſimo L. IV. C. 41. liquet. Vide H. Noriſium Diſſ. V. de Epoch. p. 474. *Conſularis* Palæſtinæ I. eſt in Notit. Imp. Orient. C. 1. & apud Palladium Hiſtor. Lauſiac. C. 65.

Καισάρεια] Metropolin hujus provinciæ Canon VII. Nicaeni I. apud Beveregium tom. I. p. 68. & Hieronymus in Epiſt. ad Pammachium agnoſcunt; quæ dignitas urbi manſit, poſtquam tres Palæſtinæ epiſcopo Hieroſolymitano in Synodo Chalcedonenſi tom. IX. p. 2. ſubditæ, atque eidem jura Patriarchalia fuerunt aucta, uti Novel. CXII. oſtendit.

Δῶρα] Stephanus maritimam hanc urbem egregie illuſtrat in Δῶρος. Adde H. Relandum L. III. Palæſt. p. 739. & Probabil. noſtrorum C. 25.

Διόσπολις] Lydda eſt: Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. XVII. p. 204. Λύδδα ἡ νῦν Διόσπολις. Vid. Itin. H. p. 600. ubi & de *Antipatride*.

᾽Αζώτου παραλίου] Duplicem Azotum, ſi Notitias exceperis, vix alibi reperies. Videtur Azotus *mediterranea* ea eſſe, cujus Sacræ literæ, Herodotus, Diodorus, Joſephus atque alii meminerunt: poſita illa non longe a mari erat, nec illi tamen juncta; Joſephus inde L. 1. B. I. C. 7. §. 7. inter τὰς ἐν τῇ μεσογείῳ πόλεις ſive *urbes mediterraneas* recenſet, & τὰς παραλίους *maritimas* ab ea diſtinguit: idem facit Wilh. Tyrius L. XII. Hiſt. Hieroſ. C. 6. & L. XV. C. 24.; nec diſſentire videtur Fulcherius Carnotenſis C. 52., qui præterea ſuo tempore vicum fuiſſe, quem *Ibenum* indigenæ vocabant: forte is non alius eſt ac יבנא *Jebna*, qui H. Relando L. III. Palæſt. p. 608. moleſtus fuit. *Maritima* Azotus prioris eſſe portus potuit: quomodo Aſcalon, etſi mari prætenta apud Wilhel. Tyrium L. XVII. C. 22., ſuum ſibi portum habuit, epiſcopo, æque ac Aſcalon, ſubjectum: ſubſcribit enim Reſcripto Joannis Hieroſolymitani ad Joannem Conſtantinop. & *Antonius Aſcalonius* & *Stephanus Majumae Aſcalonis* tom. XI. Concil. Lab. p. 376. *Majuma* autem Aſcalonis ejus portus eſt, ut *Majuma* Gazenſium, & *Majuma* Alexandriae, quam alias, hactenus minus notam, illuſtrabo. De *Eleutheropoli* & ceteris, quas intactas prætereo, vide H. Relandum.

᾽Αιλία ἡ καὶ ᾽Ιεροσόλυμα] Recte ita MS. Lugdunenſis: *Aeliae* nomen dutiſſime Hieroſolymis hæſit: Joan. Chryſoſtomus Orat. V. in Judaeos p. 645. Edit. Nov. Ἐπειδὴ γὰρ Αἰλιᾶν ὁ Ἀδριανὸς ἐχρημάτισεν· ἕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ὀνειδέν τε Αἰλία μεχρὶ τῆς νῦν ὀνομάζεται. Plura, quæ in Juſtiniani usque ætatem eum urbi titulum duraſſe adfirmant, Beveregius in Can. VII. Nicaeni I. coacervavit. Adde Valeſ. in Euſeb. L. VII. H. E. C. 5.

Λιβιὰς] Olim *Betharam*, teſte Euſebio, ſed in *Liviae* Auguſtae honorem novo titulo decorata: erant circa eam trans Jordanem & XII. M. P. ab Hierichunte poſitam, balnea aquarum calidarum: Gregorius Turonenſis L. I. Miracul. C. 18. *Sunt autem & ad Liviada civitatem aquae calidae, in quibus Jeſus Nave lavare ſolitus erat: ubi ſimiliter leproſi mundantur; eſt autem ab Hiericho duodecim millibus*: qui locus ſitum egregie firmat.

Σεβαστὴ] Urbem hanc in Trachonitidem tranſportavit Jo. Malala apud Jo. Damaſcenum Orat.

ΑΝΘΗΔΩΝ, ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΣΥΚΑΜΑΖΩΝ, ΟΝΟΥΣ, [a] ΣΩΖΟΥΣΑ, ΙΟΠΠΗ, ΓΑΖΑ, [b] ΡΑΜΦΙΑ, ΑΣΚΑΛΩΝ, ΑΡΙΖΑ, ΒΙΤΥΛΗ.

νδ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ β' ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ια'.

[a] ΣΚΥΘΟ-

a *MS. Leid.* Σώσουσα. b *Omnes ita,* Ῥαφία *præstat.*

Orat. III. p. 368. ubi de Joanne Baptista καὶ ἀπίτεμμ αὐτὸν Ἡρώδης, ὁ τοπάρχης, εἰς τὸ βασίλειον τῆς Τραχωνίτιδος χώρας, ἐν Σεβαστῇ τῇ πόλει· *& caput illi præcidit Herodes in Trachonitidis regia, in urbe Sebaste:* paullo melius, nec tamen sine errore, in Chilmeadi editione tom. I. p. 305. legitur ὁ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ὁ Φιλίππου, ὁ τοπαρχῶν, ἤτοι βασιλεύων τῆς Τραχωνίτιδος· neque enim Herodes Trachonitidi, ut bene vir doctus, præfuit: & cui bono ὁ βασιλεὺς, ὁ τοπαρχῶν ἤτοι βασιλεύων coacervantur? Forte ex Damasceno ita refingenda omnia: Ἡρώδης ὁ τοπάρχης ἤτοι βασιλεύων τῆς Τραχωνίτιδος κ.λ; quo quidem modo erroris non absolvitur Joannes, eripitur tamen graviori.

Ἀνθηδών] Gaza stadiis XX. aberat, Sozomeno L. V. H. E. C. 9. auctore, mari proxima. *Diocletianopoleos,* si Notitias & Concil. Acta exceperis, rara mentio. Vid. H. Relandum L. III. Palæst. p. 736.

Συκαμάζων] Ἐνκαμάζων in Notit. Jac. Goari, *Estomason* in Notitia, quæ Wilh. Tyrio adjuncta est, *Ascozamon* Gervasio Tilberiensi tom. II. Script. Brunsvicens. p. 760.; nostrum rectum est, etsi situs ejus ignotus.

Ὄνους] Creditur esse *Ono,* de qua I. Chronic. VIII, 12. Sequentem habet Stephanus, quamquam nihil de loco, quem occupaverit.

Γάζα] Duplicem olim fuisse Gazam, quarum vetustior Apostolorum ætate fuerit eversa & deserta, ad Anton. Itin. p. 151. disputavimus: mecum sentit Hieronymus de Loc. Sacr. *Quæritur,* inquit, *quomodo in quodam propheta dicatur Gaza futura in tumulum sempiternum: quod solvitur ita; antiquæ civitatis locum vix fundamentorum præbere vestigia; hanc autem quæ nunc cernitur, in alio loco, pro illa, quæ corruit, ædificatam.* Cui oculato testi, & hac in parte aliis consentienti, cur fidem negemus? Erat urbs Gordiani Imp. ætate sacra, sui juris & admodum splendida, ut egregio hoc epigrammate inter Doniana Class. III. 45. docemur:

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΝ.
ΓΟΡΔΙΑΝΟΝ. ΕΥΣΕΒΗ
ΕΥΤΥΧΗ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΚΟΣΜΟΚΡΑΤΟΡΑ. Η. ΠΟΛΙΣ
Η. ΤΩΝ. ΓΑΖΑΙΩΝ. ΙΕΡΑ. ΚΑΙ
ΑΣΥΛΟΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ
ΠΙΣΤΗ. Η. ΕΥΣΕΒΗΣ. ΛΑΜΠΡΑ.
ΚΑΙ. ΜΕΓΑΛΗ. ΕΞ. ΕΝΚΛΥΣΕΩΣ
ΤΟΥ. ΠΑΤΡΙΟΥ. ΘΕΟΥ
ΤΟΝ. ΕΑΥΤΗΣ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΔΙΑ. ΤΙΒ. ΚΛ. ΠΑΠΕΙΡΟΥ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ. ΤΟΥ. ΙΕΡΟΥ.

Id mirère, virum eruditum, qui inscriptionem Latinam fecit, in ea *Deum Enclysium* invenisse, vertit enim media *ex Enclyseo Patrio Deo;* qui nullus fuit & ex corruptâ ΕΝΚΛΥΣΕΩΣ voce natales alcepit. Fuit in marmore ΕΝΚΕΛΕΥΣΕΩΣ, certe esse debuit; quod *ex jussu,* ut sæpe in his monumentis, notat: ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥΣΙΝ ΘΕΟΥ in simili re habes in Thes. p. XXXI. 1. *Deus* autem *patrius* Gazensium est *Marnas,* cujus jussu lapis est dedicatus. Vide de eo H. Norisium Dissert. Epoch. V. 494.

Ἄριζα] Nisi erro, Γάδαρα sive Γάζαρα, quam urbem seu vicum Notitiæ in Palæstina I. non longe ab Azoto agnoscunt, præstiterit. De ea Relandus L. III. Palæst. p. 679. Quæ sequitur Βιτύλη, *Bethelne* an *Betulia* sit, in dubio est. Aliis Notitiis dicitur Βιτέλιον.

Παλαισίνης β'] Hujus & superioris provinciæ incolas totiusque cavæ Syriæ audaces, atheos atque insidiosissimo esse ingenio perhibet Proclus Diadochus in Paraphras. Tetrabibli Ptolem. p. 95. ὡς ἐπιπολὺ θρασεῖς εἰσὶ καὶ ἄθεοι καὶ ἐπιβουλόπιοι. Idem Anonymus Scholiastes, Basileae editus, in eandem Tetrabibl. p. 62., sed verbis mire

[a] ΣΚΥΘΟΠΟΛΙΣ, ΣΕΛΛΑ, ΓΑΔΑΡΑ, ΑΒΙΛΑ,
[b] ΚΑΠΕΤΩΛΙΑΣ, ΙΠΠΟΣ, ΤΙΒΕΡΙΑΣ, ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΙΣ,
ΔΙΟΚΕΣΣΑ, ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ΓΑΒΑΙ.

νέ'. ΕΠΑΡΧΙΑ

a Κυθόπολις *MS. Leidenſis.* b Καπιτωλία *idem.*

mire turbatis, profitetur, ὁ ℌ, inquit, τ' Ἀφροδίτης τ' Ἄρει συμπλακὲις τοιάτους ποιεῖ (καὶ ἀθέους ἀμέλει Ἰουδαίους) τὲς Ἰουδαίους ἐκ ταύτης ὀνόμα τ' θέσεως φησίν· ὅθεν κ' τὸ πανηγύρεων σημεῖον σοι γενέσθω τ' κ' τὸ χώρων οὐρανίας· γένιμον ℌ ὁ Διὸς ἀστὴρ ἐν τοῖς φυτοῖσιν ἐλέγετο. Varia enim ſcholia in unum ſunt conflata; quæ facile diſtingues, ſi obſervaris κ' ἀθέους eſſe Ptolemaei verba, eaque breviore ſcholio explicari ἀμέλει Ἰουδαίους· mox alium idem paullo pluribus interpretari. Quæ vero adduntur ὅθεν κ' τὸ πανηγύρεων κ.λ. ea Judaeam non ſpectant, ſed Arabiam Οὐδαίμονα, quem ejus titulum haud obſcure reſpiciunt. Vid. Proclum L. II. p. 95. & me falſum negabis. Nata ea perſuaſio paganis eſt, quod Judaei in ſummi numinis cultu cum reliquis omnibus diſſiderent: hinc & Lucanus L. II. 593.

——— ——— ——— *Et dedita ſacris*
Incerti Judaea Dei. ——— ———

& Ariſtides tom. III. p. 514. Τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ δυσεβέσι πλησίοι τὲς τρόπους· καὶ ℌ ἐκείνοις τοῦτ' ἐσὶ σύμβολον τ' δυσεβείας, ὅτι τὲς κρείττονας ἀ νομίζουσι· *Non alieni ab impiorum Palaeſtinorum moribus: nam & illi hoc habent impietatis ſignum, quod Deos eſſe non putant.* Quo tamen loco ſi & Chriſtianos notari cum Cl. Jebbio velis, nihil intercedam. Ceterum *Praeſidem* huic provinciae etiam Notitia Imp. Orient. C. 1 imponit.

Σκυθόπολις] Provinciae fuit metropolis; quare ex ea ortus Cyrillus in Vita S. Sabae C. 80. Γυνή τις, inquit, ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς μητροπόλεως ὁρμωμένη. & C. 75 κ' ἐληλύθει ὡς ἐν Σκυθοπόλει, ἐξῆλθεν ὁ μητροπολίτης Θεοδόσιος μ' παντὸς ℌ λαοῦ εἰς ἀπάντησιν αὐτ'· Ariſtidi tom. III. p. 595. Σκυθῶν πόλις, quo de nomine ad Itin. H. p. 586.

Σέλλα] Imo Πέλλα. quod nomen a Macedonibus accepit, ſolitis patriae ſuae oppidis cognomines devictas urbes facere apud Appian. Syriac. p. 201. *Pella* ὠνόμ τὲς πέλας, τὲς λίθους κ' τὸ Μακεδόνων φωνὴν, quod Macedones lapides *Pellas* vocarent, eſt dicta, ut ex Ulpiano in Demoſthenis Orat. de Legat. Falſ. p. 234. Illuſt. Spanhemius Diſſ. IX. de Uſu & P. N. p. 654. patefecit: perperam ergo a neſcio quo *Pella* Stephanus nomen derivat, meritoque Cl. Ti. Hemſterhuſius eorum mutandi libidinem compeſcit, qui Heſychianum Πέλλα, λίθος corrigere inſtituerunt. Sedem urbs, nobilis mora Hieroſolymis digreſſorum Chriſtianorum, in Peraea obtinebat.

Γάδαρα] Non longe ab urbe fluvius *Hieramax* decurrebat, quem propterea τὸν λεγόμενον πολυμὸν Γαδάρων Cyrillus in Vita S. Sabae C. 33., & Antoninus Martyr in Itiner. *fluvium calidum, qui dicitur Gadara* appellat. De ſequentibus Relandus & nos alibi.

Ἵππος] Aberat ſtadiis a Tiberiade xxx. Joſephus Vitae ſuae C. 65. Ἡ ἥ σὴ πατρὶς, ὦ Ἰῶσηπ, κειμένη ἐν τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ κ' ἀπέχουσα Ἵππου μ' ςαδίους τριάκοντα, Γαδάρων ἥ ἑξήκοντα, Σκυθοπόλεως ἥ εἴκοσι κ' ἑκατόν· *Tua, Juſte, patria Tiberias, ad lacum Genneſariten accubans, Hippo ſtadiis XXX., Gadaris LX., Scythopoli vero CXX. diſtat.*

Ἑλένη πόλις] Magni Conſtantini matri hoc nomen debet, teſte Sozomeno L. II. H. E. C. 2.; ſi priſtinum, quo ante utebatur, notius eſſet, de ſitu, qui obſcuriſſimus, fortaſſe certiora haberemus.

Διοκέσσα] Lege Διοκαισάρεια, quae in media Galilaea poſita apud Joſephum Vitae ſuae C. 65., olim *Sepphoris* erat: Hieronymus de Loc. Sacr. *Porro & alia villa Araba nomine in finibus Diocaeſareae, quae olim Sephorine dicebatur.* Vid. Palladium Hiſtor. Lauſiac. p. 65. & H. Noriſium Diſſert. V. de Epoch. p. 563. & de *Maximianopoli* Itin. H. p. 586.

Γάβαι] Hinc fuit Anaſtaſius, qui Γαβαῶν ſive *Gabenorum* antiſtes in Synodo Hieroſolymitana dicitur. Aberat urbs M. P. XVI. a Caeſarea, ut Euſebius & Hieronymus in Onomaſtico monuerunt. Vide eundem Noriſium Diſſert. IV. p. 460.

Παλαι-

νε'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ [a] γ'. ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ί.

ΠΕΤΡΑ, ΑΥΓΟΥΣΤΟΠΟΛΙΣ, [b] ΑΡΙΝΔΗΛΑ, ΧΑΡΑΓΜΟΥΒΑ, ΑΡΕΟΠΟΛΙΣ, ΖΩΑΡΑ, ΜΑΜΨΙΣ, ΒΙΤΑΡΟΥΣ, ΕΛΟΥΣΑ, ΣΑΛΤΩΝ.

νς'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΑΡΑΒΙΑΣ ΥΠΟ ΚΟΝΣΟΥΛΑΡΙΟΝ. ΠΟΛΕΙΣ ιζ'.

ΒΟΣΤΡΑ,

a *Abeſt a codice Leid.* b Ἀρίνδελα *idem & mox* Ζάορα.

Παλαιστίνης γ'] Olim hæc Arabia erat, ſed Palæſtina in plures diviſa provincias, illis accenſeri coepta eſt: Procopius L. V. de Fabric. C. 8. Ἐν ᾗ τῇ πάλαι μὲ Ἀραβίᾳ, νῦν ᾗ τῇ Παλαιστίνῃ τῇ τῇ καλεμβῇ, χωρὰ μὲ ἔρημο ἐπὶ μακρὸν πεζετέναι. Notitia Imp. Orient. *Paleſtinam Salutarem*, præſidi ſubjectam, appellat.

Πέτρα] ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ in numis: Πέτρας τῆς ἐχαπαῖς τῆ Παλαιστίνη καμβῆς Evagrius L. III. H. E. C. 32. vocat, quod in ultimis Palæſtinæ finibus eſſent. Sozomenus Πετραίες & Ἀρεοπολίτης L. VII. H. E. C. 15. in Arabia, ad quam olim pertinuerunt, locat. Paſſim alii in Palæſtina III., ut Stephanus. Vid. Renferdii Diſſert. II. in Euſeb. Onom. & Relandi L. III. Palæſt. p. 927.

Αὐγουστόπολις] Joannes Αὐγουστόπολεως ſubſcripſit Synodo Epheſinae p. 529.

Ἀρίνδηλα] Stephanus Ἀρίνδηλα, τρίτης Παλαιστίνης, cujus nomen in Actis Conciliorum varie eſſe vitiatum admonuit L. Holſteinius. Vid Epheſin. p. 487. & 530.

Χαραγμοῦβα] *Illuſtris urbs* in Actis S. Stephani Sebaitae C. 4. tom. III. Jul. p. 545.; memorant enim Joannem τὸ φειφανὲς τῆ ἐνδόξε πόλεως Χαραχμόβων. Adde Stephan. in Χαραχμοῦβα.

Ἀρεόπολις] Olim *Ar* ער & *Moab* dicebatur, ut Euſebius in Onomaſt. & Hieronymus in Eſai. C. XV. teſtantur. Polychronius *Areopolitanus* ſubſcripſit Reſcripto Joan. Hieroſolymitani tom. XI. Concil. Lab. p. 376.

Ζωάρα] Hebraeorum צוער eſt, ſita ad lacum Aſphaltiten: Cyrillus in Vita S. Sabae C. 22. τῆ πρὲ τῶν νεκρῶν θαλάσσαν ὁδοῦν τῶν ἐπὶ Ζάορα, ἥδη ὲ θαλάσσῃ νῆσόν τινα χέρσον καὶ μικροπέτῶ *Cumque ad mare mortuum Zoora verſus tendit, inſulam in mari vidit ſiccam & parvam.* Adde H. Relandum L. III. Palæſt. p 1065.

Μάμψις] Aliis Notitiis Μάψης, quo nomine Ptolemaeus Idumaeae urbem ad Jordanis occaſum agnoſcit, Μάψ tamen ſcribens.

Βίζαρες] In Jac. Goari Notitiis Βιροσάμων & Βιροσάβων hac in provincia recenſetur; quae mihi æque eſt obſcura. Fortaſſe noſtri Βίζαρες eſt Notitiae Imp. Orient. C. 145. *Bethora*, quae ſub diſpoſitione Ducis Arabiae praefecturam Legionis IV. Martiae habet; quorſum & Gothofredus eleganti conjectura L. 15. C. Th. de Erogat. militar. refert; aut certe vicus Idumaeae Βηταρὶς apud Joſephum L. IV. B. Jud. C. 8. §. 1.; atque hoc malim, etſi Rufinus aliter legiſſe videatur: neque enim praeter morem id accidit.

Ἔλουσα] Poſita fuit in partibus veteris Moabitidis, teſte Hieronymo in Eſaj. C. XV.; urbis epiſcopi ſaepe in Conciliis obvii ſunt, & ab H. Relando recenſiti.

Σάλτων] Deeſt aliquid: ſolet *ſaltibus*, quorum in provinciis meminit, addere titulos, ut cognoſcantur. Jac. Goari Notitia Σάλτον Ἱερατικὸν appellat, quod verum videtur.

Ὑπὸ Κονσυλάριον] Fuit Arabia Conſtantii Imp. tempore *Praeſidialis*, ut ex L. 3. C. Th. de Poenis apparet: habuit praeterea Ducem, qui rei militaris curam adminiſtraret: ab eo vero cum Praeſes penderet, tandem ſoli Duci Arabia eſt commiſſa: docemur haec a Juſtiniano Nov. 102. *Erat enim*, inquit, *ita tenui poteſtate praeditus is, qui civili magiſtratu defungebatur, ut ei, qui praeeſſet armis, ſervili propemodum more manciparetur, & in illius arbitrio hujus ſalus eſſet poſita, aut, ut ne eſſet quidem omnino hic ma-*

ΒΟΣΤΡΑ, ΝΙΛΑΚΩΜΗ, ᾽ΑΔΡΑ, ΔΙΑ, ᾽ΕΞΑΚΩΜΙΑ ΚΩΜΗ, ΜΗΔΑΒΑ, ΓΕΡΑΣΑ, ΜΑΙΟΥΔΟΣ, [a] ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ, ΝΕΑ ΠΟΛΙΣ, ᾽ΙΕΡΑΠΟΛΙΣ, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΣ,

ΦΑΙΝΑ,

[a] Φιλαδέλφεια *MS. Leid.*

giſtratus: unde adeo & longum tempus eſt, ex quo is deſierit, & militaris ea, quæ civilem magiſtratum concernunt, peragat. Idem Notitia Imp. Orient. C. 1., *Ducem* quidem *Arabiae*, nusquam *Præſidem* aut *Conſularem*, niſi C. 145., ubi *Dux* & *Præſes*, qui ante *Dux* tantum, memorans, adfirmat. Itaque dubium eſſe non poteſt, quin hic error ſit, & in *Conſularis* locum *Dux* ſuccedere debeat.

Βόστρα] Provinciæ metropolis erat: Euſebius in Βοσὸρ. Αὕτη ἐστὶ Βόστρα, ἡ νῦν μητρόπολις τῆς ᾽Αραβίας. *Hæc eſt Boſtra, metropolis Arabiae.* Adde Concil. Chalcedon. p. 676. Iſidorus apud Photium p. 1060. *Boſtra* οἶκον τῆς βοὸς, quaſi Io, in vaccam verſa, nomen urbi fecerit, notare auctor eſt, ſed errans; eſt enim בצרה, quo Hebraei & vicinæ gentes locum munitum deſcribunt.

Νιλακώμη] Ignota mihi eſt: cogitaveram Νεὰ κώμη, quæ in Goari Notitia & Concil. Chalcedon. p. 676. conſpicitur, an Πενταχωμία, an Νεάλη κώμη, cujus epiſcopus in eodem eſt Concilio, præſtaret: forte poſterior ſuſpicio non longe a vero aberit. Id præterire nolo, ibidem Joannem πόλεως Ἐρῆς inter Arabas nomen profiteri, & manſionem Itin. Ant. p. 196. *Aere*, ſive, ut in Vaticano MS. legitur, *Ere* tueri.

᾽Αδρα] Sic & Ptolemaeus; Tabulæ Peutingerorum *Adraha* M. P. XXIV. a Boſtris, Euſebio in Onomaſt. *Adara* cum de urbe *Esdrai* ἀγνοῶ, inquit, ἐστὶν ᾽Αδαρα πόλις ἐπίσημος τῆς ᾽Αραβίας, διεστῶσα Βόστρων, ſic præſtat, σημείοις κδ'. vertit Hieronymus, *Nunc autem eſt Adara inſignis civitas Arabiae in viceſimo quarto lapide a Boſtra.*

Δία] Δίων, τὴν ἔρημον πόλιν, *Diam urbem deſertam* Iſidorus in Vita Damaſcii apud Photium Biblioth. p. 1061. vocat, addens prope urbem eſſe campum, in quo aqua ſtygia ebulliat: fortaſſe ergo huc pertinet epigramma apud Stephanum, quod ipſe ad *Dium* Syriae, ſi tamen alia ac noſtra eſt, tranſtulit, quo aqua Dienſis potu quidem dulcis, ſed & mortifera perhibetur:

Νάμα τὸ Δίηνὸν γλυκερὸν πόσιν, ἢν τὸ ϝ πίῃς
Πάυση μὲ δίψης, οὐϝ ϝ ᾗ βιοτῆς.

᾽Εξακωμία] Habetur & in Jacob. Goari Notitia: nomen illi a ſex pagis, ut *Pentacomiae*, quam eadem agnoſcit, a quinque, venit.

Μήδαβα] מידבא *Medeba* eſt in portione tribus Ruben. Joſ. C. XIII. 16. Cyrillus in Vita S. Sabae C. 45. Μήδαβα πόλις ἐστὶ πέρα τοῦ Ἰορδάνου κατ' ἀνατολὰς τοῦ τῶν ᾽Αραβίων τέλους. *Medaba urbs eſt Arabiae ultra Jordanem in orientem verſus* poſita. Meminit ejus Euſebius in Καρμαήλ & Ἰεσσὰ, ubi pro μεταξὺ Μηδωμῶν, quod Martianei editio præfert, Μηδάβων legi oportet.

Γέρασα] Urbs illuſtris Arabiae πόλις ἐπίσημος τῆς ᾽Αραβίας Euſebio Onomaſt. in Γερασὲι, ſemota a fluvio *Jaboc* M. P. IV., teſte Hieronymo in *Jaboc* ejusdem Euſebii. Epiſcopus ejus Placus eſt in Chalcedon. Concil. p. 675.

Μαῤῥᾶ] Nihil mihi de hac innotuit: poſſet ex Notitiis & Concil. Actis alia non magno molimine ſubſtitui, niſi ea res periculoſæ plena foret aleæ.

Φιλαδελφία] Non alia eſt ac רבת בני עמן ſive *Rabbatamana*, quæ a Ptolemaeo Philadelpho novo donata eſt nomine: Hieronymus in Ezech. C. XXV. *Filii Ammon habebant metropolin nomine Rabbath, quæ hodie a rege Aegyptii Ptolemaeo, cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Judaea, Philadelphia cognominata eſt.* Aberat haud longo intervallo ab amne *Jaboc* apud Euſebium Onomaſt. in Ἰαβὸκ. Plura Eduar. Bernardus in Joſephi L. IV. A. Jud. C. 5.

Νέα πόλις] Chilon πόλεως Νέας πόλεως inter Arabes antiſtites Concil. Chalcedon. p. 675. nomen adſcripſit.

Ἱερὰπολις] Alii hanc explicuerint; mihi ignota eſt.

Φιλιππόπολις] Condita eſt a Philippo Arabe, ut Victor, Zonaras & Cedrenus docent, & viri docti dudum monuerunt: quod vero *Boſtra* eandem atque hanc arbitrantur, id & hæc Notitia & Concil. Chalcedonenſe convellit: diſtin-

ΦΑΙΝΑ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑ, ΔΙΟΝΥΣΙΑΣ, ΚΑΝΟΘΑ, ΑΔΡΑΣΣΟΣ,

νζ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΑΙΓΥΠΤΙΑΚΗΣ ΥΠΟ ΑΥΓΟΥΣΤΑΛΙΟΝ.

ΠΟΛΕΙΣ κγ'.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ,

ΕΡΜΟΥ-

ſtinguunt enim *Boſtra* & *Philippopolin*. Vid. tom. VIII. Concil. Lab. p. 644. & 675. prætereaque Ezech. Spanhemium Diſſert. XIII. de Uſ. & P. N. p. 612.

Φαινὼ] Ita legendum vidit L. Holſteinius. Sita erat Petram inter & Zoora, æris metallis & exiliis multorum infamis: Euſebius in Φιτών. αὕτη ἐστὶ Φαινὼ, ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ, μεταξὺ κειμένη Πέτρας πόλεως καὶ Ζοορῶν· Sic Jo. Clericus, & recte, emendavit, quem & in κατὰ τὴν χερσόνησον & Δαιδὼν vide. Hieronymus, *Fenon, caſtra filiorum Iſraël in deſerto. Fuit autem quondam civitas principum Edom, nunc viculus in deſerto: ubi æris metalla damnatorum ſuppliciis effodiuntur inter civitatem Petram & Zoaram.* Adde S. Bochartum P. II. Hierozoic. L. III. C. 13.

Κωνσταντία] Notitiæ Jac. Goari Κωνσταντίνη, Concil. Chalcedon. p. 676. Κωνσταπάνη, & in veteri verſione *Conſtantia*.

Διονυσιὰς] Maras *Dionyſiadis* Διονυσιάδος ſub Boſtreno metropolita in eodem eſt Concilio. Incolæ Διονυσιεῖς, non multum a Boſtris, Iſidoro apud Photium Bibl. p. 1060.

Κανόθα] Καναθὰ Concil. Chalcedon. p. 660., numus ΚΑΝΩΘαίων apud Vaillantium: Harduinus Domitiani numum ΚΑΝΑΘαίων ΖΝΡ. inſcriptum in Num. Urb. Illuſt. edidit, cui ſimilem Wildiana Gaza ſervat; conſentit Euſebius in Onomaſt. Κανὰθ, κώμη τῆς Ἀραβίας, εἰς ἣν Καναθὰ λεγομένη. & poſt pauca; κεῖται δὲ εἰς ἐπὶ τῇ νῦν ὑπὸ Τραχωνίτιδι πλησίον Βόστρων· Fuit ergo propter *Boſtra*.

Ἄδρασσος] H. Relando non alia eſt atque *Adra*: favet illi Notit. Jac. Goari, *Adraſſum* memorans, non illam; cum tamen Hierocles diſtinguat, præſtiterit eum, etſi ſolæ Notitiæ ejus meminerint, audire.

Ἐπαρχία Αἰγυπτιακῆς] Orditur Diœceſin Aegyptiam, que Ammiani ætate v. provinciis, Aegypto, quæ ſub Juſtiniano duplex erat, ut Edict. XIII. indicat, Thebaide, Libya, Auguſtamnica, & Pentapoli abſolvebatur, uti L. XXII. C. 16. ſcribit: addita dein ab Arcadio Imp. Arcadia eſt, cujus Notitia Imp. Orient. C. 117. meminit: poſt dein Auguſtamnica in duas eſt ſecta. Omnes Præfecto Auguſtali, etſi Aegyptus provincia præcipua ejus eſſet ſors, ſubjectæ. Primus horum Auguſtalium Αὐγουσταλίων, ſi non fallit Jo. Malala tom. I. p. 290., Cornelius fuit Gallus: Auguſtus enim domitæ Aegypti Equitem impoſuit apud Dionem L. LI. p. 521., interque alia dominationis arcana vetuit, niſi permiſſu, ingredi ſenatores, Tacito Annal. II. C. 59. teſte. Solemnis Præfecti Auguſtalis ſedes Alexandriae erat; unde ὕπαρχος τῆς Ἀλεξανδρείας Sozomeno L. VII. H. E. C. 15. dicitur. Theodorus Αὐγουσταλίου eſt in Iſidori Peluſiotae L. III. Epiſt. 50., alius in Syneſii Epiſt. 105. De officio ejus vide L. 1. & 2. C. de Offic. Præf. Auguſt. atque Edict. Juſtiniani XIII. & Pancirolum in Notit. Imp. Orient. C. 117.

Ἀλεξάνδρεια] Dio Chryſoſtomus Orat. XXXII. p. 372. totius orbis ſua ætate emporium fuiſſe atque undique in eam omnes confluxiſſe mercatores, ὥστε τὰς ἐμπορίας, inquit, ἃς νήσων, ἃς λιμένων, ἃς πορθμῶν τινῶν καὶ ἰσθμῶν, ἀλλὰ χθονὸς ἁπάσης τὸ οἰκούμενον γέγονεν παρ' ὑμῖν· quam rerum copiam & incolarum frequentiam diu illi duraſſe, aliunde conſtat. Haud longe aberat Pharus, dein urbi conjuncta ac *Majumae* nomine celebris: Acta S. Cyri C. 3. tom. II. Januar. p. 1090. *Majumetes hic erat, non ex Gazenzium Majuma prodiens, ſed ex illa Alexandrinorum, quam Pharus, quondam inſula, complectitur, quaque nunc Alexandriae cum inſulana civitate conjuncta, pars habetur, vetere Majumae nomine adhuc retento.* Philonis ætate αὐχὴν ὑποκάμιος ex inſula ad urbem pertinebat, quæ *tænia*, de qua & Strabo L. XVII. p. 800., aut ſi brevia malis, paullatim alluvionibus videtur aucta, L. 11. de Vita Moſis p. 659. Ceterum urbis epiſcopi per univerſam Aegyptum auctoritas ampliſſima erat, ſibique ſubjectos centum circiter antiſtites habebat, ut Athanaſius Apol. contra Arian. p. 187. adfirmat.

ΕΡΜΟΥΠΟΛΙΣ, ΜΕΝΕΛΑΙΤΗΣ, [a] ΜΕΛΕΤΗΣ, ΒΟΥΤΟΣ, ΚΑΒΑΣΣΑ, [b] ΣΑΙΣ, ΝΑΥΚΡΑΤΙΣ, ΑΝΔΡΩΝ, ΝΙΚΙΟΥ, [c] ΞΟΙΣ, [d] ΦΡΑΥΝΗΣ, ΠΑΧΝΕΜΟΗΣ,

ΔΙΟΣΠΟ-

a *Sic MSS.*, Μέτηλις *oportuerat.* b Σάης *codex Farnes.* & Ναυκρώτης.
c Ζωης *idem, Lugdun.* Ξωῆς. d *MSS. Leid.* Φρανύνης.

Ἑρμούπολις] Parva Hermupolis, quæ τῆς Ἀλεξανδρέων χώρας metropolis Ptolemaeo dicitur, unde Athanasius Dracontium ejus præsulem modo τῆ Ἀλεξανδρέων χώρας sive ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ, ut tom. I. p. 263., modo Ἑρμουπόλεως μικρᾶς, sicuti in Epist. ad Antiochen. p. 776., nuncupat.

Μενελαΐτης] Vicina erat *Schedia*, unde Agathodaemon Σχεδίας καὶ Μενελαΐτης episcopus in Epist. Athanasii ad Antiochen.: intellige autem nomum Menelaïten; nam urbs *Menelaus*: si tamen urbem esse velis, Justinianus Edict. XIII. C. 18. auxilio erit. *Schedia* prope *Chaereu* mansionem, de qua Itin. Ant. p. 154., erat: Schol. Nicandri Theriac. ϒ. 623. Σχεδία ἡ πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Χαιρέου. Adde L. III. Maccab. C. IV, 11., ubi Latinus interpres Schediam videre non potuit.

Μέτηλις] Recte L. Holstenius correxit. Aberat haud longe Alexandria Stephano auctore: numi ΜΕΤΗΛΙτῶν sunt apud Harduinum & Vaillantium, ac episcopus Macarius Μετηλιτῶν in Ephesino Concil. p. 531.

Βοῦτος] Haud longo intervallo semota fuit ab ostio Sebennitico, Βοῦτος quoque, uti Epiphanio tom. I. p. 1092., Aegyptiorum more dicta. Theonas episcopus Βουτῶν subscribit Synodo Constantinop. sub Gennadio apud Lambecium L. VIII. Bib. Vindob. p. 423., Ammon Βουτῶν, levi vitio, Ephesinae p. 531.

Κάβασσα] Κάβασα Ptolemaeus, & ΚΑΒΑCΙτῶν numi. Theopemptus Καβάσων, pro quo MS. Καυάσων, nomen Ephesino Concil. p. 531., & Chalcedon. p. 127. adscripsit.

Σάϊς] Ita codex Lugdunensis: nobilem hanc cognominis nomi urbem Nicander Theriac. ϒ. 567. Σάϊν αἰγιαλόεσσαν appellat, ubi scholiastes, Σάϊς, inquit, πόλις Αἰγύπτου, γέμουσα ἱπποποτάμων· αἰγιαλόεσσαν δέ φησιν, ἐπεὶ μελανόγειός ἐστι. Incolae Σαΐται *aitae*, ut ab ejusdem nominis in Thracia civibus distinguantur Vita Arati in Uranolog. Petavii p. 184. Καὶ γὰρ Σάϊς πόλις ἐστὶν ἐν Θράκῃ, καὶ ἑτέρα ταύτῃ ὁμώνυμος, ἐν Αἰγύπτῳ ἄλλη· ὅπου μὲν τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, οἱ πολῖται Σαΐται καλοῦνται, οἱ δὲ τὸ Θράκης, Σάϊοι.

Ναύκρατις] In eodem erat nomo, flumini accubans. Esaias Ναυκρατιτῶν Synodo Constantinop. sub Gennadio apud Lambecium L. VIII. Bibl. Caesar. p. 423. subscripsit.

Ἀνδρῶν] Habet Ant. Itin. p. 154. Car. a S. Paullo in Athanasii ad Antiochenos Epist. p. 776. *Andromenam* appellari censet, errore ridiculo: memorantur inibi Ζωΐλου Ἀνδρῶν, Μηνᾶς Ἀντάρεως episcopi; hinc *Andromenam* exstruxit, ut Benedictini prudem monuerunt. Vid. Xenophontem Ephes. L. IV.

Νικίου] Vid. Ant. Itin. p. 155. Episcopus τῆς Νικιωτῶν est in Synodica Gennadii apud Lambecium.

Ξόϊς] Urbs insulam in nomo Sebennytico insidebat, L. V. Orac. Sibyl. p. 307. Ξοῖς dicta:

Θωμοῖς καὶ Ξοῖς θλίβει καὶ κόπτει βέλη
Ἡρακλέους τε Διός τε καὶ Ἑρμείαο.

qui versus, si in prioris fine Βουτῷ scripseris & posteriori addideris, ne claudicet, πόληες, melius decurrent, pluresque Aegypti comprehendent urbes.

Φραυνῆς] Φραγωνις rectum videtur: certe Athanasius Epist. ad Antiochen. p. 776. Agathum ait antistitem Φραγώνεως καὶ μέρους τῆς Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου, *Phragonis & partis Eleurchiae* fuisse, quibus pariter, ubi quærenda sit, indicavit. In Liberati Breviario C. 14. memorantur *Athanasius episcopus Busirios & Nestorius Phlagoneos & Auxonius Chabasenensis*, quorum medius *Phragoneos*, ultimus *Cabasensis*, de cujus urbe ante, verius appellabitur. Φραγωνίας sive Φλαγωνέας, variant enim MSS., præsul adfuit Concil. Ephesino. Vid. p. 439. & 530.

Παχνεμοῆς] Ptolemaeo Παχναμενις, Athanasio Παχνεμενις episcopum enim in Epistola ad Antiochen. Ammonium fuisse ait Παχνεμενέως καὶ τῶν λοιπῶν μέρους τῆς Ἐλεαρχίας, *Pachenemunis & reliqua*

ΔΙΟΣΠΟΛΙΣ, ΣΕΒΟΝΥΤΟΣ, ᾽ΟΝΟΥΦΙΣ, [a] ΤΑΥΑ, ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ, ΚΥΝΩ, [b] ΒΟΥΣΙΡΙΣ, ΩΑΣΙΣ, ᾽ΕΛΕΑΡ-

a *Schedae Leid.* Τάνα & Κλεοπάτρᾳι. b Βυσίρης & Ὠάσης *MSS.*

reliquae partis Eleurchiae: unde apertum mihi est, hanc superiori fuisse vicinam, & in *Eleurchia*, de qua postmodum, positam.

Σεβόνυτ@] Σεβενυτὸς praestat, sita ad ejusdem nominis fluvium apud Ptolemaeum & Stephan. Paullus Σεβενυτῆ subscribit Synodicae Gennadii apud Lambecium L. VIII. B. Caes. p. 423.

᾽Ονῦφις] Stephano *urbs haud obscura* πόλις οὐκ ἄγνως@, Athanasio ᾽Ονῦφις τῆς Λύκων Epist. ad Antioch. p. 776., haud scio qua de causa. De *Tava* Itin. Ant. p. 153.

Κλεοπάτρᾳ] Κλεοπατρὶς alia in Notitia, quam Car. a S. Paullo prope Hermopolin parvam locat, indignantibus & nullo auctore id fieri asseverantibus Benedictinis ad Tabellam Geographicam, quam Athanasio addiderunt: neque sane injuria: quis enim veterum hunc illi locum assignavit? nollem tamen Cleopatridem nullam aliam esse atque Arsinoën, tanta cum confidentia adfirmassent. Arsinoën *Cleopatridis* nomine insignem fuisse, Straboni L. XVII. p. 804. accredimus: at ea ab hac provincia longissime abest, sinui Arabico apposita; hanc vero cum Notitiae agnoscant, & Κλεοπατρίδ@ antistes sit in Concil. Ephes. p. 531. distinguaturque ab episcopo ἐν ᾽Αρσινοΐτῃ in Meletii Breviario p. 187., haud sane absurde *Cleopatris* suum sibi locum tuebitur. Dices & ᾽Αρσινοΐτης praesulem non urbis Arsinoës, sed agri vicini fuisse: unde vero probabitur? neque enim sine testimonio in hoc genere cuiquam credimus. Addo superioribus, Cleopatridem in Ephesino p. 439. *Tavae* & Chalced. p. 127. *Busiridi*, urbibus hujus provinciae jungi.

Κυνὼ] Haec est ἡ κάτω Κυνὼ *inferior Cyno*, a Tava XXX. M. P. remota, & Busiri vicina: unde Hermaeon ἐν Κυνῖ τῇ Βύσιρι antistes in Meletii Breviario p. 188. Vid. Ant. Itin. p. 153.

Βυσίρης] Praestat Βύσιρις. Zonaras a Diocletiano eversam, & imprudentissime Thebis Aegyptiis vicinam tradit: erat enim intra Delta. Paria de Diocletiano Acta S. Procopii C. 1. tom. II. Jul. p. 557. & libros Chemicos, ne Aegyptii artis, multis desideratissimae, auxilio

sese locupletarent, ab eodem exustos referunt; plane ad Suidae mentem in Διοκλητιανὸς. Jo. tamen Pinius, Actor. interpres, Busirin urbem videre noluit, cum ᾠχθῆλθε ἡ τῆς μέχρι Βυσίρεως *ad Busiridis usque immanitatem processit*, vertit. Athanasius in Vit. Antonii C. 58. Βύσιριν τὴν Τείπολιν habet, quam nostram esse Acta Chalcedonensia, quibus Athanasius antistes Βυσίρεως Τειπόλεως καὶ ᾽Αιγύπτου p. 188. subscribit, dubitare vetant.

᾽Ωασις] ᾽Οασις. Est autem parva Oasis: duas enim Ptolemaeus & Notit. Imp. Orient. C. 143. atque alii norunt; tres Strabo L. XVII. p. 813. & Olympiodorus apud Photium Cod. LXXX. p. 191. Haec circa Moeridis fuit lacum: fortasse eadem, quam Palladius in Vita Chrysostomi p. 195. ᾽Οασιν, τὴν γείτονα τῶν Μαζίκων, & Joannes Romanae Ecclesiae diaconus in Vitis Patrum C. 12. *Oasa, ubi genus est Mazicorum*, appellant: Mazyces quippe Marmaricam, huic confinem, incolebant, Pentapolitanis saepe infesti, ut diximus alibi. Josephus L. 11. in Apion. C. 3. ἐν ᾽Οάσει τῆ ᾽Αιγύπτῳ Apionem fuisse natum adfirmat, qui cum Cap. 4. eundem ἐν τῇ βαθυζώτῳ τῆ ᾽Αιγύπτῳ editum profitetur, hanc an majorem Oasin intellexerit, incertum reliquit. Mirum autem est, Mareoten nomum ab Hierocle praeteriri, quem aliae Notitiae & Concil. Acta saepe memorant. Obiter notabimus ridiculum Corderii errorem, haec Joan. Philoponi L. V. de Mundi Creat. C. 5. ἐλλειπὴς ποτε & Νείλῳ γέγονεν ἡ ἐπίβασις, τῆ τε λίμνης, τῆ καλουμένης Μαρίας, βάθ@ οὐκ ἐχούσης πολὺ ἀφ᾽ ἑαυτῆς & ὕδατ@ ἔνδειαν, vertentis, *contigit aliquando, ut Nili adscensus esset pertenuis & cum lacus, Mariae dictus, appellatus, deficeret, propter aquae penuriam*: fefellit hominem distinctio male posita: debuerat, *cum lacus, Maria dictus, profundus non esset.* Patebat lacus, supra quem Nitria, monachis olim celeberrima, sese porrigebat, M. P. LXX., si Palladius Histor. Lausiacae C. 9. non fallit: nam aliter Plinius L. V. N. H. C. 10. Adde Evagrium tom. III. Monument. Cotelerii p. 101. & Philonem in Flaccum p. 971.

ΕΛΕΑΡΧΙΑ, ΠΑΡΑΛΙΟΣ.

νή. ΕΠΑΡΧΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ ά ὑπο[a] ΚΟΡΡΗΚΤΟΡΟΣ· ΠΟΛΕΙΣ ιγ΄.

ΡΙΝΟΚΟΡΟΥΡΑ,

[a]ΟΣΤΡΑΚΙΝΗ,

a *Sic Leid.*, *Farneſ.* Κόῤῥηκτος.

Ἐλεαρχία] Provinciae aut regionis nomen eſt; etſi Iſaac Ἐλεαρχίας in Concil. Epheſino p. 439. & Chalcedon. p. 127. memoretur. Ille enim aut Pachnemunis aut Phragonis, quæ utraque in Elearchia ſedem habuit, antiſtes fuit. Sita provincia ſive ea regio erat inter oſtia Sebennyticum & Phatnicum: priori vicinam fuiſſe ex Ptolemaeo L. IV. C. 5., poſteriori ex Diodoro L. XX. p. 806. apertum eſt. Nomen accepit a paludibus, quae ibi plurimae: Thucydides L. I. C. 110. Αἴγυπτος ὑπὸ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταίου ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλεύοντος· τῶν γὰρ μεγέθους τε ἕνεκα οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, καὶ ἅμα μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἕλειοι· *Aegyptus vero in regis ditionem rediit, praeter regem Amyrtaeum, qui in paludibus regnabat; hanc enim propter paludis magnitudinem expugnare nequiverunt: quia qui paludes eas incolunt, Aegyptiorum ſunt bellicoſiſſimi.* Adde Herodotum L. II. C. 152. Quae omnia cum illas paludes, τὰ ἕλη, in aperta luce ponant, mirabere viris eruditione celeberrimis ſaepenumero parum animadverſas negotium faceſſiviſſe, ſolidamque adeo reſtitutarum gloriam Hemſterhuſio noſtro eſſe relictam: quis enim dubitaverit, quin in his Polyaeni L. II. Stratag. C. 16. κρύψας τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐν τοῖς Ἕλεσι, ὥπλισε τοὺς Ἕλληνας, legi ἐν τοῖς ἕλεσι oporteat? aut ambigat, Ariſtidem tom. III. p. 591. dediſſe ἦπται δὲ Μοιριδος λίμνη καὶ αἱ ὑπὲρ τοῖς ἕλεσι κώμαι, καὶ ἡ ὑπέρειρος μὲν ὑπὲρ Φάρου, νῦν δὲ ἐξόπισθεν τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως Μαρία, ἐξ ἀρχῆς τε ἐστὶ τῶν Νείλου κλάδων· non, ut nunc editi praeferunt, ὑπὲρ τοῖς Ἕλλησι κεῖται· id enim multo ineptiſſimum, quemadmodum etiam p. 612. cum de Nilo κεῖται δὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐς ἑπτὰ κεφαλὰς ῥεῖν· ubi itidem ἕλεσι reliquerat. Par ratio eſt in his ſcholiaſtae Ariſtophanis Plut. ν. 178. οἵτινες ἐξαπορήσαντες εἰς τὸν Αἴγυπτον, καὶ ἓν γένος τῶν Νείλου κομήτων ἀναπλεύσαντες, ὑπέστρεψον τοῖς Ἕλλησι. reliquit commentator τοῖς ἕλεσι, tantoque beneficio Collegae meo obſtrictus, medicam ejusdem manum in plerisque aliis ſupplex ſibi expoſtulat.

Παραλίου] Ita MSS.; L. Holſteinius Πάραλου emendat, cujus praeſul in Epheſ. Concil. p. 439. Athanaſius Παράλε, & in Chalcedon. p. 127. Paſmeius Παράλε dicitur, & in Latina verſione *Parali*, etſi Epheſinae Synodi interpres *Paralii* maluerit. De ejus ſitu, niſi intra Delta fuiſſe, nihil certi conſtat.

Αὐγύστε] Forte Αὐγυσταμνικῆς· quomodo Conſtantius Imp. apud Athanaſium Apol. cont. Arian. p. 174. τοῖς ἐν Αὐγυσταμνικῇ καὶ Θηβαΐδι καὶ Λιβύαις ἡγεμόσι· pro quibus Metaphraſtes in Athanaſii Vita C. 11. τοῖς ἐν Ταμνικῇ καὶ Θηβαΐδι καὶ Λιβύῃ ἡγεμόσι· perperam diceres, niſi Nilus Doxopatrius tom. I. Var. Sacror. Le Moyne p. 223. τῶν πρώτων Σταμνικῆς, ἐν ᾗ πρώτη μητρόπολις τὸ Πηλούσιον, & mox τῶν δευτέρων ἐπαρχίας Σταμνικῆς haberet, ſuſpicionemque injiceret, ſeriore aevo *Stamnicam* provinciam pro *Auguſtamnica* fuiſſe uſurpatam. Latini *Auguſtamnicam*, & *Auguſtanicam*, qua de re Henr. Valeſius in Ammian. L. XXII. C. 16., vocitant; Epiphanius Haereſ. LXXIII. C. 26. Αὐγυστονίκην, Cyrillus Epiſt. ad Atticum p. 205. Αὐγυσταλικὴν· Speculator ἐν τῇ Αὐγυσταλιανῇ eſt in Athanaſii eadem Apolog. p. 199., ſed is *cohortis* fuit *Auguſtalianae*, cujus Imp. Juſtinianus Edict. XIII. C. 2. meminit. Dicta *Auguſtamnica* ab amne Nilo eſt, quem amnem Auguſtum nominaſſe videntur. Provinciae *Correctorem* & Notitia impoſuit C. 1., eſtque Iſidori Peluſiotae L. II. Ep. 15. ad Serapionem Κορρήκτορα, & plures ad Auſonium *Correctorem*, ut L. I. Ep. 116. & L. II. Ep. 25. & paſſim.

Ῥινοκόρεσα] Non haec provinciae metropolis, ſed *Peluſium*, ut ex Nilo Doxopatrio vidimus. Plinius extra Aegypti terminos L. V. C. 12. *Rhinocorura* locat; Noſtro conſentiunt Ptolemaeus, Ammianus L. XXII. C. 16. & Hieronymus in Eſaj. C. XIX., omnesque Notitiae. Vid. Ant. Itin. p. 152.

Ὀσρα-

[a] ΟΣΤΡΑΚΙΝΗ, ΚΑΣΣΙΟΝ, ΠΕΝΤΑΣΧΟΙΝΟΝ, ΑΦΝΑΙΟΝ, ΓΕΡΡΑΣ, ΣΚΕΝΝΑ, ΠΗΛΟΥΣΙΟΝ, ΣΕΘΡΑΙΤΗΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ, ΠΑΝΙΘΥΣΟΣ, ΠΑΝΝΙΣ, ΘΜΟΥΗΣ.

ΙΘ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ Β' ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ Ζ'.

[a] ΛΕΟΝΤΩ,

a Ὀστρακίνη *codex Farneſ., vulgatum eſt in Lugdun.*

Ὀστρακίνη] Recte ita MS. Leidenſis. Haud longe aberat ab urbe lacus *Sirbonis*, teſte Ariſtide tom. III. p. 591.; Plura de ea & *Caſio* ac *Pentaſchoeno* alias.

Ἀφναῖον] Eſt in Epheſino p. 439. Hierax Ἀφναΐς, agnoſcuntque urbem ceteræ Notitiæ. Car. a S. Paullo Itin. Ant. p. 162. *Daphno* ſive *Daphnen* Stephani eandem arbitratur; cui ſuſpicioni etſi ſitus nihil obſtet, vix ſe tamen tueri ea poterit, niſi in aliam formam nomen deinceps procuſum fuiſſe appareat.

Γέρρας] Sic præ ſe MSS. ferunt. Ptolemaeus *Gerrhum* & ante eum Plinius L. VI. C. 29., cognomento *Adipſon*, vocat: *Gerrha* Strabo L. XVI. p. 760., nihil diſſidente Peutingerorum Tabula; noſtro adſtipulari videtur Sozomenus L. VIII. H. E. C. 19. Ἀπὸ δὲ πλώγης ὧδε συμβὰν, κατῆρεν εἰς Γέρρας, πόλιν μικρὰν, ἀμφὶ πεντήκοντα σταδίοις δὲ Πηλουσίου ἀφεστῶσαν· *Forte evenit, ut navis Geras, urbem parvam, & quinquaginta circiter ſtadiis Peluſio diſtantem, appelleretur.* Verius tamen *Gerrhum* ſive *Gerrha* fuerit, ſiquidem ἀπὸ τῶν γέρρων, quatenus *tabernacula*, σκήνας, notant, nomen acceperint: Scholiaſtes Luciani in Ἀνάχαρσ. p. 32. Ed. Amſt. Δημοσθένης ὁ ἐπὶ τῶν σκηνῶν καὶ τῶν ἀσκεφρα[μάτων (pro Coron. p. 168. Ed. Pariſ.) καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν· καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ τὰ κατὰ τὸ Πηλούσιον φυλάττων, διὰ τοῦτο ἀνομάσθη, ἐπεὶ σκηνώμασιν ἐσθ', ὧν οἷς ἀσφαλίζοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσι· quibus Critici verbis & *Gerrhorum* poſitura confirmatur, & id docemur, fuiſſe ibi cuſtodes ſive præſidiarios milites, qui Aegypti aditus contra hoſtium incurſiones tuerentur. Erat Gerrhum loco commodiſſimo poſitum atque ad initium quidem *Barathrorum* ſive voraginum, quæ Peluſium verſus porrigebantur: quod ſi ergo cum cura ſervaretur, ad clauſtra Aegypti aditus erat hoſtibus intercluſus. De *Barathris* illis Diodorus L. XVI. p. 444. & Strabo L. XVI. p. 760.

Σκέννα] Σέλα, cujus epiſcopus Alypius Σέλης ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς in Epheſino Concil. p. 478. dicitur. Vid. Itin. Ant. p 171.

Σεθραΐτης] Straboni in MSS. Σεθραΐτης L. XVII. p. 804., ſed noſtro accedit Ptolemaeus; cujus nomi metropolis *Herculis parva urbs* erat: neque alia hic intelligitur; nam in Concil. Epheſino modo Theon, ut p. 472., antiſtes Σεθροίτου, modo Ἡρακλέους τῆς Σεθροίτου, quemadmodum p. 531. dicitur. Peluſio Itin. Anton. M. P. XXII. ſeparat.

Ἥφαιστος] Joannes Ἡφαίστου Αὐγουσταμνικῆς ſubſcripſit Epheſino Concil. p. 471.

Πανίθυσος] Adſcripſit L. Holſteinius Πανίφυσος, Πανέφυσος & Παναίφυσος. Ptolemaeo dicitur Πανέφυσις metropolis nomi *Neut*, Epheſino Concil. p. 478. Πανίφυσος ἐπαρχίας Αὐγουσταμνικῆς, & p. 440. Πανέφεσος. Caſſianus Collat. XI. C. 3. *oppidum Panephiſin* appellat, & ſatis miſerabili fuiſſe conditione prodit.

Πάννις] Ita MSS., ſed verum Τάννις ſive Τάνις eſt: Harpocras Τάνεως Gennadii Synodicæ apud Lambecium L. VIII. Bibl. Caeſ. p. 423. ſubſcribit. Vid. Itin. Ant. p. 153.

Θμοῦης] Θμοῦις. Pindarus apud Strabonem L. XVII. p. 802. *Mendetem* mari apponit, merito caſtigatus ab Ariſtide tom. III. p. 610. φησὶ δὲ Αἰγυπτίων Μένδητα ὧδε κρημνὸν γαλάσσης· καί τοι ἔστε κρημνός ἐστιν ἑδεῖς ἐκεῖ, ἔστε γάλαθα ὠθεῖ· ἀλλ' ἐν πεδίῳ κεχυμβρῷ ὁ Μενδήσιος ἅπας νομὸς οἰκεῖται, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν, ἣν ὀνομάζουσιν Θμοῦιν· *Ait enim Pindarus, Mendetem Aegyptiam juxta maris præcipitium: at nec ullum eſt ibi præcipitium, neque aſſonat mare: quandoquidem agrum ſpatioſum & amplum tota præfectura Mendeſia tenet, atque ejus urbs, Thmuis nomine.*

Αὐγέστα] Αὐγουσταμνικῆς. Poſt Theodoſii II. tempora hæc videtur provincia facta: unam tantum Auguſtamnicam Notitia Imp. Orient. novit, unam etiam Cyrillus in Epiſt. ad Atti-

cum

[a] ΛΕΟΝΤΩ, [b] ΑΘΡΙΒΙΣ, ΗΛΙΟΥ, ΒΟΥΒΑΣΤΟΣ, [c] ΦΑΡΖΙΘΟΣ, ΑΡΑΒΙΑ, ΚΑΥΣΜΑ ΚΑΣΤΡΟΥ.

ξ'. ΕΠΑΡΧΙΑ

a. Λεοντῶ scriptus Leid. b MSS. omnes Ἀθρείδης. c Codex Leid. Φάρζιτος.

cum p. 205. *Præsidem* habuisse, Hierocli credimus. Est *Augustamnicae Præses* in L. 34. C. Th. de Decurion. & apud Athanasium Apol. contra Arian. p. 174., qui toti Augustamnicae, nondum in duas distractæ, sub Constantio imperavit: post dein sub Arcadio eadem *Correctorem*, ut ex Isidoro ostendimus, habuit: ubi vero ex una binæ sunt creatæ Augustamnicae, prima Correctorem, secunda, uti olim, Præsidem, cui pareret, nacta est.

Λεοντῶ] Πόλις Λεόντων Ptolemaeo circa Busiriticum amnem, unde ejus in Ephesino Concil. p. 474. episcopus Metrodorus Λεόντων dicitur: nec damnandum tamen nostrum est, quod formam Aegyptiam præfert, & receptum satis est: Xenophon Ephesius L. IV. p. 56. διελθόντες μὲν ὑπὲρ Ταῦα ἐπὶ Λεοντῶ ἔρχονται πόλιν. Sic enim ingeniosissime vulgatum ταῦα Celeb. Ti. Hemsterhusius refinxit. Nilus Doxopatrius tom. I. Var. Sac. Le Moyne p. 225. τῶν Λεοντῶ metropolin Augustamnicae II. esse ait. Vid. Itin. Ant. p. 153.

Ἄθριβις] Fuit in cognomine nomo, non multo a Leonum urbe dissociata spatio apud Ptolemaeum: habet etiam Palladius Histor. Lausi. C. 35., ubi maximopere vellem, a Jo. Meursio nihil fuisse adscriptum περὶ τῆς Ἀθρείβεως πόλεως, ex qua sectam Muhammedis prodiisse Zonaras, Cedrenus, Constantinusque Imp. prodidere: ea enim ab *Athribe* hac multo est diversissima, quippe in intima Arabia posita: non aliam enim esse ac *Medinam*, quæ *Jatrib* olim, certissimum est. Vid. Jac. Golium in Alfergan. p. 97. De *Heliopoli* sive Ἡλίῳ Ant. Itin. p. 169.

Βύβαστος] Apposita fuit *Bubastico* fluvio, a Diana, quæ Aegyptiis Βούβαστις apud Herodotum L. II. C. 137., id nominis sortita. Hermon τῆς Βυμβαστικῶν pro Βυβαστικῶν est in tom. III. Maji Act. S. p. 71.

Φάρζιθος] Rectum est Φάρβαιθος, ut Ptolemaeus & Stephanus, aut Φάρβητος, quomodo Strabo & Epiphanius in Expos. fidei C. XII. p. 1093. Sedem urbs inter Bubasticum & Busiriticum amnes habebat.

Ἀραβία] Intelligitur nomus *Arabicus* circa Bubasticum fluvium Arabiam versus protentus: ceteroqui & alia *Arabia* cognomini sinui confinis & in Aethiopiam pertingens in Aegypto erat; nobilis ea est marmore porphyrite, cujus ibi metalla, sed & aridissimo solo atque arenis infamis apud Aristidem tom. III. p. 587. Atque hic, puto, fuit πορφυρίτης τόπος, cujus Palladius Histor. Lausi. C. 42. meminit, & *eremus Porphyrio*, quam *ab oppidis aut habitabili terra septem mansionibus vel eo amplius separatam* Cassianus L. VII. de Spir. Acediae C. 24. prodit: bene enim illi in eremi descriptione cum Aristide convenit. Id vero mirum accidit, *Babylonem* ab Hierocle in hac provincia negligi, satis sua ætate celebrem: aberat ab Arabico sinu, si jumentis farcinalibus iter ingrederentur, intervallo quatuor dierum, quod tamen expeditus eques unius diei & noctis decursu absolvere poterat: hoc Jo. Philoponus L. IV. de Mund. Creat. C. 5. his verbis, quæ Corderius non intellexit, docet; πλησιάζει δ' ἔτος (ὁ Ἀραβικὸς κόλπος) τῇ κατ' Αἴγυπτον Βαβυλῶνι, ὅθεν ἐξ αὐτῆς ἔχων, ἀχθοφόροις μὲν ζώοις ἡμερῶν ἐγγὺς πέντε τεσσάρων, ὀξυτάτῳ δ' δρομεῖ, ἱππεῖ ἐλαύνοντι, νυχθημέρου. Vide & Ant. Itin. p. 196.

Κλύσμῳ Κάστρῳ] Lege cum Holsteinio Κάστρου. Sic enim Epiphanius Haeres. LXVI. C. 1. & incertus auctor in Bibl. Coisliniana p. 399. Palmerius Exercit. p. 546. *Clysma* ad fluvium sive fossam Ptolemaei, a Trajano renovatam & repurgatam appositum fuisse censet ex his Luciani in Pseudomant. p. 773. Ed. Amst. ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος ἐς Αἴγυπτον ἀχρὶ τοῦ Κλύσματος, πλοίῳ ἀναγράψας, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐς Ἰνδίαν πλεῦσαι. Recte quidem Latinum interpretem castigavit, qui *Clysma* non observaverat; quod ipsum & Beveregius fecit in Canon. Concil. Trullani p. 151.; at de fossa Ptolemaei res alia est: illa Arsinoën usque fuit producta apud Strabon. L. XVII. p. 804, Trajani vero ad Heroum urbem, Arsinoae vicinam, teste Ptolemaeo L. IV. C. 5. Ab utraque amplius L. X. M. P. *Clysma* erat semotum, quemadmodum Ant. Itin. indicat, longeque adeo a fossa

Traja-

ξ'. ἘΠΑΡΧΙΑ ἈΡΚΑΔΙΑΣ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ϛ'.

ΚΥΝΩ, ὈΞΥΡΥΓΧΟΣ, [a] ἩΡΑΚΛΕΩΣ, [b] ἈΡΣΕΝΟΙΤΗΣ, ΘΕΟΔΟΣΙΟΥΠΟΛΙΣ, ΝΙΚΟΠΟ-

a *MS. Leid.* Ἡρακλώς. b *Farneſ. liber* Ἀρσινούτης, *ſollenni literarum* ι *&* η *confuſione.*

Trajana Ptolemaeique. Si præterea Luciani orationem recte conſideraveris, nullum huic opinioni præſidium auxiliumve invenies: neque enim ἀχρὶ Κλύσματος πλοίς ἀναγομένῳ recte verteris *usque ad Clyſma adducto navigio*; quandoquidem naves ἀνάγεσθαι dicuntur, quæ ſolvunt & ex portu provehuntur: Polybius L. 1. C. 60. ὃς ἀναχθεὶς ἐκ κρπέρας ἐπὶ τὴν Ἱερὰν καλουμένην νῆσον· & L. V. C. 2. ἀνήχθη ἐκ κατάρας δευτεραίος εἰς Πάτρας & paſſim alii, a viris doctiſſimis ad Actor. C. XXVII, 2, 3. excitati. Itaque hoc Lucianus voluiſſe videtur, juvenem eum in interiorem Aegyptum navigaſſe & *Clyſma* adiiſſe, cum vero navis inde ſolveret, perſuaſum fuiſſe, ut eam conſcenderet & Indiam peteret: erat quippe *Clyſmatis* portus, ad iter Indicum, ut Epiphanius ſignificat, accommodatus. Vid. & Ant. Itin. p. 170.

Ἀρκαδίας] Nomen provincia ab Arcadio indepta eſt, eſtque prima ejus, quod ſciam, apud Cyrillum Epiſt. ad Atticum p. 205. & Concil. Epheſin. p. 474. mentio: Arcadium illi nomen dediſſe Euſtathius in Dionyſii Periegeſ. ℣. 251. teſtabitur; facileque adeo Harduini carebimus commento, quo provincia eo titulo donata perhibetur, quod totius Aegypti eſſet media, uti Arcadia Peloponneſi: quæ ſi ſolida foret ratio, cur nusquam id nomen obvium eſt, niſi poſt Imp. Arcadii Imp. ætatem? *Præſes Arcadiae* eſt in Notitia Imp. Orient. C. 1.

Κυνὼ] Hæc *ſuperior* eſt *Cyno* ἡ ἄνω Κυνὼ in Meletii Breviario p. 187.; quæ etſi principem in urbium catalogo locum teneat, metropolis tamen cenſenda non erit cum L. Holſteinio: ſæpius enim vidimus ſeu conſulto, ſeu librariorum negligentia, metropoles aliis fuiſſe poſtpoſitas.

Ὀξύρυγχος] Hæc provinciæ Metropolis eſt apud Nilum Doxopatrium p. 223. tom. I. Var. S. Le Moyne: urbs erat ampliſſima & incredibili monachorum frequentia celebris; qua de re Rufinus, ad Ant. Itin. p. 157. a me appellatus & maxime Paradiſus ſeu Hiſt. Monach. Aegypti tom. III. Monum. Cotelerii p. 175.

Ἡρακλέως] Ἡρακλέης voce πόλις ſubintellecta: Epheſino Concilio p. 531. ἡ ἄνω Ἡράκλεια, & Ἡρακλεωτῶν πόλις τῆς Ἀρκαδίας, ut p. 474. dicitur. In ejus vicinia natus fuit Antonius, Monachorum parens, cujus vitam Athanaſius nobis reliquit: Sozomenus L. I. H. E. C. 13. γένει δ' ἦν οὗτος Αἰγύπτιος τὸ γένει, τῶν ὑπαλειδῶν ἀπὸ Κόμης· Κώμη δ' αὕτη ὁμοῦ Ἡρακλείας, τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἄρκτου· Sic edidit H. Valeſius, ſecutusque conjecturam, qua Heracleam minorem a Sozomeno ſignari arbitratur, vertit: *Fuit hic Aegyptius, ortus genere nobili in vico Coma. Eſt autem hic vicus juxta Heracleam, urbem Aegypti, quae cognominatur minor.* Ego aliter ſentio, & majorem Heracleam indicari opinor. Invenerat vir egregius in codice Fuketiano τῆς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκτου· unde colligas, fuiſſe *Arcadum* aut *Arcadiae* ibi mentionem. Idem confirmat Necephorus, qui ex Sozomeno habet, ὁμορος δ' αὕτη Ἡράκλεια τῆς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκαδων· Forte ergo verum fuerit, κώμη δ' αὕτη ὁμορος Ἡράκλεια τῆς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκαδίας, *qui vicus Heracleae, qui in Aegypti Arcadia, vicinus erat.* Certe articulus τῆς Fuketiani MS. hoc requirit: poſſes ceteroqui, ſi τῆς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκτου aliorum codicum retinendum cenſeas, præpoſitionem addere, atque ἐν τῆς κ. λ. legere, ſententia eadem. Alterutrum prorſus neceſſarium eſt.

Ἀρσινοίτης] Ita codex Leidenſis: intelligit Arſinoën & nomum ad occaſum inſulæ Heracleoticae, cujus epiſcopus Andreas Ἀρσινοίτης in Epiſt. ad Antiochenos p. 776. ab Athanaſo memoratur.

Θεοδοσιόπολις] Habent ejus epiſcopum Acta Conc. Chalcedon., cumque is pro Arſinoita antiſtite ſubſcribat, urbs Arſinoae vicina fuiſſe videtur: forte *ſtatio Ptolemais* apud Ptolemaeum id nominis a Theodoſio eſt ſortita.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, ἈΦΡΟΔΙΤΩ, ΠΕΜΦΙΣ, ΛΙΤΤΟΥΣ.

ξά. ἘΠΑΡΧΙΑ ΘΗΒΑΙΔΟΣ ἘΓΓΙΣΤΑ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ί.

ἙΡΜΟΥΠΗ, ΘΕΟΔΟΣΙΟΥΠΟΛΙΣ, ἈΝΤΙΝΩ, [a] ΚΑΣΟΣ, ΛΥΚΩΝ,

a *MSS.* Ἀκέασα, *editum in nota appoſita Holſt. invenit.*

Νικόπολις] L. Holſt. Νειλόπολις corrigit, rectiſſime, me arbitro. Fuit ſane *Nicopolis* in Aegypto, ſed Alexandriae vicina apud Joſephum L. IV. B. Jud. C. 11. §. 5., a qua longius diſceſſimus. *Nilopolis* erat in inſula Heracleotica, cujus epiſcopus Epheſino p. 531. Euſebius Νειλοπόλεως cum ceteris Aegyptiis nomen adſcribit.

Ἀφροδίτῳ] Forma hæc Aegyptia eſt, ut Λεοντῶ, Λυκὼ. Ptolemaeo Ἀφροδίτης πόλις, Chryſarius Ἀφροδιτῶν Epheſino p. 439. Vid. Ant. Itin. p. 168.

Πέμφις] Μέμφις. Quam urbem cultu Apis famoſam olim fuiſſe, conſtat: de quo cum omnia jam ſint vulgata, circumſpiciamus tamen, ecquid lucis obſcurioribus Lucani verbis de Achoreo adferri poſſit L. VIII. 477.

Hunc genuit, cuſtos Nili creſcentis in arva,
Memphis vana ſacris: illo cultore Deorum,
Luſtra ſua Phoebes non unus vexerat Apis.

In illis enim, qui *Apis luſtra ſua Phœbes vehere* dicatur, vix intelligas: equidem cum in Regio MS. & uno Pulmanni Cl. Oudendorpius *duxerat* offenderit, *luxerat* maluero: ut Apis *luſtra ſua Phoebes*, quibus ſacerdotum in fonte merſus enecabatur, *luxiſſe* perhibeatur: idque mihi propterea arriſit, quod ſacra illa ſummo cum luctu Aegyptii obirent; unde Tibullus L. I. Eleg. 8, 27.

Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirim
Barbara, Memphiten plangere docta bovem.

& Statius, ſimili metaphora, L. I. Thebaid. 265.

——— —— *Et ariſoni lugentia flumina Nili.*

Neque oberit conjecturæ *luctus*, bovi tributus, ſiquidem poëtae id ſibi licere arbitrantur: idem Statius L. V. Theb. 334.

——— —— *Regemque peremptum*
Ipſe ager, ipſi amnes, & muta armenta queruntur.

Etſi autem Lucanus id mihi voluiſſe videatur, ultro ſuſpicionem, ubi meliora fuero edoctus, damnabo: neque tamen eripi mihi patiar præſidium, quod hinc Ammiano veniet; ſcribit L. XXII. C. 14. *Apin Lunae* fuiſſe *ſacratum*, meritus propterea Salmaſii in Solin. p. 311. caſtigationem: *Quod contra omnes eſt*, inquit, *qui ὁμοθυμαδὸν Apin Oſiridi, id eſt, ſoli dicatum dixere.* Atqui Lucanus *Phoebae* ſive Lunae Apin evidentiſſime adſcribit, & Porphyrius apud Euſeb. L. III. Præp. Evan. C. 13. Σελήνῃ δὲ ταῦρον ἀνέθεσαν, ὃν Ἆπιν ἐπονομάζουσι. Nunc è diverticulo in viam, atque ad *Latonae* urbem.

Λίττους] Λητῦς, unde Iſaac ὁ Λητῦς in Meletii Breviario p. 187. Vid. Ant. Itin. p. 156.

Θηβαΐδος] Unam Thebaidem Aegyptus Conſtantii Imp. ætate habebat, ut ex ejus Epiſt. apud Athanaſium tom. I. p. 174. videas; Notitia Imp. Orient. C. 1. unam quoque novit. Secta poſtea in duas eſt, quarum Juſtinianus Edicto XIII. C. 22., Præſidibus ſubditarum, meminit.

Ἑρμύη] Ita MS. Leidenſis, alii Ἑρμώη male omnes. Ἑρμούπολις vero nomine fuit, quam μεγάλην, *magnam* vocabant, ut ab altera, quam ſupra tetigimus, diſcernerent. Gennadius Ἑρμουπόλεως μεγάλης adfuit Epheſinae II. Synodo, eſt que in Chalcedonenſi p. 127. Vid. Itin. Ant. p. 127. Sequentem legere non recordor.

Ἀντινῶ] Sic & Moſchus in Prat. Spirit. C. 37. & Rufinus in Vit. Patrum C. 12. *Vidimus & alium ſenem venerabilem, Eliam nomine, in finibus civitatis Antino, quae eſt Metropolis Thebaidis.* Palladius Hiſtor. Lauſ. C. 85. & 87. πόλιν Ἀντινόου vocat. Plura ad Itin. Ant. p. 167.

Ἀκέασα] Ita ſchedæ Leidenſes. Holſteinius Φάκασα emendat, & MS. Κάσῳ legere admonet;

ΛΥΚΩΝ, [a] ΥΨΗΛΗ ΑΠΟΛΛΩΝ ΜΙΚΡΟΣ, ΑΝΤΕΟΥ, [b] ΠΑΝΟΣ, ΩΑΣΙΣ ΜΕΓΑΛΗ.

ξβ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΘΗΒΑΙΔΟΣ ΤΗΣ ΑΝΩ ΥΠΟ ΔΟΥΚΑ. ΠΟΛΕΙΣ ιά.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ, ΔΙΟΣΠΟΛΙΣ, ΤΕΝΤΥΡΑ, ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ. ΚΩΠΤΟΣ,

a Ὑψιλῇ *codex Farneſ.*, alterum Lugdun. probat, qui *mox* quoque Ἀπόλλωνος μικροῦ, & recte. b Πάνιος *MS. Farneſ.* & mox Ὠάσης.

net; cui adſtipulari, etſi magnopere velim, non poſſum. *Phacuſa* vicus erat, Stephano teſte, Aegyptum inter & Arabicum mare, ſive, ut Ptolemaeus, Metropolis nomi Arabiæ: præterea Strabo L. XVII. p. 805. foſſæ Ptolemaicae, quæ ex Bubaſtico amne in ſinum Arabicum erat deducta, a *Phaccuſa*, ſic enim appellat, initium eſſe adfirmat. Quæ omnia, Phacuſam in Auguſtamnica I. fuiſſe & longiſſime hinc ſemotam indicant. Verum eſt Κῆσαι, unde *Cuſis* Itin. Ant. p. 157., quod adi.

Λύκων] Si πόλις addatur, bonum erit: ceteroqui Λυκὼ, Aegyptiorum more, dici aſſolet, ut Palladio Hiſt. Lauſ. C. 41., & Caſſiano L. IV. de Inſtit. Renunt. C. 23. *Primum abbatem Joannem, qui commoratus eſt juxta Lyco, quod eſt oppidum Thebaïdos.* & Collat. I. C. 21. Adde Canon. Theophili apud Bevereg. tom. II. p. 371. & quæ ibi Balſamon. *Cuſis* M. P. XXXV. Itin. Ant. diſſociat.

Ὑψηλή] Hoc manu exaratus liber, qui Lugduni in Batavis eſt, probat. Athanaſio Apol. cont. Arian. p. 185. Ὑψηλιτῶν πόλις, Epiphanio Haereſ. LXVI. C. 2. Ὑψηλὴ πόλις ἔτι καλεμένη ἐπὶ τῆς Θηβαΐδος. Vid. Ch. Cellarium L. IV. G. A. C. 1. p. 70. & de ſequenti Itin. A. p. 158.

Ἀντέῳ] Pro Ἀνταίῳ, ſolemni recentioribus more, ut ad Anton. Itin. vidimus. Cauſſam nominis locique ſitum Diodorus L. I. p. 18. ſignat, γενέσθαι, inquiens, τῆς μάχην συμβῆναι τοῦ πολέμου, πλησίον τοῦ νῦν Ἀνταίας Κώμης καλουμένης· ἣν κεῖσθαι μὲν λέγουσιν ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρει, τῆς ἀφεσιγείου δὲ ἔχειν ἀπὸ τοῦ κολασθέντος ὑπὸ Ἡρακλέους Ἀνταίου, τοῦ κατὰ τὴν Ὀσιριδος ἡλικίαν γενομένου. *Pugnam ad fluvium commiſſam eſſe prope vicum, qui nunc Antaeae nomen habet, & ſitus in parte Arabiam ſpectante: dictus ab Antaeo, quem Hercules Oſiridis aetate ſupplicio affecit.* Rhodomannus vicum vertendo *in parte quadam Arabiae* collocans, haud ſane attendit, rem in Aegypto eſſe geſtam. Poſita urbs ſive vicus ad orientem erat Nili, ut Ptolemaeus quoque docet; quem tractum Arabiæ vicinum faciunt. Vid. Itin. Ant. p. 164., & de Πανὸς, ſic enim recte MS. Leidenſis, urbe p. 166.

Ὠασις μεγάλη] Ὄασις μεγάλη, uti Socrati L. II. H. E. C. 28. dicitur; Athanaſio ἡ ἄνω Ὄασις Hiſtor. Arian. p. 387., & *magna Oaſis*, μεγάλη Ὄασις Apolog. ad Conſtantium p. 316. Siccam & exiliis famoſam fuiſſe præter alios Diodorus Tarſenſis apud Photium Cod. CCXXIII. p. 671. docet; Zonaras, qui in Theodoſio II. Oaſin Arabiæ regionem ait, errorem excuſare non poterit.

Ὑπὸ Δοῦκα] Unum Conſtantii Imp. tempore Aegyptus *Ducem* habebat, qui rei militaris curam ageret; Athanaſius Hiſtor. Arian. p. 394. modo λαμπρότατον Δοῦκα *Ducem illuſtrem*, modo στρατηλάτην, ut Apolog. ad Conſtantium p. 310., appellat. Poſtea duo conſtituti ſunt, alter Thebaidos, Libyae alter, cujus utriusque Notit. Imp. Orient. C. 1., & L. ult. C. de Diverſ. Offic. meminit. Juſtinianus dein Edicto XIII. C. 22. duas Thebaidas uni Duci mandavit, eique utriusque provinciæ Præſides parere juſſit.

Πτολεμαΐς] Hæc eſt *Ptolemais Hermi*; Ἑρμοῦ Πτολεμαΐς non apud Ptolemaeum tantum ſed & Theodorum Meliteniotam Prooemio in Aſtronom. tom. IX. Bibl. Graec. Fabricii p. 212. Zoſimo ἡ κατὰ τὴν Θηβαΐδα Πτολεμαΐς L. I. C. 71. Auctor L. III. Maccab. C. VII, 17. Ptolemaidem habet, quæ ex loci ingenio ῥοδοφόρος diceba-tur: noſtrane an Statio Ptolemais in Arſinoita nomo ſit, non temere dixero. De *Dioſpoli* Ant. Itin. p. 159.

Τέντυρα] Lege Τέντυρα. Vid. ibidem.

Μαξιμιανόπολις] Nomen a Maximiano Her-

ΚΩΠΤΟΣ, [a] ΦΙΚΑΙ, ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥΠΟΛΙΣ, ἘΡΕΣΒΥΘΟΣ, ΛΑΤΤΩΝ, ἈΠΟΛΛΩΝΙΑΣ, [b] ἈΟΜΒΡΟΙ.

ξγ. ἘΠΑΡΧΙΑ ΛΙΒΥΗΣ ΤΗΣ ἈΝΩ ὙΠΟ ἩΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ί.

ΣΩΖΟΥΣΑ, ΚΥΡΗΝΗ, ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ,

[a] ΤΕΥΧΕΙ-

[a] Φίβαι *codex Leidensis* & Ἐρέσβιθος. [b] Ὄμφροι *idem.*

culeo impetrasse videtur. In Meletii Breviario p. 187. Μαξιανούπολις vitiose dicitur. Adde Notit. Imp. Orient. C. 143.

Κῶπτος] Κόπτος. Xenophon Ephes. L. IV. p. 56. Κόπτον τῆς Αἰθιοπίας πλησίον vocat, & frequentia mercatorum, in Aethiopiam Indiamve cogitantium, celebrem ait. Statio L. I. Thebaid. 265. *Mareotica Coptos*, satis audaci figura: quæ vero illic a Lactantio de Iside notantur, plenius Scholiastes Luciani tom. II. p. 35. exponit.

Φίκαι] Rectum est Φίλαι, de quibus Ant. Itin. p. 164.

Διοκλητιανούπολις] Est in aliis quoque Notitiis: condita videtur, cum Diocletianus in Achilleum arma moveret, & Aegyptios in ordinem cogeret: tum enim varia per hanc provinciam castella excitavit, de quibus Jo. Malala tom. I. p. 409.

Ἐρέσβυθος] Vereor vehementer, ut se tueri hoc possit: nusquam, quod quidem sciam, eo nomine urbem in Thebaide inveni; &, nisi me omnia fallunt, Ἑρμονθὶς, de qua Itin. Ant. p. 160., erit.

Λάττων] Λάτων, quamquam & Λάττων in Vita S. Pachomii C. 7. §. 52.; *Latopolis* est, ad Itin. Ant. satis illustrata.

Ἀπολλωνίας] Ἀπόλλωνος, uti aliæ Notitiæ malunt: Ptolemaeo *magna Apollinis urbs*, Itin. Ant. *Apollonos superioris* & Notit. Imp. Orient. C. 143. Mox Ὄμβοι lege.

Λιβύης τῆς ἄνω] *Superior Libya* Notit. Imp. Orient. C. 1. ubi & *Præsidem* habet, obvium quoque in Actis S. Lucii apud Lambecium L. VIII. p. 206. Bibl. Vindeb. & Athanasii Apol. cont. Arian. tom. I. p. 174.

Σώζουσα] Hujus antistes Zosimus. Σωζούσης Concilio Ephesino II. inter Acta Chalcedonensia p. 127. subscripsit: Σώζουσα τῆς Πενταπόλεως dicitur Epiphanio Haeres. LXXIII. C. 26., satis recte; nam Libya superior Pentapolin complectitur.

Κυρήνη] Nobilissima olim urbs Synesii ætate deploranda erat conditione, prorsus neglecta & in ruinam procumbens; unde Orat. de Regno p. 2. meritissimo Imp. opem implorat, πόλις Ἑλληνὶς, inquit, παλαιὸν ὄνομα καὶ ἐν ᾠδῇ μυρίᾳ τῶν πάλαι σόφων· νῦν πένης καὶ κατηφὴς, καὶ μέγα ἐρείπιον, καὶ βασιλέως δεόμενον, εἰ μέλλει τι πράξειν τῆς περὶ αὐτὴν ἀρχαιολογίας ἐπάξιον· Plura in Ant. Itin. p. 68. Portu utebatur Phycunte, de quo præter Ptolemaeum idem Synesius Epist. 51. Ἄραντες ἐκ Φυκοῦντος ἀρχομένης ἑώας, δείλης ὀψίας τῷ κατ' Ἐρυθρὰν κόλπῳ προσέσχομεν· ubi male de *mari rubro* D. Petavius cogitavit, quod fortasse in altera editione correxit. Scribi debet Ἐρυθρὸν, quo nomine locum maritimum in Pentapoli Ptolemaeus habet & Synesius ipse Epist. 67. Adde Epist. 100.

Πτολεμαΐς] Provinciæ est Metropolis apud Synesium Epist. 67. & Nilum Doxopatrium p. 223. Non longe aberat *Barce*, quæ festinanti manum injicit: puto eam in animo atque oculis fuisse scriptoribus vetustis, qui Jacobi Majoris exitum descripsere: quod ut pateat, ipsos audiamus. Isidorus, seu quis alius auctor, in libro de Vita & Obitu Sanctorum, *Hic ab Herode*, inquit, *tetrarcha gladio cæsus occubuit, sepultus in arce Marmaria.* Sic MS. Jesuitarum Antwerpiensium præfert, ut ipsi profitentur tom. VI. Jul. p. 85.; alii codices, quos Mariana in Disputat. de Adventu S. Jacobi in Hispan. C. 7. inspexit, *in arce* aut *arca Carmarica, Marmarica, Marmorica, Achimarmarica* edunt: Martyrol. vetus tom. III. Anecdot. Ed. Martene p. 1549. in *Acaia Marmarica.* E quibus mirificis lectionibus Hispani scriptores multa comminiscuntur, ut Jacobum intra suæ regionis fines tu-

[a] ΤΕΥΧΕΙΡΑ, [b] ΑΔΡΙΑΝΗ, ΒΕΡΟΝΙΚΗ.

ξδ'. ΕΠΑΡΧΙΑ ΛΙΒΥΗΣ ΤΗΣ ΚΑΤΩ ΥΠΟ ΗΓΕΜΟΝΑ. ΠΟΛΕΙΣ ς'.

[c] ΠΑΡΑΙΤΟΝΙΟΝ, ΖΩΓΡΟΖΑΓΟΥΔΗΣ, ΠΙΔΟ-

a *Sic MS. Leiden., Farneſian.* Τεύχερα. b Ἀδριανοὶ & *mox* Ῥεβονίκη *ſcriptus Leid.; omnes autem ſex urbes recenſent, etſi plures in titulo habeant, haud dubie pravo.*
c Παραιτόνιον *MS. L.*

tumulatum fuiſſe, vincant: Mariana *arcam marmoricam* effingit, in quam Jacobus fuerit illatus, prorſus, ut de vocabulo ſileam, contra ſcriptoris mentem: ſolet enim locum, in quo viri, pietate illuſtres, fuerint ſepulti, apponere. Aliud ergo Maurus Caſtellus Ferrerius & Gaſpar Sanctius apud exſtructores magni operis Sanct. tom. VI. Jul. p. 14. inde eruerunt, opinati *Tamaricam* rectam eſſe; *Tamaricam* autem Gallaeciae eſſe partem, quam *Tamarici* apud Melam L. III. C. 1. olim habuerunt: quod poſterius ut verum eſſe demus, magna tamen differentia inter *Tamaricam* & *Marmaricam* ſeſe offert: & quae *arca* illa ſive *arx Tamarica?* aut ubi tandem lecta? Enimvero ſi partium ſepoſito ſtudio rem ipſam conſideraveris, quid magis Iſidori verbis accommodatum eſſe poteſt *Barce Marmarica?* Praeſertim cum Freculphus tom. II. L. II. C. 4. Jacobum *intra Marmaricam*, & Anonymus ſcriptor, operibus Oecumenii praepoſitus, ἐν πόλει τῆ Μαρμαρικῆς ſepultum fuiſſe tradat, librariique in *Marmaricae* vocabulo ſaepe peccarint turpiter, ut Joſ. Simlerus & H. Surita in Ant. Itin. p. 70. monuerunt. Dices Graeculum illum eſſe nullius fidei & multa perperam miſcere; neque ego negavero: ſatis tamen indicat, de *Marmarica* ſe aliquid inaudiviſſe, non de *Tamarica*, neque de *arca marmorica*. Probe vero *Barcen Marmaricam* appellari nemo facile negaverit, qui Marmaridas a Paraetonio ad Syrtin usque majorem porrectos fuiſſe è Plinio L. V. C. 5. didicerit.

Τεύχερα] Imo Τεύχειρα. Vitioſum urbis hujus nomen eſt in Diodoro Siculo L. XVIII. p. 605. Μετὰ ἢ ταῦτα ἡμέρας τινὰς, τὴν τῶν Ἀμμωνίων πόλιν, τὴν ὀνομαζομένην Τάρριχα, ἐκπολιορκήσας. Lege Τεύχειρα, quorſum res ipſa & MSS. variantes ſcripturae ducunt, & vide Anton. Itin. p. 67. & Schol. Pindari Pythior. Ode IV., ubi Cyrenae hujus originem vindicat. De ſequentibus duabus Itin. Anton.

Λιβύης ἢ κάτω] Athanaſius τὴν ἔξωθεν Λιβύης, provinciam Libyae vicinam appellare ſolet, ut Epiſt. ad Antiochen. p. 776.; cum Hierocle Notitia Imp. Orient. C. 1. facit, quae ejus etiam adminiſtrationem *Praeſidi*, ſicuti Imp. Juſtinianus Edicto XIII. C. 17., committit.

Παραιτόνιον] Libyae hinc initium ſumit Juſtinianus Edicto XIII. C. 18., Lucanus Syrtibus appoſitum fuiſſe videtur cenſuiſſe, cum L. III. 295. canit,

Uſque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes:

haud dubio, perperam: longe enim *Syrtes* a Paraetonio diſtabant: tamen, quaſi certus hujus opinionis, & alibi Syrtes Aegypto paene jungit; veluti L. VIII. 444.

Syrtibus hinc Libycis tuta eſt Aegyptus. ——

& V. 540.

Et vada teſtantur junctas Aegyptia Syrtes.

Ζωγροζαγούλης] L. Holſteinius in Car. a S. Paullo Geograph. S. duabus vocibus Ζώγρα, Ζάγυλις legendum, aut duas illas urbes in unam deinceps coalniſſe, arbitratur: quod & mihi arriſit. Philocalus Ζαγυλέων antiſtes eſt in Conc. Chalcedon. p. 127. & apud Lambecium L. VIII. Bibl. Vindeb. p. 423. Maximus Ζαγύλεως Gennadii Synodicae ſubſcribit: Athanaſius ad Antiochen. 767. Marcum Ζύγων ἢ ἔξωθεν Λιβύης memorat: Ptolemaeo utraque eſt κώμη *vicus*, non longo quidem

ΠΙΔΟΝΙΑ, ᾿ΑΝΤΙΦΡΩ, [a] ΔΑΡΝΙΣ, [b] ᾿ΑΜΜΩΝΙΑΚΗ.

[c] ᾿ΕΙΣΙΝ ΤΗΣ ΔΥΣΕΩΣ ΑΙ ᾿ΕΠΑΡΧΙΑΙ ῾ΥΠΟ ΡΩΜΗΝ ζ'.

᾿ΙΤΑΛΙΑΣ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΝΩΡΙΚΟΥ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΓΑΛΗΝΩΝ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΣΠΑΝΙΩΝ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΒΡΙΣΓΑΜΩΝ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΠΑΝΟΝΙΩΝ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ᾿ΑΦΡΙΚΗΣ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΣΙΚΕΛΙΑΣ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΣΑΡΔΗΝΙΑΣ, ᾿ΕΠΑΡΧΙΑ ΚΟΡΣΙΚΗΣ.

a *Vulgo* Δάρνης. b ᾿Αμωνιακὴ *MS. Farnesian.* c *Hæc & quæ sequuntur a Leidensis Bibliothecæ libro absunt.*

ΤΕΛΟΣ.

quidem inter se intervallo, nec juncti tamen arctissime.

Πιδονία] Πηδωνία est Ptolemaei prope Catabathmon parvum; atque haud scio, an hinc fuerit Apollon Πιθανίας in Synodica Gennadii?

᾿Αντιφρὼ] Eidem Synodicae Apollon ᾿Αντίφρων subscribit: ᾿Αντίφραι Straboni, qui L. XVII. p. 799. non longe a mari locat.

Δάρνις] Hæc provinciæ fuit metropolis, nisi Nilus Doxopatrius fallat, certe corruptus cum urbem Δαρικὼ p. 223. vocat. Plura Ant. It. p. 69.

᾿Αμμωνιακὴ] Recte ita MS. Lugdun.; Non alia est ac Ptolemaei χώρα ᾿Αμμωνιακὴ, *Ammoniaca regio*, cœli solique siccitate aspera. Athanasius *Libyae Ammoniacam* ᾿Αμμωνιακὴν τῆς Λιβύης Apol. ad Constantium p. 317. appellat, & exiliis episcoporum frequentem fuisse tum eo loco, tum Histor. Arian. p. 387. significat. Fortasse & huc pertinet *Oasis* Strabonis, quam prope Ammonis oraculum collocat: recte sane *Ammoniace* appellabitur.

᾿Εισὶ τῆς δύσεως] Hæc & quæ sequuntur, a MS. Leidensi exulant, hanc clausulam addente, τέλος τοῦ καταλόγου πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, τῶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, διοικουμένων· quæ mihi multo quoque justior & verior illis videtur, quæ L. Holsteinius ex suis codicibus excerpsit: neque enim commode occidentis Imperio ab Hierocle provinciæ tribuentur, quæ ipsius ætate amissæ prorsus erant; cujusmodi pleraeque sunt, quas subjunctas vides.

Γαλήνων] Γάλλων aut Γαλατῶν aut Γαλλιῶν oportuerat.

Σπανίων] Solenni more pro Ἱσπανίων· Ita Paullus Epist. ad Roman. C. XV, 28. τὴν Σπανίαν, & Galenus L. II. περὶ τροφ. Δυναμ. p. 328. κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τε καὶ Σπανίαν ὀνομαζομένην, & Athanasius τὴν τῶν Σπανίων Ὅσιον nuncupat: similiter Σπάνιοι ἵπποι apud Apsyrtum Hippiat. C. 115., & Melane τὸ γένος Σπάνη in Histor. Laus. Palladii C. 65. Adde Salmasium in Spartian. Hadrian. C. 1. & Jo. Rhodium in Lexico Scriboniano.

Βρισγάμων] Βριτάννων scribere voluit.

᾿Επαρχία Σικελίας] Has tres ad Italiam pertinere, L. Holst. margini adscripsit, eaque ratione numerum VII. provinciarum rotundari: quod uti verum est, ita scriptorem id voluisse dubites; ea enim si homini opinio fuit, cur Italiæ tres has provincias non addidit? Putem hoc auctarium non unius esse auctoris, novisque accessionibus in hanc formam a diversis fuisse exstructum. Certe dignum non est quod nos multum, metam tandem assecutos, moretur.

FINIS.

PRAE-

PRAEFATIONES
ET
DEDICATIONES,
QUAE
IN VARIIS EDITIONIBUS
ITINERARIORUM
INVENIUNTUR.

AND. SCHOTTUS ANTVERP.

ABRAHAMO ORTELIO,

GEOGRAPHO REGIO CIVIQUE CARISS., S. P. D.

THemiſtoclem Athenienſem, Orteli, amicorum optime, memoriæ proditum, ſæpenumero è ſomno Miltiadis tropæis excitari ſolitum. Idem mihi uſu veniſſe, & Geographiam abs te egregie illuſtratam, bonarum artium ſtudio adjungere cepiſſe, niſi fatear ingenuè, equidem mentiar. Ad id vero ſtudium, non inanis auræ & gloriæ cupiditate, ut Imperator ille Græcorum, ſed bene de aliis merendi, quoad ejus fieri à me poſſet, voluntate adductus, nuper ſum tuo exemplo aggreſſus. Quæ quidem virtutis honeſtatisque contentio, magno eſt mortalibus, teſte Heſiodo, emolumento, ſtimulosque addere ad ſumma quæque tentanda ſolet: ut licet conſequi nequeas, laus ſit aliqua in ſecundis tertiisque ſubſiſtere. Cumque excelſo ipſe & heroico animo, THEATRUM ORBIS TERRAE ſpectandum populo pridem exhibuiſſes;

Deſcripſti radio totum qui gentibus Orbem.

addito & nuper verè aureo, THESAURO *Geographico*, quo ſpartam, quam nactus es, vehementer ornaſſes, ipſe Te hortante maximè *Pomponium Melam* meliorem factum, Notisque à me illuſtratum (addito comite uno & item altero, Hermolao, & Pintiano, &, quas molior, Petri Ciacconii obſervationibus) in lucem prodire ſum paſſus: Oſtenſis etiam locis, quos ex Herodoto Bæticus ille ſcriptor latine exſcripſiſſet, adeo eleganter, ut M. Tullium, ſi Γεωγραφικὰ ſcribere, ut T. Attico promiſerat, voluiſſet, ne venuſtius quidem & accuratius de *orbis ſitu* (abſit verbo invidia) dicere potuiſſe, exiſtimem. Poſt è Carpetanis Cæſarauguſtam publicè evocatus, incidi in *Hieronymi Suritae* hominis doctiſſimi filium: qui me humaniter complexus cum eſſet, ITINERARIUM ANTONINI AUG. à parente edolatum, commentarioque ornatum, oſtendit, deſcribendumque tradidit & evulgandum. Negare id officii commodi publici gratia, non debui, manibus præ-

sertim piis viri doctissimi: quem in variis Pe. Victorius, ad Terentium Gab. Faernus, in Antiquitatum Dialogis Ant. Augustinus V. C. & parentis mihi loco colendus, aliique certatim laudassent. Qui nostra, parentumque memoria *Annalium Arragoniæ libris triginta*, totidemque annis elaboratis, sermone Hispano complexus, eam est laudem scribendo consecutus, ut eloquentia, lacteaque copia Hispanorum Livius, prudentia Tacitus, acumine Sallustius quidam, vel Thucydides esse videatur. Indices adhæc eorum *Annalium* Latine ἐν ἐπιτομῇ in gratiam exterorum inchoatos, edidit: quos utinam florentissima Cæsaraugustanorum Respub. absolutos aliquando emittat. Qua quidem in Historiæ patriæ tractatione, cum Geographiam esse pernecessariam rectè observasset, in qua ingenii nervos intenderet, ITINERARIUM *Antonini Aug.* tanquam viæ ducem, adhibendum putavit; depravatum tamen temporis, ut fit, injuria, vehementer indoluit. Antiquorum itaque librorum calamo exaratorum subsidium implorans, quatuor antiquissimos codices in membranis scriptos inspexit: *Regium* exemplar è bibliotheca ad D. Laurentium, *Blandinianum* item, *Neopolitanum*, & alterum Hieronymi Pauli. His addidit & multorum instar *Christophori Longolii Belgæ* editionem, Parisiis Anno CIↃ. IↃ. XII. excusam. Equidem duo vetera nactus exempla, diligenter quoque comparavi. Alterum Valentia Edetanorum, amicitiæ gratia, Pe. Joan. Nunnesius, summus nostra ætate & Rhetor, & Philosophus, ad me misit; alterum Hieron. Blancus (qui Suritae in historiæ Arragonicæ tractatione succedens, *Annales* & ipse latinè perscripsit) utendum dedit. Addidi & *Provinciarum Romanarum* libellum ab Ant. Schonhovio Belga primo editum. ITINERARIUM item *Burdigala Hierosolymam usque* à P. Pithoeo viro doctissimo in membranis repertum. Spicas itaque Ruth Moabitidis in divinis libris exemplo, à tergo messorum legere non puduit, egentibus, legentibusque non inutiles, nisi me ipse amo, futuras. *Nemo est enim reprehensus*, ut vir undecunque doctissimus M. Varro, sexto de lingua lat. scriptum reliquit, qui *è segete ad spicilegium reliquit stipulam.* De quo idem ille Criticorum princeps, togatorumque maximus, in lege Mœnia de plano sic pronunciat: *Neque in bona segete nullum est spicum nequam; neque in mala non aliquod bonum.* Hoc quicquid est laboris à nobis exhausti, operæque in Suritae lucubrationibus è situ vindicandis, Tibi, Orteli optime, libens merito do, dicoque: quod, cum à te discessero, nemo de his melius hac tempestate existimare aut possit, aut velit. Mitto itaque ut amoris in te mei, mutuæque inter nos benevolentiæ exstet monumentum apud posteros, si modo ætatem mea ferre poterunt, cupio quidem certe, sempiternam. Valetudinem tuam, quantum nos, studioque redamas, cura, amice magne. Sic tibi de meis annis Deus O. M. addat volo, ac sospitet feliciter. Tarracone, ex ædibus Ant. Augustini, Idib. Martiis, an CIↃ. IↃ. LXXXV.

IDEM

IDEM
CANDIDO LECTORI.

DUo *esse*, *ut Hominis*, *sic & Historiæ lumina*, locorum temporumque descriptionem, *nemo ignorat: Illa* Geographia; *hæc* Chronologia *appellata: illa locorum in universo situm*; *hæc numeris annos ostendit*, *de illa in præsens è re nata brevi differam: mox de* Antonini Augusti Itinerario, *quod in manibus est*; *denique consilii nostri rationem exponam.* Geographiæ, *ut inde ordiar*, *qui & Geometriæ idem credo inventor extitit*, *sive Adami soboles*, *ut Hebræi volunt*, *sive Aegyptii*, *ut Græci*, *dum extra alveum Nilus agros pro pluvia irrigans eluvione ferri solet. Cum de finibus regundis*, *atque agrorum limitibus agi cœptum est*, *terminis collocatis.* Tabularum *vero*, *quibus orbis terræ situs pingebatur*, *usus est perantiquus. Anaximander enim Thaletis auditor*, (*qui Servio Tullo Romanorum sexto regnante floruit*) *primus Geographicam tabulam exhibuit*, *teste Strabone*, *qui & Eratosthenis*, *aliorumque Geographorum tabulas commemorat. Aristagoras quoque æreâ Tabulâ* τ οἰκουμένης περίοδον *maria omnia*, *& flumina inciſa habuit*, *ut autor est Herodotus. Socrates quoque ut Alcibiadis factum*, *qui agris ad urbem insolentior erat*, *retunderet*, *referente Aeliano Lib.* 3. *Var. Hist. C.* 28. Ostende, *inquit*, in hac Græciæ tabula agros illos tuos. *Cum non apparere respondisset.* Quid igitur his tibi divitiis, quarum nullam Geographus rationem duxit, tantopere places? *Cujus philosophi alter discipulus Cebes Thebanus*, πίνακα *qui etiamnum extat*, *non locorum quidem*, *sed humanæ vitæ ad vivum expressam dedit imaginem. Theophrastus quoque Aristotelis & auditor*, *& in schola* Διάδοχος, *testamento jussit tabulas orbis terræ in porticu collocari*, *sic enim lib.* 5. *Laërtius:* ἔιτα τὸ γωΐδιον οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ μὴ χεῖρον ἢ πρότερον· ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσιν, εἰς τὸν κάτω τοῖχον. *Hanno quoque Carthaginiensis Tabulam navigationis maris Atlantici*, *qua Lybicam oram lustrarat*, *à se delineatam in æde Saturni dedicavit. Et apud Propertium Arethusa*, *nescio quis:*

Cogimur è tabula pictos edisscere mundos.

Habemus externa: pergamus ad Romana exempla. M. Varro Romanorum doctissimus lib. primo Rei rusticæ offendisse se scribit in fundo C. Fundani soceri sui, *C. Aegrium*, *equitem Rom. Socraticum*, *& P. Agrasium Publicanum*, *Italiam in pariete pictam spectantes. M. quoque Tullius*, *eloquentiæ latinæ Princeps*, *T. Pomponio Attico* Γεωγραφικὰ *scripturum se pollicetur*, *utinam absolvisset. Certe* P. Scipionis Somnium *è sexto de repub. libro*, *quantum eo genere orator potuisset*, *facile ostendit. Mitto de zonis cœli & terræ*, *quæ Varro*, *Virgilius & Ovidius aliique tradiderunt. Augustus Cæsar & M. Agrippa* Orbem *populo spectandum*, *teste Pli-*

nio, proposuerunt. Horum æqualis Vitruvius. Nec, *inquit*, sic fieri, testimonio possunt esse capita fluminum, quæ Orbe terrarum Chorographiis picta inveniuntur. *Domitianus quoque Imp. Metium Pomposianum, quod depictum in membranis* Orbem terræ *circumferret, jugulandum curavit. Trajani æqualis Plutarchus, ab initio vitæ Thesei, veteres* Orbis terræ *tabulas depingere solitos ait: ejusdemque fere æqualis L. Anneus Florus, sive is Seneca est*, faciam, *inquit*, quod solent, qui Terrarum situs pingunt in brevi quadam Tabella. *Et Julianus Imperator epist. ad Alypium:* ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν γεογραφίαν ὅτε ἀπέστειλας, οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρά σου πινάκιον ἀποσταλέν· ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους. Jam eram morbo liberatus, cum Geographiam misisti, non tamen propterea minus grata fuit Tabella abs te missa, erant enim in ea tum descriptiones meliores, tum Jambi, quibus eam ornasti. *Hac vero tempestate crevit, seculi felicitate, ut & ceteræ disciplinæ omnes, sic &* Geographia. *Tabularum enim referta sunt atria, bibliothecæ, & officinæ. Quæ cum ita sint, Tabulis ferè* Orbis terræ situs *ob oculos ponitur, ut nullo vitæ discrimine, & absque itineris molestiis, sumptu vero exiguo, provincias lustrare possis; Navigantibus vero* περίπλους *usui est, qualis hodie quæ extat Arriani; &* περιήγησις, *qualis est versibus à Dionysio Afro conscripta, quam & Rhemnius Fannius, & Rufus Festus latinè reddiderunt: ut & Elegiacis* Itinerarium *Rutilius Numatianus dedit; nudis vero nominibus* Antonius, *sive is* Antoninus *est* Augustus, *quo terrestri itinere, militari via & gradu (quales aliquot viæ in Italia, pauciores in Hispania videmus) Romani duces utebantur, & hodie viatores utuntur, quique dispositis ad celeritatem equis vehuntur. Ceterum de* Itinerariis Tabulis, *quæ & militiæ in castra-metatione perutiles sunt, legendus Fl. Vegetius lib. 3. de re militari cap. 6. Qualem* Itinerariam Tabulam *è Conradi Peutingeri, patricii Augustani, bibliotheca nuper eruit de omni antiquitate bene meritus V. C.* Marcus Welserus, *Augustanæ reip. septemvir, & scholiis etiam ornavit: Ortelius vero noster Geographorum* κορυφαῖος *in æs incisam integram quoque evulgavit Joannis Moreti typis: quo in genere antiquorum Monumentorum extare puto nihil prius, aut secundum. De scriptore certi nihil adferre possum, illud tantum: ab erudito aliquo Geometra locorum peritissimo conscriptum hoc* Itinerarium *videri: sed post, jussu Imperatoris alicujus (qui fere post M. Aurelium Antoninum Pium,* Antonini *&* Pii *cognomen, boni ominis gratia, retinuerunt) publicè auctoritatem nomenque* Antonini Augusti *sumpsisse, tametsi plerique veteres libri* Antonii *præferunt, solemni fortasse librariorum vitio, quo &* Constantium *&* Constantinum *sæpe confundunt.* Hieronymus Surita, *Hispanus pereruditus, ad* Antoninum *Severi filium, refert hoc opus, propter locorum* Britanniæ *mentionem: Sed* Critici certant, & adhuc sub judice lis est. *Ducibus vero, militibusque ac Proconsulibus & Prætoribus in Provincias proficiscentibus compositum apparet, ne aberrarent à via, in insidiasque per devia inciderent. His enim necessarium hujusmodi* Itinera-

nerarium *author eſt Fl. Vegetius, & B. Ambroſius Serm. in Pſalmum* 118. *Adjecta vero poſt id genus gloſſemata arbitror*, Byzantium, quæ & Conſtantinopolis, Porſulis quæ Maximianopolis. *Via autem non recta ſemper & compendiaria, ut hodie, ducebat, ſed trita magis ac tuta, quæ* Regia & Militaris via & ſolita itinera *ab Ammiano vocantur. De* ſtratis viis *videndus Galenus eſt Medicorum princeps lib. 9. methodi cap. 8. & Procopius initio lib. II. belli Perſici* Stratam * *urbem, à Romanis, à via militari credo appellatam ſcribit. Reliquum eſt, ut conſilii noſtri ratio conſtet, hoc enim propoſitum fuit, dum, quæ in tenebris deliteſcebant*, Hieronymi Suritae *hominis doctiſſimi in* Itinerarium Auguſti Notas *eruerem*, & noſtra qualicunque acceſſione, variantis ſcripturæ è membranis (edito jam pridem Pomponio Mela) illuſtrarem, *ut publicè Geographiæ ſtudioſos juvarem: hoc enim ſpectavi, præterea nihil. Verum, ne quis forte imprudentior, ut ſupervacaneum hunc veteres libros comparandi laborem cenſeat, qui magnum tamen Reip. literariæ adfert operæ pretium, unum de multis hujus libelli ſpecimen, Lector, accipe.*

In Aldino exemplari integrum quaternionem omiſſum, tres vero in compaginando loco motos obſervavi. Quare perturbatè omnia in illa Veneta editione leguntur, quæ in Pariſienſi Chriſtoph. Longolii, hominis diſertiſſimi, omnium ad eam diem optima, an. cIↃ. IↃ. XII. *& in Baſilienſi an.* cIↃ. IↃ. LXXV. *ordine collocata leguntur: Aldini vero libri error in multa exemplaria propagatus, ut Florentina Juntarum an.* cIↃ. IↃ. XXVI. *& Lugdunenſi Simonis Vincentii inveteravit. Sed quid Antonino id accidiſſe miramur? idem enim* Cenſorino de die natali ad Q. Cærellium *uſuveniſſe in ipſis etiam Aldinis* Germanicisque *libris, docuit Lud. Carrio Brugenſis, tradu&tis paginis, & quæ falſo inſcripta ſunt, abjudicando. Quin & in Plutarchi* Sympoſiacis, *edente & ipſo Manutio majore, tranſpoſita video. quæ nunc in Baſileenſ. libris Græcis, Latinisque, compoſita leguntur. Quid? In iis etiam libris, (quos integros exſtare permagni ſanè Reip. intererat) Pandectarum, qui Piſis primum, poſt Florentiæ ab Etruriæ Ducibus, tanquam juris civilis fontes, religiosè ſervantur, libro quinquageſimo quædam conglutinatoris vitio tranſpoſita, nunc poſtliminii jure in ſedem recepta leguntur, ut primus docuit* Ant. Auguſtinus, *vir elegantioris Juriſprudentiæ, & Antiquitatis inſtaurator, quem, ut debeo, honoris cauſſa, libenter nomino. Hæc de librorum veterum in comparando fide, & emendationum fructu atque utilitate adjicere placuit. Addideram & huic* Spicilegio *locorum veterum nomenclaturas è* Numiſmatis *antiquorum Græcis & Latinis: item ex* Inſcriptionib. Rom. *litteratisque lapidibus; quos & in Muſeio* Ant. Auguſtini *V. C. in hortis ejus, & copioſa bibliotheca, quæ mihi patebat, arbitratu meo inſpexiſſem, legiſſemque hisce oculis Tarracone: quæ urbs citerioris Hiſpaniæ plus ceteris ſimul omnibus Romanorum abundat inſcriptionibus, titulis, ac marmoribus. Verum quod ſupervacaneum fore inaudiſſem, ſuperſedi, mihique ac Muſis exhauſtum laborem ſegregavi: præſertim editis jam ſæculi felicitate tot, tantisque Anti-*

* Imo regionem non longe a Palmyra, quæ *Strata* dicebatur.

Antiquitatis monumentis, ut uberi Huberti Goltzii Thesauro, Fastis, ac Græcia majore, *nummorum etiam Græcorum referto & vasto illo* Inscriptionum Europæ *libro Mart. Smetii, cum Justi Lipsii hominis longe doctissimi* Auctario. *Ex his enim monumentis Geographiam quoque mirifice illustrari & posse, & debere, nemo paululum humanior, nisi in his litteris hospes, inficiabitur. Cætera enim præsidia Geographiæ cum Orthographia communia (quam & ætatibus, ut nummos usu, variasse auctor est Fabius) puta veterum librorum calamo in membranis exaratorum atque Historicorum veterum, Græcorum, Latinorumque non perinde certa esse comperi atque priscorum nummorum, & marmorum, quod hæc in omnium oculis sita, manibusque trita, reprehensionibusque vulgi magis obnoxia, publica auctoritate, partim incisa, partim cusa, valuerunt. Quam enim Græci in locorum personarumque nominibus à Latinis dissentiant, quis ignorat, nisi Græcarum litterarum rudis? Geographi quidem, Strabo, Ptolemaeus, Dionysius Afer, à Pomponio Mela, Plinio, Solino, Capella, Rutilio, Sequestro discedunt. Historici vero, qui & in locorum descriptionibus, ut Poetæ diserti sunt, Polybius, Plutarchus, & Appianus: nam in rerum gestarum rerum uberiores Græcos Romanis esse, quod peregrini incolis fere diligentius omnia excutiant certum est. Hanc industriam, mi Lector, beneque de Repub. merendi studium æqui, boni, consule: quod si impetravero, erit cur altera Geographicorum scriptorum pars accedat.*

EX

EX EDITIONE ITINERARII GERMANICA BASIL. ANNI cIↃ. IↃ. LXXV.

ANTONII AUGUSTI ITINERARIUM Provinciarum ſæpe ante hac editum eſt ſub *Antonini* nomine, ac quidam credunt *Antoninum Pium Imp.* hujus auctorem eſſe. In noſtro exemplari *Antonius Auguſtus* nominatur: & qui Pariſiis *Antonini* nomine hoc *Itinerarium* edidit, fatetur eodem modo in manuſcriptis exemplaribus *Antonio Aug.* inſcribi: Nominatur autem quidam *Antonius Auguſtus* inter Geoponicorum ſcriptores. Habui etiam alterum exemplar, quod Aegidius Scudius, ex veteri quodam codice, Bibliothecæ, ni fallor, S. Galli deſcripſerat: in eo liber hic *Antonino Auguſtali* inſcribitur. Flodoardus presbyter, lib. primo Hiſtoriæ Rhemenſium Pontificum, citat hæc ex Aethico in Cosmographia.

A MEDIOLANO.

Per Alpes Cottias Viennam M. P. CCCCIX.
Inde Durocortorum M. P. CCCXXXI. quæ ſunt leucæ CCXXI.

ITEM A DUROCORTORO.

Divodorum usque M. P. M. LXII.

Hæc autem ex *Antonii Itinerario* deſumpta eſſe non eſt dubium: quare juxta hunc *Aethicus* utriusque libri auctor erit. Præterea in antiquiſſimo *Itinerario Antonii* invenitur eadem præfatio, quæ Aethico noſtro præpoſita eſt, de dimenſione orbis terrarum juſſu Rom. Senatus facta. Poſtremo Cuſpinianus ſcribit ſe habere *Itinerarium* vetuſtiſſimum incerti auctoris, quod Julio Cæſari adſcribatur, è quo hæc eadem profert, quæ ab initio *Aethici* noſtri leguntur. Meminit etiam Felix Malleolus, in dialogo de Nobilitate, deſcriptionis totius orbis, quæ à Julio Cæſare inchoata, & ſub Auguſto abſoluta fuerit: *ac gentes & civitates ſingulas*, inquit, *cum ſuis diſtantiis annotatas eſſe in Itinerario urbis Romæ*, quod ſe vidiſſe refert. Cæterum ex his, quæ ab ipſo commemorantur, apparet eum loqui cum de *Aethici* noſtri *Cosmographia*, tum etiam de *Itinerario Antonii Auguſti*.

Porrò in tanta opinionum varietate quid nobis ſtatuendum eſt: quemnam agnoſcemus hujus *Itinerarii* auctorem? Dicam quod ſentio, audacter. Primum neque Julium, neque Antoninum Imp. ſive Pium, ſive Philoſophum intel-

intelligas, *Itinerarii* quod hodie sub *Antonini* nomine circumfertur, auctorem esse existimo, quoniam multa urbium nomina hic ponuntur, quæ illorum ætate incognita prorsus fuere, ut *Constantinopolis*, *Maximianopolis*, *Diocletianopolis*, *Constantia*, *Curia*. Non tamen propterea nihil ad *Julium*, aut *Antoninos* hoc opus pertinere censeo: sed existimo descriptionem aliquam regionum, & urbium illorum jussu primum factam, & postea sæpe mutatam, aut auctam, nomen vetus servasse ut *Julii* aut *Antonini* diceretur. Video enim descriptiones hujusmodi semper magnis Imperatoribus & Regibus curæ fuisse. Plinii ætate adhuc extabant Commentarii Diogneti & Bitonis, qui fuere mensores itinerum Alexandri Magni, & loca, quæ adiit, eorumque distantias litteris commendarunt. Agrippam diligenter admodum in dimensionibus terrarum observandis, & annotandis versatum fuisse, ex Plinio constat. Ab Augusto Italia in regiones certas distributa, & diligentissime descripta est. Idem cum in Orientem missurus esset Cajum filium, præmisit Dionysium Geographum, qui singula commentaretur. Refert etiam *Aethicus*, universum orbem à mensoribus ex Senatusconsulto descriptum esse, tempore Julii Cæsaris, & Octavii Augusti Imperatorum. Ac procul dubio quando Cyrenio sive Quirinio Præside, census Judæorum habitus est; imo totius orbis Romano imperio subjecti, cujus Euangelica historia meminit, singula oppida Provinciarum omnium diligentissime descripta fuerunt. Verisimile autem est etiam posteriorum Imperatorum jussu, provincias & oppida Romani imperii descripta fuisse, præsertim cum toties Provinciarum limites mutati sint. Exstat quoque ad finem libri nostri, fragmentum Itinerarii ANTONINI, quo tantum itinera ab Urbe in Gallias continentur: nullæ autem locorum seu mansionum distantiæ adnotatæ sunt. Ac forte talis fuit Julii, vel Antonini descriptio, in qua tantum provinciæ & itinera oppidaque celebriora annotata essent: huic postea alii, multa ex posterioribus descriptionibus adjecerunt, numeros addiderunt, nomina alicubi mutarunt, atque ad suam ætatem accommodarunt. Ceterum an *Aethicus Itinerarium* scripserit, vel auxerit, ut Flodoardus censere videtur, affirmare non ausim: etsi animus huc inclinat, eundem utriusque libelli auctorem esse. Attamen quoniam in vetustis, & manuscriptis exemplaribus prior *Aethico*, posterior *Antonino Augusto* inscribitur, nihil hic mutare voluimus: Posterior vero *Aethici* descriptio totius orbis, pæne ad verbum suæ historiæ inserta est à Paulo Orosio, sive hanc *Aethicus* ab Orosio acceperit; sive, quod magis credo, alter illam ab *Aethico* nostro mutuatus sit.

Est autem ITINERUM notitia, non tantum mercatoribus necessaria, qui per varias regiones peregrinantur, sed exactiori locorum descriptioni plurimum inservit, & totius Geographiæ fundamentum est.

Affert etiam ITINERUM cognitio multum lucis Historiarum lectioni: sæpe namque ab Historicis exercituum profectiones variæ, terra marique, nonnunquam etiam classium tempestate factæ disjectiones describuntur, quæ omnia

omnia melius intelliguntur, si noris distantias, & intervalla locorum.

Præterea ducibus & Imperatoribus Itinerum ratio nota esse debet, ideoque summi Imperatores olim huic rei, & operam, & sumptum impenderunt, ut omnia itinera nota & diligenter descripta haberent. Ab iisdem militibus itinerum ratio præscribebatur: qua de re non pigebit D. Ambrosii verba adscribere, Serm. V. in Psalm. CXVIII. *Miles*, inquit, *qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluntaria captat compendia, ne recedat à signis, sed Itinerarium ab Imperatore accipit & custodit illud: præscripto incedit ordine, cum armis suis ambulat, rectaque via conficit iter ut inveniat commeatuum parata sibi subsidia. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non invenit, quia Imperator iis jubet hæc præparari omnia, qui sequuntur. Nec dextra nec sinistra à præscripto itinere declinant, meritoque non deficit, qui Imperatorem suum sequitur. Moderate enim ambulat, quia Imperator non quod sibi utile, sed quod omnibus possibile, considerat: ideoque & stativa ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto requiescit die. Eliguntur civitates in quibus triduum, quatriduum & plures interponantur dies: Si aquis abundant, commerciis frequentantur: & ita sine labore conficitur iter donec ad eam urbem perveniatur, quæ quasi regalis eligitur, in qua fessis exercitibus requies ministratur.* Hæc ille.

Postremo *Itinerarium* hoc *Antonii*, de quo nunc scribimus, conjunctum cum libro, qui titulum habet: NOTITIA utriusque imperii, oculis quodammodo subjicit dispositionem rei militaris, qualis olim sub Imperatoribus fuit per omnes Provincias Romani imperii. Nam in illo opere omnes copiæ, & equestres, & pedestres recensentur, vexillationes Palatinæ & Comitatenses, & pseudocomitatenses, auxilia, classes, & quo loco, in quibus limitibus singulæ legiones, & cohortes, atque alæ dispositæ fuerint indicatur: sed plurima locorum nomina apud Ptolemaeum & alios Geographos non inveniantur, quæ tamen fere omnia apud *Antonium* nostrum exstant. Quare si quis hunc cum altero conferat, videbit quibus locis, & quanta inter se distantia Romanæ copiæ per Provincias distributæ fuerint.

CANDIDO LECTORI HIERON. SURITA.

ERRANTI viam non monstrare, Athenis execrationibus publicis sancitum fuisse novimus. Hinc gentium religio; qui viis, & semitis *Mercurium* præfecerunt, *Hodii* & *Enhodii* eum cognominibus venerantes, Latinos *Viacum* inde appellavisse non Varronis testimonio, aut aliorum auctorum, qui de Diis gentium, & eorum imaginibus, & variis nominibus, atque cognominibus syntagmata contexuêre, cognovimus; sed pervetusta inscriptione, quæ Zamoræ juxta prætorium, quod Consistorii ædes vocant, visitur. Eam mihi Florianus Ocampius, qui antiqua monumenta omnibus vestigiis eruere conabatur, anno M. D. XLV. commonstravit: quæ ejusmodi est, ut ad id nomen latius indagandum studiosorum animos maximè excitare debeat.

DEO MEP.....
VIACO
M. ATILIVS
SILONIS F.
QVIR. SILO
EX VOTO.

In ea tamen parte, quæ fugientibus litteris execta est, amicus ille noster, seu recte, seu perperam, uti ego autumo, MENIUM legendum censebat, cum ego contenderem, si Deo MOENIUM lapis dicatus fuisset MOI. legi oportere, non MEP. & pluribus inscriptionibus satis constat, similes dicationes factas: uti Cluniae, NEPTUNO DEO. Huc accedebat non ad Hispanorum modo, sed & ad Gallorum gentes Græcam religionem, per animos gentium barbararum pervasisse. Nam Julius Cæsar, summus ac præstantissimus auctorum, commemorat, Gallos Deum maximè *Mercurium* coluisse, & eum viarum atque itinerum ducem agnovisse; & *Lares viales*, sunt qui suspicentur dictos à Plauto, deos esse, qui viæ præsunt, ut sint θεοὶ ἐνόδιοι, quos implorent, qui peregre proficiscuntur. Quantam vero Romani curam adhibuerint viarum dirigendarum, vetustissimus ille Appius, unus

unus omnium perpetua memoria est consecutus. De via enim Appia Procopius rem maxime memoratu dignam ad posteros tradidit. Livius item vias sternendas silice in urbe, & glarea extra urbem substruendas marginandasque, primos omnium locavisse Q. Fulvium Flaccum, & A. Posthumium Albinum Censores anno v. c. d. lxxx. Sp. Posthumio Albino & Q. Mucio Scævula Coss. libro xli. perhibet. C. quoque Gracchum Ti. F. Plutarchus, lege lata de coloniis deducendis, ac viis muniendis, in tribunatu maxime navum, & industrium in viarum directionibus constituendis se præstitisse refert: & dimensis viarum spatiis, singulis miliariis columnas lapideas, spatiorum signa præferentes, erexisse: aliosque præterea lapides passim inter se dispositos, ex utraque viarum margine conlocasse, ut illis conscensis facilius in equos desilirent. Romano imperio in summam majestatem amplificato atque evecto, adeo omnis ejus rei insignis ornatus adhibitus est, ut *Augustus*, autore Dione, viarum, quæ circa urbem constratæ erant, curator designaretur: & qui viis muniendis præessent viros *Prætorios* suffecerit, qui binis lictoribus uterentur: & ab eo *Miliarium aureum* fuit in capite Romani fori statutum, ex quo spatia viarum per urbem mearent: spatiorum mensuris ab ipso *Miliario* decurrentibus. Neque Italiam modo, sed & universas Romani imperii provincias eo decore, atque ornamento idem Princeps affecit, ut Præsides, & qui pro Consulibus eo munere fungerentur, facilius provinciarum urbes atque conventus obirent. Et Tacitus, Tranquillus, & Plutarchus *Miliarii* mentionem fecêre: & in libello *de regionibus urbis*, cujus *P. Victor* editur auctor, ejus fit mentio. Certa enim itinera erant, non magistratibus modo, sed & principibus obiri solita: unde Ammianus Marcellinus *Julianum* perhibet, cum Antiochiam properaret, *solitis itineribus* usum: & alibi, *per compendiariam viam consummato procinctu, Tarsum Ciliciæ reversurum:* Et eodem libro *jamque apricante cœlo III. Non. Mart. profectus, Hierapolim solitis itineribus venit*; vocat idem *vias regias* post paullo. Unde Flavius Vegetius rectè admonet, magnis Imperatoribus & primariis ducibus provinciarum, atque regionum Itineraria esse perlegenda. Verba ejus apponam. *Primum Itineraria omnium regionum, quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta: ita ut locorum intervalla, non solum passuum numero, sed & viarum qualitates perdiscat: per compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta consideret: usque eo, ut sollertiores duces Itineraria Provinciarum, in quibus necessitas gerebatur, non tantum annotata, sed etiam picta habuisse firmentur: ut non solum consilio mentis, verum etiam aspectu oculorum viam profecturus eligeret.* Hinc viæ *militares*, & *Consulares* atque *regiæ* nuncupabantur. Cicero de Provinciis Consularibus *Via*, inquit, *illa nostra, quæ per Macedoniam est, usque ad Hellespontum militaris:* & Philippica xii. *Quis audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi?* Plinius, *Finiuntur*, inquit, *Laboriæ viæ ab utroque latere consulari: quæ à Puteolis, atque à Cumis Capuam ducit.* Et Ammianus libro xxiii. *Unde duæ ducentes Persidem viæ regiæ distinguuntur.* Ad hæc, quemadmodum

Perſæ *paraſangis*, Aegyptii *ſchenis*, Galli *Leugis*; ita Latini *Millibus paſſuum* Lapidum menſuras deſignaverunt: & *Paſſum* quinque pedibus conſtare, Columella, & Severinus Boethius teſtantur. Inde *Milliare*, & *Milliarium* Ciceroni: *Accepi*, inquit, *litteras tuas ad* v. *milliare*. &: *Cum plebs prope ripam Anienis ad* III. *Milliarium conſediſſet*. &, *Poſtea audivi à* III. *milliario tum eum iſſe*: & alio loco: *Siquidem etiam vos duo tales ad* v. *milliarium*. Sed Auguſti jam Cæſaris imperio *lapidum* item nomine, menſuras itinerum deſignatas legimus: nam Cornelius Nepos Pomponium Atticum juxta viam Appiam *ad* v. *lapidem* in monumento Q. Caecilii avunculi ſui ſepultum perhibet: Et T. Livii teſtimonio itidem admonemur, cum ejus Annalium libro v. ita ſcribat. *Juſtiore*, inquit, *altero deinde prælio ad* VIII. *lapidem Gabina via memorat*. Evenit inde ut in *Antonini Itinerario ad ſeptimum decimum*, *Vicenſimum*, *Tricenſimum* legentes, *lapidem* ſubaudiamus: Eos *lapides* Probus Grammaticus *Cippos* dictos perhibet: & Straboni στηλωμένη ὁδὸς, *per columellas dimenſa via* appellatur. Neque immeritò Quintilianus Fabius, audientem quoque refici certo ſingularum partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis *notata inſcriptis lapidibus ſpatia*, commemorat: quo reſpexiſſe Rutilium Numatianum, veterem poëtam & ipſum, *Itinerario* ſecundo apparet, illis verſiculis quos Jovianus Pontanus jure merito enodes & nitidos eſſe teſtatur:

Intervalla viæ feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

Summum vere non Regis magni, ut eſt apud poëtam, ſed complurium Imperatorum atque Principum & totius pœne orbis provinciarum opus; atque haud ſcio an de humanis operibus longe maximum fuerit, ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum regionum itinera circumcirca ad inhabitabiles usque oras ſubſtructionum innumeris milliaribus fuiſſe dimenſa, complanata, atque deſcripta, ut neque ipſius imperii interitus, & urbium occaſus, earum columnarum & ſubſtructionum monumenta, quam late longeque Romani populi nomen diffuſum fuerat, evertere penitus potuerit. Id non Sidonii modo Apollinaris carmine, apparet qui ſic cecinit:

Antiquus tibi nec teratur agger,
Cujus per ſpatium ſatis vetuſtis
Nomen Cæſareum nitet columnis.

Sed & ad Alfonſi Caſtellæ regis ejus tempora, qui cum Richardo, & Rodolpho de Romani regni ſucceſſione contendit, *milliariorum* nomen ex ipſis Columnis deſumptum in vulgus vernaculo vocabulo dimanavit: *migeriis* enim, quos vocat, id eſt milliariis, haud ſecus atque *leugis* ſpatiorum dimenſiones deſignare illa ſæcula in Hiſpania conſuevere. Legum certe volumine ſecundo,

do, *Partitam* vulgo nominant, titulo XVI. lege III. *leugam* tribus *migeriis* constare docet: terna namque passuum millia singulis leugis tribuit, cum *leugas*, sive *leuvas*, Gallicum enim nomen erat, D. Hieronymus, Ammianus, & Isidorus *passibus mille & quingentis* finiri uno ore consentiunt. Jam vero Augusti & Tiberii imperatorum temporibus Hispaniarum provinciarum regiones ad ultimas usque nationes demetatas atque definitas, circumscriptasque fuisse, columnarum ipsarum inscriptiones præclarè indicant: cum ad Oceanum usque, & Vaccæorum populos, homines maxime mediterraneos, viæ constructæ, atque substratæ & mirificis molibus munitæ in hanc usque diem appareant. In Cordubensi territorio columnæ duæ erutæ sunt: quas in Aede maxima ejus urbis conlocatas Februario mense anni M. D. LXX. vidimus, cum Philippus Hispaniarum rex, Principum maximus, regio comitatu urbem eam iniret: atque earum inscriptiones ejusmodi sunt:

IMPERATOR CAESAR. DIVI. F.
AVGVSTVS. COS. XIII. TRIB.
TOT. XXI. PONTIF. MAX.
A. BAETE. ET. IANO AVGVST.
AD OCEANVM
LXIIII.

Exstare in D. Nicolai æde alteram ejusdem inscriptionis columnam ferunt; & nos prope eam ædem in domo primarii viri Johannis Herediæ fragmentum alterius lapidis cum eadem inscriptione usque ad ea verba A BAETE ET IAN.... vidimus, plures enim eodem loco columnæ constitui consueverunt, quæ eadem verba continerent.

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F.
DIVI IVLI NEPOS AVGVSTVS
PONTIF. MAX..... COS
V. IMP. TRIB. POTEST. XXXVII.
AB IANO AVGVSTO QVI
EST AD BAETEM VSQVE
AD OCEANVM
LXIIII

Ejus vero notæ L quam nos alias nunquam vidimus, ratio ea videtur esse, ut geminum L. id est *Centenarium* numerum designet. In ea vero parte, qua rasæ apparent litteræ, alios video XXI. legere: qui numerus forte voci IMP. addendus erat. In Vaccaeorum vero regione ad Pisoracæ fluminis ripas juxta oppidum Hetteram in fragmento columnæ eam inscriptionem legi Florianus Ocampius mihi magnopere asseveravit, penes quem fides esto:

TI. CAESAR DIVI AVG. F. DIVI IVLI N. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POT. XXXV. IMP. IIX.
COS. V. A PISORACA M. I.

Nam alterius lapidis in eodem primo à Piſoraca milliario inſcriptionem, cum elogio Neronis Claudi Imperatoris adeo interverſam protulit, ut indigne hoc loco adponere conſilium non fuerit. Neque tamen confictas ab eo libenter crediderim: præſertim cum mecum durius contenderet, non à Piſoraca milliare primum recte me eſſe interpretatum, ſed iis notis *amnis Piſoraca maximo Jovi* declarari: cum magis appoſitè, ſi fingere operæ pretium fuiſſet, ſine notis diſertè ea explicari potuiſſent. Viam præterea, qua itinera Cæſarauguſta Bilbilim, & inde Emeritam ducebantur, à Domitiano Imperatore reſtitutam ex vetuſta columna, quæ Epilæ ad Comitis ulmetum expoſita eſt, apparet: eamque ad Lucenam vicum prope Salonem amnem, qui Epila quatuor millibus paſſuum diſtat, & à Ricla VIII. M. inventam ferunt: quam ſi integram atque incorruptam nacti eſſemus, aliquid forte opis huic noſtræ commentationi tuliſſet:

.....SAR
.....SIANI F.
.....SAVG. GER
.....P. VIII CoS XI
.....TESTAT. P. P.
.....ECORR.....pT.
.....TES RESTIT.
$\overline{X}$ CCLXXXIX
CLXIX
VII

Magnificentiæ vero ſplendor imperii Romani, ſupra omnium Imperatorum laudem, Imperatore Trajano eluxit, qui cunctam ferme *Hiſpaniam* longè lateque fuſam ac patentem, pontium, & viarum continuatis munitionibus, ac molibus mirabilius, atque ſplendidius auxit atque ornavit: Infinita enim veſtigia innumerabilium lapidum munitarum eo Imperatore viarum extant: & unius omnium Elogio nummi ænei affabre, & ſingulari artificio excuſi, atque jactati ſunt: quibus viæ effigies deſignata eſt: tanquam ſtolatæ fœminæ humi ſtratæ, atque jacentis: quæ ſiniſtra virgam tenet, & levata dextra rotam decuſſim radiatam porrigit: & infra hæc adpoſita eſt inſcriptio, VIA TRAJANA: eamque deſignari conjicio, quæ Cæſarauguſta, Turiaſonem, Auguſtobrigam, Numantiam, Uxamam, Cluniam, Intercatiam, atque inde Aſturicam perducit: vetuſtis lapidibus & *Antonini Auguſti Itinerario* atteſtantibus, quod Antonini Baſſiani, Septimii Severi Imperatoris filii impe-

imperio compoſitum fuiſſe, initio Britannicorum itinerum, me conjectura perſuaſum indicabitur, niſi forte paludes Pontinas ſaxo ab imperatore Trajano conſtratas, & juxta vias ædificia conſtructa, & pontes magnificentiſſimos, ut auctor eſt Dion, ab eo factos, ea effigie deſignari arbitremur. *Vias* præterea has jam priſcis temporibus *Stratas* nuncupatas fuiſſe, ex Eutropio apparet, ut in manſione *Cœnophrurii* liquet. Hæc, quæ præfati ſumus, eum habere modum oportuit, ut quantum maximè poſſem, declararem, quanti unus hic libellus, qui *Antonini Auguſti* nomine provinciarum omnium Romani Imperii vias, atque itinera complexus eſt, expendendus atque æſtimandus eſſe debeat: qui adeo mirabilis utilitatis proventum nobis præbet, ut Straboni, Melae, Plinio, & Ptolemaeo, præſtantiſſimis auctoribus, in totius Orbis explicatione, quaſi magnis in tenebris clariſſimum lumen præferat. Eum mihi excutiendum, & vetuſtorum exemplariorum ope enucleandum, quoad ejus à me fieri potuit, eſſe duxi: ſi ſubvenire aliquâ in parte, & opitulari, cum maximè opis indigeat, ſtudioſis poſſem. Vale.

Vetuſti codices, quorum teſtimonio ad eruendam & reſtituendam veram & germanam *Itinerarii Antonini Auguſti* lectionem uſi ſumus, his notis diſtinguentur:

B. R. Bibliothecæ Regiæ ad D. Laurentium vetuſtiſſ. codex Ovetenſis: Aera IↃCCCCXX. deſcriptus.

B. B. Bibliothecæ Blandinianæ pervetuſtus codex à CCCC. circiter annis tranſcriptus.

B. N. Bibliothecæ Neapolitanorum Regum, qui poſt Cardinalis de Urſinis fuit, anno M. CCCC. XXVII. exſcriptus.

H. P. Hieronymi Pauli, Barcinonenſis Provinciar. Hiſpaniæ excerpta ex Itinerario Antonini Auguſti, & ſeorſim edita.

CH. L. Chriſtophori Longolii exemplar ab H. Stephano Pariſiis editum anno M. IↃ. XII.

JUDI-

JUDICIA
DOCTORUM VIRORUM
DE
HIERONYMO SURITA.

Fredenandus Nonius Pintianus castigationibus in Plinium.

HIERONYMUS Surita Cæsarauguſtanus à ſecretis judicum violatæ fidei, amor & delicium generis humani: tantum illi vel ingenii; vel artis ad promerendam omnium mortalium voluntatem ſupereſt. Qui, præter multiplices alias dotes in humanis etiam literis, quæ apud nos quoque magno jam ſtudioſorum proventu efflореſcere cœperunt, ita excellit, ut quem ei anteferre poſſimus, habeamus ſine controverſia neminem.

Idem in Retractationibus Melæ.

HIERONYMO SURITAE, ſummæ in literis diligentiæ, ac tot plane meritorum, ut nulla eis par laus inveniri poſſit.

Pet. Victorius lib. 22. Variarum lectionum Cap. 23.

Cum HIERONYMUS SURITA Cæsarauguſtanus hac iter faceret, meque de via ſalutaſſet, in multo ſermone, quem de literis elegantioribus habuimus, intelligebatur admodum ſtudioſus eſſe ſcriptorum Ciceronis, & omnis Antiquitatis bene peritus, aperuitque mihi judicium ſuum &c.

Gabriel Faernus emend. Terentii locum Act. I. Heautontimor. Sce. I. verſ. 27.

Rectum eſt? ego ut faciam. Non eſt? te ut deterream.

Sic recte interpunctum acceptum refert Hieronymo Suritæ, ſic enim ſcribit:

Hujus loci intelligentiam HIERONYMO SURITAE, doctiſſimo Hiſpano, debemus.

Ant. Poſſevinus è Societ. Jeſu Apparatus hiſtoriæ Sectione 5. cap. 13.

HIERONYMUS SURITA ſcripſit *Annales regum Arragonenſium* ſive Arragoniorum usque ad mortem Ferdinandi regis Catholici lib. 30., quibus

bus annos totidem impendit, ſtylo pereleganti Hiſpanico, quamvis prolixior fuerit, quod nomina inſeruerit omnium eorum, qui in Regum illorum expeditionibus fuêre. Ii vero Annales, ingentibus quinque voluminibus comprehenduntur; quæ etſi perampla ſunt, utilitas tamen, quæ ex iis capitur, moleſtiam temporisque jacturam ſuperat. Hæc Poſſevinus.

Idem poſt Latinè eosdem deſcribere ἐν ἐπιτομῇ inchoârat, extantque INDICES, ut nominat, tomorum duorum; qui, ut & Hiſpanici libri cum Sicularum rerum hiſtoriis, Cæſarauguſtanæ Reip. ſumptu excuſi ſunt iterum; vidimus & INDICES manu auctoris locupletatos in Carthuſianorum, extra urbem, Bibliotheca, quibus religioſis viris ſuos labores SURITA moriens commendarat, ut & quæ in *C. Julii Cæſaris commentarios* plurima, & in *Claudianum* poetam adnotarat. Quæ omnia utinam hæredum beneficio lucem aliquando aſpiciant; & INDICES rerum Arragonum Latinè pertexere quis patriæ amantior perpat. Eſſet ſanè laudis campus ampliſſimus, & ingentis utilitatis ſeges uberrima. *Neſcire enim, quid antequam naſceris acciderit*, inquit Tullius, *eſt ſemper eſſe puerum.* Ant. Schottus Ant.

GEOGRAPHIAE STUDIOSIS

AND. SCHOTTUS

ANTVERP.

ACtum, ajunt, ne agas. Quod igitur *Antonini Augusti* ITINERARIUM ad vetera exemplaria calamo exarata plurima *Hieronymus Surita*, vir eruditissimus, & ad Parisiensem *Christopho. Longolii*, longe cæteris omnibus præstantiorem editionem, contulisset, breves Notas duntaxat, ne ἀσύμβολος hinc discederem, subjeci; supervacaneum ratus singula anxie appendere, ac pæne adnumerare, quæ olim in Celtiberia è duobus membraneis libris *Cæsarauguſtano*, ac *Valentino* (qui hisce notis *Cæs.* & *Val.* designantur) descripsissem. Plerumque unius literæ varietas erat, resque plena tædii lectori fuisset: quæ tota consensu confirmari debet Geographorum, Historicorumque, cum Græcorum, tum Latinorum, marmorum, Inscriptionum, ac lapidum, quibus viarum olim intervalla (teste in Gracchis Plutarcho) designabantur: veteris denique appellationis vestigiis, quæ hodieque appareant, atque distantiis: Translatitia alioquin cum omni, & periculi plena alea. Quid? numerorum, quibus milliarium intervalla *Antoninus* numerat, ut in numerorum notis primum est, etiam in Ptolemaeo Græco, quæ, & quanta diversitas? Putidum itaque visum, singula persequi velle: quod & in una eademque Provincia ingens sit leucarum varietas. Illud tantum monuisse contentus: ut totius summæ præscriptæ singuli collecti numeri respondeant, exæquentque, maximè allaborandum. Sic æræ ratio constabit probè. Quæ quidem intervallorum oppida accusandi casu omnia *Surita*, auferendi fere *Car. Sigonius*, ut quà iter ad terminum esset, extulit. Qui *Sigonius*, homo historiarum peritissimus ANTONINI fragmentum ITALIAE Indici Historiarum regni Italiæ apud suos commodè inseruit: Typographi enim Germani, cætera diligentes, forte quod nacti non essent ab opere avulsum, quod equidem miror, non addiderunt. Nos hominis eruditissimi, patriæ historiæ ac soli diligentiam minime contemnendam existimavimus. Notas interim σποράδην, qua licuit brevitate, ne fastidio essemus, damus, tanquam digitum ad fontes doctorum hominum, qui *Varias lectiones* hodie scribunt, intendendo. Aequi boni, mi Lector, consule: Equidem ut utriusque amici morte amissi, *Suritæ* & *Ortelii*, dolorem aliqua ex parte minuerem, tollere enim solus potest Deus, diesque, Epitaphia adjeci; utque mortalem me esse assidue recordarer, Venusini illud Poetæ identidem usurpans:

Omnes compositi, Felices, nunc ego resto.

HIERO-

HIERONYMO SURITAE

Cæsaraugustano

JOAN. SECUNDUS,

Hagiensis.

UNica nata meis requies Hieronyme curis
Qui facis Hesperiæ jam mihi dulce solum,
Cujus in auriculis argutis Juliæ gaudet
Laudatos tenera voce sonare modos.
Cuique mea ante alios non dedignata Nexera est
Humida adhuc labris basia ferre meis.
Quæ te cumque mihi lux obtulit optime rerum
Inter solennes hæc mihi semper erit.
Hæc mihi cum Maji celebretur sæpe calendis,
Credo equidem, cari mensis & ipsa fuit.
Sed quæcunque fuit, mihi te donavit amicum,
Quo mihi non alius carior ante fuit.
Tu mihi labenteis solito brevioribus horis
Ire jubes Phœbo candidiore dies.
Quam juvat antiquos pariter cantare Poetas?
Magna quibus veteres Roma tuetur opes.
Cumque pio Aenea Laurentem quærere Tybrim,
Securos, Turno quam paret ille necem.
Aut legere infestas qui Cæsaris intonat iras,
Et deflet Magni colla resecta ducis.
Quin & Claudiani doctas evolvere chartas,
Hic Reges etiam, nec minus arma canit.
Et raptam Siculo Cereris de littore natam,
Quam nunc & Manes, & Stigis unda colit.
Dein Vatis varias per sylvas Parthenopaei
Ire Amphioniæ mœnia in alta lyræ,
Et fera Thebanos armare in prælia fratres,
Et procul è tuto bella videre loco.
Mox bello fessas in blanda reducere Musas
Otia, Pegasei qua fluit unda pedis.
Adsunt, & dominas per odora vireta sequuntur
Lesbiaque & Tyrios culta Corinna sinus,
Deliaque & Nemesis, tortoque superba capillo
Primus amor Latii Cynthia Callimachi.

Quam multa interea ſubeunt jucunda relatu?
Unà mihi tecum quot parit una jocos?
Seu varios hominum mores ridemus, & arteis,
Seu Complutenſis Grammatici cerebrum.
Dii mihi dent tecum, juvenis lectiſſime, longum
Degere, & inſulſos ludere Grammaticos.

Ad eundem in Grammaticos.

Si te ruris opes juvant beati,
Si te liberioris aura cœli
Salubris juvat, arborumque fœtu
Diſtinctus viror omnium colorum,
Si lenis tremula quies in umbra,
Qua fagus patulis comata ramis,
Laurusque innuba, populusve pallens
Confringit rabiem Leonis uſti,
Qua centum querulæ ſtrepunt volucres,
Et centum ſuperat modos volucrum
Crudum Threicii ſcelus Tyranni
Longa Daulias integrans querela:
Qua ſtringit virideis amœna ripas
Chriſtalloque liquente ſerpit unda,
Mox cum murmure bulliens ſonoro
Pugnanteis aqua concitat lapillos.
Hæc ſi te recreant, amice dulcis,
Nec cœnare poeticis patellis,
Lactucasque times, cucurbitasque,
Huc ad nos propera, ferasque tecum
Totum quicquid habes facetiarum,
Et quicquid ſalis, atque riſionis
Triginta ſolidis diebus abſens
Servaſti accumulans tuo Secundo.
Sed te per Genium tuum, meosque
Per Faunos, Dryadesque per puellas,
Helleſpontiacum per & Priapum,
Ne de Grammaticis amice quenquam
Adducas precor huc; moleſta gens eſt;
Nec ridere mihi liceret illos,
Ut mos eſt meus, omnibus cachinnis.
Nam quidam mihi rettulit Poëta,
Notæ Grammaticum ſeveritatis,

Noctes atque dies dolenter angi,
Quod nec Grammacicum vocare doctum,
In libri titulo sui venusti
Possit, cum generis sit ipse neutri.
Cui Vates meus, ut gravi labore
Jam tandem miserum senem levaret,
Securè pater, inquit, eloqueris
Si te Grammaticosque masculinos
Tecum, Grammaticosque fœmininos
Communesque simul, simulque neutros
Omneis, Grammaticum pecus vocabis.

EPITAPHIUM
HIERONYMI SURITAE.

HIERONYMO SVRITAE MICH. F.
GABR. N. CAESARAVGVSTANO
HISTORIAE ARAGONIAE
DILIGENTISS. ATQ. ELECTO
SCRIPTORI PATRI B. M.
HIERONYMVS F. POSVIT.
VIXIT ANN. LXVII. MENS. XI.
OBIIT CAESARAVG. III. NON. NOVEMB. cIↃ. IↃ. LXXX.

MARTINI AZAGRIAE
Aragonenſis.

Dum Salo, dum Sicoris, dum Cingâ augebit Iberi,
Dum maris augebit magnus Iberas aquas,
Poſt cineres, manesque tuos, heu magne SVRITA,
Semper erit majus nomen in orbe tuum.
ANNALESQ. *tui tantarum pondere rerum*
AEterni æternum te ſine morte dabunt.

JACOBI FALCONIS, EQUITIS VALENTINI,
Poëtæ, & Mathematici ſummi, carmen retrogradum.

Ingenium & candor SVRITAE *vivet, opinor,*
Vivet, dum mundo carmen & Hiſtoria.
Hiſtoria & carmen dum mundo vivet, opinor,
Vivet SVRITAE *candor & ingenium.*

ANTVERPIAE
AD D. MICHAELIS.

ABRAHAMI ORTELII

QVEM VRBS VRBIVM ANTVERPIA EDIDIT,
REX REGVM PHILIPPVS GEOGRAPHVM HABVIT,
MONVMENTVM HIC VIDES.
BREVIS TERRA EVM CAPIT,
QVI IPSE TERRARVM ORBEM CEPIT,
STILO ET TABVLIS ILLVSTRAVIT:
SED MENTE CONTEMPSIT.
QVA CAELVM ET ALTA SVSPEXIT,
CONSTANS ADVERSVM SPES AVT METVS.
AMICITIAE CVLTOR, CANDORE, FIDE, OFFICIIS.
QVIETIS CVLTOR, SINE LITE, VXORE, PROLE,
VITAM HABVIT, QVALE ALIVS VOTVM.
VT NVNC QVOQVE AETERNA EI QVIES SIT
VOTIS FAVE LECTOR.
OBIIT IIII. KAL. QVINCT. ANNI cIↃ. IↃ. XCIIX.
VIXIT ANNOS LXXI. MENS. II. DIES IIXX.

COLII EX SORORE NEPOTES. B. M. POSS.

IBIDEM

IBIDEM SARCOPHAGO INSCULPTUM.

PIAE MEMORIAE
ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO
FRATRI CARISSIMO
ANNA ORTELIA
CAELEBS CAELIBI M. F. C.
cIↃ. IↃ. xcviii.
HAEC META LABORIS.

Chronographicum.

Orta qVater ſeptena DIes Vt IVnIo, eheV VIr
AnnorVM OrteLIVs ſeptVagInta obIIT.
Oſſa habet hic tumulus fragili cum carne, ſed aſtra
Amplius his, animam, cui bene vixit, habent.
O fera fata! ô mors! non ſic tibi cedere Magnus
Debuit Ortelius: Muſa mori hunc vetuit.
Sed natura jubet: malum inevitabile mors *eſt;*
Ortum quicquid habet, ſpectat ad interitum.

A. M. B.

ELOGIUM
ABR. ORTELII ANTVERPIAE
ad Diui Michaelis.

D. O. M.

ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO,
QVI POST PTOLEMAEVM ORBIS TERR.
SITVM IN THEATRO THESAVROQ.
SPECTANDVM POSTERIS PRAEBENS,
MANV ORNANS, AT MENTE, VT AIEBAT,
CONTEMNENS
GEOGRAPHIAM PRINCEPS CVM GER.
MERCATORE
SIC ILLVSTRAVIT, VT PARVO IMPENDIO,
PERICVLO NVLLO, MVNDVM
DOMI DESPECTARE SIMVL LICEAT,
CIVI OPT. ET AMICO B. M.
HAEREDES MOESTI POSS.

VIXIT ANN. LXXI. M. II. D. XVIII.
OBIIT IV. KAL. SEXTIL. cIↃ. IↃ. XCIIX.

Ad. V. C.

ABRAHAMUM ORTELIUM,

GEOGRAPHUM REGIUM EX NOMINIS ANAGRAMMATISMO EPIGRAMMA.

Abrahamus Ortelius Antverpienſis
Inſulas, urbes, arte ornavi, vah tempſi.

Nomen Abráme tuum, poſitas te in littore terras
Arte ornaſſe *ait*, *ac* urbibus *eſſe decus:*
Arte *geographica totum quia pinxeris orbem*,
Et nullum quia non videris arte *locum.*
Vah *etiam* tempſiſſe, *inquit*, *quia divitis orbis*
Omnia tempſiſti *paupere dona animo.*

Carmen retrogradum.

Ortelio decus, his terris dum lucida præbet
Lumina ſol, gignent, urbs, loca picta, libri.
Libri, picta loca, urbs, gignent, ſol lumina præbet
Lucida dum terris his, decus Ortelio.

Hermannus Mylius
Arn. F. Birickmannus.

INDEX I.

ITINERUM UTRIUSQUE ITINERARII ET PROVINCIARUM HIEROCLIS.

A.

ACinco, quo castra constituta sunt. Pag. 266
Aemines portu Immadras. 506
Aeni (*à ponte*) ad castra. 259
——— Veldidenam. 259
Aginno Lugdunum *Galliar.* 462
Agrigento Lilybaeum. 96
——— Syracusas per maritima. 95
Αἰγυπτιακὴ (Ἐπαρχία) 723
Alaunia Condatem. 386
Albingano Maurici portum. 503
Alconis Pompejanas. 505
Algis Rapinium. 498
Alma flum. Scabros. 500
Almina Telamonis portus. 500
Anaone Olivulam. 504
Ancona Iader. 272
Ancyra Cæsaream per Nyssam. 205
——— Taviam. 203
——— Tarsum. 572
Anae flum. ostio Emeritam. 431
Andematunno Cambatem. 386
——— Tullum Leucorum. 385
Antiochia Emesam. 187
Antipoli Lero & Lerinus. 584
τῆς Ἀφρικῆς (Ἐπαρχ.) 734
Aprile lacu in Alma flum. 500
Aquileja Bononiam. 281
——— Lauriacum. 276
——— Salonas per Istriam extra mare. 272
——— Sirmium. 559
——— Siscian per Liburniam. 272
——— Veldidenam per compendium. 279
Aquis Regis Sufibus. 47
Aquis *Tarbellicis* Burdigalam. 456
τῆς Ἀραβίας (Ἐπαρχ.) 721
Arabisso Muzana. 188
——— Satalam per compendium. 181
per Arabicam partem trans Nilum. 164
Arelate Carthaginem Spartariam. 396
——— Castulonem. 396
——— Narbonem. 396
——— Mediolanum. 558
——— Tarraconem. 396
Arimino Dertonam. 286
——— Ravennam. 126
——— Cæsenam. 126
τῆς Ἀρκαδίας (Ἐπαρχία) 729
τῆς Ἀρμενίας ἀ (Ἐπαρ.) 702
τῆς Ἀρμενίας β' (Ἐπαρχ.) 703
Arnine Herculis portum. 499
τῆς Ἀσίας (Ἐπαρχία) 638
Assuris Thenas. 47
Asturica Tarraconem. 448
——— Burdigalam. 453
——— Cæsaraugustam. 439
——— Cæsaraugustam per Cantabriam. 439
Aterno Salonas. 497
Ἀνγύστα ἀ (Ἐπαρχία) 726
Ἀνγύστα β' (Ἐπαρχία) 727
Augusta Vindelicorum Veronam. 274
Augusti *urbis* à portu *Carthaginem Africa.* 493
——— Pyrgos. 498
Augustoduno Lutetiam Parisiorum. 360
Avisione Anaonem. 504
Aulone Capuam. 609

B.

BAgaco Nerviorum Durocortorum Remorum. 380

Bario Tarentum per compendium. 119
Belone Tingin Mauritaniæ. 495
Benevento Hydruntum. 119
——— Tarentum. 120
Beroa Hadrianopolim. 231
Blato Bulgio Caſtra Exploratorum. 467
Bracara Aſturicam. 422. 427. 429
——— Aſturicam per loca maritima. 423
Bremenico Corſtopitum. 464
Brigantia Comum. 278
——— Mediolanum per lacum. 277
τῶν Βεσιγάμων (Ἐπαρχία) 734
Brundiſio Aulonem trajectus. 323
——— Calabriæ Aulonem. 497
——— Dyrrhachium in Macedoniam. 497
——— Dyrrachium trajectus. 317
——— Tarentum ad littus. 119
Burdigala { Arelate. 549 / Argantomagum. 461 / Auguſtodunum. 458
Buthroto Saſonis inſulam. 489

C.

CAbyle Hadrianopolim per compendium. 175
Cæſarea Anazarbum. 211
——— Eleutheropolim. 199
——— Hieroſolymam. 585
——— Melitenem. 210
——— Satalam. 206
Cæſarauguſta Beneharnum. 452
Cæſaromago Lutetiam. 384
Calama Ruſuccurum. 36
Callecome Ediſſam. 191
——— Lariſſam. 195
Calleva Isca Dumnunniorum. 486
Callipoli trajectum in Aſiam Lampſacum. 333
Capua Equotuticum. 111
——— Romam. 611
Caralis in Auguſti portum. 494
——— Carthaginem. 494
——— Galatam inſ. 494
——— Nuram. 85
Carocotino Auguſtobonam. 381
Carpis ad Lybiam in promont. 493
——— Adrumetum. 493
——— Carthaginem. 493
——— Clypeam. 493
——— Curubim. 493
——— Mercurii. 493
——— Neapolim. 493
Carris Hierapolim. 192
Carſicis Citariſtam. 506
Carthagine Alexandriam. 57
——— Byzancium. 50
——— Cæſaream. 25
——— Cirtam. 24
——— Clypeam. 57
——— Leptim magnam. 57
——— Sitifi. 24
——— Sufetulam per Adrumetum. 52
Carthagine Spartaria Cæſaream Mauretaniæ. 496
Caſtello Coloniam. 377
——— Turnacum. 377
Caſtronovo Centumcellas. 498
Caſtulone Malacam. 404
Catina Agrigentum. 94
——— Syracuſas. 492
Centumcellis Algas. 498
Cirta Hipponem Regium. 42
Citariſta Aeminem. 506
Clanoventa Mediolanum. 481
Claudiopoli Ancyram. 200
Colonia Trajani Coloniam Agrippinam. 375
Conſtantinopoli Antiochiam. 140
——— Nicomediam. 571
Copto Berenicem. 171
Corduba Caſtulonem. 402
——— Emeritam. 415
Cremona Bononiam. 283
Crotone Naus. 490
Cucuſo Arabiſſon. 214
——— Melitenem. 214
Cyrrho Emeſam. 193
——— Ediſſam. 189

D.

τῆς Δαλίας (Ἐπαρχία) 654
Damaſco Emeſam. 199
τῆς Δαρδανίας (Ἐπαρχία) 655
Delphini à portu Genuam. 502
Dili Foſſas Marianas. 507
Doliche Serianam Anune. 194
Domitianis Almina fl. 500
Dorilæo Ancyram. 202
Dyrrhachio Byzantium per Macedoniam & Thraciam. 317
Durocortoro Divodurum. 363
——— Treveros. 365

E.

Eboraco Londinum. 478
Ἐλευθέρνα (Ἐπαρχία) 701
Ἑλλάδος (Ἐπαρχία) 643
Emerita Cæsaraugustam. 433. 438. 444
Ἐμιμόντε (Ἐπαρχία) 637
Ἤπειρος παλαιᾶς (Ἐπαρχία) 651
Ἤπειρος νέας. 652
Equo Tutico Hydruntum ad trajectum. 115
Rhegium per Roscianum. 112
Estri Pacem Juliam. 425
Esuri per compendium Pacem-Juliam. 431
Eumari Neapolim. 195
Εὐφρατησίας (Ἐπαρχία) 712

F.

Falesia Populonium. 501
Faventia Lucam. 283
Foro Julii Samblacitanum sinum. 505
Fossis Marianis ad Gradum Massilitanorum. 507

G.

Gadibus Cordubam. 409
Galata Tabracam. 495
Γαλατίας (Ἐπαρχία) 696
——— Σαλουταρίας (Ἐπαρχία) 697
Γαλήνων (Ἐπαρχία) 734
Genua Vada Sabatia. 502
Germanicia Edissam. 184. 188
——— Edissam per Dolichen & Zeugma. 184
——— Edissam per Samosatam. 186
Gessoriaco de Galliis Ritupas in portum Britannorum. 463
Gessoriacensi à portu Bagacum. 376
——— ad Ritupium portum. 496
Gradu per flum. Rhodanum Arelatum. 508
Gravisci Maltanum. 499

H.

Ἑλλησπόντε (Ἐπαρχία) 661
Helvillo Anconam. 315
Heraclea Caccabaria Alconis. 505
——— Aulonem. 609
Hercule Monœci Avisionem. 504
Herculis à portu in Cetarias Domitianas. 499
Hiccaris per maritima loca Drepanum. 87
Hierichunte ad mare mortuum. 597
Hierosolyma Hierichuntem. 596
——— Cæsaream. 600
Hippone Regio Carthaginem. 42. 44
Hispali Cordubam. 413
——— Emeritam. 414
Hydrunte Aulonem. 323. 329
——— Constantinopolim. 329
——— Leucas. 489

I.

Ἰωνίας (Ἐπαρχία) 638
Immadris Massilias Græcorum portum. 507
Incaro Dilim. 507
Ἰσαυρίας (Ἐπαρχία) 708
Isca Callevam. 484. 485
Isthmo Naupactum. 488
Juliobona Durocasses. 385
——— Mediolanum. 384

K.

Καππαδοκίας ἀ (Ἐπαρχία) 698
Καππαδοκίας β' (Ἐπαρχία) 700
Καρίας (Ἐπαρχία) 687
Κιλικίας ἀ (Ἐπαρχία) 704
Κιλικίας β' (Ἐπαρχία) 705
Κορσίκης (Ἐπαρχία) 734
Κρήτης (Ἐπαρχία) 694
Κύπρε τῆς Νήσε (Ἐπαρχία) 706

L.

Lamasba Sitifi. 35
Lambese Cirtam. 40
——— Sitifi. 32
Lauriaco Brigantiam per medium Augustæ Vindelicorum. 258
——— Veldidenam 256
Lerone & Lerino Forum Julii. 502
Leucis Crotonem. 489
Lilybæo maritimam in insulam. 492
——— Messanam. 89
——— de Sicilia Carthaginem. 494
Laminio Cæsaraugustam. 446
——— Toletum. 446
Λιβύης τῆς Ἄνω (Ἐπαρχία) 732
——— Λιβύης τῆς Κάτω (Ἐπαρχία) 733
Limite, id est Vallo, Prætorium. 464

Literno Miſenum. 123
Londinio Dubrim portum. 473
—— Lemanis portum. 473
—— Lindum. 476
—— Luguvallium ad Vallum. 474
Luca Lunam. 489
—— Piſas. 289
—— Romam per Clodiam. 284
τῆς Λυδίας (Ἐπαρχία) 669
Lugduno Argentoratum. 368
τῆς Λυκαονίας (Ἐπαρχία) 674
τῆς Λυκίας (Ἐπαρχία) 682
Luna Segeſten. 501

M.

MAlaca Gades. 402
Maltano Quintianum. 499
τῆς Μακεδονίας (Ἐπαρχία) 641
Mariana Palas. 85
Maritima ab inſula in Aegimurum inſulam. 492
—— in Africam. 491
—— Miſſuam. 491
Maſſilia Græcorum Incarum. 507
Mediolano ad Galleciam ad leg. VII. geminam. 387
—— Aquileiam. 553
—— Argentoratum per Alpes Grajas. 346
—— Arelate per Alpes Cottias. 339
—— Columnam ſeu Trajectum Siciliæ per Picenum & Campaniam. 98
—— Durocortorum. 356
—— Geſſoriacum per Alpes Cottias & Durocortorum. 356
—— Moguntiacum per Alpes Penninas. 350
—— Vapincum trans Alpes Cottias. 356
—— Viennam per Alpes Grajas. 344
Melitena Samoſatam. 215
Mercuri ab exploratione Cæſaream Mauritaniæ. 12
—— Carthaginem. 11
—— Hipponem Regium. 20
—— Ruſader. 2
—— Ruſicadem. 19
—— Saldas. 32
—— Tingim. 24
τῆς Μεσοποταμίας (Ἐπαρχία) 715
Meſſana Tauromenium. 491
—— Tindaridem. 90
Miſſua Carpos. 493
Muridono Viroconium. 482
Muſti Cirtam. 41
τῆς Μυσίας (Ἐπαρχία) 636

N.

NAupacto Oxeas. 488
Naus Stilida. 190
Neapoli Aſcalonam. 199
—— Nuceriam. 123
Nemetaco Samarobrivam per compendium. 379
τῆς Νήσων (Ἐπαρχία) 685
Nicia Antipolim. 504
Nicomedia Ancyram. 572
Nicopoli Arabiſſum. 213
—— Buthrotum. 488
—— Ediſſam. 190
—— Satalam. 215
τῆς Νικοπόλεως (Ἐπαρχία) 734

O.

OLbia Caralim. 80
Oliſipone Bracaram Auguſtam. 420
—— Emeritam. 416
Olivula Niciam. 280
τῆς Ὀνωριάδος (Ἐπαρχία) 694
Opitergio Tridentum. 280
τῆς Ὀσροήνης (Ἐπαρχία) 713
Oxeis Nicopolim. 485

P.

PAchyno Agrigentum. 492
τῆς Παλαιστίνης (Ἐπαρχία) 717. 721
τῆς Παμφυλίας (Ἐπαρχία) 679
Panapione Caſtrum novum. 498
τῆς Παννονίας (Ἐπαρχία) 634. 657
τῆς Παφλαγονίας (Ἐπαρχία) 695
Parma Lucam. 284
Peluſio Memphim. 162
Peſinunte Ancyram. 201
τῆς Φοινίκης (Ἐπαρχία) 715
τῆς Φοινίκης Λιβανησίας (Ἐπαρχία) 717
τῆς Φρυγίας (Ἐπαρχία) 664
—— Σαλυταρίας (Ἐπαρχία) 676
Piſano à portu Piſas fl. 501
Piſis Lunam Macram fl. 501
τῆς Πισιδίας (Ἐπαρχία) 672
Plotinopoli Heracleam. 175
Poetovione Carnuntum. 262
—— Sisciam. 263

Pola Iader. 496
Pomponianis Tolonem Martium. 505
τῆς Ποντικῆς (Ἐπαρχία) 690
τῶ Πέντε Πολεμωνιακῶ (Ἐπαρχία) 702
Populonio Vada. 501
τῆς Πρεβάλεως (Ἐπαρχία) 656
Ptocolosida Tingi. 23
Ptolemaide Alexandriam. 70
Pyrgis Panapionem. 498

Q.

QUintiano Regas. 499

R.

RApinio Gravisças. 498
Rhegio Messanam. 491
Regis Arninen flum. 499
Regno Londinium. 477
τῆς Ῥοδοπῆς (Ἐπαρχία) 634
Roma Alexandriam. 124.
—— Anconam per Picenum Flaminia. 310
—— Antiochiam. 124
—— Arelatum per Tusciam & Alpes maritimas Aurelia. 289
—— Aquileiam. 124
—— Beneventum Latina. 305
—— Lavicana. 306
—— Prænestina. 705
—— Centumcellas per Portum. 289
—— Columnam Appia. 106
—— Cosam. 300
—— Forum Clodii. 286
—— Hadriam Salaria. 306
—— Valeria. 308
—— Hierasycaminon Aegypto. 124
—— Mediolanum. 123.612
—— Nicomediam. 124
—— Sirmium. 124
Rotmago Lutetiam. 384
Rusucuro Saldas. 39

S.

SAbaria Acinoum. 263
—— Bregetionem. 262
—— Vindobonam. 266
Saldis Igilgili. 39
Salonis Sipontem. 497
—— Dyrrachium. 337
Samarobriva Suessonas. 380
Samblacitano à sinu Heracliam Caccabariam. 505
τῆς Σαρδηνίας (Ἐπαρχία) 734
Sasonis insula Hydruntum. 459
Satala Samosata per ripam Melitenem. 207
Scabris Falesiam. 500
Sebastia Cocusum. 176. 212
—— Cocusum per Cæsaream. 178
—— per compendium. 186
—— per Melitenam. 176
Sebastopoli Cæsaream. 214
Segesta Portum Veneris. 502
Segontio Devam. 482
Septempeda Castrum Truentinum. 316
Serapio Pelusium. 170
Serdica Constantinopolim. 567
Seriane Scythopolim. 197
τῆς Σικελίας Ἐπαρχία) 734
Sirmio Augustam Vindelicorum. 241
—— Carnuntum. 266
—— ad Fines. 238
—— Lauriacum. 241
—— Salonas. 267
—— Serdicam. 563
—— Treveros per Sopianas. 240
Siscia Mursam. 263
Sitifi Saldas. 31
τῆς Σκυθίας (Ἐπαρχία) 636
Sopianis Acincum. 264
—— Bregetionem. 264
τῶν Σπανίων (Ἐπαρχία) 734
Stilida Zephyrium. 490
Sufetula Clypeam. 55
Sufibus Adrumetum. 55
Sulcis Nuram. 84
Syracusis Pachinum. 492
τῆς Συρίας ά (Ἐπαρχία) 711
τῆς Συρίας β' (Ἐπαρχία) 712

T.

TAcapis Leptim magnam secundum iter quod limitem Tripolitanum ducit per turrem Tamalleni. 73
Tamugadi Lamasbam. 35
Tarracina Beneventum. 121
—— Neapolim. 122
Tarso Antiochiam. 579
Tarvenna Durocortorum. 379
—— Turnacum. 378
Tavia Cæsaream. 201
—— Sebastiam. 203
—— per Sebastopolim. 204
Taurento Carsicim portum. 506

Tauromenio Catinam. 491
Tauruno Lauriacum. 241
—— Argentoratum. 241
—— Auguſtam Vindelic. 241
Telepte Tacapas. 77
Telone Martio Taurentum. 506
Teveſte Sitifi per Lambeſem. 33
—— Tusdrum. 54
Thenis Teveſte. 46
Thermis Catanam. 93
τῆς Θεσσαλίας (Ἐπαρχία) 642
τῆς Θηβάδος Ἑλλάδος (Ἐπαρχία) 730
—— Θηβαίδος τῆς Ἄνω (Ἐπαρχία) 731
τῆς Θρᾴκης (Ἐπαρχία) 635. 637
Tibulis à portu Caralim. 81. 82
—— Olbiam. 82
—— Sulcos. 83
Tingi Carthaginem. 11
—— Raſſider. 11
à Tingi littoribus ad portus divinos. 9
Trajanopoli ad Trajectum Aſiæ Callipolim. 333
Trajectu Jader. 272
—— Lilybæum. 86
Trapezunte Satalam. 216
Treveris Agrippinam. 372
—— Argentoratum. 374
Tuburbo per Vallos Tacapas. 84
Turiaſone Cæſarauguſtam. 445
Turri Cæſaris Cirtam. 34
Tusdro Theveſte. 53
Tyro Cæſaream. 584

V.

Vadis Piſanum portum. 501
Vadis Sabatiis Albingaunum. 502
Vallo Prætorium. 464
—— ad portum Ritupas. 466
à Veneris portu Delphini portum. 502
Venta Icenorum Londinium. 479
Vercellis Laudem. 282
Verona Bononiam. 282
Viminacio Nicomediam per Ripam. 27
Vindobona Pœtovionem. 261
Vintimilio Plagiam. 503

Z.

Zephyrio Rhegium. 490

FINIS.

INDEX II.
URBIUM LOCORUMQUE UTRIUSQUE ITINERARII ATQUE HIEROCLIS.

A.

ABallone. 360.
Abaraba. 190.
Abelterium. 419.
Abila. 198. 199.
Ἄβιλα Φοινικ. 717.
Ἄβιλα Παλαιστ. 720.
Abilis. 9.
Abone. 486.
Absos Mansio. 608.
Abuzacum. 275.
Abydus *Hellesp.* 158. 334. 662.
Acalissus *Lyc.* 683.
Acatucci. 402.
Acci. 402. 304.
Achelous Fl. 325.
Acidii. 104.
Acincum. 245. 263. 264.
Acium. *Sicil.* 87.
Acmona *Phryg.* 667.
Acontisma. 321. 331. 640.
Acræ *Sicil.* 87.
Acrasus *Lyd.* 670.
Acroceraunia. 324.
Actia Nicopolis. 325.
Acuno Mans. 553.
Adana Civitas. 380.
Ἄδανα Κιλικ. 704.
Adapera. 203.
Adaugmagdum. 75.
Adellus. 401.
Adhesis Mutatio. 614.
Adii *Phryg.* 668.
Ἄδρα Αραβ. 722.
Adramuttium *Asiæ.* 334. 661.
Adrante Mans. 129.
Ἀδρασσὸς Αἰγύπτ. 723.
Adria. 308.
Adriæ. 310.
Adriane. 67.
Ἀδριανοὶ Ποντ. 693.
Ἀδριανούπολις Ἐμιμ. 635.
——— Ἠπειρ. 651.
——— Πισιδ. 672.
——— Ὀνοριάδ. 695.
Ἀδρίανου Θῆραι Ἑλλησπ. 663.
Ad Adrum Fl. 418.
Adrumetum *Col.* 52. 53. 56. 493.
Adstabulodio Mut. 331. 603.
Aduaca Tongrorum. 378.
Adunimpara Mut. 602.
Aecas civ. 610.
Aere. 196. 198.
Aegeæ. 145. 705.
Aegaeæ *Asiæ.* 660.
Aegeum Mare. 524. 526.
Aegina *Insula Græc.* 515. 516 645.
Αἴγιον Ἑλλ. 646.
Aelia. 206. 718.
Aegimurus Ins. 515.
Aemate. 269.
Aenaria Ins. 517.
Aequinoctium *in Medio.* 241.
Aequum. 269.
Ad Aesim. 316.
Aethusa Ins. 517.
Aetna *Sicil.* 93.
Afrodito. 172. 174. 730.
Ἀγουσία Κιλικ. 704.
Ἀγαλασσὸς Πισιδ. 673.
Agannia Mans. 574.
Agariabas. 74.
Agatinnum *Sic.* 92.
Agazaren *Mons.* 587.
Agelocum. 478.
Ἀγχίαλος Ἐμιμ 635.
Ἄγκυρα Γαλατ. 696.

Aginnum. 461. 462.
Agiria. 447.
Agma. 59. 75.
Agredicum. 383.
Agriane. 204.
Agrigentum *Sic.* 88. 89. 95. 96. 492.
Agrippina civ. 370. 373. 376.
Aguntum. 279.
Agurium *Sicil.* 93.
Ἄιγαι Κιλικ. 705.
Ἄιγιραι Ἑλλ. 646.
Αἰγιτος Σκυθ. 637.
Αἰγοσθένα Ἑλλ. 645.
Αἰώλιον Γαλ. Σαλ. 697.
Ἄκνιον Ἠπειρ. 651.
Ἄκανθος Ἰλλυρ. 640.
Ἄκοιτις Δακ. 655.
Αἶνος Ροδοπ. 634.
Ἄκραι Σκυθ. 637.
Ala nova in Medio Vindob. 248.
Ἀλάβανδα Καρ. 688.
Alabone. 444.
Alabonte 342.
Alamonte. 388.
Alantone. 455.
Alata. 339.
Alaunium. 343. 388.
Alba. 404. 455.
Alba Fucentia. 309.
Albianum. 259.
Albinianæ 369.
Albingaunum. 295. 503.
Albintimilium. 296. 503.
Albona Mut. 612.
Albonica. 447.
Albucella. 434.
Alces. 445.
Alcobile Mut. 583.
Alconæ. 505.
Aleria *Corſ.* 85.
Alexandria *Aegypt.* 57. 70. 124. 154. 723.
——— *Cilicia.* 146. 705.
——— Scabioſa Manſ. 580.
Alexandroſchene Mut. 584.
Ἀλγίζα Ἀσι. 660.
Aliaria. 190.
Aliaſſum Mut. 575.
Alicanum. 261.
Ἀλίνδα Καρ. 688.
Aliſca. 244.
Aliſincum. 366. 460.
Allava *Sic.* 88.
Allifæ *Ital.* 122. 305.
Ἄλωγος Κρητ. 650.
Ἀλμώπια Ἰλλυρ. 638.
Almum. 219.
Ἀλμυρὶς Σκυθ. 637.
Alone. 481.
Alpis ſumma. 296.
Alſium. 301.
Altaba. 27.
Altanum *Ital.* 115.
Altievros *Col.* 26.
Altina Mut. 563.
Altinum civ. *Ital.* 116. 128. 244. 281. 559.
Aluſore Mut. 568.
Alyi. 168.
Amallobrica. 435.
Ἀμαντία Ἠπειρ. N. 653.
Ἀμασία Ἑλλησπ. 701.
Ἀμάσελον Παφλ. 696.
Ἀμαθῆς Κυπρ. 706.
Ambianis. 362.
Ἄμβλαδα Λυκαον. 675.
Ambre. 236. 257. 258.
Ambroſium Mut. 552.
Ambruſus *Grac.* 644.
Ambruſſum. 389. 396.
Amecas. 513.
Ἄμιδα Μεσοπ. 175.
Ἀμισὸς Ἑλλησπ. 702.
Amphipolis. 320. 331. 604. 640.
Ἀμφίστα Ἑλλαδ. 644.
Amudarſa. 46.
Ἀμυργὸς Νησ. 687.
Ἀμυνδὸς Καρ. 687.
Ἀμυζῶν Καρ. 688.
Anabuci. 65.
Anacole Inſ. 522.
Anagniæ. 302.
Analiba. 208.
Ἄναπος Λυκ 683.
Ἀνάστασις Ἑλλαδ. 644.
Anathiango Manſ. 577.
Ἀναστασιόπολις Καρ. 689.
Ἀνάζαρβος Κιλικ. 705.
Anazarbus. 211. 212. 704.
Anchesmus Epir. 652.
Anchialis *Scyth.* 229.
Anchyra Galatiæ civ. 575. 579.
Ancona. 101. 312. 316. 497.
Ancyra *Galat.* 143. 200. 201. 202. 203.

Ancyra *Phrygiæ*. 668.
Andabalis 145.
Andarba. 338.
Andavilis Manſ. 577.
Andethannæ *Vic*. 366.
Andium. 569.
Ἄνδραπα Ἑλενοπ. 701.
Andrapa Mut. 576.
Andro 154. 155.
Ἀνδρὼν Ἀιγυπτ. 724.
Androna. 195.
Andros Inſ. 522. 523. 529. 686.
Ἀνεμούριον Ἰσαυρ. 708.
Angellas. 412.
Angitula fl. *Ital*. 106.
Angulum. 313.
Ἀνίνετα Ἀσι. 569.
Aniſſum. 134.
Annamatia. 245.
Anneianum. 281. 283.
Anneſel. 64.
Ad Anſam. 480.
Ἀντάγνια Ἰλλυρ. 639.
Antandrum. 335.
——— Manſ. 582.
Antaradus. *Phœn*. 148.
Ἀντάραδος Φοιν. 716.
Anteu. 166. 731.
Ἀνρηδὼν Ἑλλαδ. 644.
——— Παλαιϛ. 719.
Antianæ. 243. 267.
Ἀντίκυρα Ἑλλαδ. 644.
Antinou. 167. 730.
Antiochia 124. 140. 147. 187.
——— *Cariæ*. 686.
——— *Iſaur*. 709.
——— *Piſid*. 672.
——— *Syriæ*. 581. 711.
Antipatrida Mut. 600.
Ἀντιφελλὸς Λυκι. 684.
Antipolis. 297.
Ἀντιφρὼ Λιβ.
Antiquaria. 412.
Antiſtiana. 398.
Antunnacum. 371.
Anxanum *Ital*. 313.
Ἀπάη Ἀσι. 660.
Ἀπάμεια Συρ. 712.
Apamia. 187. 195. 692.
Ἀπερλαὶ Λυκ. 684.
Ἀφνάϊον Ἀιγύπτ. 727.
Aphrodiſia *Europ*. 333. 334. 634.
Aphrodiſia *Cariæ* 688.
Aphroditon. 168. 730.
Apia *Phryg*. 668.
Apicilia Mut. 559.
Apollonia 320. 329. 330.
——— Epiri Nov. 652.
——— *Cariæ*. 608. 640.
——— *Illyr*. 686.
——— *Ponti*. 693.
Apollonia Manſ. 605.
Ἀπολλώνης Λυδ. 671.
Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυδ. 670.
Apollonos minoris. 158. 731.
——— ſuperioris. 160. 174. 732.
Appii Forum *Ital*. 107. 611.
Appiaria. 222.
Ἀππίαρια Μυσ. 636.
Ἄππων Ἠπειρ. 652.
Apri *Thrac*. 175. 634.
Apris *Europ*. 332. 333. 334. 601. 634.
Apta Auguſta. 358.
——— Julia. 343. 388.
Aptaus *Hellesp*. 663.
Ἀπτέρα Κρητ. 650.
Aqua viva *Ital*. 130. 265.
——— Manſ. 561.
——— Mut. 613.
Aquæ. 31. 218. 261. 263.
——— Apollinares. 300.
——— Baliſſæ. 265.
——— Bilbitanorum. 437. 438.
——— Celenæ. 423. 430.
——— Convenarum. 457.
——— Dacicæ. 23.
——— Larodis *Sic*. 89.
——— Neapolitanæ *Sard*. 82.
——— Originis. 428.
——— Perticianenſes *Sic*. 97.
——— Pintianæ *Sic*. 91.
——— Querquennes. 428.
——— Regis. 47. 53. 54. 55. 56.
——— Segeſtanæ *Sic*. 91.
——— Sextiæ. 296.
——— Siccæ. 458.
——— Solis. 486.
——— Tacapitanæ. 78.
——— Tarbellicæ. 455. 457.
——— Tibillitanæ. 42.
——— Voconiæ. 398.
Ad Aquas. 43. 74. 88. 422.
Aquila minor. 9.

Aquila major. 10.
Aquileia *Ital.* 124. 126. 128. 559.
Aquilonis Mut. 610.
Aquinum. 305.
Araceli. 455.
Ἀραβία Αἰγύπτ.
Arabiſſus. 210. 213. 214. 215.
Ἀραβίσσ Ἄρμθ. 703.
Ἀραδένα Κρητ. 651.
Ἄραδ Φοιν. 716.
Aranis. 177.
Aranni. 426.
Ἀραραδία Ἄρμθ. 703.
Aras. 30.
Ad Aras. 413.
Ad ſeptem Aras. 419. 420.
Araſaxa. 211.
Araura. 389.
Arauracos. 208. 216.
Ἄραρ Ἰλλυρ. 640.
Arauſa. 272.
Arauſione. 553.
Araxa *Lyci.* 685.
Arbore Felice. 237.
Tres Arbores. Mut. 550.
Arcas. 148. 178. 215.
Arcas Manſ. 583.
Arcelaium. 202.
Arciaca 361.
Arcobriga. 437 438.
Ἀρδιόπολις Ἀσι. 659.
Arebrigium. 345. 347.
Arelate. 299. 344. 388.
Arelatum. 508.
Arellate civ. 552.
Arenium. 314.
Ἀρεόπολις Παλαιϛ. 721.
Arethuſa. 188. 194.
Ἀρεθόσα Συρ. 712.
Argantomagum. 460. 461. 462.
Argentia Mut. 558.
Argentiolum. 423.
Argentoratum. 229. 350. 354. 372. 374.
Argentovaria. 354.
Ἀργίζα Ἑλλησπ. 663.
Ἄργ Μακεδ. 641. 647.
Arguſtana Mut. 576.
Ariarathia 181. 212. 213.
Ἀριασὸς Παμφ. 681.
Arica. 510.
Aricia Mut. 612.
——— civ. *Ital.* 107.
Ariconium. 485.
Ariminum civ. *Ital.* 100. 126.
Ἀρίνδηλα Παλαιϛ. 721.
Ariola. 365.
Ariorica. 398.
Ariſtium *Phryg.* 72. 668.
Ariſtonis. 172. 174.
Aritium Prætorium. 418.
Ἀρίζα Παλαιϛ. 710.
Ἄρκα Ἄρμθ. 703.
Ἀρκάδια Κρητ. 650.
Ἀρκαδιόπολις Θρακ. 632.
Ἀρκαὶ Φοιν. 716.
——— Σκυθ. 637.
Arlape. 234. 248.
Armaxa. 179. 206. 214.
Ἁρμονία Μακεδ. 641.
Arnagine Mut. 553.
Arnea *Lyciæ.* 684.
Arneſtum. 315.
Ἄρπασα Καρ. 686.
Arpona civ. 575.
Arra. 194.
Arrabona. 261. 267. 294.
Arretium. 285.
Arriaca. 436. 438.
Arrubium *Scyt.* 225.
Arſenaria. 14.
Ἀρσινόη Κυπρ. 706.
Ἀρσινοΐτης 729.
Artalbinnum. 238.
Artaxata. 180. 210.
Artemea *Helleſp.* 662.
Artigi. 416.
Artiſiga. 12.
Arucci. 427.
Arupium. 274.
Ἀρύκανδα Λυκ. 683.
Aſa Paulini. 359.
Aſcalona. 151. 199. 200. 719.
Aſcaphos Inſ. 528.
Aſclum. *Ital* 307.
Asdara. 215.
Ἀσίνη Ἑλλαδ. 647.
Ἀσώπολις Ἑλλαδ. 647.
Aſpaluca. 453.
Aſpis. 401.
Aſpona. 143. 216.

Ἄσπονα Γαλατ. 696.
Aſſeconia. 430.
Aſſuræ. 47. 49. 51.
Aſſus 136.
Aſta. 409.
Aſtiagi. 64.
Aſtigi. 414.
Aſturica. 423. 425. 429. 431. 439. 453.
Ἀσυκάλαια Νησ. 687.
Ἀζάνδῳ Ἀσι. 661.
Aternum civ. *Ital.* 101. 497.
Athenæ 326. 645.
Ateſte. 281.
Athribis *Aegypt.* 728.
Atiliana. 450.
Atmenia *Piſid.* 672.
Attalia *Lyd.* 670.
——— *Pamphyl.* 679.
Attici. 66.
Atyra Manſ. 568.
Attyda *Phryg.* 665.
Avaricum. 460.
Aubereum. 65.
Avendone. 274.
Avenione civ. 553.
Aventicum Helvetiorum. 352.
Aveſica. 273.
Aufidena civ. *Ital.* 102. 314.
Aufuſtianæ. 338.
Augemmi. 75.
Auguſta Manſ. 554.
——— Prætoria. 345. 347. 351.
——— Rauracûm. 353.
——— Sueſſonum. 379.
——— Veromandorum. 379.
——— Vindelicorum. 236. 241. 258.
Auguſtobona. 383.
Auguſtobriga. 438. 442.
Auguſtodunum. 458. 460.
Auguſtomagum. 380.
Auguſtoritum. 462.
Auguſtum. 360.
Aulis Inſ. 525.
Aulona Trajectum Manſ. 608. 611.
Aulona Epir. N. 497. 653.
Αὐλὶς Κώμη Ἀσι. 660.
Αὐλώνιδῳ Μητροπ. Ἐπισ. N. 653.
Aunedonnacum. 459.
Auræos Mut. 558.
Aureo Monte civ. 564.
Αὐρηλιόπολις Λυδ. 670.
Auru. 76.
Auſa. 30.
Auſava Vic. 372.
Auſcius civ. 550.
Αὐσήναρα Παμφ. 680.
Auſilindi. 74.
Auſufal. 69.
Auſugum. 280.
Auteſiodorum. 361.
Auxenna. 164.
Auxiqua. 64.
Auzui. 64.
Ἀξιόπολις Σκυθ. 224. 637.
Aza. 183. 207.
Azani *Phryg.* 668.
Azaon in Medio Bregetione. 246.
Ἄζωτῳ Παραλίῳ Παλαισ. 718.
——— Μεσόγειῳ Παλαισ. 718.

B.

BAbylonia. 169.
Baccanæ. 286.
Bachaias Mut. 582.
Badimum. 212.
Badrin. 69.
Bagacum. 377. 378.
Βάγις Λυδ. 671.
Baiæ Manſ. 580.
Bais. 123. 146.
Balanea. 148.
Balanea *Syriæ.* 712.
Balaneas civ. 582.
Baleianum *Ital.* 112.
Baleſos Inſ. 523.
Ballanſtra Mut. 566.
Balſa. 426.
Balſione. 443. 451.
Balura *Lyci.* 685.
Banadedaris. 65.
Banaſa. 7.
Bannavantum. 479.
Βαράτη Λυκαον. 675.
Barba. 412.
Bao Mut. 565.
Barbariana. 450.
Barcinone. 390. 398.
Βαρέτλα Ἀσι. 660.
Βάργαλα Μακεδ. 641.
Βάρις Πισιδ. 673.
Βαρίσπη Ἑλλησπ. 662.
Barium *Ital.* 117. 119. 315.

Barſa. 509.
Baſapare Manſ. 568.
Baſe. 64.
Baſiana *Myſ.* 657.
Βασιλεινόπολις Βιθυν. 692.
Baſilia. 164.
Baſilippo. 410.
Baſiliscum Mut. 583.
Baſſiana civ. *Pannon.* 131.
Baſſianis. 563.
Baſti. 401.
Bathnas. 190. 191. 192. 193.
Bathnæ. 190. 193.
—— *Osroen.* 714.
Bauconica. 355.
Baudobrica. 374.
Baunne Mut. 570.
Bautas. 347.
Beda Vic. 372.
Bedizo Mut. 601.
Belca. 367.
Belgica Vic. 373.
Beloia. 454.
Belona Claudia. 407.
Belone Opp. 495.
Bellintum Mut. 553.
Belſinum. 463.
Bemmari. 185.
—— Canna. 190.
Beneharnum. 453. 457.
Beneventum *Ital.* 112. 119. 121. 122. 304. 610.
Beneventum Mut. 558.
Benna Venna. 470.
Βενοσία. 655.
Beodizo Mut. 570.
Βέρβη Παμφ. 680.
Berezeos. 74.
Berge *Afr.* 64.
Βέργη *Illyr.* 640.
Bergidum. 425. 429. 431.
Bergintrum. 345. 347.
Bergomum *Ital.* 127.
Bergulæ *Thrac.* 323.
Bergule. 137. 230.
Berguſia. 346.
Beritum. 583.
Beroa *Thr. Conſ.* 193. 194 635.
Berœa 328.
—— *Illyr.* 638.
—— *Syr. Conſ.* 711.
Beroes civ. 609.
Beronice. 67. 171. 173. 174. 733.
Berozica Manſ. 602.
Berytus. 149. 715.
Beſippo. 408.
Baſſlapara 136.
Betarum. 150. 199.
Beterræ. 389. 397.
Bethaſora. 599.
Bethſaida. 589.
Betthar Mut. 588.
Betunia. 439.
Bibium. 274.
Βίβλος Φοιν. 715.
Bidaium. 236. 257. 258.
Βίεννα Κρητ. 649.
Bilbili. 437. 439.
Bilubium. 338.
—— Βιμβάκιν *Myſ.* 657.
Bingium. 374.
Biora *Sard.* 81.
Bircíminum. 339.
Biroe. 225.
Βίρθα Ὀσρωην. 715.
Βίσερους Παλαις. 721.
Βιτύλη Παλαις. 719.
Βιζύη Θρακ. 632.
Βλάβος Ἑλλησπ. 662.
Blandona. 271.
Blandos. 176.
Blatum Bulgium. 567.
Blavium. 458.
Blera *Ital.* 121.
Bleſtium. 485.
Boaceas. 293.
Bodetia. 294.
Boia Inſ. 523. 643.
Boii. 456.
Bolelasgus. 203
Bolentia *Mut.* 562.
Bomium. 484.
Bonamans. Manſ. 567.
Bonna. 370.
—— *Dacia* 219.
—— *Pannon.* 243.
Bononia *Ital.* 99. 127. 283. 287. 616.
Borbitomagum. 374. 355.
Boreum. 66.
Bortinæ. 421.
Boſa. *Sard.* 83.
Βόστρα Ἀραβ. 722.
Βόστρυς Φοιν. 716.
Botontones Mut. 609.
Βέβων Λυκι. 685.

Bovia-

Bovianum *Ital.* 102.
Bovium. 469.
Βούλις Ἠπειρ. N. 653.
Βουμελίτα Ἑλλαδ. 645.
Bracara 422.
Βράγιλος Ἰλλυρ. 639.
Bravinium. 484.
Bregetione. 263.265.
Bremenium. 464.
Bremetonacum. 481.
Brendice *Thr.* 322.
Breviodurum. 385.
Brevis. 430.
Briana *Phryg.* 667.
Bricize. 331.
Brigantia. 237. 259.
Brigantium. 424.
Brige. 483.486.
Brigecium. 439.440.
Brindisi. civ. 609.
Brivaisaræ. 384.
Brivodurum. 367.
Brixia civ. 558.
Brixellum. 283.
Brocavum. 476.
Bromagum. 352.
Brucida Mut. 607.
Brundisium. 315.497.
Brunga Mut. 572.
Bruttosalia Mut. 583.
Bruttus Mut. 583.
Βρούξος Φρυγ. Σαλ. 584.
Bubastus *Aegypt.* 728.
Bucconis Mut. 550.
Budalia. 268.
Budua. 419.
Buragara Mans. 567.
Burbida. 436.
Burdidizum *Thr.* 323.
Burdigala. 449.453. 456.457.
Burdista Mans. 569.
Burginatium. 370.
Burtodizum. 137. 230.
Busyris *Aegypt.* 725.
Buthrotum Epir. 489.652.
Βοῦτος Αἰγυπτ. 724.
Byrigantum. 555

C.

CAbalsi. 173. 174.
Cabassa *Aegypt.* 724.
Cabellione. 343. 388.
Cabillonum. 360.
Cabyle. 175.
Cadi *Phr.* 668.
Cadiano Mut. 558.
Cæa Ins. 522.
Cæcili Portus. 12.
Cælianum *Ital.* 113.
Cæna Mut. 578.
Cæsarea Colonia. 5. 15. 25. 31.
——— *Bithyn.* 693.
——— *Cappadociæ.* 179. 202. 206. 214 698.
——— *Palæst.* 150. 585. 589. 600. 601. 718.
——— *Thessal.* 642.
Cæsaraugusta. 392. 438. 439. 443. 444. 446. 448. 451.
Cæsariana. 263.
Cæsena civ. *Ital.* 100. 126. 286.
Cæsaromagum. 380. 474. 480.
Calacta *Sic.* 92.
Caladunum. 422.
Calagorris. 457.
Calagurra. 393.
Calama. 513.
Calamon Mutat. 584.
Callatis. 227. 637.
Calcaria. 299. 468.
Calecome. 191.
Ad Calem. 316. 614.
Cale Ins. 523.
Caleia. 560.
Calem. 421.
Calippia Ins. 522.
Calleva. 485. 486.
——— Atrebatum. 478.
Callinica *Osroën.* 715.
Callipolis. 333.
Callis Vic. *Ital.* 125.
Calloniana Mans. *Sic.* 94.
Callum Mut. 570.
Calone. 370.
Calor Fl. *Ital.* 110.
Calpe. 406.
Calpurniana. 402.
Calvisia *Sic.* 89.
Camara *Cret.* 650.
Camaracum. 377.
Camarata. 13.
Cambatis. 386.
Cambetis. 354.
Cambodunum. 468. 480.

Cam-

Cambonum Mut. 555.
Camboricum. 474.
Cametas Mut. 565.
Caminos. 66.
Camisa. 207. 213. 213.
Campodunum. 258.
Campona. 24.
Camulodunum. 480.
Canales *Ital.* 120. 121.
Canalicum. 290.
Candalicas. 276.
Candidiana. 223.
Candyba *Lyc.* 684.
Cannaba. 189. 191.
Canneto Mut. 116. 616.
Canonium. 480.
Cantania *Cret.* 650.
Canusium civ. 610.
Capara. 433.
Caperturi. 187.
Capidaba *Scyth.* 224. 637.
Capitolias. 196. 198.
Capitoniana Mans. *Sicil.* 88. 94.
Caportis. 73.
Cappareas. 194.
Capraria Insc. 105. 110.
Capraſi *Ital.* 105. 110.
Capsis. 77
Capua. 109. 610. 611.
Caput flum. Anæ. 446.
——— Cilani. 31.
——— *Thyrſi Sard.* 81.
Caræ. 477.
Caralia *Pamph.* 682.
Caralis *Sard.* 80. 81. 82. 494. 514.
Caranicum. 424.
Caraſa. 455.
Caraſſone Caſtr. 551.
Caraſſura Mut. 568.
Caravi. 443.
Carbantia. 140.
Carbia *Sard.* 83.
Carcuvium. 445.
Cardono Mut. 562.
Careiæ. 300.
Carmelus Mons. 585.
Carmone. 414.
Κάρνα Λυκιον. 676.
Carnuntum. 262. 267.
Carpaſium *Cypr.* 707.
Carpathium Mare. 526.
Carpi. 493.
Carræ. 192.
Κάρρας Ὄρος. 714.
Carſa Inſ. 522.
Carſagis. 208.
Carſeoli. 309.
Carſat. 215.
Carſici Port. 506.
Carſo. 224.
Carteia. 406.
Cartenna. Col. 4.
Carthago *Afr.* 3. 6. 22. 24. 44. 46. 58. 493.
——— *Spartaria* 401. 511.
Cartili. 14.
Carula. 411.
Carvone. 369.
Carus Vic. 200.
Κάρυστος Ἑλλαδ. 645.
Caſæ Cæſarianæ. 285.
——— Calventi. 15.
Caſas Villa Aniciorum. 61.
Caſcantum. 392.
Caſinum. 305.
Caſſa *Pamph.* 682.
Caſſiope Inſ. 521.
Caſſium. 152.
Caſtabala *Cilic.* 706.
In Caſtello. 283.
Caſtellum. 376.
——— Firmianum. 101. 313.
Caſtozobra Mans. 568.
Ad Caſtra. 259.
Caſtrapuerorum. 13.
——— Celica. 433.
——— Exploratorum. 467.
——— Martis. 655.
——— Mut. 330. 560.
Caſtrum Novum. 291. 301. 308. 313.
——— Truentinum. 308. 313. 317.
Caſtulone. 402. 403. 404.
Caſuaria. 347.
Caſula. 57.
Catabatmon. 69. 71.
Catabolum. 146.
In Catabana. 186.
Cataractoni. 465. 468. 476.
Catavolomis Mans. 582.
Cathela. 147.

Catina *Sic.* 87. 90. 94. 491.
Catium 248.
Catobriga 417.
Catobrigas Manſ. 555.
Cattelus Manſ. 582.
Catviaca 343.
Caturigas 342.
Caturigis 365.
Catuſiacum. 381.
Cauca 435.
Caudium *Ital.* 112. 610.
Caviclum 405.
Caum *Græc.* 451. 646.
Caunus *Lyci.* 685.
Cauſennæ 475.
Cebron. 599.
Cebrum 220.
Cecilionicum 434.
Cedros Mut. 551.
Celeia civ. *Ital.* 124. 129.
Celena Mut. 563.
Celeſina Inſ. 516.
Cellæ 30. 59. 136. 319. 330. 638.
—— Picentinæ 50.
Cellis Manſ. 606.
Celti 414.
Cemenelum 296.
Cena *Sic.* 88.
Cenabum 367.
Cenava 347.
Cenaxepalis Mut. 575.
Cene 156.
Cenondidreuma 174.
Cenon Ydreuma 173.
Cenophrurium *Thrac.* 128, 230. 323. 601.
Ad Centeſimum 307.
Centumcellæ 291. 301.
Ad Centuriones 397.
Centuripa *Sic.* 93.
Ad Cepaſias 280.
Cephaleniæ Inſ. *Græc.* 524. 648.
Cephalodus *Sic.* 92.
Ceraſe *Lyd.* 671.
Ceraſus *Pont. Polem.* 702.
Ceratæ Manſ. 574.
Cercina Inſ. 518.
Cercyra Inſ. Epir. 652.
Cerebelliana Mut 554.
Ceretapa *Phryg.* 666.
Cerfennia 309.
Certa Mut 585.
—— *Hellesp.* 662.
Ceſada 436. 438.
Ceſena civ. 615.
Ceſerone 389. 369.
Ceſſarone Manſ. 552.
Ceſte Mut. 557.
Ceſtri *Iſaur.* 709.
Cetium 234.
Χαμαίωτια Ἑλλαδ. 643.
Χαλκηδὼν Ποντ. 690.
Chalcedonia 139. 571.
Chalcia Inſ. 523.
Chalcida 194. 195.
Chalcis Inſ. *Eubœæ.* 327. 523. 645.
Chalcis *Syr. Conſ.* 711.
Charagmuba *Paleſt.* 721.
Charotus 66.
Chenoboſcium 166.
Chereu 154. 155.
Χερσονήσου Κρητ. 650.
Chogeæ Mut. 573.
Χῶμα Λυκ. 683.
Χωλομυλιαδικὴ Παμφ. 680.
Χώρα Πατελμόνια Καρ. 689.
Chulli Munic. 19.
Chuſa Mut. 577.
Ciaca 209.
Cibalæ civ. 131. 267. 268.
Cibalas 261.
Cibalis civ. 563.
Cibyra *Cariæ* 690.
Ciciliana 417.
Cidyſſus *Phryg.* 668.
Cigiſa 44.
Cilium 54.
Ciliza 189.
Cillio Manſ. 568.
Cilniana 406.
Cimbriana 267.
Cimelos Inſ. 529.
Cinna 339. 696.
Cinniana 397.
Cio 224.
Cios *Pont.* 692.
Cirpi Manſ. 266.
Cirta Colon. 28. 41. 42.
Cirtiſa 260. 268.
Ciſamus *Cret.* 650.
Ciſi Munic. 16.
Citharista Port. 506.
Citium *Cyp.* 706.
Clanoventa 481.
Claneus *Gal. Sal.* 697.
Clanum 383.

Claterna. 287.
Claternum civ. 616.
Claudanon Manſ. 607.
Claudii civ. & Manſ. 610.
Claudiopolis 200. 694.
Κλαυδιόπολις Ἰσαυρ. 709.
Claudus Inſ. *Cret.* 651.
Clauſentum 478.
Clavenna 278.
Clazomene *Aſiæ.* 660.
Cledo civ. 607.
Clevum 485.
Climberrum 462.
Clipeus Manſ. 609.
Clismo 170.
Clodiana 318. 329.
Κνώσ☉ Κρητ. 650.
Cluacaria 43.
Cluſium 285.
Clycis Limen 325.
Clypea 55. 57. 493. 518.
Κλύσμα Καρ. 728.
Cnidus *Cariæ* 687.
Coba Munic. 18.
Cobucla 10.
Coccium 482.
Cocconis Mut. 562.
Cocintum *Ital.* 114.
Coclearia *Sard.* 79.
Cocuſum 176. 178. 180. 211. 213.
Codrula *Pamph.* 681.
Coduzabala 180. 181. 211. 212. 213.
Coduzalaba 210.
Cœnum Gallicanum 141.
Cœquoſa 456.
Coladiana Manſ. 608.
Colaſſæ *Phryg.* 666.
Colbaſa *Pamph.* 681.
Colicaria 282.
Colonia 378. 474. 576.
—— Agrippina 370. 376.
—— Archelaida 144.
—— *Armen.* 703.
—— Trajana 370.
Coloſa *Aſiæ* 659.
Columnæ Herculis 2.
Ad Columnam Manſ. 106. 111.
Comagenæ 234. 248.
Comana *Armen.* 703.
—— *Cappad.* 180. 181. 210. 211. 212. 213.
—— *Pamph.* 680.
—— *Ponti Polem.* 702.
Comba *Lyciæ* 654.
Combretonium 480.
Combuſta 397.
Comicianis *Sicil.* 96.
Comillomagum 288.
Comiſtaraus *Lyci.* 685.
Compaſi 172. 174.
Compitum 305. 306.
Compleutica 422.
Complutum 436. 438.
Comum 278.
Concordia 126. 128. 281. 559.
Condate 367. 383. 385. 387. 469. 482.
Conembrica 421.
Confluentes 371.
Conioniſa *Hellesp.* 663.
Coniupolis *Phryg.* 666.
Conna 199.
Conovium. 482.
Conpetus Mut. 615.
Conſabrum 446.
Conſentia *Ital.* 105. 110.
Conſintum 321.
Conſtantia *Arab.* 723.
—— *Cyp.* 706.
—— *Osroën.* 714.
—— *Phœn.* 316.
Conſtantiana *Scyth.* 631.
Conſtantina *Phœn.* 716.
Conſtantinopolis 139. 323. 570. 601.
Contoſolia 444.
Contra Aginnum 379.
—— Apollonos 165.
—— Copton 159.
—— Lato. 165.
—— Ombos 160.
—— Pſelcis 164.
—— Syene 160.
—— Talmis 164.
—— Taphis 164.
—— Thmuis 160.
Contributa 432.
Coos Inſ. 529.
Copton 165. 171. 732.
Coracaſium *Pamph.* 682.
Corbeunca 143.
Corconiana Manſ. *Sicil.* 94.
Corduba 402. 412. 413.
Coreva 26. 49. 51.
Corſinium 310
Κόρινθ☉ *Græc.* 646.

Corio-

Coriovallum 375. 378. 379.
Κόρνα Λυκίου. 676.
Cornacum 243.
Cornelî Forum 314.
Corniaſpa 204.
Cornos *Sard.* 84.
Κορωνία Ἑλλαδ. 647.
Corſica Inſ. 495.
Corſium ſive Hercul. 264.
Corſopitum 464.
Corte 162.
Corycus *Cilic.* 704.
Coſa 292. 300. 514.
Coſediæ 386.
Coſſura Inſ. 517.
Coſta Balenæ 295.
Cotana *Pamph.* 682.
Cottiæ 340.
Ad Cottias Mut. 557.
Cos *Inſ.* 686.
Craſus *Phryg.* 667.
Cratia 200. 695.
Cremellæ 77.
Cremna *Pamph.* 681.
Crentius 201.
Crinis Inſ. 513.
Ad Criſpas 13.
Criſpiana 267.
Crixia 292.
Crocolanum 477. 478.
Crotona Naus 490.
Crumerus 256.
Cucci 243.
Cucuſus *Arm.* 703.
Cuiculis 29.
Culucitanæ 19.
Cumæ *Ital.* 122. 123. 515.
Cunetione. 486.
Cuppæ 217.
Curia 277. 278.
Curica 432.
Curium *Cypr.* 706.
Curmiliaca 380.
Curva Cæſena 286.
Curubis 56. 57. 493.
Curueunta Manſ. 575.
Cuſæ 157.
Cuſi 242.
Cutillæ 307.
Cyaneæ *Lyciæ* 684.
Cybiſtra *Cappad.* 700.
Cyzicus *Helleſp.* 661.
Cyclades Inſ. 526.
Cydonia *Cret.* 650.
Cynum *Aegypt.* 725.
—— *Europ.* 153.
Cypariſia *Græc.* 648.
Cypreſſeta Mut. 553.
Cyprus Inſ. 526.
Cypſala 332.
Cyrene 68. 70.
Cyrenia *Cypr.* 707.
Cyrrhus 193. 194.
Cyrus *Euphrat.* 713.
Cytheria Inſ. *Græc.* 648.
Cythnus *Græc.* 528. 646.
Cythri. *Cypr.* 707.

D.

DAblæ 141. 574.
Dadaſtan Manſ. 574.
Dadaſtana 142.
Dadybra *Paphl.* 696.
Dædalium *Sic.* 95.
Dafne *Palat.* 581.
Dagelaſſo 182. 207. 213.
Δαλισανδὸς Ἴσαυρ. 710.
Dalluntum 338.
Damascus *Phœn.* 196. 198. 717.
Danum 475. 478.
Dandaxina 178. 211. 215.
Daphabæ Mut. 569.
Daphnon 162.
Darantaſia 346. 347.
Daraſus *Iſaur.* 710.
Dardanum *Helleſp.* 205. 334. 662.
Darentiaca Mut. 554.
Darnis 68. 70. 734.
Δασκύλιον Ποντ. 693.
Daſcuſa 209.
Daviano Mut. 555.
Δαυλία Ἑλλαδ. 643.
Dautonia 266.
Dea Vocontiorum 357. 554.
Δεβαλαχία Φρυγ. Σαλ. 677.
Debelcum. 229.
Δεβελτῷ Ἐμιμ. 635.
Decaſtadium *Ital.* 115.
Deccidæ 460.
Decem Pagi 240.
Ad Decimum Mut. 556. 557. 605. 609.
Delemma Mut. 575.
Deleſſa Inſ. 521.

Delgovitia 466.
Delos Inſ. *Græc.* 526. 646.
Δέλφοι Ἑλλαδ 643.
Demas Mut. 602.
Demetrias 327.
Δήμυ Ἀλαμασσῦ Φρυγ. Σαλ. 678.
—— Ἀυράκλεια Φρυγ. Σαλ. 678.
—— Κάναυρα Παμφ. 697.
—— Λυκαίων Φρυγ. Σαλ. 678.
—— Μενεδενέω Παμφ 680.
—— Οὐλίαμβος Παμφ. 679.
—— Προπνίασα Φρυγ. Σαλ. 678.
—— Σαβάιων Παμφ. 681.
Deobriga 454.
Deobrigula 449. 454.
Delphinis 294.
Delphis 325.
Δημητρίας Θεσσαλ. 642.
Δέρβαι Λυκαον 675.
Dertona 288. 294.
Dertoſa 399.
Deſſobriga 449.
Deva 469. 482.
Derventione 466.
Δία Ἀραβ. 722.
Ad Dianam 21.
Dicdica 65.
Didime 172. 174.
Didyma Inſ. 516.
Dimum 222.
Diniguttia 225.
Διόβορος Ἰλλυρ. 639.
Dio-Cæſarea *Iſaur.* 709.
—— *Palæſt.* 720
Diocletianopolis *Palæſt.* 719.
—— *Thrac.* 330. 635.
Dioclia *Phryg.* 668.
—— *Theſſ.* 642.
Diodurum 384.
Διοκέσσα Παλαιϛ. 720.
Δίον Ἰλλυρ 638.
Dionyſa Inſ. 524.
Dionyſiopolis *Scyth.* 228. 637.
Διὸς Ἱερυ Ασι. 659.
Diospolis *Aegypt.* 725.
—— *Palæſt.* 718.
—— *Thr.* 150. 159. 199. 635.
Dipone 418.
Divodurum 240. 364. 365. 371.
Dium 328.
Δωδώναι Ἠπειρ. 651.
Doliche *Euphr.* 184. 189. 191. 194. 713.
Δοκίμιον Φρυγ. Σαλ. 677.
Domana 217.
Domeros Mut. 604.
Δῶρα Παλαιϛ. 718.
Δωράκιον Πρεβ. 656.
Dorilaum 202.
Δορόστολος Μυσ. 636.
Doroſtoro Leg. XI. 223.
Dorticum 219.
Doruſa Inſ. *Græc.* 648.
Δορύλλιον Φρυγ. Σαλ. 678.
Ad Dracones 183.
Δριμύα Ἑλλαδ. 643.
Drippa Mut. 602.
Drizipara 230.
Drizupara Manſ. 569.
Druſiparum *Thrac.* 323.
Dubii 312.
Dulichia Inſ. 524.
Duodea Mut. 605.
Ad Duodecim Mut. 604.
Ad Duodecimum Mut. 556. 557. 606. 609.
Duriis Mut. 557.
Durnonovaria 483. 486.
Durocaſis. 384. 385.
Durocatellaunos 361.
Durocobrivis 471. 472. 473. 475. 476. 479.
Durocornovum 485.
Durocortorum 362. 379. 381.
Durolevum 472.
Duroliponte 474.
Durolitum 381.
Duronum 381.
Durovernum 472. 473.
Dymis *Thrac.* 322.
Dyrrhachium Ep. Nov. 339. 497. 653.

E.

EBellinum 452.
Ebora 418. 426.
Ἔβραιτος Μυσ. 636.
Eburacum 468. 475.
Eburacum Leg. VI. Victrix. 466.
Eburobrica 361.
Eburodunum 342. 357.
Ecas *Ital.* 116.
Ecdeppa Mut 584.
Ἔκεψος Ἑλλαδ. 644.

Ἐχί-

Ἑλίνου Θεσσαλ. 642.
Eclanum *Ital.* 120.
Ecobrigis 203.
Edenedia Inſ. 527.
Edeſſa 319. 330. 714.
Ediſſa 185. 178. 189. 190. 191. 192. 606. 638.
Egeta 218.
Egira Inſ. 516.
Egnatiæ *Ital.* 117.
Egorigium Vic. 373.
Εἰρηνόπολις Ἰσαυρ. 710.
Εἰρηνόπολις Κιλικ. 705.
Ἐλαία Ἀσι. 661.
Ἐλατίνα Ἑλλαδ. 643.
Ἐλεαρχία Αἰγύπτ. 726.
Ἐλεβεσσὸς Λυκ. 683.
Ἐλευνόπολις Ποντ. 691.
Ἐλευσίνόπολις Παλαιστ. 720.
Elephantaria *Sard.* 79.
Eleusma 326
Ἐλεύθερνα Κρητ. 650.
Eleutheropolis 199.
Ἐλευθερόπολις Παλαιστ. 718.
Eliæ 55.
Ἦλις Ἀιτωλ. 648.
Eliocroca 401.
Eluſa civ. 550.
Ἐλεῦσα Παλαιστ. 721.
Eluſione Manſ. 551.
Ἕλυρος Κρητ. 650.
Emerita 415. 416. 418. 419. 420. 432.
Emeſa 187. 188. 193. 194. 198. 199.
Ἔμισσα Φοιν. 717.
Eminium 421.
Emona civ. 560.
Ἐμπόριον Κρομμυῶν Ἑλλαδ. 645.
Endidæ. 275.
Ἔνεα Ἀσι. 659.
Enna *Sicil.* 93.
Ἐορδαία Ἰλλυρ. 638.
Epamanduodurum 386.
Epamantadurum 349.
Ἔφεσος Ἀσίας 659.
Ἐπιδάμνος Ἠπειρ. N. 653.
Ἐπιφάνεια Συρ. 712.
Epiphania 188. 194. 765.
Epoiſſum 366.
Epora 403.
Eporedia 345. 347. 451.
Epyrus civ. 608.
Equa bona 416.
Equeſtris 348.
Ad Equum magnum Manſ. 610.
Equus Tuticus Oppid. *Ital.* 105. 112.
Ἡράκλεια Θρακ. 632.
Ἡρακλείας Ὀγμὸς Καρ. 687.
Erdonia *Ital.* 116.
Ἐρεσος Καρ. 689.
Eretum 506.
Ergaſterium *Hellesp.* 663.
Ἑρμιόνη Ἑλλαδ. 647.
Ἑρμόπολις Αἰγύπτ. 724.
Ernaginum 144.
Ernodurum 460.
Ἑρμηκαπηλία Λυδ. 670.
Erucium *Sard.* 83.
Erythre Inſ. 521.
Etleg. 133.
Etocetum 470.
Evandriana 418.
Ἔυαξα Ἀσι. 659.
Eubœa Inſ. 521.
Eudocia *Phryg.* 668.
Εὐδοκία Λυκ. 684.
Εὐδοξιὰς Γαλ. Σαλ. 698.
Εὐδοξιόπολις Θρακ. 632.
—— Πισιδ. 673.
Evenus fl. 323.
Εὐκαρπία Φρυγ. Σαλ. 676.
Eulepa 179 206. 214
Eulopopulis civ. 568.
Eumari 195.
Εὐμόρεια Φρυγ. 667.
Εὔροια Ἠπειρ. 651.
Εὐρωπος Εὐφρατ. 713.
—— Ἰλλυρ. 638.
Euſpœna 177.
Εὐστρίον Μακεδ. 641.
Euthici 73.
Ἑξακωμία Κώμη Ἀραβ. 722.
Exciſum 461.
Ἐξοχία Ἑλλεσπ. 662.

F.

Falacrinum 307.
Falacrum 174.
Fani fugitivi Mut. 613.
Fanum Cariſi *Sard.* 80.
—— Fortunæ *Ital.* 126. 615.
—— Martis 387.

Fanum Minervæ 364.
Faventia civ. *Ital.* 100. 126. 287. 619.
Fauſtinopolis 145. 578. 700.
Feltria 280.
Ferentinum 302. 305.
Ferraria *Sard.* 80.
Fidentia 288.
Fidentiæ Manſ. 616.
Fidentiola Vic. *Ital.* 99. 127.
Fines Marmariæ 70.
Fines 341. 343. 364. 379. 398. 427. 460. 461. 462.
Ad Fine Mut. 555.
Ad Finem Mut. 559.
Ad Fines Manſ. 238. 285. 356. 387. 556.
Finis Mut. 574.
Firmum 316.
Fiſida Vic. 61.
Flaminii Forum Vic. *Ital.* 125.
Flaviada 212.
Flexum 267.
Ad Flexum Manſ. 558.
Floriana 263. 265.
Florentia 284. 285. 288.
Fluvio Frigido Manſ. 557.
Fons Timavi 270. 273.
Ad Fonteclos Mut. 616.
Formis civ. 108. 121. 611.
Ad Fornolus Mut. 560.
Forum Appii 107.
—— Aureli 291.
—— Caſſii 286.
—— Corneli 100. 127. 287. 616.
—— Domiti 389. 396. 552.
—— Flamini Vic. *Ital.* 125.
—— —— civ. 614.
—— Gallorum 452.
—— Julii Port. 297. 505.
—— Livii civ. 287. 616.
—— Populi civ. 616.
—— Sempronii 126. 615.
—— Trajani *Sard.* 82.
—— Voconi 196.
Forum 428.
Forum ligneum 452.
Foſſæ Marianæ Port. 299. 507.
Foſſis Mut. 563.
Ad Fratres 12.
Fraxinus 404. 420.
Fregellanum 303. 305.
Fregenæ 300.
Frigidis 7.
Frigidus fl. *Ital.* 128.
Fulginis civ. 613.
Fulgurita Villa 59.
Fundis *Ital.* civ. 611. 108. 121.

G.

Γαβαι Παλαιστ. 720.
Gabala *Lyd.* 671.
—— *Syr.* 148. 711.
Gabii 302.
Gabromagum 276.
Gadara *Paleſt.* 197. 198.
Gadis 408.
Γάγγρα Παφλ. 695.
Gaga *Lyciæ* 683.
Galacum 481.
Galata Inſ. 514.
Galava 481.
Galea Mut. 576.
Gallicum 451.
Ad Gallum Gallinaceum 22.
Γάνδα Θρακ. 633.
Garonna fl. 549.
Gaſaufula 42.
Gavala civ. 582.
Gaza 151.
—— *Paleſt.* 719.
Gelaſium Philoſoph. *Sicil.* 88.
Gemellas *Afr.* 32. 77. *Sard.* 81.
Gemeſtarium 429.
Geminæ 428.
Geminiacum 378.
Genua 294.
Gephira Mut. 605.
Γέρασα Ἀραβ. 722.
Gerbediſſos 190.
Gereatis 71.
Γέρενθραι Ἑλλαδ. 647.
Germa *Galat.* 201. 202.
—— *Hellesp.* 663.
Germanicia 55. 723.
Germanicopolis *Iſaur.* 710.
Germe 335.
Geroda 196.
Gerras *Aegypt.* 727.
Gerulata in medio Carnunto 247.
Gerunda 390.
Gesdaone Mut. 556.
Geſſoriacum 363. 364.
Gilda 23.

Gilva *Col.* 13.
Gipsila Manſ. 602.
Girba Inſ. 518.
Gitti Munic. 60. 518.
Glanum 345.
Γλαύκης Λυκαον. 676.
Gnatiæ 315
Gobannium 484.
Γόμφοι Θεσσαλ. 642.
Gorbeus 205.
Γόρδος Λυδ. 671.
Γορτύνη Κρητ. 649.
Gradus Maſſilit. 507. 508.
Graccurris 450.
Gramatum 349.
Granda Via Manſ. 607.
Grande Mut. 606.
Grandimirum 424.
Gratiana *Myſ.* 657.
Gurtiana 264.
Gyaros Inſ. 529.

H.

HActara 404.
Hadrante Manſ. 560.
Hadria 313.
Hadrianopolis *Thrac.* 137. 175. 322. 635.
Hafa *Sard.* 82.
Haleſus *Sic.* 92.
Halicanum 262.
Halicarnaſſus *Cariæ* 687.
Halmyris *Scyth.* 226. 637.
Harenatium 369.
Hebriduno Manſ. 555.
Hebromagum Vic. 551.
Heldua Mut. 583.
Helene 69.
Helenopolis *Bythin.* 691.
Helice *Ital.* 136.
Heliopolis 198. 199.
Heliu 163. 169.
Ἡλίς Αἰγύπτ. 728.
Ἡλιόπολις Γαλατ. 697.
—— Φοιν. 717.
Hellespontus 526.
Helvetum 350. 354.
Hephæſtia Inſ. 518.
Helvillum Vic. *Ital.* 125.
Heraclea 113. 138. 175. 176. 230. 319. 330. 332. 601. 605. 606. 609. 660.
—— *Illyr.* 639.
Ἡράκλεια Ὀτορ. 694.
—— Στρυμῶ Ἰλλυρ. 609.
Ἡρακλείας Ἀλβανῶν Καρ. 686.
Heracleus 152.
Heracleuſtibus Mut. 605.
Heraclia Caccabaria Port. 505. 517.
Herbelloni Manſ. 614.
Hercontroma Manſ. 603.
Ad Herculem Caſtra 266. 293. 408.
—— *Sard.* 83.
Herculia 268.
Hermopolis 154. 155. 157.
Hermunthis 160.
Hero 170.
Hiccara *Sicil* 91.
Hiera Sycaminos 162.
Hieracon 167.
Hierapolis *Iſaur.* 709.
—— *Phryg.* 337. 665. 676.
—— *Syr.* 193.
Ἱερόπυδια Κρητ. 649.
Hiericho *Palæſt.* 596. 597.
Hieruſalem *Palæſt.* 588. 596.
Hios Inſ. 522.
Hippo Regius 6. 20. 42. 68. 71.
—— Zaritus 21.
Hipponon 168.
Hipporum *Ital.* 115.
Hiscampis Manſ. 608.
Hiſpalis 419.
Hiſoris 158.
Hiſtonii 314.
Hiſtorium *Scyth.* 227.
Horatianum Manſ. 103.
Horrea Cælia Vic. 31. 52. 58.
Ad Horrea 297.
Horreum Margi *Thr.* 134.
Hoſtilia 282.
Hosverbas Mut. 552.
Hungunverro Mut. 550.
Hybla *Sicil* 89.
Hyccara *Sicil.* 97.
Hycronpotamum Mut. 574.
Hydruntum 115. 118. 119. 120. 489. 521.
Hyribulum Mut. 575.

I.

IAder 496. 497.
Jamnia 150.
Ἰασὸς Καρ. 689.
Jaſulones 264.
Ibiu 157.
Ibliodurum 364.
Ἴβυρξ Ἑλλησπ. 701.

Icaria Inſ. 523.
Icianos 474.
Iconium *Lycaon.* 675.
Icos Inſ. 523.
Icoſium *Colon.* 15.
Idicra 28.
Idimum 134.
Ἰδριδήη Ἰλλυρ. 639.
Idomo Manſ. 565.
Ierabrica 419. 421.
Ἱεράπολις Ἀραβ. 722.
—— Εὐφρατ. 712.
—— Ἰσαυρ. 709.
—— Φρυγ. Πακατ. 665.
—— Φρυγ Σαλατ. 676.
Ἱεροκαισάρεια Λυδ. 671.
Ἱεροσόλυμα Παλαιστ. 718.
Igilgili *Col.* 18.
Ilerda 391. 452.
Ileum 399.
Ilici 401.
Iliga Manſ. 567.
Ilipa 411. 432.
Ἴλιστρα Λυκαον. 675.
Iliturgis 403.
Ilium *Hellesp.* 332. 662.
Ilva Inſ. 513. 514.
Ilurone 453.
Iluza *Phryg.* 667.
Imbrus Inſ. *Græc.* 649.
Immadras 507.
Impara 331.
Imum Pyrenæum 455.
Ἴνατος Κρητ. 649.
Incarum 507.
Indeuminacum 133.
Inicerum 260. 265.
Inſula Cegimurus 492.
—— Cegina 515. 516.
—— Cethra Epir. 602.
—— Cenaria 515.
—— Cethuſa 517.
—— Cnacole 522.
—— Cndros 522. 529.
—— Cscaphos 528.
—— Culis Bœot. 525.
—— Baleares 511.
—— Baleſos 523.
—— Boia 523.
—— Cæa 522.
—— Cale 523.
Inſula Calippia 522.
—— Capraria 516.
—— Carſa 522.
—— Caſſiope 521.
—— Celesna 516.
—— Cephaleniæ 524.
—— Chalcis 522. 523.
—— Cimelos 529.
—— Claudus Inſ. *Cret.* 651.
—— Clota 509.
—— Columba Balearis major 511.
—— Coos 529.
—— Coſſura 517.
—— Crinis 513.
—— Corſica 495.
—— Cyclades 526.
—— Cyprus 526.
—— Cytheria 648.
—— Cythnos 528.
—— Diana 510.
—— Delos 526. 527.
—— Didyma 516.
—— Dionyſa 527.
—— Doruſa *Græc.* 648.
—— Dryopes 524.
—— Dulichia 524.
—— Ebuſos 510.
—— Edenedia 527.
—— Cdeſſa 521.
—— Egira 516.
—— Erroris 512.
—— Erythre 521.
—— Eubœa 521.
—— Galata 494. 495. 514.
—— Gyaros 529.
—— Hephæſtia 513.
—— Heracleotes 516.
—— Heraclea 517.
—— Hios 522.
—— Hydruntum 521.
—— Icaria 523.
—— Icos 523.
—— Igilium 514.
—— Ilva 513.
—— Imbrus Inſ. *Græc.* 649.
—— Lemnus *Græc.* 522. 649.
—— Lesbos 510.
—— Leuce 528.
—— Liparis 516.
—— Malta 517.
—— Maritima 492.

Insula Myconos Gr. 527. 648.
—— Gaditana. 37.
—— Molus Inſ Gr. 648.
—— Naxos 528.
—— Nura Balearis minor. 512.
—— Orcades. 508.
—— Olearos. 529.
—— Ortyx. 527.
—— Palmaria. 514.
—— Pallene. 525.
—— Pandateria. 515.
—— Paros. 527.
—— Phalans. 514.
—— Phalacron. 518.
—— Phocæ. 528.
—— Planaſia. 513.
—— Plotæ. 523.
—— Pontiæ. 513.
—— Prochyta. 515.
—— Pyridis. 521.
—— Samos. 524.
—— Samothraci. 522.
—— Sardinia. 495.
—— Scyros. 523. 527.
—— Seriphos. 529.
—— Sigeos. 522.
—— Siphnos. 529.
—— Strongylos. 516.
—— Strophades Gr. 523. 648.
—— Tenedos. 522.
—— Tenos. 522.
—— Thapſos. 517.
—— Vulturia. 514.
—— Zacynthos. 524.
Interamnia *Ital.* 125. 613.
Interamnium. 448. 453.
Interamnium Flavium. 429. 431.
Interbromium. 510.
Intercatia. 440.
Interciſa Mut. 614.
Interocrium. 307.
Interpromium Vic. *Ital.* 102.
Intibili. 399.
Jogola Mans. 576.
Jomnium Municip. 17.
Ἰόππη Παλαι. 719.
Ἴος Νησ. 687.
Jordanis Fl. 598.
Ἰοτάπη Ισαυρ. 709.
Jovalia Mut. 562.
Jovavi. 235. 258.
Ad Jovem Mut. 551.
Jovia. 130. 264. 561.
Jovis. 172. 174.
Jovis Pago Mut. 565.
Joviſura. 259.
Ipagrum. 412.
Ἵπποι Ἑλλησπ. 664.
Ἵππος Παλαισ. 720.
Ipompeis Mans. 566.
Ipotobrogen Mut. 574.
Ἴψος Φρυγ. Σαλ. 673.
Iria. 288.
Iſannavatia. 477.
Ἰσαυρόπολις Λυκαον. 675.
Iſca Dumnuniorum. 483. 486.
Iſcæ Leg. II. Auguſta. 484.
Iſcina. 45.
Iſiniſca. 236. 251. 257.
Iſiu. 156. 167.
Ἴσκος. 655.
Iſubrigantum. 476.
Ἴστρος Σκυθ. 637.
Iſurium. 465. 468.
Italica. 432.
Ithacus Mons. 524.
Jucharatax *Phryg.* 668.
Jucundiu. 71.
Julia Cornico. 279.
Juliacum. 278. 375.
Julianopolis *Lyd.* 670.
Juliobona. 382.
Juliopolis Civ. 142. 574.
Julio Sebaſta Iſaur. 709.
Juncaria. 390. 397.
Junopolis *Paphl.* 696.
Juſti Colon. 27.
Juſtinianupolis *Piſid.* 674.
Izirallum *Scyth.* 138. 230.

K.

Καλλατὶς Σκυθ. 637.
Καλλίπολις Θρακ. 633.
Καπετωλιὰς Παλαισ. 720.
Κάρσος Σκυθ. 637.
Κάσσιον Αἰγυπτ. 627.
Κελαινίδιον Μακεδ. 641.
Κεκαυμένη Πισιδ. 672.
Κέραμος Καρ. 687.
Κερεσπυργῶ Ῥοδοπ. 635.
Κισίδηρον Ἑλλησπ. 664.
Κλῆρῶ Ὀρένης Φρυγ. Σαλ. 677.
Κλῆρος Πολιτικῆς Φρυγ. Σαλ. 677.
Κλεοπάτρα Αἰγυπτ. 725.

Κλίμα μεσικὸν Ἰλλυρ. 648.
Κλύσιμα κάστρα Αἰγυπτ. 728.
Κοιλία Θρακ. 634.
Κοκτιμαλικαὶ Καρ. 650.
Κέρβεια Κυπρ. 707.
Καρωνία Βοιωτίας Ἑλλ. 644.
Κτῆμα Μαξιμιανεωπόλεως Παμφ. 681.

L.

LAbiscone. 346.
Λακεδαίμων Λακον. 647.
Laciacum. 235. 258.
Lacipea. 438.
Lacobriga. 395. 449. 454.
Lacotena. 210. 215.
Lactodurum. 470. 476.
Lactura. 462.
Ad Lacum Aprilem. 291.
Ad Lacum Comacenum. 278.
Ad Lacum Regium. 41.
Lacus Felicis in medio Crumero. 246. 248.
Lacus Lausonius. 348.
Ladica. Civ. 582.
Ad Ladios. 268.
Laganea. 142.
Lagecium. 478.
Λάκκος Ἰλλυρ. 639.
Λάμος Ἰσαυρ. 709.
Λάμια Θεσσαλ. 642.
Lamini. 445.
Λάμπαι Κρητ. 650.
Lampsacus *Hellesp.* 662.
Lanarius Fl. *Sic.* 88.
Lancia. 395.
Langobrica. 421.
Lanuvium. 301.
Laodicea *Phryg.* 665.
Λαοδίκεια Πισιδ. 672.
—— Φοιν. 717.
—— Συρι. 711.
Λάπιθος Κυπρ. 707.
Lar Castellum. 14.
Laranda *Lycaon.* 211. 675.
Larga. 349.
Laribus Col. 26.
Larice. 276.
Lariſſa. 187. 195. 328. 638.
—— *Syr.* 712.
—— *Theſſal.* 642.
Laſamices. 67. 70.
Latina Mut. 566.
Latomagum. 382.
Laton. 160.
Lavatris. 468. 476.
Laude. Civ. *Ital.* 98. 127. 283 617.
Laudicia. 147. 198. 199.
Laumello Mans. 557.
Laumellum. 282. 340. 347. 356.
Laurentum. 301.
Lauriacum. 235. 277.
Λαύσαδος Ἰσαυρ. 710.
Λεβαδία Ἑλλαδ. 644.
Λεβέδος Ἀσι. 660.
Ad Lectoce Mut. 553.
Ad Legion. VII. Geminam. 395.
Legna. 200.
Legeolium. 475.
Lemincum. 346.
Lemuſia *Pamph.* 681.
Lemnis. 12.
Lemnos Inſ. *Græc.* 522. 649.
Lentolis Mans. 562.
Lentuli 130.
Λεοντὼ Αἰγυπτ. 728.
Leontiae Civ. 609.
Leontopolis *Helenopont.* 701.
—— *Oſroën.* 714.
Leptimagna Col. 63.
Leptiminus. 58.
Leptis magna. 57.
Lerinum. 505.
Lerum. 505.
Lesbi. 32.
Letus. 156.
Leucarum. 484.
Leuce Inſ. 528.
Leuciana. 438.
Leuconum. 260.
Leucuſia *Cypr.* 707.
Leuſaba. 269.
Leuſinium. 338.
Leutuoano Mut. 561.
Liada Mut. 573
Libanus Mons. 294.
Libia. 394.
Λιβίας Παλαις. 718.
Libiſoſia. 446.
Libiſſa Mans. 572.
Libo Mans. 140. 573.
Libyſſa. 140.
Lidda Civ. 600.
Lignidum. 318. 329.
Lilybæum. 89. 96. 97. 492. 494. 517.
Λιμέναι Πισιδ. 672.
Limia. 429.

Limniades. 68. 70.
Limobrama *Pamph.* 681.
Limonum. 459.
Limusa *Scyth.* 223.
Λίμυρα Λυκ. 683.
Lindum. 475 477. 478.
Liparis Inf. 516.
Lipias *Ital.* 118.
Ad Lippos. 434.
Lissæ 136.
Λίσσος Κρητ. 650.
Λίσσος Πρεβ. 656.
Λιστρῶν Ἐπειρ N. 654.
Litanobriga. 380.
Liternum Ital. 122.
Littamum, 280.
Lix Col. 7.
Locus Felicis. 234. 246.
Logaricum *Sic.* 97.
Loncium. 279.
Londinium. 471. 478. 479. 480.
Longaticum Mans. 129. 560.
Longones *Sard.* 79.
Loria. 290.
Losa. 456.
Lotodos Mut. 561.
Lotum. 283.
Luca. 284.
Luco Mans. 554.
Lucus. 357.
Lucus Augusti. 424. 430.
—— Romanus. 295.
Lugdonec *Sardin.* 81.
Lugdunum Batv. 308.
———— Conven. 457. 463.
———— Gall. 308.
Luguvallium. 467. 476.
Lumone. 296.
Lunda *Phryg.* 667.
Lunæ. 293.
Lunna. 359.
Lussunium. 245.
Lutitia. 368, 384.
Lybon. 198.
Lybra *Pamph.* 682.
Λυσίας Φρυγ. Σαλ. 677.
Lystra *Lycaon*, 675.
Λύκτος Κρητ. 650.

M.

MAcomades. 27. 48. 59. 64.
Macri. 30.
Madassuma. 48, 49.
Magdolon. 171.
Magnesia *Asiæ.* 659. 660.
Magiovincum. 476. 479.
Maguntiacum. 355. 374.
Magnis. 484.
Μάγυδος Παμφ. 679.
Μαιονία Λυδ. 670.
Μαιοῦδος Ἀραβ. 722.
Malaca. 405.
Malandara. 179. 214.
Μάλχος Κιλικ. 704.
Maleca. 417.
Mallæum Mare. 526.
Ad Mallias Mans. *Ital.* 106. 111.
Μάλλος Πισιδ. 674,
Malta. Inf. 518.
Malva Fl. 11. 12.
Μάμψις Παλαιστ. 721.
Mamucium. 468.
Mancunium. 482.
Mandacada. *Hellesp.* 663.
Μανδάραι Ἑλλησπ. 664.
Manduessedum. 470.
Manegordum. 142.
Manliana. 292.
Mannaritium. 369.
Mansista Civ. 580.
Mansuerine Mans. 579.
Μαντίνεια Ἑλλαδ. 647.
Maraccas Mut. 582.
Marandara. 206.
Maraza. 55.
Marcelliana. *Ital.* 110.
Marcianopolis *Cariæ.* 689.
———— *Moesiæ.* 228. 636.
Marcomagum Vic. 373.
Mare Mortuum. 597.
Margidunum. 477.
Margo. Civ. 132. 564.
Mariama *Syr.* 712.
Mariana *Cors.* 85. 445.
—— *Lusit.* 447.
Marinianæ. 130.
Marmariæ Fines. 70.
Μαρώνεια Ῥοδοπ. 634.
Ad Marte Mans. 556.
Martha. 291.
Martiae. 430.
Ad Martis. 311. 341. 357.
Marusio Mans. 608.
Massiacum. 259.
Massilia. 299. 507.

Μασαύρα Ἀσι. 659.
Matavonium 296.
Mater Magna *Ital.* 103.
Matiſcone. 359.
Matrica. 245.
Matuſaro. 419.
Maurianis Manſ. 562.
Maxianopolis Civ. 586.
Maximianopolis *Thrac.* 321. 331. 603. 634.
Maximianupolis *Paleſt.* 720.
——— *Pamph.* 681.
Maxula Prates. 57. 58.
Mazara. 47. 89.
Mecletum. 383.
Μήδαβα Ἀραβ. 722.
Μήδειον Φρυγ. Σαλ. 678.
Mederiacum. 375.
Ad Medias *Sard.* 82.
Ad Medias Mut. 557. 560. 611. 616.
Μόριζος Θρακ. 633.
In Medio Manſ. 175. 188. 189. 191. 197. 212. 213.
In Medio Aciminci. 242.
Mediolanum Aulercorum. 384.
——— *Britan.* 469. 482.
——— *German.* 375.
——— *Ital.* 98. 123. 127. 278. 557. 612. 617.
——— Santonum. 459.
Mediomatrica. 245.
Megara *Grac.* 326 517. 645.
Megradi Villa Anicior. 62.
Melalico Mut. 602.
Melantiada *Scyth.* 138. 230. 323. 332.
Meldia Manſ. 135. 566.
Μελέτης Αἰγυπτ. 724.
Melitene. 157. 209. 211. 215. 703.
Melitonus Mut. 606.
Mellaria. 407. 415.
Melliſſurgis. 320. 328.
Μῆλος Νησ. 687.
Membreſſa. 45.
Membro. 22.
Memphis 156. 162. 163.
Menegeſis. 47.
Meneggeris. 54.
Μενελαΐτης Αἰγυπτ. 724.
Mennonianæ. 260.
Menoba 405.
Menteſa Baſtia. 402.
Menturnas Civ. 611.
Mercimeri. 27.
Mercuri Exploratio Manſ. 2. 6. 8.
Ad Mercuri. 24.
Mergablum. 408.
Μηρίων *Dard.* 656.
Μῆρος Φρυγ. Σαλ. 677.
Merſella Mut. 562.
Meſotumallus *Lyd.* 671.
Meſpha. 77.
Meſſana *Sicil.* 86. 90. 491. 516. 647.
Meſſena. 215.
Meſtrianae. 263.
Metalla *Sard.* 84.
Metallinum. 416.
Μεθώνη Ἑλλ. 646.
Μητρόπολις Θεσσαλ. 642.
——— Πισιδ. 673.
——— Φρυγ. Σαλ. 677.
Μέθυμνα Νησ. 686.
Mevania. 311.
Miacum. 435.
Miaſena. 210.
Michera. 69. 71.
Mido Manſ. 573.
Μιλητος Καρ. 687.
Milcum. 28.
Milia Mut. 574.
Milolitum. *Thrac.* 322.
Minariacum. 377.
Minaticum. 381.
Minizum. 142.
Minna, Villa Marſi. 63.
Minniza. 193. 194.
Minnodunum. 352.
Minturnæ *Ital.* 108. 121.
Mirobriga. 444.
Μίσαι Λυκι. 684.
Miſenum. 123. 515.
Miſſua. 495.
Μισθεία *Lycaon.* 675.
Μιτυλήνη Νησ. 686.
Mnizos Manſ. 575.
Mogaron. 205.
Mogetiana. 233.
Mogentianæ. 263.
Molaria *Sard.* 82.
Molis *Helleſp.* 662.
Moloa *Iſaur.* 710.
Molus Inſ. *Grac.* 648.
Μόλπη *Helleſp.* 667.
Momoaſſon *Mut.* 577.
Monate, 276.
Mons Aureus. 243.
——— Briſiacus. 350.
——— Mariorum. 432.
——— Seleucus. 357. 555.
Mopſueſtia *Cil.* 705.

Ad

Ad Morum. 401.
Moſa fl. 385.
Moſconnum. 456.
Moſtina *Lyd.* 671.
Moſyna *Phryg.* 665.
Μοθώνη Ἑλλαδ. 647.
Mundobriga. 420.
Municipium Manſ. 565.
Ad Mures in Medio Arrab. 246.
Murgi. 405.
Muridunum. 483. 486.
Murſa. 243. 265. 267. 331. 562.
Murſella. 262.
Murum. 277. 446.
Muſae. 168.
Muſlubium. 18.
Muſti. 26 45. 49.
Mutena Civ. 616
Mutenum. 233. 266.
Muthi. 166.
Mutina Civ. *Ital.* 99. 127. 282. 283. 287.
Myconos Inſ. 527.
Μύλασα Καρ. 687.
Μύκη Ἀσι. 651.
Μυωδία Παμφ. 680.
Μῦρα Λυκ. 684.
Μυρικιῶν Γαλ. Σαλ. 698.
Myrina *Aſiæ.* 661.
Myrtilis. 431.
Myrtoum Mare. 526.
Μυσήνη Λυδ. 671.
Muzana. 180.

N.

NAcolia *Phr. Sal.* 678.
Naiſus *Dac.* Civ. 566. 654.
Nalpotes 21.
Namſucrone. 145.
Nantianulus. 144.
Nara 48. 49.
Naraggara. 41. 44.
Narbone. 389. 397. 552.
Nargo Mut. 569.
Narnia *Ital.* 125. 311. 613.
Narona. 338.
Naſium. 365.
Naſſete Mut 571.
Ναύκρατις Αἰγυπτ. 724.
Naupactus *Græc.* 488. 643.
Naxus Inſ. 87. 528. 686.
Ναζιανζὸς Καππαδ. 700.
Νέα Βαλεντία Ὀσρωη. 714.
Νέα Πόλις Πισιδ. 672.
Νέα Πόλις Παλαιις. 718.
Νέα Πόλις Ἀραβ. 722.
Νέα Σικύων Ἑλλ. 646.
Neapolis *Afr.* 493.
—— *Cariæ.* 686.
—— *Illyrici.* 640.
—— *Iſaur.* 710.
—— *Ital.* 197. 122. 123. 321.
—— *Mut.* 603.
—— *Sardin.* 84.
Νεάυχη Ἀσιας. 660.
Nemauſum Civ. 388. 396. 552.
Nemetacum. 377. 378. 379.
Nemetobriga. 428.
Neo-Cæſarea *Pont.* 693. 702.
Nertobriga. 437. 439.
Nerulum *Ital.* 105. 110.
Νῆσος Εὐβοία Ἑλλαδ. 644.
—— Ἴμβρος Ἑλλαδ. 649.
—— Λῆμνος Ἑλλαδ. 649.
—— Πεπαρήθος Θεσσαλ. 643.
—— Σαμοθράκης Ἰλλυρ. 640.
—— Σκίαθος Θεσσαλ. 643.
—— Σκόπελος Θεσσαλ. 643.
—— Θάσος Ἰλλυρ. 640.
Neve. 196. 198.
Nevirnum. 367.
Niaccaba. 187.
Nicae Mans. 569.
Nicæa. 141. 192.
Nicia. 318. 573.
Niciu 155.
Νικίς Αἰγυπτ. 724.
Nicomedia. 124. 140. 572. 695.
Nicopolis *Armen.* 183. 207. 703.
—— *Aſiæ.* 660.
—— *Epir.* 651.
—— *Euphr.* 190. 713.
—— *Mœs.* 636.
—— *Palæſt.* 488. 600. 601.
—— *Thrac.* 635.
Nicotera. 106. 111.
Nidus. 484.
Νιλακώμη Ἀραβ. 722.
Ningum. 271.
Nitazi. 144.
Nithine. 154.
Niſus. 186.
Nitalis Manſ. 576.
Nivaria, 435.
Νοβιοδένος Σκυθ. 637.
Noceria *Ital.* Civ. 614.

Nola *Ital.* 109.
Ad Nonum Mut. 551. 559. 560. 564. 538. 612. 617.
Nova Sparsa. 32.
Novæ *Mœs.* 218. 636.
Novæ Aquilianæ. 43.
Novaria. 344. 350.
Novas Leg. I. Ital. 222.
Novas Mut. 616.
Ad Novas. 243. 329. 452.
Novem Craris Mut. 553.
Novesiæ. 370.
Noviciani Mut. 563.
Noviodunum. 259.
Noviodunum, Leg. II. Herculea. 226.
Noviomagum. 355. 362. 371. 374. 385. 472.
Novioregum. 459.
Nuceria. 311.
Numana. 312.
Numantia. 442.
Nyssa *Asiæ.* 200. 659.
—— *Cappad.* 699.

O.

Oases in Ægypto tres. 725.
—— Ammoniace. 734.
—— Magna 731.
—— Parva. 732.
Ὀάξιος Κρητ. 650.
Oblimum. 346.
Obucula. 414.
Ocellodurum. 434. 439.
Ochras. 262.
Ocriculi. 124. 311.
Ad Octavum Mut 556. 565. 611. 615.
Odada *Pisid.* 674.
Odissus *Mœs.* 228. 636.
Odronto Mans. 609.
Oea Col 62.
Oescon Leg. V. *Mac.* 220.
Οἰνόανδα Λυκι. 685.
Ὄλβη Ισαυρ. 709.
Ὄλβασα Παμφ. 680.
Olearos Ins. 529.
Oleastrum. 399.
Ad Olivam *Sicil.* 97.
Olotordariza. 183. 207. 215.
Olybrasus *Pamph.* 682.
Ombos. 165.
Onellaba. 43.
Onoba. 431.
Ὄνυφις Αἰγυπτ. 725.
Ὀνοῦς Παλαις. 719.
Ὀπαμία Πισιδ. 673.
Opinum *Ital.* 104.
Opisum 136.
Opodanda Mans. 578.
Oppidum Novum. 24. 457.
Opus *Græc.* 327. 644.
Oriens Medio. 141.
Orippo. 410.
Ὄρνοι Θρακ. 632.
Orolauno Vic. 366.
Oromago Mans. 565.
Oropum. 327.
Orsologiacum. 206.
Ὀρθέμαρχος Μυσ. 657.
Ortona. 313.
Ὀρθοσιὰς Καρ. 689.
—— Φοιν. 716.
Orydissa ad Burgum. *Thrac.* 175.
Orymna *Pamph.* 682.
Osca. 391. 451.
Oscincio Mut. 550.
Osdara. 178. 211.
Osiana. 206.
Osones. 263.
Ossobona. 426.
Ostia Aterni. 313.
Ostippo. 411.
Ostracena 152.
Ὀστρακίνη Αἰγυπτ. 727.
Ὄσυς Φρυγ. Σαλυτ. 676.
Ostudizum *Thrac.* 137. 230. 322. 351.
Othoca *Sard.* 82. 84.
Otopisum. 331.
Οὐλπιανὰ Δαρδ. 656.
Οὐάσαδα Λυκαον. 675.
Ovisee. 46.
Ovilabis. 235. 258. 277.
Οὐμάναδα Λυκαον. 675.
Oxeae *Ins.* 488.
Oxyrinchum. 157. 729.
Ozzala. 144.

P.

Paccianæ Matidiæ. 18.
Παχνεμώνις Αἰγυπτ. 724.
Pachynum. 492.
Πάγαι Ἑλλ. 645.

Pagræ. 146.
Palæa *Corſic.* 85. 86.
Παλαιάπολις Παμφ. 680.
—— Ἀσίας 660.
Palae *Mut.* 568.
Palantia. 449. 453.
Ad Palatium. 275.
Palfuriana. 398.
Pallene Inſ. *Thrac.* 525.
Palmaria Inſ. 514.
Παλμύρα φοιν. 717.
Πάλτος Συρ. Κοιλ. 717.
Pandataria Inſ. 515.
Πανειὰς φοιν. 716.
Pandicia Manſ. 573.
Πανέμου Τεῖχος Παμφ. 681.
Pangrios Manſ. 581.
Πάνιον Θρακ. 632.
Πανίβυσος Αὐγυστ. ά. 727.
Paniuros. 71.
Πάνις Αὐγυστ. ά. 727.
Pano. 166.
Panormus *Sic.* 91. 97. 648.
—— *Inſ.* 648.
Πανταλία *Dac.* 654.
Pantichium. 139.
Papa. 159.
Paphos Inſ. 526. 706.
Papi. 71.
Papira, 201. 203.
Papiriana. 293.
Pappa *Piſid.* 672.
Parambole *Mut.* 607.
Paraetonium. 72. 733.
Paratianæ. 19.
Paramuole Mut. 568.
Pardoſena. 204.
Parembole. 161.
Parentium. 271.
Pargais Mut. 580.
Parietina. 10. 447.
Parium *Helleſp.* 662.
Parma Civ. *Ital.* 99. 127. 287. 616.
Parnaſſo Manſ. 576.
Parnaſſus. 144. 206. 524. 700.
Paros Inſ. 527. 686.
Parphirion Mut. 583.
Parthanum. 257. 275.
Parthenium *Sicil.* 91. 97.
Παρθικόπολις Ἰλλυρ. 639.
Paſtoleriſus *Pamph.* 681.
Patara *Lyciæ.* 684.
Patavio *Norici* Civ. 128. 281. 559.
Patavione Civ. 129.
Paternum *Ital.* 114.
Patræ Novæ *Theſſ.* 642.
Patras Mut. 607.
Pax Auguſta. Ibid.
Pax Julia *Hiſp.* 427. 431.
Πελαγονία Μακεδ. 641.
Pella *Maced.* 519.
Pelli Civ. 606. 638.
Pelva. 269.
Peluſium 152. 162. 170. 171. 727.
Peme. 156.
Peniconon. 172. 174.
Pennana Mut. 604.
Penne locus. 351.
Pennocrucium. 470.
Pentaſchœnum. 152. 727.
Peos Artemidos. 167.
Pepuza *Phryg.* 667.
Perceiana. 432.
Perdices. 29.
Pergamus 335. 127. 661.
Πέργη Παμφ. 679.
Perinthus *Thrac.* 323.
Peripidis Mut. 604.
Peritur Mut. 561.
Pernicianum. 378.
Perre. 210. 215.
Pertuſa. 45. 391. 615.
Peſinunte. 201.
Pesla. 167.
Petavonium. 423.
Πέτελος Νησ. 686.
Petilium *Sicil.* 88.
Petineſca. 353.
Πητινεσσὸς Γαλ. Σαλ. 697.
Petovione. Civ. 561.
Petra *Paleſt.* 721.
Petrina Sic. 96.
Petromantalum. 382. 384.
Phacuſa Vic. *Aegypt.* 731.
Phaëdona. 73.
Φαινὰ Ἀραβ. 723.
Phalacron Inſ. 518.
Phalagro. 172.
Phalans Inſ. 514.
Φάραι Ἑλλαδ. 647.
Φάρσαλος Θεσσαλ. 642.
Φάρζιθος Αὐγυστ. β'. 728.
Φασιδὸς Λυκ. 683.
Φελλὸς Λυκ. 684.
Φιάλαια Ἑλλαδ. 647.
Phiaraſi. 205.

Philadelphia *Arab.* 722.
——— *Isaur.* 710.
——— *Lydiæ.* 336. 669.
Philippi *Maced.* 520. 331. 603. 640.
Philippopolis *Arab.* 712.
——— *Thr. Conſ.* 136. 635.
Φιλομήλιον Π.σιδ. 672.
Philoſophiana Manſ. *Sic.* 94.
Φλαβίας Κιλικ. 706.
Phocis 326.
Phœnice *Cret.* 650.
——— *Epiri.* 324. 652.
Φραυίτης Αἰγυπτ. 724.
Φωτικὴ Ἐπειρ. 652.
Picentinum. 260.
Picinum. *Sic.* 96.
Pictanus Mut. 581.
Ad Pictas. 304. 305.
Pilas Mut. 578.
Πίλαυρα Ἑλλ. 647.
Πίναρα Λυκι. 684.
Pinetum. 422.
Pintia. 440.
Pionia *Helleſp.* 663.
Pirina *Sic.* 97.
Ad Pirum ſummas Alpes. 316. 560.
Piſaurum *Ital.* 100. 126. 615.
Πισιδὲς Γαλ. Σαλατ. 697.
Piſonos. 177.
Piſte. 293.
Piſtoris. 284. 285.
Pittana *Aſiæ,* 661.
Ποιτοιέσται Ἑλλ. 646.
Placentia Civ. *Ital.* 98. 127. 288. 616.
Plaga Calviſii *Sicil.* 95.
——— Herei ſive Cymbæ. 96.
——— Meſopotami. 96.
——— Syracuſæ. 96.
Plagia. 505.
Plagiaria. 419. 420.
Planaſia Inſ. 513. 514.
Platanus Manſ. 147. 582.
Πλατέαι Ἑλλ. 645.
Plintæ *Sic.* 95.
Plotinopolis *Thr.* 175. 322. 635.
Podandum *Cappad.* 145. 578.
Podia Scabra. 388.
Poetovio. 262.
Πογωνᾶς Φοιν. 716.
Poimanentus *Helleſ.* 662.
Pola. 271. 496.
Polichna *Helleſp.* 662.
Πολύγατος Φρυγ. Σαλ. 677.
Pompei 134.
Πομπηιόπολις Κίλικ. 704.
——— Παφλ. 695.
Pompelone. 455.
Pons Auſidi *Ital.* 120. 121.
——— Manſuetianus. 267.
——— Neviæ. 425. 430.
——— Sarvix. 372.
——— Scaldis. 376.
——— Sociorum. 264.
——— Tiluri. 337.
Pontamus Mut. 573.
Ponte Aerarium Mut. 550.
——— Aurioli Mut. 558.
——— Campano Mut. 611.
——— Longo. 314.
——— Oeni. 236. 237. 256.
——— Secies Mut. 616.
Ponteucaſi Mut. 567.
Ponte Zita Municip. 60.
Ad Pontem. 409. 477.
Ad Duos Pontes. 424.
Ad Pontes Teſſenios. 257.
Pontiae Inſ. 515.
Pontibus *Britan.* 478. *Gall.* 363.
Popletus Fl. 12.
Popolis Mut. 561.
Populonium. 292. 513.
Pordoſolene Inſ. 685.
Porſulis *Thrac.* 321.
Porticenſes *Sard.* 80.
Πορθμὸς *Euboeæ.* 645.
Ad Portum Dubris. 473.
——— Lemanis. 473.
——— Ritupis 472.
In Portum. 300.
Portus Albus. 407.
——— Auguſti. 493.
——— Caecili. 12.
——— Carſici. 506.
——— Cithariſta. 506.
——— Divini. 9. 13.
——— Favoni *Corſ.* 85.
——— Gaditanus. 409.
——— Geſſoriacenſis. 496.
——— Lugvidonis *Sard.* 79.
——— Magnus. 13.
——— Ritupius. 496.
——— Sigenſis. 13.
Potentia *Ital.* 101. 104. 313.
Prænesſte. 302.
Praeſidium 85. 422. 428. 431.

Praetorias *Cilic.* Vic. 705.
Praſmon Mut. 575.
Ad Prætorium. 177.
Praetorium. 212. 273. 398. 466.
Praetortum Latovicorum. 259.
Πριήνη Ἀσι. 659.
Πρίνετος Ποντ. 691.
Περίαλλα Ἀσι. 659.
Prochyta Inſ. 515.
Προικόνησος Ἑλλησπ. 662.
Prolaqueum. 312.
Promontorium Apollinis.
——— Barbari. 10,
——— Cannarum. 11.
——— Ruſſadi. 11.
Protunica Mut. 573.
Provincia Cretæ. 649.
—— Arabiæ. 721.
—— Armeniæ. 752. 753.
—— Aſiæ. 658.
—— Auguſta I. 726.
—— Auguſta II. 727.
—— Cappadociæ. 698.
—— Cariæ. 687.
—— Ciliciæ. 704.
—— Cypri. 706.
—— Daciæ. 654.
—— Dardaniæ. 655.
—— Epiri Novæ. 652.
—— Epiri Veteris. 651.
—— Euphrateſiæ. 712.
—— Europæ. 631.
—— Galatiæ. 696.
—— Galatiæ Salutaris. 697.
—— Helenoponti. 701.
—— Helleſponti. 661.
—— Honoriadis. 694.
—— Hæmimonti. 635.
—— Illyrici. 638.
—— Inſularum. 685.
—— Iſauriæ. 708.
—— Lycaoniæ. 674.
—— Lyciæ. 682.
—— Lydiæ. 669.
—— Macedoniæ I. 638.
—— Macedoniæ II. 641.
—— Meſopotamiæ. 715.
—— Myſiæ. 636. 657.
—— Oſroënæ. 713.
—— Palæſtinæ. 717.
—— Pamphyliæ. 679.
—— Pannoniæ. 657.
—— Paphlagoniæ. 695.
—— Phœnices. 715.
—— Phrygiæ Capacianæ. 664.
—— Phrygiæ Salutaris. 676.
—— Piſidiæ. 672.
—— Ponticæ. 690.
—— Ponti Polemoniaci. 702.
—— Prebalis. 656.
—— Rhodopæ 642.
—— Scythiæ. 636.
—— Syriæ. 711. 712.
—— Theſſaliæ. 642.
—— Thraciæ. 631. 635.
Πριικοξνία Μυσ. 657.
Προσελήνη Νησ. 686.
Πρεῦσα Ποντ. 692.
Προύσιας Ὄνωρ. 694.
Πρύμνησ☉ φρυγ. Σαλ. 677.
Πτέρνα Λυκαον. 676.
Pſelcis. 162.
Ptandari. 178. 180. 181. 210. 212. 213. 214. 215.
Ptanias Civ. 614.
Ptolemaida. 158 584.
Ptolemais. 67. 149.
Ptolemais *Phœn.* 715.
Ad Publicanos. 346.
Pulcherianupolis Phr. 668.
Pulcheriopolis Epir. N. 653.
Pullopice. 295.
Pultovia Mut. 561.
Purdis Mut. 603.
Ad Putea. 447.
Puteoli *Ital.* 123.
Putput Vic. 52. 58.
Pylæ Cilic. 579.
Ad Pyrenæum. 390.
——— Imum. 455.
Pyrenæum Summum. 452. 455.
Pyrgi. 290. 301.
Pyridis. 521.
Pyrri. 266.
Pyrſoalis. 331.

Q.

Quadrata. 260. 274. 340. 356.
Quadratis Mans. 557
Quadratum in medio Flexum. 247.
Ad Quartodecimo. 560.

Ad Quintanas. 304.
Ad Quintum Mut. 608.
Ad Quintum decimum Mut. 610.
Quiza Munic. 13.

R.

RAgindone Manſ. 561.
Ragondone 129.
Rame Mut. 341. 357. 555.
Ramiſta *Mut.* 561.
Ῥαμφία Παλαισ. 719.
Ῥαφαναῖε Συρ. 712.
Raphia. 151.
Rapidi. 30.
Rappiana Mut. 566.
Rarapia. 426.
Ratiaria Leg. XIV. Gemina. 219.
Ratis. 477. 479.
Ratisbona Germ. 250.
Rauda Clunia. 441.
Ravenna *Ital.* 126.
Rauranum. 459.
Ραζαρία. 655.
Reate. 506.
Redicibus Mut. 566. 566.
Refugium Apollinis. 96.
——— Chalis Sic. 95.
Ῥεγαναγαλία Γαλατ. 696.
Ῥεγεδαρα Καππαδ. Σαλ. 700.
Ῥεγεμαυρέκιον Γαλ. Σαλυτ. 697.
Ῥεγέμνησος Γαλατ. 697.
Ῥεγεμυκισὸς. Καππ. 701.
Ῥεγεποδανδὸς Καππαδ. 699.
Regeſalamara *Pamph.* 681.
Ῥεγεταταῖος Ποντ. 694.
Ῥεγετνακάδη Γαλ. 698.
Regiana. 415.
Regio Manſ. 570.
Regio Civ. Ital. 99. 112. 115. 283. 287. 616.
Regiſto Manſ. 601.
Ῥεγκύλιας Λυκ. 684.
Ῥεγοδώριε Ποντ. 694.
Reguſtrone. 388.
Ῥεκέτα Ἑλλησπ. 662.
Remeſiana *Dac.* 135. 654.
Reſiſton Thrac. 176. 332.
Reſpa. 315.
Rhamis Mut. 568.
Rhegium. 490. 491.
Rhinocorura *Auguſt.* 151. 726.
Rhodanus fl. 507. 508.
Riduna. 509.
Ῥίγνον Λυκαον. 676.
Rigomagum. 340. 357.
Ripa alta. 244.
Riti. 242.
Ad Ritupis Portum. 472.
Ritumagum 382.
Roboraria. 305.
Roboretum. 422.
Ῥόδος Νησ. 686.
Roma 286. 612.
Romanſiana Manſ. 566.
Romula. 120. 274.
Roſcianum *Ital.* 114.
Roſolodiaco Mut. 575.
Roſologiacum 143.
Ῥῶσος Κιλ. 705.
Roſtrata Vill. *Ital.* 124.
Roſtrum Nemaviæ. 237. 258.
Ad Rota Mut. 617.
Rubi *Ital.* 116. 610.
Ad Rubra. 431.
Rubras Mut. 612.
Rumbodona Mut. 603.
Ruſadder. 4. 11.
Ruſazis Municip. 17.
Ruſciana. 397.
Ruſgunniæ. Col. 16.
Ruſium *Thr.* 634.
Ruſiccada *Maurit.* 5. 19.
Ruſticiana. 433.
Ruſubbicari. 16.
Ruſucurum. 16.
Rutunium. 469.

S.

SAbaria. 233. 261. 262. 434.
Sabatinca. 276.
Sabbatus *Fl. Ital.* 105. 110.
Σάβατρα Λυκαον. 676.
Sabi *Thr.* populi. 633.
Sabinæ *Piſid.* 672.
Sablones 375.
Sabrata Colon. 61.
Sabus. 209.
Saccaſena. 206.
Sacæna. 202.

Sa-

Sacraria Mut. 613.
Sadame. 230.
Sagalassus *Pisid.* 673.
Sagara *Hellesp.* 663.
Saguntum. 400.
Σάϊς Αἰγυπτ. 724.
Saïtæ Aegyp. 724.
—— *Thrac.* 724.
Salacia. 417. 422.
Salaconia. 7.
Salamembria Mans. 570.
Salaminiada. 197.
Salaniana. 427.
Saldae *Mauret.* 5. 17. 32.
Salebrone. 292.
Salei Mut. 602.
Salernum *Ital.* 109.
Saletio. 354.
Σαλγενορατιξενον Εὐφρατ. 713.
Ad Salices *Scyth.* 227.
Salientes 428.
Salinae. 314.
Salioclita. 368.
Salissone. 374.
Salluntum. 338.
Salmatice. 434.
Salmorudis *Scyth.* 226.
Salmyris *Scyth.* 226.
Salodurum. 353.
Salomacum. 457.
Salonæ. *Dalm.* 269. 272. 497.
Salsovia *Scyth.* 226.
Salsulae. 387.
Saltici. 447.
Σάλτων Παλαις. 721.
Σαλτοϐραμίνσιος Θεσσαλ. 643.
Σάλτον Σαλίκην Ἑλενυπ. 701,
Σάλτος Ἰόβιος Θεσσαλ. 643.
Salva Mans. 266.
—— Nor. 267.
Salvia urbs. 316.
Samos *Ins.* 524. 686.
Σαμοσάτα Ευφρατ. 713.
Samosata Leg. VII. 186. 210. 215.
Samothraca. *Ins.* 522.
Σαναὸς *Phryg.* 666.
Santicum. 276.
Sanos *Mut.* 559.
Sapaei *Thr.* pop. 633.
Sarcopos *Sard.* 80.
Sardis 336. 669.
Sarmalius. 203.
Sarmatorum Mut. 566.
Sarmia. 565.
Sarnade. 269.
Sasima *Cappad.* 144. 577. 700.
Satala 206. 207. 216. 217.
Σατάλα Ἀρμεν. 703.
Satala Leg. 183.
—— *Lydiæ.* 671.
Σατρώτη Ἀσι. 660.
Σαυαδια Θρακ. 633.
Saxetanum. 405.
Scaidava. 222.
Scalabis. 420. 421.
Scamandrus *Hellesp.* 662.
Scampis *Epir.* N. 318. 329. 653.
Scanatus. 179. 206. 214.
Scarabantia. 233. 261. 262. 266.
Σκαρφία Ελλαδ. 643.
Scarponna. 365.
Scelenta *Hellesp.* 662.
Scenarchæa *Euphr.* 713.
Scenas Mandras. 169.
—— Veteranorum. 163. 169.
Σκέννα Αὐγυστ. β'. 727.
Σκεπῶν Ἐπειρ β'. 654.
Scincomagus *Ital.* 556.
Sciopolis *Civ.* 586.
Scirtiana. 330.
Scittio Mut. 550.
Scodra. 339.
Σκοῦποι Δαρδ. 655.
Scretissa Mut. 566.
Scurio Mut. 606.
Scyllacium *Ital.* 114.
Scyros *Ins. Græc.* 523. 527. 646.
Scythopolis *Palæst.* 197. 198. 587. 720.
Sebastia 176. 178. 204. 205. 207. 213. 214.
—— *Armen.* 703.
—— *Palæst.* 718.
—— *Phryg.* 667.
Sebastopolis *Armen.* 205. 214. 703.
—— —— *Cariae.* 689.
—— —— *Thrac.* 635.
Sebastum. 280.
Σεϐόνυτος Αἰγυπτ. 725.
Secerræ. 398.
Sechar. 588.
Sechim. 587.
Sectorium *Phryg. Salut.* 677.
Secussione *Civ.* 556.
Sediscapifonti. 217.
Segasamunclum. 394.

Segeloci. 475.
Segeſamone. 394. 449. 454.
Seggera. 63.
Segoncium 482.
Segontia. 436. 437. 439.
Segoſa. 456.
Segovia. 435.
Seguſio. 341. 357.
Seguſterone. 342.
Seleucia *Iſaur.* 708.
—— *Piſid.* 673.
—— *Syriæ.* 711.
Seleucobelus *Syr.* 712.
Σέλλα Παλαιστ. 720.
Selinus. 166. 709.
Sellium. 421.
Selpe *Pamph.* 681.
Semeros. 67. 70.
Semuncla *Ital.* 104.
Senia. 273.
Senogallia Civ. *Ital.* 100. 316.
Sentianum *Manſ.* 112. 612.
Sentice. 434.
Sepphoris *Palæſt.* 720.
Ad Septem Aras. 419. 420.
Ad Septem Fratres, Montes Afric. 9.
Septempeda. 312.
Septimanca. 435.
Ad Septimum decimum. 452.
Septimunicia. 48 50.
Serapiu. 170
Serdica *Civ.* 135. 567. 654.
Serena Mut 562.
Seriane. 194 195.
Seriphos *Inſ.* 529.
Σίφνιον. Μυσ. 657.
Sermone. 447.
Serna *Pamph.* 681.
Serni Civ. *Ital.* 102.
Serota 130. 562.
Serpa. 426.
Σέρραι Ἴλλυρ. 693.
Σερραῖται. Αυγ. β'. 727.
Sexantapriſtis 222.
Ad Sex Inſulas. 11.
Sextatione. 389. 396.
Ad Sextum *Mut.* 550. 564.
Ad Sextum Milliare Mut. 564.
Siara. 214.
Siata. 510.
Sibapolis *Meſop.* 715.
Siblia *Phr.* 667.
Sibora. 204.
Sicamenos *Manſ.* 584.
Sicca Veneria *Afr.* 41. 45.
Sicdelis. 509.
Sicilibba. 45.
Sicilibra. 25.
Sicobaſiliſſes. 184. 188.
Sicyon. 646.
Sidoloucum. 360.
Sidona Civ. 149. 583 715.
Sidyma *Lyci.* 684.
Siga Municip. 12.
Sigenſis Portus. 13.
Sigeos *Inſ.* 522.
Sigona Fl. *Gall.* 382.
Sigus. 28. 42.
Silacenis. 233.
Sile. 171.
Σιλτικὴ Θρακ. 633.
Silviae. 269.
Silvianum *Ital.* 120.
Silvium *Ital.* 121.
Simidica *Afr.* 43.
Simittu Col. 43.
Simos. 204.
Sina. 509.
Σίνδα Παμφ. 680.
Σινδαύνδα Παμφ. 680.
Sinervas. 208
Sinetandos *Piſid.* 672.
Singiduno *Civ.* 563.
Singidunum Caſtra. 132. 657.
Sinope *Helenop.* 702.
Sinueſſa *Ital.* 108. 122
Sinus Sambracitanus. 503. 505.
Siphnos *Inſ.* 529.
Sipuntum. 3 4 491.
Siracella 332. 333.
Siricis 210.
Sirione. 461. 550.
Sirmi. 201.
Sirmium Civ. 124. 131. 563.
Sirmis Manſ. 127.
Sirocellis Manſ. 602.
Siſalone 444.
Siſcia. 260. 266. 274.
Sitæ *Lyd.* 669.
Sitifi. 24. 29.
Situpolis *Phryg.* 666.
Sivel. 405.
Σκόδραι Ἠρεῶ 656.
Σμύρνα. Ἀσι. 660.

Soan-

Soanda. 202.
Soatris *Scyth.* 229.
Sodi *Pamph.* 682.
Σόλοι Κυπρ. 707.
Solimariaca. 385.
Soluntum Sic. 91.
Sonoio Mut. 567.
Sonueſſa Civ. 611.
Sopianæ 267.
Σόρα Παφλ. 695.
Sorabile Sard. 81.
Sorbioduni. 483. 486.
Ad Sorores. 433.
Soſtantione Mut. 552.
Soſtomagum Mut. 551.
Σούβριτος Κρητ. 650.
Σωζόπα Παλαιϛ. 719.
—— Λιβ. 732.
Spaneta. 268.
Spaneta Mut. 563.
Sparta Mut. 567.
Spartaria Hiſp. 396. 401.
Σπάρτη Ἑλλ. 647.
Speluncas Ital. 118. 315.
Spiclin Mut. 582.
Spini. 485. 486.
Spitonaces Manſ. 600.
Spolitium Ital. 125. 613.
Sponſas Mut. 612.
Stabula. 354.
Stabulum Novum. 390.
Ad Stabulum. 390.
Stabulum Diomedis. 331.
Ad Statuas. 244. 246. 285. 400.
Stefana Mut. 608
Stefanaphana Mut. 608.
Στήραις Ἑλλαδ. 644.
Stilida. 490.
Stoechades Inſ. 513.
Στόλοι Μακεδ. 641.
Stomatas Mut. 549.
Stradela Civ. 586.
Στρατονίκεια Καρ. 688.
Stravianæ. 265.
Strongylos Inſ. Sic. 516.
Strophades Inſ. Gr. 523. 648.
Sublavio. 275.
Subficivum. 137.
Subzupara. 137.
Succeianum Ital. 115.
Sucidava. 224.
Sucro. Fl. 400.
Sueſſones. 262. 380.
Sufaſar. 31.
Sufes. 48. 49. 51. 55.
Sufetula. 46. 48. 49. 51. 54. 55.
Suiſſa. 207. 216.
Suiſſatium. 454.
Sulci *Sard.* 80. 84.
Sulloniacis. 471.
Sullucum 20.
Sulmo Civ. Ital. 102.
Summum Peninum. 351.
Summum Pyrenæum. 397. 452. 455.
Summurarum *Ital.* 105. 110.
Summus Lacus. 277.
Suniſta Mut. 105.
Sutrium. 286.
Sycamina *Paleſt.* 149.
Syedra *Pamph.* 682.
Syene 164.
Συκαμώζων Παλαιϛ. 719.
Sylleum *Pamphyl.* 679.
Σύναδα Φρυγ. Σαλ. 677.
Synnaus Phr. 668.
Syphnus Inſ. 687.
Syracuſæ Sicil. 90 972.
Σύριμα Εὐφρατ. 773.

T.

TAbæ *Cariæ.* 689.
Tabala Lyd. 671.
Tabalati. 75.
Tabalta. 48. 50.
Tabernæ. 8. 240.
In Tabernas Mut. 607.
Ταβία Γαλατ. 696.
Tabraca 21. 415. 495.
Tabunagdi. 76.
Tacapae Col. 50. 59. 74. 77. 78. 518.
Tacaſarta. 163.
Tacatua Afr. 20.
Tacina Ital. 114.
Tacona. 157.
Tadutti. 32.
Taenia longa. 10. 723.
Tagaſte. 44.
Talabrica. 421.
Talia. 218.
Τάλαζα Λυδ. 670.
Talmis. 161.

Tamaricetum. 38.
Tamaricium Sic. 87.
Tamnum. 459.
Tamaſcaltis. 76.
Ταμασσὸς Κυπρ. 706.
Tamugadis. 34. 40.
Tanagra Græc. 645.
Tanaramuſa. 38.
Tanarus Fl. Ital. 109.
Tanis. 153.
Tannetum. 287.
Tanupolis *Phr.* 668.
Taphis. 161.
Taphoſiris Aegypt. 73.
Tardequeia Mut. 80.
Tarentum Ital. 119. 121.
Tarnaias. 351.
Θάρτεσα Ἑλλ. 647.
Tarquinii. 300.
Tarracina Ital. 107. 121. 122. 515.
Tarracone. 391. 399. 452.
Tarpodizo Mut. 230. 569.
Tarſus *Cilic.* 579. 704.
Tarvenna. 376.
Tarveſede. 278.
Tatilti. 30.
Taua. 153.
Ταῦα Αἰγυπτ. 725.
Tavia. 201. 203.
Taurentum. 506.
Taurinis Civ. 341. 356. 556.
Tauromenium Sic. 87. 90. 491.
Taurunum Claſſis. 131. 241.
Teanum. 121. 304.
Teate Marrucinum. 310.
Τεγέα Ἑλλ. 647.
Tegolata. 294. 296.
Teglicio. 323.
Tegula Sard. 85.
Tela. 440.
Telepte. 77.
Teleſia. 122. 304.
Tellonum. 456.
Τελμισσὸς Λυκι. 684.
Telo Marcius. 556.
Τεμένη Θύεαι *Phr.* 668.
Temeſonius *Phryg.* 666.
——— Piſid. 674.
Temmeliſo. 195.
Temnus Aſiæ. 661.
Ad Templum. 195.
Tenedos Inſ. 522. 686.
Tenos Inſ. 523. 686.
Tentyra. 159. 713.
Θήρα Νησ. 687.
Terebinthi *Afr.* 48.
——— ad Hebronem *Palæſt.* 599.
Τερμίσσος Παμφ. 680.
Tergeſte. 270.
Terracina Ital. 515. 611.
Tetellum Mut. 558.
Teucila. 209.
Teuchira. 67. 733.
Teudurum. 375.
Teutiburgum. 243.
Thabor Mons Palæſt. 596.
Thabraca. 21.
Thabraſta. 72.
Thagura. 41.
Thalalatis. 76.
Thamarus Fl. 103.
Thamuſida. 7.
Thapſos Inſ. 517.
Tharros Sard. 84.
Tharſaticum. 273.
Tharſe. 186.
Tharſus Civ. 579.
Thaſarte. 78.
Thateſo Mut. 573.
Thaubaſion. 171.
Thebae *Aegypt.* 165.
——— *Boeot.* 327. 645.
——— *Theſſal.* 642.
Thebelami. 75.
Thebunto. 64.
Thelſeae. 196.
Thenadaſſa. 77.
Thenae. 46. 48. 57. 59.
Thenteos. 76.
Theodoſia *Phryg.* 668.
Theodoſiopolis *Aſiæ.* 661.
——— Oſroën. 714.
Theodoſiupolis *Arcad.* 729.
Therma *Cappad.* 202. 699.
Thermae *Sic.* 92.
Θερμοπύλαι Ἑλλ. 646.
Theſpiae *Græc.* 326. 645.
Theſſalonica. 320. 328. 330. 605. 638.
Theveſte Col. 27. 46. 47. 53. 54.
Thia. 217.
Thiana Civ. 577.
Thiar. 407.
Thilaticomum. 192.
Thimonepſi. 168.

Thmuis. 153.
Tholosa Civ. 551.
Thomu. 166.
Thou. 163. 170.
Thugga *Afr.* 48.
Thyaris Fl. 678.
Thyatira. 336. 669.
Τιάναι Ἀσι. 661.
Tiberiacum. 375.
Τιβεριὰς Παλαιστ. 720.
Tiberiopolis *Phryg.* 668.
Tiburis. 309.
Ticinum. 283. 340. 356. 557.
Tigava. 38.
Tigilis *Numid.* 39.
Tigra. 222.
Tillabari 75.
Timalinum. 425. 430.
Τυμβριάδων *Pisid.* 673.
Timogitia *Scyth.* 228.
Timporum *Thr.* 322.
Tinci Ausari. 66.
Tinconcium. 460.
Tingi Mauret Ting. 2. 4. 8. 24.
Tiniodiri. 65.
Tinnetio. 277.
Tinurtium. 359.
Τιὸς Ἀσι. 660.
—— Οἴνωρ. 695.
Tipasa Col. 41. 75.
Tipasæ in *Afric.* 42.
Tipso Mut. 569.
Tirallum Thr. 323.
Tirinadi. 31.
Τιτώρα Ἑλλαδ. 644.
Τιτιόπολις Ἰσαυρ. 709.
Τιτυασσὸς Πισιδ. 674.
Titulcia. 438. 439. 446.
Ad Titulos. 273.
Τλῶ Λυκι. 684.
Τμώλης Αυγυστ. β'. 727.
Tocolosida. 23.
Tolbiacum Vic. Supernorum. 373.
Τολεμαΐνιον Πόντ. Πολεμ. 702.
Toletum. 438. 446.
Tollegatae Mut. 558.
Tolosa. 458.
Tolous. 391.
Tomis *Scyth.* 227. 637.
Tonosa. 181. 182. 212.
Topiro *Thr.* 321
Tortosa Phoen. 148.
Tragurium. 272.
Traja Capita. 399.
Trajanopolis *Thrac.* 175. 332. 602. 634.
Trajecto *Ital.* Mut. 608.
Trajectum. 369.
Trajectum Lilyb. *Sic.* 86.
Trajectus. 461.
Tralle *Lydiæ.* 670.
Trallis *Asiæ.* 659.
Tramaricium. 65.
Tramusdusim. 76.
Transitis *Mut.* 566.
Transmarisca. 223.
Transmonte *Mut.* 574.
Tranupolis *Phryg.* 669.
Trapezupolis *Phryg.* 665.
Τραπεζοῦς *Pont.* Polem. 72.
Trea. 312.
Tremuli. 24.
Tres Arbores *Mut.* 550.
Ad Tres Insulas *Mans.* 11.
Tres Tabernae *Ital.* 107. 617.
—— *Epiri.* 329. 607.
Treviri. 240. 366. 371.
Trevis Civ. 613.
Trezena *Pamph.* 679.
Triadizza. 135. 567.
Tribus Tabernis Mut. 613. 617.
Tricca. 642.
Tricala *Thess.* 642.
Tricasis. 361.
Triceſimum *Mut.* 551.
Ad Triceſimum. 279.
Tricciana 267.
Tricenſimus. 279.
Tricornia Castra *Mut.* 564.
Tridentum. 275. 281.
Trigundum. 424.
Trimammio. 222.
Τριμυθέντων Κυπρ. 707.
Τρίμυελα Ιλλυρ. 639.
Trimupolis *Pamph.* 682.
Tripolis *Afr.* 518.
—— *Lyd.* 336. 669.
—— *Phœn.* 148. 716.
Tripontium. 477.
Tritium. 394. 450. 454.
Troas *Hellesp.* 334. 662.
Troëntum. Civ. 101.
Τρόπαιον Σκυθ. 637.
Trosmis *Scyht.* Leg. 1. Jovia. 225. 637.
Τρυζόνα Ἑλλ. 647.

Tu-

Tuburbum duplex in *Afr.* 44.
Tubuſuptus. 32.
Tubucci. 420.
Tucca Therebintina. 47. 49. 51.
Tuccæ in *Afr.* 48.
Tucci. 432.
Tude. 429.
Tugia. 404.
Tugugero Mut. 568.
Tugulus. 65.
Tullonium. 455.
Tullum. 365. 385.
Tuniza. 22.
Tunorullo Manſ. 573.
Turaniana. 405.
Turublus Minor *Sard.* 79.
Turiaſſone. 442.
Turii *Ital.* 114. 133
Turiſſa. 455.
Turmuli. 433.
Turnacum. 376. 377. 378.
Turaque. 430.
Ad Turrem. 83. 296.
Ad Turres. 273. 290. 301. 400. 445.
Turres 117. 135.
—— Aurilianas Mut. 609.
—— Julianas Mut. 609.
Turribus Manſ. 566.
Turris Tamalleni. 74.
Turum. 259.
Ad Turum Mut. 616.
Tuſdrum *Afr.* Col. 53. 54. 55. 59.
Tutatio. 277.
Tutzis. 162.
Tyana. 145. 700.
Τυμανδρὸς Πισιδ. 673.
Tyndaris *Sic.* 90. 93.
Τυρᾶϊον Πισιδ. 692.
Τύρος Φοινικ. 715.
Tyrus Civ. 149. 584.
Tzitſi. 161.
Τζοίδη Ἐμιμ. 635.
Tzurulus urbs *Thr.* 138. 596.

V.

VAlco. 233.
Vada Sabbatia. 295.
—— Volaterrana. 292.
Valentia *Gall.* Civ. 358. &c.
Valentia *Mut.* 609.
—— *Phryg.* 666.
Valeponga. 447.
Valeriana. 220.
Vallata. 448. 453.
Valli. 25. 48. 42. 51.
Vallis Cariniana. 264.
—— Domitiana *Scyth.* 226.
Valliſoletum *Hiſp.* 441.
Vallum Severi in *Britan.* 464. 466.
Vancianis Mut. 554.
Vaneſia Mut. 550.
Vapincum. 342. 357. 555.
Varcia. 386.
Variana. 220. 260. 265.
Varis. 482.
Varus Fl. *Ital.* 297.
Vaſada *Lycaon.* 675.
Vaſama. 441.
Vaſatas Mut. 550.
Vax Villa Repentin. 62.
Ucienſe. 403.
Vecta. 509.
Vedulia Mut. 563.
Vegeſela in *Afr.* 46.
Velatudurum. 349.
Veldidena. 258. 259 275. 280.
Vemania. 237. 259.
Venafrum. 305.
Veniata. 423.
Venonis. 470. 477. 479.
Venta Belgarum. 483 486.
—— Silurum. 485.
Venuſia *Ital.* 113. 121.
Venuſium Civ. *Ital.* 104. 120.
Vercellæ. 344. 347. 350.
Vereis 130.
Verela. 393.
Vergamo Civ. 558.
Vericulum Civ. 613.
Verlucione. 486.
Vernemetum. 479.
Vernoſole. 488.
Verolamium. 471. 476. 479.
Verometum. 477.
Verona. 128. 275. 558.
Verteris. 467. 476.
Veſontio. 348. 386.
Veſunna. 461.
Vetera. 370.
Vetuſſalina. 245.
Ugernum *Gall.* Caſt. 552.

Uggadis. 384.
Ugia. 410.
Viam Beloium. 276.
Via Aemilia 100.
—— Appia. 107.
—— Aurelia. 289.
—— Clodia. 284.
—— Egnatia. 317.
—— Prænestina. 302.
—— Salaria. 306.
—— Valeria. 308.
Vibiscum. 352.
Vibona. *Ital.* 111.
Ad Vicesimum Mut. 551. 613.
Ad Vicensimum. 216.
Vicentia Civ. *Ital.* 128.
Victuriolas Mut. 616.
Vicus Apollonos. 165.
—— Aquarius. 439.
—— Augusti. 43. 53. 54. 55. 56.
—— Badius. 307.
—— Cuminarius. 445.
—— Judæorum. 169.
—— Novus. 506.
—— Serninus. 281.
—— Spacorum. 424.
—— Varianus. 281.
Vicus Forno Novo Mut. 610.
Villa magna 60.
—— Faustini. 474.
—— Privata. 60.
Vienna Galliæ. 358.
Ad Vigesimum. 379.
Ad Villam Servilianam. 42.
Viminacium *Hispan.* 449. 453.
—— *Pannon.* 133. 564.
Vina. 52.
Vinaza. 76.
Vinceia. 132.
Vincentia Civ. 559.
Vincum. 371.
Vindeleia. 454.
Vindia. 201. 202.
Vindilis. 510
Vindobona. 233. 266.
Vindogladia. 483 486.
Vindomi. 483. 486.
Vindomora. 464.
Vindonissa. 238.
Viniolæ Sard. 80. 83.
—— *Hispan.* 402.
Vinovia. 465.
Vipitenum. 275. 280.
Virgolis Mans. 569.
Viroconium. 469.
Virodunum. 164. 484.
Viroveſca. 394. 450. 454.
Viroviacum. 376.
Virunum. 276.
Vitricium. 345. 347. 351.
Ulbia *Sard.* 79.
Ulciſia Caſtra. 266.
Ulia. 412.
Ulixis patria. 524.
Ulmi Vic. 131.
Ulmo Mans. 563.
Ulmo Mut. 569.
Ulmos. 261. 268.
Ulmum. 267.
Ultra Anconam *Ital.* 100.
Umbenno Mut. 554.
Undecimum Mut. 610.
Ad Undecimum Mut. 559.
Unuca. 25. 45. 50.
Vodgoriacum. 378.
Vologatis Mut. 554.
Volubilis Col. 23.
Voluce. 442.
Vopiſcianæ. 23.
Voreda. 467.
Urba. 348.
Urbatis. 268.
Urbiaca. 447.
Urbs Salvia. 316.
Urcaone. 403.
Urci. 404.
Uriſio Mut. 569.
Urmagiganti. 189.
Urſolis. 358.
Uruncis. 349.
Uſcoſium. 314.
Uſſubium. 461.
Uſtudizum *Thr.* 137.
Uſula Civ. 59.
Utica. 22.
Utriculi Civ. *Ital.* 124. 311.
Uttaris 425. 430.
Utum. 222.
Vulſinii. 286.
Vulturia Inſ. 514.
Vungo Vic. 365.
Uxacona. 469.
Uxantis. 509.

X.

Ξ Αθὸς Λυκι. 684.
Xerogypsus fl. *Thrac.* 569. 570.
Ξόϊς Αἰγυπτ. 724.

Y.

Υ Λη Lycaon. 675.
Υδρευμα. 173.
Υλαρημα Καρ. 686.
Υπατα Θεσσαλ. 642.
Υπηται Ασίας. 659.
Υττοι Θισθαῖς Ελλαδ. 645.

Z.

Z Abi. 30.
Zacynthus Inſ. 524. 648.
Zaliche *Helenopont.* 701.
Zapara *Maced.* 641.
Zara. 182. 207.
Ζεέδη Ισαυρ. 710.
Ζελδεπα Σκυθ. 637.
Zephyrium. 490. 704.
Zervis *Thrac.* 322.
Zeſutera Mut. 602.
Zeugma 185. 189. 190. 191.
Ζεῦγμα Εὐφρατ. 713.
Ζῆλα Ελευθ. 701.
Zigana. 216.
Zigilis. 72.
Zilis. 8.
Zimara. 208.
Zoana. 182.
Zoara *Palæſt.* 721.
Zobia *Pamph.* 680.
Ζωγροζάγελις. 733.
Zorzila *Piſid.* 674.
Zozopolis *Piſid.* 673.

INDEX III.

RERUM QUARUNDAM,

QUAE NOTIS CONTINENTUR.

A.

ABsus fl. *Epiri* sive Apsus. 608
Accessa & *recessa* de maris æstu. 549
Achaia pro Græcia. 488
Achelous de quavis aqua. 325
Achrida eadem quæ Lychnidus, nec tamen Justiniani Imp. patria. 653
—— quando Justiniana I. dici cœpta. 319. 654
Acincum & Acumincum diversa Pannoniæ oppida. 242. 245
Aconesiæ insulæ circa Isauriam & Ciliciam. 708
Acris mons. 437
Adonis in Phrygia & vicinia variis nominibus olim cultus. 669
—— ejus *Come.* *ibid.*
Adrumetus & Hadrumetus. 52. 53
Aecæ, deinceps Troja in *Apulia.* 116
Aeculanum, Eclanum idem ac *Quinto decimum.* 120
Aegæ in *Cilicia* gentile nomen varie formant. 146
—— circa Myrinam an semper Aegaeae. *ibid.* 661
Aegyptiorum plures ab animalibus dictæ urbes. 153
Aeliae cognomine diutissime usa Hierosolyma. 200. 718
Aenus in *Thracia* cœlo utebatur frigidissimo. 634
Agaunum quando hoc nomine appellari fuerit cœptum. 351
Alaudae cognomen cui fuerit Legioni. 255
Alexandria in quinque fuit partes descripta, quæ a primis literarum elementis nomen habebant. 153
—— inter eam & Antiochiam mansiones erant XXXVI. 147
—— in Cilicia cur *Scabiosa* sive *Cabiosa.* 580
Alexandrinus patriarcha centum episcopos sibi subditos habebat. 723
Alkahira & Babylonia scriptoribus recentioribus sæpe eadem. 167
Alpes Cottiae. 359
—— Grajae. 344
—— Juliae. 560
—— Maritimae. 290
—— Peninae. 350
—— Summae. 296
Ambianis pro Samarobriva. 363
Ambulare provinciam, mare. 571
Anastasiupolis Galatiæ olim *Lagania* appellata. 696
Anazarbus a quo id nominis indepta. 213
Anicia gens potentissima. 61
Ancyro-Galatia. 696
Annibalianus non alius ac Hannibal. 572
Anseres Isidi sacri. 166
Antaeus inter Osiridis amicos. 166. 731
Antigonia eadem ac Mantinea. 674
Antinoi patria quæ. 200
Antonius, monachorum parens, ubi natus. 729
Anxates ab Anxano formati. 314
Apis Lunae sacratus. 730
Apollo *Apollonos.* 158
—— apud Tarsenses tridente armatus. 579
—— Alaeus. 490
—— Archegetes apud Hierapolitanos Phrygiae. 337
—— Grannus. 248
—— Mogounus in Germania & Britannia. 355
—— Mystes apud Daldianos. 670
—— ubi natus. 527
Aprensis colonia a quo deducta. 176
Arcadiae Aegypti unde nomen venerit. 729
Arcadiopolis eadem quæ Bergule *Thrac.* 632
Armeniae aer frigidissimus. 216
Armenita fl. Etruriae. 499
Are Celtico sermone *ad.* 345. 617
Arelate & Arelatus. 290. 508
—— cur *duplex* Ausonio, *ibid.*

Arelate an & *Mamillaria.* 299
Aremorici unde appellati. 617
Arzuges *Afr.* 74
Arzus fl. *Thraciae* describitur. 568
Asa & ara. 359
Ascenus & Arcaeus Dei Luni cognomina. 669
Ascalona, Ascalon. 151
Asia pro Proconsulari. 335
——— quot olim urbes habuerit. 658
——— ejus templa communibus urbium impensis sarta tecta. 667
Aspendus dein *Primopolis.* 682
Asphaltites lacus multo amarissimus. 597
Assa cella quæ. 359
Assurus & Assura diversæ in Africa urbes. 47. 51.
Atabulus Apuliae infestior ventus. 610
Athar mons prope Nazianzum. 576
Athenae qua fuerint amplitudine. 326
Athenienses quoties ad Amphipolin clade affecti. 604
Atrebates unde in Britannia. 478
Attagaena *Cappadociae.* 204
Avenio quomodo in jus R. Pontificis devenerit. 553
Avennicus pro Avenionensi. *Ibid.*
Aventicum Helvetiorum defenditur. 352
Aufidus ponte a Trajano junctus. 120
Augusta Rauracorum quando eversa. 252
Augustalis in Aegypto praefectus. 723
Augustamnica Aegypti unde appellata. 726
Augustinus ubi natus. 45
Aureliani a Cenabo utrum differant. 367
Ausuriani in *Afr.* 66
Axiopolus martyr imprudenter ex urbe effictus. 224
Axius fl. Macedoniae postea Bardarius. 605
Azotus duplex, maritima & mediterranea. 718
Ἀγμοὶ *litora confragosa.* 60
Αἰγαῖαι, Αἰγιάτης, Αἰγιεῖς. 146. 661
Ἀμαξὴ *mutatio* in militari via. 549
Ἀνθύπατοι an municipiorum & coloniarum duumviri. 631

B.

B & Υ in Graecis permiscentur. 676
Babylon, qua de Petrus Epist. I., ubi. 169
Babylon Aegyptia quam longe a sinu Arabico. 728
——— a quo condita. 169
Bacaudae in Gallia & Hispania. 443
Bacuates in *Afr.* 2
Bagaiense in *Afr.* concilium ubi coactum. 37
Balneus. 585
Barbarissus & Arabissus diversissima oppida. 180. 188
Barbesula *Hisp.* ubi. 406
Bardarius fl. Macedoniae olim Axius. 328. 605
Barcino, Barcinona, Barcilona. 390
Barium & Barolum urbes distinctae. 117
Basilea an Arialbinnum. 239
Basilica pro templo. 595
Basilinupolis *Bithyniae* a Juliano in matris honorem condita. 692
Bathys fl. circa Dorylaeum. 678
Batnae *Mesopotam.* cur apud Syros a Sarugo denominatae. 190
——— ab illis distinctissimae in Syria. 191
Belgae unde in Britannia. 478
Bergule *Thrac.* Arcadiopolis. 632
Berenice *Pentapol.* & Berenicis. 66
Beroea *Thrac.* apud recentiores Geographos neglectior. 231. 635
——— Irenopolis quando dici coepta. 635
Berytus *Phoenic.* metropolis & cujus generis. 716
Bethlem quot M. P. ab urbe Hierosolymitana. 598
Bithynarcha ejusque solemnis è metropoli processus. 692
Bittera, clade Judaeorum sub Hadriano nobilis, ubi. 150
Blachernarum nomine cur Graeci templa virginis matris designent. 615
Boae insulae ad Dalmatiam. 523
Borborus fl. Macedoniae. 606
Boritene Diana a Thyatirenis culta. 336
Briga quid in nominibus urbium indicet. 203. 361. 380
Britanniae omnes olim ad Septentrionem insulae. 462
Brundisium. 118
Byzacium urbs *Afr.* 51
Byzacium & *Byzantium* permiscentur. 51
Βαβάκτης *Pan.* 641

C.

CAbyle & Calybe *Thrac.* eadem. 174
Cadi *Phryg.* ad Hermum. 668
Caelenis *Hispan.* municipium. 423

QUAE NOTIS CONTINENTUR

Caer & *Cair* quid veteri Britannorum ſermone. 486
Caeſarauguſta uno vocabulo. 392.438
Caeſarea *Paleſtina* an recte dicatur. 585
——— balineis ſuperbiebat. *ibid.*
Caeſena *Ital.* cur *curva.* 286
Calama *Numid.* 512
Calcarienſes & *Calcarii.* 299
Callaici *Luſitan.* unde dicti. 422
Callinicus quando Leontopolis appellata. 714
Calpe mons & urbs *Hiſpan.* 406
Campi Sereni, in quo Maximinus victus, ſitus. 138
Candavia mons Illyrici. 607.608
Cantabri & Celtiberi permiſcentur. 440
Capher & *Capar* quid in nominibus urbium Syriae. 187
Capita provinciarum urbes in illis praecipuae. 368
Capua vetus & nova. 109
Caput fluvii de oſtio. 81
——— *provinciae* de ejus initio. 142.368
Cappadocia quo tempore rectorem Conſularem acceperit. 698
——— a Valente Imp. in duas ſecta. 700
——— in tres a Juſtiniano. 625.701
Caralis & Carales *Sard.* 78
Cariae urbes pleraeque in collibus. 688
Carinus Auguſtus ubi caeſus. 565
Carmelitarum ordinis quis auctor. 584
Carnuntum *Pannon.* ubi fuerit. 247
Carpi ubi habitarint. 267.637
Carrae cur *urbs paganorum.* 714
Carreni quare Philoromaei. 192
——— quae pagani numina coluerint. *ibid.*
Carthago *Hiſpan.* cur *Spartaria.* 396
Carſogaena *Cappad.* 204
Caſium urbs *Aegypti* haud longe a Nilo. 152
Caſſiope urbs an inſula. 521
Caſtoria *Theſſal.* 643
Catana & Catina *Sicil.* 87
Catabolenſes quinam. 146
Catalauni & Durocatalauni *Galliae.* 362
Caudis & *Claudis* pro Caudio. 112.611
Caunus urbs conditionis miſeraе. 685
Cea inſula utrum & Cia. 522
Celinae aquae *Hiſpan.* ubi. 430
Cellis in *Afr.* epiſcopi praerant. 50
Ceres *Chthonia* apud Hermionenſes. 647
Cetaria quid. 500
Chalcedonia & Chalcedon. 139.571
——— cujusmodi Metropolis. 690
Chalcides duae in Syria. 194
Chriſtopolis eadem ac Nicopolis *Thraciae.* 635
——— & Dioshieron *Aſiae.* 659
Chryſopolis Amphipolis *Thrac.* 604
——— Hierapolis *Phryg.* 337
——— Parma. 99
——— Viſontio. 349
Cibalis & Cibalae *Pannon.* 131.563
Cibyrrheotarum Thema quodnam. 690
Cierus deinceps Pruſias ad Hypium amnem. 694
Circa & Cirtha confunduntur. 24
Circumcelliones in *Afr.* unde. 29
Clipea & Clupea. 56
Clupea & Clupeae. 56
Clura & *Cluria.* 383
Clysma caſtellum ad Arabicum ſinum accubans. 170.728
——— pars ſinus ejusdem. 170
Cochleae *Sardiniae.* 79
Coela portus *Thrac.* 634
——— in Euboea. *ibid.*
Colaſſae & Colaſſenſes *Phryg.* 666
Colubraria inſula. 511
Columna Rhegia & Rhegina. 98.106
Comanae quot fuerint in *Oriente.* 181
——— in *Pamphylia.* 680
Comacenus & *Comacinus* a Como *Ital.* 278
Comes Iſauriae. 708
——— Lycaoniae. 674
——— Patrimonii Sacri a quo inſtitutus. 690
Compendium de via breviore. 359
Compita pertuſa. 45
Conana urbs *Piſid.* 673.674.
Condate quid Celtarum ſermone. 367
Conſcendere maria. 571
Conſtantinus M. Naiſi natus. 132
Conſulares provinciarum qua fuerint dignitate. 631
Convenarum urbs unde dicta. 456.457
Corcyraeorum numi cur nave inſcripti. 521
Corſinium an nunc *Valva.* 310
Corrector Auguſtamnicae. 726
——— Paphlagoniae. 695
Corſymus fl. *Cariae.* 333
Coryphe mons circa Beroeam *Syriae.* 196
Coſſinites fl. *Thrac.* 321
Coſſio Vaſatum in ſolo arenoſo. 550
Crepitantes aquae an Latine dici poſſint. 498
Crux Dominica utrum ab Helena inventa. 593
——— memineritne ejus rei Euſebius. *ibid.*

Crypta pro ſepulcro. 594
Cubiculus. 590
Cucuſus oppidum *Armen.* deſertiſſimum. 179. 703
Cumae *Ital.* pro Como. 278
Cumini in Carpetanis *Hiſpan.* lætus proventus. 445
Cydonia & Cydonea. 651
Cyrene equis nobilis. 68
Cyrrheſtica regio quam late patuerit. 189
——— Minerva unde ad Syros venerit. 606
Κάλαθος Dianae feſtus in *Bithynia* dies. 573
Καλχηδὼν & Καρχηδὼν ſæpius a librariis confuſæ. 691
Καταβολὸς navale. 580
Κατὰ κέλδουσιν quid in literatis lapidibus. 719
Κενεὼν αἰθέριος de cœlo. 707
Κήλων cur Pan. 641
Κητὶς regio Iſauriae. 212
Κλείσουρα de montium anguſtiis. 568. 578
Κλῆρος de agris & prædiis. 677
Κλίμα & Κλιμακάρχης. 640
Κλίμακες de pontibus ad portus & litora. 508
Κόλπος Ἡρῶος cur ſinus Arabicus dictus. 170
Κόσμοι magiſtratus apud Cretenſes. 650
Κτῆμα de prædio. 681
Κωμόπολις de ampliore vico. 678

D.

D & Z permutantur. 21. 174
Daemones a Salomone rege torti. 589
Daldia *Lydiae.* 670
——— an *Myſſe* dicta. *ibid.*
Daliſandus *Iſaur.* a quo condita. 710
Dalmatæ & Delmatæ. 265
Dalmatiæ an plures. 270
Dalmatius Dalmatii Cenſoris filius. 571
Darne & Darnis eadem. 69
Daſcylae plures in Bithynia. 693
Davidis & Goliati certamen ſingulare ubi pugnatum. 586
Dea Vocontiorum an & Virdunum. 357
Decius Imp. ubi perierit. 225
——— natus Budaliae. 268
Delus inſula cur ἄδηλος Hierocli. 646
Diana ubi nata. 526
——— Boritene. 336
——— Perſica. 671
——— Cheſias. 687
——— Præſes viarum. 21
Diablindi & Diablintes in pago Cenomanico. 386
Diacibiza Bithyn. ſitne Libyſſa. 572
Dioclea in *Prævalitana.* 657
Diocletianus multis locis *Joviae* nomen dedit. 130
——— libros Chemicos Aegyptiorum exuſſit. 725
Diœceſis *Aegyptia* quot fuerit provinciarum. 723
——— *Pontica.* 731
Dirimere Geographorum in uſu verbum. 17
Domus Divina quando in literatis lapidibus memorari cœpta. 478
Dominicum pro templo cultus Chriſtiani. 594
Draco fl. *Bithyniae.* 572. 691
Drepane *Bithyn.* poſtea Helenopolis dicta. 691
Driſtra & Doroſtolon *Scyth.* eadem. 223
Dulichia pro Doliche *Syr.* 184. 713
Duni aggeres arenarum, mari objecti. 358
Durio homo duri oris. 383
Durum & *Dorum* quid in nominibus urbium indicet. 361
Dux Aegypti. 731
——— Arabiæ. 722
Δῆμος de pago. 678

E.

EClanum idem ac *Quintodecimum.* 120
Edebeſſus *Lyciæ* urbs. 683
Edeſſeni in *Meſopotam.* patrii ſermonis ſuere ſtudioſiſſimi. 185
Elearchia *Aegypt.* unde dicta. 726
Elis *Aetoliaene* metropolis fuerit an Patræ. 648
Eordea utrum urbs *Macedon.* 638
Epiſcopus unus tantum in provincia *Scythia.* 629
——— an pagis dari potuerit. 678
——— pauci olim in *Europ.* provincia. 633
Equi *Curules.* 577
——— Palmatii a quo dicti. *ibid.*
Erginus fl. quas *Thraciae* urbes alluerit. 231
——— *Regina* etiam dictus. 632
Erre, Aere urbs *Arabiae.* 196. 722
Eudoxiopolis eadem quæ Selymbria *Thraciae.* 632
Eunomius ubi in *Cappad.* natus. 204
Eueſus *Cappad.* 659
Euphrateſia quæ olim Commagene. 712
Euripides ubi in *Macedon.* ſepultus. 605

Europa provincia pars *Thraciæ*. 602
——— utrum Proconsularis. 631
Exceptoria cisternæ. 590
Explorationis mansio in *Afr.* unde appellata. 4
Exploratores in Rom. militia. 467
Ἐκπεποιημένα ἱερὰ qui dicantur. 577
Ἐκτροπὴ πολέμου quid Ptolemaeo. 565
Ἐμβατεύειν de paganorum Diis. 641
Ἐξ ἐγκελεύσεως quid in lapidibus literatis. 719
Ἔρημος de hominibus & urbibus præsidio destitutis. 151

F.

Facere natos. 596
Fanestres a Fano Fortunæ. 311
Fano-Martensis pagus ubi. 386
Feza Africæ an Saracenis antiquior. 58
Flavii Dextri Chronicon a quo confictum. 242. 411
Florentia *Etrur.* non est a Gothis eversa. 284
——— ab ea diversa Florentiola. 288
Finis *Campaniæ* ad Equum Tuticum. 111. 610
Flusor *Ital.* fluv. 312
Fornicaria de scorto. 596
Foro Flaminis pro Flaminii. 125. 614
——— Vicusne an civitas. 125
Forum Gigurrorum *Hispan.* 429
——— novum ad viam Salariam. 306
Fossæ Marianæ ubi in *Gall.* 299. 507
Fraxinetum Saracenorum in Italia an Provincia Narbon. 505
Fretum *Gaditanum* quam fuerit amplum. 407.
——— *Siculum* quot M. P. patuerit. 491
——— *Septem* & *Septa* cur Gaditanum. 408
Fuggerorum societati addicta in *Hispan.* argenti vivi metalla. 444
Fundationis lapis Judaeorum an pertusus. 591
Fundi patrimoniales. 690

G.

G. pro gemina in Itiner. Ant. 219
Gabala utrum in Lycia. 671
——— in Syria. 148. 711
Gadarorum fl. Hieramax. 720
Gadir quid Tyriis. 409
Gaditani Herculis templum a Tyriis conditum. 408
Galatia parva quæ. 696
Gallicia pro Gallæcia. 387
Gallus fl. circa Nicomediam. 691
Garumna maris æstum patitur. 549
Gaza duplex in *Palæstin.* 151. 719
——— cur ἔρημος in Act. A. 151.
Gentes & *nationes* sæpe conjunguntur. 717
Gessoriacum a Bononia *Gall.* non differt. 362
Girba eadem quæ Meninx. 519
Girbitana purpura. *ibid.*
Gobel veteribus Hebræis Byblus est. 149
Golgotha mons terræ umbilicus a multis habitus. 595
Grannus Apollo. 248
Graccuris *Gracchi urbs* veteri Vasconum sermone. 451
Gradus de fluvio & fossis, quibus in mare devolvitur. 507
——— de pontibus ad portum & litus. *ibid.* 508
Gratiana *Pannon.* ubi. 566
Greges equorum dominicorum in *Phrygia*. 677
——— in *Cappadoc.* 577
Gregorius Nazianz. ubi educatus. 700

H.

H Adriaticus sinus an Adriaticus dicendus. 308
——— unde illi id nominis. *ibid.*
Hadrumetus & Adrumetus. 52
Halys fl. unde oriatur & an Sebastiam & Caesaream *Cappadoc.* praterfluat. 699
Halmyris & Salmydessus diversæ in *Scythia* urbes. 226. 637
Helena Constantini mater cur *Stabularia* vocata. 354
Helenopolis *Bithyn.* a quo condita. 691
Hellespontus VII. Stad. patet. 334
Hemona utrum in *Ital.* 129. 560
Heraclea quando Perinthus *Thrac.* appellata. 323. 601
——— cur metropolis *Europæ*. 602
——— Pelagoniæ & Lyncestidis eadem. 319. 638
——— *Albace* & *Salbace* in *Caria*. 698
Herma quid. 8
Hiberniæ diversa nomina. 509
Hipponeregium pro Hippone Regio *Afr.* 20
Hierapoles duæ in *Phryg.* 665. 676
——— in *Isaur.* 709
Hierocles quando vixerit. 625
Hierosolyma quot M. P. in ambitu habuerit. 200

Hieroſolyma ſeculo IV. ineunte miſerabili erat conditione. 540
—— *Aelia* ad Juſtiniani Imp. ætatem. 718
—— civium mores flagitioſi. 540
Hieroſolymitani templi mons excavatas ad aquam recipiendam cavernas habuit. 590
Higuera ſummus falſarius. 242. 411
Hiſpalis urbium olim *Hiſpan.* præcipua. 410
Hiſpania & Spania. 268
Hiſtrica civitas ubi. 637
Homonada *Lycaon.* 675
Horrea fiſcalia per Afr. 31
Humana Ital. quæ Numana olim. 313
Hyblæ tres in *Sicil.* 89
—— unde appellatæ. 96
Hypius fl. *Galat.* 574

I.

IBora *Helenoponti.* 701
Jacetani & Lacetani *Hiſpan.* 452
Jacobus Apoſt. utrum in *Marmarica* Barce an in *Hiſpan.* ſepultus. 732
Janua eadem quæ Genua. 294
Jatrus fl. *Mœſiæ.* 636
Iccius portus videtur Bononia fuiſſe. 363
Iconium *Lycaon.* an colonia. 674
Ignatius Antiochenus epiſc. an Norenſis è *Sardin.* 84
Ilergaonia cur in nummis Dertoſa. 399
Illyrici provinciæ quot. 638
In Alexandriam iter. 70
—— *domos conventicula.* 586
—— *medio* quid in Itinerariis. 244
Inſulæ maris Aegæi pleræque unam urbem habebant. 523
Inſularum provincia a quo facta. 685
Interciſa ſaxa. 614
Intibilis *Hiſpan.* 399
Jonopolis ante *Abonuteichos.* 696
Ira fl. *Ital.* & Iria. 288
Irenopolis quando Berœa *Thrac.* dici cœpta. 635
—— in *Cilicia.* 705
—— *Iſauria.* 710
Iris fl. *Ponti.* 181. 702
Iſauri ob latrocinia infames. 676
Iſis præſes viatorum habita. 165
Iſtrus & *Iſtropolis eadem.* 227. 637
Italicæ in *Hiſpan.* gentile *Italicenſis.* 413
Itinera ſacra verſus Hieroſolyma cur ingreſſi Chriſtiani. 549
Itinerarium Hieroſolymitanum quando & à quo ſcriptum. 537
Judas *Scariot.* 594
Judæi ſub Chriſtianis plures in Aegypto. 170
—— in *Afr.* Pentapoli. 66
—— poſt everſam urbem Hieroſol. ſemel quotannis eam adire poterant. 591
—— Athei habita a paganis. 720
—— ubi in ſinum Arabicum deſcenderint. 171. 173
Judices pro Præſidibus. 685
Juliacum *German.* a quo appellatum. 375
Julium Carnicum a Foro Julio diſtinctum. 279
Juno ubi nata. 524
Jupiter KATAIBATHC in Cyrrheſtarum numis quare. 190
—— Sabadius & Sabazius in *Thrac.* 633
Juſtiniana I. an Lychnidus. 319. 653
Juſtinianus ubi natus. 653
Juſtinianopolis in *Cappadoc.* eſt Mociſus. 701
Juvavo *Norici* unde nomen. 236

L.

LAbicum *Ital.* ubi. 304
Lacabena prope Melitenam. 210
Lacus, laci. 277
—— Marea in *Aegypto.* 725
Ladeſtini unde. 269
Læſtrygonia quæ *Lycaon.* urbs. 676
Lamentare ſe. 592
Lanuvium & Lavinium permiſcentur. 302
Laodicea *Phryg.* cur *Trimitaria.* 665
Lapis pertuſus in monte templi Hieroſolym. 590
Larix Alpibus propria arbor. 276
Laſtigi *Hiſpan.* 416
Latinus ſermo in provinciis varie depravatus. 585
Latmus & Heraclea Latmi in *Caria.* 687
Lavacrum Palladis & Dianae apud Ancyranos. 571
Laudicia & Ladicia pro Laodicea. 148. 198. 582
Lauriacum *Norici* utrum Colonia fuerit. 235
Ledrorum in *Cypro* urbs eadem ac Callinicenſium. 708
Legio VII. an *Germanica.* 387
—— an XIV. 248
—— *Jovia* a quo dicta. 225. 330
LEG. in Itinerario ſæpe *Leugas* notat. 254
Lemni inſulæ quot urbes. 522
Lens cur *Peluſiaca* Virgilio. 153

Leontopolis in *Helenoponto* ante *Zaliche*. 701
—— in *Osrhoëne* quæ prius Callinicus. 714
Leoſita utrum *Afr.* urbs. 15
Leptimagna *Afr.* & Leptimagnenſis. 63
Leptiminus pro *Lepti parva*. 59
Lerinus inſula plana. 504
Leugarum in *Galliis* uſus. 238. 251. 356. 359. 547
—— quot M. P. complexæ. 251
Leucoſia *Cypri* eadem ac Ledri. 708
Libani provincia quando a Phœnice diſtracta. 717
Liburnus *Etrur.* portus unde dictus. 293
Liburia *Campaniæ* pars. 123
Ligula de promontorio. 58
Lilybæum quo intervallo Carthagine ſeparatum. 494
Lingua de promontorio. 58
Lugdunum *Batav.* an caput Germaniarum. 368
Lugere de animalibus. 730
Luitprandi Adverſaria a quo conficta. 411
Lunus Deus variis titulis in *Phryg.* & *Lydia* cultus. 669
Luteva *Gall.* & Forum Neronis idem. 388
Lychnidus utrum Juſtiniani Imp. patria. 319
Lycus fl. Ponti. 205. 702
Lydda eadem ac Dioſpolis. 151. 600
Λύπλον quid Cretenſibus. 605

M.

M. P. quid notent. 5
Macedones captis in Syria urbibus nomina ex Macedonia dedere. 713
Macella urbs *Ital.* 490
Macenites populi *Afr.* 2
Macomades tres in *Africa*. 27
Mago Carthaginienſis de R. R. ſcripſit. 691
Majorica & *Minorica* Juſtiniani ætate his nominibus notæ. 512
Majuma Aſcalonis. 718
—— Alexandriæ. 723
Malus *Galat.* vicus. 201
Mampſyſta Mopſueſtia *Cilic.* 580
Manfredonia *Apul.* ex Sipunti ruinis crevit. 315
Manſiones quid in publicis viis. 6. 552.
—— XXXVI. inter Alexandriam & Antiochiam. 147
Mantinium circa Claudiopolin *Honoriadis*. 694
Maracca & Maraclea caſtellum *Phœnic.* 582
Marcodurum idemne ac Marcomagus *German.* 273
Mare Oceanum. 508. 549
Mare in ſexto caſu. 508
Marga Britanni pro lætamine agrorum utebantur. 477
Marnas Gazenſium in *Paleſt.* Deus. 719
Maſſilia *urbs ſacra*. 299
—— cur *Græcorum*. 507
Matrona mons *Gall.* 556
Mauretania. 2
—— Gaditana. 37
—— Sitifenſis. 29
Mauritius Imp. unde ortus. 703
Maxulæ duæ in *Afr.* 57
Mecletum & Melodunum *Gall.* 383
Medoſaga *Galat.* vicus. 575
Melaurias & Melantiada *Thrac.* 193
Melas fl. circa Orchomenum. 664
Mellariæ *Hiſp.* brevis in Africam trajectus. 407
—— unde appellata. 415
Melevetum cur Malta ſive Melite dicta. 518
Melitene urbs *Armen.* olim ampliſſima. 209
Melite, ad quam Paullus naufragium fecit, quæ. 520
Memoria pro ſepulcro. 599
Meroë circa Daphnen *Syriæ*. 581
Meſene eadem quæ Drizipara *Thrac.* 138
Metalla ferri in *Sardin.* 80
—— argenti. 84
—— æris in *Arabia*. 723
—— in *Cypro* circa Solos. 707
Methone & Mothone *Peloponneſi*. 647
Metropolis Eccleſiaſtica una in provinciis, etſi plures civiles & honorariæ. 645
Metrodorus Scepſius utrum Chalcedonenſis dictus. 691
Mette cur cantilenæ Eccleſiaſticæ in *German.* 240
Metulus urbs *Illyrici*. 656
Minerva Pallenis. 525
—— ubi nutrita. *ibid.*
Mociſſus Metropolis III. *Cappadoc.* a Juſtiniano facta. 701
Mœſia & Myſia. 564
—— ripenſis & mediterranea. 565
Mogariſſus *Cappadoc.* vicus. 205
Mogounus Apollo an Mogontiaco *German.* nomen dederit. 355
Monacum caſtellum & Principatus unde dictus. 503
Monolithum monumentum. 595
Mons in quo Chriſto Moſes & Elias viſi an *Thabor*. 596
Monubiles lapides, columnæ, arcæ. 595

Mop-

Mopſucrene in qua Tauri montis parte. 578
Muhamedes *Albategnius* unde. 190
Murus de propugnaculo. 446. 681
Mutationes in viis publicis. 549
—— cur manſionibus plures. *ibid.* 550
Myconos & *Mycon.* 648
Myriangeli *Galat.* urbs. 694
Myſia Græcis & Europæa & Aſiana. 564
Μάχελα, μάχελλα. 490
Μαλακοὶ effeminati. 490
Μαρτύριον templum ad Chriſti ſepulcrum. 593. 595
Μέθυμνα & Μήθυμνα Lesbi. 685
Μὴν de Luno. 669
—— Ἄσκηνος, Κάρος, Καμαρείτης, Φαρνάκης. *ibid.*
Μονὴ *manſio.* 6
Μονόλιθον οἴκημα. 595
Μόσυνοι, Μόσυνοι turres. 665

N.

NAraggara in *Afr.* duplex. 41
Narona *Dalmat.* an & Narbona. 338
Navigatio diei & noctis quot ſtadiorum habita. 493. 521
Nazianzus *Cappad.* eademne ac Diocaeſarea. 700
Nemetocenna *Gall.* an Nemetacum. 377
Neocaeſarea *Ponti* utrum Lyco an Iridi appoſita. 702
Neronias in *Cilicia* à quo Irenopolis appellata. 706
Neſtus & Meſtus fl. *Thrac.* 640
Nice eadem quæ *Thrac.* Uſtudizum. 137. 569
Nicephorium Syris *Telæ* & dein *Conſtantina.* 714
Nicia, Nicea & Nicaea *Bithyn.* 141
—— cujusmodi metropolis. 692
Nicomedia urbs pulcherrima. 140
—— *Bithyniæ* metropolis. 691. 692
Nicopoles plures in *Paleſt.* 600
—— in *Thrac.* 635. 636
Nicopolitani in *Epiro* libertatis ſuæ oſtentatores. 325
Niſibis *Meſopot.* an unquam *Sibapolis* appellata. 715
Nitria quam longe ab Alexandria *Aegypt.* remota. 154. 725
Nomina urbium pleraque ſeriore ætate monoptota. 4. 12. 59. 345. 363
—— in *Aegypto* litera o terminantur ſæpius. 153. 160
—— multa neutrius generis maſculino prolata. 585
Norici provinciæ duæ. 561
Novæ circa Mœſiam duæ. 218. 221. 636
Novaria *Ital.* an Colonia. 344
Nuceriæ plures per *Ital.* 109
Nucerini Cameliani. 311
Numana deinceps *Humana Ital.* 313

O.

OAſes in *Aegypto* tres. 725
—— Ammoniace. 734
—— Magna. 731
—— Parva. 732
Oceanum mare. 508. 549
Ocellus inſularum. 435
Ocrem veteres montem appellabant. 307. 533
Ocriculi & Utriculi *Ital.* 124. 311
Odronto pro Hydrunte. 609
Olarionenſes lepuſculi unde dicti. 453
Oliſippo & Oliſipo. 416
Olympii ludi Dii in *Macedon.* celebrati. 328
—— Seleuciæ in Iſauria. 708
Orcades quot inſulæ. 508
Oreſtias Græcis recentioribus eadem ac Hadrianopolis *Thrac.* 175
Orrha & *Rhoa* cur Edeſſa *Meſopot.* appellata. 185. 714
Oſrhoënæ provinciæ unde id nomen venerit. 185. 713
Ovilabis *Norici* colonia ubi fuerit & quo nunc nomine. 235
Oſtudizum & Uſtudizum *Thrac.* 137
Ὀρθὸς πάγος & Ὀρθόπαγος de colle excellentiore. 705

P.

PAcatiana Phrygia. 664
Pagras in Syria notus gigas. 146
Pagis an epiſcopus dari potuerit. 678
Pagreus ventus & Pagrici in finibus *Ciliciæ* montes. 580
Palæſtina in quot provincias deſcripta. 718
—— tertia olim *Arabia.* 721
—— Salutaris eadem ac III. 718
—— nunquam *Hygia* dicta. 664

Palæſtinæ omnes Hieroſolym. Patriarchæ in Chalcedonenſi Concilio ſubditæ. 718
Palatium *Daphenſe*. 581
——— a quo & quando conditum. *ibid.*
——— unde nomen *palatio*. 273
Paltos *Syriæ* ubi. 147
Paludes in *Aegypto* plures. 726
Panhormus & Panormus. 91
——— inſula ubi. 648
Pannonia inferior & ſuperior. 561. 562
Paphos inſula habita. 526. 706
Papiæ nomen unde Ticino. 283. 557
——— cur *Flavia*. 615
Parma *Chryſopolis* dicta. 99
Parthicopolis urbs *Macedon*. 331. 639
Patavio & Pœtovio *Norici* eadem. 129. 262
Patræ novæ ubi in *Theſſal*. 642
Patrimonium Sacrum. 690
Paullus Apoſtolus an Giſcalis *Galileæ* oriundus. 579
——— cur *Stabularius* Optato Milevitano. 354
Pax Julia *Hiſpan*. & Auguſta diſcrepant. 427
Pella *Macedon*. non magna urbs. 319
——— unde appellata. 720
Peltæ in *Phrygia*. 666
Peninſulæ paſſim inſulæ dicuntur. 517. 522. 525
Peninus in Alpe ejusdem nominis cultus. 351
Pepuzitæ. 667
Pergamum & Pergama pro Bergomo *Ital*. 127
Pergami in *Aſia* duo quotannis ſummi ſacerdotes, qui ſacra & ludos curarent, creabantur. 667
Perinthus *Thrac*. quando Heraclea appellari cœpta. 323
Pertuſa Petra. 45. 615.
Pertuſus lapis. 590
Perperine eadem ac Theodoſiopolis. 661
Peſſinus & Peſſinuntium. 201
Peus Artemidos *Aegypti* quid. 168
Phacuſa vicus *Aegypti* ubi. 731
Phigaleus Bacchi titulus. 647
Philadelphia *Lydiæ* quando & a quo everſa. 336
Phrygibus & Thracibus pleraque eadem ſacra. 633
Piſtoris pro Piſtorio *Ital*. 284
Pityuſa circa Ciliciam inſula. 708
Plagia ſtatio malefida. 95. 503
Planaſia Straboni quæ ceteris Lerinus & quare. 504
Platani prope Sichemum *Paleſtin*. 588
Pliſtia urbs *Ital*.
Podandus urbs *Cappadoc*. miſerabilis. 145. 578
Podia ſcabra. 388
Pons Trajani in Danubio ubi. 218
Pontivus in *Gall*. pagus. 363
Pordoſelene, Poroſelene, Proſelene inſula. 685
Porphyrites lapis è qua *Aegypti* parte erueretur. 728
Porthmus urbs *Eubœæ*. 645
Portus Romanus. 300. 494
Portugallia unde dicta. 422
Poſitio navium quid. 497
Præſides provinciarum. 634
Præſes Legionis quis Tertulliano. 388
Præſidium ubi milites in præſidio.
Prætorium cui uſui in provinciis. 177. 260
——— Pilati. 595
Prætorias *Cilic*. vicus. 705
Praxitelis Cupido apud Theſpienſes. 326
Prima ſedes & Metropolis apud Afros differunt. 77
Primopolis quæ Aſpendus ante. 682
Proconſules duo in Orientis Imperio. 643
Proconſulis *Aſiæ* ampliſſima poteſtas. 658
Procopius VII. Stadia unis M. P. æquare ſolet. 45
Prodigium genere maſculino. 585
Prolaces, Prolaques mons *Ital*. 312
Promuntorium. 10
Pruſa ad Olympum a quo condita 695
Pruſias ad Hypium antea Cierus. 694
Ptolemais & Ptolemaida. 70. 149. 584
Pylæ Ciliciæ. 579
Putea. 447
Παιδία ποιῆται de patre matreque. 596
Πατρωνημδία & πεποιημδία permiſcentur. 577
Πόλις de inſula & quare. 523. 685
Πραγματευόμδοι *Curiales*. 692
Πρόοιμιον χώρας, ἀτραπός. 674
Πρωΐηστρος quid Cretenſibus. 650

Q.

Quadriburgium quid. 370
Quadriporticus cujusmodi atrium. 592
Quinctiliani quæ patria. 392. 393
Quinctilianus *mutus* cur Vigilantius Hieronymo. 458

R.

Rabbath ammon *Arab*. quando Philadelphiæ nomen

nomen acceperit. 722
Ratis Celtarum sermone filix. 476
Ratiaria *Mœsiæ* utrum Colonia fuerit. 219
Ratisbona *German.* olim Reginum. 250
Recessa de remeante mari. 549
Refugium de navium statione. 95
Regium *Ital.* & Rhegium. 112
Regia columna pro Rhegina. 98. 106
Resistion *Thrac.* an Rhædestus. 176
Rhoa eadem quæ Edessa. 186
Ripa pro litore. 582
Rusium Thrac. ante Topirus. 634
Rutupinus & Rutupius. 496
Ῥάκος οἰκίας de ruderibus. 604
Ῥόμβος de cœli circumactu. 603
Ῥυγὲ & ῥυγεὼν de vico. 575. 681. 692. 694

S.

S. vocibus a vocali inchoatis sæpe præfigitur. 206. 226. 366 479
Sabadius & Sabazius Jupiter. 633
——— unde dictus. *ibid.*
Sabulo & *Sablo.* 375
Sacerdos summus *Asiæ* an Asiarcharum princeps. 677
——— creabatur in communi gentis concilio. *ibid.*
Sacerdotium *Asiæ* multo amplissimum. 666. 667
Sacrum promontorium *Lusitan.* equarum è Favonio conceptu nobile. 416
Sagalassus & Agalassus *Pisid.* 673
Saitæ in *Aegypto.* Saii in *Thrac.* 724.
Salernum *Ital.* a quo instauratum. 109
Salientes. 428
Salmyris & Halmyris *Scyth.* 226
——— alia ac *Salmydessus.* 637
Salona & Salonæ *Dalmat.* 270
Salva & Solva *Norici* diversa oppida. 267
Samosata imperite in *Mesopotamiam* translata. 186
——— cujus Legionis statio. *ibid.*
Sandes Herculis fil. 710
Sandus cur Indus fluv. appellatus. *ibid.*
Sapaci & Sabi *Thrac.* populi. 633
Sardis & Sardes. 336
Saron pro Deo marino. 600
Sasima *Cappadoc.* a Gregorio Nazianzeno notata. 144
Scincomagus *Ital.* ubi & an a Segusione diversa. 556
Schœnus quot M. P. & stadia complectatur. 152
Scopia *Dardan.* non alia ac Scupi. 656
Scythia *Thrac.* provincia. 636
Scythopolis *Palæstin.* cur ita vocata. 587
Segusiæ canes. 341
Seleucobelus & Seleucus ad Belum *Syriæ* eadem urbs. 712
Selinunte Trajanus Imp. mortuus. 709
Sentianum *Apuliæ* mansio. 112. 611
Sephoris *Palæstin.* deinde Diocæsarea appellata. 720
Septe-Gaditanum fretum unde. 408
Septem fratres montes *Asr.* ad fretum Herculeum. 9
——— *maria* de Eridani palude. 127
——— Stadia pro unis M. P. 45
Serapion, Serapeum Dei cognominis templum. 170
Serræ utrum eædem ac *Macedon.* Philippi & ubi tandem. 640
Seusius canis unde appellatus. 341
Sibapolis *Mesopotam.* ubi. 715
Sicca *Afr.* cur Veneria. 41
Sidona recto casu. 149
Sigona & Sequana fl. *Gall.* 382
Siloa fons utrum sabbatis fluere desierit. 592
Silius Italicus an ex Italica *Hispan.* 413. 414
Simidica & Simitu *Afr.* diversa oppida. 43
Sisaponensium *Hispan.* metalla miniaria. 444
Solus pro deserto. 597
Spania & Hispania. 268. 704
Spartaria *Hispan.* Carthago. 396. 401
Stabula in viis militaribus, unde Stabularii. 354
Stadia mensuræ nauticæ. 272
Strata de via. 598
Strongylos & Strongyle insula prope *Sicil.* 516
Suabia Procopii ubi. 564
Subcisiva quænam. 115
Superstitio Pagana diutissime in *Africa.* 35
Sura oppidum ad Euphratem. 713
Sybola insulæ tres. 519
Sycamini frequentes in *Palæstin.* 149
Sylleum an Sylæem *Pamphyl.* 679
Synagogæ quot Hierosolymis & in Sione. 593
Synecdemus Hieroclis civilisne an Ecclesiastica Notitia. 628
Σολεῖς a Solis *Ciliciæ.* 704
Σόλιοι qui *Cypri* Solos incolebant. 704. 707
Σταθμὸς pro mansione. 6. 551.
Σταθμὸν ποιεῖσθαι manere, pernoctare. 551
Στεφάνη de montis vertice. 608

T.

TAbala *Lydiae*, male Gabala. 671
Taenia pro litorum tractu & brevibus. 10. 723
Tacatua & Tacarata diversa *Africæ* oppida. 20

Tan-

Tangere verbum nauticum. 488
Taphosiris *Aegypti.* 73
Tarsus *Cilic.* a Perseo condita. 579
Tattaium sal. 141
Telo Martius *Gall.* utrum vetustioribus Romanis notus. 506
Tenere verbum nauticum. 487
Terebinthi frequentes in *Africa.* 48
——— ad Hebronem *Pelast.* superstitiose culta. 599
——— celebris ad eam quotannis mercatus. *ibid.*
Thabor utrum mons, in quo Christus gloriosa majestate refulserit. 596
Thebais & Thebaida. 149
Theodosiopolis *Asiæ* antea Perperine. 661
Thraciæ quot provinciæ. 631
Thracum & Phrygum eadem pæne sacra. 633
Thugga & Tucca *Africæ* diversæ urbes. 48
Thyaris fl. circa Dorylaeum. 678
Tibure & Tiburi. 309
Tigisis *Numid.* a Cananaeis condita. 39
——— male cum Tingi Mauretaniæ confunditur. *ibid.*
Tipasæ duæ in *Afr.* 42
Tomitanus solus in *Scythiæ* provincia episcopus. 629.637
Tortosa olim Antaradus *Phœnic.* 148
Tragasacum sal. 663
Trajanopolis quæ ante Selinus in *Isaur.* 709
Trajanus Aufidum *Ital.* fl. ponte junxit. 120
——— ubi mortuus. 709
Trajectus & *Travectus.* 461
Tralle in *Lydia* a Trallibus distincta. 670
Trallis an Mæandro accubuerit. 659
Transire pontum, aquas. 571
Tranupolis *Phrygiæ* an Trajanopolis. 669
Triaditza eadem quæ Sardica. 135.567
Tricala & Tricca *Thessal.* eadem. 642
Tricensimus. 279
Trinepotis vocabulum cur in lapidibus literatis vix obvium. 481
Triphyllius Ledrorum *Cypri* antistes utrum diversus a Leucosiæ ejusdem nominis episcopo. 708
Tripolis *Phœnic.* in numis *Navarchis.* 149
Tuburbum duplex in *Afr.* 44
Tuccæ quatuor in *Africa.* 48
Turres ad hostes arcendos in provinciis exstructæ. 34.135
——— cui usui fuerint in *Hispan.* 400
Tusciæ nomen quando Etruriæ datum. 289
Tusdrum & Tisdrum *Afr.* 53
——— quando Colonia facta. 59
Tzurulus urbs *Thrac.* 138.596
Ταινία de brevibus & litorum tractu. 10.723
Θήλεια νόσος de cinædis. 490
Τρίλιθοι columnæ. 595
Τρίπολις νᾶσος Rhodus. 686
Τρουλλῶτον ædificium. 595

V

V*Alde amarissimus.* 597
Vallisoletum *Hispan.* situe Pintia veterum. 227. 441
——— ridicula ejus originatio. 401
Vallum Severi in *Britan.* 464.466
——— quot M. P. fuerit. 466
Valva an in Corfinii sede. 310
Varus fl. *Italiam* ad inferum mare terminat. 297
Vasada *Lycaoniæ.* 675
Vectigal pro pontis transitu. 346
Vegeselae in *Afr.* duæ. 46
Venetiæ utrum duæ. 561
Veromandi & Veromandui in *Gall.* 378
Vertere pro evertere. 597
Ugernum *Gall.* castellum ubi. 552
Via Aemilia. 100
——— Appia. 107
——— Aurelia. 289
——— Clodia. 284
——— Egnatia. 317
——— Prænestina. 302
——— Salaria. 306
——— Valeria. 308
Vicensimum pro Vicesimo. 114
Vicis & pagis in *Afr.* episcopi erant. 50
——— etiam in *Asia.* 678
Vigilantii quæ patria. 458
——— cur *mutus Quinctilianus.* *ibid.*
Vincentia, Vicetia. 559
Vindobona & Vindomona. 233
Virdunum an Dea Vocontiorum. 357
Ustudizum dein Nice *Thrac.* 147
Utriculi pro Ocriculis. 124.311
Ὑδρευμα locus aquationis. 173

X.

XErogypsus fl. *Thrac.* 569.570

Z.

Z & D permutantur. 21
Zaliche *Helenoponti* deinceps Leontopolis. 701
Zeuma pro Zeugmate. 185

INDEX IIII.
AUCTORUM,
QUI EXPLICANTUR ATQUE EMENDANTUR.

A.

Acta Apostolorum p. 151. 651. 675. 706.
S. Alexandri. 230. 567. 568.
Epiphanii. 716.
Eutychii. 699. 701.
Febroniae. 715.
Feliciani. 614.
Marculi. 34.
Meletii. 202.
Procopii. 716.
Potiti. 611.
Simeonis Stylitae. 708.
Theclae. 684.
Theodoraе Thessalon. 645.
Theodori Syceotae. 697.
Vincentii. 342.
Zenobii. 705.
Aeschines. 302.
Aethicus. 562.
Agathemerus. 513. 519.
Agathias. 333.
Agnellus. 287. 615.
Alexander Aetolus. 693.
Trallianus. 290.
Ambrosius. 278.
Ammianus. 16. 18. 120. 190. 253. 349. 358. 370. 376. 550. 556. 709. 710. 712. 730.
Anastasius. 7. 23. 126. 316. 514.
Anna Comnena. 604. 636.
Antipatri Epigramma. 604.
Appianus. 23. 228. 265. 271. 403. 411. 414. 437. 604. 633. 706.
Aphthonius. 319.
Apostolius *Michaël.* 600.
Apsyrtus. 691.
Aristides. 165. 645. 662. 663. 726.
Aristoteles. 490. 580.
Arrianus. 679. 689.
Artemidorus Ephesius. 524. 674.
Daldianus. 670.
Athanasius. 130. 166. 583. 636. 705. 724.
Athenaeus. 159. 651.
Auctor Commentarii de Petro & Paullo. 652.
Geoponicorum. 581.
De limitibus agrorum. 311.
Rabboth. 588.
Synodicae ad Theophilum. 600.
Augustinus. 19. 39. 49. 63. 283.
Avienus. 9.
Ausonius. 240. 241. 253. 410. 459. 551.

B.

Basilius Magnus. 659. 675. 684. 699. 701.
Seleucienſis. 676. 708.
Balsamon. 675. 679.
Beda. 463.
Biclarienſis Abbas. 435. 552.

C.

Caesar. 343. 348. 358. 362. 366. 367. 378. 380. 384. 393. 413. 478. 607.
Callimachus. 63. 371.
Cassiodorus. 516. 557. 564.
Catullus. 558.
Cedrenus. 184. 230. 573. 664. 711.
Cicero. 91. 92. 94. 98. 272. 287. 293. 444. 494. 551. 609.
Cinnamus *Joan.* 117.
Claudianus. 79. 128. 143.
Clemens Alexandrinus. 685.
Chronicon Edessenum. 714.
Alexandrinum. 2. 67 357. 601. 712.
Codex Justiniani. 136. 137. 162. 219. 220. 229. 685. 690.
Theodosianus. 136. 245. 573. 580. 632. 654. 665. 690. 714.
Theodosii missorum. 655.
Collatio Carthagin. 17. 19. 22. 50. 64. 77.
Commentarius belli Africani. 60. 74.
Alexandrini. 411. 412. 414. 701.
Hispanienſis. 410. 411. 412.
Concilium Arelatense. 474. 475.
Chalcedonense. 641. 655. 660. 665. 666. 675. 686. 695.

Con-

INDEX AUCTORUM.

Concilium Constantinopol. II. 634. 635. 638.
Tertium 665. 666. 674. 675.
Quartum. 583.
Ephesinum. 632. 642. 658. 695.
Nicænum II. 586. 641. 660. 666. 687.
Consentius. 566.
Constantinus Porphyrog. 145. 631. 681.
Cornelius Severus. 515.
Crinagoras. 538.
Cyprianus. 22. 27. 45. 46. 53. 54. 61. 69.

D.

DEmosthenes. 319.
Dexippus. 319. 320.
Dicæarchus. 327. 527.
Dio Cassius. 248. 260. 463. 495. 688.
Chrysostomus. 326. 564. 579. 686. 693. 704.
Diodorus Siculus. 227. 229. 491. 513. 578. 606. 644. 689. 707. 731. 733.
Dionysius Hilicarn. 306.
Periegetes. 682.
Dioscorides. 13. 146.
Donizo. 283. 610.

E.

EGinhartus. 236.
Ennodius. 504.
Epiphanius. 152. 159.
Etymologus M. 490. 687.
Eunapius. 658.
Euripides. 335. 526. 603.
Eusebius. 584. 593. 682. 691. 722.
Eustathius. 62. 625.
Eutropius. 190. 268. 563.
Ezechiel Propheta. 171.

F.

FAcundus Hermianensis. 227. 229.
Festus, 448.
Firmus Caesarienſis. 698.
Florus. 454. 682.
Frontinus. 110. 112. 122. 399. 428. 448.

G.

GAlenus. 193. 203. 537. 661. 695.
Gellius *Aul.* 605.
Gervasius Tilberiensis. 63. 599.
Glossae Nomicae. 577. 689.
Glycas. 691.
Gratius. 68. 449.
Gregentius. 595.
Gregorius Magnus. 303.
Nazianzenus. 577. 700.
Nyssenus. 204. 699.
Turonensis. 351. 357. 359. 385.
Guido Ravennas. 10. 32. 65. 84. 340. 354. 408. 606.
Guilielmus Apulus. 117. 317.
Guntherus. 289.

H.

HArpocration. 320.
Hegesippus. 139.
Hephaestio. 640.
Herodianus. 560.
Hesychius. 151. 156. 516. 519. 525. 634. 647. 684. 685. 686. 687. 720.
Hieronymus. 12. 129. 130. 153. 170. 193. 268. 345. 458. 598. 701. 708.
Hilarius. 137. 585.
Hirtius. 348. 459. 460.
Historia Miscella. 138. 219. 639. 677. 712.
Tripartita. 572.
Honorius *Jul.* 2.
Horatius. 103. 611.
Hyginus. 522. 523.

I.

JAcobus Sarugiensis. 192.
Idatius. 443.
Inscriptiones veteres. 2. 183. 196. 218. 233. 234. 243. 250. 265. 267. 269. 277. 285. 287. 296. 303. 316. 336. 344. 373. 385. 388. 409. 457. 461. 469. 478. 559. 647. 649. 651. 719.
Jornandes. 133. 136. 218. 221. 225. 226. 229. 276. 288. 448. 606. 636. 656. 686.
Joannes Damascenus. 637. 719.
Evangelistes. 588. 589.
Philoponus. 725. 728.
Josephus. 147. 721.
Iscanus 520.
Isidorus. 68. 416. 434. 503. 511. 732.
Isocrates. 644.
Julius Capitolinus. 637.
Obsequens. 68. 286.
Julianus Imp 191.
Justinus. 87.

Juvencus. 588.
Juvenalis. 159.

K.

KAlendarium Carthaginiense. 34. 36.

L.

LActantius. 138. 217.
Leporius. 20.
Libanius. 140. 143. 179. 188. 193. 319. 540. 579. 581. 633. 640. 641. 643. 712.
Liberatus Diaconus. 72. 305. 659. 713. 725.
Livius. 17. 41. 327. 328. 399. 406. 440. 445. 447. 533. 641. 669. 673.
Lucas Evangel. 600.
Lucianus. 713. 728.
Lucanus. 71. 164. 362. 612. 685. 730. 733.
Lycophron. 106. 479. 490.

M.

MAlchus. 182. 318.
Malala. 61. 138. 580. 635. 664. 683. 694. 705. 717. 718. 719.
Marcianus Capella. 14. 17. 21. 32. 68. 416. 491. 513.
Heracleotes. 407. 417. 459.
Marius Mercatos. 383.
Martialis. 436.
Martyrologium Hieron. 45. 83. 224.
Meletii Breviarium. 155. 160. 732.
Memnon. 202. 694.

N.

NIcephorus Bryennius. 656.
Callistus. 150. 179. 199. 228. 668.
Nicetas Choniates. 563. 666.
Nonius Marcellus. 268.
Nonnus. 671. 707. 710.
Notkerus. 359. 579.
Notitia Africæ. 22. 26. 74.
Imperii utriusque. 67. 154. 156. 163. 165. 167. 171. 196. 215. 220. 222. 263. 467
Leonis. 9. 48. 157. 182. 198.
Novellae Constitutiones. 124. 625. 653. 657. 695. 721.
Numi veteres. 19. 118. 149. 160. 196. 325. 328. 335. 389. 392. 399. 410. 423. 426. 521. 609. 647. 657. 667. 668. 669. 670. 671. 674. 678. 688. 706. 709. 711. 723.

O.

OLympiodorus. 162. 164.
Oppianus. 299.
Optatus Milevitanus. 46. 249 339. 562. 593.
Oracula Sibyllina. 724.
Origenes. 184.
Orosius. 209. 397.
Orpheus. 665.
Ovidius. 528. 603. 667.

P.

PAlladius Hist. Laus. 155. 728.
Papinius Statius. 528. 732.
Paullinus Notanus. 108. 656.
Paullus Diaconus. 98. 357. 366. 370.
Pausanias. 80. 81. 91. 200. 643.
Petronius. 585.
Petrus Siculus. 202.
Philo. 523.
Philostratus. 7. 577. 697.
Philostorgius. 667. 691.
Phlegon. 361. 429. 639.
Photius. 77. 579.
Planci Epistola. 298. 347.
Plinius. 5. 8. 15. 16. 17. 19. 22. 24. 29. 44. 57. 73. 92. 105. 116. 118. 139. 152. 162. 172. 208. 209. 245. 267. 271. 272. 273. 287. 292. 294. 329. 331. 332. 333. 338. 363. 364. 373. 389. 403. 423. 428. 432. 433. 444. 445. 453. 494. 511. 523. 527. 533. 634. 665. 683. 691. 702. 710.
Plutarchus. 139. 421. 644.
Polybius. 41. 576.
Polyaenus. 327. 401. 527. 705. 726.
Pomponius Mela 11. 407. 409. 421. 455. 462. 511. 519. 526. 609. 708.
Priscianus. 54. 149.
Priscus. 133. 566.
Procopius. 26. 42. 45. 67. 82. 100. 132. 135. 216. 220. 221. 222. 224. 291. 311. 521. 522. 564. 612. 636. 642. 654. 655. 672.
Gazaeus. 587.
Prudentius. 58. 393. 547.
Psalmi Davidis. 541. 542. 593. 596.
Pselsus *Mith.* 597.
Ptolemaeus. 8. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 23. 24. 29. 37. 41. 43. 49. 57. 60. 61. 62. 65. 68. 78. 79. 94. 111. 118. 122. 129. 132. 134. 141. 142. 161. 162. 209. 212. 218. 222. 225. 229. 247. 257. 263. 266. 267. 282. 293. 309. 318. 330. 338. 362. 377. 379. 381. 384. 392. 395. 401. 407. 420. 425. 428. 432. 434. 436. 440. 443. 446. 449. 454. 457. 471. 476. 478. 479. 562. 565. 573. 606. 647. 661. 669. 673. 675. 677. 679. 680. 684. 689. 696. 700. 709. 713.

Quin-

INDEX AUCTORUM.

Q.

Quinctilianus. 499.

R.

Rhegino Prumienſis. 371.
Rufinus. 161.
Rutilius. 291. 498. 501.

S.

Salluſtius. 54. 77.
Scholiaſtes Apollonii. 603. 696.
Ariſtidis. 600.
Aeſchinis. 604.
Ariſtophanis. 118. 726.
Euripidis. 603.
Gregorii Nazianz. 146.
Homeri. 336.
Horatii. 117. 500. 519. 611. 690.
Juvenalis. 87. 613.
Luciani. 727.
Ptolemaei. 720.
Thucydidis. 490.
Scylax. 520. 583. 610. 686.
Seneca. 522.
Servius. 421. 527. 564. 649.
Sidonius Apollin. 368. 453. 504.
Silius Ital. 516.
Sigebertus. 310. 363. 380.
Socrates. 131. 245. 572. 632. 666. 668. 711.
Sozomenus. 294. 574. 729.
Sophronius. 339.
Spartianus. 359. 360.
Stephanus, 67. 96. 116. 131. 148. 152. 157. 160. 166. 180. 184. 338. 402. 490. 642. 643. 649. 662. 668. 681. 687. 689. 691. 693. 707. 712. 722.
Strabo. 86. 102. 107. 121. 125. 152. 162. 202. 304. 307. 310. 328. 340. 342. 391. 398. 402. 412. 440. 448. 458. 511. 531. 632. 664. 669. 672. 674. 691. 693.
Suetonius. 396. 397.
Suidas. 139. 158. 570. 572. 661. 676. 679. 702. 708.
Sulpitius Severus. 78.
Syneſius. 2. 692. 732.

T.

Tabula Peutinger. 18. 21. 26. *& paſſim.*
Tacitus. 62. 253. 254. 282. 296. 378. 466. 661.
Tertullianus. 54. 387.
Tibullus. 531.
Themiſtius. 691.
Theodoretus. 132. 654.
Theodotus. 587.
Theodulphus. 388.
Theophanes. 357. 569. 572. 579. 639. 655. 685. 698. 712. 714.
Theophilus Alexand. 156. 161.
Theophylactus Simocatta. 132. 219. 221. 637.
Thucydides. 662.
Tzetzes. 571. 642. 669.

V.

Varro. 50. 416. 417.
Velleius Paterculus. 391.
Vibius Sequeſter. 72. 102. 297. 302. 608.
Victor *Sex. Aur.* 107.
Vitenſis. 14. 26. 33. 53. 74. 481.
Ulpianus Ictus. 717.

W.

Wippo. 345.
Witekindus. 375.

X.

Xenocrates. 269.
Xenophon. 327. 580. 673.
Epheſius. 180. 728.
Xiphilinus. 200. 263.

Z.

Zacharias Propheta. 591.
Zonaras. 142. 675. 679. 722. 725. 731.
Zoſimus. 225. 293. 561.

FINIS.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pagina 44. 4. *lege* CARTHAGINE. 247. 1. FLEXO. 601. 4. NICOPOLIN.

In Notis.

P. 2. a 43. *lege* huc. 10. a 17. *legitur.* 17. b. 32. eſt Z & D. 20. b. 2. SVLLVCO. 21. a *verſu penult.* adſpirante litera. 25. a 7. *Carthaginem XXVII.* 27. a 14. *geſtis L.* 7. 31. b. 11. Bilbilitanorum. 33. b. 9. Maſculitano. 41. a *ult. Gracis.* 81. b. 16. quo. 82. a 2. *Luguidonem.* 85. a 32. *manſionem.* 88. b. 10. *huic.* 26. præcedenti. 89. b *ult. Blandinianum.* 96. b 56. millium paſſuum. 119. a 11. *inepte.* 128. a 3. doctiſſimi. 136. a 30. hac. 142. a 42. hac 150. a 1. Palæſtina. 151. b. 1. *p.* 375. 152. b. 26. *videtur, gentile.* 168. b. 8. adde, Suſpicionem egregie firmat Diodorus Siculus L. I. p. 43. ubi ἱππώνων in hoc tractu diſtincte meminit. 185. b. 9. Urbi. 186. b. 2. adde, Tharſe non alia eſt ac *Tarſa*, quo nomine vicum ſtadiis CL. a Samoſatis Quadratus apud Stephanum in Ταρσὸς memorat; cujus ſi juſta ſint ſtadia in M. P. error erit. 187. b 22. Malala. 193. a 3. סִין *Sin*, deleto ν. 208. a 16. Adde, *Arauracos* rectum eſſe, Nicephorus L. VII. H. E. C. 14. oſtendit, & Euſebius monachus in Actis S. Euſtratii & Sociorum, quorum partem exſcripſit Leo Allatius Diſſert. de Simeon. Scriptis p. 83., etſi male ibi ἡ Ἀραυεχκτῶν. b *ult.* WESS. 214. a 4. *alibi*, & *error in.* 226. a 2. Dinogetiam. 251. b. 7. paſſus. 255. a 3. Adde, DVROMAGVM LEG. VII.] In quibusdam exemplaribus eſt *LEGAS.* Verum non dubium eſt mihi Legiones hic notari, quarum alæ in his oppidis caſtra habebant: etſi quidem ex Ala faciant Alamannicas Legiones. SIML. 287. a 6. cognitis, dicam. 328. b. 22. pæne. 368. b. 8. *Germaniarum.* 378. a 19. Divaeus. 415. a 14. Adde, ARIAM ſtabilire poteſt CVRATOR COLONIAE ARIENSIVM in lapide Doniano Claſ. V. 50. 428. a *penult.* in. 429. a 26. Flavium. 29. FLAVIVM. 441. b. 18. *innumeri.* 466. a 1. oppidum. 483. b. 34. ſequimur. 484. a 17. reſciſcere. 496 a 25. vereor. 500. b. 27. dele WESS. 504. a *penult.* Francam. 516. b 19. Στεροχύλη· 525. b. 23. νήσω. 563. a 26. Βιμινάκιον κ.λ. aufer hæc omnia, addenda p. 565. a 22. 571. a 19. SVPRASCR. 610. b penult. *notos.* 643. 65. αἰπῶμοι. 662. b 32. βλαῦνδον potius, 665. a 18. poſterius. 710. b. 37. ἐπαρχίας meminit: quam.

PECIAL 93-B
4421